Universidad de Deusto
Biblioteca

GILB. GENEBRARDI
THEOLOGI
PARISIENSIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

GILB. GENEBRARDI

THEOLOGI PARISIENSIS

DIVINARVM HEBRAICARVMQVE
LITERARVM PROFESSORIS REGII

Chronographiæ Libri quatuor.

PRIORES DVO SVNT DE REBVS VETERIS populi, & præcipuis quatuor millium annorum geſtis.

Poſteriores, è D. Arnaldi Pontaci Vallatenſis Epiſcopi Chronographia aucti, recentes hiſtorias reliquorum annorum complectuntur.

Vniuerſæ hiſtoriæ ſpeculum, in Eccleſiæ præſertim ſæculo, à mendaciis, malis, impoſturis Centuriatorum, aliorúmque hæreticorum deterſum.

Emendatum, Adauctum etiam, & conſummatum, cum Appendice ad A. D. M. D C. Iubilæum Maximum & ſecularem.

Per PETRVM VICTOREM PALMAN GALLEANVM I.V.D. *& Regium linguarum Orientalium Lectorem & anagnoſten.*

Subiuncti ſunt libri Hebræorum Chronologici eodem interprete Genebrardo.

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

PARISIIS,
Apud Ambroſium Drouart, ſub ſcuto Solari, via Iacobæa.
CVM PRIVILEGIO REGIS.
M. DC.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. ARNALDO PONTAGO,

VASATENSI EPISCOPO, PIETATE ET LITERIS INSIGNI G. GENEBRARDVS THEOlogus Parisiensis Diuinarum Hebraicarúmque literarum professor Regius.

NOSTI, *Antistes ornatissime, è meis multorúmque literis & sermonibus, quanto desiderio tua Chronographia à cunctis rei literariæ ordinibus expectetur, eam vt luci reddas, qua, propter superiorum editiorum exempla distracta & nusquam venalia, iamdudum caret. Es quidem prolixè & sæpius pollicitus te illam ad me missurum, cogitatè recensitam, aduersariis exquisitis & singularibus aspersam, cum Doctoribus & præstantioris notæ hominibus quibusque sedulo communicatam, quorum semper studiosissimus extitisti, in tuis illis præsertim duabus in Vrbem & Italiam profectionibus, è libris denique raris Bibliothecæ Vaticanæ, aliarúmque Italicarum auctam, quibus tuam ipse locupletissimè muniuisti. Verùm quoniam Reip. nostræ Christianæ nimis diu voti persolutionem differs, & otium, quod captabas, tempus, quod constitueras, occasio, quam expectabas, dilapsa sunt, motibus bellicis non modo te tua Bibliotheca ad istud probè perficiendum necessaria orbantibus, sed etiam tuum vnum sacrum caput, inter cæteros Episcopos, petentibus, quòd tuæ Episcopes vrbs primaria cum reliquis penè omnibus à Nouatoribus teneatur, indéque magnam, variam, ac multiplicem negotiorum molem sustineas: ne ego diutius literatorum optata morer, en cogor saxum istud voluere, & cum mea Chronographiæ de Mundo originario parte, tuam de vltimi temporis curriculo eadem opera subiicere, diuturno decem annorum studio, varia multorum scriptorum lectione, summa librorum diuersorum meditatione auctam simul emittere, præsertim verò ad confirmandam veritatem & successionem Ecclesiæ, doctrinæque Catholicæ, contra rapsodorum Magdeburgensium imposturas, instruere. Cætera, quæ his deesse poterunt, fac, exhibeas. atque adeo perficias, quando paululum respirans è tantis ærumnis libros tuos assequêris, quietam ac pacatam Diocesim, Deo miserante, recipies. Ea ego in primis expecto, ea plerique omnes docti ac pij auidè expetunt. E tuis enim scriptis tenent, quanto iudicio in hoc studij genere excellas. Intelligunt quantos labores in his omnibus explendis exantlare soleas, ad quæ animum adiicis, neque ignorãt tibi copiam librorum multorum suppetere, quibus ipsi careant. Si opus ad me destinaueris, tibique nostrum officium placeat, ac vtile videatur, efficiam, Deo duce, vt in hominum manus castigatissimum exeat, mendísque vacet, quibus vulgò eruditorum scripta per Typographos conspurcari solent,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea maximè, quæ quidem, vt tuum, in numeris atque subductionibus versantur. Dum id facies, primo autem tempore, debes facere, ad te hoc nostrum transmitto, tibi do, dono, ad-heo, & pro tua vetere ergo me beneuolentia, ac meritis nuncupo. Priore parte veterem Ecclesiæ cursum ab ipsius mundi primordiis delibaui: deinde dedi operam, vt minimum à verbis & sensu scripturæ discederem, quemadmodum docent testimonia, quæ partim in eam rem, partim, vt indicem, quo loco plenior historia contineatur, inter duas columellas affero. Mox, vt suauis salutarisque cõcordia Cathedræ Mosaicæ cum Doctrina innotesceret, successionem Patrum, Principum, Pontificum, cum Prophetarum successione coniunxi, quam non alibi facile, opinor, reperias. Nam in ea construẽda plurimum æstuaui, tot coactus voluere & conferre, vix vt sciam, qui eam ad Christum vsque perducere potuerit, ac ordinem, quem Deus in Synagoga veteri posuerat, & seruauit, demonstrare. Immiscuimus, postremo res profanas, vt quos delectat humana cum diuinis, extera cum domesticis coniungere, ac eodem obtutu rerum pene omnium diuersas facies perspicere, vel etiam singula separatim per se contemplari, eorum hic aliquod speculum habeant. Quocirca his apparebit, quanta, quàm diuturna caligo, & rerum antiquarum, atque adeo præstantissimarum ignoratio exteras nationes obruerit, quando è sex ætatibus tres primas omnium potissimas, vtilissimas, propè necessarias, denique productissimas, vt quæ bis mille sexcentis annis expleantur, penitus nesciuerunt. Tres contractiores mille quingentorum annorum spatio conclusas solummodo, & quidem leuiter perceperunt. Quartam enim, quæ est Iudicum, ac recentissima, primam faciunt, Auream appellant, Deorum, Heroum, Semideorum parentem, alumnam, sæculum inscribunt. Quintam, quam Regum in sacris literis esse liquet, secundam statuunt, Argenteam nominant. Varias principatuum, Dominatuum, Rerump. formas complecti aiunt, à Deorum filiis nepotibusque constitutas, in qua Olympiadũ, aliarúmque Ærarum, siue supputationum indictiones contigerint, quasi retro numerare illis minime interum fuerit, propter superiorum sæculorum vel nescientiam vel certè obliuionem. Sextam, quam Hebræi à Babylonica captiuitate rectè auspicantur, tertiam putant, Æream faciunt, Monarchiarum ac ingentium Imperiorum Babylonici, Persici, Græci ad Romanum vsque, conditricem profitentur. Septimam, aut potius sextæ vltimam partem, & septimæ primam quartæ ætati tribuunt, ferreámque vocant, Parthicam, Punicam, Romanam, quam suo in carnem aduentu Dominus illustrauit, & è ferrea auream credentibus reddidit. Posteriore autem breuiter mille sexcentorum annorum historiam præstrinxi, eo præsertim cõsilio, vt rubiginẽ, ac maculas, quas à Centurioribus, & reliquis Hæreticis historia Christiana contraxerat, abstergerem, plagas & vulnera, quæ Chronologia ab istis acceperat, sanarẽ, viros sanctos & nunquam satis laudatos ab istorum conuitiis, sycophantiis, maledictis vindicarem, veram Christianorum temporum faciem atque formam ab istis contortam & personatam reponerem. Idcóque etiam inter cætera successioni cathedræ Ecclesiasticæ, successionem doctrinæ singulis sæculis siue Centuriis, per modum Coronidis succenturiauimus, vt nos omni censu, præscriptione, auctoritate, tabulis & instrumentis instructos esse doceremus, cum ad nostra iustè possidenda & defendenda tum ad iniustos Ecclesiæ tituli & fundi captatores iure depellendos atque profligandos. Quamuis enim tanta sit prærogatiua, tanta vis Cathedræ, vt, iuxta Augustinum, cogat bona dicere, non bona facientes, cõpellat praue sentientes

Aug. l. 4. de doctri. c. 27. & epi. 164.

rectè

rectè docere, nec sua, sed aliena prædicare permittat, hanc tamen summam eius cum Doctrinæ perenni successione concordiam in exigua tabella speculari non mihi videtur otiosum. Quin spero adeo hoc hæreticos, in quibus aliquis conscientiæ igniculus superest,
Act. 17. percussurum vel vt victas, manus dent, suscipiántque cũ omni auiditate Dei verbum, vel exemplo Thessalonicensium scrutentur in Sanctissimorum Maiorum scriptis, an hæcita se habeant. Funiculus triplex difficile rumpitur. Vbi ergo Dei verbum, Christi cathedra, perennis Maiorum doctrina consentiunt & colligantur, qui testes veritatis alibi quærit, vel potius corrogat, perinde facit, ac qui ad firmandam fragilem trabẽ, vinculum ferreum reuinciendum, simplicem & putrem ligulam adhibendam putat. Quæ omnia quanti sint æstimanda, tum demum cognoscam, vbi tuo, tuique similium libramẽto, expensa ponderatáque fuerint. Nam affirmare me perfectè omnia assecutum, hoc perfecto arrogantis sibíque nimium tribuentis esse censeo, in tanta præsertim rerum varietate & tam discrepantibus scriptorum sententiis. Hoc vnum ausim pronuntiare quinque primas ætates primo libro comprehensas valde cum sacris literis, ac earum interpretibus, Hebræis maxime, quibus suæ historiæ & literæ sunt, opinor, notissimæ, congruere. Nouissimæ præfinitum calculum non perinde constare, ingenuè ac libere fateor, ne quis eius à me τὸ ἀξίωμα expectet, quicquid nonnulli magno hiatu in suis Chronicis polliceantur & asseuerent. Scripturæ enim illam aperto testimonio minime definiunt, & Olympiadum, Vrbisque Conditæ anni, quæ temporis ratio alioqui omnium inter profanos certissima creditur, dum vel inter se, vel cum rebus apud alias gentes actis componuntur, sunt incertissimi. Adhuc inter ipsos lis versatur sub iudice, qua Olympiade Cyrus in sacris profanisque paginis notissimus viguerit, quoto Vrbis anno. Eadem est actio de Xerse, Alexãdro illo magno, Solone, Pythagora, Platone & reliquis clarioribus. Ætate Plutarchi historiæ istorum ita erant confusæ, vt multi negarent Solonis & Cræsi congressum, & septem Sapientum conuiuium, atque alia huiusmodi cum temporibus congruere. Quin & hodie eruditi sudant docendo, quo pacto tempora ipsorum & Græcorum, à quibus Olympiadas accepimus, vt Athenienſiũ, Lacedæmoniorum, Athæorum, Macedonicorum, Cyrenaicorum regum atque magistratuum cum Olympiadibus concilientur. Romani certum quidem tempus ab Vrbe sua figunt, Regum, Consulum, Tribunorum, Principum, suorumque illustrium, at quando ab eis quæritur, quota tunc agitaretur Olympias, quis tum in Græcia floreret, quis in Sicilia sibi finitima, quis in Perside, Ægypto, reliquis orbis partibus claresceret, obmutescunt, secum disputant, & sub annum quingentesimum, qui ducentis annis ortum Domini duntaxat antecesſit, vix conueniunt. Causa est in promptu, quam vtinam, qui nobis exactam omnium gentium rationum siue Chronicorum conciliationem & concordiam pollicentur, attenderent. Primùm Vrbis C. Olympiadum, & aliarum Ærarum principia non satis sunt cognita & perspecta. Deinde vt sint cognita, nondum tamen inter se certò & definitè comparari possunt, quoniam anni integri, quales ferè ab V. C. notantur, fractis, cuiusmodi sunt Olympiadum, Monarchiarum, Æ. arum denique aliarum, non aperte per omnia respondent & consonant. Hinc Dionysius Halicarnasseus rectè & hoc reprehendit in Thucydide, quod euenta belli Peloponnesiaci, per initia & exitus annorum Olympianicorum ita digesserit, vt cum gestis exterorum vix commode comparari possint. Olympia enim annum quemque intersecant, ac semper ex vno, secundũ vulgarem

Universidad de Deusto
Biblioteca

calculum, duos quodammodo efficiunt, dum tempus medium anno præterito, reliquum sequenti assignant. Præterea facti sæpe correcti sunt, aucti, diminuti, aliquando prope immutati, vt à Methone, Numa, Iulio Cæs. Augusto, &c. Denique, vt prætream Titi Liuij querimoniam de magnis erroribus tempora Romanorum consulum & magistratuum, & rerum quoque anno gestarum implicantibus, Emergentes, vt vocantur, anni & Vsuales, desinentes & finientes non secum ad amussim consentiunt. Ac vt initio exiguam videantur inferre differentiam, progressu sane maximam, maximopere que notabilem efficiunt. Emergentes appellant, eos qui à quouis rei euentu, quouis anni Vsualis tempore emergunt & incipiunt, & vertentibus duodecim mensibus solaribus finem habent, atque ita iterum in sua vestigia redeunt, vt solet fieri in Regum & Impp. initiis. Jam quantum in numerando id afferat discrepantiæ, in vno Julij Cæsaris quinquennio libet ostendere. Eius Jmperij primus annus tantum sex menses & aliquot dies ante Calendas Iulias complectitur, circa quas Pompeium ad Pharsaliam vicit & solus imperare cæpit. Quintus duos duntaxat menses comprehendit & dies quindecim, vt qui 15. Martij à coniuratis interfectus sit. Jn illius igitur quinquennio menses fere sedecim desiderantur, ac proinde veteres rectè eius Jmperium annis tribus, mensibus octo definierunt. Quapropter cùm hoc discrimen sit momenti maximi, & multum temporis absorbeat, præsertim si per sæculorum spatia sæpius repetatur, nunquam probaui nimis exquisitam illã Shuberti Ecclesiastis Spirensis, quem frustra & ridicule Dauid Chytreus commendat, iuxta vetus verbum, se mutuo muli scabunt, Chytrei ipsius, & similium diligentiam, qui dum videri volunt, ne ab horula quidem cadere, sed minutißima quæque, & obscurißima præfinite decidere, à toto excidunt, ac controuersias maiores iis, qui nodos, difficultates & scrupulos Chronologiæ notos habent, excitant, seque illis deridendos præbent. Solis verò indoctis fumos vendunt, qui glorioßis & vanis istorum titulis & sui ipsorum prædicationibus adducti, eos vera putant dicere. Temere enim Auctores mutare, reiicere, corrigere, corrumpere, sex regulas supponere, hypotheses vefingere, quas doctus non facile dederit, suis studiis & imaginationibus adaptare compelluntur, &, verbi gratia tradere, quod Shuberto diuinè excogitatum visum est (nam hæretici omnia sua mirantur) duos esse Cyros coætaneos, Medum & Persam, vnum, qui iuxta Herodotum à Tomyri Messagetarũ regina interfectus sit, alterum Xenophontis, qui placide in liberorum suorum complexu dormierit: duos Darios eiusdem temporis, quorum vnus Babyloniis, alter Persis regnauerit, vnus Zorobabelem habuerit satellitem & Iudæis fauerit, alter non item. Et ita de cæteris. Quanto rectius nobiscum profiterentur, in inexplicabili annorum confusione eum numerum & modum esse seruandum, non qui verißimus sit, sed qui probabilißimus veroque proximus videatur. Denique differentiam decem annorum aut etiam plurium non tanti esse faciendam, vt propterea implacabiliter de minutioribus dimicare, neque perpetuo contextu & tenore, historiæ vniuersa aut certè præcipua persequi debeamus. Quod enim parum distat, vt verbo fertur veteri, distare minime videtur. Deinde Canones, Axiomata, Præcepta, Aphorismi, Apotelesmata, in omnibus artibus dantur in genere. Cùm ad singula descenditur non solet fieri, quin multa à regula discedant. Hoc cõsilio temporum summam vniuersè colligimus, membratim eam demonstramus, illa omnium sæculorum præcipuas res, euenta, viros armis artibus, disciplinis, inuentis, scriptis, aliisque facinoribus nobiles

concludimus. Siquid non vbique consonat, quamquam pauca, opinor, tu cæteríque doctißimi æqui consulite, & implacabilibus Scriptorum dissidiis tribuite. Nec verò ista, quasi quicquam huic studio decerpens, cæterorum iudicia occupem, aut quod aliorum censuras & castigationes reformidem. Verùm quia ad recensionem, ἐπανόρθωσιν κρείττονα paratus sum ac meliora traditurο libentißimè velim concedere. Interim cum legerim è nostris præcipuos, qui hoc accurarunt argumentum, voluerim, cõtulerim, quum auctores sacros quum profanis diligenter comparauerim, quum præter cæteros, quorum hodie quidem recentes Chronologiæ circumferuntur (absit dicto inuidia) Hebræos & Chaldeos consuluerim, verterim, illustrauerim, quum hoc quatuor decennium in hoc opus consumpserim, si me propius ad veritatem accessisse dicam, meo iure id videor facere, nec vereri debeo, vt quisquam, vel temeritati vel arrogantiæ, à qua me non haberi, sed esse alienißimum semper studui, ac per Dei gratiam studebo in perpetuum, id tribuat, quod summo labore & studio possedi. Præterea ab ipsis minime soleo dissentire, & sicubi dissentio, quod in tanta mole non potest non contingere, id inuitus & molestè facio, & grauißimorum atque doctißimorum virorum rationibus, auctoritatibus, sententiis munior. Faxit Deus Opt. vt hic labor ad Ecclesiæ vsum maneat, tibique & Catholicis omnibus, quibus aduersus Hæreseon impuritatem scribitur, sit vtilis ac gratus. Vale. E nostro Musæo Parisiensi, Nouembri mense, an. ab orbe salutato i aduentu Christi illustrato 1584.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea maximè, quæ quidem, vt tuum, in numeris atque subductionibus versantur. Dum id facies, primo autem tempore, debes facere, ad te hoc nostrum transmitto, tibi do, dono, ac lubens dico, & pro tua vetere ergo me benevolentia, ac meritis nuncupo. Priore parte veterem Ecclesiæ cursum ab ipsius mundi primordiis delibaui: deinde dedi operam, vt minimum à verbis & sensu scripturæ discederem, quemadmodum docent testimonia, quæ partim in eam rem, partim, vt indicem, quo loco plenior historia contineatur, inter duas columellas affero. Mox, vt suauis salutarisque cõcordia Cathedræ Mosaicæ cum Doctrina innotesceret, successionem Patrum, Principum, Pontificum, cum Prophetarum successione coniunxi, quam non alibi facile, opinor, reperias. Nam in ea construeda plurimum æstuaui, tot coactus voluere & conferre, vix vt sciam, qui eam ad Christum vsque perducere potuerit, ac ordinem, quem Deus in Synagoga veteri posuerat, & seruauit, demonstrare. Immiscuimus, postremo res profanas, vt quos delectat humana cum diuinis, extera cum domesticis coniungere, ac eodem obtutu rerum pene omnium diuersas facies perspicere, vel etiam singula separatim per se contemplari, eorum hic aliquod speculum habeant. Quocirca his apparebit, quanta, quàm diuturna caligo, & rerum antiquarum, atque adeo præstantissimarum ignoratio exteras nationes obruerit, quando è sex ætatibus tres primas omnium potissimas, vtilissimas, propè necessarias, denique productissimas, vt quæ bis mille sexcentis annis expleantur, penitus nesciuerunt. Tres contractiores mille quingentorum annorum spatio conclusas solummodo, & quidem leuiter perceperunt. Quartam enim, quæ est iudicum, ac recentissima, primam faciunt, Auream appellant, Deorum, Heroum, Semideorum parentem, alumnam, sæculum inscribunt. Quintam, quam Regum in sacris literis esse liquet, secundam statuunt, Argenteam nominant. Varias principatuum, Dominatuum, Rerump. formas complecti aiunt, à Deorum filiis nepotibusque constitutas, in qua Olympiadũ, aliarúmque Ærarum, siue supputationum indictiones contigerint, quasi retro numerare illis minime integrum fuerit, propter superiorum sæculorum vel nescientiam vel certè obliuionem. Sextam, quam Hebræi à Babylonica captiuitate rectè auspicantur, tertiam putant, Æream faciunt, Monarchiarum ac ingentium Imperiorum Babylonici, Persici, Græci ad Romanum vsque, conditricem profitentur. Septimam, aut potius sextæ vltimam partem, & septimæ primam quartæ ætati tribuunt, ferreámque vocant, Parthicam, Punicam, Romanam, quam suo in carnem aduentu Dominus illustrauit, & è ferrea auream credentibus reddidit. Posteriore autem breuiter mille sexcentorum annorum historiam præstrinxi, eo præsertim cõsilio, vt rubiginẽ, ac maculas, quas à Centurioribus, & reliquis Hæreticis historia Christiana contraxerat, abstergerem, plagas & vulnera, quæ Chronologia ab istis acceperat, sanarẽ, viros sanctos & nunquam satis laudatos ab istorum conuitiis, sycophantiis, maledictis vindicarem, veram Christianorum temporum faciem atque formam ab istis contortam & personatam reponerem. Ideóque etiam inter cætera successioni cathedræ Ecclesiasticæ, successionem doctrinæ singulis sæculis siue Centuriis, per modum Coronidis succenturiauimus, vt nos omni censu, præscriptione, auctoritate, tabulis & instrumentis instructos esse doceremus, cum ad nostra iuste possidenda & defendenda tum ad iniustos Ecclesiæ tituli & fundi captatores iure depellendos atque profligandos. Quamuis enim tanta sit prærogatiua, tanta vis Cathedræ, vt iuxta Augustinum, cogat bona dicere, non bona facientes, cõpellat praue sentientes

Aug. l. 4. de do Christi. c. 27. & epi. 162.

rectè docere, nec sua, sed aliena prædicare permittat, hanc tamen summam eius cum Doctrinæ perenni successione concordiam in exigua tabella speculari non mihi videtur otiosum. Quin spero adeo hoc hæreticos, in quibus aliquis conscientiæ igniculus supersit,
Act. 17. percussurum vel vt victas, manus dent, suscipiántque cũ omni auiditate Dei verbum, vel exemplo Thessalonicensium scrutentur in Sanctissimorum Maiorum scriptis, an hæcita se habeant. Funiculus triplex difficile rumpitur. Vbi ergo Dei verbum, Christi cathedra, perennis Maiorum doctrina consentiunt & colligantur, qui testes veritatis alibi quærit, vel potius corrogat, perinde facit, ac qui ad firmandam fragilem trabẽ, vinculum ferreum reuiciendum, simplicem & putrem ligulam adhibendam putat. Quæ omnia quanti sint æstimanda, tum demum cognoscam, vbi tuo, tuique similium libramẽto, expensa ponderatáque fuerint. Nam affirmare me perfectè omnia assecutum, hoc perfecto arrogantis sibíque nimium tribuentis esse censeo, in tanta præsertim rerum varietate & tam discrepantibus scriptorum sententiis. Hoc vnum ausim pronuntiare quinque primas ætates primo libro comprehensas valde cum sacris literis, ac earum interpretibus, Hebræis maxime, quibus suæ historiæ & literæ sunt, opinor, notissimæ, congruere. Nouissimæ præfinitum calculum non perinde constare, ingenuè ac libere fateor, ne quis eius à me σύνδυξιν expectet, quicquid nonnulli magno hiatu in suis Chronicis polliceantur & asseuerent. Scripturæ enim illam aperto testimonio minime definiunt, & Olympiadum, Vrbisque Conditæ anni, quæ temporis ratio alioqui omnium inter profanos certissima creditur, dum vel inter se, vel cum rebus apud alias gentes actis componuntur, sunt incertissimi. Adhuc inter ipsos lis versatur sub iudice, qua Olympiade Cyrus in sacris profanisque paginis notissimus viguerit, quoto Vrbis anno. Eadem est actio de Xerse, Alexãdro illo magno, Solone, Pythagora, Platone & reliquis clarioribus. Ætate Plutarchi historiæ istorum ita erant confusæ, vt multi negarent Solonis & Crœsi congressum, & septem Sapientum conuiuium, atque alia huiusmodi cum temporibus congruere. Quin & hodie eruditi sudant docendo, quo pacto tempora ipsorum & Græcorum, à quibus Olympiadas accepimus, vt Athenienſiũ, Lacedæmoniorum, Achæorum, Macedonicorum, Cyrenaicorum regum atque magistratuum cum Olympiadibus concilientur. Romani certum quidem tempus ab Vrbe sua figunt, Regum, Consulum, Tribunorum, Principum, suorúmque illustrium, at quando ab eis quæritur, quota tunc agitaretur Olympias, quis tum in Græcia floreret, quis in Sicilia sibi finitima, quis in Perside, Ægypto, reliquis orbis partibus claresceret, obmutescunt, secum disputant, & sub annum quingentesimum, qui ducentis annis ortum Domini duntaxat antecessit, vix conueniunt. Causa est in promptu, quam vtinam, qui nobis exactam omnium gentium rationum siue Chronicorum conciliationem & concordiam pollicentur, attenderent. Primùm Vrbis C. Olympiadum, & aliarum Ærarum principia non satis sunt cognita & perspecta. Deinde vt sint cognita, nondum tamen inter se certò & definitè comparari possunt, quoniam anni integri, quales ferè ab V. C. notantur, fractis, cuiusmodi sunt Olympiadum, Monarchiarum, Æ arum denique aliarum, non aperte per omnia respondent & consonant. Hinc Dionysius Halicarnasseus rectè & hoc reprehendit in Thucydide, quod euenta belli Peloponnesiaci, per initia & exitus annorum Olympianicorum ita digesserit, vt cum gestis exterorum vix commode comparari possint. Olympia enim annum quemque intersecant, ac semper ex vno, secundũ vulgarem

Universidad de Deusto
Biblioteca

GILB. GENEBRARDO THEOLOGO, ET Regio Professori Clariss. Arnaldus Pontacus Episcopus Basatensis.

SVMMO omnium rerum opifice Deo (mi Genebrarde) summis votis ac precibus vnicè semper efflagitaui nostram antiquam studiorum tranquillitatem, ac illud honestum Musarum otium, quo à tam multis annis vnà vsi sumus, vt & libros & studia repeterem, à quorum necessitudine me complura negotia abstraxerant: præsertim verò vt permultas obseruationes prætexerem, simul ac describerem, quas partim probatorum authorum lectioni, partim eruditorum hominum cõsuetudine exceperam. Nam eruditionis laude celebratos conuenire semper studui, meis in vrbem & totam Italiam peregrinationibus, de rebus maximè ecclesiasticis, aliisue insignioribus Christi conseruatoris nostri salutarem aduentum consequutis, vt Chronologiam, quam à viginti ferme annis cœpi emittere, auctiorem atque locupletiorem redderem. Verùm toto eo tempore perduellium motus identidem repetuntur, regni cuncta miscentes, vastantes, perdentes, in mea seorsum dioceſi, quam dum restaurare conor, atque ad antiquum Dei cultum, diuinamq; rem reducere, quam obsecro tranquillitatem, quod otium ad rem literariam mihi superesse potuisse censes? Adde sanctas expostulationes & querimonias ab antiquis Episcopis & Pastoribus expressas, propter interpellationes, distractiones, labores nobis singulis pene momentis subeundos. Tibi notum est vetus Augustini dictum & querimonia. (Inter aceruos occupationum,) quibus nos alienæ vel cupiditates, vel necessitates angariatos trahunt, vix paululum spacij ad dictandum datur. Hinc quoties tranquillitatum studiorum status recordor (recordor autem sæpius, non tuæ fœlicitati inuidens, sed mearum curarum miserens) quoties, inquam, illius recordor, cúmque comparo cum negotiorum fluctibus, quibus nos Episcopi aliquo ministerij nostri sensu tacti, obruimur, mihi statim illud Bernardi talibus occupationibus oppressi occurrit, Infœlix ego homo natus ad laborem, implumis auicula, penè omni tempore nidulo exulans, vento exposita, & turbini, turbatus sum, & motus sum sicut ebrius, omnisque scientia mea deuorata est. Fœlices vos, quos abscõdit Dominus in tabernaculo suo in die malorum, donec transeat iniquitas sub vmbra alarum suarum. His ego similiter oppressus, cùm te excussionum tuæ Chronologiæ procurare, me verò otio destitui ad meam tam pauco tempore perlustrandam, cernerem, ad te ea duntaxat, quę prompta paratáque habebam, possum mittere. Si illorum aliqua publicam notitiam merentur, censè quæso, decerne, tuo hic iudicio vtere. Ingentem quidem tibi gratiam habeo, quòd me crebris literis hortatus sis ad illam perficiendam, & ad te remittendam, vt denuo subiret typos: sed maiorem, quòd singulari diligentia, summo erga Deum zelo, maximo erga cuiusque ordinis homines beneficio, meam, siue tarditatem, siue cessationem compensaueris, quando perdoctam illam, insignem, operosam Chronographiam ante tres annos, non modo literatis non inuidisti, verumetiam in meo nomine apparere, ac pro tua modestia & nostra beneuolentia meam in illam conferre atque inferere, amiorum numero atque ordine seruato, quem tenueram, voluisti. Quam, vti verum fatear, neque quicquam apud te dissimulem, adeo exactam, adeo absolutam reddidisti, vt à mea elaboranda deterreat. Nihil enim video scribi posse perfectius, nihil rectiùs. Interim, quoniam huius generis argumentum patet amplissimè, potestque augeri, rursum quoniam, quæ de isto themate collegi, Reip tore vtilia iudicasti, ecce exorari me patior: spero enim te illic nonnulla inuenturum, quæ ad depellendum tenebras à curiosa inscitia, & ab inscia curiositate exortas valeant, quantum sane expectat ad Ecclesiam & res in ea sanctissimè latas, atque institutas. Ad te præterea breui mittam, si otium Deus concesserit, notas & emendationes Eusebiani Chronici, à me iampridem inchoatas, nunc verò perfectas, quod, vt scis, crebris eruditorum quæstibus erratis, maculisque respersum est. Adiiciam meas ex Hebræo commentariorum Rabinicorum è Salomone Iarhi, Abrahamo Abben Ezra, Dauide Kimhi in nouem minores Prophetas conuersiones. Nam cæteri tres, id est, Abdias, Ionas, Sophonias ab iisdem illustrati annis abhinc quatuordecim, mea interpretatione in vulgus manarunt. Hæc autem omnia tanquam ab antiquo profecta discipulos, per Deum, nostræque amicitiæ fidem, oro, relege, recense, corrige. Ego pro mea parte vehementissimè Deum interpellabo, vt te diu sospitem incolumémque Ecclesiæ seruet. Vale.

IACOBVS BILLIVS, S. MICH. IN Eremo Cœnobiarcha, ad eruditissimum Theologum D. Genebrardum.

QVI tibi dat laudes, Siculis dat farra, dat vndas
Fontibus, in vastum fert quoque ligna nemus.
Namque tui sat te celebrant, Genebrarde, labores:
Quæque paris, pariunt sat tibi grande decus.
Hæc igitur scribo, non vt tua carmine laudem:
(Vendibili vino non opus est hedera,)
Sed tantum vt quisquis leget hæc, non nesciat esse
Inter nos sancta fœdus amicitiæ:
Fœdus amicitiæ, quod mors, quæ cuncta resoluit,
Frangere sola queat, si tamen illa queat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΛΟΓΙΩΤΑ ΤΟΥ
καὶ ἐπισημοτά τοῦ Γ. Γενεβράδου τοῦ Θεολόγου καὶ τῶν Εβραϊκῶν γραμμάτων βασιλικοῦ ἑρμηνέως χρονικά.

ΕΙΔΕΑ καὶ τὰ γένη, λόγικῶν λόγος ἄφθιτα φησί.
Μόρσιμα πάντα μέρη, καὶ καθ' ἕκαστ' ἄτομα.
Τούνεκα παιδοβόρος λέγεται Κρόνος, ἔμπαλιν αὐτὸς
Πάντα λαφυσσόμενος, τὰ πρὶν ἔτικτε Ῥέα,
Χρύσεαι δ' αὐσελίδες χρονικαὶ τοὺς φῶτας ἑκάστοις,
Θῆκαν ἀειμνήστοις, πράγματα καὶ μαιρικά.
Ενθάδ' ἔνεστι μαθεῖν τῶν ὠγυγίων κλέος ἀνδρῶν,
Ἑρπύζων τ' αἴων ὅσσα διηνύσατο.
Αἵδεγαρ ἐξ ἀδύτων πολυβένθεος εἰσὶ μενοινῆς,
Ανδρὸς τοῦ προμάχου τῆς πολυϊστορίες.
Τοὔνομα κλεινὸν, θεοδαὴς ὁ Γενεβραδος ἐστι,
Μαρτυς ἐπιτυμίης, ἐχθρὸς ἀλιτροσύνης.
Πᾶς οὖν τὰς σελίδας συνεχῶς ἐν χερσὶν ἑλίσσων,
Τὴν τοῦ ληθεδανοῦ κῆρα θεοῦ δαμάσει.

N. Γουλόνιος.

CAROLVS BALLIVS PARIsiensis Præses ad operis auctorem.

Tantæ molis opus cuius-vis condere non est,
Hæc vnum Acuernum gloria tanta decet.
A te ita continuus scelorum pingitur ordo,
Digeritúrque, vt nil rectius esse queat.
Historias omnis generis complecteris arcto,
Vnquam præcipuum quicquid in orbe fuit.
Quodque rei caput est summum, quæcunque fefellit,
Texit, corrupit, polluit hæreticus:
Restituit prisco magna virtute nitori,
Sanas, illustras, corrigis, atque doces.

LECTORI

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΕΤΡΟΝ ΟΥΙΚΤΩΡΑ ΚΑΗΕΤΑΝΟΝ.

Πολλὰ μὲν ἀνθρώποις κεχαραγμένα θέσκελα ἔργα
Μαρτυρέει σοφίην φωτὸς ἀριστοπύνου.
Ἥδε σελὶς βαιὴ καὶ σύντομος αὐτίκα πλήρης
Θαυμασίων ἔργων τῶν καὶ ἀπιστοτάτων,
Δείξεται ὀψιγόνοις οἷος νόος ἤνθεεν ἀνδρὸς,
Ὃς πάλαι ἐκ νίκης εὗρεν ἐπωνυμίην.
Ἐξ ὀνύχων ὁ λέων γυνώσκεται· εἶδεν Απελλῆν
Πρωτογένης γραμμῆς τῆς ὑπὸ λεπταλέης.

N. Γυλώνιος διδάσ. Βασιλ.

IN CHRONOLOGIAM GENEBRARDEAM A. R. D. PETRO VICTORE CAIETANO P. LOCVPLETATAM.

Fed. Morelli Professoris Reg. ἐνδεκασύλλαβοι.

ANNALES GENEBRARDII *eruditi*
Æui omnis monumenta continebant.
Patres vincula legis & Profetas,
Reges, Pontifices, sacra & profana,
Nostra, externa, opus omnibus probatum
Vnus deerat adhuc apex supremus
HENRICI *decus vtriusque tangens*
Reges Gallia quos colit colétque.
Hoc palmarium erit tibi alme PALMA.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ τρίμετροι.

ΣΟΦΟΥ ΓΕΝΕΒΡΑΡΔΟΥ Χρονολόγα Βιβλία
Αρχαιότητος σχόντα θηταυρὸν μέγαν,
Ιρῶν Βελήλων τ' αὖθις ἱστορημένων.
Καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πολλὰ δὴ γεγενημένων.
Ην λοιπὰ πλεῖστα γοῦν ἐφ' ΕΡΡΙΚΟΙΝ δυοῖν
Φραγκων ἀνάκτοιν εὐτυχῶς πεπραγμένα
Τόν δε κολοφῶνα ΠΕΤΡΟΣ ἐπέθη ΠΑΛΜΙΟΣ

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD P. VICTORIS PALMÆ CAIETANI APPENDICEM.

EXorsus primò Annales GENEBRARDVS *ab æuo,*
Clauserat hîc librum, finierátque suum.
Uertitur interea cælum: pater ipse dierum
Haud cessat, celeres semper & urget equos:
Urget opus, semperque nouos Sol procreat annos
Impiger, & varias fértque refértque vices.
Bis septem flauæ iamiam numerantur aristæ.
Quid non interea fásque nefásque tulit?
O quàm multa exinde tulit, memorandáque, paces,
Bella, nouos Reges, Pontificésque nouos.
Inter pulchra quidem miracula, tu CAETANE
Pars magna es fastis iurè notanda tuis:
Qui modò Bezanæ ductor vindéxque catervæ,
Osor sacrorum, sæuus & hostis eras,
Nunc fidei galeâ fidóque accingeris ense:
Ditis & è regno rapta trophæa refers.
Nunc malè contractos vexas inimicus amicos,
Et generosum offers propietate caput.
Et voce & scripto oppugnas: nec denique cessas,
Dum capitosa tuis viribus Hydra cadat.
Qui lacerabat oues, nunc pastor ouile tuetur
PAVLVS, *Tartareos persequitúrque lupos.*

J. MORELLVS Gymnasiarcha Scholæ Rem. Paris.

LECTORI AVCTOR DE Chronographiæ & Historiarum Methodo.

CHRONOGRAPHIAM, quàm Chronologiam tibi, studiose Lector, tradere maluimus, ne morem Calculatorũ secuti, annosam vetustatem numerandam potius, quàm legendam proponeremus. Ingentes quidẽ summas ære breuiori exprimere laudabile est & fructuosum, vt magni ac difficiles numeri celerius subducantur & concipiantur. At res magnas & multitudine sæculorum confectas duntaxat signare, non eiusmodi fuerit. Etsi enim breuiter dicta, legẽdo facilius percipimus & fidelius retinemus, nisi tamen cum vocabulis res ipsæ coniungantur, aut saltem delibentur, quicquid differitur, mihi videtur insipidũ. Chronologia est nuda breuisque temporum commemoratio, non plena scriptio, historiarum imago, non rerum descriptio. Chronographia autẽ aliquãto latior Hebræis esset Seder Olam rabbã, vt superior Seder Olam zutã. Non enim res tantum signat, computat, λογίζει. verum etiam effatur, vtcúnque describit & explicat. Ne verò in ranta Tẽporum, Annorũ, Rerum varietate deerres, aut temere per incerta & incomperta, in vastitate eiusmodi feraris, breuitatis ratione nequaquam deseruimus, viarum cõpendia captantes, quæ tuæ memoriæ totius huius disciplinæ difficultatem penitus infigent. In Christum tanquam in scopum, tanquam in Cynosuram per certa itinera atque interualla tendimus, in quibus si velut de via fessus conquiescas & aliquantũ respires, hac longa peragratione nihil iucundius, nihil facilius percipies. Nam nulla Methodus est aptior ad annosam antiquitatẽ animo cõplectendã, quàm si vniuersum Chronographiæ corpus in certas ætates ac sæcula distinguas, quæ nec nimis sint contracta, nec nimis prolixa, atque hic exerceas, quod Rhetores præcipiunt, in Perspicuitate tenendã esse partitionẽ, quæ nec sit minutior, nec amplior. Sic animus circumscribitur certis terminis, ne in immenso se conficiat, & dum caret stationibus & metis, in quibus se reficiat & suã profectionẽ dirigat, errore seductus vltima cum primis componere nequeat. Oblata quies grata est, quod sit dũ assultatim res tractantur, & non continenter citra pausam. Multi multa de Methodo ad facilẽ historiarũ cognitionẽ eloquenter & doctè disputarunt, verũ breuissima & certissima methodus est hæc, qua vetustatem vsque ad Christũ in sex ætates diuidimus, posteáque membratim summam singularum ætatum demonstramus, & quid quáque ætate contigerit, perstringimus. Deinde quicquid à Christi ortu supereſt, in sedecim partes vel sæcula partimur, & illorum euenta modo iam inchoato persequimur.

Castiodorus lib. de instit. diuinarum literarũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ergo, vt Temporum optime distinguendorum, scitóque ordine digerendorum rationem facile percipias, ab orbe condito ad Christum nobiscum per sex ætates, quasi gradus inæquales quidem, sed tamen certos & à scriptura designatos progredere. Deinde à Christo nato ad hunc annum 1580. per sedecim æqualia interualla & stationes, fac, peruenias. Nam solum sæculum decimum sextum inæquale est, vtpote octogesimo anno definitum. Atque ita tædium tantæ tamque prolixæ peruagationis subleuabis, quemadmodum ingressi vastum longúmque pelagus iucundius & quasi breuius nauigant, quando portus metásve norunt, in quibus sua corpora & naues debent reficere. Huius rei gustum, sequentis operis veluti Periocham præbêre hîc placet, vt si in foliorum multitudine experiri subterfugis, in paucis paginis id facias.

Anni Christi.		AB ORBE CONDITO ad Christum nascentem an. 4089 parientem 4121. mens. 6. di. 16. *Inductione sex ætatum id ostenditur.*	Anni mundi
Totius operis Rudimentum.	1. Ætas.	Ætas mundi Originarij siue primorum patrum.	
		Diebus sex conditur mundus.	
	Gen. 5.	Adam genuit Seth ætatis suæ anno 130	
		Seth genuit Enos anno ætatis 105	235
		Enos genuit Cainan ætatis suæ anno 90	325
		Cainan genuit Malaleel anno 70	395
	Gen. 5.	Malaleel genuit Iared anno 65.	460
		Iared genuit Enoch anno 162.	622
		Enoch genuit Mathusalem anno 65	687
		Mathusalem genuit Lamech anno 187	894
		Lamech genuit Noë anno 182.	1056
		Noë in diluuio natus erat annos 600	1656
		Sum-	

Primæ ætatis euenta,

Viri illustres.

Docti,

Pontifices,

Prophetæ, à pag. 2. ad pag. 8.

		Summa, ab orbe C. ad diluuium anni 1656. dies 6.	Anni mundi
		ÆTAS DILVVII	
	2. Ætas. Gen. 8. 11.	Diluuium durauit anno vno, diebus 10	1657
		Sem filius Noë genuit Arphaxad ab eluuione anno 2	1659
		Arphaxad genuit Sale ætatis suæ anno 35	1694
		Sale genuit Heber anno 30	1724
		Heber genuit Phalegh anno 34	1758
		Phalegh genuit Rehú ætatis suæ anno 30	1808
		Rehú genuit Saruch anno 32.	1838
		Saruch genuit Nahor anno 30.	1870
		Nahor genuit Thare anno 29.	1879
		Thare genuit Abram anno 70.	1949
		Summa à diluuio ad ortũ Abrahæ, anni 293. dies decem.	
		ÆTAS PATRIARCHARVM.	
	3. Ætas. Gen. 7. & 21. Gen. 25. Gen. 47. Exo. 12. Gal. 3.	Abraham genuit Isaac anno ætatis suæ 100	2049
		Isaac genuit Iacob anno 60	2109
		Iacob descendit in Ægyptum natus anno 130	2239
		Iacobæi manserunt in Ægypto annis 430.	2669
		Summa ab Abrahæ ortu ad exitum de Ægypto ann. 720.	
		ÆTAS	

Secundæ ætatis euenta,

Viri illustres,

Docti,

Pontifices,

Prophetæ, à pag. 8. ad pag. 13.

Tertiæ ætatis euenta,

Viri illustres,

Docti,

Pontifices,

Prophetæ, à pag. 13 ad pag. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

		ÆTAS IVDICVM ET HEROVM.	Ante mundi.	
4. Æt. Exod. 1. & 29. Iud. 3		Moses populi ex Ægypto educti Remp. in deserto administrauit annis 40	2709	*Quartæ ætatis euenta,*
		Iosue de tribu Ephraim an. 18.		
		Othoniel annis 40	2749	*Viri illustres,*
		Aiod ambidexter cum interregno annis 80	2829	*Pontifices,*
		Debora & Barac annis 40	2869	
		Gedeon annis 40	2909	*Prophetæ, à pag. 32. ad pag. 60.*
9		Abimelech eius filius an. 3	2912	
10		Thola annis 23	2935	
11		Iair annis 22	2957	
12		Iephte, annis 6	2981	
12		Abesan, annis 7	2988	
12		Ahialon, annis 10	2998	
12		Abdon, annis 8	3006	
16		Sanson, annis 20	4026	
1. Reg. 1.		Heli iudex, idemque sacerdos, annis 40	3066	
		Samuel & Saul regnarunt annis 40	3106	
		Dauid imperauit annis 40	3146	
		Salomon templum ædificare cœpit regni sui anno 4	3149	
		Summa ab exitu de Ægypto, ad quartum annum Salomonis, siue iacta templi fundamenta an. 480. vt & 3. Reg. 6.		*Quintæ ætatis euenta, Viri illustres,*
		ÆTAS REGVM		*Doctí,*
5. Æt. Iud. 3. Ruth. 11. 2. Par. 12. & 13. 3. Reg. 15. 3. Reg. 22. 4. Reg. 8.		Salomon regnauit adhuc annis 36	3175	*Pontifices,*
		Roboam 17	3212	*Prophetæ, à pag. 60. ad pag. 87.*
		Abia annis 3	3205	
		Asa annis 41	3246	
		Iosaphat annis 25	3271	
		Ioram		

Anno Dom.						Ann. Domini.					
	12. 4 Re. 8.	Ioram annis	8					Ezechias an.	29		
	Ibid. 4 Re. 11.	Ochozias annis	1				21	Manasses an.	55		
		Athalia Regina,	7				21	Amon an.	2		
		Ioas annis	40				22	Iosias an.	31		
		Amazia annis	29				23	Ioachas mensibus	3		
		Ozias, qui & Azarias annis	52				23	Ioakim Eliachim annis	11		
		Ioathan annis	16								
	15	Achaz annis	16			4122	24	Ioachin Ieconias menses	3		
	15	*Summa à Templi fundamentis ad captiuitatem Babilo. an. 419. mens. 6.*									
	16	ÆTAS MONARCH. MVNDI.						*1. Sæculi Imperatores, Doctores, Hæretici, infra pag. 190.*			
		Tẽp. captiuitatis fuit an. 70						*Interpontificia, Res, Euenta, Principes, Patriarchæ, Concilia, Historiographi, cæterique Scriptores infra à pag. 191. ad pag. 199.*			
		A 70. illo capti. an. ad Christum Hebdomades 69. id est. an. 483.						*2. Sæculi Imperatores, Doctores, Hæretici, pag. 190.*			
sedecim sæculorũ inductione id ostẽditur.		*Summa à captiuitate Baby. ad Christum 553.*						*Interpontificia & q. Interregna, Res, Euenta, Concilia, Patriarchæ, Reges. Historiographi, cæterique Scriptores à pag. 198. ad 207.*			
		Ita ab orbe condito ad Christum patientem sunt an. 4111. mens. 6. d. 16. à Christum natum an. 4089. mens. 5. d. 6.									
Anni Domi.		A CHRISTO NATO ad hoc tempus sunt an. 1580.									
		I. SÆCVLVM.									
		Christus an.	32	3	10						
		Apostoli ante fixã Romę sedẽ.	12								
1	1	Petrus Apostolus	24	5	12						
	2	M. Linus Tuscus	11	3	12	7	M. Alexander Rom. an. 7. mens. 10. di. 2.				
	3	M. Cletus Romanus	12	1	11						
102	4	M. Clemens Rom.	9	6	7	8	M. Sixtus Græcus an. 10. mens. 3. di. 21.				
		Summa 102.				9	M. Thelesphorus Græcus an. 11. mẽs. 3. d. 21.				
		2. SÆCVLVM.									
202	5	M. Anacletus Athenien sis	9	2	10	10	M. Higinus Athenien sis. an. 4. mens. 3. d. 4.				
	6	M. Euaristus Græcus	9	10	2						
	12	M. Anicetus Syrus	9	4	13	11	M. Pius 1. Aquileiensis, an. 9. mens. 4. d 3.				
	13	M. Soter Campanus	9	3	21						
206	14	M. Eleutherius Græcus	15	3	2						
	15	M. Victor 1. Apher.	10	3							
		Summa 104. *cum interpontificiis q. Interregnis.*						*3. Sæculi Imperatores, Doctores, Hæretici, pag. 190. & 191.*			
		3. SÆCVLVM.						*Interpõtificia, Res, Euẽta,*			
206	16	M. Zepherinus Romanus	7	7	10						
	17	M. Calixtus Rom.	6	1	10						

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anno Domi.			Ann.	Mes.	Dies.	
	18	M. Vrbanus 1. Rom.				Cætera à pag. 207. ad 219.
	19	M. Pontianus Rom.	4	10	12	26 Dionysius Monachus
206.	20	M. Anterus Græcus.	9	5	2	an. 6. mens. 2. dies 4.
	21	M. Fabianus Rom.	5	1	12	27 Felix 1. Rom. an. 4.
	22	M. Cornelius Rom.	13		11	m. 3. dies 15.
	23	M. Lucius 1. Rom.	2	2	3	28 Eutychianus Tuscus
	24	Stephanus Rom.	3	3	3	an. 1. mens. 1. dies 1.
302	25	Sixtus Athenien sis.	7	5	2	29 M. Caius Dalmata
		Summa 96. cum interregnis.	2	10	23	an. 11. mens. 4. dies 12.
		4. SÆCVLVM.				30 M. Marcellinus Rom.
302	31	M. Marcellus Romanus.				an. 6. mens. 2. dies 16.
	32	M. Eusebius Græcus.	6	5	11	*4. Seculi Imperatores, &c. pag. 191.*
	33	M. Militiades Afer.	4	1	3	*Cætera à pag. 218. ad 234.*
	34	S. Sylvester Romanus.	4	7	9	37 S. Liberius Roma. an.
	35	S. Marcus Romanus.	23	10	11	12. mens. 3. dies 4.
403	36	S. Iulius Romanus.	2	8	21	38 M. Fœlix 2. Roma.
		Summa 107. cum interpontificiis.	15	2	6	an. 1. mens. 4. dies 2.
		5. SÆCVLVM.				39 S. Damasus Lusitanus
403	41	S. Anastasius Rom.				an. 19. mens. 3. dies 11.
	42	S. Innocentius Albanus.	3	2	10	*5. Seculi Imperatores, &c. pag. 191.*
	43	S. Zosimus Græcus.	15	3	25	*Cætera à pag. 235. ad 247.*
	44	S. Bonifacius.	1	8	12	49 S. Simplicius Tibur-
	45	S. Celestinus Campanus.	3	10	7	tinus an 15. mens. 1. di. 7.
	46	S. Sixtus 3. Rom.	8		17	50 S. Fœlix 3. Roma. an.
	47	S. Leo Magnus Tuscus.	8	1	18	6. mens. 11. di. 17.
500	48	S. Hilarius Sardus.	21	3	13	51 S. Gelasius Afer. an. 5.
		Summa 97. cum interregnis.	7		10	mens. 8. di. 17.
		6. SÆCVLVM.				52 S. Anastasius 2. Rom.
	53	S. Symmachus Sardus.			22	an. 1. mẽs. 10. dies 24.
	54	S. Hormisda Campanus.	15	6	18	*6. Seculi Imperatores, &c. pag. 192.*
	55	M. Ioannes Tuscus.	9		28	*Cætera à pag. 247. ad 269.*
	56	S. Fœlix 4. Samius.	2	8	13	61 S. Vigilius Ro. an. 18.
	57	S. Bonifacius 2. Rom.	4	2	2	mens. 6. dies 26.
	58	S. Ioannes 2. Romanus.	2			62 S. Pelagius Rom. an. 6.
	59	S. Agapetus Rom.	2	4	19	mens. 10. di. 28.
604	60	M. Sylverius Campan.		11		63 S. Ioannes 3. Rom.
		Summa cum interpontificiis 104.	1	5	12	an. 12. mens. 11. di. 26.
		7. SÆCVLVM.				64 Benedictus Ro. an. 4.
504	67	Sabinianus Bledensis.				mens. 1. dies 28.
	68	S. Bonifacius 3. Rom.				65 S. Pelagius 2. Ro. an.
	69	S. Bonifacius 4. Marsus.				10. mens. 2. dies 10.
	70	S. Deusdedit Roman.	1	5	9	66 S. Greg. Magnus Ro.
	71	S. Bonifacius 5 Neapolitanus.		9		an. 13. mens. 6. dies 10.
	72	Honorius Campanus.	6	8	13	*7. Seculi Imperatores, &c. pag. 192.*
	73	Severinus Romanus.	3	3	20	*Cætera à pag. 269. ad 284.*
	74	Iohannes 4. Dalmata.	5		20	77 Eugenius Romanus an. 2. mens. 9.
	75	S. Theodorus Græcus.	12	11	20	78 Vitalianus Volscus an. 14. mens. 6.
	76	M. Martinus Tridentinus.	1	2		79. S. Adeodatus Rom. an. 4. mẽs. 2. d. 5
			1	9	9	80. Donnus Rom. an. 3. mens. 5 di. 10.
			6	5	18	81. Agatho Siculus an. 2. mens. 6 di. 15.
			6	1	26	82. S. Leo Siculus mens. 10.
						83. S. Benedict⁹ 2. Rom. mẽs. 10. di. 12.

Ioannes

Anno Domi.			Ann.	Mes.	Dies.	
	84	Ioannes 5. Antioch.	1	2	19	
	85	Canon Trax.		11	3	
702	86	S. Sergius Antiochæ.	13	8	23	
		Summa cum Interregnis 98.				
		8. SÆCVLVM.				8. Sæculi Imperatores,
	87	M. Ioannes 6. Græcus.	3	3		Doctores,
	88	Ioannes 7. Græcus.	2	7	17	Hæretici, pag. 192.
	89	Sisinnius Antiochenus.			20	
	90	Constantinus Syrus.	7		20	*Interpontificia,*
	91	Gregorius 2. Rom.	16	9	11	*Euenta,*
	92	Gregorius 3. Syrus.	10	8	24	*Res,*
	93	Zacharias Græcus.	10	3		*Concilia,*
	94	Stephanus 2. Rom.			3	*Patriarchæ,*
	95	Stephanus 3. Rom.	5	1		*Principes,*
	96	Paulus Romanus.	0	1	24	*Historiographi,*
	97	Stephanus 4. Siculus.	4	5		*cæterique Scriptores à pag.*
795	98	Adrian. Rom.	23	10	17	*283. ad 300.*
		Summa cum interpontificiis 94.				
		9. SÆCVLVM.				
Anno Domi.	99	Leo 3. Romanus.	20	5	18	*9. Sæculi Imperatores,*
	100	Stephanus 5.		6	24	
796	101	Paschalis Romanus.	7	3	17	*Doctores,*
	102	Eugenius 2. Romanus.	4	6	29	
	103	Valentinus Romanus.		1	10	*Hæretici pag. 301.*
	104	Gregorius 4. Rom.	16			
1002	105	Sergius 2. Rom.	3			*Interpontificia,*
	106	Leo 4. Rom.	8	3	6	
	107	Benedictus 3. Rom.	2	6	9	*Euenta,*
	108	Nicolaus Magnus Rom.	9	7	13	
	109	Adrianus 2. Rom.	5	9	12	*Reges,*
	110	Ioannes 8. Rom.	10		2	
	111	Martinus 2. Gallus.	1	5		*Concilia,*
	112	Adrianus 3. Rom.	1	2		
	113	Stephanus 6. Rom.	6		11	*Patriarchæ,*
	114	Formosus Rom.	5	6		
	115	Bonifacius 6. Tuscus.			26	*Principes,*
	116	Stephanus 7. Romanus.	1	3		
	117	Romanus Tuscus.		3		*Historiographi,*
	118	Theodorus 2. Rom.			20	*Cæterique scriptores,*
901	119	Ioannes 9. Rom.	2		15	*a pag. 299. ad 322.*
		Summa cum Interregnis. 105.				

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anno Domi.		10. SÆCVLVM.	Ann.	Mes.	Dies.	
						10. Sæculi Imperatores,
900	120	Benedictus 4 Rom.	3	4		Doctores,
	121	Leo 5. Ardeatinus		1	10	
	122	Christophorus Roman.		7		Hæretici,
	123	Sergius 3. Rom.	7	4	16	
	124	Anastasius 3 Rom.	2			pag. 301.
	125	Landus Sabinensis		6	21	
	126	Ioannes 10. Rom.	13	2	3	
	127	Leo 6. Rom.		7	15	
	128	Stephanus 8. Rom.	2	1	12	
	129	Ioannes 11. Rom.	4	10	15	Interpontificia,
	130	Leo 7. Romanus	3	6	10	
	131	Stephanus 9. Germanus	3	4	12	Res,
	132	Martinus 3. Romanus	3	6	10	
	133	Agapetus 2. Rom.	7	9	10	Euenta,
	134	Ioannes 12. Rom.	9	7	3	
	135	Leo 8. Rom.	2		22	Concilia,
	136	Ioannes 13 Rom.	6	11	5	
	137	Benedictus 5. Rom.	1	6		Patriarchæ,
	138	Donnus 2. Romanus	1			
	139	Bonifacius 7. Rom.		7	5	Reges,
	140	Benedictus 6. Rom.	8	10	7	
	141	Ioannes 14 Papiensis		3		Historiographi,
	142	Ioannes 15. Rom.		8		
	143	Ioannes 16. Romanus	10	8	10	Cæterique Scriptores,
	144	Gregorius 5. Saxo	2	5	10	
	145	Ioannes 17. Græcus		10		à pag. 322. ad 338.
1002	146	Sylvester 2. Aquitanus.	4	1	10	
		Summa cum interpontificiis 101.				
		11. SÆCVLVM.				
Anno Domi.	147	Ioannes 18. Rom.		4	20	11. Sæculi Imperatores,
	148	Ioannes 19.	4	4		Doctores,
1002	149	Sergius 4 Rom.	2		15	
	150	Benedictus 7. Tuscula.	11	1	13	Hæretici,
	151	Ioannes 20. Tuscula.	11	1	9	
	152	Benedictus 8. Tuscula.	13	4	9	
	153	Sylvester 3. Romanus.		1	19	pag. 301. & 302.
		Gre-				

Anno Domi.			Ann.	Mes.	Dies.	
	154	Gregorius 6. Rom.	2	7		Interpontificia,
	155	Clemens 2. Saxo		9	23	Rex,
	156	Damasus 2. Bauarus			6	Euenta,
	157	Leo 9. Alsatius	5	2		Concilia,
	158	Victor 2. Sueuus	2	3	14	Patriarchæ,
	159	Stephanus 10. Lotharin.		7	18	Reges,
	160	Benedictus 9. Camp.		9	20	Historiographi,
	161	Nicolaus 2. Allobrox	3	6	26	Cæterique scriptores,
	162	Alexander 2. Mediola.	11	6		a pag. 338. ad 354.
	163	Gregorius 7. Hildebrandus	13	1	3	
	164	Victor 3. Beneuentanus	1	4		
1100	165	Vrbanus 2. Gallus.	12	4	19	
		Summa cum Interpontificis 98.				
		12. SÆCVLVM.				
Anno Domi.	166	Paschalis 2. Tuscus	18	6	7	12. sæculi Imperatores,
	167	Gelasius Caietanus	1		5	Doctores,
1100	168	Calixtus 2. Burgundus	5	10	6	Hæretici,
	169	Honorius 2. Imolensis	5	2		pag. 302.
	170	Innocentius 2. Romanus	14	7	13	
	171	Celestinus 2. Tuscus		5	13	
	172	Lucius 2. Bononiens.		11	4	Interpontificia,
	173	Eugenius 3. Pisanus	8	4	20	Res,
	174	Anastasius 4. Romanus	1	4	24	Euenta,
	175	Adrianus 4. Anglus	4	10		Concilia,
	176	Alexander 3. Senensis	12		19	Patriarchæ,
	177	Lucius 3. Lucensis	4	2	18	Reges,
	178	Vrbanus 3. Mediolan.	1	10	25	Historiographi,
	179	Gregorius 8. Beneuent.		1	27	Cæterique scriptores,
	180	Clemens 3. Rom.	3	5		à pag. 354. ad 382.
	181	Celestinus 3. Rom.	6	7	11	
		Summa cum interpontificiis 98.				
		13. SÆCVLVM.				
Anno Domini.	182	Innocentius 3. Anagninus	18	7	16	13. Sæculi Imperatores,
	183	Honorius 3. Rom.	10	7	13	Doctores,
1198	184	Gregorius 9. Anagninus.	14	13		Hæretici,
						pag. 302. & 303.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anno Domi.			Ann.	Mens.	Dies.	
	185	Cœlestinus 4. Anagninus	11	6	28	*Interpontificia,*
	186	Innocentius 4. Genuensis	6	5	22	
	187	Alexander 4. Anagninus	3	1	5	*Res,*
	188	Vrbanus 4. Trecensis				
	189	Clemens 4. Narbonensis	3		4	
	190	Gregorius 10. Placentius	4	2	21	*Euenta,*
	191	Innocentius 5. Burgundus		6	10	
	192	Adrianus 5. Genuensis		1	2	*Concilia,*
	193	Ioannes 21. Lusitanus		8	9	
	194	Nicolaus 3. Rom.	3	8	15	*Patriarchæ,*
	195	Martinus 4. Turonensis	4	1		
	196	Honorius 4. Rom.	2		1	*Reges,*
	197	Nicolaus 4. Aculanus	4	1	8	
	198	S. Celestinus 5. Esernienſis		5	7	*Historiographi,*
1303	199	Bonifacius 8. Anagninus	8	9	17	
						Cæterique Scriptores,
		Summa cum Interpontificiis 105.				*à pag. 382. ad 400.*
		14. SÆCVLVM.				
1303	200	Benedictus 10. Taruisinus		8	17	*14. Sæculi Imperatores,*
	201	Clemens 5. Burdegalensis	8	10	15	*Doctores,*
	202	Ioannes 22. Caturcensis	19	4		*Hæretici,*
	203	Benedictus Tholosas	7	3	17	*pag. 296.*
	204	Clemens 6. Lemouicensis	10	6	28	*Interpontificia,*
	105	Innocentius 6. Lemouicensis	9	8	6	*Res,*
	206	Vrbanus 5. Lemouicensis	8	4		*Euenta,*
	207	Gregorius 11. Lemouicensis	7	2	27	*Concilia,*
	208	Vrbanus 6. Neapolitanus	11	8		*Patriarchæ,*
1404	209	Bonifacius 9. Neapolitanus.	14	11		*Reges,*
						Historiographi,
		Summa cum Interpontificiis 101.				*Cæterique scriptores,*
						à pag. 400. ad 418.
		15. SÆCVLVM.				
1404	210	Innocentius 7. Sulmonensis	2		22	*15. Sæculi Imperatores,*
	211	Gregorius 12. Venetus	2	7	5	*Doctores,*
	212	Alexander 5. Cretensis		10	8	
	213	Ioannes 23. Neapolitan.	5	15		*Hæretici,*
	214	Martinus 5. Romanus	14	3		*pag. 400.*
	215	Eugenius 4. Venetus.	15	11	21	

Nico-

Anno Domi.			Ann.	Mens.	Dies.	
	216	Nicolaus 5. Saranensis	8	3	19	*Interpontificia,*
	217	Calixtus 3. Hispanus	3	11	16	*Res,*
	218	Pius 2. Senensis	5	10	26	*Euenta,*
	219	Paulus 2. Venetus	6			*Concilia,*
	220	Sixtus 4. Sauonensis	13		5	*Patriarchæ,*
	221	Innocentius 8. Genuensis	8		26	*Reges,*
1503	222	Alexander 6. Hispanus	11		8	*Historiographi,*
						Cæterique scriptores,
		Summa cum interregnis 99.				*a pag. 418. ad 432.*
		16. SÆCVLVM.				*16. Seculi Imperatores,*
					16	*Doctores,*
Anno Domi.	223	Pius 3. Senensis	9	3	12	*Hæretici,*
	224	Iulius 2. Genuensis	8	8	21	*pag. 400.*
	225	Leo 10. Florentinus	1	8	6	
1503	226	Adrianus 6. Batauus	10	10	8	*Interpontificia,*
	227	Clemens 7. Florenti.	15		29	*Res,*
	228	Paulus 3. Romanus	5	1	6	*Euenta,*
	229	Iulius 3. Rom.			22	*Concilia,*
	230	Marcellus 2. Tuscus	4	2	27	*Patriarchæ,*
	231	Paulus 4. Neapolitan.	5	11	8	*Reges,*
	232	Pius 4. Mediolanensis	2	3	16	*Historiographi,*
	233	Pius 5. Alexandrinus				*Cæterique scriptores,*
	234	Gregorius 13. Bononiensis,				
1580		hodie sedens.				*à pag. 432. ad finem libri quarti.*
		Summa cum Interpontificiis 77. quibus omnibus in vnum reductis existunt à Christo nato 1580.				

Universidad de Deusto
Biblioteca

TEMPORVM AD CHRISTVM

ET A CHRISTO AD NOS VSQVE BREVIS DESCRIPTIO, QVATENVS SCRIPTVRIS

sacris aut receptis Hebræorum veterum, atque aliorum probatorum auctorum scriptis, & Annalibus confirmari potest.

Gilberto Genebrardo Theologo Parisiensi auctore.

SEX ÆTATVM, IN QVAS DISTRIbuimus mundi ante Christum tempora, formulæ.

Anni mundi.

1 Ætas mũdi originarij. c. 1. & 6. c. Genes.

AB orbe condito vsque ad eluuionem sunt anni 1656. dies 6.

2 c. 7. 8. 10. 11. Gen.

2. Ætas Patrum, quæ & diluuij.

Ab eluuione ad ortum Abrahami anni 293. dies 10.

VETERES fermè mundi tempora in quinque ætates ante Christum distribuerunt. Latini quidem, vt Augustinus lib. de Genesi contra Manichæos, é parabola de conductis ad vineam Matth. 12. primam ad Adam vsque ad Noe constituunt, alteram à Noe vsque ad Abraham, tertiam ab Abraham vsque ad Dauidem, quartam à Dauide ad transmigrationem Iudæorum vsque, quintã ab illa transmigratione ad Christum, vt iam sexta ducatur à Christo ad mundi finem, (quam nos septimam facimus) ad similitudinem sex Dictum creationis, vt in septima (id est, cælesti) speretur requies. Græci verò, vt Nicetas in 42. orationem Nazianeni, primam ab Adamo ad Noem, secundam à Noe ad Abrahamum, tertiam ab Abrahamo ad Mosem, quartam à Mose ad captiuitatem, quintam à captiuitate vsque ad Christum, vt sexta similiter à Christo vsque ad diem iudicij protrahatur. Verùm præstat in septem distribuere, quòd Scriptura locis à nobis citatis, & notabiles mundi Ecclesiæque mutationes, variique euentus hãc distributionem commodiorem & faciliorem ostendant. [Quamuis Esdras Propheta ex Angeli monitu, vel Dei potius ex rubo loquentis, vt acciderat Mosi, recenset ætates mundi duodecim quas partes vocat, aitque iam tũc 10. partes præteriisse actãtùm duas superfore. c. 14. quæ ratio calculum habet subtiliorem. vide Theod. Biblian. Alij etiam aliter ex Apocalypsi desumunt 8. ætates fore, ab Imperiorum constitutione, vt ipsa imperia. 4. primas ætates obtineant, deinde regnum Christi Domini, post sub eo regnum sanctorum, quod iam extitit indubiè. D. Tho. de regimi. Princip. & adhuc durat. deinde Antichristus Gog, & Magog, regnabunt breui tempore, aut regnare videbuntur tandem Deus ipse obtinebit omnia. de his Methodius.]

Mundum sex mille annis duraturum non est Eliæ Tesbitis Prophetæ vaticinatio, sed cuiusdam Eliæ Rabbini Iudæorum Cabbalici commẽtum, in Talmud, *tractatu Sanedrin, cap. Helec: & in tractatu de Idololatria, c. Libne: & in tractatu de Sabbato.* Cuius coniecturas affert Rabbi Isaac in primũ cap. Geneseos. Præcipuæ sunt hæ: Primus versus Geneseos, qui continet sum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam operum Domini, sexies literam ו exprimit: Aleph autem nihil significat. Deinde Deus sex diebus absoluit mundum, septimo quieuit, ac sabbatum consecrauit. Iam mille anni sunt apud Deum, sicut dies hesterna, quæ præteriit. Postremò sex primi parentes, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared mortui sunt, Septimus Enoc viuus in cœlum translatus est. Post igitur millenarios sex, quibus labor & mors viguerit, septimus initium erit quietæ & immortalis vitæ. Hæccine, quæ coniecturis frigidis nituntur, possunt videri prophetica? Quæ annotare libuit contra insulsam & superstitiosam eorum opinionem, qui quasi in numerato habeant sæculorum fines, occinentes dictum Eliæ, nobis breui, destinatóque anno extremum diem minitantur, cùm ne Angelis quidem ille pateat. Vide clarissima Christi verba Mar. 13. V. 32. & 24. V. 22. Mar. 25. 13. Act. 1. 13. quæ, vt non simpliciter inficiantur aliqua posse esse argumenta, quibus mundi impendens fata declaretur (nam nonnulla Scripturæ protulerunt) hâ docent non esse studiosius inquirendum in dies, horas & momenta, quæ Deus posuit in sua potestate.

Annus mundi.

3. Ætas Patriarcharum. *Ab Abrahami ortu, ad egressionem Israëlitarum ex Ægypto anni 720.* — 3. è c. 17. 21. & 12. Exod.

4. Iudicum, Deorum & Heroum. *Ab egressu Israelitarum ad vsque iactã templi fundamenta, anni 480.* — 4. è 3. Reg. 6.

5. Regum. *A fundamentis templi ad captiuitatem Babylonicam, anni sunt 419. menses 6.* — 5 è libris Regum & Paralip.

6. Captiuitatis Ecclesiæ, siue Monarchiarum mundi. *A Babylonica captiuitate ad Christum patientem, anni 553.* — 6 è 25. Iere & 9. Dan.

Summa, an. 4121. mens. 6. dies 16.

Definitam ergò & minutam annorum circunscriptionem reiiciamus. Pronuntiatum autem Rabbini Eliæ vniuersè verum intelligamus. Nam non carebit suo euentu in genere, præsertim cùm apud nos idem tradiderint. *Lact. lib. 7. cap. 7. Hilar. cap 17 in Mat. Hieron. in epistolari. exposs. psal. 89. ad Cyprian. Aug. lib. 20. Ciui. cap. 7. & vt addamus Græcos, Iren. lib. 5. cap. Vlt. Iustin q. 7. ad Gentes, Germa. Constant. lib. de Theoria,* ad hunc numerum quingentis adiectis, post Hippolytum, Cyrillum & Chrysost. Et apud Ethnicos Hydaspes, Trimegistus, Sibyllæ, auctore Lactant. & Orpheus citante Platone. etsi alio sensu, εκτη ἐν γενεῇ καταπαύσεται κοσμὸν ἀοιδὴς.

Hebræi à Nouilunio Septembris siue Luna propinquiore Autumnali æquinoctio, annum ordiuntur, existimantque eo mense orbem fuisse conditum, sequuti sententiam R. Eliezeris, qui id contra R. Iosuam defendit, annum auspicantem à Nouilunio Martij, siue à Luna æquinoctio verno viciniore, quando Sol Arietem ingreditur. Vnde & festum Tubarum, quod primo die Septembris celebrabatur, vocant caput seu principium anni. Nec nisi ratione atque ordine Festorum & ministerij Ecclesiastici Nisan (qui ferè Martio nostro respondet) primum mensium, *Exod.* 12. dici interpretantur. Quò fit vt in cæteris negotiis, siue priuatis, siue publicis, itémque in consignanda temporum ratione à Tizri. i. Septembri numerent, vt *Ezech.* c. 40. *ver.* 1. Quos etiam in Ecclesiasticis sequuntur hodie Græci, vt constat ex ipsorum ὡρολογίῳ & μηνολογίῳ Mytilenensium, qui & ideò Constantinum magnum Indictionum suarum initium posuisse 23. die Septembris aiunt, quo scilicet Sol Libram inibat. Ex veteri instituto non modo Chaldæorum, Persarum, Aegyptiorum, Orientalium cæterorum, vt videre est apud Ioseph. Ant. lib. 1. c. 3 & Alphonsium in Tabulis, verùm etiam Hetruscorum veterum, qui vt è Festo Pompeio & Liuij libro 7. colligitur, quotannis clauum annalem figebant Idibus Septembris, vt per eos clauos numerum annorum designarent.

Tamen nostrorum communior opinio est Martium mundo dedisse principium, ac Scripturam ex eo fastos suos deducere. Nam Exodi 12. apertè scribitur, de Nisan, *Primus iste vobis erit mensium*, & 23. solennitas Tabernaculorum in exitu anni, quando essent omnes fruges, fructúsque de agro congregati, agitari imperatur, quam sanè in Septèbri celebratam è 23. Leuit. constat. Quod etiam sequimur, & ad Martium annorum supputationem in hac Chronologia dirigimus, cum præsertim Christus eo mense de Cruce pependerit, mundúmque renouarit, & Daniel suas Hebdomadas, sextam

Quod membratim sic demonstran potest.

ætatem

ætatem terminantes, ad eius perpessionem deduxerit.

Adde me imitari nostras Ecclesias Gallicas, quæ ductæ iudicio & consuetudine D. Hieronymi, (vt in Catalogo c. de Ioanne Euangelista, & c. De Papia) Sophronij, & Isidori, annos hinc deinceps supputarunt. Apparet è Gregorio Turonensi, apud quem mensis vndecimus est Ianuarius: decimus December, &c. Et apud Græcos Cantacuzeno Apolog. 1. pag. 8. dum à Passione ad suæ scriptionis tempus annos 1360. numerat.

Nec est mirum hanc diuersitatem inter nostros reperiri, cùm etiam R. Abraham scribat in 7. caput Danielis, suorum quosdam annum incipere à Tizri, quòd is sit principium orbis conditi: alios à Nilan, quòd eo Patres egressi sint ex Ægypto. Nempe illis annus duplex, vulgaris & sacer. Vulgaris, incipit ab Autumno, mense Septembri. Sacer siue Ecclesiasticus, ab æquinoctio verno in Martio.

Cum infinitis retrò sæculis absolutissima perpetuáque fuisset omnis fœlicitatis communicatio inter Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, qui tres vnum Deum sistunt, Deus ipse nullius rei indigus, sed per se fœlicissimus, post Angelorum tres Hierarchias, siue nouem subsistantiarum incorporearum ordines, mundum hunc aspectabilem, non de hyle siue materia increata, vt Plato falsò censuit, non ab æterno, vt Aristoteles, non ex atomis fortuitáve aliqua concursione, vt Democritus: sed è nihilo, hoc temporis principio condidit.

Mundus ergo neque æternus, neque in tempore per necessitatem vel casum factus, sed libere, quando, & quo momento, & quo modo Deus voluit, tanquam riuus è pleni & consummati boni fonte exoritur: prius materia, de qua fieret, è Nihilo procreata, præparatáque ex eo, quod non erat, quam tenebras, abyssum, aquas, inanitatem, vacuitatem Moses appellat.

Annus mundi.

PRIMA ÆTAS
LEGIS NATVRÆ
quæ & mundi originarij, quasi populi Dei infantia.

Gen. 1. DEVS è nihilo, id est, nulla antegrediente materia cœlum & chaos. i. miscellam rerum omnium inferiorum, complectentem in certo gradu & ordine, quatuor elementa: deinde ex his reliqua, quæ sub sensum cadunt, procreauit, diebus 6.

ANGELI omnium primi procreantur. Illis coæua faciunt tria Scholastici, post D. Augustinum atque adeo Hebræos in Bereshit Rabba cœlum, tempus, materiam, nisi quod R. Selomo, *Gen* 1. citata etiam illa eadem Bereshit, eos malit conditos die secundo, cum illos tamen Græci multùm ante hunc mundum productos contendant κατὰ ἀναμνησιν, *Damascen. Suidas*, Græcis assentiuntur Hieron. Hilarius, &c. Quod certè est credibilibus. Ideo enim Moses in Genesi eorum inter res tum creatas non videtur meminisse quòd non essent de operibus sex dierum, ac illic duntaxat instituisset Hexaemeron, siue opificium sex primorum dierum describere. Alioqui alibi eos satis indicat fuisse à Deo procreatos, vt cum Angelos Domini appellat, ministros & seruos ipsius facit, &c.

[Liber *Ietsirah*, qui dicitur esse Abraham Patris Isaac, mirabili deductione tradit rerum conceptionem, in mente diuina, necnon aiunt in *beriothote* hoc est libris exoticis Iudæorum, ante nostrum *bereschith*. esse tria alia Capita, apud ipsos occultissima. Primum dicitur *teschia*, id est, existentia, in quo tractatur de tribus vno *sche loschah echad* ibi etiam mentio fit de *aor kadmon, aor metsach, aor metsutsach*: id est, lumine antecedente (scilicet Patre) lumine orto (filio) lumine producto (S.S.) Alterum caput est *Merabhab*. id est equitatio, de *cherub*, intelligitur, dicuntque statim creatos luminum propagatione. Tertium caput est de Idæis, quas ipsi appellant *minoth*. vnde tandem existit Syle, à qua orditur Moses.]

Siue autem sint cum mundo procreati, siue infinitis ante seculis, tunc erant omnes valde boni, sed superbiendo & altiorem gradum appetendo tertia pars duce Lucifero eadem hora lapsu luctuoso de sua fœlicitate cecidit, misera, in malo fixa & obdurata euasit. Cæteri autem cum Deo manserunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia aucti & confirmati, perfectaque beatitudine cumulati.

Primo die, qui dominicus, rerum creatio prima rudisque. Mox his rerum nobilissima & spirituali naturæ finitima. Eo enim conduntur materia informis, cœlum, lux in modum lucidæ nubis, quæ vice Solis ortu suo diem, & occasu noctem efficeret, terra, aquæ, aër, &c.

Secundo die & tertio, rerum dispositio, tribus reliquis ornatus, omnia maximo diuinæ potestatis & sapientiæ argumento, addita benedictione secundum cuiusque naturam & speciem.

Paradisus item voluptatis, tertio die, id est, ortus Eden fœcundissimus & amœnissimus omni stirpium, arborum, aquarum, fructuum genere, quando primum productæ sunt plantæ. In eo erat fons naturam Nili referens, qui coloni vice fungens, ascendebat & irrigabat omnem horti superficem, sicque sine alio aquarum genere alebat augebatque semina, atque terram pinguefaciebat, vt nihil imbribus cœlóq; deberetur: Sicut de Nilo Plinius maior, lib. 18. c. 18. & minor in Traiani Panegyrico. Rectè autem Chrysostomus illum diluuio ita obscuratum tradidit, vt in hominum ignorationem venerit.

Septimo cessauit Deus nouas species & nouos mundos condere, sat habens deinceps sua inerranti prouidentia & verbo potentiæ suæ semel procreata portare, conseruare, regere, ad debitum finem perducere. Quod exequitur omnia suauiter di ponendo, id est, mouendo res procreatas iuxta modum naturæ ipsarum congruentem, naturales videlicet naturaliter, liberas liberè, contingentes contingenter. Nisi hunc ordinem & cursum singulari aliquo iudicio muret, suspendat, imminuat, iuuet, perficiat, Hinc illud, Gratia naturam perficit.

Singula Deus fecit valde bona Gen. 1. id est, perfecta in suo genere, nempe in suo statu, integritate, perfectione, vigore. Non enim creauit, Verbi gratia, hominem in cunis, infantem, vel puerum, vel decrepitum, rudem & indoctum, sed ætate, sapientia, virtute, scientia perfectum, &c. Non arbores in semine, virga, sed cum frondibus, fructu, &c. Item valde vtilia & commoda mundo, item pulchra, speciosa, decora pro ratione essentiæ cuiusque. Tob Hebraicè ea omnia significat.

[Creatus homo in statura perfecta ex Analogia staturæ Christi. Ephes. 4. Et fuit tunc vet æternum, & perpetua messis, cuius adhuc vestigium extat in heclandia vt aiunt.]

* Adam in agro Damasceno (Hebræorum alijs, in ipsa terra Israelica) è terra virgine sexto & vltimo die orbis conditi, annis ante Christi passionē 4122 tanquam creaturarum omnium finis & possessor producitur. Idque extra paradisum, muliere in paradiso paulò post de eius dormiētis latere constitura: & ad imaginem Dei, in naturalibus mentis facultatibus, & ad similitudinem in gratuitis donis, quæ quia postea peccato suo amisit, Dei similitudinem perdidisse memoratur, non item imaginem.

In paradisum translatus, & Euæ consortio consolatus, multa de Christo & Ecclesia prophetauit. *Ephe.* 5.

[6. die diluculo creatus fuit, hora tertia Euę copulatus, hora sexta tentatus, hora 9. eiectus è paradiso. *f. laziardus.* ex Gen. 3. v. *quod inambularet Deus ad auram meridiei.* Et ex Analogia Dominicæ passionis, cum manè productus Dominus hora 6. pepēderit, & nona expirārit. Et vt fuerunt Adamo tenebræ noctis, pro initio pœnarum, ita solis eclipsis expiationem peccatorum in sole iustitiæ testata est.]

Eodem die, quo fuerat procreatus, trangressus est, mortalisque factus, ac ideo etiam Christus sexto die conceptus est &

Anni mundi.

* Ad extremum diei sexti, quod erat initium propè diei septimi, Adam è limo fingit, eique è nihilo mentem infundit.

Anni mundi.

Deinde de latere Ade dormientis costam tollens, mulierem procreat. In cuius rei signum viri vna costa mulieres vsque hodie superant.

[*Alij volunt vocem hebræam significare tinctiuram, vt innuant fœminam ab homine ipso deminutam vt quæpondere legitimo careat. Venetas.*]

est & passus, vt eius lapsum repararet.

In agrum Hebron vna cum Eua exul pellitur, vbi & sepelitur. Ios. 14. iuxta interpretationem Midras & D. Heronymi. Alijs tamen sepultus dicitur in loco Caluariæ, prope Hierusalem, deinde translatus in Hebron.

E paradiso emittitur, vt operaretur & coleret terram, de qua erat sumptus. Ad cum decipiendum diabolus, cùm spectari non posset per essentiam, vtpote incorporeā & inuisibilem, serpente vsus est, quòd esset animal comparatum ad ipsius ingenium, commodum ad scandendam arborem mortis, denique quia concessum. Non enim Deus eum alio vti permisit, quò homo posset satanam per illum loquētem facilius deregere sicque tentationi resistere.

[Est quoddam genus serpentis virginea specie supernè, vt pro Angelo accipereur, latente fœda colluuie ab vmbilico sub folijs arboris. Hortulus sanctitatis.]

Sic deinceps dæmon ad fallendum apud gentes loquebatur per statuas, in oraculo Dodonæo per quercū, cum Apollonio Thyaneo è Philostrato per vlmum, cum Pythagora per fluuium è Porphyrio, cum Iuliano Apostata & Maximo Philosopho diuersis vocibus & modis, cum Magis hodie per hircos, capras & cuiusmodi belluas.

In suo exilio diuturnissimo, se Dei psalmis & laudibus consolabatur. Vnde Talmudici inter vndecim libri Psalmorum auctores eum nominant. Condidisse ſaunt Ps. 92. qui, *psalmus Cantici in diem sabbati*, inscribitur, & beneficiū creationis, ac erga res procreatas prouidentiam celebrat.

Adam humani generis Sator, parens atque origo. Vnde de nomine speciei appellatus est. Nam Adam Hebraicè hominem sonat. Cùm prophani hunc primum esse hominem ignorarent, alij vt Aegyptij, se tredecim millium annorum Historiam literis comprehensam habere finxerunt (*Mela*) & babara quædam hominum nomina excogitarunt. Alij, vt Indi, vt ex ipsorum chronicis profert Hebræus Cozras, Adami patrem & præceprorem etiam nominarunt. Alij mundi æternitatem introduxerunt, & rerum in illa æternitate gestarum memoriam obliteratam asseruerunt certis eluuionibus & exustionibus. Nos, quibus sacra historia innotuit, non solum primum hominem assignamus, sed ab illo etiam certam, rectam & perennem lineam, successionémque, relictis cæteris ramis, deducimus.

Profanorum alij humanam naturam æternam asseruerūt, alij primum in Attica natos fuisse homines, alij in Arcadia, alij in Aegypto. *Theodo. lib. 5. Græcar. affectio.* Alij in Scythia. *Iustin. historic. lib. 2.*

Hæc prima ætas, pauca habet monumenta, quod inundatione Noë omnia ferme interciderint.

Quæ habet, hæc sunt.

Ab eius hominibus artes tam ingenuas, quàm mechanicas fuisse repertas indicat Moses *Genes. 4.* Oracula Henoch citat B. Iudas in sua Canonica. Ipsius libros Christiani Aethiopes ostentant. Seth & Enos inuenisse astrologiā, & duabus columnis inscripsisse, characteresque Hebraicos excogitasse vetus est traditio, è Cedreno, Iosepho, Rabbinis, &c.

Homines erant longæui, quia natura erat simplicior & incorruptior. Præcipue autem diuina prouidentia, vt ad filios, notitiam Dei propagarent, & suo exemplo eum colere, sacrificiis placare, Fidem in Christum retinere docerēt. Hinc hanc longęuitatem, R. Leui scribit opus fuisse prouidentiæ, non naturæ. Sic ferè Iosephus, vt possent experiri & obseruare disciplinarum artiumque rationes, causas, principia, &c. Nam artes longæ & experimenta difficilia, quæ non possunt satis colligi, nisi obseruato syderum ad sua principia reditu,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, magno anno. Diu viuebatur ad multiplicandum genus humanum, & ad scientiarum principia inuenienda. Nemo tamen ad mille annos peruenit. *August. lib. 15. de Ciuit.* Vbi quidam Bacchon frustra putauit annorum Hebraïcorum alios fuisse lunares, alios semestres, alios bimestres. Nam Scriptura non nisi agnoscit annos mensium siue lunarum duodecim, & quando sunt embolici, tredecim, vt suo loco ostendam.

Erant fœcundi, quod Scriptura significat *Gen. 5.* dum eos ait genuisse filios & filias, & traditiones Heb. dum narrant eorum partus fuisse perpetuo geminos & tergeminos ob corporis molem & copiosos humores, sic prouidente Deo humani generis multiplicationi, ob quam gradus cognationis matrimonium non prohibebant, sed nec alij casus, præter disparitatem religionis, vt colligunt è *Gen. 2. 6.*

Erant ingeniosi. Nam pauco tempore repererunt artes liberales & mechanicas, quod Moses *Gen. 4.* significat, dum inuentores rerũ, quarũ vsus est præcipuus inter homines, notat.

Erant proceri & quasi Gigantes. Vnde & Berosus Noeum Gigantem appellat. Statura enim hominum post diluuium paulatim contracta est, vt & vita, cùm propter climata & inclinationes cæli varias, ad quas dispersi sunt *Gen. 10. & 11.* tum propter sequentium ætatum intemperantiam, aliásque vitiositates, tum ob assiduum naturæ fluxum, diminutionem & quasi defectum. Quare qui Gigantes siue Nephilim, *Gen. 6* dicuntur, ita appellantur per comparationem aliorum.

[*Nephilim* dicti sunt per antiphrasin quòd minime cadetent. *naphal* enim cadere significat. alij volunt esse hæmanticum à *ebil*. id est elephante, quòd essent vastioris molis.]

Cætera traduntur primis quinque aut sex capitibus Geneseos Mosaicæ, ad quæ licet nihil certò possit adiici, quòd Mose nullos habeamus auctores antiquiores, tamen hic sex aut septem possunt interseri, præter ea, quę ex historiis & traditiõnibus Hebraicis suo loco & ordine depromemus.

Primùm vt *Arnobius lib. primo contra Gentes*, Platonis in Critia, imaginationes de bello Atlantico, quod Solon in Ægypto audiuit extitisse ante diluuium. Moses sane scribit tum fuisse Gigantes, & quamuis tacet an se mutuis bellis confecerint, hoc tamẽ innuẽre videtur, dum eos ait fuisse potentes à seculo, Heb. *Gibborim*, quod epithetum est heroum & strenuorum bellatorum, dumque addit fuisse famosos siue magni nominis. Hac enim formula videtur notari eorum fortitudo tyrannica & rerum gestarum magnitudo. Quod autem hęc ætas referatur tota traducta intra orbis mediterranea, nec verò ad mare Atlanticum, id est, fines Africæ, Europæ, aut etiam Asiæ peruenisse, nihil obstat. nam huius Gigantomachiæ causa, victi in extremas oras profugere, & victores illuc victos persequi potuêre, non tam habitandi, quàm se vlciscendi studio.

Secundum de columnis coctilibus, de quibus Iosephus libro 1. Nempe lapides coctiles pro fidetum ratione insctiptos ante Ninũm septingentis annis, fuisse in Babylonia repertos, vt liqueat ante diluuium literarum, præsertim mathematicarum, vsum extitisse.

Tertium de Chaldęorum disciplinis. Nam eos ante Græcorum monarchiam quadragintа tribus millibus annorum menstruorum, qui ter mille sexcentos triginta quatuor solares conficiunt, literarem, & Astronomię principia coluisse memorant. Hi autem ducti per Impetium Persicum, Babylonicum & quinque primas Scriptutę ætates in Adami centesimum quinquagesimũ primum, & Sethi vigesimum primum incurrunt. *è Chaldęorum historijs.*

Quartum de libris Henoch, è quibus Tertullianus citat in tegias paginas, de quibus suo loco.

		Anni mundi.
		Quintum de quindecim Aegyptiorum dinastus, vt regnum eorum antiquissimum & cum primis ferè hominibus natum esse videatur. Nempe quia decima sexta & vltima Thebanorum dinastia, quiante Hicsos (vt appellat Manẽtho apud Iosephum) imperarunt, exactè in diluuij principium incidit, vt obseruant apud Eusebium.
		Sextum apud Rabbinos de gemina fame, vna sub Adam ob peccata Cain & filiorum eius, altera sub Lamec propter Gigantum scelera. Et de diluuio Enos, quo tertia hominum pars interit.
		Septimum de Epicureismo è Luc. 17. & Mat. 24. Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabant, ad vsque diem, quo intrauit Noé in aream & venit diluuium ac omnes perdidit. Addunt Hebręi tyrannides, violentias, direptiones, raptus nuptarum & innuptarum, è 6. Gen.
		Octauum de fabulis Gigantum, quòd non haberent homines Patres, quæ Eusebij nomine (inquit Augustinus de Ciuit.) circumferuntur, & è scriptis Henoch ob antiquitatem fidei suspectæ indicata traduntur.
		Præter hæc supersũt dũtaxat nomina Patrũ, quamuis aureũ fuerit sæculũ, cuius cõparatione nostra lutea dici mereantur.
Gen. 5.	a ADAM genuit Seth ætatis.	1
		Ex eo tempore homo necessario moritur. 1. quia habet corpus compositum è quatuor elementis se muto per contrarias qualitates oppugnantibus, donec vnum eorũ reliqua vicerit. 2. quia perdidit iustitiã originariam, quæ sola reddebat corpus ad põdus, cuiusmodi nũc medici frustra quęrerẽt, vel corporis mometũ ad mortem corrigebat & coërcebat.
		Post peccatum, semen benedictum Christus promittitur. Hæc illa prima Dei promissio Euangelij fons multis deinceps sæculis repetita, varijs figuris delineata, oraculis & vaticinijs inculcata, qua se consolabantur Patriarchæ vsque ad eius aduentum.
		Hortus Eden, qui & paradisus voluptatis in Eden Mesopotamiæ regione, *Ezec. 17. & 31. Es. 27. 4 Reg. 16.* ad Orientẽ terę sãctę, irrigatus quatuor maximis fluminibus, Gãge, Tigri, Euphrate, Nilo. *Gen. 2.* Sed diluuio tãdẽ omnib. fursum deorsum turbatis, ob ruptas maris, terræ, aëris cataractas, *Gen. 7.* ita immutata est terræ facies, vt loci illius vestigium vix vllum deinceps supersuerit, & fluuiorum illorum oculi siue fontes in alias regiones, eãsque disiunctissimas translati sint, magno incolentium bono. Omnes enim terram, quam alluunt, oblimant. Spatium terrę his fluuiis hodie comprehẽsum ferè est tertia terrarum pars. Ne quis putęt paradisum illum hodie extare, aut locum vbi olim ille extitit, iisdem allui fluuiis. Aliqui eum longè latéque patuisse scribunt per Syriam, Arabiam & Mesopotamiam.
		[De hoc paradiso legatur Beroaldus qui exprofesso de illo scripsit.]
		Illic fuit conjugij institutio, benedictio, dominium in belluas & res alias corporeas homini tributum. Lex de obedientia & temperantia. Sabbathi sanctificatio, quod & obseruatum toto legis naturæ tempore ttadunt Hebręi & Lyranus, *Genes. 7.* vt & aliqua alia legalia. Verbi gratia, sacrificium de animalibus, non quibuslibet, sed mundis tantum, abstinentia à suffocato & sanguine *Genes. 8. 9. 17.*
		Adam pœnitentiam egisse dicitur Sap. 10. Eam cepit, quando abscondit se à facie Domini, metuens eius irã, quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

facies Hebraicè significat. Continuauit annis fere mille. Agricola & Agricolarum exemplum. *Zach.* 13. propheta, in reder Olam cap. 21. siue prophetico spiritu imbutus. Ab ori- Gine omnis generis scientia, virtute, iustitia, gratia donatus, sed peccato posteriora amisit, citra spem eorum recuperandorum, nisi ex solo redemptoris beneficio & fide, per quam nouam iustificationem fuit consequutus, tam ipse, quàm reliquum humanum genus. Scientia remansit, per quam diuinas & humanas artes posteros docuit, per quam & ante lapsum nomina rebus, maxime animantibus terrę & volucribus cæli imposuerat. *Genes.* 1. Ex quo sapientissimum & naturę cuiusque scientissimum eum fuisse oportet, vt proinde per eum ad posteros philosophia de animantibus & rebus physicis manauerit.

Anni mundi.

Cecinit *Psal.* 92. in diem Sabbathi, vt eius sanctitatem & cultum posteris reliqueret ad recolendum creationis beneficium & magnitudinem. *Talmudici in Baba Bathra.* vsque ad tempus videlicet secundi Adam, id est, Christi, quo ad maius beneficium, id est, recreationis & redemptionis recolendum, in diem Dominicum conuerteretur.

ætatis suæ & mundi anno 130.

Libros scripsit, de quibus Aug. lib. 18. de Ciui. c. 38. Quorum (Adę puta & Enoch) scripta, vt apud nos & Iudæos in authoritate non essent, nimia fecit antiquitas, propter quam videbantur esse suspecta, ne proferrentur falsa pro veris. Nam & profetuntur quædam, quę ipsorum esse dicuntur ab eis qui pro suo sensu, passim quę volunt, credunt. Hęc ille.

CAINO *mundi primogenito.*

In agro Damasceno formatus fertur in Trad. Heb. ex humo rubra. Nam Adama, ex qua dictus est, humum rubram sonat qualis est gleba Syriæ & Armeniæ. Alij in terra Israel, quod reuicit Abben Ezra, Gen. 2.

Abel alendorum pecorum artem primus inuenit, in vsum lanarum & pellium. Nondum enim vsus carnium pisciumve ante diluuiũ receptus fuit, dum ea *Gen.* 9. iam tanquà olera viremtia (*Gen.* 1. in cibum concessa) permittit. etiamsi reclamet Iustin Martyr. *q.* 119. *ad Orthod.* Potuisse autem vti commodissimè, radicibus fructibus, herbis citra vsum carnium facile declaratur, ex his quę scribit Iulianus Apostata apud Suidam in Hero toto. Vsus autem lanarum & pellium monstratur à Deo, dum primos homines è paradiso mox eiiciendos pellicels vestibus amiciuit. *Gen.* 3. Et consuendi artificium (vt agriculturæ & multarum aliarum rerum) ab Adamo & Heua, dum in paradiso sibi consuerunt folia ficus & fecerunt perizomata, siue subligacula, *Ibid.*

Sed nec animalia vlla, vt Leones, canes, vultures toto illo originario æuo videntur vsa carnibus, ex his, quæ docet Basilius hom. 11 Hexa. Quod colligit è 1. & 9. Genes. Quo fortasse alluxit Esaias c. 11. *Leo quasi bos comedet paleas*, significans sub Christo omnia fuisse reuocanda ad primam simplicitatem & statum.

Cain iuxta Heb. traditionem anno mundi 13. nascitur, iuxta Nostros, teste Nangiaco, an. 15. Sororem (Calmanam quidam appellant) eodem secum partu genitam duxit. Nam primi illi partus fuere gemini tergemini-ve. ac masculus & fœmina simul nascebantur, inter quos matrimonij nexus nondum erat prohibitus, *Bereschit Rabba*, *Genes.* 4. Abel autem iuxta vtrosque trigesimo, qui postea ætatis centesimo occiditur, Virgo (etsi duas gemellas sorores habuerit, quibuscum posset matrimonium agitare, *idem in Bereschit Rabba.*) Sacerdos & Martyr. Ob quas tres dotes Ecclesia ab Abele incipere dicitur, non ab Adam qui alioqui ad eam pertinuit, & diuturno mille ferè annorum luctu cœlum promeruit. *Irenæus.*

Hos Adam in spiritu docuit offerre Deo decimas & primitias. *Guliel. Nangiacus.* Et reliquum Dei cultum. Nam inde

habuit

ADÆ SÆCVLO.

ADDÆ SÆCVLO.

Anni mund. habuit Abel, vt de grege suo agnum, Cain de suo agro terræ fruges offerret.

Signum reconciliationis in sacrificio Abelis apparuit, dum de cœlo tactum est. *Hebræi.* Nam hi respectum Dei ad Abelis munera combustionem cœlestem interpretantur, & historia Aaronis Leu. 9. Manuæ Iud. 5. Eliæ. 3. Reg. 18. Salomonis & aliorum litantium. 2. Par. 7. confirmant. Quin & addunt in illo igne leonis faciem fuisse conspectam, vt adumbraretur Leo de tribu Iuda. Nempe eiusmodi sacrificia typus erant Christi, & per eum Deo placebant, qui seipsum veram & vnicam hostiam pro peccatis nostris oblaturus erat.

Abel primus litauit Deo. Hebræi tamen tradunt Adamum prius bouem siue iuuencum sacrificasse, illúmque ritum filios docuisse.

A fratre interficitur in agro Damasceno, qui & inde nomen accepisse fertur. Nam Dammesec. q. sanguinis mixtio. quod secundum fuit in terris hominum scelus, propter quod terra denuo maledicta est.

Duæ ciuitates ab his fundantur. Abel, prima prædestinatorum forma, Dei & iustorum ciuitatem iacit, quæ ad hunc vsque diem peregrinatur in hoc mundo multis calamitatibus obnoxia. Cain, primum reproborum exemplar, Diaboli & impiorum ciuitatem erigit, qui quasi terræ domini & ciues loca terrena construunt. Hinc filij Dei & filij hominum *Genes.* 6. de piis & impiis.

Primus ante diluuium regni speciem constituit (*Ioseph.*) vt post, Nimrod. Præclata Regiæ maiestatis origo, propter quam miseri mortales vsque adeo superbire debeant. Sed Sacerdotium Ecclesiæ, quo d in Abele cœpit, illo regno temporali fuit antiquius. quod demum post diluuium incepit. *Aluarus de planctu Ecclesiæ, c. 37.*

Ex maligno erat, & occidit fratrem, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iusta. 1. *Ioan.* 2. Sic Abel mortuorum primus, Cain primus parricida. vt mundi solus cum sua posteritate esset dominus, lator, & parens, *R. Isaac.*

Ei Deus notam imposuit, ne quis eum interficeret. Veteres Hebræi putant esse literam vnam nominis ipsius, frontei eius impressam, verbi causa *n.* Nam est ridiculum, quod recentiores fuisse putant cornu in fronte. Græci malunt tremorem membrorum, suspirium & fœditatem vultus.

[Alij volunt fuisse sanguineam & volubilem oculorum faciem cum toxuitate: quæ hactenus sunt homicidarum certissima indicia, quibus prodantur si defixo contuitu hominem in os aspiciant. Hebræi.]

Agros colere, serere & metere docuit, excogitauitque cum filio suo Henoc aitem ædificandarum ædium, aut saltem ciuitatum. Ponderum item & mensurarum vsum.

Cum posteritate incolit Assyriam & huiusmodi orientis partes trans Tigrin & Euphratem, vt Adam, Seth & sancti posteri Syriam & vicinas occidentis regiones cis Euphratem. Sese occupantes in colendo Deo sacrificiis cruentis & incruentis, colenda terra, pascendis pecoribus & huiusmodi artibus naturalibus & innocuis. *Genes.* 4.

Nam Eden regio Mesopotamiæ, vbi erat paradisus terrestris inter eos separabat. *Genes.* 4.

A Lamec septimæ ætatis nepote pro fera occiditur sub annum vitæ septingentesimum. *Bereschit Rabba.*

Hæresim condidit contra Prouidentiam, non esse iudiciũ neque iudicem, neque præmium pro iustis, neque pœnam pro impiis, nec Dei miseticordia creatum esse mundum, multò minus regi. *Targhum Hierosol. & Iosephus l. 1.*

Eius patricidium secutam grauissimam famem multorum annorum, quæ prima fuerit è decem memorabilibus in Scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptura maledicatis traduntinitio Targhum Ruth. Fortassis quia *Gen.* 4. scriptum est. Maledictus tu ex terra (i. parte terræ) cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos.

a ADAM genuit primo Cain, sed Ecclesiæ & maiorum Christi successionem duntaxat in textu persequimur, vt & Scriptura, quæ plures quidem filios & filias ei tribuit. Gen.5. verùm ne primogeniti quidem Cain progeniem in longum produxit, quòd absumpta sit diluuio, ac à Deo desciscens falsos Deos & sacra asciuisset. Seth verò vsque ad Christũ perduxit, *Luc.*3. Gen.4. Gen.5.

Seth literas Hebraicas & stellarum nomina commentus est. *Suidas.* Astronomiæ inuentum ei etiam tribuitur. *Iosephus.* Gen 4.

Seth q. positio quoniã positus à Deo loco Abelis. *Gen* 4. vel fundamentum, quòd futurus esset mundi fundamentum, cæteris eius fratribus & propinquis diluuio excisis. *Fasciculus Myrrhæ.*

Genitus ad imaginem & similitudinem Adæ *Gen.*5. id est, bonus vt Adam, pius, pacificus, quietus, non vt Cain turbulentus, & improbus, qui fratricidio ius primogenituræ amiserat, Alioqui iste fortasse similior erat Patri, quantum ad lineamenta corporis & formam.

Apud homines gloriam adeptus est, & super omnem animam generis Adam. *Ecclesiast.* 49.

Henoch vrbium prima de nomine primogeniti Cain, hanc in Libano fuisse scribunt, vbi erat lignorum copia, nempe mons & sylua eiusdem nominis cedrina. Non tamen illic fuisse videtur, sed potius in Assyria, vel alia regione trans Tigrin, quæ esset Orientalis ipsi paradiso Eden. Nam. *Genes* 4. *Egressus Cain à facie Domini* (i. loco, in quo ei apparuerat Dominus, siue loco vbi erat cætus piorum, quem Deus solet respicere & fauore prosequi.) *habitauit profugus in terra Nod* (quasi exilij & fugæ, vt latinè latium, quod illic latuisset Saturnus) *ad Orientalem plagam Eden.* i. vltra Mesopotamiam, vbi erat Eden quousque à Lamec suo abnepote interficeretur.

Ante eam Cain locum quendam ædificasse à Iosepho scribitur, Naïs nomine. Deinceps auctum familia hanc vrbem construxisse, ibique primi regni aut potius latrocinij, quo pij ad diluuium vsque infestati sunt, formam & sedem constituisse.

Videtur autem *Naïs* corruptè positum pro Nod. Nam Nod inhabitasse dicitur post fratricidium, *Genes.* 4. Erat autẽ regio ad Orientalem plagã Mesopotamiæ, in qua Dominus paradisum voluptatis plantauerat ab initio (vel ab Oriente, *Gen.*2.) Ab euentu sic nominata, quoniam Nod sonat fugam, exilium, quòd in illa terra à Patre, & pijs profugus, & quasi in exilio procul habitauerit, qui ad Occidentalem plagam eiusdẽ Eden in Syriæ partibus commorabantur.

Inde per tam multos annos hominum cætibus condi potuêre etiam vsque ad diluuium plurimæ ciuitates.

c TEMPORE Enos cœpit idololatria, fictitiorũmque deorum cultus. Hic solus in sua familia veram & auitam religionem retinens, pietatem instauravit. *In hanc sententiam extrema verba capitis* 4. *Genes. Hebræorum Doctores accipiunt in Genesi magna.* Gen.5.

Scripsisse fertur de religione & modo inuocandi, item de disciplinis. Nam filiis Seth tribuitur columnarum ad posteritatis disciplinam delineatio à Iosepho, Suida, Plinio decantata. Gen.4.

Huic fragmentum de nonnullis diuinis à Iuda Apostolo citatum aliqui tribuunt *Marianus Scotus*, sed perperã. Nam in B. Iuda legitur: Septimus ab Adam Enoch, non Enos, qui sane fuit ab Adam tertius.

Aliis, homines ab Adam vsque ad Sem filium Noë, Deum

	Anni mundi.
b SETH, genuit Enos an. 105.	130.
	235.
Cain ciuitatis Diaboli & regni impiorum conditore. Deinde Henoc eius primogenito siue Cainitarum secundo.	

ADÆ SÆCVLO.

3. c ENOS genuit Cainan ætatis suæ anno 90.	325. 235.
Irad Cainitarum tertio.	

vniuersorum conditorem coluerunt. Nullus enim eorum taxatur, quòd diis alienis fuerit deditus, vel immundis dæmonibus obtuleritit. *Cyril. initio lib.* 1. *contra Iulianum Apostatam.* Anni mundi.

325. Ita, quando tempore Enos nominatim legitur cœptum inuocari nomen Domini, solennior quidam cultus tunc institutus significatur. Alioqui Adam, Cain, Abel, Seth, simplicem sacrificandi ritum vsurpauerant. Simplex enim huius loci sententia pendet è superioribus. Interea dum Cain & eius soboles fundendis metallis, ducendis multis vxoribus ædificandis vrbibus & tentoriis, cæteris rebus mechanicis & huius vitæ excogitandis intenderent. (Nam hæc toto contextu præcesserunt) Enos natus est Setho, qui cœpit inuocare nomen Domini: id est, Enos tantum operæ posuit in amplificando Domini cultu, quantum laboris isti insumebant in rebus caducis, sese planè dedens religioni & excogitans solennem inuocandi Dei ritum, adiecto animo ad superiorem & diuiniorem vitam. Pulcha antithesis. Isti excogitabant res ad hanc vitam vtiles, hic ad futuram.

Hinc ab Enos filij Dei, à Cain filij hominum, *Gen.* 6.

Tunc enim cœperunt filij hominum desistere ab orando Deo, eiúsque nomine inuocando. *Onkelos Gen.* 4. quod præuoscens Seth filium suum Enos vocauit q. ærumnosum & calamitosum, quòd sub eo miserum & calamitosum futurum esset sæculum, degenerantibus scilicet hominibus à vero Dei cultu ad idololatriam & praua opera.

Diebus Enos Oceani exundatio tertiam mundi partem perdidit. Nec tamẽ sequentes ætates resipuerunt, sibi metuendo à copiosiore diluuio. *R. Selomo Gen.*6. quasi fuerit præludium vniuersalis.

Tum etiam Gigantes cœperunt esse in terra, quos Scriptura vocat Anachim: *ibid.*

Ab Anac ptimo Gigante de cognatione filiorum Dei siue Seth, *Aben Ezra Ibid.*

Hoc etiam tempore ab Adam, Seth, & huius stirpis nepotibus, duæ tabulæ vel columnæ factæ, vna ahenea (iuxta alios lapidea siue marmorea) contra aquæ eluuiones, altera lateritia contra ignis conflagrationes, in quibus liberales artes, præsertim doctrina de Deo & Mathematicæ. In earum altera promissionem de semine, id est, Christo Adæ factam, cælatam scribunt.

d CAINAN videtur quoque primogenitus fuisse. Nam ab Adam vsque ad Noë, vno Seth excepto, omnes fuisse dicuntur primogeniti. *R. Kimhi initio libri Paralip.* 325. 395.

Nec mouet, quòd nonagesimo anno Patris dicatur natus, Nam hac ætate non nisi circiter septuagenarij procreabant. *Berechit Rabba & R. Isaac Genes.* 10. vt in secunda ætate ob contractiorem vitam incipiebant generare, quando erant 30. annorum aut circiter. *Genes* 11. Nam vt infantiæ, pueritiæ, iuuentutis & reliquarum ætatum interualla erant longiora & tardiora, quàm pòst, ita etiam vires & fructiones. Semel autem apertis seminalibus fontibus & genitalibus causis atque rationibus *gignebant filios & filias. Gen.* 5. id est, numerosa vtriusque sexus sobole augebantur.

Mortuus est sub Noë, cùm expleuisset annos nongentos & decem, quadringentis viginti & vno annis ante diluuium. frustra autem dubitatur, an isti anni fuerint æquales nostris. nam Scriptura nullos alios agnoscit, & annus diluuij *Gen.*7. & 8 dierum fuit 365. à decimo septimo mensis secundi, vsque ad vigesimum septimum eiusdem mensis vertentis anni, mẽsium autem duodecim, nominato secundo, septimo, decimo, primo, iterum secundo, cuius dies vigesimus septimus exprimitur, ne quis cogitet menses pauciorum dierum, quàm nunc.

Gen.5.	4 d CAINAN genuit Malaleel, anno 70.	325. 395.
	Mehuiaele Cainitarum quarto.	

ADÆ SÆCVLO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tunc erant Gigantes in terra ac deinceps. *R. Selo Gen. 6.*

[Gigantes dicti quasi γηγενεῖς, id est, exultabundi ac superbientes, ob virium maius robur & corporum procetitatem, Ibid. non autem ita dicti sunt, quasi è terra nati, vt quidam volunt]

c MALALEEL sub Noë quoque excessit, cum 895. annos confecisset, ducentis nonaginta sex ante diluuium. 460.

Fuit quoque primogenitus. Nisi quod nonnulli existimant Gen.4. probabile Patrem celerius alios genuisse, sed propter pictatem Malaleelem ius & dignitatem primogenituræ assecutum, quemadmodum Seth, Sem, Iacob, Iudas, fratribus ipsorum natu maioribus præteritis, ad primum gradum prouehi meruerunt. Hinc Malaleelem propheticè nominatum. q. Laudatorem Dei. Atque ita hic tantum fieri mentionem virorum illustrium, è quibus Abraham, deinde ex eius semine populus Dei, tandémque Christus nasciturus esset, nulla habita ratione primogenituræ.

f ET is quoque Noëi sæculo obiit, natus annos nongentos sexaginta duos, ante diluuium ducentis triginta quatuor. Gen.5.

Omnium diutissimè vixit dempto Mathusale. Nam superauit ætatem Adæ 32. annis.

Hic fuit maximus mundi descensus siue declinatio in religiones & moribus, vt proinde propheticè (quemadmodum multi alij Patriarchæ Seth, Noë, Phaleg, Abraham, Isaac, Iacob, &c. non dubito quin & multi alij, quorum etymon non Gen 4. affert Scriptura) propheticè, inquam, fuerit appellatus Iared q. descensus. Nam loco diuinarum artium emergunt prophanæ professiones & artes mechanicæ per Lamec & eius filios.

Nam Lamec à Caino sextus cum hoc, qui ab Adamo quoque sextus fuit, videtur concurrisse, si modo gradus Cainitarum, gradibus Setteorum respondent.

Cain enim concurrit cum Adamo Patre, vt qui tredecim annis eo duntaxat fuerit iunior. Henoc Caini primogenitus cum patruo Seth, vt qui ipso fuerit aliquanto senior, aut certè æqualis, vt colligi potest è 4. *Genes.* Sic reliqui. Alioqui Moses tantum recensuit posteros Cain vsque ad septimam progeniem, & neglexit annos vitæ, quoniam nihil piorum refert, ista scire, siue quia nimis isti diu vixerunt cum sibi, tum aliis, siue quia male perierunt omnes, ac diluuium in caput cæterorum accersuerunt. Nominatim Irad, Mehuiael, & Methusael infœliciter periisse tradit *R. Selo. Gen 6.*

Caini autem stirpem vsque ad septimum gradum perduxit Moses, primò ad docendam Dei bonitatem, qui non statim ad eum vlciscendum processit. 2. ad iustitiam demonstrandam, quia tandem puniuit & peccata parentis, etiam in filios æquè prauos requisiuit. 3. ad veritatem oraculi sanciendam, quod septima generatione puniendum cecinerat, excisa etiã eius sobole & posteritate *R. Isaac.*

Lamec Caini abnepos (errant qui filium Mathusale accipiunt, etsi eodem viguerit sæculo) bigamiam introducit. Nam primus duas vxores habuisse notatur, *Genes.* 4. quasi sex primis generationibus prima institutio & lex matrimonij siue Monogamiæ in paradiso lata à nullo violata fuerit, etiam in hominum tanta paucitate. Liberos 4. habuit ingeniosos & industrios, ad quos inuentio plurimarũ artium refertur, *Gen.* 4. Venationis exemplum posteris præbuit. Insignis gladiator cum filio Tubal-Cain arma inuenit & fabricauit, quibus cædes fierent, de quo apud vxores verentes ne propterea à Deo puniretur, se purgare conatus est, *Rabbini in 4. Genes.*

Audite, inquit, vxores quia occidi virũ in vulnere meo & adolescẽtem in liuore meo. septuplũ vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies. Ex quo loco etiam ipsũ colligunt Cainem his temporibus interfecisse, deinde filium suum Tabalcain. *R. Selo. & R. Isaac.* Ideo enim Mosem de industria

5

c MALALEEL gen. Iared, anno 65. *Methusaele Cainitarum quinto.*

6

f IARED genuit Henoch, anno 162. 460 622

Lamech Cainitarum sexto.

A DÆ SÆCVLO.

septem

Annis mundi. 535.

Septem generationes Cain expressisse, quod septima foret fratricidij pœnas daturus. Sunt autem hæ, Adam, Cain, Henoc, Irad, Mahuiael, Methusael, Lamec, Tubalcain cum Iabel & Iubal fratribus.

622. Ita exemplo ataui sui secundam cædem fecisse significatur. *Gen.* 4. Cainum autem casu inter frutices sagitta transfixisse, deinde filium, qui se fefellisset ferámque eum esse dixisset, suffocasse aiunt.

Sacrarum literarum peritus se cum tota posteritate luiturum pœnas prædixit fraternæ cædis à Cainо atauo suo factæ, haud dubiè diluuio. *Ioseph. lib. 1. Antiq. cap.*

Cuius causa, cum vxores ipsi nollent reddere debitum cõiugij, apud Adamum adhuc viuentem dicitur conquestus. *R. Isaac.*

7.

Gen.5. g HENOCH genuit Mathusalem anno 65. 687.

g IN vtraque progenie est Henoch, quorum ille primogenitus Cain vtri nomen dedit, hic propter iustitiam translatus à Deo, viuus in Paradisum sub Antichristo cum Elia passurus.

Ambulat cum Deo, ac de eius venturo iudicio vaticinatur, translatus ne videret mortem *Gen. 5. Heb 11.*

Gen.4. *Iabel, Iubal & Tubal-Cain Cainitarum septimis.*

Omnium primus videtur libros conscripsisse. Nam vsum literarum iam ab Adamo repetiuimus.

[Leguntur quædam Adami scripta sub nominibus commentorum Ægyptiorum, in sua cœlesti Magia, vt habetur in quibusdam *Ringelbergij* annotationibus.]

Scripsit de futuro iudicio aduersus hæresim Cainitarum, quæ tunc præsertim videtur inualuisse, cuius est hoc fragmẽtum in Canonica Iudæ Apostoli, Prophetauit septimus ab Adam Henoch, dicens: Ecce, venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de cunctis operibus impietatis ipsorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra eum peccatores.

[Hæresis Cainitarum hęc est, vt negarent vllum futurum iudicium. Et contrà, Deum non curare res humanas asseuerarent. Qua de re cùm aduersus de Dei prouidentia contenderet, Abel, frater Caini, ab ipso interfectus est *Hebræa.*]

Scripsit & aduersus cultores idolorum & fabricatores, cuius est hoc fragmentum apud Tertul. libr. de Idololattia. Iuro vobis peccatores, quòd in diem sanguinis perditionis pœnitentia parata est. Qui seruitis lapidibus, & qui imagines facitis aureas, & argenteas, & ligneas, & lapideas, & fictiles, & seruitis phantasmatibus, & dæmonibus, & spiritibus infamibus, & cunctis erroribus, non secũdum scientiam, nullum ab eis consequemini auxilium, &c.

Tum artifices statuarum & simulachrorum omnis generis Diabolus intulit, ex quo Henoch idololatriam secuturam prædixit, omniaque elementa, omnem mundi sensum, quæ cælo, quę terra, quæ mari continentur, in idololatriam versuros Dæmonas & spiritus desertorum Angelorum, vt pro Deo aduersus Dominum consecrarentur. *Tertull. Ibidem ex iisdem libris.*

Etiam ostia in superstitionem ventura præcecinit antiquissimus prophetes Henoc. *Ibid.*

Scripsit & de Angelis desertoribus, & eorum ordine. *Tert. lib. de habitu muliebri.* vbi angelos peccatores mundani cultus materias & impudicitię illecebras detexisse, videlicet autum & argentum, & opera eorum, etiam calliblepharum, vellerúmque tincturas inter cætera docuisse commemorabat. *Idem lib. de cultu fœminarum.*

Quem translatum dicimus, Hebræi mortuum ferè existimant, Idque in iuuentutis flore, quoniam tantum vixit annos, 365. cùm originalis mundi vita multò esset diuturnior,

B

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue propter victus simplicitatem, siue propter temperationem corporum, nondum rationibus & modis extraordinariis corruptam & penitus propè mutatam, siue quia Deus prauitatem hominum in dies crescentem, breuitate vitæ deinceps vlcisci voluit.

[Apparet veteres Iudæos raptum illum Henoch, de præmaturo vitæ exitu intellexisse ex iis, quæ scribuntur Ecclesiastici 43. v. *Vt esset exemplum pœnitentiæ gentibus.* Et Sapient. 4. v. 11. *raptus fuisse dicitur Henoch, ne malitia mutaret intellectũ eius.*]

Ferè autem dixi, quoniam Onkelos Gen. 5. v. 24. nobiscum sentit. Ambulauit (inquit) Henoch in timore Domini, & non ipse, quoniam non mortificit eum Dominus. *Et Targhum Hieros.* seruiuit in veritate coram Domino, & non ipse, quia subtractus est per verbum à conspectu Domini. *Et Fasciculus Myrrhæ.* Non commemorauit mortem eius vt aliorum, quoniam adhuc ipse viuit. Quod magnum est mysterium. Admonendum scilicet vitam aliam esse expectandam, quo modo translati quoque fuissent homines in æternam vitam, si Adam non peccasset.

Henoch sepeliit atauum suum Adam, deinde superfuit annis 57. translatus anno 69. ante Noë ortum, cum cæteri Patres adhuc essent superstites, & fortasse huius translationis spectatores, quam Deus fieri sic voluit, cum ob alias causas, tum vt homines docerentur non esse vanam spem immortalitatis.

Translatus, ne gustaret mortem, Eliæ sociandus, vt duo testes idonei, secundo Christi aduentui præparentur in confutationem Antichristi, & in gloriam iudicantis filij Dei. *Prosper cap. 6 lib. de Prouid. Dei. Sic & omnes veteres.*

Inde æternitatis candidatus à Tertulliano libr. contra Iudæos. Aliqui addunt in Eden translatum, vbi placidè viuat, in fine sæculi pro Christi fide moriturus. Sed iam è Chrysosto. docui hortum illum diluuio fuisse deletum.

[In *sedir olani* mentio fit Paradisi terrestris, in quadam superiore aëris parte, quæ est sine nubibus: vbi aiunt paratas esse beatorum sedes in secundo aduentu Christi, donec ille tulerit sententiam adeundi regni cœlestis. ex 1. Thess. 4.]

Decessit adhuc iuuenis, in ætatis flore, anno videlicet, 365. *Gen* 5. quæ erat huius ævi iuuentus, quot sunt dies anni solaris, vt eius in rebus cœlestibus peritia indicaretur. *Cabbalici.* Hinc citatur ex Eupolemi libro de Iudæis, apud Euse. libr. 9. Præp. c. 4. ipsum fuisse inuentorem Astronomiæ, & à Græcis Atlantem nominatum, item ab Angelis multa didicisse.

[Illi tribuitur vo archademia & manticè terrestris cum aliis plerisque obseruationibus physicis. Ex manuscriptis Rabbinicis.]

Libri Enoch (plurali numero) citantur ab Origene hom. 28. in Num. quibus comprehensa fuisse ait secreta de nominibus non solum plagarum cœli, sed etiam omnium stellarum atque syderum, & in Anacephaleosi lib. de Principiis, librum Henoch (numero singulari) materias vniuersas perspexisse, id est, omnes materiæ diuisiones, quæ ab vna in singulas quasque fiunt species, nempe hominum, animalium, cœli, solis, & omnium, quæ in hoc mundo sunt, quousque peruenirent ad imperfectum, id est, ad materiam imperfectam absque qualitatibus. Ita videtur Philosophiam illic diuinam & humanam persecutus. Et lib. 5. contra Celsum, librum Henoch de Angelis è cœlo delapsis. Quem posteriorem vidit Tertullianus vbi suprà.

Prout extat apud Aethiopes in regno Reginæ Sabæ Abyssina lingua, iis etiam traditabantur Dei mandata, leges, ceremoniæque aliquot de Sacerdotio, sacrificiis, aliisque diuino cultu, iuxta quas Noë hostias obtulit de animalibus mundis,

Anni mundi. 622.

687.

A D Æ SÆCVLO.

non

Anni mundi.

non immundis, Melchisedech Sacerdos Dei excelsi libamenta, & panes propositionis, Vulgus vota, primitias & decimas, Abraham eiúsque posteri multa, quę postea Moses nouo Spiritus Sancti afflatu sanxit. Nam ante legem datam, in Genesi, in ipsa naturæ lege plurimos ritus & leges Mosaicas iam fuisse vsu receptas comperies.

Non prætermiserat Henoch promissionem de Christo, futuro semine. Nam etiam in fragmento quod supereest apud D. Iudam, cum venturum ad iudicium cum Angelis concionatur.

Extabant in prima Ecclesia, & proferebantur, è c. 38. Aug. lib. 18. de Ciuit. Integras enim sectiones citant veteres, nominatim Tertullianus lib. de Idololatria, de Pudicitia, & de cultu fœminarum. Origen. in anacephaleosi lib. 4. de Principiis. vt suprà.

Septima generatione siue ætate (quæ incurrit in sæculum Henoch ab Adamo Septimi, vt inuentores à Caino) artes pluriuæ repertæ sunt, præcedentibus naturales artes magis exercentibus, vt agriculturam, pecuariam, venatoriam, ædificatoriam, &c. 687.

Nam Iabel à Caino septimus, ab Adamo octauus *Gen.* 4 pastoritiam nece Abelis intermortuam restituit, cui adiecit vsum habitandi in tabernaculis, eaque circunducendi, vt gregem pasceret. Nomadum auctor. Vel vt distingunt illic R. Selomo & R. Isaac, Abel primus fuit pastor ouiũ, iste verò etiam aliorum pecorum & iumentorum, adhibitis plaustris & tectoriis ad deserta & loca commutanda, pro cõmoditate pascuorum. Vnde pater habitatium in tentoriis atque pastorum dicitur. *Ibid.*

Iubal eius frater Musices & instrumentorum eius, seorsum psalterij & citharæ inuentor. Vnde pater canentium cithara & organo appellatur. *Ibid.*

Iubilandi vocabulum inde in aliquot linguas fluxit, Consanguineus posterorum Seth, siue è posteris Seth fuisse memoratur, *à Iosepho.* fortasse quòd mater eius Ada ex illa sancta radice manasset.

Fertur autem suum Musices inuentum, quemadmodum & filij Seth, ea quæ de disciplina cœlestiũ repererant, in columnis cælasse. Falso hãc palmam Amphiarao, vel Amphioni Plinius, Orpheo aut Apollini Diodorus Siculus libr. 5. tribuit. Lege D. *Hieronymum ad Dardanum de Instrumentis.*

Tubal-Cain filius quoque Lamech, sed ex alia vxore Sella, artem fabrilem adinuenit, non Vulcanus, quamuis non abludit procul ab hoc nomine, primúsque metalla effodit & vsum ferri atque æris aperuit, túmque cœperunt homines sculptilia facere & adorare. *Philo. lib. 1. antiquit. Biblicarum.* Hinc & sculpturæ inuentor putatur, quod congruit cum his, quæ è libris Henoch docet *Tertullianus libro de Idololatria.*

Malleator quidem & faber in cuncta opera æris & ferri dicitur *Genes.* 4. sed ibi nihil de auto & argento & cæteris metallis & materiis. Verum libri Henoch ibidem à Tertulliano citati etiam ista adiiciunt. Nam & eorum vsus fuit mox post diluuium, haud dubiè ab hoc ævo repetitus.

Noëma eius soror & ipsa quoque ingenio & inuentionis laude valuit, de qua in sequenti Patriarcha.

h GENITO Mathusale tempora fuêre deprauatissima. Nam ideo Pater eius dicitur translatus, ne malitia eius mutaret intellectum. *Sap.* 4. quæ tum scilicet inter homines regnabat.

Atque illud est Gen. 5. V. 22. Ambulauit Henoch cum Deo postquam genuit Mathusale, non quod ante illum genitum non vixisset religiosissimè, sed quia tunc se totum Dei ministerio dicarit, & munere prophetiæ fungi cœperit contra inualescentem impietatem.

8.

Gen. 5. h MATHVSALE genuit Lamech ann. 187. 687. 874.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mathusale vixit cum Adam annis 243. cum Noë 600.

Aqui mundi.

Mathusale vsque ad annum diluuij 600. Nam omnium vixit diutissime, attingens annum propè millesimum. Atque ita Noë, omnia ante Diluuium vel audiuit vel vidit, sicque rerum diuinarum humanarúmque sapientia, fides, religio, traditio, historia continuari facilè potuit, etiam per tres homines vsque ad Abraham, cui quinquaginta octo annis præsentia Noë frui, & ab eo ista omnia discere, per ætatem licuit.

Ipso anno diluuij mortuus, septem diebus ante aquarum inundationem, vt sanctè sepeliri & lugeri à nepote Noa posset. *R. Selom. in 7. Genes.* Eo enim vsque, à mundi sexcentesimo octogesimo septimo anni vitæ eius 968. protenduntur. Secundum corruptam 70. editionem, diluuium quidem superauit annis 14. at Scriptura octo tantum animas per aquam conseruatas tradit. Nec vtrumque conciliant, qui cum Patre suo Henoc translatum fuisse asserunt, donec diluuium præteriret. *De quo Aug. lib. 15. de Ciuit.*

874

Commendatur apud veteres Heb. à iustitia & multarum rerum cognitione & sapientia. *R. Abrahã in Fasciculo Myrrhæ.*

Scriptura non vltra Iubalem, Iabelem & Tubal-Cain, id est, septimum gradũ genus Caini ob superiores causas producit, item quia præcipuæ artes mechanicæ suam originem illis debent, itaque neque nos vlterius Caïnitas continuamus. Noëma istorum soror ingeniola fœmina, ideòque nominata *Gen. 4.* præter consuetudinem Scripturæ, quæ non solet in generationibus mulieres commemorare, nisi sint virtute vel mysterio singulares. Lanificij & texturæ inuentrix, linum in filo traxit, & pannum texuit, cum antea pellibus bestiarum, lanis, similibúsque materiis consutis, contortis, vel deductis ad tunicas, vestes, stragula atq; eiusmodi alia vterentur. Nam in Paradiso consuendi artis speculum Adam & Heua præbuerant. *Genes 3.*

Noëma lycor Noë soror Tubalcain Lamech et tertium inuenit etiam et metuit Musicã

Oris musicam & vocum modulos, vt Tubal-Cain frater instrumentorum musicorum, excogitauit. Cuius quidem rei non meminit Moses, sed ex nomine ipsius id satis reliquit testatum. Nam Noëma à suauitate & dulcedine. *R. Isaac, Gen. 4. citato Veteri Targhum Hierosoly.* Eam à iustitia & virtute commendant Talmudici, à pulchritudine & forma Midras, qua decepti fuerint filij Dei, de quibus Gen. 6. *Idem.*

Hanc vxorem fuisse Noëi, & matrem Sem, Cham & Iapher, tradunt Hebræi *in Bereshith Rabba.* Recentiores tamen refragantur, vt R. Isaac, quòd putent vniuersam posteritatem Caini, diluuio fuisse consumptam.

Gen. 4. *Iabel, Iubal & Tubal-Cain Cainitarum Septimis.*

9.

i Adam conspicatus filios filiorum & nepotum suorum vsque ad nonam generationem moritur anno vitæ 930. Lamech autem Patris Noë quinquagesimo sexto.

Gen. 5. i LAMECH genuit Noë anno 182.

874. 1056

Adam mortuus in sepulchro suo absolis 930 annis mundi

Sepelitur in terra Israel constanti Hebræorum traditione propè agrum Damascenum, vbi fuerat procreatus, vbi etiam hæc ætas traducta est, hominibus nondum per terræ fines dispertis. *R. Isaac in Genes.*

Gen. 4. *Iisdem Cainitarum siue impiorum principibus.*

[Ænacim dicti sunt Gigantes, quòd torquibus & monilibus vterentur. ab ענק radice. Et si velimus rectè iudicare, propriè Magnates fuerunt ex longa progenitorum serie celebres, vt inde fingant Poëtæ mythologi eos in dies excreuisse in molem ingentem. Illa nota sunt.]

In Hebron siue Kiriath-Arbée ciuitate Anachim (Gigantum) sepultum è Iosué 14. Beresçit Rabba & Midras Cantici Canticorum affirmãt, nempe in valle Mamre à Hierosolymis distante viginti duobus millibus passuum, versus australem plagam, vt proinde tam sedulò illius loci speluncam à Chananco Heth, Abraham emerit in eius rei memoriam. Vnde Adam de illis, de quibus Hebræi in officio mortuorũ canunt: *Patres, qui dormitis in Hebron, portas paradisi Eden huic aperite, &c.*

Mota bene

Contra qz tolireb:—

MATHVSALE SÆCVLO.

Ann mundi.

Nostrorum tamen veterum traditio est sepulcrum fuisse in monte Golgotano, in quo crucifixus fuit Dominus. *Orig. tract. 35. in Matth. Epiph. in fine Panarij. Athanasius libr. de Passione Domini. Theophylactus in Matt. 27. Euthymius ibid. Cyprianus Ser. de Resur. Amb. lib. 5. Epist. 19. & in Lucam c. 25.*

In monte Golgotha siue Caluariæ sepultus Adam

874.

Heua mater generis humani annis decem post virum suum Adam moritur, id est, anno vitæ suæ & mundi conditi 940. *Marianus Scotus.*

Eua moritur anno 940 Adæ 10 annis

In vtraque progenie est Lamech & eodem sæculo, quorũ ille est sextus à Cain, vxorius & gladiator, hic nonus ab Adam à sanctitate, prophetica facultate, & futurorum prænotione commendatus.

Nam prædixit diluuium & filij sui futurã virtutem, eúmque Noah. i. consolatorem à נחם *consolatus est*, per Apocopen appellauit, non à נוח *quieuit*, vt fere pletique omnes censent, vt qui humanum genus esset consolaturus, illud videlicet cõseruando & reparando. *Quia* (inquit) *ipse consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarũ in terra, cui maledixit Dominus,* Gen. 5. Quin & respiciebat ad promissionem de Christo, quæ minus fuisset expleta, si filius Noa cũ cæteris diluuio periisset. Sic sæpe futuri Christi Patres in his miseriis consolabantur. Alij significationem quietis retinent & Quietatorem interpretantur, quasi placarit iram Dei, eúmque humano generi conciliarit, &c.

1056.

Videtur hic esse Lamech, sub quo secunda fames è memorabilibus decem, quas hic Hebræi initio Targhum Ruth percensent. Decem sunt fames validæ, quas Dominus immisit ad castigandum mundum. Prima contigit Adamo viuente, *Gen. 3.* Altera viuente Lamech, *Genes. 5. nisi malis esse Lamech quarti Geneseos de posteris Cain.* Tertia Abrahamo, *Gen. 12.* Quarta Isaaco, *Gen. 16.* Quinta Iacobo, *Gen. 42.* Sexta Booz, *Ruth. 1.* Septima Dauide, *2. Reg. 21.* Octaua Elia Prophetæ, *3. Reg. 17.* Nona Eliseo in Samaria, *4. Reg. 6.* Decima, quæ expectatur sub Messia, de qua fortasse noster *Ioan. in Apocalypsi.*

Decem fames memorabiles.

[Illa decima fames videtur contigisse, sub Claudio imperatore, quam Agabus propheta prædixerat Act. 11. quod est argumentum contra Iudæos validissimum de aduentu Christi Domini, & de Messiæ vera parastasi, cùm alium frustra expectant. Ex suis authoribus libro supradicto, Targhum Ruth.]

Superiores omnes Patriarchæ sub hoc & huius filio Noa moriuntur. Eius enim quinquagesimo sexto Adam moritur. 66. Heua. Eius centesimo sexagesimo nono Seth filius Adæ annorum 912. moritur, tredecimo ante ortum Noe. Eius centesimo decimo tertio Henoch, annorum 365. transfertur, rapitúrque ne malitia mutaret intellectum eius *Sap. 4.* Ex quo significatur omnia tunc fuisse corruptissima. Reliqui sex sub Noe.

Ipsius etiam tempore concupiuerũt filij Dei filias hominum, & Gigantes nati sunt, *Genes. 6.* Ex nefando enim concubitu posterorum Seth & Enos, in quorum familiis colebatur Deus, & posterorum Cain, qui Idolis dudum seruiebãt, propagantur Gigantes, homines magnitudinis stupendæ. Quos proinde Moses vocat Nephilim, item Gibborim, siue potentes à sæculo, denique famosos, siue magni nominis, propter facinora & terrarum vastationes, *R. Selomo.* quasi bellis vexarint alios, Manzerim siue spurios Talmudici. Nam hic non putant fuisse coniugium sed raptum.

Inde secutam illam secundam famem Hebræi tradunt. Fortasse quia scriptum, *Gen. 5.* Iste nos consolabitur ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus (id est, quam sterilem & infructuosam reddidit.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isti antiqui & primi fuere tyranni oppressa libertate humana & pace tranquillitatéque publica. Hoc enim sonat, *potentes à sæculo* (meolam. i. olim) antiqui primique tyranni, quibus proinde nom *Hhamas*. i. violentia, violenta oppressio, vis & rapina tyrannica impinguitur eodem cap. Vt *Gen.* 10. Nimrod cœpit esse *Gibbor*, siue potens in terra. i. tyrannus, nempe post diluuium cœpit primus potentia & viribus alios opprimere sibi subiicere, vt isti ante.

Primi igitur, qui regnarunt & libertatem hominum oppresserunt fuere Sputij & Gigantes ex infausto concubitu nati. Quasi antea vsque ad mortem Adæ homines vitam communem & politicam ducerent intra suam quisque patriam, tribum & cognationem. Primi autem isti veterem & auitum morem noua imperij cupiditate mutarint, seruitutes inducendo, bella aliis inferendo, & rudes adhuc ad resistendum homines perdomando, occasione fortassis ferri & æris superioribus duobus sæculis inuenti.

Quò fortasse pertinet, quicquid de sedecim Aegyptiorum ante diluuium dynastiis tradidêre Manetho, Eusebius, &c. Nam prima hæc ætas traducta est in Syria & locis coniunctis. i. Aegypto, Arabia petræa, Chaldæa, Mesopotamia, Assyria, Armenia & eiusmodi Asiæ Mediterraneis.

A Cain tamen formam quandam regni longè prius institutam tradit Iosephus, de quo suprà.

Sed & luctuosior calamitas ex istiusmodi disparium cultu coniunctione exorta. Nam cognitio Dei prorsus in aliis extincta est, quàm in Noë, tribus filiis & quatuor eorum coniugibus, vt Deus indignatus post reliquias paucorum piorum, vt Mathusale & Lamech, ad se placida morte collectas, eluuione reliquum hominum genus deleuerit.

Filij ergo Dei Fideles, pij, religiosi illic appellantur, nempe filij Seth & Enos, filij autem & filiæ hominũ carnales, impij, profani, alieni à religione, Idololatræ, posteri videlicet Cain. Nec enim audiendi sunt Iosephus, Tertullianus, Iustinus, Cyprianus, Lactantius, Seuerus, Sulpitius, Suidas, & si qui alij, qui Angelos intelligunt ac censent Deum, vt singularem peruersitatem illorum sæculorum puniret, permisisse, vt Angeli regionum præsides, cum mulieribus congressi, Gigantes humani generis terrores & mastiges procrearent. Angeli enim, æque ac animę nostræ, sunt essentiæ spirituales, incorporeæ separatæ, purę, seminis denique genitalis experres, citra cuius missionem impossibilis est procreatio. Quare quę de Incubis & Succubis dęmonibus narrantur, non ad generationem pertinent, sed ad coïtum, quem per assumptum corpus simulare possunt Dæmones. Consule Hieronym. quæstionibus in Genesin, Aug. in iisdem, & lib. 15. de Ciuit. c. 23.

Non alienè etiam Chaldęus, R. Abraham Abben Ezra & alij Hebræorum filios Dei optimates & nobiles interpretantur, filios hominum plebeios, & obscuriores.

k 120. annis ante diluuium Gigantum & tyrannorum istorum præcipui furores, direptiones, raptus nuptarum & innuptarum, violentiæ, *Genes.* 6. indicatę, denique Dei decretum do contrahendis hominum diebus. *Seder Olam.*

Quibus totis Dei metum & cultum Noë prædicauit, cum vxore primum, deinde post susceptos liberos cum tribus filiis & totidem nuribus. Vnde octauus ptęco iustitię dicitur, 1. *Pet* 3.

100. ante diluuium annos in arca perficiunda consumit, vsus opera non modo filiorum & domesticorum, sed & quorumlibet industriorum sui æui. Anno enim ætatis 500. mandata de'ea accipit, 600. ingressus est. Imo verò 120. totos in ea se occupauit, adeo vt interrogatus responderet, diluuium venturum, quo omnes submergerentur, nisi resipiscerent.

Anni mundi.

1056.

MATHVSALE SÆCVLO.

10

Gen. 7. k Noe in diluuio natus erat annos 600. 1056. 1656.

Iisdem & aliis Cainitarũ principibus, quorum posteritatem, familiámque diluuium extinxit.

R. Selom.

Anni mundi.

R. Selom Gen. 6.

Tantę erat molis & artificij, vt quæ futura esset mundi epitome. Tanti ponderis, vt non potuerit attolli è terra vlla vi ante diem quadragesimum, cum iam aquæ propè ad altos montes peruenissent. *Abben Ezra Gen. 7.*

Et quidem tredecim eius cubitis ob onus intra aquam perpetuo permanentibus. *R. Selom. ibid.*

Habuisse 300. cubitos longitudinis, 50. latitudinis, 30. altitudinis (erat enim sex partibus longior quàm latior, & duabus latior, quàm altior, vt posset nare, neque à ventis vel vndis euerteretur.) certum quidem est, at figura non perinde constat.

1656. Alij cubicam, planéque quadratam fuisse statuunt, nisi quòd infernè concauas trabes subiiciunt, vel certè longas perticas & quasi temones ante & retrò procurrentes, vt facilius aquæ innataret.

Alij acuminatam quatuor angulis è basi ipsa paulatim sese in vnius cubiti cuspidem erigentibus. Sic R. Abraham, qui eam facit similem triangulo, quatuor scilicet triangulis è basi quadrata sese in vnius cubiti apicem per 30. cubitos altitudinis angustantibus, id est, pyramidi quadrangulæ.

1056. Alij primum è plano in altitudinem quindecim cubitorũ quadratum ducunt, deinde stringunt arctantque, donec in pyramidem inæqualiter longitudo & latitudo exurgat, vera autem altitudo in medio versetur. Alij totam in 30 cubitos quadrant, indéque à quatuor angulis superioribus rectum sensim in vnius cubiti acumen attollunt, vt eam supernè tecto pyramideo, aut certè ouali concludant. Sic R. Selomo, & vetereș ferè omnes. Alij etiam figuram prismam, id est ex scaleno & isoscele constantem, ei attribunt. *Euteo libro de Arca Noë.*

Vtut sit forma magis quadrangula erat, quàm rotunda, vel acuminata vel rostrata, nullam aut exiguam speciem nauium nostratum habens, sine instrumentis nauticis, sed diuina prouidẽtia huc illuc fluctans. Intrinsecus loculata, mansiunculisq; varia, triplici cõtignatione distincta, ima sentinæ loco, media pro animalibus mansuetis & feris, suprema pro hominibus, auibus, herbis & fructibus, in quadrata stabilitate consistens, ne impulsu ventorum, aut impetu fluctuum, aut motu animalium inclinari posset vel mergi, supernè cacuminata, vt imbres celerius omni ex parte diffunderet: è tabulis & tignis Gopher, quæ arbor est de lõgissimæ & firmissimæ cedri genere.

Cubiti, ad quos eius facta dimensio, sumendi videntur è proportione & magnitudine hominum istius sæculi, qui vt maiores multo erant, quàm qui secuti sunt, ita & porrectio à brachij flexu ad vltimum digitum, i. cubitus, longè maior. *Abben Ezra Genes. 6.* Sunt & cubiti quidam sacri communibus duplo maiores *Ezech.* 40. Ita minimum 300 cubiti longitudinis arcæ erat sexcenti nostrates.

Origenes mauult fuisse Geometricos. Talium autem cubitorum vnus cõtinet nouem vsuales, vnde & Celso Epicureo probat per analogiam cubiti Geometrici arcam fuisse mirę magnitudinis. Quam sententiam commendat Aug. lib. 15. de Ciuit. c. 27.

Porta infernè circa arcæ medium hærebat, deinde instar pontis subliciij siue subductilis, vt clanderetur, subrigebatur.

Fenestra cristallina siue è corpore lumen solis transmittente, propè rectum interiora illuminabat. *R. Leui Gen. 6.*

Tunc ergo vsitata erant corpora diaphana siue pellucida. Nam צוהר Tsoar differt ab חלון *Hallon*, quòd Hallon sit fenestra quęlibet. Tsoar autem fenestra pellucidi & saphyri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni corporis lumen transfundentis. *Ibid.*

Tota autem arca mystica. Materia & forma materiam & formam Crucis præcipui nostræ salutis instrumenti exhibent. Nam latera extensa figuram crucis reddunt. Interiora ordines & gradus Ecclesiæ. In ea animantes omnis generis præter serpentes, &c. Sic Ecclesia ex omnibus nationibus congregatur, & in ea boni versantur patiter & mali, sed hi in inferioribus tabulatis, homines autem & aues. i. boni in superioribus, &c.

Denique Arca quam, fecit, & in qua cum suis euasit, prophetia nostrorum temporum fuit. *August. lib. 18. de Ciuit. cap 38. & 15. c. 26.*

In eam ingressa sunt septem (bis septem malunt Abben Ezra & R. Leui) animalia munda, cuiusque speciei terrestris, quæ quidem è semine propagantur & duo immunda. Item è singulis volatilium mundorum generibus septem, immundorum duo. Hanc munditiem quidam accipunt ex esu, alij è sacrificiis, in quibus non omnia promiscuè vsurpabantur, sed ea dūtaxat, quæ postea lege præscripta sunt. Ego crediderim vtroque respectu per anticipationem sic fuisse appellata, & Mosem ad legem, quam dictaturus erat in Leuitico, respexisse.

Potuerunt autem omnis generis terrestria & volatilia, ad quorum procreationē necessaria est sexuum coniunctio, facile arcæ illius amplitudine comprehendi, quoniam non ita multa illorum sunt genera. Terrestrium enim species, quas vel veterum diligentia, vel recentiorum experientia obseruauit, vix centesimum & quinquagesimum numerum superant. In quibus boue aut equo maiora paucissima sunt nec plura quam sex, æqualia non multa, minima verò cætera omnia.

Serpentes autem vel è putredine, vel ex terræ humore & luxurie oriuntur, vel sunt ancipitis naturæ, vt nihil eos in arcam ad seruandam speciem introire necesse fuerit. Sic nec quæ è commixtione diuersi generis nascuntur, vt Muli, Burdones, Leopardi. Item quæ in aquis sunt ancipitis generis, vt Iuteres, vituli marini, aues matinæ & fluuiales.

Quantum ad victum etiam feræ & alites, quibus caro cibus est, fructibus pomisque vescūtur, maximè ficubus, glandibus, castaneis, nucibus. Potuit ergo vir sapiens & diuinitus admonitus, quæ cuique congruerent, præter carnes repetire & recondere. Præterea omnibus vesci cogit fames, & nihil est quod Deus suaue & salubre facere non possit, qui etiam vt sine cibo viuerent diuina facultate donaret. *August. & Abben Ezra Genes. 6. v. vlt.*

Tota posteritas Cain, diluuio absorpta est Mathusale obiit ipso diluuij anno, vel iuxta quosdam translatus est, vt Pater, animo & corpore. *R. Samuel in Parashasi c. 13. R. Isaac Gen 4.* Octo animæ duntaxat seruatæ sunt, 1. *Pet. 3.* id est, Noë cum vxore, tribus filiis ac totidem nuribus.

Corruptelam istorum temporum indicat Christus *Mat. 24. & Luc. 17.* In diebus Noë erant comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo ipse intrauit in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium & perdidit eos. Petrus, 1. *Pet. 3.* increduli. *Eccles. 44.* tempus iracundiæ. Ex quo liquet, etsi nullus adhuc esset vsus vini, carnium & piscium, tamē non simplici aquæ potu & cibo-rum apparatu vsos fuisse, sed factitio & dilicato. Denique deprauatos fuisse voluptatibus, opinionibus, moribus, religione, luxu, &c.

Noë ætatis quingentesimo. i. ante deluuium centesimo diuino oraculo monitus non tātum arcam fabricare incipit, sed etiam filios gignit, non quidem eodem anno, sed tribus

MATHVSALE SÆCVLO.

Anni mundi.

cohærentibus. Iaphet (nam est probabilius Sem fuisse tātum dignitate primum) 500. Cham 501. Sem 502. qui proinde non nisi fuisse centum annorum legitur, quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium, *Gen. 11.* id est, sexcentesimo secundo Noë Patris.

Nec prius genuit, quia instituerat viuere in perpetuo cælibatu, vel coniugali continentia, & contemplationis studio, & tædio sæculi sui corrupti, & metu habendi prolem, quæ diluuio ipsi iam ante annos 20. reuelato periret. Quare non
1656. nisi excitatus oraculo dicitur ad procreationem processisse, quò humanum genus seruaret. Fuisse enim cōtinentissimum inde apparet, quia *Gen. 5.* cum de præcedentibus Patriarchis, ipso etiā Henoch sanctissimo dicatur *Genuitque filios & filias*, de solo Noë vsurpatur alia formula, *genuit Sem, Cham & Iaphet.* Qualia multa obseruant Hebræi, qui proinde in Arca castitatis suis exemplar fuisse tradunt, & nepost renouatum quidem *Genes. 9* præceptum de propagatione, rei vxoriæ dedisse operam, aut vllos suscepisse liberos, quamuis post diluuium 350 an. vixerit, ac eo pertinere veterem fabulā vel allegoriam potius de eo castrato.

Sub ipso sex patriachæ moriuntur. Eius enim 84. Enos magnus Dei inuocator, annorum 905. obiit. Eius 179. Cainam annorum 910. Eius 304. Malaleel annorum 895. Eius 366. Iared annorū 962. Eius 595. Lamech Pater & Propheta annorum 777. quinque ante diluuium. Eius denique 600. qui erat Diluuij, Mathusale, annorum 968. Ita è Decem Patriarchis originarij mundi solus Noë, septem diebus ante diluuium, fit reliquus.

Noë excepto, omnes primæ ætatis huius Patriarchę viderunt Adamum. Nam.

Seth,		800
Enos,		695
Cainam,		650
Malaleel,	*vixit cum Adamo, annis*	505
Iared,		470
Henoc,		308
Mathusale,		243
Lamech pater Noe,		56.

* *Summa, anni 1656. dies 6.* — 1656. — * Hæc ætas secundum Hebraïcam veritatem, annorum est 1656. septuaginta corruptē habent 2242. id est, 586. præter iustum numerum, iuxta quos Mathusale annis 14. post diluuium vixisset.

His perperam circiter 600. addidere 70. Interpretes, vel eorum potius corruptores, vt hæc ætas sit annorum, 2242.

Sic secunda ætas à diluuio ad natiuitatem Abrahæ, secundum Hebræos, expletur an. 293. vel 292. Secundum Septuaginta 942. id est 650. præter iustum calculum.

In cæteris ætatibus vsque ad transmigrationem, 70. cōueniunt, aut non nisi vno anno, differunt, vt Isidorus ostendit, aut certè paucis, nisi fortasse in tertia, de tempore habitationis in Ægypto, quoniam in aliquibus exemplaribus Exo. 12. additur Καὶ ἐν γῇ χαναὰν. Sed de eo post.

In sexta ætate, quæ est à transmigratione ad Christi natiuitatem, vel mortem, diuersi diuersa sequuntur, vt suo etiam ostendam loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HAC PRIMA ÆTATE DOCTRINA ECCLESIÆ promulgatur prophetis Adæ, libris Henoch, &c.

HAC prima ætate puræ & salutaris religionis ad nos transmissæ & ad sæculi extremum duraturæ fundamenta iacuntur, ac vigent. Fideles vocabantur Filij Dei, Genes. 6. Regebantur reuelationibus, Gen. 2. 3. 4. 6. 7. Traditionibus Adæ. Nam traditiones sunt scripturis antiquiores. Deinde Prophetiis Enos & Henoch. Inuidisse enim Adã filiis suis & posteris traditiones ad salutẽ necessarias non est probabile, cùm id sit quouis parente indignum, præsertim de Deo, eius Verbo, & Spiritu, quos viderat & allocutus fuerat, Gen. 2. De creatione Mundi, cuius nobilissima pars fuerat, adeo vt eius rebus Dei iussu nomina secundũ cuiusq; naturas imponeret. Ibid. De Animæ diuina inspiratione & productione ad Dei imaginem & similitudinem, quam ipse expertus esset, Genes. 1. De hominis dignitate & Dominio supra reliqua, quod ipse accepisset. Ibid. De statu innocentiæ, à quo exciderat: de lapsu, & peccato, quod commiserat, vt omnium calamitatum fonte, De horto voluptatis, futuræ vitæ immortalis typo, è quo ejectus fuerat, de Angelis, quorum aliqui cum flammeo gladio & versatili ingressum horti tuebantur, Gen. 2. De Diabolis humani generis hostibus, eorũque tentationibus, quorum vnus per serpentem se & coniugem deceperat. De semine mulieris. 1. Christo, qui sibi ad peccati & miseriæ medicinam promissus fuerat. Genes. 3. De sanctificando Sabbato, propter creationis beneficium, de sanctitate & legibus matrimonij, de quibus ipse prophetasset Genes. 2. De sacrificiis & cultu Dei, de Dei præceptis & voluntate, de Morte, de Pœnitentia, de Pœnis propter peccata, quæ omnia ipse experimento didicerat, vel per Spiritum Dei, aut mentis suæ, ingenij, & naturæ præstantiam perfectionémque conceperat. Denique de cunctis mysteriis, ad salutem maximè necessarijs, quibus eum Deus plenè non modo vt prophetam, verum etiam vt virum immediatè à se procreatum imbuerat. Nam idcirco ei videtur æuum produxisse in annum 930. i. plusquam primæ ætatis dimidium, vt radices pietatis longas relinqueret. Hinc deinceps Dei vnitas in inuocationibus & vsurpationibus nominis אלהים, quod non recipit pluralem formã. Trinitatis mysterium, è creationis rerum opere. In eo enim vniuersa molitus est Deus per Verbum in Spiritu S. Et exhominis opificio. Nam in eo, faciamus, inquit, hominem ad imaginem nostram. Verba scilicet Patris ad Filium & Spiritum Sanctum, ipsius tanquam consiliarios, eos tanquam pares & socios ad tam singularem fabricam inuitantis, vel certe trium diuinarum personarum seipsas ad hoc insigne opus cohortantium, Gen. 2. Sic, Faciamus adiutorium simile illi. Et, Ecce, Adam factus est tanquam vnus ex nobis, Ibid. Adde plurali forma Deũ Elohim fuisse ab hominibus huius ætatis ferè nominatum & inuocatum. In Christum fides tanquam liberatorem, Genes. 3. Mulieris semen infestum erit Serpenti, conterereque caput eius. i. vim & potentiam, vbi dicitur Semen mulieris, non Viri, quòd ex incorrupta virgine sine seminis virilis admixtione nasciturus esset. Vbi & Targhum Hierosolymitanum, Remedium erit filijs mulierum & sanitas, tibi autem ô serpens nulla erit medicina. Verùm te ipsi conculcabunt calcibus suis in fine dierum manibus regis Christi, siue per regem Christum. Figuræ, quibus est delectus, per incarnationis præludia in externis Dei apparitionibus & anthropopatheia Genes. 2. 3. 4. 6. 7. In victimis tunc immolatis, propter quas traditur occisus à mundi origine Apo. 13. In vestibus pelliceis agni, quæ nudis datæ sunt, idque ad diei vesperam. Nam sub vesperam mundi. i. nouissima ætate erat corporandus & peccatorũ nuditatẽ tecturus. Fides in Abele, Henoch, Noa Heb. 11. Fidei signa sacrificia duorum generũ Cruenta in typum sacrificij crucis, Agnus Abelis, siue oblatus & à Deo probatus acceptúsque externo quodam & visibili signo Genes. 4. Heb. 11. Incruenta in typum Eucharistiæ sacrificij incruenti, Minhá siue oblatio Cain de terræ frugibus. Item sacramenta, patrum externi & religiosi ritus ab Enos instituti Genes. 4. loca religiosa & altaria ab Abele & Cain erecta, Ceremoniæ ab Henoch scripto etiam relictæ & fuisse Leuit. 10. Num. 6. quo modo Diluuium Baptismi Typus. 1. Pet 3. Matrimonij in paradiso insti-

tuti. Genes. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. i. duo supposita in vno coniugali commercio per substantiarum inter se commixtionem: vel duo in vna prolis persona. Gen. 1. Benedixitque illis Deus, & dixit, Crescite, & multiplicamini, & replete terram subiicite eam, Pœnitentiæ & eius operum. In libro Henoch, qui extabat in prima Ecclesia, & ad istud docendum citatur à Tertull. libro de Idololatria, imò, & B. Iuda in Canonica, Huius virtutis præco fuit Noë 2. Pet. 2. Exempla autem illustrissima Adam, qui post Abelem & Cainum ortos videtur statuisse viuere in perpetuo cœlibatu & luctu, vt sua peccata liberius plangere posset, nec ad cognoscendã Heuam processisse, nisi ad suscitandum semen sanctum in Abele extinctum, Gen. 4. [Idque iuxta sacramentum pœnitentiæ iam tunc à Deo institutũ his verbis: Quia pulvis es & in pulverem reverteris. Gen. 3.] Heua, quæ filiorum alterum Habelem vocauit. i. vanitatem, anhelitum, fumum vanescentem. Seth, qui primogenito suo nomen imposuit Enos. i. ærumnosi. Habel, qui virgo permansit vsque ad diem necis suæ. i. annum vitæ centesimum. Bona opera. Eorum præco Noë, 2. Pet. 2. Ea Deum promereri Gen. 6. & 7. Placere Deo Gen. 5. citante Apostolo Heb. 11. Nonne si bene egeris recipies, sin male, statim in foribus peccatum. (i. pœna peccato debita) aderit Gen. 4. Liberum Arbitrium, ex eodem loco Hebræi ferè omnes illud colligunt. Item è verbis adiunctis, Sub te erit appetitus eius (peccati) & tu dominaberis illius (peccati, vt & Abben Ezra & Rabbini ferè omnes illic docent, planè vt Augustinus lib. 15. de Ciuit. c. 7.) Quod Deus Caino inculcare voluit, ne ipse putaret peccato Adæ patris sui libertatem arbitrij esse amissam, & impietatem, quam Caluinus sequitur, de necessitate peccandi amplectendam. Ministerium publicum, Sacerdotium. Gen. 4. Habel & Cain sacrificant. Enos incipit inuocare nomen Dei (paulo solennius, quàm antea) Gen. 5. Citante B. Iuda publicè Henoch præeunte verbum Dei. Gen. 6. Noë, interpretante B. Petro 2. Pet. 2. Festa Gen. 2. Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum. 1. sacrum sanctúmque haberi iussit. Quare Adam Sabbatum celebrat & colit, in illúdque condit ex antiquis Rabbinorum monumentis Psal. 91. & in Diem Sabbati inscribit. Reliquos Patres Sabbatizasse quoque Abben Ezra in Decalogum, & Lyranus Gen. 7. docent. Delectus ciborum. Abstinentia à carnibus, piscibus & vino perpetua. Gen. 1. vbi herbæ duntaxat, olera & fructus arborum in cibum conceduntur, & vitis Gen. 9. non nisi post diluuium plantatur, siue è syluestri satiua efficitur. Gen. 2. vbi arboris etiam notitiæ boni & mali esus inhibetur. Genes. 7. vbi animalia quædam munda (ad sacrificium,) alia immunda: Traditiones vt de animantibus mundis & immundis Gen. 7. de Matrimonio non agitando cum impijs & disparibus religione Gen. 6. de vltione septuplum danda de Cain Gen. 4. Nam etiã Dei colloquium cum Cain post multa sæcula ad posteritatem peruenit. Lamech enim ab ipso sextus circa mundi septimi genteseimum, Septuplum, inquit, vltio dabitur de Cain, &c. Ibid. Multo magis per manũ acceptæ sunt Dei verba ad pios Adã, Heuam, Abelẽ, Enos, Henoch, Noam, &c. Curã mortuorum, dum Adæ sepulchrum religiosè & inuiolatè in Hebron conseruatur vsque ad Iosue Ios. 14. ex interpretatione etiã veterum Rabbinorũ in Bereshith Rabba & in Midras Cantici Canticorum. Ad quem locum postea vxori, sibi & posteris sepulchrum delegit Abraham magno precio Gen. 23. de quo illud Iudæorum in officio pro defunctis, Patres, qui dormitis in Hebron, portas Eden aperite illi. Gen. 5. Henoch non apparuit, quia tulit eum Deus, quasi quæsitus fuerit ad supernũ officiũ. Dies septem distulit diluuiũ à se præfinitũ Deus in gratiã Mathusale, vt eius exequias Noa cum sua familia sanctè & honorificè curare posset, R. Sel. Gen. 7. v. 4. Denique reliqui Patriarchæ propter sanctorum communionem in palæstina vel quàm proximè viuere, mori, sepeliri, & diem Domini expectare cupiuerunt, vt Rabbini docent è suis traditionibus & historijs: Purgatorium. Carcer, in quem inclusi spiritus eorũ, qui incredduli fuerunt aliquando quàdo expectabant Dei patientiam in diebus Noë cum fabricaretur arca 1. Petr. 3. id est, Dei misericordiam, quasi pij illorum temporum existimarent maiorem fore Dei patientiam & misericordiam, quàm minas à Noë fabricante arcam denuntiatas. Quare & in illa sua incredulitate, id est, nõ credentes futurum diluuium, oppressi sunt, indéque (quia alioqui pij erant) in carcerẽ descenderũt, quoúsque eis mortuis Christus veniens prædicaret, Ibid. & euangelizaret, ibid. c. 4. Eius picturæ erat flammeus gladius atque versatilis, interpositus inter peccatores & paradisum Genes. 2. Cuius rei mysterium Adamum, quum esset ipsi obiectum, non latuit, nec ipso interpretante posteros. Eo autem fuisse pictum Purgatorium ignem interiectum inter miseros & cœlos docent Rabbini multi veteres, & è nostris Origenes. Nam & Iudæi credunt ignem quendam purgantem & emundan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem ſiderum animarum maculas per menſes duodecim Zoar Gen. 18. & 47. *Leuit.* 21. *R. Alphes in tract. Ros Haſſ. mac. 1. fol. 216. R. Ioſeph. Albo lib. Hikkarim 4. c. 34. Etſi alij Rabbini per gladium hunc ſignificatam malint gehennam & æternam pœnam, qua afficiendi eſſent impij.* Sanctorum memoria. *Cherubim, qui ſunt ſancti Angeli inter peccatores & paradiſum conſtituti,* Gen. 2. *& cuſtodes gazarum horti Eden, in officio Iudæorum pro mortuis. Habel per fidem defunctus adhuc loquebatur* Geneſ. 4. *Heb.* 11. *Henoch in cœlum translatus ad piorum conſolationem* Geneſ. 5. Vita æterna. *Ex eiuſdem Henoch translatione;* Ibid. *& ex animæ immortalitate, quam credebant ex Adæ diuino ortu, in quo ei inſufflauit Deus ſpiraculum vitæ. id eſt, extrinſecus ei animam indidit, non è poteſtate materiæ. Adde qui inſufflat de ſuo aliquid tribuere è R. Nahaman, vnde Poetæ animam diuinæ auræ particulam didiciſſe videntur. Item ex vi imaginis & ſimilitudinis Dei, Rurſum ex appellatione animæ humanæ ab Adamo impoſita.* Neshama *enim diuinũ quid & cœleſte deſignat, quaſi* min Shamaim. *i. de cœlis. Præterea è paradiſi voluptatis obiectu & recordatione. Nam is erat cœli typus. Denique è Dei & Angelorũ apparitionibus & promiſſionibus Adæ, piiſque factis.* Iudicium futurũ. Gen. 4. *Nonne ſi bene egeris recipies, &c. Prophetauit & de eo ſeptimus ab Adam Henoch dicens: Ecce venit Dominus cum ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de cunctis operibus impietatis ſuæ, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt, contra ipſum, peccatores impij. In B. Iudæ epiſtola. Atque hæc originarii mundi fides, religio, doctrina, quæ ſequentis perenne extitit fundamentum ac radix.*

[*Ex iis omnibus. 7. ſacramẽta iam tum à Deo fuiſſe inſtituta, quorum cum ſit baſis Sacerdotium, Deus ipſe ſanctus eſt cum edixit ne fructum mali & boni contingerent: & vice verſa de omnibus aliis ſe ſuſtentarent 2. Item benedixit Matrimonium Adam & Euæ* Gen. 2. 4. *inſtituit Baptiſmum in ſpecie periſomatum, quæ ipſis Deus præcinxit tegendæ verendorum turpitudini.* Geneſ. 3 5. *Sacramentum eſt Pœnitentia his verbis* quia puluis es, & in puluerem reuerteris. *Gen. 3. 6. eſt Confirmatio, iis verbis* Ipſa conteret caput tuum. *Gen. 2. Nam Confirmatio eſt ad certamen inſtituta, & victoriam de hoſte maligno. 7. Sacramentum eſt, ſepultura in ſpem reſurrectionis, Ioan. 12. cui adhibetur Vnctio ſacra, his verbis,* donec reuertaris in terram, *Gen. 2. vnctio autem declaratur à Rabbinis, in eum modum vt Seth ad Cherubim cuſtodem paradiſi adierit, & ab illo acceperit tria grana arboris vitæ, è medio paradiſi, de qua dicitur. Apoc. vlt.* quod eius folia ſint in ſanitatem gẽtiũ. *Sanitas autẽ conuenit vnctioni extremæ. Iac. 5. cuius complementum eſt ipſa reſurrectio. Illa autem grana trita oleum reddiderunt quo vnctus fuit Adamus, & in oſſibus illorum granorum oſſa indita, è quibus excreuerit arbor ſacra Crucis venerandæ Domini, abdita à Salomone in medio templi, à Numine admonito, è cuius loco erupit fons ille ſacer. Zachar. 9. domui Iſraelis, quæ Probatica piſcina, dicta eſt* Ioan. 3. *ſacramentum eſt Euchariſtia vitæ æternæ, conſtans fructu arboris vitæ, Gen. 2. & 3. & Apoc. vlt. vbi dicitur,* ne carpat de fructu arboris vitæ & viuat in æternum. *cuius Symbolum eſt ingladio Cherubico, pro verbo Dei Heb. 6.*]

Anni mundi

SECVNDA ÆTAS, PATRVM, quæ & Diluuij, quaſi pueritia populi Dei.

VSque ad ſacerdotium Aaron, omnes primogeniti ex ſtirpe Noe, cuius ſeries & ordo deſcribitur, fuerunt ſacerdotes, victimaſque immolarunt; & hæc ſunt primogenita, quæ Eſau fratri ſuo vendidit. *Hiero. ad Euagrium, è trad. Hebr.*

Gen. 8. a DILVVIVM duravit anno vno, diebus 10. 1656. 1657.

a ARCA conſedit in montibus Ararat, qui à Græcis Taurus & Cetaniꝰ appellatur, & Armeniam ſcindunt, a Chaldæo Onkelos cardu, vel cardueni, quos Cordæos Curtius appellat. Strabo fortaſſe Gordiæos, partem ſeu comu Tauri. Ararat autem eſſe Armeniam docet Herony. in cuius montibus adhuc appareant arcæ veſtigia, & eius quædam fruſta in miraculũ factæ rei ab incolis oſtendantur. Quod idem proditum à Ioſepho.

Diluuium cœpit menſe ſecundo, id eſt, vt Hebræi ferè ſentiunt è R. Eliezer, Octobri, in 40. dies vſque ad 17. Nouembris. Aquæ deinde inualuerunt per menſes vndecim. Eoque Seder Olam annum Solis eſſe productiorem anno lunari, diebus vndecim oſtendit.

Probabilius R. Ioſua, die decimo ſeptimo menſis ſecundi, id eſt Iiar ſiue Aprilis in dies 40 vſque ad 27 Maij. *Gen. 7.* per dies 150. i. quinque menſes inualeſcentibus aquis, vtque ad decimum ſeptimum menſis ſeptimi c. 8. Tizri ſiue Septembris. Nam 40 primi dies, quibus pluit, & rupti ſunt fontes Abyſſi ſiue Oceani, his 150 diebus includuntur, contra R. Selomonẽ & Lyranum. Hinc vſque ad primum diem decimi menſis. (Teber ſiue Decembris) decreuerunt aquæ vſque ad montium cacumina. Poſt 40 dies emiſſus eſt coruus. i. die decimo menſis vndecimi (Sebet ſiue Ianuarij.) Poſt ſeptem columba. i. decimo ſeptimo eiuſdem menſis. Poſt alios ſeptem non vltra rediit. i poſt 24 Ianuarij. Quid inde actum ſit vſque ad primum diem primi menſis Niſan ſiue Martij non memoratur, id eſt, per dies 35 vel 36. Die autem primo primi illius menſis deſiccatæ ſunt aquæ ſuperficie tenus, tũcque ſublatum eſt arcæ tectum ad captandam auram & flabellandum aream aërem. In arca interim adhuc remanet Noe dies 56, id eſt totum illum menſem Niſan cum 27 diebus menſis ſecundi Iiar ſiue Aprilis, cuius decimo ſeptimo, anno ſuperiore ſeſe in arcam iniecerat. Ita in arca fuit mẽſes 12 (lunares) & dies decem. i. integrum annũ ſolarem.

Mirabile diluuium, non tantum quia vniuerſum, verum quia paucis diebus, nempe 40, ruptis fontibus Oceani & fluuiorum, terræ venis, cœli aëriſque ſudoribus & nubibus liquefactis, ſuperauit altiſſimos montes, quindecim cubitis, id eſt, mediam aeris regionem multis ſpatiis, quia eã plurimi de altioribus interſecant, vt Atlas & montes iunẽ in Afrca, Olympus in Græcia, Caucaſus in Aſia. Sed & terram vndique oppreſſit circumfuditque, ac in primũ & antiquum orbium elementa reduxit, vt ætherem ignis, ignem Aer, Aerem Aqua, Aquam Terra ſequeretur abſque vllo diei & noctiũ, hyemis, æſtatis & reliquarum anni tempeſtatum diſcrimine. *Geneſ. 8. v vlt.*

Beroſus ille ſuppoſititius, Noam ſyderum obſeruatione deprehendiſſe impendens diluuiũ, atque ita nauẽ ſibi proſpexiſſe fabulatur. Sic impij aſtris, naturæ, caſui vel humanę induſtriæ tribuunt, quod à nei gratia vel iudicio eſt profectũ.

Diluuium autem Noe, Scriptura non aſtris, ſed Dei iuſtitię, & voluntati tribuit. Quia omnis caro corruperat viam ſuam, &c. *Gen. 6. Luc. 17. Mat. 24.*

De diluuio Ducalionis Ouidius in Metamorph. & Plutarchus Opuſculo, Brutas animantes eſſe rationis participes, eadem fere ſcribũt. Vt columbã fuiſſe emiſſã, vt nauẽ eiectã

NOE ET DILVVII SÆCLVO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in monte Parnassũ Thessalię (vel potius Indię Paropamissũ) Interim Deucalion fuit Noa 800. annis minimum posterior.

Thebani etiam de Ogygio diluuio aliquanto antiquiore his finitima dictitant. Sic & Americani de quodam suo.

[Plura etiam diluuia Annius Viterbiensis commemorat, sed in eo iudicium & fides à plerisq; doctis viris desideratur.]

Sic Alexander polyhistor & Abydenus à Cyrillo lib. 1. contra Iulianum producti, nempe Saturnum, Xisuthram præmonuisse de futura inundatione, atque ita illum sibi fabricasse arcam, in qua se seruauerit, cum omni bestiarum genere cúmque suis scriptis in Heliopoli Aegypti. Deinde nauigasse cum sua arca in Armeniam, vbi emissis aliquoties auibus, tandam in terram descenderit.

Citatur & Phauorinus & Stephanus de loco, in quem arca descenderit.

Citantur & Berosus, Hieronymus Aegyptius, Mãseas Phœnix apud Iosephũ *lib. 1. Ant.* qui & addunt, locũ, inquo Noe descendit fuisse appellatũ Saleh Noah, Græcè Προσαγωγεῖον q. descensum Noë, in monte Baris, qui & Paropanisus.

Noe reparatorem orbis, qui in pristinum Chaos diluuio penè redierat, prophani mundi Genesim ignorantes, Cœlum, Ianum & patrem deorum appellarunt. Hic primus vitem syluescentem satiuam fecit, viníque vsum hominibus monstrauit, *Geneseos 9.* Ab hoc inuento, Ianus fortasse dictus est: Nam Iain Hebręis vinum est. Herbas hortẽses aliásque eiusmodi restituit è seminibus & tenellis plantis in arca reconditis, *Talmudici & R. Selo. Ibid.* Artes Mechanicas, quas Cain eiusque posteri repererant, homines docet, Mathematicas ab Adamo, Seth, præcedentibúsque Patriarchis inuentas, duabus ingentibus columnis (quarum vna lateritia erat, ne cõflagratione periret: altera marmorea, ne diluuio absumeretur) imprimit atque, consignat, aut potiùs, è duabus columnis è lapide & latere factis, in quibus disciplinas posteri Seth conscripserant, ne è memoria delerentur, solem lapideam euasisse reperit & restituit, quæ in Syria hactenus permanet. *Iosephus primo Antiquit.*

Instrumentum & vsum nauigandi, præceptore Deo, hominibus monstrauit. Nam תבה, qua voce eius arcam nominauit Moses, non est propriè Aron, id est, arca, sed vas nauigationi aptum. πλοῖον, vt apud Iosephum Berosus loquitur, etsi nauigiorum vulgarium non haberet formam, neque remos. *Abben Ezra. Gen. 6.*

Quo factum, vt posteri duce Iaphet, mari se audacter cõmiserint, repleuerintque Occidentis insulas.

Iosepho assentitur Plinius lib. 7. cap. 56. his verbis. Apud Babylonios fuerunt lapides coctiles, in quibus multa scripta erant de Astrologia, &c. Atque hinc probat, literatũ vsum fuisse apud Assyrios sempiternũ, cum Beroso & aliis.

Noe cum Sem ex Armenia rediit in veterem patriam, id est, loca Damasco vicina, vbi constituit regnum & pontificatum Salem, quæ Melchisedech administrauit. *Hebræi.*

Ibidem posteri eius habitarunt, donec nimium multiplicati & aucti sese expanderunt per Orientalia loca proxima & contigua. Inde enim. i. ex Oriente leguntur profecti tertia ætate in terram Sennaar siue Babyloniam, priusquam dispergerentur, *Gen. 11. v. 2.*

Agriculturam exercens primus arauit terram cum animalibus. Prius enim agros duntaxat fodiebant.

Vnde instrumenta rustica repetisse traditur. *R. Selom. Gen. 5.* Vir agricola, & quia plantauit vineam, qua fata ebrius factus est, vinitor, *Gen. 9.*

Nempe recondiderat semina & plantas, vel potius, quemadmodum Deus conseruauit arbores in mediis vndis & fluctibus

Anno mundi. 1656.

NOE SECVNDVS SÆCVLO.

1657.

Anni diluuij. 1.

Anni mundi. 1656.

ctibus ne subuerterẽtur & perirent (Nam Gen. 8. colũba ore carpsit ramũ frõdentis oliuæ) ita radices & semina genitalia. Eius enim prouidentia hic non tantum eluxit in seruanda Noe familia & animãtibus, sed etiam reliquis rebus phyticis.

Exemplum altaria erigendi, & sacrificandi à maioribus acceptum posteris tribuit. Ecclesiam collapsam restaurauit.

Apud eum institiæ fidei hæredem institutum (*Hebr. 11.*) ex arca egressum, Deus renouauit legem de coniugio contra vagas libidines, propter quas præsertim mundus aquis perierat, ad legitimam hominum multiplicationem. Deinde legem de cæde ad eorundem conseruatorem. Tertiò esum carnium & piscium antea intentatum concessit, excepto suffocato, morticino & eiusmodi, in quibus sanguis non est effusus, ipso denique sanguine: quam legem etiam repetiuit per Mosem & Apostolos, in cæremoniam & signum prohibitæ crudelitatis in proximũ & cædis humanę *Gen. 9.* (Altiora mysteria hic nõ persequimur). [Leges illas etiamnũ Ethiopes Christiani seruant, & validis rationibus tutantur. *Damianus Goes.*] Cum ea autem permissione reliqua animalia quæ crudis vescuntur, sic vescendi consecuta sunt potestatem. Antea enim etiam ipsa herbis pascebantur. *Basil. Hom. 11. Hexa.* Huic, Noe vini potum de suo adiecit. Primam tamen viuendi rationem Orientales retinuerũt, quoúsque Pygmalion imperaret, *Hier. contra Iouinia.* Quod in Indiis continuarunt, 1657

præsertim bracmanes populi & Gymnosophistæ philosophi, ad quorum æmulationem Pythagorici, multíque alij Græcorum sapientes se composuerunt.

[Brachmanes, dicuntur de nomine Abraham. Erant enim de illius prosapia, & ritum suarum precum, & totius cultus diuini retinebant. *Ex Rabbinicis manuscriptis.*] Quia Xenocrates scriptum reliquerat in templo Eleusinæ tria hæc præcepta insculpta fuisse, Honorandos parentes, venerandos Deos, abstinendum carnium esu, ex Tripolemi vetusti legibus. *Ibid. & Porphy. lib. de abstinentia ab animalib.* Nam vel sæculo Alexãdri Magni Portus Indotũ Rex dicebat Alexãdro, Meus victus sunt olera, palmarum encephali (ideſt pulpæ) & fructus, potus autem aqua, quam mihi fluuius fundit. *Sudas in Φοινίκων ἐγκέφαλοι.* Quæ edulij puritas ita à Porphyrio & Pythagoricis defensa est, vt nisi Dei permissum interuenisse sciremus, videretur naturæ dictamine omnino ab animalibus abstinendum.

[Hinc etiam inter Gentiles, Monachi & Cœnobitæ extitêre. Iudæi etiam id in Essæis præstitêre. Magno itaque foret Ecclesiæ probro, si in hoc ab istis vinceretur, cùm prophetis par sit conditio in vtroque fœdere. At Prophetæ eo vitæ genere vtebantur, vt de Elia & Elizeo constat. *Inlib. Reg.*]

Interim animalia permittuntur, quia diluuium corrupit fregitque vim & bonitatem terræ, debilitauit etiã, peiorémque reddidit naturam humanam. Hinc illud Fasciculi Myrrhæ Gen. 10. Omnes generationes post Diluuium fuerunt infirmæ & debiles comparatione priorum ob aquas Diluuij.

Septem præcepta dantur, quæ Hebræi partim præcepta filiorum Noë, partim præcepta naturæ appellant, & obbgare etiam gentiles scribunt isto ordine, Non colere idola. 2. Benedicere Deum. 3 Seruare ius publicum. 4 Cauere ab incestu propinquorum, alióque nefando concubitu. 5. Non fundere humanum sanguinem. 6 Non rapere. 7 Non tollere membrum de animali viuenti. *Hebræi passim, Vt R. Selomo in 2. cap. Ierem. Seder olam cap. 5.*

Arcus cœlestis, misericordiæ Dei & Crucis, in qua Christus fuit vt in arcu extensus, fit symbolum *Gen. 9.* túmque primum in nubibus ponitur aucta Solis luce, *Abben Ezra*, vbi taxat R. Saadiam dicentem extitisse ab initio, sed nunc pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum positum in signum mundi nunquam amplius diluuio periturũ.

Annı diluuij. Annı mundi.

Multis annis post (*Abben Ezra Gen.* 9. contra eos qui ista coniungunt) plantata vinea, Noë inebriatus, & itrisus. 1. 1656.

Vnde secutum oraculum de eius filiis, qui omnem terram repleuerunt. *Benedictus primùm Sem*, è quo ortus Abraham credentium Parer. Deinde Iaphet, è quo dilatata est gentium plenitudo & ingressa in Tabernacula Sem, i. Ecclesiam. Postremò Chanaan filius Cham infœlicitati seruitutis subiectus. Vnde Chananei, qui in vndecim gentes creuerant à posteris Abrahę, Lot & aliquot aliorum deleti sunt funditus. *Deut.* 2.

Cham autem, quia destitutus est paterna benedictione, non paruam plagam reliquæ suæ posteritati attulit, vt & ipsa indignationem Dei in suum patentem testaretur.

Nam filij Mizraim secundo geniti, vt Aegyptij nigri & deformes nati sunt, *R. Selo. Gen.* 12. Getuli præter nigrorem ore putidi, vt cogantur salem perpetuo habere in ore. *Postellus in compendio Cosmographico.*

Filij Phut tertio geniti, vt Mauri, nigri, simi, labeones aliò-ve modo prodigiosè affecti.

Filij Chus primogeniti nigerrimi, &c. Nam certissimum est originem nigredinis non à regione propriè (vt hactenus est existimatum) ob solis ardores, sed à stirpe & sanguine Chus prouenire. Quoniam sub æquatore & locis vtrique tropico vicinis inter istos nigerrimos sparsi reperiuntur albi vel cineritij, qui illic in sua albedine perseuerant vt qui manarit è sanguine Abrahæ, Salomonis, Iudæorum & aliorum inquilinorum. 2. Quia nec in Indiæ littoribus sub eodem climate, imò verò parallelo (nisi ex traducta aliundè stirpe) eo colore tinguntur. Sed nec in Atlanticæ, in qua homines sunt oleastrino Indóve, aut vt plurimum, cineritio colore, præter paucos, in vno solo loco, ob eámque rem vicinis inuisos cum alioqui veri Aethiopes sibi de sua summa placeant nigredine. 3 quia vsque ad 35. gradum latit. in Africa vltra æquatorẽ sunt aterrimi, cũ apud nos Hispania, Sardinia, Syria, Arabia, Babylon, Chaldæa, Persis, Susiana, Gedrosia intra 35 gradus latitudinis cis Aequat. nullatenus Aethiopes ferre videantur. Credendum itaque traditioni Hebraicæ, quæ ex albo patente Cham (sicut & Iaphet & Sem albi erant) natum affirmat Chus (aut saltem eius posteros) atro colore in sceletis paterni argumentum. *Ibid. pag.* 38.

Præter calamitatem seruitutis. Nam Arabiæ gentes, quæ è Chus descenderant, ab Ismaele, Esaü, Madian, & cæteris Abrahæ filiis è Cethura, à Moab & Ammon Loti filij partim extinctæ, partim sub iugũ missæ sunt. Africæ autem populi perpetuæ Europæorum & Asianorum seruituti obnoxij, qui proinde Reges ferè habuerunt extraneos, olim Iudæos, Persas, Ptolomæos, Græcos, Romanos, Saracenos, hodie Turcas, Ismaelitas. Sed & Abyssinorum Præto-Ioannes suam originem refert ad Salomonem eiúsque nobilitas tota ab Abraham, de quo pòst. De his Damianus Goës.

Proprie tamen Chanaan maledictus infœlix-vè prònunciatus, non Cham, quia auctor fuit, & origo scandali. Turpitudinem enim aui Noë reuelauit, quem non modo non castigauit Pater, sed & fouit, corridendo & conuocando fratres ad istud spectaculum, In eum autem versa est imprecatio non in Cham, ne Chus Aethiopum pater, Mizraim Aegyptiorum, Phut Lybum ea immerentes includerentur, qui proinde & ipsi aucti sunt cælestibus & temporariis gratiis. Nam Aethiopes regnum florentissimum iam olim habuerũt, & perpẽtuo à diebus Salomonis & Reginæ Sabæ fideles fuerunt. Aegyptij Christum è primis susceperunt. Sic Afri &c. Soli Chananei penitus ab Israelitis vel extinẽti, vel in

alienas

NOE ET DILVVII SÆCVLO.

1657.

Annı diluuij. Annı mundi.

alienas terras electi, vbi miserè viuunt & barbarè, &c.

Quòd autem istud contigerit, vt rectè Abben Ezra, multis annis post Diluuium ex eo apparet, quia, Chanaan tunc erat adultus, & præcipuus tragœdiæ auctor, qui tamen erat quarto genitus. Cham enim iam ante eum genuerat Chus parentem Aethiopum, Mizraim Aegyptiorum, Phut Lybũ, *Gen.* 11.

Tunc, imo tota hac 2. ætate habitabant in tentoriis, nullis adhuc pagis vrbibúsque conditis. Nam Genes. 9 nominatur tentorium Noë, & tabernacula siue tentoria Sem (idem enim in Heb. vocabulum. תאֹהֶל *Ohel* significans tabernaculum motoriũ miniméque fixum.) Quem morem aliquandiu seruarunt Patriarchæ sequentis ætatis, è variis locis Genes. de quibus proinde Apost. Heb. 11. in casulis aut potius in tabernaculis, ἐν σκηναῖς habitando, &c. Et Vrbium primæ post Diluuium, non nisi post diuisionem gentium, prouecto iam Abraham, nominantur & condi docentur, Genes. 10. & 11.

Doctores Hebræi, vt scribit *R. Leui in 9. cap. Genes.* tradunt Cham executisse testiculos patri, ne deinceps liberos procrearet. Quid simile Poetę nostri de Cœlo & Saturno fabulantur.

II.

Gen. 11. 2. b SEM, filius Noë genuit Arphaxad ab 1657. 1659. clune anno 2.

Iapeto Europæorum & Septentrionalium patre.

Camese Arabum, Afrorum Meridionaliúmque patre.

b Sem post diluuium vixit an. 500. superstes Abrahæ an. 35. vsque ad annum Iacob prope quinquagesimũ. Nam moritur sexcentenarius. Constanti Hebræorum sententia, ipse est Melchisedech, qui per tot annos, nempè à diluuio ad seculum Iacob, fuit præcipuus ecclesiæ Dei gubernator. *Hieronymus ad Euagrium.*

[Refertur tamẽ ab Apost. Heb. 7. ἀπάτωρ ἀμήτωρ propter sacerdotij diuini sanctitatem, quæ homines sacratos alios abs se efficit, vnde Moses, Deut. in cantico, de Leui dicit. Qui dixit patri & matri Ego non noui vos.]

Magna probabilitate Hebræorum Talmudici Ioseph. lib. 1. c. 10. Kimhi in Rad. חנך (etsi refragetur initio Paralip.) R. Selomo Genes. 10 docent, Iaphet primo loco à Noe fuisse genitum, 500. scilicet patris anno: Cham secundo, 501. Sem autem omnium postremo, cùm pater peruenisset ad 502. vel 503. etsi contrà Nostris, vt *August. lib. 16. de Ciuit. cap. 2.* Iaphet minimus putetur, Sem maximus. Sed eius nihil interest ad nostræ Ecclesiasticę Historiæ seriem.

Interim ratio Hebræorum videtur inuicta. Quicunque fuit primogenitus Noe, erat centenarius incunte Diluuio. Nam natus quingentesimo anno ipsius, qui sexcentesimo in arcam ingressus dicitur Genes. 6. & 7. Sem autem non nisi fuit centenarius biennio post Diluuium, Genes. 11. qui annus erat sexcentesimus secundus Noe. Sem igitur non fuit primogenitus.

Deinde Genes. 10, vbi ex ordine historiæ texitur trium progenies, Iapheti genus præcedit, Camesis sequitur, Semi tandem subiicitur. *R. Leui.* denique ibid. Sem dicitur frater Iaphet maioris (sic enim accipiunt Hebræi in genitiuo, non in alio casu *Maior. &c.*)

Prius tamen solet nominari à Mose, verùm vt dignior & pietatis auitę tenacior, non vt antiquior. item obseruantiæ & amoris causa ad honorandam eius memoriam, qui suus populique sui esset parẽs, denique propter primogenituræ prærogatiuam, dum ex eius semine oriturus esset populus Dei, & Christus.

Sem apud homines gloriam adeptus summam & super omnem animam (post Seth) in origine Adam. *Ecclesiast. 49.* Patris ebrij nuditatem, cui illudebant Cham & Chanaan, pallio cum altero fratre operuit, atque paternam benedictionem promeruit. Salem regiam cõdidit & templo ador-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nauit, in quo sacrificiũ & Ecclesiæ sedem primariam fouere erat solitus.

Ex eo pij homines procreati sunt, qui in Dei cognitione permanserunt, E fratribus ij, qui se ad falsa numina contulerunt. — Anni Diluuij 1.

Non perinde profanis notus fuit, qui alioqui Cham & Iaphet meminere sub nomine Camelis & Iaperi, quoniam Orientalium pater, quibuscum commercium prope nullum habuêre, vt cum Europæis & Septẽtrionalibus, quorũ parẽs Iaphet, cum Afris & Meridionalibus, quos Cham procreauit.

Iaphet ab Hesiodo & Poëtis Iapetus nominatur, cuius filium faciũt Prometheum, à quo hominem è limo terræ factum, & igne Iouis è cœlis delibato animatum scribunt: fortasse, quia sermonibus ipsius, doctrina de creatione protoplasti, apud posteros conseruata sit.

Quemadmodum autem Iapeti, & quidem inter Gigantes, nomen Græcis & Latinis notum fuit, quamuis vnde esset ignorarent, ita fratris nomen non ipsis adeò fuit obscurum, quin inter Gigantes cum Deo bellantes Camesem nominarent. *Vt Cato in fragm. de Originibus.*

Ab his disseminatæ sunt & diuisæ in terra gentes 70. quot notantur capita familiarum Genes. 10 & 11. Nempe 26 è Sem, 30 è Cham, 14 è Iaphet.

Quamuis autem Iapheti progenies gentibus & linguis nomen dantes initio pauciores fuerint, tandem tamen cæteras numero & multitudine superarunt, vi paternæ benedictionis. *Dilatet dominus Iaphet.* 1. multiplicet eius sobolem & amplificet eius fines supra reliquos. *Fasciculus Myrrhæ.* Hinc effusiones incredibiles populorum è Septentrione in Europam, Africã, Asiam & omnes orbis partes. Hinc amplissima regna Macedonum, Græcorum, Romanorum, Tartarorum, Turcarum, &c.

12.

c Corruptè apud 70. Interpretes Arphaxad dicitur genuisse Cainam, & Caina Selam. Nam nullum exemplar Hebraicum hoc loco huius mentionem facit. Quinetiam vetustissimi Hebræi nominatim notant à Noë ad Abraham tantum decem esse generationes, quot erant ab Adam ad Noe. B. quidem Lucas cap. 3. vndecim numerat, ac Cainan infert in hũc ordinem, sed id Græcorum, ad quos scribebat, & quibus sola exemplaria 70. nota erant, causa. Possit etiam dici Arphaxad genuisse Selam per intermedium Cainam. Nam sæpe Hebræis *gignere* tam maioribus reliquis, quàm proximis parentibus tribuitur. Sic cùm non meminisset Cainan Moses, id B. Lucas posuit, siue è veterum Hebræorum historiis, siue è Spiritus sancti afflatu, siue ex opinione Septuaginta, non sua. Neque enim est nouum Scripturam loqui ex aliorum sensu & opinione, non rei veritate. *Aug. lib. 2. contra epist. Parmenia.*

[De 70. Interpretibus extat defensio recens ædita, nomine Hispani vbi ostenditur ex contextu, iisdem literis quamuis aliis punctis, loca dubia rectè accipi posse, ex mente 70. Porrò non videtur hæc valere ratio, quæ ait, vsurpatam 70. translationem ab Euangelistis & Apostolis propterea quòd esset familiaris, atqui tum erat lingua Syrica in vsu apud Iudæos & Galileos: neque tamen illa in sacris vtebantur, sed propria Hebræa. Apud Gentes itidem seruabatur Moses. vt dicitur. Act.]

Quod si verè Arphaxad genuit Cainam, deinde Caina Selam, genuit Cainam anno 18. & Caina Selam anno 17. Qua ratione Sela natus est ipsi Arphaxad, cũ Arphaxad ageret 35. annum. Sic Numeri tantum in 70. erunt corrupti, vt totis his sæculis. (Atque hæc est primaria de Chronologia huius ætatis, quæstio.

Cæterũ quia Arphaxad vixit 438. peruenit ad Abrahæ 146.

annum.

Anni Diluuij		Anni mundi.
2	c ARPHAXAD genuit Selam ætatis suæ ann. 35.	1659.
37		1694.
	Elam, Assur, Lud, Aram quatuor aliis filiis Sem.	
	Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Mosoc, & Tyras septem Iapeti F.	
	Chus, Mizraim, Phut, Chanaan, 4. filiis Cham.	

annum. Isaac 46. Mundi 2096. Sic Heber, à quo Hebræi dicti sunt, omnium Patrum post diluuium diutissimè vixit, excepto vno Sem, nimirum annos 464. vsque ad 80. Iacob. Hac methodo, quinam, quibuscum, & quandiu vixerint, facilè deduces.

Secunda huius ætatis quæstio est de natiuitate Arphaxad, vt tertia de Abrahæ, de qua suo loco.

Nonnullis dicitur genitus anno primo diluuij, aliis secundo. Difficultas in eo est posita, quòd *Biennio post diluuium. Gen.* 11. interpretentur post diluuium scilicet inchoatum. Ac sic ferè Hebræi, qui hanc ætatem præfinitè annis 292. concludunt. Simplicius est de biennio post absolutum diluuium.

Nisi verò tam cito post diluuium reperiretur natus, posset non videri primogenitus, quia Gen. 10. v. 22. & 1. Paral. 1. nominatur tertio loco, nempe post Elam & Assur.

Vti fuêre generis humani primordia in Armenia, Mesopotamia (ibi enim Eden paradisi locus, *&c.*) Chaldæa, Syria, ibique ante diluuium homines duntaxat incoluêre: ita hæ ipsæ primum regiones post illud habitatæ sunt, & sapientiam à maioribus acceptam coluerunt ad vsque labiorum confusionem.

Post diluuium cœpit habere locum illud Plinij, Quantò magis præterit sæculi cursus, tantò minora corpora fert natura.

13.

Anni diluuij.		Anni mundi.
Gen. 11. 67.	d SELA genuit Heber anno 30.	1694.
	Hus, Hul, Gether, Mes Filiis Aram, Syrorum Patris.	1724.
	Ascenaz, Riphat & Togarma F. Gomer, Gallorum P.	
	Elisa, Tarsis, cittim, & Dodanim F. Iauan Græcorum P.	
67.	*Saba, Hauila, Sabattha, Regma, Sabathaca F. chus Æthiopum P.*	1724.
	Lud, Anam, Laab, Naphtu, Patrus, chaslu, caphtor F. Mizraim Ægyptiorum P.	

d Moritur annorum 433. Iacob 31. Gignit trigesimo & sic ferè deinceps, Nam vt contractior est iam vita, ita & vitæ functionum vsus celerior.

Notant enim sub huius patre humanam vitam dimidio imminui cœpisse. Cum enim superiore æuo homines explerent 900. annos, iam his diebus ad 400. redacti sunt, vt sub Phaleg ad ducentos. *R. Selo. 1. Paral. 1.*

Nascuntur copiosè futurarum gentium patres. E Sem cui ab Euphrate cum Syria Oriens totus obtigit, Arphaxad Chaldæorum, quos proinde diminutè Casdim, à tribus posstremis literis ארפכשד vocant (è quo Heber Hebræorum) Elam Elamitarum, qui pòst ab infusis in ipsorum regionem Persis de genere Iapheteo & Medorum sanguine, *Fasciculus Myrrhæ Gen. 9.* Persæ dicti sunt. Assur Assyriorum, Lud Lydorum, Aram Syrorum, vnde in Hebræo Syria sic appellatur, cuius metropolis Damascus, etiam vsque ad Augusti tempora vocaris Arameis (inquit Strabo) quos Syros dicimus. E quo Hus Auxitidis regionis in confinio Syriæ & Arabiæ Pater, Hul Armeniorum, Gether Etharotum, qui & Armenij, Mes Mesiorum siue Mæonum. Ioctan Hebri F. Indorum, è quo tredecim Indiarum propagatores suo tempore nominandi.

[*Incatan* regionis nomen inde est ad hęc vsque nostra tempora translatum in illa prouincia. In Historia Indicæ Hispanorum.]

E Iaphet, cui contigit Septentrionalis regio à Tauro & Amano montibus Ciliciæ & Syriæ vsque ad glaciale pelagus, & Europa vsque ad Gades, Gomer Galatarum siue Gallorum, Magog Scitharum, vnde & Hebræi Scithiam hoc appellant nomine, quod & Hieron. & Iosephus testantur. Madai Medorum, Iauan Ionum, siue Græcorum, vnde in Heb. Græcia nominatur Iauan Esa. 66. Ioel. 3. Dan. 8. 9. &c. & Græci Iones, & quinta eorum lingua Ionica & mare Ioniũ, per quod è Syria itur in Græciam. Tubal Hispanorum siue Iberum Esa. 66. Mosoc Moscouitarum & Capadocum Ponticorum, quorum metropolis tempore Hieronymi Mazaca, Thiras Thracum, E Gomer Ascenez Germanorum, Riphat Riphæorum, vbi & Riphæi montes, Togorma Sarmatarum (Recentioribus Hebræis Turcarum,) E Iauan Elisa Elisco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum suę Aeolidum, vnde lingua Græcorum quarta Aeolica. Tarsis Cilicum, quorum metropolis Tarsus, Cittim Cypriorum, quorum ciuitas Citium, quæ nobis Zenonem philosophum peperit, propriè Europæorum maris mediterranei accolarum vel insularium, vnde Romani & Itali Num. 24. & Dan. 11. sic appellantur, & Græcorum insulani. Es 23. & Macedones, 1. Mach. 8. Dodanim Epirotarum, apud quos Dodoneum oraculum. Rhodanim (Nam 1. Paralip. additur) Rhodiorum.

[Ex Gomer sunt Cimmerij, vt Cimbri postea dicti. vide Olaum magnum de Cimbris.]

E Cham, cui cessit ab Euphrate meridionalis tractus vsque ad extrema Africæ, Chus Aethiopum, vnde Aethiopia Chus Hebraïcè nominatur, Mizraim Aegyptiorum, vnde & in Heb. Aegyptus sic dicitur, & apud Ptolom. & hodie pertotum Orientem, Phut Mauritanorum, vnde fluuius Mauritaniæ Phut & tota regio Phutēsis, vbi hodie regnum Fessense, Chanaan Chananeorum, quorum regionē postea Iudæi, vi imprecationis Noë & propter eorū peccata occuparunt. E Chus Saba Sabæorum, in Arabia, de quibus Poëta, mittunt thura Sabæi, Euila Getulorum, qui sunt in parte Aethiopiæ Occidentali, Africæ desertis adhærentes. Sabatha Sabathenorum, qui nunc Astabari, Sabataca Cephalecorum in intima Africa secundū littus maris Aethiopici, quorum annales affirmant Salomonis classem illuc tertio quoque anno auri causa nauigasse. Raama populorum magis mediterraneorum, qui paulatim antiqua nomina perdiderunt, vel potius ignorati sunt à nostris Geographis, vt plerique alij Africæ, verentibus fortasse, ne regionibus extra Tropicum Cancri positis, stulta quadam vulgi persuasione, torrerentur.

[Arbitror in Regionem φοῦξ referri posse ad φηλὶξ homericos, qui filij etiam Aurorę dicebantur, & tamen *fessa* hinc etiam deduci videtur, quia O punicum auditur, sono duplicis S. ex ratione Grāmatica, quæ permutat literas, inuicem quæ sunt ejusdem instrumenti: at literæ aspiratæ & sibilantes sunt eiusdem organi in pronunciando. *Ex Grammaticis Arabum.*]

Ex hoc Raama Saba Sabaim auctor, vnde Regina Saba, quæ inuisit Salomonem. Dadan ignotæ gentis, sed Sabainis propinquæ.

E Mizraim Aegyptiorū fonte Lud Marmaticorum, Anam Cyrenaicorum, quanquam hi dicantur bello quodam Aethiopico consumpti. Laab Lybum, Nephtu Nubianorum, Parras petreæ Arabiæ. Casiu Troglodytarum, de quibus egressi sunt Philistim Palestinorum patres, Caphtor, Capadocum ad Taurum, (non ad Pontum.)

E Chanaan Sidon Sidoniorum, Heth Hetteorum, Iebus Iebusęorum, Amor Amorrhæorum, Gergas Gergesęorum, Heus Heueorum, Arac Aracheorum, quorum metropolis Arca contra Tripolim, in radicibus Libani. Sin Sineopum qui Sin ciuitatem non procul condiderunt, Arad Aradiorū, qui Aradiam insulam tenuerunt angusto freto à Phœniciæ littore separatam. Samar, à quo nonnulli Samatiæ montem denominant, Hamath, à quo ciuitas Syriæ Hemath, in Scriptura celebrata, quam Aug. Antiochiam, Hiero. Epiphaniā Græcis temporibus nominatam asserit.

[Ab Heth propagati sunt Catti Germaniæ vt à Girgas, Citcassi ipsa nomina hoc indicant. Samar denominat, Sarmatas inuersione literarum.]

Hi quidem longè plures sustulerūt filios, (Nam Gen. 11. de quolibet ferè inculcatur. *Et genuit filios & filias.* i. numerosam vtriusque sexus sobolem) sed solum nominantur patres

& capita

Anni diluuij. *Anni mundi.*

37. *Sidone, Heth, Iebus, Amor, Girgas, Heu. Arac, Sin, Arad, Samar, & Hamath F. Chanaan.* 1694.

NOE SÆCVLO.

67. 1724.

Anni diluuij. *Anni mundi.*

67. 1694. & capita gentium & linguarum in tricum. Cæteri sunt per cognationes, familias & gentes confusi.

Quare hæc ætas merito inscribi potest mater & parens humani generis, siue ætas propagationis & multiplicationis humanæ. Nam his trecentis annis genus humanum copiosius esse auctum & multiplicatum, quàm 1600 annis diluuium antegressis, ex eo apparet. Primo, quia tot illis annis vix Asiæ meditetranea potuerint impleri, cum iam post 300, tanta multitudine extiterint nepotes Noe, vt non modo illa loca repleuerint, sed etiam vniuersum continentem, imo etiam maris insulas, Gen. 10 & 11. Secūdo, quia lex matrimonij siue monogamiæ in paradiso lata sex primis generationibus, ne quidem inter Cainitas violata sit, inter filios autem Dei nunquam, cum iam hoc æuo polygamia locum habuisse videatur ē cōiugiis Abrahæ, Iacob, &c. Tertio, si ex vno Iacob intra 430, iuxta alios 210, sexcenta hominū millia exierunt ex Aegypto, præter paruulos & fœminas, qui non erant pauciores, quot potuēre nasci intra 300, ē tribus filiis Noë præsertim benedictione Dei & Patris cumulatis?

Forma certè Ecclesiæ quæ 300 primis, & quidem inter cruces acerbissimas plus creuit auctáque est, quàm vetus Synagoga bis millenis, adeo vt mundum totum occuparit & per eum se latè disseminarit.

14.

Gen. 11. 101. c HEBER genuit Phaleg anno 34. 1724. 1758.

Saba & Dadan filiis Regmæ de genere Chus.

Philistim filiis Casluim de genere Mizraim Ægyptiorum patris.

e HEBRAEIS nomen dedit. In Chaldea inter Tigrim & Euphratem remansit cum tota posteritate, quousque Thare cum filiis migrauit in Mesopotamiam, deinde Abraham in Chananeam, à quo Euphratis transitu in alienam terram, Rabbinorum multi, *vt R. Selo. Genes.* 10 Abraham primum Hebræum, indéque eius posteros Hebræos dictos putant, non ab hoc Patriarcha. Nam & *Heber, trans, vltra,* quasi transfluuiales.

Sapiens Propheta apparuit, quòd filium suum vocauit Phaleg, i. diuisionem, quia illo viuente linguæ & regiones diuidundæ erant. *R. Ioseph.*

Vocabulo prophetico siue prouidentiæ, vt innotesceret in hac diuisione orbis terrarum, plus fuisse diuinæ prouidentiæ, quàm humani consilij & industriæ.

Secundo genuit Ioctan à diminuendo siue minotando, quòd diminuerit sibi de mundi negotiis, vt vacaret rebus diuinis & philosophiæ. *R. Selom.* 1. *Paral.* 1. Quasi ē duobus ipsius filiis vniuersa sapientia manatura esset in homines. Diuina per Phaleg Hebræorum patrem, humana & Philosophica per Ioctan Indorum & Orientalium genitorum. Vnde philosophia illis locis ab omni antiquitate floruit, Bracmanes, Gymnosophistæ. Et in libris regū, historia præsertim Salomonis, sapientes Orientis. Tardissimè Occidentales sapuimus & sciuimus.

Tres prophetæ huius ætatis Noë, Sem, Heber. *seder olam c.* 21.

15.

Gen. 11. 131. f PHALEG genuit Rehù ætatis ann. 30. 1758. 1788.

Joctan fratre minore.

f PHALEG à diuisione nomen habuit, patre eius afflato numine quodam prophetico. Eius enim sæculo, id est, sub vitæ ipsius extremum, *Auctore R. Ioseph.* in diuersas linguas, prouincias, & gentes terra diuidenda erat inter filios Noe. Alioqui natus est 101 post diluuium anno. Ex quibus Sem, qui & Melchisedech sacerdos Dei viui, cum suis, Orientalem Syriæ partem, versus Euphratem obtinet. Cham Zoroastres Bactros, Iudæam, Arabiam, Aegyptum, AEthiopiam, totam denique per ordinem successionis Aphricam. Iaphet, siue Iapetus cum septem filiis eorúmque posteris, Europam nostram & Septentrionalem Asiæ partem. Hinc poeta, Audax Iapeti genus, primum se credere transtris, &c.

Antea enim nemo mare sulcarat. Hinc poetæ aureo sæculo negant mare fuisse traiectum. Exemplum arcæ illos in

Universidad de Deusto
Biblioteca

insulas traxit, quas & repleuisse à Mose memorantur.

Nomina posterorum eorum Hebraica id clarè indicant *Genes.* 10. & 1. *Paralip.* 1. vt Assur, Madai, Luc, Sidon, Iauan siue Ion, &c. Ne Græci glorientur se terris imposuisse nomina. Origines enim populorum secundum familiarum sortiones alibi non leguntur, quàm apud Mosem Gen. 10 & 11.

Anni diluuij. 101.

Ciuitas & Turris Babel ædificatur, ne post hac posset vllo diluuio perire: quæ fabulæ de Gigantibus cum Ioue bellantibus materiâ præbuit, & de Aloidis Titanis & Terræ filiis, qui manibus magnum aggressi rescindere cœlũ, apud Virg. ex Homero.

[Finguntur Tirani id est solis & terræ filij, quia ex Oriente venissent, & eorum origo ignoraretur.]

Anni mundi. 1758.

Ex vna lingua Hebræa, multæ, nempe 70. vt Hebræis placet, factæ sunt: quod colligunt è capitibus familiarũ, quæ totum recensentur. *Gen.* 10. Sed id sub finẽ vitæ Phaleg. i. 48. Arahæ. Omnium ergo matrix Hebraica mundo coæua, *Hiero. in Sopho. orig. hom.* 11. *in Numer. & ferè Hebræi, præter R. Iuda, cui in. 12a. Sanedrin. Adæ sermo Aramæus, id est, Syriacus.* Quæ vt prima fuit, ita erit & vltima. Nam eius vsus est, erit-que in cœlo, dum ea Sancti, vt Psalmus ait, in sæculorum sæcula laudabunt Deum. *Haymo* 1. *Co.* 13. *Figuerius è doctrina Scholastic orum, instit. c.* 9. §. 1. *v.* 8. *p.* 103. *Remigius* 1 *Co.* 13. *Ioan. Dominicus. Cardinalis super Magnificat, Vinaldus de monte regali c.* 9. *lib. de laudibus & triumphis trium liliorum.* Vnde & Angelicam dictam putant ab Apostolo 1. Co. 13.

Ita non quærendum cum Platone in Cratillo, Voces ne sint à natura, an ex hominum instituto, vt censuit Aristoteles. Nam Deus ipse linguas confudit, id est, ex vna multas fecit. *Hebræi*, siue miscuit (*Balal* hoc sonat & simplici vnitati opponitur vt mixtio & confusio) miscuit inquam, vt iam non esset vna lingua siue loquela, sed mixtæ, & confusę. i. variæ & multiplices, vt iam se mutuo non intelligerent, seque separare cogerentur.

Anni diluuij. 131.

Sic earum diuisio siue diuersitas neque est naturalis, cum vnicus principio esset Adam cum sua vxore, sed publica calamitas in hominum genus diuinitus effusa, Deique punitio, neque ex humano consilio, vel vitio, vt prima & vnica progressu temporis fuerit variata, & plures facta, quia simul omnes vnius essent dialecti & idiomata. cum constet 70 linguas radices planè habere diuersas, nec inter se quicquam habere commercij & affinitatis.

Anni mundi. 1788.

[Refertur in arcanis Mecubbalum esse 75. linguas diuersas, quæ per gradus cælestes quinque influxu quodam varientur. ac dicitur hoc ab ipsis orbium motoribus proficisci in mentes hominum. idque ex causarum, quibus res innotescunt cuique varietate perspicua: qualis est efficiens diuersa à suo fine & finali causa. tamen omnes linguæ ad radicalem hebraicam referri possunt, ex illarum varietate, vt nhets lignum. ξύλον, boys, bosco, holtz ex materiali causâ, finali, forma, specie accidente inseparabili & fine. Cùm sint tamen linguæ illæ toto genere differentes ab inuicem.]

Hebraica, quę antea communis erat, apud Hebrum (à quo linguæ & populi nomen) remansit incorrupta, quòd neque consilij, neque operis eorum, quibus turrim in cœlum erigere placebat, interfuisset. Nam etsi ista confusio contigerit vltimo anno Phaleg. i. ætatis eius 239, at ei Heber superuixit 170 annis, vsque ad 82 videlicet Iacob. In eo enim finiit antiquus Macrobiorum Vigor.

Qui turrim ædificauerunt, appellati sunt Meropes, ob diuisam vocem. *Vide Suidam in Voce, Hebræi.*

Imò verò remansit etiam in Syria & terra Chanaan, anti-

quis

NOE ET DILVVII SÆCVLO.

Anni diluuij. 31.

Anni mundi. 1758.

quis Patrum sedibus cùmque in eam venit Abraham Chaldæus, tam ipse, quàm posteri ipsius locuti sunt Labio Chanaan, quæ est ipsamet lingua sancta, circa quæ tempora corrupta est in Syria, vt deinceps, non Hebraica siue Chananea fuerit, sed eius duntaxat dialectus proximus. Nam propius Syriaca ad eam accedit, quam reliquæ. *Elias Præf. Meturgheman è Talmudicis.* Quod videtur sumptum è c. 19 Esaiæ, In illa die ciuitates in terra Aegypti loquentur lingua Chanaan, & colent Dominum exercituum. Sic enim Esaias appellat linguam sanctam & Hebraicam. Atque hinc fortasse suprà R. Iuda Adæ sermonem fuisse docuit Arameum.

Sed nec qui morabãtur in Syria & Chanaan videntur interfuisse constructioni turris, aut cõmunicasse. Quoniam Gen. 11 v. 2. structores descendisse videntur de Oriente in campum terræ Sennaar, illicque consedisse ad hoc opus. Syria autem & Chananea erant in Occidente terrarum, quæ tunc incolebantur, nempe vltimæ ab illa parte propter mare Mediterraneum: montes Libani Armenięque à Septentrione, deserta Arabiæ ab Austro, Solo Oriente aperto, plano & peruio vsque ad montes Mediæ. His enim finibus concluſa videtur istius ætatis habitatio.

Aiunt autem hanc confusionem linguarum extitisse 48. ætatis Abrahæ, 10. ante obitum Noë, ita vt vterque eam spectarit. *Seder Olam.*

Indéque terrarum diuisionem. Nam eam statim est consecuta, eóque promptius, quòd alter alteri peregrinus videretur.

Vnde falsum est anno 101. post diluuium huiusmodi cõfusionem accidisse, quod tamen nostris Chronologis & nonnullis Hebræis apud Abben Ezram placet, nempe quia prima ætas Phaleg incidit in 100. ab ipso diluuio. Si enim vera est Hebræorum historia, illam oportet factam post annum à diluuio trecentesimũ: ætate videlicet tertia & Abrahæ, quod omnino est tenendum. Primum quoniam oportuit prius iusto aliquo tempore multiplicari stirpes, quàm in tam varias orbis partes dispergi. Deinde, quæ ratio est firmissima & prope necessaria, quoniam gentes multæ, maximæ & præcipuæ nondum erant ortæ, reliquæ non multum auctę. Tantum abest, vt illarum linguæ potuerint confundi. Nam tredecim Indicę exortæ sunt è Ioctan fratre Phaleg minore Genes. 10. Præterea illas oportuisset præteritas in partitione orbis terrarum, quæ tamen optimam & locupletissimã mũdi partem sũt consecutæ. Non, vt Israelitica, quę ideo in partitionem illã non venit, quia adhuc erit in lumbis Abrahę, & pars eius Dominus, *Deut.* 32. qui ei prouidit tandem de terra Chanaan. Denique paulò antè demonstratum hęc facta sub extremam vitam Phaleg, quam ad 339. diluuij perduxit. *Gen.* 11. Hinc à diluuio ad diuisionem terræ & linguarum confusionem annos 340. numerat auctor Seder Olam, & Hebræi penè omnes. Quibus congruenter Abbas Vspergensis Chronici sui initio, Moses (inquit) ab Adam ad Noë, à Noe ad Abraham duarum ætatum tempora, secundum successiones generationum in populo Dei describit, nullam vsquam de regnis & regibus faciens mentionem, quòd reges fortassis nondum essent. vbi pro *fortassis certissime*, ponerem. Nam nihil certius, quàm regnorum originem ob superiores causas conferendam in quinquagesimum circiter tertiæ ætatis, siue Abrahæ.

Anni diluuij. 131.

Anni mundi. 1788.

Dum 70. linguas duntaxat Hebræi constituunt, hoc faciunt, quia apud Mosem non pluta stirpium capita & principes notantur iuxta numerum filiorum Israel profectorum in Aegyptum. *R. Selo. Deut.* 32. *Abben Ezra Genes.* 10 & 11. Nostri septuaginta duas pro numero 72 discipulorum ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

eas conuertendas à Christo institutorum. Nempe è Iaphet 15. Cham 30. è Sem 27. Sed rectius Hebræi. Nam conscriptis 30 stirpibus Cham, vt diserte expressis Genes. 10. è Iaphet solum reperiuntur 14, nisi addas Rodanim, è 1 Paralip. quasi alium à Dodanim. E' Sem vix 24. Item quoniam non plures proferri possunt cæterarum innumerabilium matrices, quales sunt, Hebraica genitrix Syriacæ, Arabicæ, &c. Latina Italicę, Valachicæ, Gallicæ & Hispanicę: Græca Doricę, Ionicæ, Aeolicæ, Atticæ: Slauonica Polonicæ, Boemicæ, Moscouiticę, &c. Germanica Helueticæ, Angelicæ, Flādricæ, &c. Tartarica Turcicæ, Sarmacanicę, &c. Abyssina Aethiopicæ, Sabeæ, &c. Sic illo numero minimè comprehenduntur, vt gentes postea ex istis propagatæ, Verbi gratia Ammonitæ & Moabitæ ex Lot, Idumei ex Esau, Ismaelitæ, & Hagareni ex Ismaelæ. ita neque illarum dialecti, qui sūt innumerabiles, ita vt intra centum leucarum discrimen in hominum labiis, occulta quædam causa versuram faciat tantam, vt vel propter accentum, vel ob mutationem aliquam litterarum, vel additionem, vel detractionem tam paruulo spatio non se mutuo intelligant, sicuti in nouo etiam orbe, Amr nicus Vesputius obseruasse sescripsit.

[Sunt tantùm 8 linguæ primariæ in omnibus gentibus, vt ait Postellus, quæ non possint ad Hebraicā reduci. In suis memorabilibus manuscriptis, è quibus aliquando prodibit tabula ab ipso in id constituta.]

Adde gentes omnes propemodum esse spacio sæculorum inter se confusas, commixtas, vel etiam planè mutatas (Israelita excipit R. Kimhi initio Abdiæ) propter infusiones, bella, clades, commercia, coniugia, & alios casus. Indè que linguas vel peregrinas, vel nouas, vel commixtas, vel corruptas emersisse, quoti ieque emergere.

Ex peccato accidit illa linguarum multiplicatio, ad puniendam humanam temeritatem. Nam vt linguæ vnitas & similitudo firmissimum est vinculum societatis humanæ & religionis, ita diuersitas certam parit animarum diuisionem, discordiā morum, ingeniorum, studiorum, voluntatum, &c.

Ex tribus Noe filiis 72 gentes totidémque linguæ ortum duxerunt, sed auctus est deinde gentium, plusquam linguarū numerus. Nam ex Sem, gentes 406. progressæ sunt, linguæ 27. E' Cham patriæ 394. linguæ 22. E' Iaphet populi 200. linguæ 23. vt sint numero 72 linguæ, generationes siue gentes 1000. *Arnobius in psal. 104. Encher. in Genes. lib. 2. c. 7. Aug de Ciuit. 16. c. 3. 8. 9. 11.* Sed Hebræis, vt docui, 70 tantùm.

Quem tamen numerum vix dum repetio, si quidem excludantur, vt vult Abben Ezra Gen. 11. Sem, Cham, Iaphet, tanquam primarij & solidi Domini terræ, quorum postea hæreditas per capita liberis & nepotibus gentem iustam conficientibus in partes distributa sit. Itaque malo vt & ipsi in partitionem veniant, non sui causa, qui quocunque venirent, apud se essent, sed propter illos filios, qui nō per se, sed in globo vt loquuntur. i. conuinctim & mixtim gentem cōstituere poterant, nisi mallent cum reliquis fratribus confundi miscerique, vt contigit in partitione Chanaan filiis Ioseph minoribus cum Ephraim & Menasse confusis.

Sic enim perspicua erit capitum & stirpium enumeratio. Iaphetiarum 15. Iaphet, Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Moloc, Thiras, Askenas, Riphat, Togarma, Elisa, Tharsis, Cittim, Dodanim. Chamesearum 31. Cham, Chus, Mizraim, Phut, Chanaan, Saba, Hauila, Sabatha, Regma, Sabathaca, Lud, Anam, Laab, Naphtu, Patrus, Chasiu, Caphtor, Patesherh, Seba, Dedan, Sidon, Heth, Iebus, Amor, Girgas, Heus, Arec, Sin, Arad, Samar, Hamath. Semearum 24. Sem, Elam, Assur, Arphaxad, Lud, Aram, Hus, Hul, Gether

Mes,

Anni diluuij. 101. 131.

Anni mundi. 1758. 1788.

NOE ET DIVVII SAECVLO.

Anni diluuij 131

Anni mundi.

Mes, Heber, Elmodad, Saleph, Hatsarmuth, Iera, Adoram, Vzal, Dicla, Hebal, Abimael, Saba, Ophir, Hauila, Iobab.

Vbi notandum non assignatam certam partem ipsi Heber pro Hebræa ipsius familia ac gente, vt quæ adhuc esset in lumbis Filiorum, præsertim Abrahæ, nec in iustam cognationem creuisset.

Atque illud esse Deuteronomij 32. *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam (in patrias & Regiones Genes. 11) constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius*, id est. Quemadmodum filij Israel cum Iacob ingredientes in Aegyptum erant 70 (*Gen. 46.*) sic sane terminauit siue distinxit filios Adam in populos 70, secundum linguarum varietatem, quando eos diuidebat, & per terras separabat, ita tamen vt, aliis, nempe 69, assignarit & constituerit terminos & patrias suas, Israelem autem præterierit, pro parte & hæreditate ipsius se ei reseruās & cōstituens, ipsi tuo tēpore prouisurus de terra, quam in manus Chananeorū potius deposuerat, quàm donauerat.

16

Gen. 11 163 g REHV genuit Saruch, anno 32. 1688 1820

Elmodad, Saleph, Hatsarmuth, Iera, Adoram, Vzal, Dicla, Hobal, Abimael, Saba, Ophir, Hauila, Iobab tredecim filiis Ioctan Indorū Patris.

g Moritur annorum 239, Abrahæ sepruagesimonono, mundi 2027. Præfinitè æquauit dies vitæ patris sui, sequentes reliqui non item, de quare Abben Ezra Genes. 10. & 11. Sub Phaleg diebus, quibus collectus est (i. mortuus) tria insignia contingerunt, partitio terrarum, confusio linguarum dimidiatio annorum vitę. Sem enim vixit 500 an. post diluuium, Arphaxad 438, Sale 433, Heber 464. Iam Phaleg diluuium, Arphaxad 438, Sale 433, Heber 464. Iam Phaleg dimidium dierum illorum vix explet, nempe 239. Sic Rehu filius eius 239. Sic fermè Sarug 230. Vnde regula. Post Phaleg nullus peruenit ad dies eius. i. annos 239, præter filium ipsius Rehu. Hęc ille, vbi & significat Phaleg appellatum, non modo quia diebus ipsius terra fuerit diuisa & distincta gentibus & linguis, verum etiam quia dimidiata annis.

A diebus Phaleg diminuti sunt anni humanæ vitæ dimidio vsque ad Dauidem. A Dauide altero penè dimidio vsque hodie, vt sint duntaxat 70 aut 80. *Abben Ezra, Genes.*

Ioctan patruus Rehu laudatur ab humilitate & contēptu mundi, vt proinde meruerit multis intermediis præteritis gentes tredecim, quę Indias & Orientem possederint, propagare, & numerū Septuaginta absoluere. Ex eo enim Elmodad pater Emodiorum, vbi Emodi montes Alexandri rebus clari, Hasarmuth Carmanorum, Ophir Peruuiorum, vnde purissimum aurum, qui & traiecto Oceano eoo retinuerunt nomen Peruaim hodie vsurpatum, vt olim in historia Salomonis, Hauila Hauileorum, prope Gangem, quorum aurum & lapides pretiosi celebrantur, Iera Gedrosiorum, Saleph, Adoram, Vzal, Dicla, Hebal, Abimael, Saba, Iobab populorū qui vel antiqua nomina perdiderunt, vel quæ nunc pro veteribus habeant ignoratur, vel si retenta sunt, ad nos non peruenerunt, quia illæ partes minus fuēre à Geographis nostris lustratæ & cognitæ, & Græci vetera corruperunt vel mutarunt pro arbitrio. Nam quis crederet (Verbi gratia) Mizraim esse Aegyptum, Chus Aethiopiam, Magog Scythiam, nisi hoc sacris historiis constaret.

17

163 193 h SARVG gen. Nahor, anno 30. 1820 1850

Eisdem Ioctani filiis.

h Moritvr anno vitę 230, Isaaci primo, Mūdi 2050. Nam nemo deinceps attinget dies Phaleg & Rehū, vita sensim contracta. Primus idola formasse fertur, nec veri Dei cultum retinuisse. Sed absit à semine Sanctorum, cum præsertim adhuc Noë & Sem viuerent quos eum reueritum vt Patres, credidisse vt Ecclesię doctrinæ quę cœlestis pastores, quis debeat dubitare.

Credibilius esset formata ab aliis, vulgi errore & Nimro-

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

di metu, post Noë mortem coluisse. Nam etiã de pũs Ios. 24. Trans fluuium (Euphratem) habitauerunt Patres vestri olim, Thare pater Abrahã & Nachor, seruiérúntque Diis alienis.

i MORITVR annorum 148. Abrahæ quadragesimo nono, mundi 1998. Pater Chaldæorum ab aliquibus dicitur. Nẽpe, quia illic perpetuo mãsit, neque traiecit fluuiũ ad quærendas nouas sedes, mirèque auxit familiã attaui Arphaxad.

Rapha famosus gigas 1. Par. 2. à quo Raphaim Genes. 14. de posteritate Chanaan terribiles Gigantes, quos expulerunt Moabitæ è terra ipsorum *Deut.* 2. Qui & Emim & Zomzemmim. Videntur se recipisse in Philisteam. Nam illic 1. *Par.* 14 Raphæ posteritas Dauidis tempore, vt Goliath Getheus, & Lahim frater eius 1. *Par.* 20. vbi & gigas 24 digitorum ex eadẽ stirpe. i. senorũ in singulis manibus & pedibus.

k Thare statuarius, idolorum fictor & venditor. *Hebræi in Bereschi Raba Suidas.*

Non puto verum, sat esto vt fuerit cultor è Ios. 24.

Abraham hanc attem aliquandiu exercuisse iidem auctores sunt. Sed & hoc puto falsius, quamuis vocationem eius gratuitam non dubitẽ & nullis eius meritis, ex eodem c. 24. Ios. Vix enim poterat vir ad fundandam Ecclesiasticã à Deo factus tam cito obliuisci doctrinæ Noë & filiorum ipsius, præsertim Sem, qui adhuc erant in viuis, & cuius fruẽdi causa meditabatur de adeunda Chanaan.

Primus auctor discessus è patria Vr Chaldæorum Mesopotamiæ vrbe, assumptis secum liberis, itineris, vel voluntarij exilij comitibus, Carras vsque progreditur, vt iret in terram Chanaan. Gen. 11. Vel non tam discessus auctor, quàm voluntarius Abrahæ filij sui comes, è quo Dei mandatum de relinquenda Vr Chaldæorum, idololatriæ imperatrice, resciuerat. *Act.* 7.

Fortasse etiam ipse adhuc tetram Chanaã adire instituerat, vbi Deus purè sub põtificatu Melchisedech colebatur, ad virandam impietatem & persecutionẽ Nimrod. Sed cùm reperisset in Mesopotamia res religionis esse pacatiores, certa occasione illic permansit cum filiis, vbi & mortuus. Hinc in libro Iudith. Hæc est progenies populi Chaldæorum. Antea habitarunt in Mesopotamia, quia noluerant sequi Deos patrum suorum, sed adorauerunt Deum cæli, vnde fugerunt in Mesopotamiam & fuerunt ibi dies multos.

Hæc autem pertinent ad sequentem ætatem, nam nullæ adhuc erant vrbes & cõtigerunt anno 70 vitæ Abraham. 20 post cœptam tyrannidem Nimrod.

Quandiu Carris commoratus sit, & quam ob causam ibi substiterit, nec in terram Chanaan, vt instituerat, progressus sit, Scriptura reticet.

Vniuersam suam familiam Carras traduxit. Nam filius eius Nahor illic suam familiam & fortunas constituit, nec post patris mortem, fratrem Abrahamum in terram Chanaan secutus est. *Gen.* 22. 24. 27. *& seq.* Delectatus ea sede, quę patriæ erat propior. Vbi fortasse Diis alienis tandem seruiit. Nam Laban nepos eius Idola habuit, quæ Rachel filia abstulit, & Iacob defodit sub terebintho.

Relictus illic fuit à filio Abraham, qui diuino oraculo in Chanaan vrgebatur, donec 60 post annis Charris moreretur. Contra eos, qui è loco Act 7. perperam intellecto Abrahamum non nisi mortuo patre illuc venisse & mortuum secum deduxisse suspicantur.

Moritur enim ann. 205. Abrahæ 135. Isaac 35. Mũdi 2083

A Noë decimus de semine Sem, tres filios habuit, sed solus Abrahã verum Deum coluit. Reliqui duo Nachor & Haran ad simulachra se traduxerunt.

Eius primogenitus fuit Abrahã, non Nahor, non Haran,

Annis diluuij.		Anni mundi.
	18	
222	i NAHOR gen. Tare, anno 29.	1850 1879
	Iisdem Joctani filiis.	
	19	
Gen. 11. 292	k THARE gen. Abraham anno 70.	1879 1949
	Nachor & Haran fratribus Abrahæ minoribus.	
292		1949.

Hebræi

NOE SÆCVLO.

Annis diluuij.	Anni mundi.
293	1949
393	2049

Hebræi Gen. 11. Nostrorum tamen aliqui minimum Abrahã fuisse censent, quod & colligũt è *cap.* 7. *Actorum*, vbi Stephanus asserit Abrahamum exisse Charris post mortem Tharæ patris sui. Ex eo enim sequi videtur, non natum anno 70 Patris, sed 130. i. sexaginta pòst. Atqui locus ille Stephani cum Mosis litera, & Hebr. traditione, alio modo commodè conciliatur. Non enim inquit postquam mortuus est Thate, inde. i. è Carris primùm Deus eduxit Abraham, sed *transtulit illum*. i. collocauit μετῴκισεν colonum & habitatorem fecit, ac ei quasi nũquam in posterum in Mesopotamiam reuersuro domicilium in terra Chanaan statuit. Vnde μετοικία non est simplex translatio, sed colonia. Nempe Abraham cùm ante patris mortem per annos 60. magis peregrinaretur in terra Chanaan, quàm habitaret, quòd per vices patrem & fratres viseret: postea perpetuas illic sedes collocauit, neque amplius in Mesopotamiam reuertit.

Ideòque ante eius mortẽ ne passũ quidẽ pedis habuit in terra Chanaan, Act. 7. cùm duobus annis pòst, nẽpe quando Sara obiit, emerit 400 siclis spelunca duplicẽ cũ agro vicino.

Facesset fortassis Lyranus negotium. Sara (inquit) tantum minor erat Abrahamo annis decem. Genes. 17. putásne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Si igitur Haran fuit iunior ipso Abraham, non habebat decem annos, quando genuit Saram, imo ne octo quidem, quia inter nativitatem Abrahæ & Haran oportet interfluxisse suos plus minùs annos. Hoc autem videtur incommodum, maximè quia illo tempore non nisi sexagenarij vel septuagenarij generare incipiebant. Hæc ille.

Cui vt respondeam, primum: An non Sara se dicere potuit nonagenariam, vt rotundè & breuius loqueretur, non exactè quamuis fortasse esset minor? Deinde fallo supponitur sexagenarios tot isto sæculo cœpisse gignere.

Nam oppositum suprà, patuit. Habet autem pro incommodo, quod in illo populo non fuit infrequens, vt octauo anno gignerent. Nam quomodo aliter tam pauco tempore fuissent multiplicati in populum & gentem, nisi illic fuisset extraordinaria fœcunditas?

Denique Seder Olam hoc docet cap. 2.

[Hoc etiamnum testatur historia, quæ traditur fœminas octauo anno matres fieri, quamuis deinde multo citius cõsenescant.]

Haran (ait) post septennium ab ablactatione accepit vxorem, Hinc anno vitæ octauo natus est Lot, sequenti Iesca, quæ & Sara. Sic Her anno octauo duxit filiam hominis Chananei, nono Onan. Sic Phares vxorem accepit octauo, nono autem Hezronem genuit. Nam, vt hoc confirmem, quamuis ætas ad procreãdũ idonea ab adolescentia incipiat, id est, paulò antè 14. an. vt R. Isaac docet pag. 51. & Aug. lib. 16. de Ciuit. c. vlt. & in Psal. 104. regula tamen fallit, cum vndecimo Salomon gignit Roboam, decimo Achaz Ezechiam, cumque muliercula alioqui precocia à puero decenni grauida efficitur, teste Hieronymo ad Vitalem. Atque hæc pro Hebræis vel etiam exacta Chronologiæ firmitate.

Haran moriens ante patrem tres reliquit liberos, Lot, Iescam, siue Saram, Abrahæ, Malcham Nachoris vxorem. *Seder. Olam.* Dubitat tamen Abben Ezra de Lot, Gen. 11.

Iesca à Soc siue conspiciendo, quoniam pulchritudine sua excitabat homines ad sui cõspectũ. Hinc illud, & laudauerũt eam apud Pharaonem, vel etiã cernebat futura per propheticã facultatem, quod significauit Deus Abrahæ. Quicquid (inquit) dixerit tibi Sara, fac, & audi vocem eius. *Seder. Olã c.* 2.

[Potest etiam vox *Ieschа* venire *Ischah*, quòd illa est fœmina præstantissima & virago quędam.]

Mat. 8. octo annorum.

Anno statis octauo [illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

HAC SECVNDA AETATE DOCTRINAM DE DEO, CHRISTO, ET ALIIS CAPITIBVS RELIGIONIS continuatam sic ostenditur.

VALIS Ecclesiæ legis naturæ facies post Diluuium extiterit, perspici hinc potest, vt taceam non esse dubitandum quin Noe, & filij ipsius, ipso vivo, puram & antiquam religionem non modo tenuerint, verum etiam ad posteros traduxerint, quoniam scriptum Noam iustitiæ & fidei hæredem fuisse institutum, Hebr. 11 & octauum iustitiæ præconem, 2. Petr. 2. perfectum, qui in diebus iracundiæ factus sit reconciliatio, & apud quem deposita testamenta sæculi, Eccles. 44. iustum, qui in iustitia sua liberet animam suam à gladio & pestilentia, Ezech. 14. Hoc æuum non modo metientem, sed & quinquaginta ferè annis superantem, Gen. 9. vt Dei verbum & religionem in sequentes ætates perduceret per hanc ætatem cum prima tertiam connectendo. Nam 600 annis vixit cum prima ætate, 48 cum tertia. Hinc Dei vnitas deinceps Genes. 8. 9. 10. 11. Trinitas mysterium Gen. 11. Venite descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, & non audiat vnusquisque vocem proximi sui, atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras. Prætereà vocabant & inuocabant Deum sub vocabulo Elohim, Gen. 8 & 9. Elohim autem pluralis numeri à singulari Eloáh, Dij, id est, diuinæ personæ. Nam pluraliter Deus sic dicitur עמוקלסור in mysterium profundum, Abben Ezra in Psal. 11. eadem prorsus notione, qua Gen. 20, Abraham pronuntiauit: Eduxerũt me Dij de domo Patris mei (id est, tres diuinæ personæ, quarum vnaquaque Deus est) R. Iaphet, eadem citante. In Christum venturum fides, Noe iustitiæ quæ per fidẽ est hæres est institutus, Heb. 11. pactum & fœdus sempiternum accipiens à Deo, Gen. 9. pro cuius signo datus est ei Arcus cœlestis, id est, Christus in Cruce extensus signum fœderis inter Deum & omnem carnem super terram. Ibid. Item Arca forma mystica & ex lignis occultam significationem habentibus, Sap. 14. Spes orbis terrarum ad ratem confugiens remisit sæculo semen natiuitatis, quæ manu Dei gubernabatur. Benedictum est enim lignum per quod fit iustitia. Quin arca nihil aliud erat quàm crux contracta, & conuoluta. Si enim explicetur & exporrigatur forma Crucis exoritur. Sacerdotium externum, publicum ministerium. Noe Gen. 8 & 9. Melchisedech Gen. 14. Sacerdotum benedictiones Ibid. Gen. 9. & 14. Vbi et decimarum perceptio. Fidei signa vt sacrificia cruenta in typum sacrificij cruenti Christi, Gen. 8. Ædificauit Noe altare Domino & obtulit holocausta super altare. Incruenta in typum Eucharistiæ. Gen. 14. Sem Melchisedech erat Sacerdos Dei excelsi, in suis sacris offerens panem & vinum. & decimas accipiens. Nam hotsi est verbum sacrificale, vt Iud. 6. v. 18. quare 70 longe ante Christum verterant Obtulit, sicque illum locum intellexerunt veteres Rabbini, vt R. Iohai pater R. Simeon auctoris Zoar, Talmudici, R. Mose Haddarsan, R. Selomo, &c. Gen. 9. Noe plantat vineam non tam vt biberet, quam vt libaret Deo, & sacrorum libaminum deinceps instituẽdorum vsum insinuaret. Nam etiam hic veteres Rabbini magna mysteria contemplantur vt R. Iacob Baal Hatturim illic attingit. Sacramenta, in patrum externis cultibus & ritibus, quos Sem literis mandasse scribunt, qui & solemniter benedicebat, &c. Gen. 14. In eorum benedictionibus & imprecationibus: Benedictus Dominus Sem, Dilatet Deus Iaphet, &c. Gen. 9. Lex enim naturæ non nũc similis formæ salnos facit baptisma, 2. Petr. 3. Nam in liberationis è diluuio memoriam puri

ficationes

frequentes & lauacra in sacris retinuisse videntur, vt Gen. 35. Matrimonij, eius institutio & benedictio renouatur semel Gen. 8, bis repetitur Gen. 9. Penitentiæ. Eius præconem esset Noe ante Diluuium præteuntem incredulis 1. Petr. 3. & 2 Petr. 2, non videtur post ab ea inculcande destitisse, vt qui exemplum iræ Dei in impios tam luculentum conspexisset & sensisset. Nam Deus originali mundo non parcens, Diluuium exemplum eorum, qui impie acturi essent, posuerat. Ibid. Mat. 24. Luc. 17. Nec sõlum eam verbo docuit, verum etiam opere. Nam caste & continenter deinceps vixit, quasi exectis testiculis ex Hebraicis traditionibus, et in sudore vultus sui, vt qui esset agricola & vinitor, multiplicandi & politica regendi negotium tribus filijs relinquẽs, sequè in vnica pietate & mundi contempta exercens. Templa, loca religiosa: eorum species in Ararat, quod Noe ædificauit, vbi odoratus est Dominus odorem suauitatis, Gen. 8. item, Salem in Salem à Melchisedech ædificatum pro sede religionis primaria e Tradit. Hebr. & Ioseph. lib. 6. belli c. vlt. vbi oraculum fuisse videtur, ad quod perrexit Rebecca vt consuleret Dominum, Gen. 25. Delectus ciborum. in abstinentia à sanguine & suffocato, Gen. 9, in distinctione mundorum animantium ab immundis, Gen. 8, non tam ad sacrificationem solam, verum etiam ad esum bestiarum iam tunc primum concessum, Gen. 9. Festa. Noe, & reliquos patres Sabbatum semel à Deo sanctificatum ritè seruasse tradunt Hebræi, vbi suprà. Et sane non est probabile Patres Diei consecrationem à Deo tam solenniter factam Gen. 2 neglexisse, qui longe minora adeò religiosè obseruauerunt. Præcepta septem, data filiis Noe ijsdem ordine. Nam colere idola, Benedicere Deum, seruare ius publicum, cauere ab illegitima concubitu, Non fundere humanum sanguinem, non rapere, non tollere membrum de animali viuenti. è Gen. 9. Hebræi passim vt Seder Olam c. 5. R. Selomo in 2 Ierem. Ordinis politici & potestatis magistratuum institutio. Gen. 9. Quicunque effuderit (inquit Deus ad Noam) humanum sanguinem fundatur per hominem (hoc enim in Hebræo intericitur) sanguis illius. Vnde Chald. per testes sententia iudicum sanguis eius fundatur, Dominij hominum supra reliqua restitutio. Ibid. terror vester ac tremor sit supra cuncta animalia terræ, &c. Cura mortuorum. sepulchrum Adæ in Hebron hac ætate religiosè conseruatur, & in sequentes ætates curiosè transmittitur, Ios. 14. vt cum nostro interprete Hebræi veteres in Bereshith Rabba & in Midras Cantici Canticorum sentiunt. Ne quis locũ illũ Iosuæ alio detorqueat cũ Kimhi & recentioribus. Iudicium & alterum sæculum Deus ad Noe & eius filios Gen. 9, de manu viri & de manu fratris eius requiram animam hominis. Ad imaginem quippè Dei factus est homo. Gen. 9. mysterium maledictionis Chanaan, & benedictionis Sem & Iaphet. Denique quæcunque vigebant prima ætate, fideliter posteris tradidêre ocio illi, qui per arcam erepti mundum & Ecclesiam renouarunt. Quarum Traditionum semina exant in oraculis Sibyllinis, quorum maiorem partem tribuunt Sambethæ Noe Nurui, id est, vxori Sem Sibyllarum primæ, antiquissimæ & longæuissimæ. Denique Ecclesiam rexerunt reuelationibus Dei & Angelorum, Gen. 8 & 9, prophetiis Heber, Sem, Phaleg, &c. sicque salutarem doctrinam ad Abrahamum sequentis æui principium & populi Dei Patrem detulerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni diluuij. | Anni mundi.

OE moritur anno ætatis suæ 950. annis 17, ante exitum Abrahæ ex Haran, siue Charris Mesopotamiæ vrbe, Crassi cæde nobili: Tum Abrahã natus erat an. 58. *Abben Ezra, Gen. 6.* Sic eum omnes præcedentis ætatis Patriarchæ viderunt. Nam.

Noë	vidit Abrahamum, annis	58	
Sem		175	
Arphaxad		145	
Sale		175	
Heber		175	
Phaleg		48	
Rehu		70	
Sennaar		100	
Nachor		49	
Thare		135	

Superuixerunt autem tres. Sem ann. 34. Sale 16. Heber 67.

Dum filij huius sæculi tumultuabantur, & in constituendis regnis sese anxiè exercebant, lucis filij vitam priuatam, quietam, religiosam, & paucis contentam traducebãt, atque ad cœlestẽ suspirabant, confitentes se peregrinos super terram, sæque fide & spe futuri Christi sustentantes. Ac sic eam describit Moses in suis libris & Apostolus *Heb.* 11.

Sem cognomento Melchisedech, *Hebræi ferè omnes.* Etsi reclamet Epiphan. hæres. 55. contra Melchisedechianos, quòd Sem sexcentos annos duntaxat vixerit, cũ res Melchisedech contigisse velit Diluuij millesimo centesimo vigesimo. Nam nititur falso fundamento nempe 70 interpretum vitiosa enumeratione, aut transferibentium potius.

Regnat in Salẽ (Sic *Ps.* 76. vocatur Hierusalẽ) annis 113. *Suidas.* Aedificat templũ toto orbe celeberrimum. *Ioseph. lib. 6. belli cap. vlt.* Quippe Dei excelsi Sacerdos, in quo sacrificasse panem & vinum, more veterum, quorum sacrificia ferè erãt incruenta, Hebræorum nullus negat. Quin potius *R. Mose, Haddarsan* in Bereshith Rabba eum tunc sustinuisse Messiæ illum incruentæ sacrificationis ritum introducturi speciem atque personam cõtendit. R. autem Salomo ordinarius Hebræorum interpres in *cap.* 14. *Genes.* è veterum Rabbinorum scriptis panem & vinum Melchisedech protulisse tradit, vt legis futuræ sacrificia farinacea & libamina figuraret (quæ & ipsa erant sacrificij incruenti Christianorum typus) & Fasciculus Myrrhæ, fol. 3. col. 2. è הדר. Eius munera vocat מנחה ונסך oblationem & libamen. Et Midras Agada Abrahæ Melchisedech significate oblationes & libamina, quæ filij eius ibi essent in posterum oblaturi. Vnde Rabbini veteres, ne quis putet fuisse panem & vinum commune, nõ appellant Panem & vinum Melchisedech, sed *Minhá* & *Nesec*, id est, oblationem & libamen, panem videlicet & vinum benedictum ac sacratũ: quæ ritu sacro & solenni prius fuerint oblata cõsecratáque Deo. Inde Abrahæ & eius pueris in charitatis ac religionis symbolum porrecta & distributa. Volunt ergo sacrificasse. Et certè מוצא Hotsi Hebraïcũ, quo Moses vtitur, & noster interpretatur *Protulit*, & Septuaginta *Obtulit*, verbum est sacrificale, ac reddentium Deo oblationes atque sacrificia, vt in historia Gedeonis. *Iud. 6. vers.* 18. Cæteras etiam res Melchisedech plenas esse perfectionis &

mysterij

Anni diluuij. | Anni mundi.

1949.

TERTIA ÆTAS, PATRIARCHARVM quæ & primæ originis linguarum & Gentiũ, velut adolescẽtis populi Dei.

Quæ incipit in Natiuitate Abrahæ, id est, anno mundi 1950.

20.

293 | 1949 — a ABRAHAM genuit in Geraris Isaac an. ætatis suæ 100.

Gen. 7 | 2049

393 Gen. 14. — *Pontifice Melchisedech, à quo benedictionem & communionem Abrahã accepit. Hoc est, SS. Eucharistiæ figuram.*

Melchisedech Sa- lẽm & Ierusalẽ vrbium conditor celeberrimus.

393 — *Tyrannus summus, Nimrod rege Babyloniorum. Et post natũ Isaac Assur siue Nino Assyriorum.*

Anni diluuij. | Anni mundi.

293. — *Hæc ætas Pontificem habuit Melchisedech. i. Sem. In ea enim omnes primogeniti à Noë vsque ad Aaronem Pontifices, sacerdotésque fuerunt. Hieron. in Tradit. & in epistola ad Euagrium. Vel hi, quibus tributũ ius primogenituræ (nam Sem supra probauimus non fuisse primogenitum, nisi Patris beneficio, benedictionéve) 1. Par. 5.*

1949. — mysterij *R. Leui è Talmudicis asseuerat*, quod B. Paulus epitolis ad Hebræos persequitur.

Vnde ego verterem: *Oblatum porrexit.* Quod sequuntur Cypr. epist. 63. ad Cæcilium, Ambrosius, Eusebius, Chrysostomus, August. & ex linguæ Hebraïcæ peritis Epiph. hæres. 55. & 79. Hiero. in 26. Matth. & epist. ad Euagrium, quæ est de Melchisedech. Qui etiam si non obtulisset, propositum tamen Abrahamo epulum typum fuisse sacrificij Missæ nemo vnquam ante nouissimos hæreticos dubitauit.

Abrahamum reuertentem è bello conuiuio excepit, pane & vino, de ritu gentis solenniter prius oblato, eique, inuocato Dei numine, benedixit. *R. Mose Haddarsan in 14 Gen.* Extat liber, qui dicitur *Bereshith Rabba.* Vbi pag. 26. col. 4. R. Samuel Bar Nahaman, inquit. Ritus (mysterium) Sacerdotij magni ei Melchisedech reuelauit. Nam panis iste, est panis facierum & vinum libamina. Magistri autem nostri, Legem reuelauit ei, quoniam dictum est: Comedite panem, & bibite vinum, quod miscui vobis. Denique hic omnia plena esse mysteriis Rabbini omnes docent & agnoscunt. Qui si existimassent verbum *proferendi* hic non esse sacrificare, & *vinum & panem* nihil præter epulas retulisse, nunquam tam præclarè de Sacerdotio eius differuissent, neque Paulus asseruisset Heb. 5. sibi de eo suppetere grandem sermonem, sed non explicabilem, quoniam Iudæi imbecilles facti essent ad audiendum, perfectorúmque esse solidum cibum. Quod Hieron. ad Euagr. nominatim ad Eucharistiæ mysterium retulit, ne Iudæis videlicet, infidelibus tantum panderet sacramentum. Quia ratione veteres sobriè de Eucharistia loquebantur, ne eius magnitudinem Gẽtilium sannis obiicerent. vt Orig. ho. 9. 12. in Leu. Hom. 3. in Num. 4. in Iosu. Theod. in Polymorpho. Chrys. orat. de Philogonio. Socrat. hist. lib. 8. cap. 5.

Quoniam autem hic primùm sub hoc nomine de repente prodit, neque legitur quando natus, neque quando mortuus, dicitur neque principium dierum habuisse, neque finẽ, itémque ἀπάτωρ & ἀμήτωρ insigni mysterio, *Heb. 7.*

[Ideo etiam eius Genealogia non recensetur, quòd ex dignitate Pontificia fuerit supra omnem statum humanũ subuectus: ita dicitur in cantico Mosis. Deut. Leui Patriarcham remisisse patri & matri nuncium, ac dixisse fratribus, non noui vos.]

Ex his quæ Scriptura loquitur: Melchisedech, vir fuit magnus siue fuerit Sem filius Noë, siue alius, vt liquet è tribus notis ei attributis. Prima quia, vocatus est Melchisedech.

Hinc enim apparet rex iustissimus, iudicij iurisque studiosissimus, 2. quia Rex Salem, quasi fuerit cumulatus perfectionibus omnibus. Nempe perfectus cognitione & actione (Salem enim perfectum sonat, & pacificum, priore modo hic accipitur, posteriore ab Apostolo,) quæ duæ sunt præceptorum partes. Nam respectu perfectionis operum Melchisedech cognominatur, vt cuius opera essent iusta, respectu cognitionis & scientiæ rex Salem. (id est, perfectus) 3. quia Sacerdos Dei excelsi. Hinc enim eum par est tenuisse scientiam Altissimi, prædituímque fuisse prophetico Spiritu. Eius cætera recta sunt, & plena magnitudinis. *Fasciculus Myrrhæ, Gen. 14.*

[Apostolus ad Heb. explicat Salem pro pace vt fuerit Rex pacis simul ac iustitiæ.]

Ministrauit Abrahæ exercitui Xenia, & multam abundantiam rerum opportunarum simul exhibuit, & super epulas eum collaudare cœpit, ac benedicere Deum, qui ei subdiderat inimicos. *Iosephus.* Sed perperam videtur existimare Abrahæ decimas datas, cum Apostolus & Hebræi ferè omnes doceant Abrahamum potius ipsi dedisse Melchisedech

293. | 2049.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præterea non intellexit mysteria sacrificij eius incruenti, quod alij Iudæi inculcant apud Galatinum, *lib.*10.*c.*4.*&* 5.

Abraham initium fidei nostræ, pater credentium, in Vr Chaldæorum vrbe nascitur. Fuit linguarum confusarum tempore, ipséque cum sua familia in lingua Heber aui sui relictus est. *Coæ.*

Inde discessit Carras Mesopotamiæ, latriam ignis, quàm loco diuini cultus vrgebat tyrannus Nimrod, fugiens. *Trad Hebr.*

Duodecim annis post mortem Noë, iubet Deus Abrahamum egredi è patria sua in Chananæorum terram, ad Sem maiorum suorum patrem & pontificem, separatique à Babylonica iniquitate. Et sanè in certa familia Sem, ex qua descendit Abraham, veri Dei cultus vtcunque permanserat. Vt cunque dixi, quoniam ipsi etiam incipiebant sese dedere, & receptam Idolomaniam complecti, vt docet Iosuë 24. cap. vbi & Abraham inter Idololatras numeratur. Sed 48. anno ætatis cœpisse agnoscere Deum, & Idololatria cedere scribunt Hebræi *R. Iohanan & R. Hanina.* Quin & Thare egisse pœnitentiam, *R. Selo. Gen.* 15.

Ita mundus religione corrumpi cœpit paulò post initia huius ætatis aperta idololatriæ vel impietatis professione, vt iam instituat Deus sibi eligere familiam, in qua Ecclesiam & futuri Messiæ spem deponat, Ios. 24. Thare Pater Abraham & Nachor seruierunt Diis alienis. Itaque tuli Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan (ad locum religionis, cui præerat Melchisedech.)

Ibi replenit omnia sacellis & altaribus, eam quasi totam Deo dedicans. Aedificauit duo altaria, *Gen.* 12. *&* 13. vnum inter Haï & Bethel, alterum propè Sichem. Tertium *Gen* 15. propè Hebron. Quartum in Bersabée. 21. Quintum in monte Moria, vbi postea templum. 22. Sic quocunque transibat. Vnde Mahometes tradidit suę Mechæ templum opus esse Abrahæ. Consecrat cœmeterium vxori, sibi & posteritati (23) propè Hebron. Seruus Dei *Genes.* 27. Psalm. 104. Amicus Dei Es. 41. 1. Paralip. 20. Dilectus Dei. Daniel. 3. Inter Chananeos inuocans nomen Dei æterni publicè & palam sacrificans, 12, 13, 15, 21, 22. suscipiens sacramentum Circumcisionis, & nullum in familia incircumcisum ferens, tam de emptitiis, quàm vernis Genes. 17. Communionis, Symboli Eucharistiæ à Melchisedech. *Gen.* 14.

Speculum omnium vitæ institutorum. Diues armenis, auro, & argento Gen. 13. ouibus, bubus, auro, argento, seruis ancillis, camelis, asinis. 24. Mancipiis locuples emptitiis, vernaculis, alienigenis. 12, 14, 17. quibus omnibus vtebatur in religionis, pietatis, hospitalitatis commoda. 18, 21, 23. &c. Decimas soluens. 14, &c.

Abraham vitæ 48. videt diuisionem linguarum & gẽtium, & paulò post Nimrodi Babylonici tyrannidem. *Chronol. Heb.* Mundi 1997. siue sub mundi 2000. Ab eo enim vexatus ob cultum vnius Dei, tandémque eiectus è Chaldæa. *R. Mose in More part.* 3. *è quodam libro de Agricultura Aegyptiaca.*

70. Proficiscitur ex Vr Chaldæorum in Haran Mesopotamiæ, *Gen.* 11.

75. Ex Haran relictis ibi patre & fratribus, assumpta Sara vxore, cúisque fratre Lot in terram Chanaan. *Gen.* 12. qui annus erat decimus sextus mortis Noë, vigesimus septimus diuisionis linguarum, primus famis, cuius causa descendit in Aegyptum in tres menses, vltimus siue decimus quartus seruitutis & domitarum.

76. Ex Aegypto reuersus recedit in Alone Mamræ ad Hebron. Eodé vicit quatuor reges cũ suis 318. vernaculis & paucis auxiliaribus. 30 Melchisedecum obuium habuit. *Genes.* 14.

Anni diluuij.		*Anni mundi.*
293		1949
	NOE SÆCVLO.	
393		2049

Illic

Anni diluuij.		*Anni mundi*
293.		1949.
	NOE ET DILVVII SÆCVLO.	
593.		2049.

Illic mansit 25. annis, id est, vsque ad conceptum Saræ & vitæ centesimum, siue vsque ad euersam Pentapolim.

86. Duxit Hagar ancillam (Ex ea eodem Ismaelem sustulit, ante decimumquartum Natiuitatis Isaac,) id est, decimo anno post ingressum in Chanaan. *Gen.* 16.

99. Circuncidit se & suæ familiæ mares. *Gen.* 17. vbi nouum nomen consequitur pro Abram. i. *Pater excelsus.* Abraham è tribus compositum Ab, Rab, Hamon, *Pater multi populi*, per syncopen literæ Beth, deinde per Apocopen syllabæ, *on.* quòd pater credentium omnium, tam præputij, quàm circumcisionis. *Rom.* 4. *Gal.* 3. 1. *Mac.* 2. Nam fides & religio prope erat extincta ob Nimrod & reliquos tyrannos, patre etiam eius seruiente diis alienis. Iosu. 24. Eo anno euertitur Pentapolis & in lacum migrat.

100. Siue metu amplioris euersionis & vastitatis, siue tristitia amissorum, sociorum, siue fuga æris sulphure igneque cœlico infecti, siue vt consequeretur nona pascua peregrinatus est in terram Palæstinorum diebus multis i. annis 26. Nam illic diutius consedit, quàm ad Hebron. Tum in Geraris metropoli Palæstinorum gignit Isaac & Bersabeam condit (prope Gazam.)

126. Rediit è Palæstina, (quando nascitur Rebecca Charris,) in agrum Hebron, circa quem reliquum vitæ transigit. i. annos 49.

135. Patre in Mesopotamia commorante orbatur.

137. Ligauit ad altare Isaac, indeque Bersabeam remisit mox ad exequias vxoris discessurus.

[Ex eo quòd Isaac solutus fuit ab altari, nec in hostiam mactatus, Saraceni obtendunt Ismaelem mactatum fuisse, In opusculo *donæ taghi* quæ est Oratio coronæ.]

Nam eodem Saram in Hebrone mortuam sepeliit.

140. Dedit filio Rebeccam in matrimonium, è Mesopotamia accersitam.

160. Iacob & Esaü nepotulos ex Isaac suscepit.

175. Mortuus est, agẽte Iacoc decimumquintum. *Genes.* 25. *Hæc è Seder cap.* 1.

Descendens in Aegyptum (vbi mansit tres menses, *Seder olam*) Mathematica sacerdotibus tradit, vt scribit Iosephus, & attingit Plato in Epinomide. Quod videtur Cicero confirmare, cùm 1. de Diuinatione Chaldæos recenset primos inuentores Astrologiæ. Aegyptij autem illas ita excoluerunt, vt putentur inuentores Geometriæ, vt & Phœnices Arithmeticæ: cuius tamen lineas ab eodem Patriarcha, cum in Palestinam profectus est, acceperant.

In terra promissionis, tanquam in aliena, mansit, in tabernaculis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus promissionis eiusdem, *Hebr.* 11. Reliquit, scilicet præsentes opes, vt promissas sequeretur, & etiam 520. milliaribus dissitas quæreret, vbi tamen ne passum quidem pedis acquisiuit, vel acquirere voluit. *Act.* 7. præter sepulchrum pecunia emptum, *Genes.* 23.

Centum annis illic, vel in locis vicinis, vt in alieno solo mansit, habitans in tentoriis more veteri & præcedentis ætatis. Terra adhuc noua & à primis nouisque colonis possideri cœpta nondum abundante vrbibus, vt sæculo Mosis, & Iosuæ, vnde etiam æuo Iacob Gen. 32. terra spatiosa dicitur & lata & cultoribus indigens.

Sensim enim sub Abraham ciuitates extructæ sunt, regna & principatus multi constituti, artes excultæ, pecunia signata, seruitutes inductæ, bella varia inter finitimos gesta: Hæc enim apparent ex ipsius historia, vt mundus sub eius mortem non tam videretur nouus, quàm vetus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni diluuij. | Anni mundi.

repetitam promissionem accepit de venturo semine. Gen. 12, 17, 18, &c. Quin vt magis alliceretur ad fouendam pietatem in sua familia, præcipuè quinque ei promissa sunt. Multiplicatio seminis. 2. Benedictio & fœlicitas eius. 293. 3. Magnificatio nominis. 4. Benedictio vniuersarum gentium per ipsum, siue per ipsius semen Christum. 5. Possessio terræ Chanaan melle & lacte affluentis. 1949.

Sabbatum, vt & præcedentes Patriarchæ, coluit, item alias naturæ leges & sacra, quæ postea Moses literis obsignauit & veluti de nouo instituit, *Abben Ezra in Decalogo. & Selom. Genes. 26.*

Tertullianus tamen aduersus Iudæos neque Adam, neque Abelem neque Henoc, neque Noë, neque Melchisedech, neque Abraham, neque vllos alios ante Mosem sabbatizasse putat. Tamen quia iam inde ab initio diem illum Deus consecrauerat, ad recolendum creationis beneficium, quousque dies Dominicus ad recolendum recreationis siue redemptionis mysterium succederet, veras hic existimo Hebraicas traditiones. Adde hunc vnum esse de actibus religionis & primarij iuris diuini. Alioqui decalogus fuisset tempore legis naturæ vno præcepto mancus.

Octo reliquit filios magnorũ populorum auctores, vnum è Sara primaria vxorẽ Isaac Hebræorum patrem, altetum ex Hagar ancilla Ismaelem Ismaelitarum & Hagarenorum in Arabia, alios sex è Cetura concubina, siue vxore vsuaria, qui se contulerunt in alias Arabiæ partes & Aethiopiæ, præsertim Troglodyticæ.

Septem postremis dedit duntaxat munera testamento cuncta relinquens promissionis filio, quòd Hagarem & Ceturam non accepisset in proprias vxores, id est, matres familias, quæ in æquam societatem omnium & familiam veniebant, sed concubinas, id est, matronas vxores vsurias, & thori consortes (de quo more Gellius lib. 18. cap. 6.)

Migrans ad Pharetatem regem Aegypti, docuit illum Astronomiam, & post viginti annos iterum in Syriam reuertitur, *Artapanus historicus apud Euseb. præp. lib. 9. cap. 4.* tres menses malunt Hebræi. *in Seder Olam.*

Inuenit (vel potius conseruauit) sacras literas, & linguam sanctam, qua libri sacri conscripti sunt, & Rabbini hodie vtuntur. Occasionem præbuit Græcis, vt haberent literas. *Suidas in Abraham.*

Circumcisio in fœdus instituitur, Quem ritum æmulati sunt Indi, Arabes, Aegypti, &c. Antea patres erant incircumcisi, vt iam Deus nobis ostenderet nos quoque sine illo onere Deo posse placere. *Tertull. contra Iudæos.*

Ab Adam ad Ninum regem, quando natus est Abraham, bis mille anni ferè lapsi sunt, qui ab omnibus historiographis, vel omissi, vel ignorati sunt. A Nino autem vel Abraham, vsque ad Cæsarem Augustum, id est, vsque ad Domini natiuitatem, quæ anno 42. eiusdem contigit, quando pace cum Parthis facta, Iani portæ clausæ sunt, & bella toto orbe cesserunt, colliguntur alia duo annorum millia, & paulò plus, in quibus inter se auctores & scriptores omnium otia negotiaque triuerunt. *Oros. cap. 1. hist.*

Bis mille anni à mundo condito expleti sunt anno 52. ætatis Abraham, viuo adhuc Noë. *& Iacob posteriore toto compendy Talmud pag. 124.*

Abraham in quodam Græcorum Canone, libros conscripsisse asseritur. Quod & affirmat Mahometes in Alcor. Hebræi hodie libellum Ietsirà, de formatione rerum, eius nomine ostentant, vbi philosophatur ex literis & numeris, more Pythagorico, & tacit fundamenta Cabbalæ illius vanissimæ, de qua alibi. Quare est suppositirius.

393. | 2049.

NOE ET ABRAHÆ SÆCVLO.

Præter

Anni diluuij. | Anni mundi.

Præter Berosum exteri alij huius Patriarchæ meminerunt. Citatur Eupolemus libro de Iudæis ab Euseb. lib. 9. Præp. c. 4. Abraham natum in Camerina Babylonis siue Vr, siue Chaldeopoli, qui excelluerit in Astronomia, imo & eã inuenerit apud Chaldæos, aut potius per manum acceperit ab Henoch, quem Græci Atlantem vocant.

Alias eius res perstringunt Alexander Polyhistor, Artabanus, lib. de Iudæis, Melon contra Iudæos, qui addit eum habuisse duas vxores, ex Aegyptia suscepisse (per Ismaelem scilicet) duodecim liberos, inter quos diuisa fuerit Arabia, quæ suo adhuc tempore haberet reges duodecim, ex altera vnicum Isaac, ex quo duodecim alios nepotes habuerit, quorum vltimus esset Ioseph. *Ibid. Euseb.*

Hecateus Abderides, qui erat in comitatu Alexandri magni, scripsit librum de vita Abraham.

Quod Orpheus cecinit de Chaldæo, cui soli se Deus patefecerit, videtur pertinere ad Abraham. Nam & in Aegyptum peregrinatus fuerat, vbi nomen Abrahæ tam erat celebre, vt in ipsorum exorcismis mentio fuerit Dei ab Abraham adorati cultique.

Ab eo Iudæorum otiginem repetit Iustinus è Pomp. Trogo lib. 36. hist. qui & Syriæ regem post Damascum facit (Arqui Damascus potius Abrahæ successit, quam seruus & fisius procuratoris domus eius, *Gen.* 15.)

Spartiatæ è suis libris se frattes Iudæorum & de genere Abraham scribunt. 1. *Mac.* 12.

Damascus ab Abrahæ seruo conditur, déque eius nomine Dammesec appellatur, omnium fermè vrbium Asiæ vetustissima, ab Hierosolymis itinere sex dierum.

Reblata, quæ postea Antiochia, tunc etiam extruitur in Syria.

393. | 2049.

Sed omnium primæ sub annũ Diluuij, 350. paulò post diuisionẽ Babylõ, Arac, Archad, Calanne, Vr in Chaldæa, Ninive, Chale, Resen, in Assyria. Charræ in Mesopotamia *Genes.* 10. & 11. quasi antea habitarent in tabernaculis siue tentoriis, vt de Noë apparet Gen. 9. & Patriarchis Heb. 11. è variis locis Geneseos etiam post vrbes istas primas conditas.

Sodoma & Gomorrha finitimæque ciuitates, vixdum steterant 26. annis post terræ & linguarum diuisionem, quando cœperunt bellum gerere pro libertate, contra Chodorlaomer Elamitarum, id est, Persarum regem, qui in suum auxilium duxerat Amraphel regem Sennaar, Arioch Ponti, Tudal Gentiũ. Quod primum est bellum, quod in sacris literis memoratur. Pontus autem hic significat mare Persicum, vel Cinnereth siue Genezareth, vel alterum propinquius, non Pontum Euxinum longè remotiorem. Pax adeò humani generis inimica, vt vel à mundi initiis exclusa sit. Mundi 2023.

Anno autem 51. ab eadem diuisione deletæ sunt, annóque sequenti natus est Isaac, id est, 52. à terræ & linguarum partitione. Mundi 2049. Abrahæ 99.

Vxor Lot retro respiciens, in salis statuam vertitur. *Hebræi in Midras & in Traghum Hierosoly.* in aceruum siue cumulũ. *Kimhi in rad.* vel columnam, quæ duratura sit vsque ad tempus resurrectionis, quo mortui reuiuiscent. *Targhum Hierosoly.* Tempore Iosephi adhuc cernebatur. *Ipse.* Salis autem statua dicitur, et si proprié sulphure ossa eius exusta sint, quoniam sulphur non erat purum, sed mixtum cum sale. *Abben Ezra Gen.* 19.

Sodomam, Gomortham, & finitimas duas ciuitates Adamam & Seboim in confinio Arabiæ & Palestinæ, igne, sulphure, & sale cœlitus misso, Deus in cinerem redegit, *Gen.* 19. Exemplum eorum, qui impiè acturi sunt ponens. *Iudæ cap. vnic.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quintæ vrbi Bela. i. Segor propter iustum Lot indultum videtur, *Deut.* 19. Etsi eo metu se non contulisset, sed in montis speluncam, *Genes.* 19. anno sequenti absorpta est, egressis habitatoribus, quia lacus sensim amplificabatur, & obruebat totam regionem. *R. Selo. Ibid.*

Anni diluuij. 293.

Anni mundi. 1949.

Strabo falsus est in numero, dum tredecim fuisse ait. Item in causa dum euersionem addicit sulphuri & bitumini è terra erumpentibus, quæ erat assignanda cœlo, id est, Deo irato, è superis peccatores sideranti. Phaëtontis fabulâ hinc quidam trahunt.

[Alij conflagrationem quam nomine Phaætontis poëtæ decantarunt, ad Eliæ tempora referri malunt, cùm tandiu non plueret omnino.]

Qualib lomb ch. fumib Zodomit mort.

Hinc mare salsum, quod Pausaniæ in Eliacis mare mortuum, Galeno in Simplicium libris, lacus Sodomæus, aliis Asphaltites, tanta salsedine & amarore, vt nullum animal nutriat: & quod eo mergitur, statim vt emergit, totum salsedine aspersum apparet. Singulare iræ Dei monimentum, in quo è cautibus circum littora exudat etiamnum bitumen, & ipsa saxa apparent atra, & odorem dirum spirantia: sic vt Palmæ & aliæ arbores fructum quidem proferant specie pulchrum, at atra fauilla plenum, &c.

Cuius historiæ fama & vestigium aliquot apud Poëtas, vt Ouid. lib. 8. Metamor. Ibi enim Iupiter & Mercurius in humanam formam conuersi Phrygiam regionem, vt hominum humanitatem experirentur, peragrarunt. Cumque ex oppidanis nemo eos reciperet, in Philemonis rustici & pauperis tandem hospitium ingressi, & pro tenuitate humaniter recepti, eum cum familia secum ascendere in collem iubent. Quo facto mox suum oppidum in lacum conuersum videt, &c.

Lot post istam calamitatem non ad Abrahamum diuertit, sed trans Iordanem in eam regionem, quam postea Moabitæ & Ammonitæ posteri, pulsis veteribus colonis, armis possederunt. R. Selo. Gen. 19. id significat factū, quòd Abrahamum, propter suum cum filiabus concubitum, sibi infensum fortè vereretur.

Quod antea de linguarum confusione, populorum distributione, & coloniis, sub Phaleg & sequentibus Patriarchis notatum est, pertinet ad hanc tertiam ætatem, maximè ad Abrahæ sæculum. Eius enim quadragesimo octauo ista cœperunt contingere, qui erat vitæ Phaleg vltimus, & diluuij 140. Nam Phaleg postquam genuit Rehu, vixit adhuc annos 209. *Gen.* 11.

Posuimus tamen istam linguarum confusionem, & cæreta quæ inde consecuta sunt sub Phaleg potius, quàm sub Abraham, ideòque in secunda ætate, potius quàm in hac tertia, vt appareret oraculi illius veritas, *Gen.* 10. *Nomen vni Phaleg, eò quod in diebus eius diuisa sit terra.* q. d. Prædictum est ab Heber non ante moriturum Phaleg, quàm diuideretur terra. Vnde & eius vltimo, siue ducentesimo trigesimo nono hoc factum, quando Abraham suum quadragesimum octauum explebat, & Noe suum nongentesimum quadragesimum. *R. Iose & Seder.*

Præsciens autem Deus eos sic distributos, sensim ab antiqua fide, pietate, & virtute defecturos, non omnes eligit sibi in populum, quorum peculiariter esset Deus, sed Abraham cum sua familia. Reliquas enim omnes gentes dimisit ingredi vias suas, &c. *Act.* 14. Ita Ecclesia à diluuio vsque ad Abraham per 340. annos in vniuerso humano genere continuata, iam incipit ad vnam familiam & gentem restringi, reliquis sua, non quæ Dei sunt, quærentibus, ac facta eodem tempore puncto populi vnius electione, & aliorum reiectione.

Hoc qui non obseruant, tum regnorum tum populorum

393. 2049.

primas

Anni diluuij. 293.

Anni mundi. 453

primas origines à secunda ætate repetunt, & alias ad Phaleg, alias ad Rehu, Saruch, Nahor, Thare, antequam gigneretur Abraham, reuocant, magna oraculi præcedentis, *Gen.* 10. & Chronologicæ rationis labefactatione.

Superuixit Noë huic diuisioni annis duntaxat decem, vt qui mortuus sit Abrahæ 58. Quare non videtur potuisse bis in Italiam traijcere, & alias orbis partes visere, vbi regna constituerat, posteros corrigere, leges dare, &c. Nam tam pauco tempore, præsertim à decrepito, tot, tanta, tam remota & difficilia non suscipiuntur. *Hæc contra Beroſum Annij.*

Quin & reliqui Patriarchæ secundæ ætatis sub Abrahām & Iacob mortui sunt. Phaleg. 48. Abrahæ, Nahor 49. Rehu 79, Sarug 100. Tharè 35, qui idem erat trigesimus quintus Isaaci. Arphaxad 146, qui Isaaci 46. Reliqui Sale, Heber, Sem sub Iacob.

Ipsemet Noë missis sortibus, nepotibus orbem distribuit, & cuique certam terræ partem assignauit, *R. Selo. Genes.* 11. 6. Vnde antequam moreretur, familiæ eius di persæ sunt per terram, quod ex eo liquet, quoniam sedecim post eius mortem, præcepit Deus Abrahæ, vt de terra natiuitatis suæ exiret, & venit in terram Chanaan. *R. Leui Genes.* 11.

Quasi esset tunc terræ portio Chanaancis attributa, & Abrahæ tribulibus alia.

Multi tamen patrum in terra hac sancta perpetuas sedes constituerunt, post illam partitionem, quasi in communi patria. vt Sem, vt Heber, *Rabbini passim per Genesin, Genes.* 21. *Fasciculus Myrrhæ. Trad. Hebr.*

Quia verò tres eius erant liberi, tres orbis partes præcipuæ haberi cœperunt. Quam partitionem, Geographi quoque tantarum rerum alioqui ignari, veritate ipsa ducti retinuerunt.

Hinc migratio populorum, & terræ repletio è Babel, tanquam diuisionis centro.

Hinc primæ gentium origines. Assur, Assyriæ nomen dedit: Aram, Armeniæ & Syriæ: Gomer, Cimmeriis siue Cimbris & Gallis. Germani semen Chanaan & non Iudæ, vt in Iosue demonstrabitur ex indubitatis Hebræorum annalibus. Scythæ è Magog. Sarmatæ è Togarma, &c. Ab iis enim diuisæ sunt primatiæ gentes 70. in terra. Tot enim capita & duces familiarum, qui 70. duas colonias ex Armenia Saga, vel Babylonia in mundi partes deduxerunt, è Mose sic Rabbini eliciunt.

Filij & nepotes Sem, genti dantes nomen & principium tredecim (reperio solùm 10.) Filij Ioctam eiusdem ab nepotis, gentibus originem tribuentes 13. Summa 26. Filij Iapheth 14. filij Cham 30. Summa 70. Habuerunt quidem hi alios filios & nepotes, sed illi ad gentem & linguam constituendam minimè sufficientes, adiuncti admixtique sunt propinquioribus & charioribus *Trad. Heb.* vel comprehensi sunt sub Sem, Cham, Iapheth. Hi enim priuatim gentem & linguam constituant necesse est, si numerum 70. seruare oporteat, de quo suprà.

[Apparet ex regione dicta *Iucatam*, illum *Iectan.* cuiusnic mentio fit, illuc migrâsse.]

Post, varia & multiplex idololatria cœpit. *Cyril. libr. 1. contra Iulian. Apostat.* Vnde à Dodanim Noë nepote Dodoneum oraculum in Epiro. Hammoneum à Cham siue Ham filio in Africæ, &c.

Turris à nepotibus Noë ædificata, quòd timerent nouum diluuium. *Ioseph.* vel vt ascenderent in cœlum ad oppugnandum Deum, *Bereschit Rabba.* Moses id potius factum per superbiam significat. Vnde poetæ sumpserunt Gygantomachiam. Inter cuius principes Ouidius in Metam. Iapetum

393. 2049.

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominat, Noe scilicet Filium, Europæorum & Scythatum parentem, quem cœlo & terra natum fingunt, Promethei fratrem, additis aliis mendaciis ex Hesiodo. Sic Cham, quem Camesem Cato in Originibus nominat, Græci etiam Cambysem.

Anni diluuij. 293.

Anni mundi. 949.

Hinc superiores perstringens Abben Ezra. isti structores (inquit) non ita erant stolidi, vt putarent se posse isto modo ascendere in cœlum, sed nec timebant diluuium, quia Noe & filij eius, quibus Deus iurauerat, erant ibi, quibus omnes credebant sicut patribus filij. Itaque eorum institutum erat ædificare vrbem, amplissimam habitationis cautà & turrim celsissimam in pharum, vt errantium, peregrinantium & longius habitum profectiones regerentur. Præterea vanitatis studio, vt ipsorum nomen transmitteretur ad posteros. Hoc enim est, quod subiicitur. *Et faciamus nobis nomen.* Hæc ille *Genes.* 11.

Eius tertia pars conflagrauit igne cœlesti, tertia absorpta est, reliqua permansit in monimentum impietatis humanæ & vltionis diuinæ: *Fasciculus Myrrhæ e Talmudicis, Gen.* 11.

Turrim quidem disturbauit Deus, sed ad eius tamen speciem eodem loco hominum temeritas aliam tanto struxit artificio, vt in octonas assurgeret turres sibi ordine superpositas, quarum celsissima Beli habebat templum miro opere, imabasim rotundam ambitu, longitudine & crassitie stadij, *Herodotus.*

Ethnicorum, Hestiei, Eupolemonis, Sibyllæ, Alex. Polyhistoris, Alitydeni, qui diluuij & turris meminerunt, verba recitat, *Euseb. 9 de præp. cap.* 4. addi poterat Herodotus, &c.

Posteri Sem inhabitarunt Asiam ab Euphrate vsque ad Indiam & Rhinocoturas, quæ terrarum spatia 27. linguarum differentias complectuntur. *Arnobius in Psal.* 104. Quare aliqui illud *Gen.* 10. *sem pater omnium filiorum Heber*, interpretantur, Omnium filiorum trans (fluuium) Nam *Heber* est & Proprium viri & præpositio *Trans.* q.d. omnium filiorum, qui habitarunt trans Euphratem. *R. Nahaman & Eliæ præf. in Methurgamen.* Ab iis duæ Monarchiæ, Assyriorum, quidem ab Assur, Persarum verò ab Elam.

Persas tamen deducunt alij è Iapheth, vt non tam ab Elam descendisse putent, quàm à Madai, *Fasciculum Myrrhæ, Gen.* 9. *è Bereshith Rabba.*

Post diluuium statim, Assyria & Aegyptus præsertim cultæ & habitatæ sunt, *in Arabicis historijs.*

Mox post dispersionem, Nimrod nepos Cham primus affectato imperio, regni formam in Chaldæa instituit ad Euphratem. Quare Xenophon recte primos hominum Chaldæos latè regnasse scripsit. Primus etiam post diluuium venatoriam exercuit *Pinc. in Genesi, Nimrod robustus venator coram Domino*, id est, mirabiliter, & prodigiosi roboris. Dum enim Hebræi cupiunt aliquid exaggerare, vt prodigiosum & extraordinarium, sic loquuntur.

Quin etiam significatur ad bellicam suam fortitudinem venandi peritiam adiecisse, *Rambam & R. Isaac.* Et ædificatis altaribus bellias à se venatu captas Domino, (priusquam sensum Sanctæ religionis abiecisset) obtulisse in holocaustum. *Abben Ezra illud*, Coram Domino, *accipiens in bonum.*

Tandem enim impium fuisse impietatisque exactorem, quasi firmus sic suum regnum esset constituturus, nihil est apud Hebræos constantius. *Cabbalæ, Thalmudici & Rambam, qui carpit Abben Ezram, quòd eum vsum esset superiori dicto iustificare.*

Babylone vsus est pro regia. Arech quoque (1. Edessam, *teste Hieron. in Trad.*) 375. milliaribus à Babylon, & aliquot alias vrbes ædificauit.

393. 2049.

Defectionem

SEM, ET ABRAHÆ SÆCVLO.

Anni diluuij. 293.

Anni mundi. 1949.

Defectionem à Deo docuit, vt cui nihil esset tribuendum, sed omnia humanæ virtuti atque industriæ. *Ioseph. lib.* 1. *cap.* 4. Hic ergo Idololatria reuixit.

Fuit autem filius Chus, Noë abnepos. Nisi apud Mosem verbum gignendi, vt interdum Hebraicè, non referatur ad proximum gradum, sed ad aliquem consequutem. Quod est multo probabilius. Nam non recensetur inter filios Chus, Gen. 10. Eius enim regnum non videtur constitutũ, nisi post 340. annos à diluuio, ætate Abrahæ, non post 131. vt vulgo asseritur. Hinc Babylon ædificata ann. diluuij 350. sub Noe scilicet obitum. *Ios. lib.* 1. *cap.* 8.

Vrbs videlicet prima post reparationem generis humani condita. *Oros. lib* 2. *cap.* 7. Vnde primi hominum Chaldæi late regnarunt, *Xenephon.*

Cœpit esse potens in terra. 1. *Par.* 1. id est, è R. Selo. agitare bella & fortia in terra gerere. Primúsque fuit rex post diluuium. *Abben Ezra. Gen.* 9. super 70. generationes. Itaque diebus illius diuisa est terra. *Idem, Seder Olam* citato, quasi regnarit ante dispersionem, & sese dispergendi, ad vitandam eius tyrannidem, occasionem mortalibus præbuerit, vnde sequatur mox: *Ex terra illa exiit Assur, & ædificauit Ninive.*

Sed est probabilius post dispersionem regnum occupasse sub 30. Abrahæ, septem octove annis ante Noæ obitum, diluuij circiter 342. Quoniam principium regni eius Babylon dicitur. Babylon autem condita à iamiam dispergendis, & nominata à confusis ibi labiis.

Rectius igitur ipsemet Abben Ezra, *Gen.* 11. Mihi (inquit) videtur, quòd post confusionem linguarum dispersi sint è Babel, & postea occupavit regnum Nimrod super Babel, indéque alij multi reges surrexerint.

Auctor fuit consilij, quod cepit illa ætas de construenda turri. Seduxitque vniuersos, vt in Deum rebellarent eiusque iram prouocarent, respondens suo nomini. Nam Nimrod rebellem sonat. *R. Selo. Gen* 10.

Primus persecutionem mouit cõtra religionem, regni sui anno 18. dispersionis 10. Abrahæ 68. Cuius causa Thare cum Abraham & reliqua familia reliquit Chaldæam, & se Charras Mesopotamiæ contulit, nec vlterius progressus est. *Genes.* 11.

At Abraham post annos 5. relicta Mesopotamia parentibúsque, in Palestinam siue terram Chanaam commigrauit, ætatis suæ 75. cum Sara, Lot, emptitiis & vernis, quos in Haran siue Charris sibi pararuerat. *Gen.* 12. vbi purior & liberior erat vsus religionis sub Melchisedec, *Gen.* 14.

Vrgebat Mimrod cultum Idolorum, *R. Mosen Hor, è quodam libro Ægyptiaco.* Vel potius ignis, quem proinde pro Deo Persæ deinceps habuerunt. *Hebræi Gen.* 11. quibus *Eduxerat* (Thare & familiam) *de Vr Chaldæorum*, exponunt non de vrbe cum Nostris, vel regione cum 70. Interpretibus, sed de igne ceu fornace, in quam tradunt Abraham fuisse coniectũ, quòd ignem nollet colere, diuinitus autem fuisse eductum siue ex illo igne, siue è carcere. *R. Isaac.*

Videtur subactus tandem fuisse ab Assur. Nam Belum patrem Assur siue Nini dicitur habuisse successorem. *Euseb. in Chron.* vel potius Amraphel. Nam 27. anno dispersionis rex Sennaar siue Babylonis loco istius nominatur, *Genes.* 14. Itaque diu regnauit, siue Amraphel ei successerit iure legitimo, siue violento. Vtut sit, initium quidem regnorũ in Babylonia fuit.

Sed hæc monarchia prima varias habuit vices. Nam à posteris Cham post annos circiter 62. ad posteros Sem, id est, ad Assyrios transiit. Ninivem enim & Babylonem tenuerunt. *Herod.* vel potius ad Chaldæos iugum alienigenæ excutientes. Nimrod enim erat de genere Cham, Chaldæa autem & eius pars Babylonia de sorte Sem.

2049.

393.

E ij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apud Assyrios, paulò post regnum Nimrod, annis circiter 62. (iuxta alios ducentis absurdè) nouum regnum exortum est per Assur filium Sem. Abrahæ 112. Regni metropolis Niniue ab ipso conditur. *Gen.*10. Assur putatur Ninus, sic è Niniue à se condita denominatus. *Ibid.* Niniue autem siue Ninus in Attuciæ cãpo ad Trigis vndas. *Strabo lib.*10. *Herod.l.*1. Mille & quingentas turres in otbẽ cõplexa, mœnia centenũ pedum altitudine, amplitudine trium plaustrorum *Sabellicus.*

Deinceps secuta sunt multa regna, dum quæque natio, gens, ciuitas suos habuisse reges memoratur. vt Assur non imperium plurium gentium, sed suæ duntaxat constituisse videatur, idque aduersus Nimrod, qui in omnes tentabat dominatum. Hinc *Genes.*14. nouem reges nominantur, quatuor Assyriæ vicini, quinque paulo remotiores.

Tempore quidem Rehu, Aegyptiorum regnum initium sumpsisse scribit Eusebius *in Chron.* sed hæc iam refutauimus. In eo primum regnauit Soros (Osyris siue Otus) quod postea crebris motibus mutatum deinceps legimus. Vel iuxta Suidam. Pharao, qui sequentes reges Pharaones cognominauerit. Iosephus tamen Pharaonis vocem lingua Aegyptiaca regem sonare testatur, *lib.*8. *Antiq. cap.*2. nec fuisse Proprium primi regis.

[Pharao propriè dicitur victimarius, quia Rex Aegypti ab omni antiquitate fuit in sua gente Sacerdos summus ac Pontifex præcipuus. Argumento est Iethro sacerdos Madian, socer Mosis: à quo Cinæi orti sunt *Exod. Iud.*]

Mizraim autem, qui à poëtis Osyris, regnum illud condidisse videtur. Durauit vsque ad Augustum, factis quibusdam interregnis. *Nangiacus.*

Fuit antiquissimum. Nam ætatis Abrahæ septuagesimo quinto Gen. 12. id est, confusionis & dispersionis vigesimo sexto, mortis Noë decimo sexto, excellebat.

A Minæo rege Aegypti Memphis conditur. *Ioseph. lib.*8. *Antiq. cap.*2. Hic aucta est idololatria à posteris Cham, Mizraim Aegyptiæ gentis auctore, & Chus Aethiopicæ. Nam Aegyptij omnium primi aras, sacrificia & delubra diis instituerunt. *Herod. lib.*2. Et Aethiopes omnium primi deos coluerunt. *Diod. lib.*1 ab Aegyptiis postea Græci deorum religionem consecuti sunt. *Herod. lib.*2.

Chus Aethiopiæ regnum condit ad hæc vsque durans tempora. *ex Abyssinorum historiis & Marini Romani de Aethiopibus.* Et sane eorũ regnũ fuisse antiquissimũ apparet ex Homero.

Nimrodo in Babylonia succedit Amraphel, *Gen.*14. Etsi binomium existiment Talmudici, citante Fasciculo Myrrhæ, vt *Gen.*10. appelletur Nimrod, 14. Amraphel.

Externa de hac tertia ætate & suspecta.

Tum florentissimum regnum Assyriorum toto Oriente. *Ioseph. lib.*1 *cap.*9. Quare omnes Chronographi Abrahæ sæculum cum Nini temporibus componunt, qui Assyriorum rex primus scriptores est nactus, *aut Diod. Sicul. lib.*3.

Sic ab vltima memoria suam historiam Trogus, Iustinus Diodorus, & alij repetentes a Nino incipiunt.

Ninus regnauit primus, vt autumat superiorum profanitas, fermè apud vos, ô gentes. Vltra stilus non progreditur. Ab Assyriis si forte æui historiæ patescunt. Qui verò diuinas literas lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus *Tertul. de pallio.* Nam Nimrod fuit superior, &c.

Quin & nonnulli eius regnum aliquot annis antiquius Abrahamo faciunt, sed minus congruenter Nam cùm anno 48. ætatis eius, contigerit populorum diuisio & regnorum ortus, inter quæ primum est regnum Nimrod, Niniuitico, minimum 62. annis antiquius, Ninus imperare non potuit, nisi duodecimo post natũ Isaac, qui erat Abrahæ 112. *Hæc ex annalibus*

Annis diluuij. 293. 393

Annis mundi. 1949. 2049

SEM, ET ABRAHÆ SÆCVLO.

Annis diluuij. 293 393

Annis mundi. 1949 2049

libus Hebr.

De quo imperio multa, aut potius omnia fabulantur. Nam & nomẽ Nini & sequentiũ Regum fictũ esse videtur ab vibis Niniue vocabulo, cuius conditorẽ non Ninũ, sed Assur Scriptura nominat. *Genes.*10. Qua mentiendi libertate, Britanni à Sutitio Bruto, Franci à Francione, Parisienses à Paride, Treuerenses à Trebeta Nini fratre, &c. se ortos iactitant. Deinde hoc Abrahæ sæculo, & consequentibus, per annos amplius mille, Persia, Syria, Chaldæa, Arabia, Palestina, Mesopotamia, & cæteræ regiones Orientis, priuatos habebant monarchas, nec Assyriis quicquam concedebant, vsque ad tempora scilicet Oziæ, siue primæ Olympiadis. *Genes.*14. enim Amraphel rex est Sennaar siue Babyloniæ, Arioch rex Elasar, Codorlaomer Elamitarum siue Persarum, Thudal gentium. Nam quòd Iosephus hos Reges disertè nominatos, facit regis Assyriorum, qui totam Asiam deuicisset Satrapas, hoc obscurare est Scripturam, non in sua perspicuitate relinquere.

Præterea in sequentibus Bibliorum historiis profundum erit de regibus Assyriorum silentium vsque ad Phul, quem putant esse Nabonassarem Ptolomæi. Contra, reliquorum Orientis regum crebra mentio, vt Chusan Mesopotamiæ. *Iud.*2. Benadab, & aliorum Syriæ per cunctos libros Regum & Paralip.

Postremò, Berosus (Nam cætera postea refellentur in Ozia, quando primùm Assyriorum nomen terribile Syris ac Iudæis esse cœpit, atque adeò innotescere, cùm tamen Syria Assyriæ esset vicina) Berosus inquam Chaldæus, non ille fictitius Annii, sed quem citat Iosephus lib.1. contra Appionẽ, arguit Græcos scriptores, quòd retulerint ad Se miramidem multa, quæ ad Nabugdonosorem infinitis pòst sæculis sunt referenda, vt de Babylonis structura, &c.

Oportet ergo totum istorum imperium, si quidem amplum fuerit, comprehensum fuisse Tigri & Indo fluuiis, & aliqua fortassis Euphratis parte, nec Euphratem ante dimidiatum quintam ætatem tranasse. Vnde quæ de illis & illorum successione, amplitudine, gestis & rebus dicam, faciam ne quid de præcipuis præteriisse videar. Alioqui ad fabulosam Diodori historiam pertinent.

Zoroastes Cham horoscopos retũ & syderum motus illustrauit. Magiam, vt fama est, introducit, è tribus conflatam, Medicina, Matheli, siue Astrologia Diuinatoria, & Religione. Vicies centum millia versuum de hac dilligentissimè scripsit. *Plinius & Aristoteles.*

Hanc in Theurgiam, & Goëtiam siue Necromantiam ex sententia Porphyrij distinxit. *August. lib.*10. *de Ciuit. cap.*9. Pharmaciam addit Philo *lib. de specialibus legib.*

Bactrianos & Persas in regni formam redegit. Apud hos Ostanas & Astampsychos Magiæ nomine celebratos reliquit. Victus fertur à Nino. Solus in natiuitate risit.

Belus Nini pater, Astronomię adeò studiosus, eius vt inuentor habeatur à Plinio. Hinc Chaldęorum fama, ex artis illius exercitatione & nomine.

A filio consecratus est, dicata statua, ad quam confugientes, leges euaderent. Vnde Baal, Beel, Bel & Baalim apud Prophetas Idolorum nomina.

Putant aliqui fuisse Nimrod, qui hoc nomen sit consequutus, quoniam apud Syros, Hebræos, & reliquos Orientales Bel dominum sonat. Porrò apud eos fuit deorum supremus, vt apud Occiduos Iupiter.

Quare fabulosè à suppositino Berosо diis maximis Orientalium. Saturni Babylonici, Iouis Baby. Mercurij & similium nomina imponuntur. Quoniã Orientales ante Alexandrum Macedonem ista nesciuerunt, & eorum Idololatria perpe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOE ET ABRAHÆ SÆCVLO.

tuò fuit à Græca & Occidua differens. Sed & Saturnus, Iupiter, & quicũque alij nominantur Græcorum dij, multò sunt Baalim siue Belis posteriores.

Eodem Abrahæ tempore, multa alia regna exorta memorantur. Primum Aegyptiorum, cuius Scriptura meminit, Genes. 12, &c. ab Oro siue Osyri, siue Vexore. 2. Scytharum, quorum rex primus Tanaus. 3 Massagetarum. 4. Sicyoniorum in Achaia & Peloponneso vsque ad Heli Sacerdotem, quod tandem rexit Egialeus, à quo Varro velut antiquissimo tempore exorsus peruenit ad Athenienses, deinde ad Latinos. *Augustin. lib. 18. de Ciuit. Euseb. chron.* 5. Aethiopum, apud quos mortuo Chus sex regnarint ordine, quorum ignorentur nomina & anni, sine certa sede, Nomadum, & Arabum instar, post quos fixa sit Axumę regni sedes, vsque ad Christi tempora, indéque translata Sabam, vbi ad hunc vsque diem permanet. *Ex historiis Aethiopicis à Marino Romano collectis.*

Complura etiam alia, dum quælibet natio, gens, vrbs, sibi aliquem principis, ducis, regisve titulo præficeret. Hinc rex Gerarę, *Gen.* 20. qui Palestinorum 26. Rex Sennaar, rex Alasar, rex Elamitarum, rex gentium, rex Sodomæ, rex Gomorrhę, rex Adamæ, rex Seboim, rex Balæ, rex Salem. *Gen.* 14. Principes Aner, Escol & Mamre, *ibid.* Filij Heth Principes Arbeę, 23, per Castella & oppida Arabiæ duodecim Principes, Ismaelis filij, 25. Emor Heueus princeps terræ Sichem, 34. Duces Edom 36, antequam primum regem haberent Balac filium Beor, *ibid.* Duces Horreorum, qui imperauerunt in terra Seïr, *ibid.* Militum dux. 26.

Vexores rex Aegypti in Pontum vsque victor arma proferens, & Tanaus Scythię rex, qui Vexorem & omnem penè Asiam subegit & cum Aegyptiis de gentis antiquitate disceptauit ante Ninum ponuntur. *Sabellicus.* Fortasse Vexores est Osyris Pharaonum primus.

Osyris & Isis eius vxor hîc etiam locantur. Frugum in Aegypto inuentores sub Mundi 2001. Item Orus Appollo, qui disciplinas in Aegypto monstrasse memoratur, vsus Abrahæ consiliis. Atqui ante Ioseph Aegyptij earum videntur fuisse expertes. *Ps.* 105.

Togarma, de quo *Gen.* 10. Turcis dat originem & nomen. *Elias in Tisbi* (Malo Sarmatis.) Quia autem Turci sunt populi Scythiæ, *Plin. lib. 6. cap. 7. Mela sub fin. lib. 1. Ptolo. & Herod. lib.* 4. ideo etiam Magog in scripturis appellantur. Nam Magog Hebræis est Scythia. Ion, siue vt hodie Rabbini pronunciant, Iauan Ionibus, è quibus reliqui Græci.

Elisa Aeolibus, qui Epirum, & magnam Græciam. i. Calabriam, & loca Italiæ Siciliæ proxima habitant.

Madai Medis, Riphat Ripheis, Rodanim Rhodiis, Tarsis, Tarsensibus Ciliciæ, Kittim Macedonibus, 1. *Mach.* 1. Caphtor Cappadocibus, Thiras Thracibus.

Elam Elamitis siue Persis, Assur Assyriis, qui primam Monarchiam in Babel & Ninive constituerunt, post Nimrod. Lud Lydis, Aram Armeniis & Syris, Gether Etharis in Armenia, &c. Quæ nomina extant, *Gen.* 10. & 11.

Mesech, de quo *Gen.* 10. priscos Mesios ab Adula monte vsque ad Ponticam regionem posuit. i. Cappadocas, quorum vrbs Mazaca antiquum nomen retinuit, vsque ad Claudij imperium, qui eam vocauit Cæsaream. Ab eo etiam Moschi.

Iaktan filius Heber. *Ibid.* quem Gangem esse putant, in India sedem sui nominis firmat.

Eius filius Hauila suo vocabulo Indiæ partem auro abundantem apud Hebræos denominat.

Alij eius filij, alias Indiæ prouincias.

Sed quæ sequuntur non perinde sunt certa.

Anni diluuij. 293. 393.

Anni mundi. 1949. 2049.

Sarmatarum

ABRAHÆ SÆCLVO

Anni diluuij. 293

393
Gen. 25. 453

453

Anni mundi. 1949

2049

2109

2109

Sarmatarum & Germanorum regna & coloniæ sub Thuisco Gigante, quem & Askenas aiunt Hebraïcè vocati.

Lybum siue Afrorum sub Tritone & Hammone.

Aegyptiorum sub Mizraim cog. Oceano.

Celtiberorum in Hispania sub Iobel filio Phaleg, vel iuxta alios, Tubal Iapeti filio.

Celtarum siue Gallorum, sub Samothe cog. Discelta, siue Dite, illius ætatis sapientissimo. Ab hoc Dite ortos Galli dicebant, vt Cæsar narrat.

Arabum siue Saracenorum, Sabarum & Caspiorum sub Gog, & eius patre Sabatio siue Saba Raemæ filio, Cham nepote.

Scytharum sub Magog, ex quibus Turci & Tartari, quos sibi iunxerunt Gog. i. Saraceni siue Arabes contra Ecclesiam.

Indorum sub Gange. Italorum sub Gomer Gallo.

Cimbrorũ, vbi nunc Dani, Norduegij, Gothi sub eodem.

Hæc ex Berosso illo Annij suppositio, quæ proinde sunt incertissima.

Sabatius Saga in Italiam veniens, agriculturam & religionem Aborigines docet.

Sagæi sacerdotes Armenij multiplicati, omnem Caspiam regionem vsque ad Bactrianos possident.

Barzanes post patrem Sabatium in Armenia regnat. *Diod lib.* 5.

Sambetha Sibyllarum prima, tradit se Noe esse nurum, & cum eo è diluuio euasisse, & Babylone profectam, vaticinari per Græciam, falsoque Erythream appellandam, quasi ex Erythra natam, ab aliis etiam è Circe & Gnosto. *ad finem lib 3. & 7. Orac Sibyll.*

Dicitur annos amplius septingentos vixisse, diutius quàm ferret communis hominum ætas. *Ouid. in Metamor. Arist. de mirabilibus audit.*

Sed quid mirum, cum Sem eius siue vir, siue leuir, eodem tempore post diluuium vitam in 502. prorogarit. Etsi Deus Noe dixisset, vitam hominis fore centum viginti annorum, id tamen non statim post diluuium accidit. Deinde de communi & vulgari vitæ curriculo loquebatur. Nam & Abraham & Iacob, & Patriarchæ, & alij multi diutius vixerunt.

Videtur autem scripsisse quædam ante Saturni sæculum, quæ seruituti Aegyptiacæ & liberationi respondent. Nam *lib. 1. Orac. sibyll.* de Titanibus vaticinatur, lib. autem 3. & narrat & vaticinatur. Denique sub senium se scripsisse ipsamet profitetur libro septimo.

Eius sunt vaticinia de Christo, de regnorum mutationibus, & aliis, quorum fragmenta extant in Lactantio, Theophilo, &c.

12 b Isaac genuit Iacob anno 60.

Nino annis 52. deinde Semiramide an. 42. Regibus Assyriorum.

Melchisedech Pontifice.

b Isaac natus anno ab instituta Circumcisione secundo, ab ortu Ismaelis decimo quarto. *Nangiac.* à diuisione linguarum & populorum quinquagesimo secundo, à subuersis Sodomis primo.

Caligauerunt oculi eius & videre non poterat, *Gen.* 27. anno vitæ 117. Ita in illa ætate permansit circiter, 43 Nisi vt credit Hieron. tertia quæst. ad Damasum, diuinæ dispensationis fuerit, vt ad tempus quadam oculorum ægritudine cæcaretur, ne suam magis, quam Dei, in benedicendis filiis, faceret voluntatem.

Inde vitam protulit in 12. annum à reditu Iacob è Mesopotamia, *Seder Olam.* Nam decessit ætatis centesimo octogesimo, nempe patre longæuior annis quinque.

Verum Dei cultum retinuit, Ismaele & reliquis Abrahæ filiis ad simulachra veneranda traductis.

Puritatem vitæ, adeo vt legem monogamiæ in paradiso sancitam nunquam violarit: Forma, Christi qui Polyga-

Universidad de Deusto
Biblioteca

miam Synagogæ sustulit, & monogamiam antiquam retulit.

In multis aliis figura Christi. 1. quia diuinitus promissus. 2 supernaturaliter conceptus. 3. mirabiliter natus. (Nam duo erant impedimenta, matris sterilitas & vulua emortua nimisque annosa) 4 quia appellatus Isaac. i. risus, gaudium. 5 quia ad sui immolationem ligna humeris in montem baiulauit. 6. quia eo intacto aries cornibus prehensus & vepribus coronatus mactatur, sic enim illæsa diuinitate humanitas Domini spinis coronata immolata est. 7 quia tertio die matri viuus nuntiatur. 8 quia benedictione cumulauit filios suos sed inæqualiter 9. &c.

Vt in eo fuit mysterium Christi, ita in altero Abrahæ filio Antichristi siue Maometis.

Ex Isaac Christus benedictionis semen quadragesimus primus, *Mat.* 1.

Ex Ismaele Maometus semẽ perditionis trigesimus primus (*In Chronicis Arabum post Aloranum pag.* 214) prætermissis in vtriusque progenie obscurioribus. Nam plures fuere intermedij.

Vterque patris sui mores graphicè expressit. Christus vt Isaac, & e. Maometes vt Ismael, qui polygamus, qui ferus homo, cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum, qui insectator Isaac, Gal. 4, &c.

Eius 37 obiit Sara mater, ætatis, 127, quo quidem fuerat obla us. Ipse verò decimo ante descensum Iacob in Aegyptum, anno vno ante eductionem Ioseph è carcere.

Anno ætatis 37 vinctus, vt sacrificaretur à Patre. *Seder & Trad. Hebrai.* vel 25. *Ioseph.* vel 13. vt quidem nostri videntur existimare, & Hebræis Abben Ezra, *Gen.* 22, eos refellens, qui quinto, quia gestare non potuisset ligna holocausti. Oblatus autem in parabolam futuri. *Hebr.* 11.

Quadragesimo ducit Rebecam. *Gen.* 25.

60 Gignit Iacob & Esaü. *Ibid.*

75 Amittit patrem, & in spelunca ab ipso empta sepelit.

Inde pergit eodem loco habitare, nempe iuxta puteum viuentis & videntis, *Ibid.* qui erat in tractu Hebron. *Gen.* 16.

80 Peregrinatur in Getaris Palestinorum ob famem, vbi sedes constituit diebus plurimis, *Gen.* 26. i. annis 57. Nempe vsque ad vitæ 137. Nam de Bersabea è Patris domo Iacob ages septuagesimũ septimum, in Mesopotamiam egreditur, qui erat Patris centesimus trigesimus septimus. *Gen.* 28.

100 Offendit ut coniugio Esaü cum filiabus eiusdem loci. Nam Esau tunc erat quadragenarius, *Gen.* 26.

123 Senex & caligans oculis benedixit Iacob se pro Esau primogenito offerentem. 27.

124 Ad atauum Heber, eum, vt fratris iram vitaret, transmittit in annos duodecim.

136 Illum reuocat.

137 Benedictione communitum in Mesopotamiam transmittit.

138 Reuertitur in Hebron, vbi reliquum vitæ transigit, id est, annos 48. Nam illuc eum Iacob è Mesopotamia rediens conuenit, *Gen.* 35.

140 Rebecam vxorem in spelunca duplici sepelit iuxta Hebron.

158 Recipit Iacob è Mesopotamia fœliciter reuertentem.

180 Post. 22. videlicet, moritur, & ab vtroque filio honorificè in sepulchro maiorum tumulatur, *Gen.* 35.

Rebeca decimum quartum agens ei quadragenario nubit. viginti fuit sterilis. Moritur post annos 80. nempe cum Iacob in Mesopotamia moraretur, annúmque ageret octogesimum. Sic minimum excellit centesimum tertium.

Anni diluuij. 393

Anni mundi. 2049

453

2109

Eo tempore

Anni diluuij. 393

Anni mundi. 2049

Eo tempore oraculum, ad quod consulendum Rebeca perrexit, *Gen.* 25. aiunt fuisse in templo, cuius Pontifex erat Melchisedech.

Ex eo & Rebeca leni cute parẽtibus nascitur Esau, pilosus ac hispidus, Edom postea ab Orientalibus appellatus, à pilis rufis, sicut à Græcis ἐρυθρεύς vnde mare Erythreum & rubrum.

Ex vno concubitu fati duo gemelli Iacob & Esau, differẽtibus planè naturis, moribus, vita, fortuna, &c. Astrologorum vanitatem coarguunt. *August epist. ad sixtum.*

[Etsi ab insufficienti enumeratione causarum aut partium, non valet consequentia.]

Filij Abrahæ ex Cetura in Trogloditarum regionem sub Aegypto, à patre in coloniam mittuntur. *Ioseph. lib.* 1. *Antiq.*

Cetura vxor Abrahæ, *Gen.* 25. imò Concubina, 1. *Par.* 1. Concubinæ autem erant apud Hebr. ancillæ, quæ cum vito sine legitimis ceremoniis conuenerant. Vnde filij earum in hæreditatem patri non succedebant.

Ismael primogenitus Abrahæ, ex ancilla Agar, à quo Ismaëlitæ, siue Saraceni & Arabes, 12 principibus ab ipso exortis, maledicta natio secundum carnem orta: simultatem perpetuam gerens cum Isaac, & promissionis filiis secundum spiritum natis. Quare quemadmodum tunc Ismael, qui secundũ carnem natus fuerat, persequebatur Isaac, qui secundum spiritum: ita & nunc (quando Mahometani Dei populum insectantur.) *Verba Pauli Gal.* 4.

Fetus homo, manus eius contra omnes, & manus omniũ contra ipsum. *Gen.* 16. Hoc nostro magno malo experimur quotidie in Saracenis & Turcis.

Duodecim filios principes reliquit, qui omnes iam suis populis dominabantur.

Possedit magnam partem Arabiæ, ducta in vxorem principis filia.

Ille egit pœnitentiam & pietatem coluit. *R. Selom. Gen.* 15. Saltem quoad vixit Abrahã, vnde & paternũ funus cum Isaac curat religiosè. *Gen.* 25. Eius meminit Melon lib. contra Iudæos.

Ita Isaac ex promissione & secundum spiritum natus, terræ sanctæ incola solus fratrum permansit.

Cuius tempore tres superioris ætatis patriarchæ migrarunt ex hac vita. Primo eius anno Sarug annorum 230, Trigesimo quinto, Thare annorum 206, quadragesimo sexto Arphaxad annorum 438.

Ammonitæ & Moabitæ ex incestu Lot orti, in Arabia initium gentis sumunt. Hi quidem partem Arabiæ, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, in mare mortuum labentis, prioribus accolis, qui Emim appellabantur, subuersis occupant. *Hieron. in locis Hebraic.*

Illi autem Raphaim gentem vetertimam interfecerunt, & eorum regionem Arabiæ, cuius metropolis Philadelphia, obtinuerunt, *Ibid.*

Syri descendunt à Chamele filio Nahor fratris Abraham, *Gen.* 22, secundum nostrum interpretẽ, & 70. Atqui nullos repertio Hebræos sic interpretantes, sed nec Chaldæum, etsi Fagius vulgatã interpretationem sequatur. Nam nihil amplius in Chaldæo est, quàm Hebræo, nempe *Chamuel pater Aram*: *Aramæi* dixisset Onkelos pro Syris, nec singulare Aram retinuisset contra suum morem. Malo igitur, vt Aram non hic Syriam, vel Syros significet, sed nomen proprium viri. Ratio est perspicua: Quoniam Syri iam orti erant ex altero Aram, nempe filio Sem, *Gen.* 10 quem proinde cum aliis 70 prius venisse in partitionem orbis terrarum, & Syriam forte obtinuisse, quàm Abraham in Chanaan ingrederetur, iam

453

2109

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus.

Mundi vix dum dispersi eadem facies, quę nunc. Bellorũ vius, seruorum & vernarum. *gen.* 14, Seruorum tam vernaculorum, quàm emptitiorum. 17. Delicatarum carnium, frugũ, butyri, lactis. 18. 27. Conuiuiorum, pulmentorũ, 21. 24. 26. Frugum, & vini, 9. 19. 27. Sagittarum 21. Armorum, Pharetrarũ, arcuum, 27 Venationis, 10. 24. 26. Iudiciorum & fororum iudicialium, 14. vbi fons siue planities Mispar. i. iudicij, in quam veniebãt incolæ regionis propter iudicia & causas forenses, ex Onkelo & R. Selomone. Gladiorum, 22. & 34. Siclorum argenti probatæ monetæ publicæ. 23. Argenteorum, 20. Electorum sepulchrorum, 23. Monumentorum & sepulchralium titulorum & inscriptionum, 35. Oppidorũ & castellorum. 25. Vrbium, 10. 11. 13. 23. 24. Vasorũ aureorum & argenteorum, Siclorum aureorum, inaurium aureatum, ad orandam faciem, armillarum in manibus, pondo siclorum decem, vestium elegantium, 24. 27. Diuersoriorum hospitiorum ad manendum & locandos camelos, 24. 42. Puteorum, laterum, bituminis. 20. 21. 26. Hydriarum ad hauriendam aquam, canalium 24. Legum diuersarum, negotiationum, Dotium, 34. Emptionum & venditionum agrorum, 23. Epistolarum & nuntiorum. 22. Denique artes, opera, artificia planè eadem, quæ nũc, vt Græci & Latini non se clarius probare possint fuisse Barbaros vsque ad Cyri & Solonis tempora, id est, vsque ad quingentesimũ ante Christum, quàm cum huiusmodi rerum inuentionem recentem faciunt, & nonnullis suorum tribuunt, quæ à prima Diluuij memoria apud Orientales repetitur.

Externa tempore Isaac.

Sub natiuitatem Isaac, nẽpe eius duodecimo Ninus proprio regnum auspicatur, & Babylonicum à Nimrod ante 62 annos constitutum delet.

Terra Chanaan paucos tunc habebat Reges, Vnde Reges Chanaan præsertim leguntur post exitum de Aegypto.

Semiramis Nini vxor Babylonis mœnia condidit. In eius medio templum Belo statuit, ementito sexu, nomine filij regnat, qui & ipse Ninus vocabatur. *Strabo lib* 16.

Fortasse Nimrod eam sine mœnibus reliquerat.

Prima post diluuium metalla excoluit captiuorum opera, laude bellica illustris multa in Oriente præclarè gessit, ad Oceanum Aethiopicum & Indum fluuium latissimum, cuius tripias ponte 60 stadia longo, 30 lato iunxit, ducenta Idolorũ millia ex ebore & ligno finxit, sicque orbem Idololatria repleuit. *Suidas.*

Babylonem in miro camporum æquore in quadrum disposuit. Murus eius ex coctili latere, infuso bitumine in latum habuit cubitos 50. in altum 200, in ambitu stadia quadringenta septuaginta. Vicenæ quinæ portæ in laterum vno quoque, vt esset *ἑκατόμπολις*, quarum ostia miræ magnitudinis, ex ære fusili: *Orosius.* Sed rectius hoc attribuit Berosus apud Iosephum, lib. 1. contra Appionem Nabugdonozoti.

Exercitu tredecies centenorum millium peditum, quingentorúmque millium equitum, per Bactrianos in Indiam frustra penetrat.

Atqui Semiramidem vixisse post Mosem testis est Porphyrius lib 4. contra Christianos *Citante Eusebio, lib. de præp.* Sex videlicet generationibus ante Cyrum, *Herod. lib.* 1. Quod certum.

Apud Sycionios in Peloponneso Egialeum aiunt ann. 52. regnasse.

Treuerenses à Trebeta Nini fratre, à Semiramide expulso, se tunc in Gallia Belgica conditos gloriantur.

Tuysconem, Mannum, cum hoc Trebeta apud se regnan-

Anni diluuij. 393 — *Anni mundi.* 2039

ISAACI SÆCLVO

453. — 2109

tes his

Anni diluuij.		*Anni mundi.*	
453		2109	tes his temporibus Germani, si Deo placet, faciunt. Deinde Ingeuon post parentem incertis adhuc sedibus. Tuysconis enim filium Mannum tres hos genuisse Ingeuon, à quo Ingeuones circa Occidentalem Germaniæ Oceanum Herminon, à quo Mediterranei Hermiones dicti, Isteuon, à quo Isteuones, *è Tacit. initio lib. de morib. Germ.* Apud Aegyptios Necao Pharao. Ioseph. *lib. 5. bel. cap. 26.* Iberus rex Hispaniarum secundus. Nagas Celtarum rex secundus. Deinde Sarron Rex doctissimus, qui publica literarum studia instituit. *Bero.* Viri Scytharum Parthos & Bactrianos, fœminæ verò Amazonum regna condunt. *Nangius.* Amazones durant vsque ad tempora Alexandri Magni, *Iust. hist. lib. 2.*
Gen. 47. 583	c IACOB qui & Israel descendit in Ægyptũ natus an. 130.	2109 2239	c Iacob vixit cum auo Abraham an. 15. cum Sem Patriarcha 50. cum patre Isaac 120: ac decimo post patris mortem descendit in Aegyptum, vbi dulci filij consuetudine vsus est annis 17. Iacob (qui & Israel cognominatus post Angelicam luctam) omnium primus, votum nuncupauit Deo. *R. Akiba in Talmud.* Ac certè de illo primùm legitur, Votum etiam vouit Deo dicens. *Gen.* 28. Offerens. 31. 33. 35. vbi & Sacellum & altare Bethel construit 46. Libans, 28. & 35. sepeliẽs 35 Inuocans nomen Dei æterni & Angeli 48. &c. Decimas soluens 35. Vir simplex 25. habitans in tabernaculis 27. Lenis 28. Obediens parentibus 36. Patris institutum seruans, pastor 28. Propheta 48. 49. Angelorum visionibus sæpe potitus 28. 31. 35. &c.
	Semiramide, zamea Ninea eius filio, an. 38. Ario 4. an. 30. Regibus Assyr.		Annos 20 transegit in Mesopotamia, cum auo Abraham versatus est an. 15. Patri ministrauit post reditum suum è Mesopotamia 22. ann. Benjamin natu minimum gignit in Chananea, reliquos in Mesopotamia. *Gen.* 35. Duobus annis à reditu, in partu moriente Rachele, ætatis 36. cui Lia superuixit decem. Nam vitæ 46 obit. Erant autem sorores geminæ *Seder Olam.* Post annum 21. redit è Mesopotamia ad patrem Isaac in Hebron, cuius cõsuetudine adhuc fruitur annos circiter 23. *Seder Olam.*
	Melchisedech Pontifice.		Denique ætatis decimo quinto sepelit auum Abraham. 50 Sem atauum. 63 A patre benedictionem & prærogatiuam primogenituræ consequitur. Per annos 12 metu fratris delitescit apud Abauum Heber, eique ministrat. 75 & 76 ad Heber ad Patrem redit, à quo iussus in Mesopotamiam proficiscitur. 77 Stetit ad puteum Mesopotamiæ, 20 annis mansit in domo auunculi Laban. 83 Ducit Liam vigesimum secundum agentem. Indèque post dies septem Rachelem, Liæ gemellam, quę & ipsa proinde agebat vigesimum secundum. Non, vt quidam opinantur, post septem alios annos, sed post septem dies à nuptiis vxoris primæ. *Rabini in 29 Gen. & Hier. in quæst. Heb. contra Seder Olam c. 2.* 84 Gignit Ruben primogenitum suum. 85 Simeonem. 86 Leui. 87 Iudam. Nam ei intra tres plus annos, quatuor hi patriarchæ nati sunt. Reliqui septẽ cum Dina (excipiendus enim Benjamin)
583		2239	quatuor sequentibus annis. Inueniuntur enim omnes præter Bẽjamin intra septẽ annos procreati è 4 coniugibus, sin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guli singulis septem mensibus.
91 Ioseph̃um procreat.
Quinque sequentibus vsque ad 96 prouidet domui suæ.
96 Cum vxoribus, vndecim filiis & Dina in Chanaan redit peruenitque in Succhet, vbi manet menses octodecim.
97 In Bethel sex alios menses.
98 Suscipit Benjamin, Rachelem sepelit & Deboram. Viginti duobus annis inde Isaac senem suâ præsentia consolatur & curat.
108 Amittit Liam morte, Ioseph̃um captiuitate, Sedecim annos excedentem.
109 Ioseph̃um habet seruum Putipharis.
110 Eundem habet in carcere per annos circiter 13.
120 Sepelit Isaac patrem suum annos 180 natum.
Decem postea illic desidet vsque ad 130. Nempe in Hebron, vbi pater eius obierat.
128 Ioseph̃um tricenarium habet stantem in conspectu Pharaonis, protegẽmque Aegypti.
130 Descendit in Aegyptum anno famis secundo.
147 Moritur post tot exilia & cruces, id est, decimo septimo post descensum. Morituru⁹ vaticinatur de posteris & nominatim de Christo, quem Silo vocat, *Gen.* 49. Hæc ferè e Seder. c 2. Nam nonnulla recensuimus.
Ex vndecim eius filiis, & duobus Ioseph̃i Manasse & Ephraim tribus tredecim ac populus Israëlitarum vniuersus propagatur.
Alexander Polyhistor res Iacob descripsit. i. fugam eius, habitationem in Mesopotamia, ministerium 7 annorum, coniugium cum duabus sororibus, numerum filiorum, raptũ Dinæ, cladem Sichem, venditionem Ioseph, &c. Eadẽ ferè Theodotus in suis versibus, Artabanus, Philo Biblius, Nicolaus Damascenus, Aristeas.
Thamar iuxta nonnullos, filia Melchisedech sacerdotis. Hoc coniiciunt ex eo, quòd Iudas in scortatione deprehensam iussit cõburi, non lapidari. *Gen.* 36. Nam legẽ fuisse apud Hebræos, quam Moses postea repetiuerit, vt filia sacerdotis, quæ scortata fuerat, combureretur, cæteræ lapidarentur. *Leuit.* 19. & 21.
Ceteras quoque vxores filiorũ Iacob probabile est fuisse de semine Melchisedech siue Sem, præter vnam ipsius Ruben, *Gen.* 46. primo quia notant oraculum de semine Chanaan maledicto, dẽq; terrę facie exterminando *Gen.* 9. & 15. Secundo, quia sciebãt Patres affinitatem Chananeorum perpetuo refugisse, Abrahã, *Gen.* 24. Rebecam, 27. Isaac 28. Tertio, ex eo, quod Scriptura notat tanquam aliquid extraordinarium Ruben genuisse Satil ẽ Chananitide, *Gen.* 46. Quid enim opus fuerat addere Chananitidis vocabulum, si omnes aut plærẽque earum erant Chananeæ?
Sed neque vxores, vt pater, de Mesopotamia eduxerunt, primum quia quando inde egressi sunt, adhuc erant paruuli, nec matrimonio maturi. Maior enim nondum attigisse poterat decimũ tertium annum. Quin & matrimonia illa ætate ferè erant tardiora. Quare Isaac non nisi quadragenarius Rebecam duxit, Iacob octogenarius Liam & Rachelẽ, qui & 77 annorum erat, priusquam pater cogitaret de vxore ei danda, vel ipse de accipienda. Esaũ iple quadragenarius. Denique nõminus id commemorasset Scriptura, quàm cum nominatim docuit Saram eductam è Chaldæa, Hagarem ex Aegypto, Rebecam, Rachelẽ, Liam, Balam, Zilpham assumptas è Mesopotamia, ne sanctum semen cum impuro & detestabili Chananeorum misceretur.
Anno 63 Iacobi mortuus est Ismael. Huius viduam so-

Annidiluuij. 453.
Annimundi 2109.

583
2239

SEM, ABRAHÆ ET ISAACI SÆCVLO.

rorem

Annidiluuij. 453

Annimundi. 2109

torem duxit Esaũ. *Seder Olam, cap.* 2. Ita Esaitarum & Ismaëlitarum familia in vnam gentilitatem coaluit, vt non mirum sit, si Scripturæ, quando de Mahometana impietate vaticinantur, eam modo describant sub nomine Esaũ, siue Edom siue Seïr (nam tot nominibus celebratur Esau) modò sub nomine Ismaelis.
Quot descenderint in Aegyptum cum Iacob, siue 70. siue 75 animæ, non est anxiè pugnandum. Nam & 70 Scriptura dixit, & 75 esse potuerunt, quoniam Scriptura solet reticere numeros fractos. Sic nominant Septuaginta interpretes, & 70 Christi discipulos, qui tamen 72. fuerunt &c.
Prætetea in 70 non comprehenduntur Iacob, Dina, Ioseph cum duobus filiis, qui additi conficiunt 75.
Anan primus equum & asinam commiscuit, vnde mulorum origo. *Genes.* 36.
Ioseph somniorum intelligentiam primus condidit, nihilque diuini iuris humanique ei incognitum videbatur, adeo, vt etiam sterilitatem agrorũ ante multos annos prouiderit, tantaque experimenta eius fuerunt, vt non ab homine, sed à Deo responsa dari viderentur. *è Gentilium scriptis Iustin. hist. lib.* 36. Eius insignes interpretationes extant præcipuè *Gen.* 40. & 41. Philo Byblius hanc somniorum interpretationem tribuit Abrahamo. Amphytrioni Deucalionis filio *Plin. lib.* 7. Telmisseis populis Lycię, *Clemens in Stromat.*
Venditus est à fratribus quòd illum vnicè à Patre diligi, deinde quòd somniis illi portendi familię principatum animaduerterent. *Gen.* 37.
Cùm hæsisset in seruitute vel carcere an. 13. anno vltę trigesimo liberatur. Famen septennem prudentia singulari ab Aegypto depulit. Quare consecratus ab Aegyptiis, Serapis nomine, i. principis boum, immani simulachro & fano exornatus est, in quo bos nutriebatur Apis vocabulo in agriculturæ symbolum. Simulachrum euertit Alexandriæ Theophilus Patriarcha, Theodosio magno principe. *Suidas & Ruffinus.*
Caruit cõspectu patris annos 23. Nempe à decimo sexto ętatis ad 39. qui tertius erat famis. Fruitur deinde septemdecim. Nam tandiu Iacob in Aegypto egit.
Eruditur aulam Pharaonis, & seniores eius docuit, siue scire fecit. *Psal.* 105. Nempe Aegyptus bonarum disciplinarum valde adhuc erat rudis, sed eas deinceps edocta cœpit colere. Moritur anno 54. post patris mortem. Agebat trigesimum sub mortem Isaac. *Seder Olam.*
Eus trigesimo nono Israelitæ descenderunt in Aegyptum. *ibid.* post vigesimum secundum ab ipsius venditione, *ibid.*
Sub Iacob tres superioris ætatis patriarchę moriuntur. Eius enim trigesimo primo Sela obit annorũ 433. quinquagesimo Sem sexcentenarius, Octogesimo Heber Hebræorũ parẽs, vbi expleuisset annos 464. Sic eius decimo sexto moritur annus Abraham, centesimo vigesimo Isaac pater.
Atque hic veterum patriarcharum antiquę virtutis & fidei virorum finis, vt quibus duntaxat Iacob annis 26 superuixerit.
Ita per tres duntaxat patres, Sem, Mathusale, Adam ad Iacob, Ecclesiæ doctrina, fides, traditiones, leges peruenire potuerunt. Nam Iacob vidit Sem annis 50. Sem Mathusalem 98. Mathusale Adamum 243. *Seder Olam c.* 1.
Mentio idolorum in Scriptura prima est Genes. 31. quando Rachel idola patris sui abscondit.

583 2239

Balac filius Beor, primus rex Idumæorum creatur.
Esau omnem terram ad montem Seir sibi subiectam ha-

IACOBI SÆCVLO.

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet, & magna cum potentia illic dominatur. Domino illam terrã illi dante, *Ios.* 24. regionémque Idumeam de suo more appellatam relinquit. Nam Edom à colore ruffo cognominatus est. Quin & mare vicinum. Nam mare Indicum cum sinu Arabico siue Aegyptiaco Erythreum. i. rubrum profanis, à rege Erythra, inquit Mela. Erythras autem Græcè, est Edom Hebraicè.

Dina filia Iacob à Iob in vxorem ducitur. *Chald. Paraphr.* de quo poulò pòst.

Externa & incerta ætate Iacob.

Druyus Celtarum rex quattus, disciplinarum & præsagiorum plenus, à quo Druydes Gallorum sacerdotes, de quibus Cæsar *lib. 6. Gall. belli.* Plinius 16. *cap.* 44. & Tacitus *de Germ. moribus.*

Huic Bardus quinto loco successisse fertur. Musicæ studiosus. Deinde Lucus venationi deditus, à quo Lucenses Galli. *Berosus.*

Quæ suspectissima. Nam Galli vsque ad Cyrum cum tota Europa planè bardi fuerũt Barbari, agrestes & ἄμουσοι. Tum enim per Phocenses Græcos Asiaticos, qui Cyri dominatum fugientes Gallicum littus occuparũt, Massiliámque cõdiderunt, cœperunt emolliri, & hominibus paulatim excultis, capessere studia literarũ per Bardos, & Euages & Tectosages, è quibus Bardi fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt. *Ammianus Marcellinus lib. 5. Strabo lib. 4.* E quibus apparet Bardos & reliquos Galliæ sapientes siue philosophos & Druydas ortos esse ex istis Phocensibus, vt stultum sit eos eorũm ve nomen ante Cyrum in Gallia requirere.

Eadem Barbarie reliquæ nationes Europæ ante Cyrum Solonémve tenebantur. Nam ad humanitatem perductę sunt per Orientales sensim in Occidentem influentes, propter duarum primarum Monarcharum motus, Danielis Ezræque sæculo.

Septemtrionales gentes, vt à commerciis remotiores, longè tardius feritatem deposuerunt, vt proinde quæ deinceps de Sarmatis, Germanis, cæterisque Scythis proposituri sumus, sint multo suspectiora, adeóque conficta à propriis ipsorum prophetis.

Hiarbas rex Lybiæ, contra Palladias fœminas infœliciter pugnat.

Osyris gigantes, qui tyrannidem exercere cœperant, opprimit, Italia decem annis potitur.

Apis, à quo Serapis, floret in Aegypto, postquam fratrem, Aegialeum Achaiæ præfecisset. *Euseb. in Chron.* Sed de eo paulò pòst rectius.

Menam omnium primum regem Aegyptiorum facit qui populos colere deos, sacráque his facere, mensas & lectos sternere docuerit. Hinc post longa tempora regnasse Gnefactum Vbichoridis sapientis patrem, &c. Diodorus Siculus, *lib. 2.*

Ogygius apud Atticos.

Aethiopia bellis Aegyptiorum attteritur.

Nineas siue Ninus, Nini & Semiramidis filius, propter ignauiam vituperatur. *Athæneus, lib. 2.*

Semiramidem matrem sui concubitum appetentem, interemit.

Arius post eius obitum Bactrianos & omnes Caspios subegit.

Iubi. ida tertius rex Hispaniæ.

Ingeuon apud Thuyscones, de quo Tacitus *de morib. Ger.*

d APERTE Exod. 11. v. 4. *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta ann.*

Anni diluuij. 453 583

Anni mundi. 2109 2239

IACOBI SÆCVLO.

Quibus

Anni diluuij. 583 Exod. 12 Galat. 3. Act. 13. 1013

Anni mundi. 2239

23

d IACOBÆI mãserunt in Ægypto an. 430.

Regibus Asiriorũ Ario 4. Aratio 5. an. 40.

2669

Baleo 6. an. 30. Armatrite. 7. an. 38.

Beloco Prisco 8. an. 35. & per ordinem Baleo 9. an. 52.

Altada 10. an. 32.

Manucho 11. an. 30.

1669

1013

Quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti. Quis enim non videt illo nomine *filiorum Israel*, non nisi posse intelligi filios Israelis siue posteros Iacob, neque Abraham, Isaac, Iacob sub hac locutione contineri? Nam quis vnquam auos & Patres, filios nepotũ appellauit?

Idem Stephanus Act. 7. confirmat. *Locutus est Abrahæ Deus quia erit semẽ eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient, & malè tractabunt an. 400. & gentẽ, cui seruierint iudicabo ego & posthæc exibunt & seruient mihi in loco isto.* Quis enim similiter non cernit. *Hoc semen* esse Israëlitas, nõ Isaac, & Iacob, vt qui vel nunquã fuerint in Aegypto, vel nũquã seruituti fuerint subiecti, malèque tractati siue ab Aegyptiis, siue à Chananeis?

Idem Paulus Act. 13. probat, *Elegit patres nostros, exaltauitque cum essent incolæ in terra Ægypti, & eduxit eos, & destruens gentes septem in terra Chanaan sorte destribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos, & post hæc dedit eis iudices.* Quis enim non intelligit apertè habitationem filiorum Israël accessisse ad hunc numerum?

Idem Iosephus, lib. 2. Antiq c. 5. significat, dum Israelitas 400 annos consumpsisse tradit in Aegyptiacis operibus.

Imò verò Deus idem clarè pronuntiat, Gen. 15. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti & affligent quadringentis annis, & post hæc egredietur cum magna substantia. Generatione quarta reuertentur huc.* Sic enim rotundo numero loquitur, triginta tacitis. Vbi frigidum est quadragentos illos ordiri à die congressus siue apparitionis huius, nam apertè non *Tu*, sed *semen tuum*, &c. Frigidum quoque, quòd alij à natiuitate Isaac, vt ab ea ad natum Iacob sint an. 60. inde ad descensum in Aegyptum 130. demũ in Aegypto 210. id est, summatim 400. Nam apertè oraculum non attingit habitationẽ terræ Chanaan, primum quia in ea non seruierunt, neque afflicti sunt Israelitæ, sed potius honorificè humanitérque habiti, deinde quia nõ illinc, sed ex Aegypto egressi sunt cum magnis opibus, denique quoniam opponit ingressum in terrã seruitutis & afflictionis reditui in terram Chanaan, siue libertatis.

Ex quibus locis hîc merito reiicio cõmentum Rabbinorũ, præter diserta Exodi verba, quibus subscribit Paulus *Act.* 13 scribentiũ suos tantũ mãsisse in Aegypto 210 annis. Ducẽtos autem viginti reliquos conferendos ad Abraham, Isaac & Iacob, summãque 430 in Exodo positã ab Abrahamo esse auspicandã. De quo Rab. Leui Ben Gerson in 15. Gen. Nam & eo loco diserte Script. *generatione* (inquit) *quarta reuertentur huc.* i. ætate, & sæculo quarto. Nã דור hoc significat. Sicque quos 400 an. paulò ante dixerat, mox sæculũ quartũ appellat.

Accedit, quòd tam paucis non vidẽtur (excludo miracula) potuisse propagari, sexcẽta armatorũ hominũ millia, absque pueris & mulieribus innumerabilibus: quæ tamẽ legũtur exiisse de Aegypto. Vnde Aug. Eugub. in c. 12. Exod in ea versãs sentẽtia, Græcorũ adiectionẽ, καὶ ἐν γῇ χαναάν, cancellat. Qui tamẽ hodie tẽporũ rationẽ è Bibliis subducere se aiũt, istorum ferè traditionem sequũtur, vt non mirum sit illorum supputationem esse controuersiarum plenam, nec cõciliare supputationem esse controuersiarum plenam, nec cõciliare c. 7. Act. & multa alia loca cum veteri Testamento, & Act 13.

Istis autem imposuit, quod Paulus ad Galatas 3. videtur scribere 430 annis post promissionem factam Abrahæ de susciendo semine, qui est Christus, datam esse legem Mosis. Atqui Paulus indefinitè loquitur, & sic debet ordinari. *Hoc autem dico. Lex, quæ post 430 annos facta est, non irritum facit testamentum confirmatum à Deo ad enervandam promissionem,* id est, Lex Mosis quæ scribitur, *Lex facta post 430 annos,* non inanes reddit promissiones. Sed potius confirmat. *Post* 430. inquam, *annos*, non vtique à promissione (nam re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnat locus Exod.12.ad quem alludit) sed à descensu Israelitarum in Aegyptum. illic enim *Post*, non refertur ad promissionem, sed ad legem factam eo tempore, quod Moses designauerat. q. d. Paulus, Lex,quæ post 430. annos facta legitur (*Exod.* 12.) testamentũ Dei, prius Abrahæ factum, irritum non potest facere. Hoc enim veluti per parenthesin interposuit *quæ post 430 annos facta est*, ad tollendam homonymiam, & docendum de qua lege intelligeret. Nempe de Mosaïca, non de lege Circumcisionis, Gen. 17.non de legibus Dei, quas Abraham seruauit 26 v.5. quasique docturus erat filios suos & domum suam post se, Ibid. c.18.

Alioqui, vt hoc addam, falsum esset oraculũ. *Gen.* 15.quod sine figuris prædixit, semen Abrahæ 400 totis annis seruiturum, in Aegypto scilicet (nam in terra Channaan non subiectum fuit seruituti) ac deinde eripiendum.

Sed nec conturbare debet vulgata Rabbinorum ratio, quam affert R. Selomo Exod. 6. quòd inter Leui & Mosem Scriptura tantum numeret duas generationes, Caat, qui vixit annis 133. *Exod.* 6. & Amram, qui an.137. *Ibid.* & 1. *Par.* 6. Et Caat fuerit ex descendentibus in Aegyptum *Genes.* 47. Primò, quia Amram pater Mosis diutius vixit, quàm illi interpretentur. ad illud enim *Exod.* 6. *Accepit Amram vxorem, quæ et peperit Aaron et Mosen & Mariam. Fuerúntque anni vitæ Amram* 137. subaudiri potest, Quando eos videlicet genuit, vel post mortem patris Caath. Nam Amram in numero septem viuacissimorum ab ipsismet Rabbinis ponitur.

Secundò, Scriptura fortasse aliquot intermedios, nempe obscuriores, more suo trãsilit, & nihilominus *Gignèdi* verbo vsi est, quod nepotes sint filiorũ loco. Vt *Mat.* 1. *Iosias genuit Iechoniã*, qui tamen eius minimè erat filius, sed nepos. *Ezra* 5. *Zachariæ filius Iddo*, qui eius patiter erat nepos, nõ filius.

Sic in quarta ætate, quæ fuit 480 annorum, à Naasson ad Dauidem quatuor duntaxat notãtur, *Naasson. Salmon, Booz, Obed, Iesse, Dauid*, 1. Par. 1. Mat. 1. Ruth 4. Nam Naasson reperitur mortuus anno ab exitu secundo, *R. Selom.* 1. *Par.* 1. Ita vt oporteat *Salmonem, Booz, Obed, Iessen & Dauidem* 480 emẽsos esse, aut aliquos intermedios fuisse præteritos. Quid igitur mirum, si hi quatuor Leui, Caat, Amram, Moses emẽsi sunt hanc ætatem, præsertim cum hæc sequentibus ætatibus fuerit viuacior, vel si Scriptura intermedios aliquos reticuit?

Atque ita fortasse isto tertio sæculo, Moses est Patriarcha ab Abrahamo decimus, vt primo ab Adamo Noe, & secũdo a Noe Abrahamus est quoque decimus. In eo fui prolixior, quod B. Hieronymus se nescire professus sit, quo pacto his tribus Scripturis fati faciendum esset.

Ad hæc quoniam cunctos recentiores Chronologos hic habeo obstrepẽtes, & 430 incipiẽtes Septuagesimo Abrahæ, id est, quãdo iussus est exulare siue exire ex Vr Chaldæorũ. Inde enim sicut 30 vsque ad natũ Isaac, hic vsque ad ortũ Iacob 60. ab ortu Iacob vsque ad eiusdẽ ingressum in Aegyptũ 130, à quo reliquos 210 comminiscuntur vt summa 430 existat.

Assignatur Iudæis terra Iessen, quæ videtur esse præfectura Tanitis & Heliopoleos, è Psal. 77.

In ea ædificauerunt vrbes & villas, siue quòd statuissent illic perpetuas sedes collocare, siue alia occasione, è 1 Par. 2. Nã illic Hezron dicitur mortuus in Caleb-Ephra, quã Hebræi putant fuisse vrbem Aegypti sic dictam de structorum nomine, nempe Caleb, & vxoris eius Ephrat.

Descenderunt in Aegyptum an. 9. principatus Ioseph, qui secundus fuit, post cuius septuagesimum primum Ioseph moritur, & in arca ænea aromatibus perfusus conditur, in Nilúmque protectus refertur inter Deos Aegyptiorum. *Euseb. in 50 Gen.*

Annis diluuij.		*Anno mundi.*
583.		2239.
	Manchaleo 12. an 30.	
	Phero 13. an. 20.	
	Mamolo siue Mameio. 14. an 30.	
	Sphareto 15. an. 40.	
	Lscatade 16. an. 18.	
	Amynta 17. an. 45.	
2013.		2669.

Annis diluuij.		*Anno mundi.*
583.	*Iuda, Phares, Ezrone, Arã, Aminadab, Iudæ principibus & Christi maioribus.*	2239.
	Filiis Zaræ Zamri Ethã, Heman, Calcol, Dara prophetantibus.	
	Leui, Caath, & eorũ propinquis speciem quandã futuri Sacerdotij exhibẽtibus vsque ad Aaronẽ è benedictione & testamento Iacob, Genes. 49.	
1013.		2669.

Ossa eius transtulerunt secum Israelitæ. *Exod.* 13. quæ post mortem prophetant (id est, miracula edũt) *Eccl.* 49. nec fuit contra legem Mosis, qua mortuorum ossa contaminare declarabantur. Nam illa de Sanctorum ossibus, cineribus & reliquiis non intelligebatur, quę perpetuo apud Iudæos inprǽcipua veneratione fuêre.

Sacerdotes Aegyptij de Prytaneo siue horreo Regis alebantur. *Gen.* 47.

Exitus eorum meminit etiam Strabo. *lib.* 16. *Geog.* Meminit & Iustinus histor. sed admixtis fabulis. Item & plurimi externi, quos contra Appionem Iosephus producit.

Iosephi res Alexander Polyhistor descripsit. i. eius carcerem, liberationem, somniorum interpretationem, principatum in Aegypto, matrimonium cum Ascheneth filia Putipharis sacerdotis, liberos duos, descensum fratrum, Aegyptium conuiuium ipsis appositum, &c.

Eadem ferè Theodotus in suis versibus, Artabanus, Philo Biblius, Nicolaus Damascenus, Aristeas.

Manetho Aegyptius Iudæorum originem & descensum in Aegyptum è Chanaan scripto reliquit, vbi eos appellat pastores. Nempe quòd eorũ opes in pecoribus essent positæ.

Vixit annos 110. Eo mortuo Israelitę in Aegypto male habiti sunt 360. iuxta vulgatos autẽ Chronolog. 148. Sæpius autem 80 vltimis, toto vitæ Mariæ Sororis Mosis tempore.

Ruben mortuus est duobus an. post obitũ Ioseph, an. 124.

Simeon 120. primo post Iosephum.

Leui 137. Eo enim nullus est, qui diutius inter omnes fratres vixerit, quemadmodum inter eos nullus est, qui minus diu vixerit ipso Ioseph, *Seder olam, c.* 3.

Iuda 119. Isachar 122. Zabulon 124. secundo post Iosephum. Dan 126. Oser 127. Benjamin 111. ita vt obiret circiter 26 ante Leui. *E Seder Olam.*

Nephtalim & Gad lustra nondum reperi.

Iam tum Aegyptij colebant bestias pro numinibus, aut numinum simulachris. *Exod.* 8. vbi etiam oues & armenta abominationes Aegyptiorum dicuntur. i. idola & dij. Nam ignominosè solent Hebræi loqui de falsis numinibus. Hinc fortasse, Genes. 46 & 47. detestabantur Aegyptij pastores pecorum, vt qui ea mactarent, quæ ipsi colerent. Quàm cito post mortuos primos Patriarchas impietas in mundum ingressa est.

Filij Iuda in Aegypto sunt mortui, vsque ad quartã progeniem, nempe Phares, Hezron, Aram, qui & Ram Hezronis secundogenitus, 1. Par. 1. Nam Christi linea non perpetuo ducitur è primogenitis.

Aminadab autem dicitur fuisse de exeuntibus, ac vnus de primis mare ingressis post Mosem, cum filio Naassone, & paulò pòst mortuus. Alij malũt mortuum in Aegypto, quia Moses duntaxat meminit filij Naasonis inter principes Iuda ex Aegypto egressos.

Phares ætatis septimo vxorem duxit, octano genuit Hezronem, nono Hamol. Simile est quod legitur Haran genuisse Lot anno vitæ octauo & Saram nono. *Seder. c* 2.

Tam fœcunda fuit hæc ætas. Vnde spatium istius peregrinationis è 70. qui descenderant in Aegyptum, processerunt duodecies centena hominum millia. Nempe sexcenta armatorum, sexcenta mulierum & paruulorum, *Trad. Heb.*

Anno à morte Iacob 163. Pseudoprophetæ de filiis Ephraim & Galaad, seducunt populum ab aura religione. *R. Abraham in Cabbala hist.* Ex eorum secta fortasse fuerunt Iãnes & Mamres, qui Mosi restiterũt. 2. *Tim.* 3 *ex Heb Trad.*

Nam hæc nomina sunt potius Hebraïca, quàm Aegyptia, prius Luc.3 posterius, *Gen.*14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In tam diuturna peregrinatione, & exilio, tria constantissimè Iudæi retinuerunt, linguam Hebraicam, suæ gentis habitum, & nomina. *Elias præfa. in Methurgeman & Talmud.*

Quantum ad religionem auitam, eam illi ex Aegyptiorum contubernio dedidicerunt. Sola stirps Leui eam studiosè tenuit. *In Maiemonim cap. 1. lectio de Idololatria.*

Filij Zaræ in Aegypto, sicut filij Coræ in deserto, vaticinationis munere functi sunt, 1. *Par.* 2. Inter eos celeberrimus Ethan Zaraites, vt cui sapientiæ nomine cõferatur Salomon. 3 *Reg.* 4. Quique inter 11. Psalmographos numeretur, *in Baba Bathra cap.* 1. & *Psal.* 89. Quanquam fortasse hi vixerunt Dauidis & Salomonis æuo. Nam non filij Zaræ, vt 1. *Par.* 2. sed Mahol asseruntur, 3. *Reg.* 4.

Heman Zaræ alter filius, nobilis archimusicus, cui filij Coræ Psalmum 88 dicarunt, vt ei modos faceret.

Fuit alius Dauidis tẽpore cãtor, Samuelis nepos, 1. *Par.* 6. cui potius, quã huic certos Psalmos tribuẽdos nõnulli putãt.

Iacobæi insanas illas Pyramidum & vanitatis Aegyptiacæ substructiones, quæ in septẽ mũdi miraculis collocantur, cogente Pharaone fabricant, annis multis post obitum Iosephi.

Nõ enim solũ ad lateres coquẽdos dãnabantur, verũ etiã ad alia opera figlina & lutea, vt ad ollas Ps. 81. v. 7. in Hebraica veritate. Hinc Exod. 1. Aegyptij ad amaritudinẽ perducebãt vitã eorũ seruitute dura in luto & lateribus, ac omni opere.

Nomen Pharaonis non constat inter omnes, qui scripserunt de Pyramidibus, iustissimo casu obliteratis tantæ vanitatis auctoribus. *Plinius lib. 36. cap. 6.*

Sic paulò ante Labyrinthus primus à Tithoe vel Petesuco rege in Aegypto extructus.

Non est probabile Israëlitas consumpsisse annos 400. in operis Aegyptiacis: quod tamen scribit Ioseph. lib. 2. Antiq. c. 5. Nam & illud ipse labefactat seq. c. 6. Dum ad Abrahã ad exitum de Aegypto annos duntaxat 430 percenset. Rectius igitur Hebræi initiũ calamitatis huius ducũt à Matiæ Mosis natiuitate, in annos 87. Ex quo & nomen obtinuisse aiunt. Nam Maria amarorem sonat, quòd ea nata Aegyptij amaris operibus, Israëlis seruitutem exacerbarint. *R. Selom. in 2. Cant.*

Calamitatis auctorem nostri nominant Amenophim.

[Alij Busiridem appellant, quod magis conuenit: Nam Busiris à Burser Benoni Kal in verbo Batsar deducitur. Is verò terminatio ægyptiaca, ab isehid est viro, absolute pro denominatiu a particula ponitur: vt apud Græcos articulus dictic⅋s sumptus, ὁ ἐξοχὴν. Eum autem morem linguæ orientales retinent, vt post nomina propria articulos, vel etiam syllabas quasdam adjectitias honoris causâ subiungit, vt indice etiam Motecçuma-est nomen propriũ. at Motecçuma-cin significat Motecçuma Rex vel Dux.]

Maria concepta cœpit persecũtio, septem annis ante Mosem natum. Eius 87. qui erat Mosis 80. finiit. *Seder Olam, c 3.*

Filij Ephraim Israëlitas ante tempus conati sunt introducere in terram sanctam, quam semini Abrahæ sciebant esse promissam. Sed frustrà, quia Deus decreuerat alio modo eos ex Aegypto educere. *Tred. Hebr. in Psal.* 77.

Cæsi sunt magna clade à filiis Geth indigenis, 1. *Par.* 7. ad quorũ diripienda pecora ex Aegypto exierant, *Kimhi è Talm. ibid.*

Equo primi Patalipomenon historia apparet, Geth, & alias vrbes Palestinæ fuisse adhuc habitatas ab indigenis. Post hæc ergo tempora factum est quod narrat Moses, Deut. 2. Philistim & Caphtorim (Capadoces esse tradunt ad Taurũ)

Anni diluuij. 583

Anni mundi. 2239

ISRAELITARVM SÆCVLO ÆGYPTIACO.

1013

2669

irrupisse

Anni diluuij. 583.

Anni mundi. 2239.

irrupisse in illam terram, & cæteris indigenis inhabitasse, regionémque Philistæam nominasse. Vnde 70. solent Philistim interpretari ἀλλοφύλους. i. alienigenas.

Liber bellorum Domini sub hæc tempora scriptus videtur, de quo Num. 21. fertur extare apud Aethiopas cum libro Henoch.

Iob Arabs Hussitarum princeps his Patriarcharum temporibus vixit an. 249. fuit ex posteris Nahor. *D. Hieron. & R. Selomo.* Moses huius historiam ex Arabico conuertit, *Hebræi.* vel è Syro, qua lingua ab ipsemet Iob conscriptus fuerat, vel ab amicis. *Orig. lib. 1. in Iob è 70.* Gener Iacob ex Dina vxore. *Philo & Chald. paraphras.* Septuaginta interpretes malunt esse ex posteris ipsius Abrahæ, quarum ab Esau. *In coronide Iob.*

Natus dicitur quando Iacob cum tota sua familia descendit in Ægyptum. Duodecim menses versatus in illis cruciibus, quas liber ipsius commemorat (Origenes tamen plures numerat) *Seder Olam.* septem annos, *Suidas.* Duxit Dinam filiam Iacob in vxorem. *Chald. Paraphras. & Philo.*

Vixit 210, toto scilicet tempore, quo fuisse vulgo feruntur Israëlitę in Aegypto, ita vt natus sit Iacobi 130. quo ingressi sunt in Aegyptũ, eodem autem mortuus, quo sunt egressi. *Seder. Olam. c. 3.*

Aristæus quidam historiam eius scripto reliquit, vbi terram Hus in confinio Idumeæ & Arabię collocat.

Eius socij reges Arabię. *Iob. 2.*

Ecclesia adhuc erat Catholica, id est, nondum alligata certæ familiæ. Nam Iob, Eliphaz, Baldad, Elihu, Lot, Nahor, Mesopotamius & reliquiæ piorum ex omnibus gentibus & familiis Noë & filiorum eius ad eam pertinebant. Inter quos Chananæorum plerique. Nam inter eos & apud eos sacerdotio fungebatur Melchisedech simul & regno, qui supererat anno Iacob 50, & regebat Oraculum, quod consuluit Rebeca, *Gen.* 25. Ad eam quoque pertinebant Arabes, quare ab eis liber Iob acceptus, indéque à Mose translatus. Filij Lot nondum ab ea defecerant, neque filij Esaii, vt qui circumciderentur & patrios Abrahæ ritus retinerent, neque Palestini, quorum regi Deus apparuit, *Gen.* 28. neque Mesopotamij, inter quos Balaam prophetiæ munus exercebat, neque Madianitæ, apud quos Iethro erat Sacerdos, & ita fortasse & pleriſque omnibus gentibus, donec in exitu Israelis de Ægypto Iudæi, facti sunt peculium Domini. *Exod. 19. v. 4.* sanctificatio & Dominium eius, *Psal. 114. v. 2.*

In Ægypto nonnulla erat doctrina, quæ illorum sapientia diceretur, in qua eruditus Moses legitur (*Act. 7.*) *Aug. l. 18. Ciu. cap. 37.*

Ex Æthiopia autem ad Ægyptios manasse ferunt literas per Isin, leges, ritus ciuitatum, instituta sacrorum, & colonias eò frequenter missas. *Viues in illum librum Aug. cap. 8.*

Amram Mosis pater, è septem illis viris extitit qui feruntur à mundi principio ad vsque finem vniuersam humanam vitam metiri. Adamum enim vidit Mathusale: hunc Sem, qui peruenit vsque ad Iacob, quem Amram ipse conspexit. Amram autem vsque ad Ahiam Silonitem vixit, à quo vitus Elias, qui ad orbis extremum saluus permanet *Rabini in 2 cap. Num.*

[Cùm hîc tantùm sex numerentur supplendus est numerus interposito Enoch. qui etiam vt Elias ad consummationem sæculi est peruenturus. Ex Apocalyp. Interpretib. nisi malimus Noan tertium numerare quod magis consentaneum est.]

1073.

2669. Iacobæi in Ægypto pastores, populus pastorum, Hic si, regnum pastorum appellati à veteribus historicis, vt Berolo, Manethone, &c. *Ioseph lib. 1. contra Appio.* Hinc illud vetus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni diluuij. Anni mundi.

Pastores in Ægypto regnum tenent an. 103.

Qui eos expulit Pharao mari obrutus Tethmosis nominabatur, *ibid. Ioseph. è Manethone Ægyptio.* vel Amasis. *Euseb. Iustin. Martyr ex Appione & Pelomone*, vel Cenchris duodecimus Pharao. *Turon. lib. 1. hist.* Quem & Bachorim vocatum dicunt, de quo mira *Tacitus Annal. lib. 21.* Amenophis aliis.

Ex eo tempore in exorcismis Ægyptiorum contra dæmonas hæc habebantur: Deus Israël, Deus Hebræorum, Deus, qui mersit Ægyptios cum rege in mare rubrum, &c. *Orig. lib. 4. contra Celsum.*

Magi Pharaonis Iannes & Mamres, qui Mosi restiterunt, quando signa faceret coram Pharaone, 2. Timot. 3. Quæ nomina non esse ficta ab Apostolo, sed è mediis antiquitatum Hebraïcarum historiis sumpta apparet è Talmudica Ghemara cap. *Col Corbanoth hatsibbur.* & R. Nathan, *in Baal Haruc.* Quando (inquiunt) venit Moses in Ægyptum cum signis diuinitus acceptis, dixerunt Ioannes (יוחני) & Mamre (ממרא) principes incantatorum Pharaonis. Hæc est ars nostra, & sic facere possumus incantationibus nostris. Tuque similis es iis, qui paleam ferunt In Aphrim vrbem frugum, è qua frumentum in multa loca effertur, &c.

Mare rubrum, quod nequaquam fluxui & refluxui obnoxium est, vt impiè Vadianus in Melam retulit, cessit miraculo Israëlitis. Ægyptios autem submersit, eorum armis & corporibus in littus, in quo versabantur Israelitæ, iectis & expositis, ne amplius inermes & inopes essent. *Ioseph. lib. 2. Antiq. cap. vlt. R. Selomo in Ionam.*

Hebræi negant suos maiores tranasse mare rubrum totum, siue à littore Ægyptio in littus Arabicum, sed quod grandius est miraculum, ad idem littus, ducto intra mare longo circuitu & quasi semicirculo, vnde ingressi fuerant reuertisse. Id probant, quia hærebant in deserto Ethan ante transitum. Deinde post transitum in eodem se offendunt, vbi per tres dies vagati, castra ponunt in Mara. *Exod. 13 Num. 33.* Deinde mare rubrum diuidit Ægyptum ab Arabia, non à terra sancta. Imò verò non fuit necesse, vt ingrederentur mare, nisi vt submergeretur Pharao, &c. *R. Hizkumi & R. Dauid Es. 63.*

Ioseph. & Nostri aliter de littore in littus.

Accessit aliud miraculum, vt non vnus cunctis tribubus ingressus in mare patuerit, sed diuisus sit in duodecim partes, siue semicirculos. *Hebræi in Psal. 136.* Moses enim percussit mare, & ipsum diuisit in duodecim vias. *Epiph. hæres. 64.*

His temporibus Ægyptiacis plurimæ gentes omnino mutatæ sunt. Nam filij Lot. 1. Moabitæ & Ammonitæ deletis Emim & Zomim Gigantibus, qui erant similes filiis Enac antiquis Gigantibus tempore Enos, eorum regionem occuparunt, *Deut. 2.*

Filij Esaü expulsis & deletis Horreis in Seïr habitarunt. *Ibidem.*

Capadoces Eueos vsque Gazam expulerunt & consederunt pro illis, *ibidem.*

Sic in Africa. Nam quodam bello Æthiopico multæ gentes illic antiqua nomina *Genes. 10. & 11.* posita perdiderunt. *Hier. in quæst. Hebr.*

Terra Chanaan mirè culta & aucta vrbibus & pagis, quæ Iacobi æuo indigebat cultoribus latè & spatiosè, *Gen. 34.* vt in gentium opes & labores Israelitæ ingrederentur.

Mundi regna varia constituta, dum quilibet affectaret supra reliquos tyrannidem & merum principatum. Nam sub Abraham, Isaac, Iacob, Chanaam nullos aut paucos habebat regis titulo insignitos. Iam in hoc exitu abundat regibus, vt & vicinæ prouinciæ, apud Mosem, Iosuam & authorem

1013 2669

libri

Anni diluuij. Anni mundi.

583. 2239.

libri Iudicum.

Deus adhuc colebatur vbique, nisi quòd apud plerósque idola coniungebantur. Nam in Ægypto Pharao Deũ Abrahæ agnoscit & confitetur. *Gen. 12.* In Palestina Abimelec 20. & 26. In Mesopotamia Nachor, & Laban 24. 29. 30. qui interim domi habebant Idola 31. Sic Balaam ex eadem regione. *Num. 22. 23. 24.* Iethro in Madiam sacerdos. *Exod. 3. & 18.* In variis Arabiæ regionibus Iob, Eliphaz, Baldad, Sophar, Elihu Deum sparsim in libro Iob colebant. In Chananea & Syria Melchisedech sacerdos Dei excelsi, & templi structor, ad quod confluebant Orientales. In Æthiopia filij Abrahæ ex Cetura. In Arabia filij Ismaëlis, in Idumea posteri Esau. In Moab & Amon posteri Lot. In India posteri Iectan, qui & circumcidebantur. In Assyria Niniuitæ etiam vsque ad tempora 3. ætatis, id est, Ionæ. *Ion. 2.*

Externa & incerta seruitutis Ægyptiacæ tempore.

Baleus Assyriorum rex Xerses, id est, victor & triumphator appellatur, quod duplo plures gentes sub suo iure habuerit, quam Atatius, vsque ad Indos. *Beros.*

Belochus priscus q. Belacus. i. Beli amator an. 35. idololatriam auget.

Baleus iunior regnum quoque intra Indiam propagauit. Quare Indi sua Babyloniis obtulerunt, seque in eorum potestatem commiserunt.

Mamucus siue Mamitus Syris & Ægyptiis cœpit esse formidini.

Spharetus Syros & Phœnices subegit.

Diluuium Ogygis Thebarum Bœotiarum regis, qui Eleusinam condidit mille quadraginta annis ante vrbem cond. *Oros. lib. 1. cap. 7.*

Ab eo vsque ad primam Olympiadẽ omnia sunt apud exteros fabulosa. Ex quo Varronis totum illud sæculum dicitur Mythicum. *Censor. de die Natali. c. 17.*

Idololatria latè spargitur in Europam, impositis nominibus ad aliquod numen tutelare significandum.

Telchines Rhodum condiderunt, quæ prius Ophiusa vocabatur. *Eus. Chron.*

Memphis, nunc Alcaïr, eiusque miracula barbara ab Epapho Pharaone condita, *Eus. Clemens, Strom. lib. 1. ex Aristippo in primo Arcadicorum.*

Dinastia 18. quæ dicta est Politanorum duranit an. 348. in qua primus regnauit Amasis an. 25. *Eus.* Hinc per ordinem Chebron, an. 13. Amenophis 21. Mephres an. 12. Misphar-muthosis an. 26. Thuthemosis an. 9. Amenophis 2. annis 31. qui & Mennon *Tacito lib. 3.* iuxta aliquos auctor seruitutis Hebræorum. Orus Magnus an. 38. Acengeres 12. Achoras 9. Cenchres 16. Acheres 8. Cherres 15. Armeus, qui & Danaus an. 5. Rameses cog. Ægyptus, qui fratrem Danaum eiecit & Mizraim Ægyptum nominauit. *Tacit. lib. 2. an. 68.* de quibus in Iudicibus.

In Creta primus rex creatus dicitur Cres indigena filius Demogorgonis. Ab hoc Creta appellata est & Curetes, à quibus Iupiter absconditus, post aliquot sæcula. *Nangiam.*

Milinus Cretensis in toto mari regnauit. *Beros.*

Themosis rex totius Ægypti potentissimus pastores Hicsos Ægypto expulit. *Manetho apud Ioseph. contra Appio.* Videtur esse Platonis in Phædro Thammus, quem & Hammonem Deum vocant, quem Thebis profectus Theut (id est, Mercurius vel potius Ioseph) artes à se inuentas Arithmeticam, Geometriam, Astronomiam docet.

1013. 2669. Iuxta alios Amasis, qui penè vltimus eorum fuisse dicitur, qui priscis sæculis Ægyptum tenuere, amicus Polycratis Samiorum Regis. *Sabel. lib. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed multis ſæculis hallucinatur. Nam iſte, vt Polycrates, ſub Monarchia Perſica vixit. — Anni diluuij. — Anni mundi.

Buſiris in Phœnicia, Typhon Ægyptius Oſyridis frater. Phoroneus 2. Argiuorum rex an. 60. illius meminit Plato initio Timæi. Contra quem & Parraſios bellant Taſtaphis & Gaſtatis, *Euſ. Oroſ. lib. 1. cap. 7.* — 1013.

Bacchoris ſapiens in Ægypto, de quo ſupra ex Tacito.

Brigus 4. rex Hiſpaniæ, hinc per ordinem Tagus cog. Orma an. 30. Betus an. 31. Deabus, qui & Gereon, fodinarum auri inuentor. Lemnini tres Gereonis filij Hiſpalus, Hiſpanus, Sicanus, Siceleus, Luſus, Siculus.

In Lybia priſcus Hiarbas, à quo Numidæ ſe Hiarbas vocant, & per ſucceſſionem Anteus.

Herminon apud Thuyſcones, de cuius inſtitutis Corn. Tacit *de morib. Germ.* Deinde per ordinem Margus. *Ibidem*, Gambriuius, Vandalus, *ibid.* Teutonus, Alemanus, *ibid.*

Longo apud Celtas & per ordinem Bardus Iunior, Celtes, qui montes Pyreneos nominauit ob maximam Syluarum in his creſcentium exuſtionem, de quo Diod. *lib. 6.* Galathes, à quo Samothei Galli dicti, Narbon. Lugdus, Belgius, Allobrox.

Magedon filius Oſyridis apud Emathios regnum inſtituit.

Leſtrigones Gigantes in Italia.

Apud Sicyonios regnant per ordinem Ægialeus, à quo Egialea Peloponeſus, Europs an. 45. Selchinus 20. Apis 25, à quo Apia Peloponeſus, Thelaſſion 52. Ægidius 34.

Thurimachus ab Egialeo ſeptimus, ſub quo Argiuorum regnum inchoat Moſis principatu.

Europem tamen Euſebius regem primum Sicyoniorum facit, & Selchinum ſecundum, qui ludos & ſacrificia inſtituerit. — 3413.

CONTINVATIO RELIGIONIS ET DOCTRINÆ.

IN ſingulis ætatibus non modo continuatur ſacra doctrina & religionis veteris forma, verum etiam proficit & augetur. Hinc Dei vnitas, *Geneſ. 14. Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creauit cœlum & terram. Et paulò poſt, leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli & terræ, 17. Ego Dominus omnipotens, & mox, ſtatuam pactum meum inter me & ſemen tuum fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. 24. Dominus cœli & terræ, qui tulit me de domo Patris mei, 17. & Exod. 6. apparet Dominus Abrahæ, Iſaac & Iacob in El Saddai. 1. Deo omnipotente: Denique eos alloquitur perpetuo in numero ſingulari, & Scriptura eum ferè conſtruit cum verbo & adiectiuo ſingulari, ad eius eſſentiæ ſingularitatem celebrandam. Iob eam etiam inculcat, c. 9. Qui extendit cœlos ſolus. 23. Ipſe enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationem eius. 31. Non ſunt oſculandi alijore ſuo. Nam eſt iniquitas maxima & negatio contra Deum altiſſimum. 36. Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua & nullus eſt ei ſimilis in legiſlatoribus. Quis poterit ſcrutari vias eius. 38, & ſequentibus, ex miris eius operibus Deus ipſe probat nullum ſibi eſſe ſimilem, nullum parem. Denique tam Iob quàm ſocij Dei vnitatem vbique agnoſcunt in media Arabia & prædicat, c. 2, 25, 26, 35, 36, 37. Nam hunc articulũ valde illuſtrãt contra πολυθεΐαν paſſim ſuo tempore graſſantem.* Trinitatis myſterium. *Abraham Trinitatem hoſpitio excipit, tres videns & vnum adorans atque alloquens, Gen. 18. Domini, inquit, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne pertranſeas ſeruum tuum, deinde vt tres pluraliter, Et lauentur pedes veſtri*

Anni diluuij. *veſtri & requieſcite ſub arbore, &c. Demique viciſſim ab eis, nunc vt vno, nunc vt pluribus reſponſa accipit. Tam expreſſa Triadis pictura, vt aliqui veterum Hebræorum, citante Albiene Ezra, Deum tria inſeparabilia & vnum non dubitarint inde colligere, etſi iſto refellere conetur.* 583. *Gen. 19. Dominus pluit ignem à Domino. 20. Eduxerunt me Dij de domo patris mei. Apparuerunt ei Dij, cum fugeret fratrem ſuum Eſau. Iob 30. iuxta veritatem quoque Hebraicam, Afflixit me & frænum miſerunt in os meum (miſit) 35. Non dixit vbi eſt Deus factores ei 7. Noctes laboriosas numerarunt (Deus) ſiue conſtituerunt mihi. Et nominatim multa de* Dei Verbo *& increata ſapientia cap. 28. diuiniſſimè theologicatur, è quo ſua deſumpſit auctor libri Ieſuira in eius calce, (vt notat R. Selomo) & Salomon ipſe, Prou. 8. Eccl. 1. 4. 24. Sapiens 7, 8. 10. 18. Baruc 3. Item de* Spiritu Sancto *Iob 26. Spiritus eius ornauit cœlos. 32. Spiritus omnipotentis aptauit me.* In Chriſtum fides *Chriſtus Patribus huius ætatis diſerte promittitur Gen. 12, 15, 22, 26, 28. Iacob eum expectat definito tempore & prænuntiat 49. teſte vtroque Targhum Nam ibi Onkelos V. 10. Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore eius donec veniat Meſsias. Hieroſolymitanum autem. Non deſinent reges domus Iuda, neque deſiderabuntur doctores legis de filius filiorũ eius, vſque ad tempus, quo veniat Meſsias, cuius eſt regnum, & cui ſeruitura ſunt vniuerſa regna terræ. Et V. 11. Quàm pulcher eſt rex Meſsias, qui ſurrecturus eſt de domo Iuda, alligabit (accinget) lumbos ſuos, exibitque in prælium aduerſus hoſtes ſuos &c. V. 12. Quàm pulchri ſunt oculi regis Meſsiæ ad cernendum, præ vino defæcatiſſimo, ne illis ſpectet inceſtos concubitus, cædeſque innocentium. Dentes eius exercitati ſicut in lege, ne illis commanducet iniquitates & rapinas. Rubeſcent montes eius vineis, & torcularibus vini. Candeſcent colles eius copia tritici & Gregum ouium. V. 10. etiam eum Iacob nominat expectationem ſiue obedientiam gentium, & cum hac ſpe V. 18. migrat ex hac vita, Expectabo ſalutare tuum Domine, vt proinde Abraham, Iſaac, Iacob coheredes repromiſſionis eiuſdem Heb. 11. dicantur, ad quam promiſſionem demum confirmandam, additur Circumciſio præter ſuperiorum ætatum ſacramenta, tanquam promiſſionis repetitæ ſignaculum & ſigillum. Sic Redemptorem ſuum expectat Iob c. 19. & figurat c. 1. 2. &c. Quemadmodum Iſaac diuinitus promiſſus, ſupernaturaliter conceptus, e ſterili genitus, ad ſui ipſius immolationem ligna portans, Gen. 17. 18, 22, &c. Figuræ aliæ, Immolatus agnus vepribus coronatus ſiue prehenſus in cornibus, Geneſ. 22, Scala cœli 28. Decuſſatio manuum in modum crucis inter benedicendum, Gen. 48. Atque inde* iuſtificatio, *Gen. 15. Credidit Abraham (promittenti ſemen) & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Sacramenta *vt* Matrimonij, *Gen. 24, 34. inter Ægyptios etiam adhuc ſancti & inuiolati 12 & 39. Philiſteos 20, 26, Meſopotamios 29. 35. Inter diſpares religione non contrahendi 24, 26, 27, 28, 34.* Circumciſionis, *Abrahæ datæ, Gene. 17. Iſaac die octauo collatæ 21. Patriarchis deinceps, Act. 7. Exod. 4. apud quos illicitum & nefarium erat non modo, non circumcidi, ſed & incircumciſis dare & accipere mutuo filias, 34. imo vero domi habere tam vernaculos, quàm emptitios, alienigenas incircumciſus 17. Quod erat promiſſi Chriſti ſignaculum, quo exhibito, tam deſineret, ac rediretur ad antiquas & ſimpliciores baptiſmatis ceremonias.* Impoſitionis manuum & benedictionis, *Gen. 27, 48. 49.* Ceremonię & ritus externi, *vt* Olei fuſio, *vini libatio, Gen. 35. Decimarum præſtatio 14, & 28.* Purificationes & lauacra, *in Baptiſmi typum Gen. 35. Mundamini & mutate veſtimenta veſtra, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Domino, id eſt, abluite corpus è R. Abraham, Ex quo loco (inquit) diſcimus Iſraelitas debere eſſe mundo corpore & mundis veſtibus, quando locum conſtitutum precandi cauſa adeunt. Iob cap. 1. ſanctificabat filios ſuos vnoquoque die ſeptimo, vt in craſtinum intereſſent ſacrificio. Nempe eos præparabat in peruigilio certis luſtrationibus, ad quas alludit cap. 9. Si lotus fuero, quaſi aquis niuis & effulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me & abominabuntur me veſtimenta mea.* Feſta. *Sabbatum, vt minimum, ſacrum erat. Ibidem cap. 1. ſingulis diebus ſeptimis Iob conſurgens diluculo offerebat holocauſta pro numero ſeptem filiorum. Sic faciebat Iob cunctis diebus, vbi &* Proſabbatum, *quo & præſanctificabat & purificabat filios in craſtinum holocauſtum. Quare & poſterioribus ætatibus Iudæi diem Veneris* Herub, *id eſt, paraſceuem ſiue præparationem appellarunt. Addunt & Paſcha, vt proinde Angelis, eius veſpere, aduentibus Lot azyma coxerit, non fermentatos panes Gen. 19. R. Selomo è ſuis Veteribus.* Veſtes religioſę. *Nam in re diuina mutationis veſtium fit mentio Gen. 35.* Sacrificia cruenta. *Holocauſta Abrahæ Gen. 12. 13. 15. 22. Iſaac 26. Iacob 31. 33. 35. 46. Iob cap. 1. Eliphaz, Baldad, &* 1013. *Sophar c. 42. in quibus erant* Pacifica, *i. quæ non tota comburebantur, vt holocauſta, ſed pars ede-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni diluuij. 583.

datur. Genes. 31. Iacob immolatis victimis in monte vocauit fratres suos, vt ederent panem. Incruenta & communio. *Continuatio sacrificij Melchisedech in pane & vino in Typum Eucharistiæ Genes.* 14. *libamina Iacob* 35. Loca religiosa, templa. *Melchisedech templum in Salem extruxisse memoratur à Iosepho, in quo esset Ecclesiæ sedes primaria, Deique oraculum, de quo fortassis Gen.* 25. *Perrexit que Rebeca, vt consuleret Dominum. Altaria multa, seorsum quinque ab Abraham extructa Gen.* 12. 13. 15. 22. *Vbi quintum in Moria, in quo postea templum Salomonis, &* 23. *cœmeterium ab eodem Saræ & posteritati dedicatum. Altare in Bersabea Isaac ædificauit Gen.* 26. *in agro prope Sichem à se empto Iacob Gen.* 33. *qui & locum quendam dedicat & vocat Bethel, q. domum Dei Gen.* 35. *idque ex voto, quod nuncupauerat antequam veniret in Mesopotamiam* 28. Sacerdotium, Publicum ministerium, *Abraham, qui ideo animas in Haram fecisse legitur Gen.* 12. *id est, interpretantibus veteribus Hebræis, verbo & prædicatione Deo genuisse & conuertisse. Melchisedech* 14. *Iob* 1. *&* 42. *præter omnes primogenitos ea authoritate gaudentes.* Sacerdotum benedictiones. *Benedixit Abrahæ Melchisedech, Ibid.* 14. *Patrum benedictiones* 27. 28. 48, *&* 49. Oratio publica *Gen.* 35. *conuocata omni domo sua, abiicite (ait Iacob) omnes Deos alienos, mundamini, mutate vestimenta, surgite & ascendamus in Bethel & faciamus ibi altare Domino* 31. *vocat fratres suos ad victimas,* 46. *cum filiis venit ad puteum iuramenti, & pro fœlici descensu in Aegyptum Deo licat* 26. *Isaac deprecatus est Dominum pro vxore sua eo quod esset sterilis. Qui exaudiuit eum & dedit conceptum Rebeccæ, quod sæclum videtur in loco, in quem postea perrexit Rebecca, vt consuleret Dominum de ipso conceptu, Ibidem, Iob cap.* 1. *&* 42. *orat pro filiis & amicis, publicè & solenniter adhibitis holocaustis.* Traditiones, *Gen.* 34. *ritus gentis.* 18. *Abraham præcepit filiis suis & domui suæ post se vt custodirent viam Domini & facerent iudicium & iustitiam.* 26. *præcepta & mandata Domini & ceremonias legésque seruauit. Extabant scilicet diuinæ quædam leges & ceremoniæ nondum scriptæ, secundum quas etiam Iacob distinxit inter holocausta, quæ tota comburebantur, & Pacifica, quorum pars in sacrum epulum apponebatur, Gen.* 31. *Et Iudas dixit ad Onan filium suum, Ingredere ad vxorem fratris tui & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo, ebque mortuo ad Thamar, Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus Gen.* 38. *Nam ea est lex, quam scripto postea Moses sanxit Deut.* 25. *Et Thamar, quasi filiam Sacerdotis (Melchisedech) ob fornicationem esse comburendam. Nam & eam legem repetiuit Moses Leuit.* 21. *Adde vt traditiones veteris Ecclesiæ per tres solos homines deferri potuerunt ad Abraham, videlicet per Adam, Mathusalem, Noam, imo & ad Iacob, videlicet per Adam, Mathusalem, Sem, qui & Melchisedech, ita tertia hac ætate per tres ad Mosem nempe per Abraham, Iacob & Amram.* Rerum profanarum dedicationes, Imagines, *Lapis erectus in titulum à Iacob Gen.* 28. *sine in statuam. Nam sic exponunt Rabbini, addenter, nihil propterea ipsum commisisse contra præceptum, Exod.* 20. *Deut.* 16. *de non erigendo sculptili & statua, quoniam hoc præceptum postea fuerit à Mose latum pro tempore ob gentes effusas ad Idolatriam ruentes. Vide R. Isaac in* 20. *Gen. &* 18. *Leuit. Titulus lapideus vel potius statua lapidea, in loco, quem vocauit Bethel, id est domus Dei fuso oleo & libaris libamentibus Gen.* 35. *Locus nuncupatus Mahanam q. castra Dei Gen.* 32. *Alius Phanuel q. facies Dei, Ibidem. Virga Ioseph, cuius fastigium adorauit Iacob Hebr.* 11. Pœnitentia & eius actus, *Iob* 1. *sacrificia pro peccatis,* 42. *propter stultitiam pœnitentiam ago in fauilla & cinere. Socij Iob eam inculcant per totum illum librum.* Vota, *Gen.* 28. *vbi & decimarum persoluendarum professio.* Delectus ciborum. *Abstinentia ab immundis animalibus, vt superiore ætate. A nervo femoris, quod in eo fuisset percussus Iacob ab Angelo, indéque claudicasset Gen.* 32. Sanctorum vis & preces *Iob* 33. *Si fuerit pro homine angelus loquens vnus de mille, vt annuntiet hominis æquitatem, miserebitur eius (Deus) & dicet libera eum, vt non descendat in corruptionem.* 5. *ad aliquem sanctorum conuertere, quod Rabbini vulgo exponunt de Angelis & interrogantes legunt. Ad quemnam Sanctorum conuerteris? Gen.* 48. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomináque Patrum meorum Abraham, & Isaac.* 28. *scala Iacob Hebræis scala est prouidentiæ Dei, in qua Angeli ascendunt & descendunt, Ascendunt ad offerendas Deo nostras preces, adiuuandas & commendandas, descendunt ad nos iuuandos & tuendos. Gen.* 35. *Rachelem Iacob sepelit in Bethlehē, nō in spelunca duplici cum aliis Patriarchis, vt illic oraret pro posteris, essétque loci Patronus, R. Salomo Hieremiæ* 31. *è sapientum veterum scriptis, quemadmodum per to-*

1013.

tam

Anni diluuij. 583.

tam terram Sanctam dispersæ fuerunt diuersorum sanctorum reliquiæ & sacri cineres. Eccles. 49. *ossa Ioseph visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Quasi ad illa ederentur miracula, vt de Eliseo dixit* 48. *mortuum prophetauit corpus eius & in morte mirabilia operatus est. Nam Hebræis prophetare, est diuina vel dicere, vel facere.* Cura mortuorum, *sepultura, funebres exequiæ, officium funeris, ius sepulchri & cœmeteriorum, tituli sepulchrales Gen.* 23. 25. 26. 49. *&* 50. *vbi celebratur dies Quadragesimus, item Septuagesimus, denique exequiæ septem dierum. Gen.* 49. *præcepit eis, dicens. Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, Quæ est in agro Ephron Hettei contra Mamre in terra Chanaan, quam emit Abraham in possessionem sepulchri, ibi sepelierunt eum & Saram vxorem eius. Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua, ibi & Lia condita iacet.* 47. *adiurat Iosephum, dicens: Ne sepelias me in Aegypto, sed aufer me de terra hac, condásque in sepulchro maiorum meorum.* 50. *Iacob fodit sibi sepulchrum dum adhuc viueret. Act.* 7. *tam ipse quàm reliqui Patres nostri translati sunt (ex Aegypto) in Sichem post quadringintos annos Exod.* 13. *transfert, tandiu conseruata in loculo siue arca cum aromatibus; Ibidem,* 50. *Quæ fuit quædam reliquiarum translatio.* Preces pro defunctis, *post matrem defunctam Isaac exit in agrum ad orandum (sic enim habetur in fonte) Gen.* 24. *Quod & officium funeris ante inhumationem, & exequiarum per multos dies celebritas infert* 23. *&* 50. Iudicium futurum, *Iob* 31. *quid faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus, & cum quæsierit, quid respondebo ei?* 35. *Iudicaberis coram illo, expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde.* 34. *Elihu, opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis.* Vita æterna, resurrectio, *Genes.* 47. *& alibi vitam suam vocabant Patriarchæ peregrinationem, quasi patria se alibi habere crederent. Expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem, id est, cœlestem, Hebr.* 11. *Iacob salutem Dei se expectaturum in sepulchro confitetur, Christum professus, Genes.* 49. *Iob etiam resurrectionem carnis prædicat, cap.* 19. *&c.* Supplicium æternum. *In Iob sepius. Ciuitates Sodomorum & Gomorrheorum in cinerum redigens, euersione damnauit, exemplum eorum, qui impie acturi sunt ponens,* 2. *Petr.* 2. *Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates abeuntes post carnem alteram sactæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. B. Iuda in Canonica. Denique liber Iob tempore legis naturæ ideo videtur scriptus, vt superessent monumenta veteris Ecclesiæ, eiúsque fidei, doctrinæ, religionis, rituum & ceremoniarum ab omni antiquitate repetitarum, per quæ ad legem Mosis tandem peruentum est, dum antiqua illa pietas & virtus sensim in mortalibus collaberetur. Nam abunde & hos & alios religionis articulos & capita continet perspicuéque indicat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni diluuij. 1013.

A c ætate apud Gentes, vates & prophetæ erant Balaam & pater eius. Iob, Eliphaz Themanites, Baldad Suites, Sophar Naamathites, Elihu, & Berachael Buzites. *Seder Olam cap.* 21. (saltem initio huius ætatis.) Ita Ecclesia nondum alligata Iacobeorum familiæ.

E nostris Græci, vt Nissenus lib. de Trinit. Basilius quadam epistola ad Eustathium medicum, ex hoc catalogo excludunt Balaam. Nam vatem fuisse Satanæ, non Dei, existimant. Quare Deum & Dominum, quem consuluisse dicitur, Num. 22. 23. 24. Diabolum interpretantur, qui homonimως sic appelletur.

Post datam legem spiritus propheticus desiit afflare gentes, *Ibid. Seder.* Non hoc ei concesserim. Nam etiam Sibyllæ deinceps Christum & alia diuina prænunciabant.

Tres filij Choræ Assir, Elcana, Abiasaph. *Exod. 6.* vaticinantur in deserto, & psalmos multos condunt de Christo, qui, libro præsertim secundo Psalterij, continentur. Eo argumento Patres exilio mœrentes consolabantur. *Heb. Trad.* Sunt ex 11. Psalmorum auctoribus. *Ibid.* Similiter & Moses, cui Hebræi vndecim Psalmos primos libri 3. tribuunt, à 90. scilicet ad 101. *Midras Tehillim.*

Moses eruditus fuit in omni sapientia Ægyptiorum. *Act. 7.* Ante igitur Mosem, non quidem in Græcia, sed in barbaris gentibus, sicut in Ægypto, fuit nonnulla doctrina, quæ illorum sapientia diceretur. *Aug. lib. 18. Ciuit. c. 37.*

Vir Dei *Deut. 33. Ios. 14. Ps. 89.* Fidelis seruus in tota eius domo, *Hebr. 3.* minister veteris testamenti & propheta noui. *Aug.* cæteris prophetis clarius Deum conspexit, *Exod 33.* Christi passionem multiplici victimarum genere, ac eius alia mysteria multis sacris ritibus præsignauit.

In Æthiopia metu Pharaonis 40. annis exulauit, tot annos contemplationi dedens, donec ætatis octogesimo cerneret Deum clarius, quàm vlli vnquam hominum contigisset, populique conseruator destinaretur. *Bas. initio Hexame.* Æthiopiam interpretor terram Madian in Arabia, in quam fugerat. Eam enim etiam Scriptura Æthiopiam siue terrã Chus appellat, vt vxoré Mosis inde sumptam Æthiopissam, *Num. 12.* [Alter alij mulierem Aethiopissam fuisse ex interiore Aethiopia existimant. de qua Iosephus multa scribit inutilia relatu, nec satis credibilia quicquid dicant rerum illorum admiratores.]

Postquam prophetæ munus susceperit, vxoris notitia abstinuit, vt purius tam sanctæ functioni vacaret. *Epiph. hæres. 78.* Quod totidem verbis postea reperi in Hebraicis traditionibus, *Maimonim lib. 1. c. 7. pag. 11.*

Duodecim menses apud Pharaonem legationis munere fungitur, & 10. plagis eum affligit.

Legem primum remedium aduersus peccatum & Idololatriam omnia occupantem, præter natiuum sensum & historicum, mystico nobilem cœlitus tulit ad montem Sinai. Ea, omnia gratiæ arcana graphicè expressit. Nam Manna, mare rubrum, Potus è petra, Tabernaculum, sacra vasa, religiosæ vestes, Pontificia ornamenta, candelabrum, Leuitica sacrificia & ritus, omnes sacramentales etiam sunt, & typici.

Quin & Serpens æreus palo suspensus & in tabernaculo fixus ad spectantium salutem, *Num. 22.* Dominum de cruce pendentem salutis omnis auctorem & causam repræsentabat. *Iosephus, Philo & Rabbini.*

Ciborum, Verbi gratia, delectus & mundities, quam Moses tradit, non modo ad mysterium, vel mores, verum etiam ad valetudinem confert, sunt enim insalubres porcus, lepus, camelus, equus, choerogrillus, congrus, lampetra, anguilla, & cæteri pisces, pinnis, squamisque carentes, aquila, gryphus, omnia denique rapacia & notis aliis affecta, quæ signantur, Leuit. 11. Deut. 14.

Sic Tabernaculi materia, forma, partes, pelles, colores, vasa, instrumenta & cætera ad illud pertinentia, exemplari diuinitus proposito, non modo reconditam & anagogicam supercælestium rerum habuere significationem, sed & physicam, quam persequi non est huius instituti.

Legem absoluit tribus præceptorum generibus moralibus, iudicialibus, religiosis siue ceremonialibus tanti ponderis, vt moralia in Euangelio etiam obligent, quia iuris naturalis & diuini, Iudicialia, ferè retineantur, pauca relinquantur, corrigantur vel emolliantur, quia iuris pro gente & tempore positi. Ceremonialia recipiantur partim secùndum Spiritũ, arcanam intelligentiam & sensum, partim etiam secundum literam. Sunt enim duorum generum. Quædam figuralia, vmbrámque futuri Christi & Ecclesiæ habentia, cuiusmodi circumcisio, sacrificia, Sabbata, cibi immundi. Alia purè ritualia, ad cultũ Dei simplicitet pertinentia. Priora sublata sunt, vt vsque ad correctionis tempus imposita. Alia vsurpata, vt cultus Dei solennitas perpetuetur, qualia sunt templa, dedicationes, chori, vota, aqua lustralis, benedictiones, religiosæ vestes, genu flexiones, ordines Ecclesiastici, decimæ, primitiæ, processiones, visitationes sacrarum ædium & locorum, manuum expansiones, festa Pentecostæ, Paschatis, sublato victimarum vsu, cantus, imagines, organa, ieiunia, &c. *ex auctoribus iuris Orientalis, pag. 214. exempli Græci.*

Patres in Ægypto immolarunt agnos suos Paschales die Iouis. Die sequenti, egrediuntur, qui primus erat celebritatis Paschæ. *Seder cap. 5.* In noui testamenti per Christum liberatione eadem fuit temporis ratio.

Quinquagesimo post exitum die initium est primum Legis fœdus inter Deum & populum in monte Dei Oreb siue Sinai, confirmatúmque aspersione sanguinis. *Exod. 24.* Alterum in altera Moab. *Deut. 29.* comprehendens benedictiones & maledictiones. *Deut. 28. Kimhi 11. in Ierem.*

Festo Pentecostes, id est, die quinquagesimo ab exitu Tabernaculum iussum est construi in Pharan non procul à desertis Moab. Inde abierunt ad concupiscentiæ sepulcra. Tantum enim in monte Sinai hæserunt 12. menses, siue annum: Iuxtà illum & vicinas stationes biennium primum consumpserunt, Legem ferè integram consequuti. Deinde per 42 stationes valdè mysticas in promissionis terram peruenerunt.

In earum vna, nempe Cades Barné, in Sin Idumæorum deserto, an. 19 permanserũt. In cæteris nunc progredientes, nunc regredientes, nunc palantes, prout occasio & necessitas poscebat, in illa vasta Saracenorum solitudine, alios 19. annos contriuerunt. Sicque tandem quadragesimo anno ripam Iordanis Orientalem attigerunt. *Seder Olam cap. 8.*

Ipso anno egressionis mense secundo data est lex Israëlitis. Mense autem tertio in monte Sina decalogus. Anno secundo iterum data est lex die expiationum. *Seder Minor.*

Sic lex sancita est pro primo generali remedio aduersus Idololatriam, omnia occupantẽ & peccatũ vbique regnans, lege naturę per orbem propè obliterata & deleta, donec secũda multo efficacior & perfectior succederet. i. lex Christi.

2670. QVARTA ÆTAS IVDICVM, quæ & Deorum & Heroum quasi inuentus populi Dei (legis scriptæ prima.)

Quæ incipit anno mundi, 2670.

I.

2670. a Moses de tribu Leui, populi ex Ægypto educti Remp. in deserto administrauit annis 40. 1013. Deut. 1. & 29. 1055.

Aarone Pontifice. & per ordinẽ Eleazaro.

Amynta 17. deinde Belocho 2. Rege 18. an. 25. Assyriorum rege. 25.

Naasson & Salmone Principibus Iuda, & Christi maioribus. 1. Paral. 2.

Filiis tribus Coræ, & Eldad & Medad in deserto vaticinantibus. Num. 11.

2709. 1053.

bat.

Anni diluuij. 1013. | Anni mundi. 2670

MOSIS ET LEGIS DATÆ SÆCVLO.

2709. 1053.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primo ergo biennio, populo Israel sedente iuxta montem Sinaï & vicina loca, Moses construxit Tabernaculum, instituit leges ad religionem & Remipublicã pertinentes 449. & amplius, totis illis quadraginta diebus, quibus fuit in monte, quæ tandem aliis deinceps additis vsque ad 613. præcepta excreuerunt, affirmantia quidem 248. quot hominum ossa à Medicis numerantur. Negantia verò 395. quanta est summa dierum anni. Castrorum metandorum rationem ordinauit, nempe, vt in medio castrorum tenderetur Tabernaculum Domini, ternæ tribus singula eius latera cingerent platea ad mercatum in medio componeretur, &c. Quæ omnia parum distinctè à cæteris explicata, sic plana faciemus.

Iacobæi in deserto manserunt 40. an. & per 42. mansiones siue stationes, peruenerunt ad vlteriorem ripam Iordanis, *Num.* 33.

Annus primus cœpit 15. die mensis Nisan, qui Martius, festo Paschatis. Sic autem transactus est. Septimo die ad mare rubrum peruenerunt. Vsque ad 15. sequentis. i. Aprilis, vii sunt conspersione, quam de Ægypto exportauerant, per mensem scilicet integrum. Deinceps Manna & semel coturnicibus. *Exod.* 16.

Vigesimo secundo die Aprilis, primam Sabbati celebritatem agitarunt, *ibid.*

Mense tertio Siuan. i. Maïo, peruenerunt in solitudinem Sinai, vbi biduo Ioti, sanctificati & parati post tertium diem, descendente in montem Domino, & suæ præsentiæ maiestatem testante fumo, fulgure, flamma, tonitru, nube, cæteris quæ tremendis, Decalogum acceperunt. *Hieron. ad Fabiolam.*

Ita sexto die mensis illius, die scilicet Pentecostes, qui erat quinquagesimus ab exitu in Sinai, hoc est, duodecima statione, traditus est Decalogus. Sed & Lex multò vberius quàm antea, nempe ad 449. amplius præcepta, per 40. continuos illos dies, quibus Moses in monte ieiunus subsedit, vsque ad 17. mensis quarti Tammuz. i. Iunij, quo quidem die cùm peccasset populus, descendit & fregit tabulas. *R. Abraham in Cabbala hist.*

Decimo octauo Iunij placauit Dominum.

Vigesimo nono Ab, siue Iulij, ascendit iterum, & mensem Augustum illic in ieiunio transigens, vsque ad decimum Septembris, secundas tabulas est consequutus.

Deinceps per quatuor menses integros, Tabernaculum, quæque ad illud pertinebant, absoluit.

Hic 25. die mensis Adar siue Februarij, cœperunt dies consecrationum, primóque die Nisan, siue Martij expleti sunt, *Exod.* 40.

Atque ita totus liber Exodi ad primum annum pertinet.

Secundus autem ad hunc modum se habuit.

Mense Martio erectum est Tabernaculum. Aaron filiique eius purificati, fungi suis ministeriis incipiunt. Iuge sacrificium peragunt. Principes sua sacrificia offerunt. Populus suas primitias, decimas, vota, oblationes omnium generum, Leuitico descriptorum, quæ & deinceps continuant, cum Mosaïcis reliquis ritibus. Pascha denique in deserto primum celebrant.

Aprili numerantur per capita Israëlitæ. *Num.* 1. Pascha immundorum secundum agitant. *Num.* 9. Die autem vigesimo eleuata nube è tabernaculo castra mouent de Sinai ad sepulchra concupiscentiæ. *Num.* 10. Atque ita 12. menses diebus dumtaxat decem exemptis, morati sunt ad radices Sinai.

Maio, Maria ob lepram à cæterorum consortio eiicitur.

Exploratores in terram Chanaam mittuntur.

Iunium exploratores consumunt in suo negotio, Vin-

demiis

Anni mundi.

2670.

2709.

Anni diluuij.

1013.

1053.

In Aegypto.

Amasi an. 25. Deinde Chebrone an. 13.

In Europa.

Sicyoniorum 7 Thurimacho an. 47.

Argiuorum Inacho rege primo annis 50.

Athenienſium.

Cecrope primo rege annis, 50.

MOSIS ET LEGIS DATÆ SÆCVLO.

demiis in terra Chanaan incredibilis magnitudinis vuam exhibentibus.

Iulij nono post exploratorum reditum, decretum est cœlesti oraculo, Israëlitas non ingressuros terram propter incredulitatem. Sicque errare incipiunt in deserto sequentibus 38. annis. Tum accidit seditio Coræ & sociorum.

Sequentibus annis vsque ad decimum nonum hærent in Cades-Barné, *Deut.* 1. & 2.

Decimo nono anno contra Dei oraculum pugnam contra Amalechitas capessunt infœlicem. Vnde & in pœnam, aliis nouemdecim annis circa illum locum desident. Sic ab exitu fluxerunt 38.

Tricesimo nono anno veniunt in desertum Sin. Ibi moritur Maria, puteus deficit, ex quo noua querimonia & seditio, donec reflueret.

Quadragesimo & vltimo mittuntur nuntij ad regé Edom. Post tres menses in monte Hor Aaron moritur. Nubes desinit. Aliquandiu rex Chananeus retro Israëlitas vertit per 7. mansiones, *Deut.* 10. Qui denique resumptis animis sedes collocant prope Arnon, vincunt Seon & Og reges.

Huius vltimi anni mense vndecimo. i. Ianuario, primo die, Moses ad populum habuit Deuteronomium, summatim ingressuris terram explanans, quæ superioribus 40. annis ipsis acciderant per 36. dies, à primo videlicet Ianuarij vsque ad sextum Adar siue Februarij.

Sexto Februarij, Mosi mors sua reuelata est.

Septimo obiit, die scilicet Sabbati, tempore pomeridiano, etsi Hebræi eum translatum viuum magis existiment, sepulcúsque est ab Angelis, ita vt nullus cognosceret eius sepulchrum, an. ætatis 120. sanis oculis, dentibus integris, senio denique viridi, *Deut. Vlt.* cum in senibus præcipuè deficiant visus, dentes, humor.

Iosuam ministrum suum, suæ curæ successorem reliquit. Ita intra primum biennium ab exitu gesta sunt omnia, quæ à capite 12. Exodi, vsque ad extremum, in toto Leuitico & primis quatuordecim capp. Numerorum perscripta sunt. Cæteris 37. annis, manentibus in deserto, vt in Rep. bene constituta, vel vt in castris, contigerunt seditio Coræ & sociorum, ac aliæ historiæ & leges, capp. 15. 16. 17. 18. & 19. Numerorum conceptæ.

Reliqua vsque ad finem Deuteronomij anno vltimo & quadragesimo. Hæc sic libuit digerere, quoniam Mosaicæ historiæ ordo non satis alioqui in eius libris seruatus, paucis est cognitus. Quod etiam in Iosua mox obseruabimus.

Paulò ante mortẽ membranis volumnia Pentateuchi tredecim exarauit à primo ad vltimum vsque legis elementum. De quibus vnum cuilibet duodecim tribuum seruandum dedit. Decimum tertium Leuitis concessit. *Initio Missa.* Istud inclusum fuit tabernaculo, deinde templo Salomonico, quo sæpius, vt ab Achaz, Manasse profanato, & rebus sanctis dissipatis, non est mirum, si temporibus Iosiæ regis illud Legis exemplar repertum ab Helchia sacerdote inter templi ruinas, in magna propter scribam Mosem & antiquitatem fuerit veneratione. 4. *Reg.*

De eius corpore altercatus est Michaël Archangelus cum Diabolo. *Iudæ Canonica* v. 9. Nempe quia Diabolus eius sepulturam cupiebat manifestà vt Iudæos ad Idololatriam prouocaret, quod nolebat Michael, qui & vicit, structo ei sepulchro, quod nulli hominum esset cognitum. è Deut. vlt. *Glossa & D. Thomas in illum locum*, vel vt Moses in Deum consecraretur. *Theodorit. quæst.* 43. *Deuter.*

Vel quia Diabolus, ne Moses diuinus homo prophetico maior haberetur, eum sepeliri humano more, pro

Anni mundi.

2709.

Anni diluuij.

1053.

Universidad de Deusto
Biblioteca

furiure (qui mortis corruptionisque habebat imperium, *Hebr.2.* cuiusque panis est puluis, id est, corpus nostrum, *Esa.63. Genes. 3.*) cupiebat, vt Iudæis eum redderet contemptiorem minúsque præstantem, cum contrà Archangelus eius corpus, tanquam diuinioris hominis subduci vellet ex viuorum oculis, sepelirique augustiore nobiliorèque modo, quàm mortali, nempe Angelorũ ministerio, vt Iudæi intelligerent Mosem verè fuisse prophetam, verèque in diuinam vitam translatum, sicut Henoch & Elias, siue euadendo in naturam spiritalem, siue non videndo corruptionem, atque ita in ipsius, vt diuini hominis, legem magis inflammarentur. *Ex Hippolyti fragmento apud Theodorit. lib.2. Polymorphi pag.39.*

Hinc Mosem non esse mortuum, sed occultatum scribit Ioseph. *lib.4. Ant. c. vlt.* Ambrosius, *in Hexam.* Ioachimus Abbas *in Apocalyp. c.11 pag.146.*

Hinc R. Mose proœmio in Misna. Septimo die (inquit) mensis duodecimi sub meridiem montem Horeb scandens, ad superos receptus est. Nam cum dira non tetigit mortis corruptio, sed in sublimis gloriæ montem gaudiúmque sempiternum commigrauit.

[Huc pertinet liber Origenis de Ascensu Mosis. Et apparet raptum fuisse etiam sine morte, quia Christo Domino in sua transfiguratione astitit, cum Elia: tanquam eiusdem compos beatitudinis, in corpore simul & in anima. Sunt enim illi tres in testimonium gentibus, Enoch, Moses, Elias, Primus fidei. Heb.11. secundus spei, Ecclesiast.45. vbi dicitur factum à Deo Sanctis gloriosis, hoc est Angelis parem. tertius charitatis, ignis est charitas, *Eccl.*48.]

Naasson & Amminadab pater duces Iuda, primi in mare sequuntur Mosem. Deinde tribus Iuda cæteris cunctantibus, anno post secundo moritur Naasson *R. Selo. 1. Par. 1.*

Salmon Naassonis filius, dux introitus in terram cum Iosuë. *R. Selo. 1. Par. 1.*

Exierunt reliqui cum auro & argento, & non erat in tribubus eorum infirmus Psal.104.

Besaleel filius Vri nepotis Caleb tredecimo ætatis tabernaculum admirabile conficit. *R. Selo. 1. Par. 2.* è lignis Sittim de genere Cedri præstantissimo, pellibus arietum rubricatis, & Taxorum, cuius animantis pelles pilo sunt horrido & æstui aquisque arcendis accommodo.

Adiecit æs, aurum, argentum & è lanea materia filum colore hyacinthorum Orientalium, purpuram, coccum bis tinctum, (Cramesium appellamus) byssum & caprarum pilos, è quibus fiunt Camelotæ.

Arcam constituxit cedrinis Sittim asseribus, laminis aureis interius exteriúsque obductam, in superiore limbo coronatam spira aurea cornicis instar, quæ operculum (id est, propitiatorii) complecteretur. in angulis annulos quatuor habentem, per quos duo vectes lignei auro quoque obducti ad exportandum traiicerentur.

Propitiatorium siue arcæ tegmen pure aureum, duas puerorum alatorum imagines ex auro solido sustinens, qui vtroque ex latere stantes se mutuo aspicerent facie ad propitiatorij spatium conuersa, vt insidentem alis suis, pedibúsque arcam prementem Deum veluti cernerent, eique sedilis formam parerent. Quæ sedes Dei dicebatur, vt Psalm.79. & 98. Nescio vnde aliqui habuerint maris & fœminæ specie fuisse distinctos, cum per omnia æquales & similes Scriptura formet.

Mensam panum corpore Sittino, extremitate vndique aurea, prominente ambitu aureo cum coronide, adiunctis quatuor pedibus, quibus quatuor annuli inessent ad excipiendos duos vectes cedrinos auro obductos, gestandi causa.

Anni mundi.	Anni diluuij.
2670.	1013.
2709.	1053.

Candelabrum purè aureum, in cuius summo, è forma pomi scypho comprehensi septem rami emittebantur, medius videlicet rectus, tres vtrinque paulo ob flexum altiores, ternis patulis scyphis distincti, in modum amygdalæ apertæ, quæ vna parte est acutior, altera obtusior, cum pomo emittẽte florem, quo imponenda lucerna exciperetur. Erant autem lucernæ septem pro septem planetarum numero, perpetuo lucentes, quibus duo instrumentorum genera inseruirent, & ipsa aurea. Emũctorium instar maioris forcipis, quo emuncta extinguerentur, vel filum ignis lucem obscurans præscinderetur. Protractorium, specie parue forcipis, quo lucernæ elychnium traheretur & aptaretur.

[Illæ septem lucernæ erant septem candelabra. 7. Ecclesiæ 7. spiritus. Apocaly. 1. & Zach. 4.]

Aurea denique omnis generis instrumenta & vala ad mensæ & altaris vsus, lances, cochlearia, semisistulas, discos, opercula in tiaræ formam erecta, & alia eiusmodi, quibus postea pagani, præsertim Numa, ad sua impia sacra abusi sunt.

Quid de Mose exteri.

Citatur ex Eupolemo & Artapano lib. de Iudæis Græcis hist. Mosem literas dedisse Aegyptiis, eũdémque fuisse Mercurium illum, qui propter literarum inuentionem, à Græcis tantopere celebratur. *Euseb. lib.9. de præparat. cap.4.*

Adoptatum fuisse à Meri filia Pharaonis Cenephris. A Cenephri virtutis ipsius æmulo missum contra Aethiopas cum inexercitato Iudæorum milite, quos vicerit & ad circumcisionem adegerit. Fugisse tandem in Arabiam, vbi duxerit filiam Raguelis illius loci regis. Chenepri tandem lepra mortuo in Aegyptum rediisse, vbi multa patrarit miracula virga, tandémque populares suos in sedes patrias reduxerit. Ex quo Aegyptios deinceps habuisse virgam in suis templis, eámque veneratos esse. *Ibid.*

Primum docuisse Grammaticam, siue artem legendi (quod tamen Philo rectius Abrahæ tribuit) ex Eupolemo, lib. de Regibus Iudææ. *Clemens Alex. lib.4. Strо.*

Magiæ quoddam genus à Mose & Iocabetha Iudæis pendere. *Plinius lib.30. c.1.* Intellexerat scilicet aliquid de miraculis ab eo perpetratis, quæ tribuebat Magię, non diuinæ virtuti, vbi & Cabalam putauit esse nomen fœminæ, non artis, vel disciplinæ.

[De Iocabetha est intelligendum, quæ est mater Mosis. vxor Amram non de Cabbala.]

Regnãte Inacho apud Græcos, & Amasi apud Aegyptios Mosem eduxisse Israëlitas. *Ptolemus Mendesius. Appion Grammaticus lib.4. histo. Berosus, Polemon Theodotus, Ipsicrates & Moschus. Phœnicum historiæ.*

Verè omnia scripsisse, idque testimonio Sanchoniathonis Berytij, qui non multo post vixerit, Porphyrius, *lib.4. contra Christianos citante Eusebio.*

Strabo lib. 16. Geogr. fuisse Hierophantem Aegyptium, & cùm molestè ferret eorum instituta, illinc demigrasse. Nam docebat (inquit) quo pacto Aegyptij non recte saperent, qui ferarum & pecorum imagines Deo tribuerent, itémque Lybes & Græci, qui ideos hominum formis figurarent.

Apud Iudæos Moses ab Iao, quem illi Deum inuocant, acceptas leges se dare præ se ferebat. *Diod. Siculus, lib.1. Bibliothecæ.*

Conatus est exprimere nomen tetragrammaton, sed satis incommodè. Nam literę quidem ad hunc sonum inflecti possunt, vt ad illum quem hodie multi nouitatis cupidi efferunt, *Iona* vel *Jehona*, verum aliena, imò verò irreligiosa,

Anni mundi.	Anni diluuij.
2670	1013
1709	1053

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperita, noua & barbara pronuntiatione, vt contra Calvinianos & Bezanos multis locis docuimus. Nam Dei nomen est ineffabile & innominabile, quemadmodum & ipsius essentia incomprehensibilis. Quare nec Apostoli, nec Septuaginta, nec vlli veteres aliter pronunciarunt, vel veterût, quàm Adonai, nec magis sciuerunt, quid esset, *Iehoua*, vel Ioua, quàm quòd nusquam existit in rerum natura.

Diodorus interim, imò & vetus oraculum apud Macrob. lib. 1. Sat. c. 18. & Hieronymus in Psalm. 8. & Clemens Alexandr. lib. 5. Stromaton *Iao*, vel inserta aspiratione *Iaho*, religiosius proferunt, quàm isti, qui in *Iouem* transformant, quia remotius à Iouis dæmonis detestanda memoria. Pronunciabatur quidem die Expiationis, & in solennibus benedictionibus suis characteribus & literis, at vel eius genuina prolatio per temporis longinquitatem & longam ob euersum templum desuetudinem obliuioni tradita est, vel est *thuè* (Ieuè habet Ioachimus Abbas in 1. Apoc.) vel Iahué (cuius Apocope sit *Iah* in illo vulgato *Hahelu Iah.*) ἰαΰέ, vt Theodoritus in Epitome diuinorum dogmatum Samaritas protulisse ait.

[Indubiè illud Iaho debet referri à Iah. vnde est alleluiah. Et propriè de spiritu sancto accipitur, vt adonai de filio, & Elohim de Patre. Iehouah autem totam trinitatem complectitur, & simul materiam ipsam idealiter in mente diuina tam vt exemplar, quàm vt cognitionis principium, existentem. D. thom. 1. p. q. 15. ar. 1. 2. Inde est ergo quòd nollent Dei maiestatem, illius arcano nomine explicato, vulgo profano exponere: vt illius nomen Innominabile dicerent.]

In re ignota neque vnquam à veteribus vsurpata censeo veterem consuetudinem retinendam, & etiã quãdo suis characteribus nun exprimitur, *Adonai* pronuntiandum & vertendum. Sic enim Apostoli, sic Sibyllæ, sic septuaginta, sic Origenes in Hexaplis, sic Epiphanius hæres. 76, sic Tertull. de Resurrectione carnis, sic noster interpres Exod. 6. & Iudith 16. sic reliqui antiqui interpretes, qui multi fuêre. Sic Hieronymus multis locis, sic Damascenus, sic Theodoritus, sic Lyranus, sic Lindanus, sic Reuchlinus, lib. 2. de Verbo mirifico. Sic Vatablus, sic Mercerus, sie Rabbini omnes tam veteres quàm recentes, sic cuncti denique, præter vnum Sanctem, simodo ab hæreticis in eo exercitatissimis non sit corruptus, qui vocem peregrinam *Iehoua* primus cõfinxit, ac irreligiosa profanáque nouitate nouatores istos imbuit. *Cætera lib. 1. de Trinit. aduersus eos, qui Deum primùm Mosi sub hoc sanctissimo nomine patefactum, Exod. 6. cum Ioue Gentilium confundunt, aut certè conspirare volunt.*

Hunc vsque adeo admiratus, imitatúsque est Plato, vt Numenius Pythagoricus dixerit. Nihil aliud esse Platonem, quam Mosem Atticũ. Et in libro de Bono, Iudæi huius dogmata, sectatum esse Pythagoram. Et in Epinomide, Scientiarum causam fuisse quendam barbarum. Et post, à Syris & Aegyptiis cuncta manasse. Syriæ autem pars est Iudæa.

Denique Platonem & Pythagoram sua omnia didicisse, ab Aegyptiis & Syris, nominato Mose, quẽ magnum Theologum, legislatorem & prophetam vocat, & Ianne & Mamre magis, quos ait coram rege conatos edere Mosis miracula.

Ea de causa fortasse Clearchus Peripateticus scripsit Aristotelem fuisse Iudæum, & Demetrius Phaleteus etiam ipse Peripateticus Alexandrinam bibliothecam non satis instructum putauit, quoad Hebræorum lege, sapientiæ & philosophiæ fonte atque principio careret.

Anni mundi. 1013

Anni diluuij. 2670

1053. 2709.

MOSIS ET LEGISLATIONIS SÆCVLO.

Mosis

Anni diluuij. 1013

Anni mundi. 2670

Moses quem præter paternæ scientiæ hæreditatem formæ pulchritudo commendabat *Iust. hist. lib. 36.* præficitur à Pharaone bello aduersus Aethiopas, quos vicit, solóque æquatis multis vrbibus, tandem ad Meroë muros compulit. Quam & post obsidionem, Tarbi Aethiopum regis filia in vxorem accepta, obtinuit. *Ioseph. lib. 2. Antiq. cap. 5.*

Citantur & alia ex Hecatæo Abderite, qui sequens Alexandri magni exercitum scripsit librum de Iudæis, ex Alexandro Polyhistore.

Mosis æmuli & maleuoli longè alia sparserunt, Satana familiam sanctam Patriarchatum infamia & odio conante apud impios aspergere, ne expetita eius communione, benedictionum & promissionum diuinarum participes efficerentur.

Hinc Manetho, Trogus, Iustinus, Tacitus & plerique alij comminiscuntur Iudæos scabie confectos duce Mose pulsos, ab Aegyptiis responso monitis, ne pestis ad plures serperet. Ipsos verò ne metu contagionis inuisi, iterum apud vicinos forent, cauisse ne cum peregrinis communicarent. Atqui vt his calumniis occurreretur, Spiritus sanctus contrà voluit, vt præcipua cura apud Iudæos haberetur de omnis generis scabie & lepra, vtque infecti à consortio reliquorum magno studio & ceremonia separarentur, sicque mortalium purissimi euaderent & ostenderentur. *Leuit. 14. & alibi.*

Sic Mosis & Iudæorum Græci & Latini vel rarissimè meminerunt, vel malignè ferè. Primum quoniam, vt Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus apud Philadelphum professus est, Theopompus & cæteri qui de iis scribere instituerant aduersam corporis & animi valetudinem incurrerunt, nolente Spiritu sancto profanos de sacris scribere.

Secundò, quia Satanas illorum memoriam, quorum adoptio erat, & gloria, testamentum, & cultus & promissa, & diuinum eloquium sepelire studebat.

Tertiò, quoniam vt Iosephus ait, non habebant regionem maritimam, nec negotiationibus multis, versus has præsertim partes vtebantur, suæ terræ opibus, quæ erant maximæ, contenti, vt proinde eos Iustinus hist. habuisse legem narrauerit, ne cum peregrinis communicarent. Nam Iudei legis diuinæ dono & prærogatiua tumentes, reliquos pro canibus ducebant.

Quartò, quoniam Græcorum & Latinorum historiæ in idem sæculum non cadunt. Siquidem à tempore Mosis ad bellum Trojanum plus 500. an. effluxerunt. Deinde à Troiano vsque ad Cyrum, ante quem nihil certo tenent Græci, cum in eo Iudæorum historia ferè desinat, anni sunt plus minus septingenti. Ita mille annorum historia apud Iudæos floruit, & ordine perscripta est, antequam Græca inciperet, ac vbi Iudaica desinit, altera propriè auspicatur.

Cæteras causas prudentis studio & meditationi relinquo, quibus eadem opera iudicabit, cur etiam rerum Christianarum stupendum sit silentium apud scriptores Ethnicos etiam si earum luce, magnitudine & successu perstringerentur.

Moses poëtis omnibus præluxit. Nam Iobi historiam spondaicis versibus repræsentauit, & Cantica, scorsum illud Deut. 32. elegiaco carmine, vt versibus alternatim senis & quinis constent pedibus. *Euseb. lib. 11. præpa. cap. 3. Hieron. ex Iosepho.* Ad quos modos tria extant cantica apud Esaiam, vineæ scilicet, vrbis Sion, & Exechiæ. *Isidor.* Quod æmulati Græci veteres, hexametris suas cantiones & odas conficiebant. Primus enim Alemam Lacedæmonius, Olympiades

2709

1053

MOSIS ET LEGIS DATÆ SÆCVLO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

27. introduxit, τὸ μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν. *Suidas.* Non dubium, quia audierat Hebræos etiam, vt Dauidem, Salomonem, Ieremiam, suaues alios modos & mensuras excogitasse & vsurpasse, de quibus poëmatibus suo loco. Quare heroicum carmen oraculo Pythio non debemus, quamuis ante Troianum bellum probetur fuisse, vt Plinio visum est, *lib.7. cap.56.* multo minus Homero, vt Horatio placuit. *in arte.*

Hoc nobile inuentum, Hebræis inuidet & detrahit Iulianus Apostata, apud Cyrillum lib.7. contra eundem.

Aaron creatus est Pontifex. Ab illo ad Dinasum, qui bellitempore per discordiam Pontifex ordinatus est, numero omnes 84 fuere. Sub tabernaculo 13. Sub templo Salomonico 18. Reliqui stante templo secundo: qui plurimi sunt quoniam non vt ante, mortuis, sed viuis viui subrogabantur. *Egesippus lib.2.cap.13.*

Mosis sæculo periodus siue duratio humanæ vitæ dimidio imminuitur e Ps. 89. quo, versu 1. Moses illius Psalmi auctor inscribitur. Nam v. 10. vita hominũ redacta canitur ad annos 70 vel ad summum 80. idque in valentioribus & firmis constitutis, vt quicquid sit reliquum sit labor & dolor.

Hoc iam fit tertio. Nã *sub Arphaxad* mox à diluuio, quotquot post eum geniti sunt vsque ad Phaleg redacti sunt ad 400 & aliquot annos. i. ad mediã ætatem eorum, qui antecesserant. Deinde *sub Phaleg* ad 200. i. ad dimidiam vitam proximorum.

Iam hac quarta ætate ad 100. In sequentibus magis ac magis continuo deficient. Nam etsi hodie, qui ad senium mundi perrigimus, multi ad 70 & octoginta perueniant, at non cum bono robore, absque dolore & afflictione, cũ Moses vel Dauid illo Psalmo loquantur de tempore, quo in viridi statu & vigore homo permanere possit, cum commoda valetudine, absque vitæ tædio per optimam sensuum, & membrorum functionem atque officia. Quod vix hodie contigit quinquagesimo, etiam infirmioribus. Adeo hodie celeriter senescimus, *Consule Titelemanum, lib.8. Phys. c.22.*

Externa Mosis sæcula.

Vti Deus parturiebat hac tempestate Ecclesiam in Abrahę familia, ita Satanas suam synagogam in gentibus. Nam circa hos dies monstrata videntur à duabûs columbis ex Aegypto prouolantibus, duo oracula, Hammonis in Lybia, & Dodonei in Græcia, quæ proinde vetustissima omnium esse scribit Herodot. lib.2. Vode & Hammonis vocabulum factum videtur ab Ham siue Cham Noë filio, & Dodanim nomen habetur *Gen.* 10. Idque vt duobus Hebraicorũ oraculorum generibus responderent, quorum vnum Vrim & Thummim in Ephod erat mutũ, perinde ac Hammonium, alterum æquè ac Dodoneum vocale, è viua vel Dei, vel variis voce.

Belochus 2. Assyriorum rex, artem ariolandi & diuinandi inuenit, aut potius illustrauit. Baal siue Beli sacerdos. Huius filia Actossa, quæ & Semiramis, cum eo regnauit 7. *Euseb.*

Balaam Mesopotamius professione vates & ariolus, cuius vaticina etiam de Christo (*Num.* 22. 23. 24.) descripta & seruata apud Orientales artis eius discipulos, vsque ad Christum, ad quem Magi, eius adducti prædicto, venerunt adorandum. *Orig. hom.13 in Numeros.*

Qui quamuis augur esset, proindéque dæmonum cultor, ei quidem respondet Deus, non quidem ab ipso vocatus, sed ab ipso ignoratus. Ita ei apparuit non dæmon, quem consulebat & inuocabat, sed Deus, quem neque consulebat, neque

Anni mundi.		Anni diluuij.
2670.	*Lex remedium aduersus Idololatriam omni tunc occupãtem & peccatum vbique regnans. Item pædagogus ad Christum aduersus obliuionẽ in promissionum de Christo patribus factarum vbique vigentem, ad tempus introducitur, quousque scilicet lex perfectior nempe lex spiritus velut Rosa in literæ calyculo occlusa exoriretur per Christũ verum lumen illustraturum totum mundum & efficacius perfectiusque medicamentũ inducturum.*	1013.
	Ecclesiæ locum collocauit in Palestina vt in orbis centro ac vmbilico, iuxta illud Psal. Operatus es salutem in medio terræ. Quoniam locus ille opportunior ad Dei notitiam in omnes oras transmittendã, vt centrum ad lineas in circumferentiam traducendas. Nam nauigatione per mare Mediterraneum facilis & planus traiectus in vniuersũ Occidentem & Septentrionẽ per mare Rubrum in Orientem & Meridiem.	
	Pedestri itinere per Isthmum Ægyptiacum in totam Africam, per apertum ex opposito continentem in reliquas orbis partes.	
2709.		1053.

sciebat.

MOSIS ET LEGIS LATÆ SÆCVLO.

Anni diluuij.	Anni mundi.	
		sciebat. *Theod. q.40. & seq. in Numer.*
		Hac etiam Mosis ætate Aegyptium Cecropem primum Athenienſium regem vixisse autumant, & Athenas condidisse. Etsi Plato in Timęo Amasim regem eius vrbis conditorem faciat.
1013	2670	Et Ogygẽ Atticũ, vt Africanus apud Euseb. lib. 10. Præp. Inachum quoque primum Argorum in Thessalia regem Oceani & tertæ filium, annis 400 circiter ante Troianum bellum. Quod regnum durat an. 544.
		Cecrops leges de coniugiis edidit aduersus barbatiem Græcorum, cósque legibus ad humanitatem perduxit, regnans in Attica anno 35 Mosis. annis 375 ante Troïæ expugnationem, *Euseb. Nangiac.*
		Ab eo vsque ad primam Olympiadem numerantur reges 17. Principes verò, quos mors tantum finiebat, 12. sub quibus apud Græcos multa mira narrantur. *Nangiacus.*
		Nec multo post Io in Aegyptum, de agricultura multa docens, profecta est, Isis dea nuncupata. *Euseb in Chron.*
		Apis filius Pharaonis filij Inachi regis Argiuorum (fama fortasse submersi Pharaonis) vt regnum occuparet, nauigauit in Aegyptum, vbi Deus putatur. *Nangiacus.*
		Post Cecropem nati feruntur dij Græcorum ante Troianum bellum 250. annis. Nam Saturnus ipse ex diis antiquioribus, non nisi centum annis ante bellum Troianum in Italia regnauit.
		Ideo autem deorum istorum sæculum non satis definitè annotari potest, quia 300 his annis multi fuerunt Saturni, Ioues, Mercurij, Apollines, & quidem cuncti illustres. *Cic. in lib. de Natura Deorum.* Interim nulli antecesserunt Mosem & Cecropem. *Ioseph. in Proœmio Antiquit.*
		A diis ad Romam conditam mille propè annis & ad Christum mille septingenti numerantur. (*ut quit Arnobius lib.2. cont. Gentes.*)
		Narrationes fabulosæ (quarum meminit Herodot. lib. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 9. & Diod. Sicul. de historia fabulo.) De Io filia Inachi Argiuorum Regis à Phœnicibus rapta & abducta, Osyrique regi collocata, ex qua Epaphum siue Apim genuerit, De Europa regis Phœnicum filia in Cretam abducta, De Sisipho condente Corinthum, De Minoë Cretensium Legislatore, latè in Creta & insulis Aegei maris regnante, circa hos Mosis & sequentium Iudicum dies incidisse existimantur.
		Nam Herodotus lib. 7. desertè scribit Minoem viguisse τρίτῃ γενεῇ ἀπὸ τῶν τρωικῶν, tertio sæculo ante res Troianas.
		Item historiæ fabulosæ de Pelope, Sesostri, Heraclidis, Adrasto rege Argiuorum, Perseo, Aereo, Proteo rege Aegypti, Eurysteo, Argonautis, Medea, Oedipo, Thera, &c. hæc Iudicũ Hebraicorum tempora minimè excedũt, adeò vt hæc Iudicũ Hebraicorum tempora minimè excedũt, adeò vt alij ad summum Mosis haberi possint οὐ γχόσιοι, alij Iosuë alij alius è Iudicibus posterioribus. Qui quoniam magis noti apud posteros permanserunt è nomine & incerto rumore, quàm vlla rerum gestarum scripta historia, pertinent ad libros Diodori Siculi, quibus inscriptionem tribuit, de Historia fabulosa.
1053	2709	Tunc vt legis lucem, quam Deus proferebat, vehementius obscuraret Satanas, Telmisei excoluerunt diuinationem ex insomniis, Cares ex astris, Phryges & Isauri ex volatu auium, Cyprij ex euisceratione victimarum, Persæ ex magia, vt eius inuentores dicantur: cùm interea Babylonij Astrologiam: Aegyptij Geometriam: literarum disciplinas Phœnices studiosè tractarẽt. *Tatianus oratione cõtra Gentes.* Vnde Moses legitur instructus omni Aegyptiorũ sapientia, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic in Assyria Ballaam gentium vates, cuius insipientiam & auaritiam, asina humana voce vtens, coarguit: Quo simili prodigio bos Romæ loquutus perhibetur tempore bellorũ Punicorum. Item post mortem Cæsaris, P. Dolabella fasces tenente. *Iulius Obsequens de Prodigiis.* Et gallus Gallinaceus anno Vrbis 676 *Plinius, lib. 10. c. 21.* — Anni mundi. 2709.

Husan rex Idumæorum.

Hic locant Hermem Trimegistum philosophum numinis instar apud Aegyptios cultum. Deinde Chat eius filium. Sed quàm rectè postea dicam in Ptolomæo secundo.

Denique Orum regem Aegypti Osyridis filium, quem Græci Apollinem nominent, deorum in Aegypto postremum ex Herodoto li. 2. Post quos primum regnasse Menam ex eodem tradunt.

Diluuium Deucalionis in Thessalia annis circiter 800 post generale Noë, 810 ante vrbem conditam, quando Liber pater Indiam subigebat. *Oros. lib. 1. cap. 9.* 230 post diluuium Ogygis Thebarum Boetiarum regis.

Quo tempore Pelasgi vetustissima Græciæ gens ab Aetolis & Locris pulsa, in Epirum & Italiam migrarunt. *Thucid. statim initio.*

Paulò post, Phaetonte Molossorum primo rege, conflagratio, exustioque terrarum, præsertim in Aethiopia & Italia, quæ in tribus locis arsit circa Istros, Cyroxos, Vesuuios, & multæ per terras pestilentię. *Plato.* Quidam putant esse Phut tertium filium Cham, quoniam vterque venit in Aethiopiam. 2709

b Anni omnes, quibus Israëlitæ seruiisse exteris gentibus, captiuique fuisse memorantur in Iudicũ lib. subsequentium, & aliquando præcedentium Iudicum annis continentur, nec seorsum debent numerari, vt qui simul currant. Itaque quando legitur sub hoc vel illo Iudice terram quieuisse per annos aliquot, sensus est. Israelitas liberatos huius aut illius Iudicis ministerio, deinceps quieuisse à præliis. Hæc non modo constãs est Hebræorum traditio, item Eusebij, Augustini, Orosij, Isidori, Bedæ, Fasciculi temporum: verum etiam Scripturæ sententia, in qua 3. Reg. 6. omnino anni huius quartæ ætatis recensentur quadringenti octoginta. 2727

Quamuis eorum membratim reperiendorum obscuritatem artulit ipsa Scriptura. dum annos principatus Iosue, Samuelis & Saiilis transiliit.

Alioqui iuxta volumen Iudicum aliter intellectum multa interregna essent constituenda, & consurgentibus annis minimum sexcentis, expressa superioris Scripturæ authoritas eneruaretur. Hoc ergo sequi debent, qui veram temporum rationem tenere cupiunt.

Nimis enim temerè Seuerus Sulpitius in Epitome erroris vel mendi arguit prædictum Regum locum, & Funccius cap. 13 Actorum. Nam, vt inquit Augustinus, si semel fateamur locum aliquem Scripturæ esse corruptum, aliorum auctoritas vacillat, nec iam sacra est.

Quare tempora Iudicum à Mose vsque ad Samuelem sunt 395 anni, incluso Mose. Quibus si addas 40. Samuelis & Saul, 40 Dauidis, & tres primos Salomonis, existent 480. qui nunc numerantur ab exitu ad templum. Nec error est in Actis Apost. c. 13. positis 450. pro 350. vt impudenter Funccio excidit. Nam ille numerus 450 respicit ad Exod. 12. *Habitatio filiorum Israel in Ægypto 430. annorum*, non ad tempora Iudicum, à Iosue ad Samuelem.

[Ità se habet textus Act. Apost. 13. Vers. 20. *quasi post 450. annos*, quod pendet à superiore versu, *Et distribuit sorte eis terrã eorum*, illud autem, *post*, repetendum est ab illo versu 17. *cum essent*

b Iosve, de tribu Effraim an. 18. — Anni mundi. 2709.

Pontifice Eleazaro.

Bellopare 19. rege Assyriorum an. 30. — 2727.

Anni diluuij. 1053. — Iud. 3. — 1071.

Salmone principe Iuda & Christi propagatore.

Chebrone Ægypti secũdo rege post submersum Pharaonẽ, deinde Amenosi, an. 21.

In Europa.

Sicyoniorum Turimacho Rege septimo, deinde Leucippo an. 53.

essent incolæ. &c.

Iosuë Chananæos partim interfecit, partim terra sancta depulit. Horum reliquiæ traduntur migrasse in Germaniam, Sclauoniam, & regiones vicinas. *in Seder Olam.* Vnde Germania Chananæorum propago, ferarum potius quàm hominum domicilium Tacito visa est, sine vrbibus, sine oppidis, sine castris, sine cohærentibus ædificiis. Quare & inter regiones Scythię habita. *Plin. lib. 4. cap. 12.* Et certè illa ætate totum Occidentem fuisse vacuum, paulatim verò in eius regiones venisse Orientales populos, apparet è crebris in Europam populorum infusionibus, quarum meminere historici.

Etenim ante tres mille annos tota ferè Europa vacua erat, vt qui primi eam inhabitare cœperint, appellati sint Aborigines, locis maritimis primùm omnium habitatis, cultisque, vt Italia, Dalmatia, Gallia Narbonensi, quòd illuc primus & facilior propter mare esset transitus.

Chananæorum alij migrarunt in Aegyptum, deinde in Africam, in qua ædificarunt multas vrbes vsque ad colũnas Herculis, inter reliquas Tingin in Numidia, duabus columnis candido lapide erectis cum hac inscriptione, characteribus Phœniciis & lingua. *Nos hi sumus, qui fugimus ante latronem Iosuam filium Nun. Procop. lib. 2 de bello Vand. & Epiph. alicubi.* propter quam affinitatem contingere potuit, vt Sidonia Dido cum media vrbis parte eo demigraret, & Carthaginem conderet, Nam hoc nomen est Chananeum siue Syriacum קרחא בר *Vrbs media.* Et Plauti etiam temporibus lingua Africana erat Phœniciæ & Syriacæ dialectus, vt ex eius Pœnulo liquet.

Nec Iudæis res fuit cum imbellibus aut paucis. Nam Iabin rex Azor, aduersus eos congregarat 24 Reges, secum habentes 300 armatorum millia, & duo millia falcatorum curruum. Et Adonisedec rex Hierusalem quinque secum assumptis Regibus, copiosissimum contra eos duxit exercitum.

Iosue 18 annis administrauit Rempublicam. Obiit anno ætatis 110. Et superfuerũt 17 annis reliquiæ seniorum Israel. *R. Abraham in Cabbala historica.* Id potest colligi ex annis Caleb *Iosue* 14.

Rerum suarum Commentarios scripsit & Deuteronomij postremos versus, ob hoc scilicet loco, *Et mortuus est Moses. R. Mose Kimhi in sua Grammatica.*

Solus in ingressu terræ superarat è 600 millibus egressis de Aegypto cum Caleb, qui *Ios.* 14 tam fortis & vegetus ad beliandum & gradiendum ætatis octogesimo quinto, quàm cum erat quadragenarius. Vndo & in senio res suas Iudæorúmque mirè auxit. *Iud.* 1.

Quatuordecim annorum res gestas liber Iosuæ complectitur. Septem enim in subigenda terra, septem aliis in diuidenda occupatus fuit, quanto tempore Tabernaculum Domini fuit in Galgal. Post quos ædificauit vrbem Tamnath-Sara, Item congregauit populum Domini in Silo, &c. *Sub finem libri Ios.* Quæ hic facilè percipientur.

Octauo die Februarij, anno quadragesimo ab exitu finiẽte, gubernacula Iosue suscipit ad Iordanis ripam.

Populus ascendit de Iordane decimo die mensis primi, id est, Martij, *Ios.* 4.

Venit ad montem Garizim & Ebal, seque astringit benedictionibus & maledictionibus Legis.

Vndecimo parat Iosuë acutos cultros, ad futuram populi circumcisionem.

Decimo quarto festũ Paschæ agitauit, immolatis agnis. *Iosue* 5. Túmque cœpit quadragesimus primus annus ab exitu. — Anni mundi. 2709. — 2727. — Anni diluuij. 1053. — 1071.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decimo sexto offerunt manipulum frugum.
Vigesimo secundo mandata accipiunt de circumeunda Iericunte.
Tribus mensibus bella Iericuntis, Haï & Gabaonis conficiunt vsque ad tertium Iunij.
Septem annos consumunt in subigenda maiore illius regionis partet, vt colligitur è verbis Caleb *Ios.* 14.
Septem alios in terra sortito diuidunda, & singulis tribubus præter Leuiticam suis terræ portionibus assignandis, quæ vndecim fuêre. Nam duodecima pars Enachim, data est Calebo.
Decimo quinto ab ingressu anno, incipit constitui legis integra obseruatio, vt numerari decimæ, anni remissionum Iubilæi.
Eodem tempore vocat Iosue Rubenitas, Gadditas & dimidiam tribum Manasse, & dimittit in terram Galaad trans Iordanem, in cuius littore monimenti sui ædificant altare miræ magnitudinis.
In Silo fixit tabernaculum in 369 annos vsque ad extrema tempora Heli, structura lapidea infernè extructa, & cortinis supernè dispositis, arca de Galgal (*Ios.* 14.) translata. *Seder Olam, cap.* 11.
Tempus administrationis eius annis octodecim rectè definitur, quoniam subductis aliorum temporibus & in vnam summam collectis, intelligimus, quid summæ 480 annorum 3 Reg. 6 positæ desit, & qui anni ad eam explendam sint necessarij.
Et sanè non diu vixit post terræ partitionem. Quare R. Mose *in More. lib.* 2. *cap.* 32 quatuordecim ei tantum tribuit existimans videlicet mox post illam partitionem defunctum. Præsertim cum quot post illos 14 in debellanda diuidundáque Chanaan consumptos, vixerit, non scribatur. Verũ quia post multos dies cõuentum habuisse Ios. 23 traditur, necesse est aliquot annos superstes fuerit?
R. quidem Selomo scribit Seder ei tribuisse 28. sed non id satis sibi liquere. Rectè. Nam non nisi octodecim congruunt.
Hebræi tamen ferè Seder sequuntur, ac Denos supra centum vitæ Iosuë sic distribuunt. Egressus ex Aegypto ministrabat Mosi *Exod.* 24. puer quidem & vnus è ministris eius, *Ibid.* 33 & *Num.* 11. id est, quadraginta duûm annorum, *R. Selom.* 1. *Par* 2. Pueros enim & iuuenes alicuius etiam grandes natu vocant, præsertim si seruiunt & ministrant, vt sint vocabula non ætatis, sed conditionis, vel vigoris & firmæ valetudinis. Postea cũ Mose vixit in deserto 40 annis. Mortuo Mose rexit populum 28 Summa 110.
At stante huius ætatis fundamento, non nisi octodecim ducis officio fungi potuit. Itaque necesse est vt in exitu plures habuerit annos, nempe 52. quibus si addas 40 sui apud Mosem ministerij, existent 92. Deinde supererunt 18 ducatus. Qui omnes curriculum 100 definiunt.
Vnde nec Abben Ezra assentitur R. Selomoni, sed potius Talmudicis, qui Iosue assignant 56. quo tempore puer est appellatus, *Exod.* 33. *Num.* 11. nempe anno post exitum tertio, quod cum summa nostra conuenit. Nam cæteri 57 Deserti, & 18 principatus decem & centum complent.
Nec verò incredibile sit tam grandæuum appellari puerũ. Isaac Genes. 22. puer appellatur, quo tempore offerebatur, quẽ tamen Hebræi credut fuisse triginta septẽ ann. 3. Ezræ 3. Zorobabel iuuenis dicitur, quo tempore erat custos corporis Darij, cùm tunc minimum esset septuagenarius. Nam Scriptura gradus ætatis interdum metitur corporum constitutione, vt cum Salomonem senem, vitæ quinquagesimo secundo appellat, haud dubiè quia tum confecto erat corpore propter venerem.

Anni mundi.
2709.

Argiuorum Inacho Rege primo, deinde Phoroneo an. 60.

Athenienſium Cecrope, deinde Granao an. 9.

2727.

Anni diluuij.
1053.

1071.

MOSIS ET LEGIS LATÆ SÆCVLO.

Anno igitur post partam quietem quarto, obiit. Non vt Hebræi ferè putant decimo tertio, vt eius principatus annorum fuerit 27 aut 28. vel decimo iuxta Iosephum, qui ei 25 tribuit.
Funiculi mensorij, quibus ipse & Eleazarus Pontifex vsi sunt ad distribuendam terram, non erant externi & materiati, qui reuera ducerentur è termino terræ sanctę in terminũ. (Nam hoc prodigij simile) sed Geometricæ siue Mathematicæ lineæ mente & phantasia conceptæ. Colebant scilicet Mathemata, à quibus ad se ea multis post sæculis Græci transtulerunt.
Appellatus est & Iesus non modo apud Apostolos & 70. interpretes, verum etiam in Hebraico contextu Nehem. 8. vers. 17. Nimirum vel ex nomine, nedũ rebus & gestis præsignificabat Iesum Christum, cuius est propriè Mosi succedere, saluare à gigantibus & cæteris hostibus, introducere electos in terram promissam, hæreditatem inter regni filios partiri, bella Domini gerere, ciuitates refugij constituere ad remissionem peccatorum, &c.
Echorographia Palestinæ à triginta vno viris conscripta inter septem reliquas tribus, quibus ager & possessio nondum erat assignata, reliquam Palæstinam sortito distribuit. Nam vsque ad id tempus, quinque duntaxat, tribus, possessiones citra sortes acceperant, aliis in castris remanentibus, tribus videlicet Ruben, Gad, dimidia Manasse trans Iordanem, Iuda & Ephraim, & altera dimidia Manasse citra. *Iosue* 18.
Sed & Leuitis separauit 48 ciuitates ad habitandum. Ios. 20. sed illis multo plures postea obtigerunt. 1 *Par.* 6
Tum in terra sancta trecentæ octoginta vrbes, siue oppida florentissima extabant, cùm hac ætate eorum quatuor vix notari possint. *Brocchardus in Mappa.*
E quibus per sortem (non donum vel eleemosynam) septuaginta addictæ leguntur iuri Ecclesiastico, 1 *Par.* 6. Præter villas, suburbana, primitias, decimas, (omitto spontaneas oblationes & donationes à Dauide & aliis factas) quorum omnium ratione terræ sanctæ plusquam tertia pars erat de iure & patrimonio Ecclesiæ Mosaicæ, vt & ipsa tertium vel potius primum de tribus Reipublicæ ordinem cõstituebat. *Contra impios, qui dolent Christi & Ecclesiæ ipsius patrimonium diuinis ministeriis, rebus pijs & pauperibus impendendum, esse locuples.*
Eius forma fermè quadrangula, cuius limites quatuor indicantur, Gen. 10 Sidon, Gaza, Sodoma, Iessa, quæ postea Cæsarea Philippi. Nam hîc Peræa, siue regio trans Iordanem non comprehẽditur, vt quæ etiam hodie magis ad Arabiam, quàm terram Chanaan siue Palæstinam pertineat.
Littoris secũdum mare Mediterraneum extensio est per 160 millia passuum. Aequalis & longitudo recta linea à Iordanis fontibus seu Dan ad Beersabee siue Bersammam, nisi quod nauigantibus, littorum anfractus aliquantò longiores sunt viæ. Latitudo autem à Sorbonitide, paludæ quæ patet in Austrum à Gaza abest, per deserta ad montem Seir & mare mortuum 103 millium est Italicorum. Sic Septentrionalis latitudo à Sidone per Libanum ad Damascum pene par priori, nisi quòd aliquanto angustior. *Hieron.*
Terra sancta continet quadraginta parsaoth. i. parasangas siue leucas Persicas, quarum decem sunt iter vnius diei *Elias è Talmudicis in Tisbi.* Quod ita interpretor, vt quia ferè quadrata est, adiuncta regione transiordanina, quodlibet latus centum ferè leucas Persicas complectatur. Alioqui enim est

Anni mundi.
2709.

2727.

Universidad de Deusto
Biblioteca

latior triplo, quàm vbi longissima est. Nam ab Ioppe vsque ad Traconos, montes, tantum numerantur sexaginta millia passuum. i. tria itinera, quod spatium Iordane concluditur. At à Libano ad fluuium Aegypti Rhinocoruram, siue a Dan ad Beersabeem centum sexaginta. quòd terratum discrimen vix nouem diebus absoluitur.

Anni mundi. 2709.

Post captiuitatem Babylonicam confusis terminis & finibus duodecim tribuum, secuta est alia diuisio. Ac pars Meridionalis cœpit vocari *Iudæa*; capiens tribus Iuda & Benjamin. Septentrionalis *Galilea* comprehendens quinque tribus Dan, Nephtalim, in ortu Aquilonari; Zabulon, Aser, Isacha versus mare. Intermedia *Samaria* complexa duas antiquas tribus Ephraim & Simeon, cum dimidia Manassæ. Orientalis trans Iordanem *Perea*, duas alias continens Gad & Ruben cum altera Manassæ dimidia.

Anni diluuij. 3053.

Edoctus est Iosue à Mose legis iurisque diuinæ intelligentiâ. *Ioseph. lib. 4. Antiq. ca. 7.* Eam docet seniores septuaginta, qui per ordinem eam communicarunt cum prophetis & prophetæ cũ sapientibus. i. Scribis & Pharisæis, à quibus Rabbini se suam sapientiã accepisse gloriantur. *Pirke Abboth. cap. 1.* hoc vocant Cabbala, siue legem ore acceptam.

Prima Synodus in Sichem, Eleazaro Pontifice, Iosue iudice, senioribus assidentibus de prohibenda societate cum gentibus, auferendis diis alienis, sepeliendis ossibus Ioseph. Ios. 24. Probabile est in ea legem ore traditã siue Cabbalam senioribus fuisse commissam, quam per ordinem prophetis traderent vt Hebræi referũt in Pirkè Abboth.

Eodem anno obiit Eleazar pontifex, quo Iosue. *Seder Olam.*

Quidam inter Iosuem & Othonialem collocant Iudam, sed hoc nomen i *Iud.* Hebræi accipiunt non pro individuo, sed pro tota tribu, quam dicunt cum tribu Simeon Adonisedec Hebronis regem cepisse, & cætera gessisse, quæ illic narrantur.

E quibus victoriis post diuisionẽ generalem per Iosuem factam secuta est subdiuisio inter capita & principes eiusdẽ tribus. Nam *Assur* de filiis Hezron pater (id est, Dominus) fuit oppidi Tecuæ. *Mesa* filius Ziph Maresę & Hebronis. *Magon* Beth suris, *Saaph* Madmannæ, *Seua* Macbenæ & Gabaę. *Sobal* Kiriath-Iearim, è qua postea exorti sunt habitatores vrbium Sargæ & Estaol. *Salma* Beth-leemi, *Horeph* Beth-gadetis. 1 *Par.* 2.

Penuel de tribu Iuda pater fuit (id est, Dominus) oppidi Ghedor. *Ezer* Husæ. *Tehinna* vrbis Nahas. *Ibid. c. 4.*

[Quòd Patres dicti sunt Reges aut Domini inde est, quia primus apud homines fuit status œconomicus, & paterna auctoritas. Deinde quia Reges ipsi vel per nefas, gubernationem & dominatum aliorum occupantes: eodem titulo gaudere videbantur. Ad quod pertinet nomen Abrek tributum Iosęph in Genesi, quod refertur lingua ęgyptiaca, vocabulo serapidis, nam *ser* principem sonat, *apis* pro *abis*, id est pater, *ab* hebræum est, *is* terminatio ęgyptia pro *j* hebraica *abi*. p. autem *pro* b. ægyptij vsurpant. vt vicissim Arabes nullum p. habent sed tantum. ph.]

Iabes suam fortè valde auxit, & ex se denominauit vrbem Iabes Chananeis ereptam. *Ibid.*

Filij *Esron* inhabitarunt vrbem Recha. *Iaba* vrbẽ Estemoam *Ioab* vrbem fabrorum fabris lignariis, lapidariis, & ferrariis assignatam. *Ibid.*

Jered rexit Ghedoram *Heber* Sucho, *Iekuthiel* Zanaam, *Garmeus*. keilan. *Ibid.*

Ex filiis *Sela*, qui filius fuit patriarchę Iuda, *Her* consecutus est principatum Lechę, *Lagda* Maresæ, *Esboa* Bethanodath habbuz, id est, vrbem, in qua conficiebatur byssus, cuius proinde habitatores erant linorum teleque opifices. *Ioab* & *Saraph* dominum cœperunt in Moabitas.

Habitatores Cozebæ fuerũt de eiusdẽ *Sela* posteris, 1 *Par.* 4

Scribæ siue doctores de genere *Cin* siue *Tethronis* soceri Mosis per *Hammath* Rechabitarum patrẽ inhabitarunt Iabes. 1 *Par.* 2.

2727.

1071.

Anni diluuij. 1071.

IOSVE SÆCVLO.

Anni mundi. 2727.

Raab nupsit Iosue. *R. Mose præcept. neg. 112.* & Salmoni. *Mat.* 1. qui fuit de ingredientibus terram, mortuúsque est post Iosue. *Seder Olam.* Cùm exploratores recepit, erat meretrix, vt nostris placet: vt Hebræis, cauponaria: nam zonã vtramque significat. *Iosue* 2.

[Ex vocabulo malè intellecto πορνή pro meretrice accipitur. Atqui πορνή dicitur hospitatrix, ἀπὸ τοῦ πορνέω τὸ ξενίζω, extra habitando, καταπαλαίω sũpto significato, pro extraneorum hospitatrice.]

Profana ætate Iosue.

Cadmus Thebis Bœotiæ à se conditis regnans. è cuius filia Semele Bacchus.

Cadmo expulso successit Amphion & Zetus.

Cadmus à קדם quasi Orientalis (ab Oriente enim in Occidentem venit) ante argonauticam Iasonis expeditionem, è Phœnicia in Bœotiã, Europam subacturus, nauigauit, & dedit Græcis sedecim literas, id est, literarum picturam, lineamenta & nomina. Nam disciplinas Græci vix post mille annos degustarunt. Græci agnoscunt illa elementa sui non esse inuenti apud Varronẽ lib. 1. de Anagolia. Cùm enim Crates Græcus philosophus quæstionem grammaticam in Græcia agitaret, cur non diceretur, ἄλφα ἄλφατος, vt γράμμα γράμματος, responderunt alij Græci: Hæc non sunt vocabula nostra, sed barbara, vt hac Græcorum confessione non has ipsorum literas esse perspicuum euadat.

Phœnices primi, fama si creditmus, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris. Lucan. lib. 3.

Phœnices accepta literarum notitia ab Hebræis, ob viciniam, literarum ordinem & numerum Græcorum pueris dederunt, ob mutua vtriusque gentis commercia. *Ex Eupolemo Græco scriptore in hist.*

Ab Hello Deucalionis filio, Thessalo, Græci omnes Hellines dicti. *Thucid. initio.* Sed fabulosè. Nam ab Elisa filio Iauan, *Gen.* 10.

Galates Celtarum rex. Deinde Narbon, de quibus antea.

Busiris in Aegypto regnum inuadit, & immanem tyrannum agit.

Heliopolis, quæ & Thebę in Aegypto, Cyrenæ in Lybia extruuntur.

Vt Cadmus characteres Græcos, sic Phœnix frater eius Phœniceos condidit, æmulati vicinorum Hebræorum literas & nomina. Vermiculum instituit, vnde color puniceus conficitur. Bythinam vrbem condidit.

1071 Iud. 3. 1111 — c OTHONIEL de tribu Iuda, an. 40. *Eleazaro & Phinee Pontificibus.* — 2727 2767

Pelasgi à Cadmeis pulsi ad Pindum, &c.

Tyrrhenus filius Atys Lydorum regis, migrat in Italiam, & pulsis Vmbris illic considet. *Herod. lib. 1.*

c QVIDAM absurdũ putant à morte Iosuæ vsque ad mortem Othonielis tertij iudicis, annos duntaxat 40 numerari, ac statim post eius mortem alterius præfecturam incipere, cùm Scriptura dic. 1 Iosue vltimo. Iud. 2. & 3. seruiuisse Israelem Domino cunctis diebus Iosue ac seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & nouerant omnia opera Domini, donec surrexit noua generatio seruiens Baalim, traditúmque in manus diripientium, quousque suscitatus est Othoniel, qui eos liberaret. Sed illi non intellexerunt pro *longo tempore*, legi Hebraicè, *multis diebus*. id est, 17 annis, vt omnes Hebræi intelligunt, quibus scilicet seniores ipsi Iosue superfuerant Nam sub 20 annum Othonielis, aut etiam post, his paulo ante mortuis, cœperunt præuaricari, & sic venire in ditionem Cusan regis Mesopotamiæ per annos 8. à qua per Othonielem iam Iudicis potestate fungentem, 2767. liberati sunt. Et sanè nullo modo est probabile post Iosuam Othonielem vltra quadraginta annos vixisse, nedum imp e-

IIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rasse, cùm extiterit vnus è grandioribus terram hostiliter ingredientibus & partientibus. Præterea est obseruandum primum illud & secundum caput Iudicum cum magna parte tertij esse veluti prologum totius libri de præuaricante identidem populo & resipiscente, cuius causa nunc seruituti subiiceret, nunc Iudici faueret Deus ad eum liberãdum, Non igitur pertinet ad proximum Iudicem duntaxat, verum etiam ad reliquos, atque ita excludit interregna, quæ alioqui prima fronte multa videri possent.

R. Abraham in Cabbala & ferè Hebræi inter Iosuë & Othonielem interregnum constituunt 17 annorum, quibus scilicet tradunt per Seniores à Mose ordinatos Iosuæque superstites Rempub. fuisse administratam. Sed illi currunt cum Othonielis magistratu, vt & octo anni quibus subiecti fuêre Hebræi Regi alienigenæ, ob præcedentes causas, & quia officiunt summæ 480 annorum. 3. *Reg.* 6. fixæ.

Hoc autem interregnum ideo illi constituunt, quia 13 annos duntaxat assignant Samuelis & Saülis principatui. Atqui è Diuo Paulo Actorum. 13. ei tribuendi sunt quadraginta.

Aliqui etiam iuterponunt Iudæ principatum è Iudic. 1. vbi post mortem Iosuë consuluerunt filij Israel Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos, contra Chananæum, & erit dux belli? Dixitque Dominus, Iudas ascendet. Verum ex Hebræis & Iosepho libr. 5. Antiq. cap. 2. Iudas illic non nomen est proprium, sed patronymicum de tota tribu, è qua assumptus est Othoniel.

Sic Simeon, pro tribu Simeonis Iudæ finitimo, Ioseph, Manasses, Ephraim, Aser, Nephtali, Dan, quarum tribuum viri fortes duce Othoniele Chananæorum reliquias bello persequuntur, Chananæum, Iebusæum, Pherezæum subigunt, vrbem Hierusalem capiunt, incendunt Gazam, Ascalonem, & Accaronem Palæstinis eripiunt, compræhendunt Adonibezec, &c. *Ibid.*

Sunt igitur statim post mortem Iosuë iudices creati, quod & narrat Apostolus. Post destructas (inquit) septem gentes terræ Chanaam, & terram sorte distributam Deus dedit Iudices populo. *Act.* 13.

Iudices hi vsque ad Samuelem dicti sunt, quòd penes eos auctoritas esset dicendi ius, & administrandi Rempublicam, iuxta Legem à Mose positam. Diademate aut sceptro, vt Reges non vtebantur: hæreditarij non erat, sed partim auctoritate prudentum hominum creabantur, vt Iephte Iud. 11. partim à Deo excitabantur vocatione peculiari. *Iud.* 2. Eorũ potestas non erat Regia siue arbitraria & mera, sed politica & temperata siue mixta: nempe populum regebant iuxta ipsius leges & instituta, vt qui Dux appellatur ad Venetos. Vnde Iosephus passim hunc principatum vocat Aristocratiam, opponitque Monarchiæ, quæ humana temeritate, & præsumptione, non legis à Deo & sapientibus positæ præscripto res solet moderari. Sic D. Thomas lib. 2. de Regimine princip. cap. 2. & lib. 4. cap. 1.

[D. Thom. præ omnibus Regium decus tuetur, & ita docet in eodem libro de Regimine Principum, per totum. sed hæc de temeritate humana refert ad populatem illum tumultum, tempore Samuelis, contra statum Pontificiũ, à Deo institutũ. Cæterùm nequaquam temeritate aliquâ factum, vt summa rei ad vnum referretur, sed necessitate & rebus dictantibus. ff. de Orig. Iur. lib. 2. §. Nouissimè.

Octo anni, quibus primum Israelitæ sunt oppressi, comprehenduntur sub his 40. quibus postea dicitur terra quieuisse sub Othoniele, *Iud.* 3.

Iudicum enim tempore Israelitæ vexati sunt à vicinis regibus & populis Mesopotamiæ, Syriæ, Ammonitis, Moabitis,

Anni mundi.		Anni diluuij.
2727.	*Salmone Principe Iudæ & Christi progenitore.*	1071.
	Lampride Assyr. rege.	
	Amenosi Ægyptitertio, deinde Mephre an. 12. Mispharmutosi an. 26.	
	In Europa. *Sicyoniorũ Leucippo rege octauo, deinde Messapo an. 47.*	
2767.		1111.

Anni diluuij.		Anni mundi.
1071.	*Argiuorum Phoroneo rege secundo.*	2727.
	Graneo Atheniensium secundo, mox Amphytrione an. 10.	
1111.		2767.

tis, Madianitis, Chananæis & Philistæis.

Sic Othonieli attribuenda sunt, quæ Iudas. i. tribus Iudæ, cum Simeonis 1. cap. Iudic. gessit post Iosuæ excessum.

Tribules Dan locorum angustia pressi ab Amorrhæis, deliberant de quærendis nouis sedibus. *Iud.* 1. Id perficiunt in ipso monte Libano ad fontes Iordanis, excisis & sublatis incolis vrbis Lais siue Lesem, in extrema sorte tribus Aser, post Sidonem, quam Dan nominant. Vi auferunt idolum Michæ, ad eas sedes abducto Ionatham filio Gersom Mosis filij, vt illic ipse & posteri sacerdotio fungerentur vsque ad diem captiuitatis suæ, manente apud eos idolo Michæ, quandiu domus Dei fuit in Silo, *Iud.* 18. Captiuitatem appellat diem, quo capti sunt Danitæ à Palestinis cũ Arca, 1. *Reg.* 4. ad quod vsque tempus videntur Danitæ se Idololatria contaminasse, sacra illis procurante Ionathan & filiis eius deinceps.

Historia igitur idoli Michæ, atque eius per Danitas vi sublati, constupratio vxoris Leuitæ, & cædes vniuersæ ferè tribus Benjamin euenere diebus Othonielis, vt auctori Sedet Olam placet: non vt Iosepho, paulò ante Othonielem, cùm populus opprimeretur seruitute Cusan regis Mesopotamiæ, inter Iosuë scilicet & Othonielem per octo annos. Ita quinque vltima capita Iudicũ, secundũ caput libri proximè præcedere, aut mox sequi debuerunt. Nam certè inter Samsonem & Heli nullum fuisse videtur intetuallum, etiam si R. Dauid in 4. Ezech. & R. Mose in Misna, inter illos ista contigisse putet. Et Suidas *in Benjamin*, itémque Samson, sub Samsone potius.

Nec obstat quod illic toties repetitur (*cap.* 17. 18 21.) tunc (id est, diebus Othonielis, vt intetpretor) nullum fuisse regem siue magistratum in Israël, sed vnumquemque quod sibi rectum videbatur, hoc fecisse: Nam significatur Iudices non fuisse potestate regia, herili & despotica, siue tanta vt possent libere & pro arbitro cogere priuatorum hominum audaciam & temeritatem. Eorum enim potestas erat politica & mixta isto præsertim tempore, quo magistratus adhuc erat recens, neque bene confirmatus. Rex ergo non illic significat simpliciter magistratum, sed principem, qui omnia per se posset.

De quo D. Thomas vbi suprà. Quamuis in Iudicibus vnus dominaretur, tamen quia regimen pendebat è pluribus, non regale sed politicum erat eorum Dominium. Regale enim quædam est arbitraria potestas, ac regum voluntas pro Lege est, vt parum differant à tyrannis: cum politicum sit secundum Reipubl. Leges & Decreta totius multitudinis, vel optimatum, quibus iuta Reip. tradita sunt.

Nec etiam obstat, quod initio capitis 17. post extrema verba decimi sexti *Iudicauitque* (Samson) *Israel annis 20.* sequatur *fuitque eo tempore vir, &c.* Nam illud est interpositum à nostro interprete, quòd haud dubiè illa existimaret statim contigisse mortuo Samsone per interregnum inter ipsum & Heli, non sub Othoniele. Sed repugnat, quòd capite vigesimo Phinees filius Eleazari, filij Aaron tum fuisse domus Dei præpositus asseritur. Nam sic annum trecentesimum trigesimum excessisset.

Phinees ea tempestate adhuc erat in viuis, *Iud.* 20. Itaque qui illa inter Samsonem & Heli contigisse volunt, sentiunt Phineem annis amplius trecentis vixisse, vt R. Mose Ægyptius in suo Misna.

Quod & Talmudici videntur velle. Phineem enim aiunt spiritum propheticum perdidisse, quia noluit absoluere suo voto Iephten. *R. Selom.* 1. *Par.* 9.

In castris Benjaminitarum septingenti reperti sunt ambidextri, & ita lapidem iaculantes, vt capillum possent percu-

OTHONIELIS SÆCVLO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tere, reliquis intactis. *Iud.*10.

Temporibus Iudicum Gétes suos habebant reges, 1. *Reg.* 8. cum Iudæorum res magis esset Aristocratica, imò ex Iosepho Theocratica, in qua Deus per pontifices primum, deinde Iudices politicos populum suum gubernaret. | *Anni mundi.* 2767. | | *Anni Iulianj.* 1111.

Externa.

Scytharum primus rex Targitus præfinitè annis mille vixit, ante Darij expeditionem in Scythiam. *Herod. lib.*4. Extitit igitur his Othonielis diebus.

Cusath Resaim Mesopotamiæ rex. *Iud.*2.

Adonibezec rex Pherezæorum & Chananæorum, cùm Reges 70. amputatis manuum & pedum extremitatibus, sub mensa, more canum aluisset, tandem à Iudæis victus, simili sorte periit. *Iud.*1.

Curetes & Corybantes Gnossam condunt, qui modulatam inter se & concinentem in armis saltationem docuerũt. *Euseb. Plin. lib.*7. *cap.* 56.

d AIOD Eglonem regem Moab, qui graui seruitute per annos 18. populum Dei premebat, & Idola in Galgalis posuerat, vbi solebat esse tabernaculum, sica in femur defixa, sinistra manu, qua æque fortiter vtebatur ac dextera, interemit. 2767.

4.

d AIOD, Hebræis EHVD ambidexter de tribu Benjamin cum interregno, annis 80. | *Iud.*3. 1191.

Eglonis autem octodecim, quibus oppressit populum, comprehenduntur sub octoginta, quibus terra quieuisse traditur sub Aiod vel Ehud. *Ens. Hebræi.* Sic deinceps anni omnes seruitutis cum annis Iudicum sequentium confunduntur. Perperam enim quidam ab illis hos distingunt, vt & Eusebius narrat post Hebræos. 2847.

Inde comparato exercitu Moabitas, adortus, decem millibus interfectis, gentem deleuit & quieuit terra octoginta eius annis, quibus fuit populi iudex & dux.

Samgar pugnans pro Israële, sexcentos homines cædit stimulo boum, seu vomere, extremo anno huius iudicis. *R. Abraham in Cab.* Iudex tertius quibusdam, sed perperam.

Pontific. Phinee.

Tres extiterunt Booz, tribus Iudæ nobilissimi, quorum primus Salmonis fuit filius, alter nepos, tertius abnepos, *Lyra in* 2. *&* 4. *Ruth.* Qui tanquam vnus numerantur in Dauidis & Christi genealogia, *Ruth* 4. *&* *Mat.*1. Iuxta Hebræorum regulam, cuius meminit Kimhi initio Aggæi. Nepotes sunt tanquam filij. Puto autem à Salmone ad ipsum Booz, siue à Raab ad Ruth (quod spatium fuit minimum trecentorum annorum) Principes Iuda, Christi, & Dauidis maiores, illis scripturæ locis de tam sancto catalogo fuisse eiectos propter ignauiam. Vnde nihil memoria dignum leguntur toto Iudicum libro gessisse.

Salomone & Booz primo principibus Iuda & Christi maioribus. 1. *Par.*2. *Ruth* 4.

Profana ætate Aiod.

Ætas deorum. *Ioseph in præm. Antiq.* posterius tamen posuerim, non longe scilicet ante bellum Thebanum & Troianum, quod ipsorum deorum sæculo, quo terras deseruerant, gestum historiæ prophanæ loquuntur, deorum liberis in eo occisis. Deos enim Græci ex hominibus natos crediderunt. *Herod. lib.*1. Hinc Cic 1. Tuscul. Si verò scrutari vetera, & ex eis, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner, ipsi illi maiorum Gentium dii, qui habentur, hinc à nobis profecti in cœlum reperientur. Quare quorum demonstrentur sepulchra in Græcia, reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradantur mysteriis. Tum denique, quàm hoc latè patet intelliges. Porro deos istos maiores duobus his verbibus Ennius fuerat complexus.

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.
Saturnum & Bacchum addit, *Euseb lib.* 4. *de Præp.*
Sed Bacchus cum Hercule & Pane recentissimus Deorũ. 2847.

*Regib. Assyr.*21. *Bellopare, Lampride* 20. *an.* 32. *Sosare* 21. *annis* 20. *Lampare* 21. *annis* 30.

Mispharmutosi Ægypti quinto, deinde Tutomosi annis 9.

*Amenophi an.*31. *Oro magno ad.*38. 1191

Annis Iulianj. 1191.

In Europa.

Sicyoniorum Mesapo rege nono, deinde Erato annis, 46. | *Anni mundi.* 2847.

Herod. lib. 2. Nili quod secretiori historia (vt Aug. ait) plures fuere, qui Hercules & Liberi Patres & Apollines dicti sunt, De quo lege Ciceron. lib. de Natura Deorum.

[Hesiodus tamen in Θεογονίᾳ dum ex Erebo & alijs tot numina producit, facile ostendit non omnes Deos putasse veteres Græcos, ex hominibus extitisse: sed ex secretiore origine.]

Vetus Idololatria, quam retinuerunt Persæ, Chaldæi, & reliqui Orientales, magis erat posita in cultu planetarum & syderum, id est, vt loquuntur prophetæ, militiæ cœli, & idolorum, quæ non modo syderum, tanquam deorum immortalium simulachra & signa haberentur, verum etiam eorum diuinitatis & virtutis domicilia, sedes & quasi corpora. Quanquàm etiam hominum mortuorum, vt Beli, consecrationem adhibuit, quorum nominibus appellari, salutari, responsa dare, oracula fundere, & varia ostentare studebant dæmones.

Hinc Diodorus, nempe à Cæloaut Dæmogorgone & Saturno reliquisque continentibus Deorum fabulis orsus est. Sic Aug. ex hoc tempore confictas à Græcis Deorum fabulas retulit lib. 18. de Ciuit.

Argiuorum Phoroneo Rege secundo, deinde Api an. 35. quem dicunt fuisse Serapin. *Argo an.*70. à quo Argiui, quo regnante Græcia vti cœpit frugibus, & habere *segetes delatis aliunde seminibus.*

A Pelope qui regnauit in Græcia, Peloponnesus, Pandionis filio, à quo & cœpere mysteria. *Nangius.* Ab eo & Tenitanis Græca gente Pilæ conduntur in Hetruria. *Plin.*

Apud Pythium vates prima Phemonoe Hexametris versibus futura ceciniisse narratur. *Ibid.*

Fabulæ de Pelope, Tantalo Phrygum primo Rege, filia eius Niobe, Ganymede, Hercule, Admeto, Latona, &c. *Ibidem.*

Amphiaraus vates primus ignispicia exercuit.

Agathyrsus & Gelonus fratres Scythiam excolunt.

Athenienssium Erichthonio an. 50.

Bellignus Gallorum rex. Deinde Lemannus, tum Arogylus, vt alij, Proclitus, qui quadrigam siue carram primus iunxit.

Xamolsis in Scythia Gothorum legislator & Deus.

Elisa Sibylla Lybica ex Ioue, & Lamia Neptuni filia. *Paus.*

Europę filiæ Phœnicis nascetur Iupiter, & aliis stupris se polluit, ex qua deinde Asterius Cretensium rex, Minoem & Radamanthum & Sarpedonem procreat. *Eus.*

Italiæ Iano, deinde Saturno.

Ianus primus in Italia regnat centum vno annis ante capram Troiam.

5.

e DEBORA de Ephraim, & BARAC de Nephtalin, an. 40.

e Debora pristinum statum reddidit. Adeò nihil spei in iudicibus erat, vt muliebri auxilio defenderentur.

Prophetissa erat, & filia Lapidoth, quem fuisse Barac tradit *Nang.* Nam ne hæc quidem ætas erat sine prophetis, *Iud.*6.

[Alij Deboram dicunt vocari, fœminam (non filiam) Lapidoth, id est, liberationum, vt lapidoth non sit nomen proprium, sed quasi diceret *lehappidoth*, ad liberationes, per *behappidah*, ἐν ἀστραπῇ.]

Barac de numero Sanctorum veteris testamenti. *Heb.*11.

Eorum 40. annos intelligendum est complecti viginti Iabin Regis Chanaan, quibus ille seruitute Israelem vexauit. *Hebræi & Euseb.*

Pontifice Phineæ, deinde Abisue. 1231. 2887.

Neque Booz primus, neque secundus est ille, cui nupsit Ruth, sed tertius. Adeò erant inertes principes familiæ Iudæ, vt post Naassonem qui erat princeps Iuda in exitu, & Salmonem, qui fuit de ingredientibus terram, reliquos Scripturæ transiliat vsque ad Booz sub trecentesimum ab exitu. Nam principatum populi, qui suæ tribui debebatur ex institutione & testamento Iacob *Gen.* 49. & Dei responso post obitum *Iud.*1. permiserunt deferri ad alias tribus, imo ad fœminas, vt Deboram, quam inertiam ipsa risit *Iud.*4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sisara dux exercitus Chananæorum, quem Debora occidit. Iahel Hebræa clauo Sisaram pertudit.

Profana ætate Deboræ & Barac.

Saturnus post Ianum, Iouem filium de Græcia fugiens in Italiam, regnat in ciuitate, quæ de eius nomine Saturnia dicta est, haud procul ab vrbe Roma. Rudem populum domos ædificare, tetras colere, vineas plantare, humanis moribus viuere, æreos nummos cudere docet. Horũ merito Deus habitus. Hinc filius Picus, sub quo Circe venefica. Post quem Faunus, qui fuit pater Latini Æneæ soceri. Vnde colliges, quàm parum abfuerit ætas deorum à Troiano sæculo.

Ceres Cœli filia, segetum vsum monstrat Græcis, vnde alma, Io vel Isis annonissima mulier, artem molendi pinsendique docet.

Aruspicinam Malotus quidam in Italia primum apud Hetruscos introducit, quem Tagen Cic. & Lucanus nominant.

Mars deus belli, Mercurius multarum rerum peritus, præfertum eloquentiæ, Monauli inuentor. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Olbius Celtarum Rex.

Pan primus canit fistula, Rusticorum deus. Æthenienses cum ignorarunt ante mandatum Philippidis. *Clemens Ora. ad Gentes.*

Penelope filius, secundum aliquos. Vtut sit, annis fuit 800. ante Herodotum. *Ipse lib. 2.* Incidit ergo posterius, nempe in sæculum Tholæ, à quo ad Longimanum anni circiter 800.

Eumolpus primus versificator.

Melampus medicus, primus apud Græcos vinum aqua diluere præcipit. Nempe ab vltimis temporibus mero Græci dediti. Hinc Græcari. Hoc Staphylo Sitheni F. tribuit Plinius *lib. 7. cap. 56.*

Diuinus etiam est habitus. *Nangiac.* fortasse quia festum Cereris ex Ægypto in Græciam transtulit. *Clemens orat. ad Gentes.* Et Bacchi, *Herod. lib. 2.* doctus à Cadmo & Phœnicibus.

Mixota siue Cautus vsum salis conficiendi ostendit.

Eius filius sagittarum vsum reperit.

Sibylla, cui Sambethæ nomen fuit, hîc sub Persicæ vel Chaldeæ vocabulo innotescit.

[At supradictum est Sambetham fuisse Noë Patriarchæ vxorem quam non est verisimile ad hæc vsque tempora vixisse, sed ita lusit antiquitatis ignorantia circa res ignotas: vt alias pro aliis reponeret.]

Criassus Argiuorum rex quartus, sub quo sacerdotio primus functus est Caliptias Pyrantis primi filius.

Bellerophon primi equo vehi docet (Græcos scilicet) *Plin. lib. 7. cap. 56.* atque ita cum Pegaso Chimeram superat Infœliciter pugnat contra Solymas. *Homer.*

Tyresias vates longæuissimus.

Acteon à suis canibus discerpitur.

f Septem anni seruitutis Madian. *Iud. 8.* continentur Gedeonis temporibus. *Euſ. Heb.* 1231. Iud. 8. 1261.

Gedeon, qui & Ierobaal, 70. filios relinquit superstites. 2887

Reponitur in Catalogo Sanctorum *Heb* 11. E. 32. millibus militum trecentos tantum retinuit, atque eo numero hostes Madianitas & Amalechitas aggressus, 120. millia eorum cecidit, ac 15. cepit. *Iud. 7.* 2927.

Sacrificium fecit in excelso. Nam ea consuetudo increbuerat sacrificandi extra tabernaculum ante templi extructionem, vt etiam Salomon rex in collibus excelsis id fecerit. *Aug in lib. Iud.*

Ephod fecit ex inauribus & torquibus Ismaëlitarum ab Israel acceptis, quod quia Ecclesiæ non reddidit, sed in domum auertit, ipsi & familiæ fuit in ruinam. *Iud. 8.* legis quid 1261.

sit res

Anni diluuij. 1231.

Booz 1. & 2. principibus Iuda, & Christi maioribus.

Rege 22. Assyr. Lapare & Panya. an 45.

Oro magno Aegypti octauo, deinde Menaa Acensere, an. 12. Achore, an 8. Chencre, an. 16.

In Europa.

Sicyoniorũ Erato rege decimo, deinde Plenneo, an. 48.

Argiuorum Argo rege quarto, deinde Criasso, an. 54.

Erichthonio Athenien-sium quarto, deinde Pandione, an. 40.

Saturno Italiæ secundo.

6.

f GEDEON de tribu Menasse an. 40.

Pontifice Abisue.

Anni mundi. 2887

2927.

Anni diluuij. 1261.

Booz 2. principe Iuda & è Christi maioribus.

Rege Assyriorum 23. Panya.

Chencre Ægypti vndecimo, deinde Achore annis 8. Cherre an. 15.

In Europa.

Sicyoniorum Plenneo rege vndecimo, deinde Orthopoli an. 63.

Argiuorum Criasso rege quinto, deinde Phorba an. 35.

Pandione Athenien-sium quinto.

Saturno Italiæ secũdo, deinde Pico.

7.

1261. Iud. 9. 1264. g ABIMELECH Gedeonis filius nothus an. 3.

Eodem Beechi Pontifice. Booz 2. Principe Iuda & è Christi maioribus.

Rege Assyriorum 24. Sosarme an. 19.

Cherre Ægypti decimo tertio.

In Europa.

Iisdem Sicyoniorum, Athenien-sium, & Argiuorum regibus.

8.

1264. Iud. 9. 1287. h THOLA de tribu Isachar an. 23.

Anni mundi. 2927.

2927. 2930.

2930. 2953.

sit res sacratas miscere cum suis.

Phineem adhuc fuisse in viuis Seder docet cap. 20. Eum enim esse prophetam, qui *Iud. 6.* Israelitas contra Madianitas erigit.

Profana ætate Gedeon.

Philemon primus apud Delphos ludos & chorum instituit.

Templum in Eleusina ædificatum.

Tyrus conditur ante templum Salomonis ad mare Sytia cum. an 240. *Ioseph.* imò 253. *Nang.*

Frustra Bacchum Indiæ regem mercaturam in emendo & vendendo docuisse aiunt, quasi antea sola rerum permutatione homines vterentur. Nam in Abrahæ historia & patriarcharum, eius & pecuniæ vsus est.

Areus Peloponnesi rex Eclipsium Solis Theoremata indagauit.

Phorbas Argiuorum, qui Rhodum obtinuit. Hæmon primus regnat in Thessalia.

Bacchus Liber pater ex Semele natus Indiam subiugat & iuxta Indum fluuium Nisam vrbem condit. annis mille ante Herodotum. *Ipse lib. 2.*

Thessalum quendam Cretæ filium in Thessalia primum regnasse aiunt, Phoroneo Argiuorum rege secundo, qui primus Iudicia legesque conscripsit.

Item Deabum apud Celtiberos auri fodinas reperisse.

Minos rex Cretensium leges & iura constituit, de quo antea ex Herodoto: Tantalus Phygiæ.

Cocalus Sicaniæ, *Diod lib. 4.*

Radamanthus Lyciorum.

Chorebus primus Athenis figullinam inuenit. *Plin.*

g ABIMELECH nothus, 40. fratres suos legitimos, in vrbe Sichem interfecit. Fructus Sacri Ephod in Gedeonis domum auersi, & cum opibus profanis mixti.

Ciuibus Sichimitis opem ferentibus principatum sibi asciuit, quos deinde à se deficientes, seque vrbe expellentes duce Zebule, parato exercitu recepit, vrbemque euertit. Inde ad turrim oppidi Thebes pugnans à muliere fragmento molæ percussus est triennio postquam præcisse ceperat, *Iud. 9.*

Vixit, mortuúsque est, vt nothum decet.

Non tenuit reuera principatum in vniuersum Israel, sed in Sichimitas, morte præreptus.

Profana etate Abimelech.

Oeta regnum Colcidis instituit. Tagus Hispaniarum regnum obtinet. Messapus Sicyoniorum, Macedo Æmathiæ, Linx Scytharum.

Triptolemus in Eleusi serendi, metendique munere claret.

Sparta siue Lacedæmon, à Sparto Phoronei filio in Peloponneso ædificata.

Sueuum Thuyiconum regem octauum, circa hæc tempora Germanorum nugatores mendaciis cum Græcis certantes, bellicosissimum, & populum in Germania de se nominantem statuunt.

Galatæ populus Celticus victis Sarmatis, Asiam minorem occupant.

Ægyptij omnium primi, Scythis bellum inferunt.

Nannes Gallorum rex.

h FVIT filius Phum patrui Abimelech, habitauit in Samir vrbe montis Ephraim. Nam principatus non erat alligatus certæ ciuitati.

Profana etate Thola.

Peleus rex Peloponnensi. Eson eius frater, cuius filius Ason Argonautarum princeps, longa naue primus nauigauit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plin lib 7. cap 56.

Salmoneus apud Elidē, fulmina & tonitrua edere conatur.
Castor, Pollux, Telamon.
Regnum Troianum à Dardano in agro Mæotico inchoatur, qui mysteria matris deûm ostendit. *Clem. orat. ad Gentes.*
Medea regis Colchorum filia.
Apollo citharâ medicinámque reperit, & herbarum vires primus cognoscit. *Ouid. 1. Metamor.*
Aesculapius & ipse medicinæ inuentor, Appollinis filius.
Betus Hispaniæ rex, Orthopolis Sicyoniorum, Argus Argiuorum, Tuscus Hetruriæ.
Prometheus primus hominum simulachra de terra fingit, primúsque ignem è silice excutit, Astrologiam quam in Caucaso didicerat, Assyrios docet. Vsum annuli Græcis dat, in Arcadia claret. Primus bouem occidit, vt Hyperbius Martis filius animal. *Plin. lib. 7. cap. 56.*
Cinyras rex Cypriorum, Musices studiosus, Venerem meretricem in deos retulit. *Clem orat. ad Gentes.*
Adonidem ex filia sua nescius genuit.
In Cypro primum tegulæ & metalla æris inuenta.
Atlas Arcadicus Astrologus rex Mauritaniæ cœlum humeris gestare ob montem ipsi cognominem inusitatæ magnitudinis dictus. Item quia astrorum cursum comprehendit, & primus de Astrologia inter Græcos disseruit. vnde Astrologiam inuenisse dicitur, quanquam (& rectius) alij id referant ad Ægyptios, alij ad Assyrios. *Plin. lib. 7. cap. 56.*
Septem filias Nymphas nuncupatas genuit.
Geryon tricorpor, apud Hispanos.
Æolus ventorum deus, post Lestrigonas in Trinacria, Siciliæ regnum obtinet. Ventorum rationem inuenit, *Plin. lib. 7. cap. 56.*
Erichthonius rex quartus Athenienſium, argentum in Græcia inuenit. Deinde Pandion, & sexto loco Erictheus, à quo sequentes reges Athenienſium Erichtheidæ dicti sunt, vsque ad Melanthum Andropompi filium.
Boreas Thrax, qui Erichthei filiam rapuit.
Perseus Erichthæi frater aduersus Persas dimicat. Hinc Persei & Gorgonis fabula.
Argiuorum regnum ad Mycenas transtulit in annos 544. quod stabiliuit Euristeus, qui proinde Mycenarum rex primus dicitur, cuius Atreus fuit auunculus.
Euristeus per Æacidas in Attica interfectus est. *Thucid.*
Ægyptus Ægyptum, Danaus frater Mycenarum rex Argos tenuisse memoratur expulso Steleno, de quo post.
Per 50. filias totidem filios Ægypti fratris interficit, euadente solo Lynceo, qui post eum regnauit.
Apud Argiuos Hypetemnestra Danai filia sacerdotio fungitur.
Vulcanus in Lemno fabrilem exercet.
Ixion perfidus rex Lapitharum in Thessalia.
Lapitharum & Centaurorum bellum in Thessalia.
Hierophile Sibylla Delphica, quæ & Erithræa, Sicula, Samia, Rhodia & Clatia, quæ se ἀρχὴν μάντεως nominauit, & nunc sororem, nunc filiam Apollinis.
Sibylla Lybica, adhuc erat in viuis.
Chiron Saturni filius, Centaurus æquissimus Medicus & Musicus herbariam & medicamentariam repetit. *Plin. lib 7. cap. 56.*
Cyzicus condita, & paulò post Miletus.
Minos mare obtinet, & Cycladum primus dominus, in earum plerisque colonias posuit, Caribus eiectis, latrocinia è mari sustulit. *Thuod. lib. 1. in præfat.* Classe primus depugnauit.

Anni diluuij.		*Anni mundi.*
1264	*Pontifice Bocchi.*	
	Booz 2. & 3. Principibus Iuda & Christi maioribus.	
	Rege Assyr. 24. Sosarmo, deinde Metro an. 27.	
	Cherre Aegypti decimo tertio, deinde Armeo, an. 6.	
	Remesse, qui & Aegyptus Danai frater, annis 68.	
	In Europa.	
	Sicyoniorum Orthopoli rege duodecimo.	
	Argiuorum Phorbas rege sexto, deinde Tropha an. 46.	
	Erichtheo Athenienſium sexto.	
	Pico Italiæ tertio.	
1287.		2953.

Anni diluuij.		*Anni mundi.*
1287.	9.	2953.
1287. Iud. 9.	i IAIR Galaadites de tribu Manasse, annis 22.	2975.
1309.	*Eodem Pontifice.*	
	Booz 3. Principe Iuda & è Christi maioribus.	
Matth. 1	*Rege Assyriorum 25. Metreo, deinde Tantane an. 32.*	
	Remesse siue Ægypto Ægypti decimo quarto.	
	In Europa.	
	Sicyoniorum Orthopoli rege duodecimo.	
	Argiuorum Tropha rege septimo.	
	Deinde Crotopo, an. 21.	
1309.	*Athenienſiũ Erichtheo.*	2975.

gnauit. *Plin. vbi sup.* Athenienses cum eo bellum gerunt. *Oros. lib. 1. cap 3.*

i POST hunc multi, maximè Rabbini, ponunt interregnũ annorum octodecim, propter Ammonitarum & Philistinorum tyrannidem Iud. 10. insertam. Quod & ego in superioribus duabus editionibus secutus sum. At re postea diligentius perspecta, deprehẽdi eos contineri annis Iair & Iephte, cum Eusebio è traditionibus Hebræorum, Beda & fere Latinis omnibus, vel certè incidere in tempora Iephte & posteriorum iudicum.

Quemadmodum deinceps viginti toti anni Samsonis cum aliis 20. de principatu Heli concurrunt cum 40. illis annis, quibus Israël traditus narratur in Philistinorum manũ, *Iud. 13.*

Iair 20. ciuitates condidit. 30. filios habuit equitatu nobilissimos.

In Mose Num. 32. est Iaïr de tribu Menasse, qui cepit vrbes in terra Galaad, & vocauit eas *Hauoth Iair* de suo nomine. 1. Par. 2. de tribu Iuda. Itaque R. Kimhi putat fuisse Menassitam ex parte matris, quoniam mater eius fuit Machir filia Menassis. At Talmudici, hunc negant esse Mosaicum Iaïr, sed alium Segubi filium, qui acceperit vxorem in terra Galaad, cuius causa obtinuerit 23. vrbes. Mihi neuter esse videtur, sed tertius Iaïr de alteruttius posteris. Nam fuisset nimium senex.

Eo mortuo, propter Idololatriam Israëlitæ traduntur in manus Palæstinorum & Ammonitarum, affliguntur quemadmodum omnes, qui trans Iordanem incolebant in terra Amorrhæi per an. 18. Quin etiam Ammonitæ traiecto Iordane vastant tribus Iudæ, Benjamin & Ephraim, donec contra eos Iephte Iairis successor victoriam refert, & trans Iordanem repellit.

Ab Othoniele ad istud tempus Palestini in pace manserant.

Ozi pontifex de semine Aaron per lineam Eleazari, quo mortuo transiit pontificatus ad stirpem Ithamar per annos 120. quo vsque Heli fuit Ithamareorum vltimus. Aliis, Heli primus de filiis Ithamar Sacerdotium à filiis Eleazar ad se transtulit, factus forsitan Iudex.

Israëlis memorabilis pœnitentia. *Iud. 10.*

Profana seculo Iair.

Theseus aduersus Thebanos dimicat rex 10. Atheniensium, cuius vitam describit Plutarch. Exomni Attica regione populos Athenas cogit, libertate proposita. Nummum statuit, bouémque in eo incidit. Megarensem agrum ad Atticam adiunxit. Fœdera inuenit: vt inducias bello Troiano Lycaon, *Plin lib. 7. cap. 56.*

Atreus Argis regnat. *Idem.*

Hercules agonem olympicum apud Græcos instituit anno ante primam olympiadem, 430. *Euseb.*

Comitante Græciæ nobilitate cum Antiope & Orithia Amazonum reginis bellum gerit, & ad ipsarum littus cum nouem longis nauibus appellens, incautas opprimit. *Nang.*

Amazones Scythicæ iuxta Tanaim fluuium per certum annos sæua bella confecerunt tam in Asia quàm Europa, vsque ad bellum Troianum, in quo Penthesilea à Pyrrho occiditur. Earum regnum durauit vsque ad Alexandrum Macedonem. *Iust. Hist. lib. 2.*

Antiopa, Orithia, Hippolyta Amazonum reginæ.

Nicostrata poëtria, vt vel alij, Carmenta Latinũ Alphabetum in Italia comminiscitur.

Argon primus Heraclidarum, rex Lydorum fuit: ex eius posteritate regnarunt 22. vsque ad Candaulis mortem. *Herod. libro primo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Horum 4. postremi tantum extant in Eusebij Chronico cæteris intermediis ignoratis. Ante Heraclidas regnauerat Lydus cum sua posteritate & ante hunc Meon. *Herod. Ibid.* — *Anni mundi.* 2975.

Cacus rex Hispaniæ, primus apud eam ferrum & arma tractat.

Phydamon Delphius, primus apud Pythiam chorum statuit.

Pyrrhus Dædali cognatus, lusoriam pilam primus docuit. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Dædalus fabricam matetiarum, & in ea serram, Asciam, Perpendiculum, Terebram, Glutinum, Ichthiocollam, Norman, Malum & Antemnam inuenit. Vela autem Icharus eius filius *Ibid.*

k Iephte 2. anno sui principatus confecit bellum Palestinum & Ammoniticum.

Ita tamen vt Ammonitæ in sedecim sequentes annos, qui cum temporibus sequentium iudicum etiam concurrunt, principatum retinuerint in Galaad, valdéque eos afflixerint, qui trans Iordanem incolebant. Nam seruitute Ammonitarum tantum exemit Hebræos cis Iordanem habitantes. — 2975. 2981.

Ex omnibus nothis hunc solum Scriptura laudat. Quamquam Hebræi interpretantur filiam *Zona*, non *Meretricu*, sed *hospitæ*. Nam vox vtramque significat.

Infamis quidem natalibus, *Iud. 11.* at Fide & pietate nobilis sanctisque veteris testamenti ascriptus. *Hebr. 11.* vbi & in Sanctorum veteris testamenti albo recensetur.

Seditio contra eum orta est, in qua. 42. millia Ephraitarum ceciderunt. *Iud. 12.*

Hic se inaniter torquent Rabbini de annis trecentis, quos Iephté Iud. 11. ab occupatis Seonis & Og regnis, ad suum dominatum vsque, intercessisse regi Ammonitarum respondet, quando ad summum 270. duntaxat colligantur. Nam debuerant perspicere in eiusmodi colloquiis & responsis, numeros integros vsurpari sæpe pro fractis, & contrà, item certos pro incertis, prout loquenti est commodius, & promptius. Rectè ergo arguit iniustam & iniquam postulationem Regis. Quia primum ea reperat, quæ nihil ad ipsum attineant. Deinde serio veniat, nempe post 300. annos, qui iam propè præterierant, à Mose, ex quo terræ illæ inter Arnonem & Iabor fluuios vsque ab Iordanem occupatæ tenebantur. *Num. 21. & 33.*

Iephté iuxta nostros ad aram filiam sacrificauit. *Sic & Veteres Hebræi. & Ioseph. lib. 5. Antiq. cap. 9.* Perpetuæ duntaxat virginitati consecrauit, iuxta recentiores Rabbinos. *Consule R. Dauid in Red.* non Ab aliquo Hebræo accepi istos hanc loci Iud. 11. interpretationem excogitasse, ne inde typus filij Dei à Patre sacrificati ducetur.

Alioqui veteres vno ore adactum ad hoc facinus scribunt, quod voti sui relaxationem siue dispensationem impetrare non potuisset à Phinee eius ætatis adhuc pontifice, *R. Selo. 1. Par. 9.* Sed suprà in Othoniele docui non esse probabile Phineem vixisse, an. trecentos. Erat ergo alius huius curriculi pontifex.

Inde autem votum Agamennonis, cuius causa Iphigeniam in Aulide mactauit, à Poëtis fictum multi tradunt.

[Aliter etiam accipi potest, vt ex D. Ambrosio liquet, scilicet potuisse omne votum *cherem* præsertim, hominis, vel animalis, qualia fuissent Cliuina & prohibitoria, ex lege Dei certo precio redimi. Leuit. vlt.]

Profana sæculo Iephté.

His temporibus supererat Erythræa, Sibylla annosissima. Gratis enim Ilium profecturis vaticinata dicitur, & perituram Troiam, & Homerum mendacia scripturum. 2981.

Pico Italiæ tertio, Deinde Fauno quarto rege. — *Anni mundi.* — *Anni diluuij.* 1309.

10.

k Iephte è tribu Menasse, an. 6. 1309. Iud. 12. 1315.

Eodem Pontifice.

Booz 3. principe Iuda & è Christi maioribus.

Rege Assyriorum 26. *Tantane.*

Remesse siue ægypto Ægypti rege decimo quinto.

In Europa.

Sicyoniorum Orthopolirege duodecimo, deinde Marathio an. 30.

Argiuorum Crotopo rege octauo.

Fauno Italiæ quarto. 1315

Anni diluuij. — *Anni mundi.*

11.

1315. Iud. 12. 1322. I Abesan de tribu Iuda Beethleemita, an. 7. — 2981. 2988.

Booz 3. principe Iuda & Christi parente.

Ozi Pontifice.

Tantane, deinde 27. Tanteo an. 40.

Eodem in Aegypto Remesse.

In Europa.

Sicyoniorum Marathio rege decimo tertio.

Argiuorum Crotopo rege octauo. Deinde Steleno an. 11.

Fauno Italiæ quarto.

12.

1322. Iud. 12. 1332. m Ahialon Zebulonites, an. 10. — 2988. 2998.

Huic successit Thessalica cognomento *μάντις*, neptis Tyresiæ vatis Thebani.

Orithia Amazonum regina, foris egregia bella gessit. Huic successit Penthesilea, cuius in bello Troiano inter fortissimos duces magna virtutis documenta fuere. *Nangiac.*

I Historia Ruth contigit huius temporibus, vt Hebræi tradunt. Quinetiam hunc Abesan aiunt esse Booz, cui nupsit Ruth Iosepho tamen Ruth vixit temporibus Heli. Auctori autem *Seder*, sæculo Aiod, dum Israelitæ subderentur Egloni regi Moab, vbi etiam additur Elimeleeh fuisse Salmonis illius fratrem, qui fuit de ingredientibus terram, ductore Iosue.

Triginta filias collocauit matrimonio, similiter & triginta filios antequam moreretur.

Per quandam literarum transpositionem à 70. haud dubiè corruptis, Esebon appellatur.

Tranquillitate delectatus Ammonitas non tentat trans Iordanem Hebræis imperitantes. Commendatur à iustitia, vnde Abesan cog. iustus, in Rabbinorum veterum monumentis, *vt Targhum Ruth.*

Porrò si fuit Booz filius Salmonis trecentenarius erat, quando Ruth genuit Obed, quod & cõcedit R. Selo. 1. *Par. 1.* Sed malo cum nostris tres fuisse Booz, qui vt vnus numerentur ob vocabuli communitatem, vt iam hic tertius fuerit, non filius propriè Salmonis, sed pronepos, id est, quartus à Salmone, trecentis annis ab exitu.

Profana sæculo Abesan.

Bellum Amazonum contra Thebas.

Narbon & Lutetia extructa, paulò ante bellum Troianum. Atqui quæ nũc dicitur Lutetia, aut nulla erat temporibus Cæsaris, aut valde exigua. Sic pusilla tempore Dionysij Areopagitæ ex *Syngelo Græco.* Et Narbona est Romanorum colonia. *Infrà.*

Hortos colere docet Alcinous rex Phæacum.

Poetæ hîc incipiunt, Linus Thebeus Herculis in literis & Musica, Thamyræ & Orphei magister. Nam his vno sæculo successerunt Homerus, & Hesiodus.

Pluto inferorum Deus cum fratre Neptuno maris Deo.

[Iupiter Cretensis Saturni filius, cùm ægre ferret Patrem, tam multos gignere liberos, illum exegit regno: & in Italiam secedere coëgit. Interea ne illi fratres grandiores, Neptunus & Pluto negocium facesserent: illum mira calliditate suis nauibus, præfecit. Hunc vero, sine vlla spe coniugij, sacerdotium, quod manium quodammodo regnum est, suscipere compulit. Inde quærela illa Plutonis apud Claudianum, de raptu Proserpinæ, quod sibi non liceat dulce nomen cognoscere Patris, quod argumentum est iam illo tempore sacerdotes vxotari desisse apud Gentiles.]

Dionysius Argiuus historicus apud Clementinum. *Strom. lib. 1.*

Hercules innotescere incipit. Antæum luctæ in Mauritania vincit, &c. 50. an. antequã in deos referretur, regnauit Argis. *Appollod. chronographus apud Clem. Strom. lib. 1.* Vixit an. 52. igni petiit, primus ex maximis piratis. *Manetho.* 900. an. ante Hetodotum. *Ipse lib. 2.* Ita fuisset sub Aiod multo ante bellum Troianum.

Telephus Gothis in Mæsia imperat.

m Hvnc prætermissum à 70. narrat Eusebius, contra veritatem Hebraicam, quod mirandum ab eo dictum. Nam nunc in Græco codice reperitur Ælon, & Sulpitio, qui 70. sequi solet. Cur etiam auctor Seder Olam, & hunc, & sequentem Abdon transilierit, ariolari non possum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sub hoc terra quietem habuit, eo quod populus non declinaret à Domino.

Eius enim quinto desiit octodecimus annus Ammonitarum tyrannidis in Iudæos trans Iordanem incolentes. Bellum tamen, quo illa excussa sit, non recordatur Scriptura. Est probabile id huius virtute contigisse.

Profana sæculo Athalonis.

Bellum Lapitharum cum Centauris siue Thessalis. *Oros. lib. 1. cap. 13.*

Argonautarum expeditio in Colchicam. *Herod. lib. 4.*

Orpheus Trax Lini auditor, in Ægypto sacerdotes conuenit, vbi didicit mysteria de vno Deo θεωτοῦτο, deque eius verbo. *Iust. in parænetico.* Vetustissimus fere poëtarum Græcanicorum, & ipsorum deorum æqualis. Siquidem traditur inter Argonautas cum Tyndaridis & Hercule nauigasse. Primus Græcorum excogitauit deorum mysteria. Vnde in Europa superstitio. *Lactant.*

Thracius fuit, longa cum veste sacerdos, cuius cithara septem tantum habebat chordas. Nam duæ postea adiectæ sunt à Therpandro.

Orpheus sacrorum Græciæ auctor, apud Demosthenem. primus homines post Thracium, Thebanum, & Methymneum ad simulachra colenda excitauit. *Clem. orat. ad Gentes.*

Eodem sæculo Amphion (ad quem citharæ & Lydiorum modulorum & musicæ inuentum refert Plinius, *lib. 7. cap. 56.*) Zethus & Silenus musici floruerunt.

Faunus apud Aborigines, à quo in Italiam ex Arcadia veniens Euander excipitur, & agro montéque palatino donatur. *Halicar. lib. 1.*

Cumæa Sibylla mater Euandri, cuius carmina apud Ænam ciuitatem Iulianus Apostata ignibus tradidit. *Amm. Marcell.*

Carthago condita à ciuibus Tyrii. Ercertè Cartha, siue Cirtha, vox est Syriaca, vrbem sonans. Alij qui non sauent Virgilij mendaciis, multò post conditam docent. Nempe 143. annis post Troianum bellum.

Ante tempora Troiana Sanchuniato scriptor antiquissimus historiam Phœnicum scribit Syriacè, quam postea Græcè Philo Biblius vertit.

n HVNC 40. filios & 30. nepotes sepeliisse, antequam moreretur, ferunt.

Athalonis filium facit Iosephus. Rerum est potitus pacis tempore. Post cum Hebræos in ditionem redigunt Palestini, an. 20. qui computantur cum principatu iudicum posteriorum secundum Iudæorum traditiones. *Eus.*

Profana sæculo Abdonis.

Cassandra siue Taraxandra Sibylla, quæ & σαφφὼ, Phrygia & Tiburtia.

Has sequuta est Colophonia cognomento λάμπουσα, neptis Calchantis vatis, qui comes fuit expeditionis Græcorum contra Troiam.

Museus Orphei, iuxta quosdam, filius, iuxta alios æmulus, & Linus circa Troiana tempora viguerunt. *Theod. lib. 2. Græca. affect.*

Sesostris Ægyptium regnum multis vicinis gentibus deuictis latè propagat. Ei succedit Pheron, deinde Proteus. ad quem venit Paris cum Helena, deinde Menelaus.

Diluuium Pharonicum, in quo insula Pharos Ægypti aquis tecta est. *Diod. lib. 2.*

Danaus Ægypti siue Remessis frater primus in Græciâ ex Ægypto nauem aduexit. Anteramibus nauigabatur inuentis in mari rubro à regis Erythra. *Plinius. lib. 7. cap. 56.*

Expulso Steleno Argos tenuit.

Anni mundi.		Anni diluuij.
2998.	*Pontifice Zaraia, alias Ozi.*	
	Obed principe Iuda, & Christi propagatore.	
	Rege Assyriorum eodem Tantco.	
	Remesse, Ægypti.	
	In Europa.	
	Sicyoniorum Marathio rege decimo tertio.	
	Steleno Argiuorum nono, deinde Danao, an. 50.	
	Italiæ Fauno rege quarto.	
	13.	
3006.	n ABDON de tribu Ephraim, an. 8.	1332. Iud. 12. 1340.
	Pontifice Zaraia.	
	Obed principe Iuda, & è Christi maioribus.	
	Tanteo rege Assyr. 27.	
	Remesse Ægypti.	
	Sicyoniorum Marathio rege 13. Danao Argiuorum.	
3006.	*Italiæ Latino rege quinto.*	1340.

Anni diluuij.		Anni mundi.
1340.	14.	3006.
Iud. 16. 1360.	o SAMSON de tribu Dan. an. 20.	3026.
	Pontifice Zaraia,	
	Obed principe Iuda, & è Christi maioribus.	
	Reg. Assyriorum Tanteo & 28. Tymeo annis 30.	
	ÆCVLO SAMSONIS	
1360.		3026.

Puteos fodere Græci ab Ægyptiis discunt.

Latini regis stallę mater Carmentis Nicostrata Latinas literas reperit. Filius Latinus Iudaitin singulas corrigit & Latinos de suo nomine appellatos vult quasi.

ὁ ΝΑΖΑΡΑΙΟΣ sic enim Deo consecratos appellabant.

Quare ex voto obligauit se sanctimoniæ, separatus à communi hominum vitæ usu potu, cibo & cultu. Huic institutio alij in certum tempus, alij in perpetuum se astringebant, adq; quo Num. 6.

Mitor Massum doctissimum Iosue interpretum, malasse expungere Samsonem de numero Iudicum, & cum 28. annis, quibus iudicasse Israëlem memoratur, ascribere dimidiato pontificatui Heli, quam in cæterorum Chronographorum sententia, aut potius dictis scripturæ verbis permanere, Iud. 16. fortasse volute partim redundantem Iudæorum traditionem de 28. annis Iosue, partim corruptam Græcorum æditionem tueri pertinacius.

Samsonis diebus Israëlitæ in manu Philistim 20. totis annis, staque rectæ sub eius magistratu non dicunt quidquid, vt sub Othoniele & Aiod. reliqui viginti anni seruitutis. (Nam Iud. 13. populus traditus est in manus eorum annis quadraginta) pertinent ad alterius, vt Heli, principatum, vt quadringentorum octoginta summa constitui possit. 3. *Reg. 6.*

Ab ipsorum Philistinorum seruitute Samson Israelem non penitus liberauit. Sed incepit. Vnde Angelus ad parentem, *Ipse incipet liberare Israel de manu Philistinorum.* Liberator autem fuit Dauid rex, qui Palestinos domuit subegit. Nam sub Heli, Samuele, Saule multa adhuc in Iudæa tenuerunt.

Belli occasionem dedit ex eo, quòd socer Palestinus ipso absente, filiam promissam collocasset alteri viro, & reuertenti Samsoni dixisset, se illi minorem filiam traditurum. Inde enim eis damna multa inferre cœpit. *Iud. 14. & 15.*

Maturas segetes & vineas eorum, trecentis trecentis caudas ardentibus vulpibus perdidit. *Iud. 15.*

A suis proditus solutis vinculis oblatam Asini maxillam arripuit & Palestinos mille necauit, *ibid.*

Neruis septem astrictus ab amica, deinde nouis funibus, tertio crinibus septem ad clauum, instantibus Palestinis, somno excitus, repente cuncta diripit, donec illa dormienti crinem dissecuit, atque in manus hostium, mox excæcandum tradidit.

In conuiuium productus, capillis eius renascentibus, columnas aulæ dissecit, & cum hostibus non inultus ædificij mole occubuit. *Iud. 16.*

Christi nostri liberatoris in multis typus fuit, præcipuè dum mortem sibi parauit, vt Israelitas seruaret, profectus cum parentibus ad visendam sponsam in itinere Leonem discerpsit, portas Gazæ sublatas in montem humeris detulit, &c. Vnde reponitur in numero Sanctorum Heb. 11.

Ex eius robore & casibus, Herculis, qui his temporibus extitit vires & æruminas Poetæ pinxisse videntur.

[Neque abludit ἕτοιμος vtriusque vocis. Nam *shimshon*, quod Samson vertimus, est diminutiuū à *shemesh*. id est sole. quod Samson vertimus, est diminutiuū à *shemesh*. id est sole. τὸ δὲ τοῦ ἥλιος κόλιος denotat *shimshon* est ἡλιακὸς vero τὸ τοῦ ἥλιος κόλιος denotat *shimshon* est formæ *ishon*, pro homunculone & oculi pupilla.]

Qui interregnum extitisse inter Samsonis exitum & Heli pontificatum colligunt ex eo, quod scriptura post Samsonem ter Israel sine regibus fuisse adiecerit, id est, summo magistratu, qui populum coërceret, in illo historiæ libri Iudicum à capite decimo ad finem accidisse putant, vt Kimhi in 4. Ezech.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nempe de Micha & Idolo eius, *cap.*17. De tribu Dan quærente sibi possessionem ampliorem, *cap.*18. de Leuita & vxoris eius stupro. *c.*19. de bello ciuili, quod vndecim tribus, Benjaminitis intulerunt propter illud stuprum, *cap.* 20. de Benjaminitorum reliquiis seruatis & datis eis vxoribus ad reparandam tribum.

Nam bello ciuili suscepto Benjaminij deleti sunt. Primo prælio 22. duo millia cecidere ex Israelitis. Secundo octodecim millia. Tertio Benjaminitorum cæsa viginti quinque millia & centum. Vrbs Gabaa capta & incensa. Omnes vrbes & vici Benjaminitorum combusti, *cap.*20.

Tribus autem Benjamin reparata ex labes. Nam cæteri Israelitæ iurauerant se Benjaminitis filias suas nunquam collocaturos. Illi verò, quia ad Bellum non conuenerant, expertes sacramenti reperti, reliquis 150. filias suas desponderunt.

Verum hæc principatu Othonielis contigisse docuimus, vel certè anni 20. huius interregni sint necesse est, propter summam huius ætatis 3. Reg. 6. fixam, viginti primi Pontificatus Heli, post quos quia non modo Pontificatum, verum etiam Iudicatum viginti aliis exercuit, totos 40. iudicasse scribatur, 1. *Reg.* 4.

Profana tempore Samsonis.

Tempora Heroica incurrunt in hoc sæculum Samsonis, Heli & Samuelis, ante quæ apud Græcos nihil certi extat, cum tamen hæc in historia Hebraica admodum recentia sint. Sed nec post, vsque ad Cyri sæculum, vt dicam suo loco. Hinc Lucretius rectè muratur.

Cur supra bellum Thebanum & funera Troiæ
Nil alias alij quisquam cecinêre poetæ?

Bellum Thebanum, vbi victoria Cadmea.

Tyrus condita vel potius restaurata anno 1. ante captam Troiam, à Phœnicibus: cùm ante multos annos Sidonem primam suam in hac terra vrbem condidissent. *Iust. Hist.*

Tertia Græcorum in Asiam expeditio contra Troianos. Nam prima fuit in Phœniciam, qua Europa regis eius filia Sarpedonis & Minois mater, altera Argonautarum, qua Medea Colcidis regis filia rapitur: ob quas Asiani deinceps contra Europæos iustas bellorum causas prætexuerunt. *Herodot. lib.*1.

Bellum ergo Troianum, de quo innumerabiles Homeri & reliquorum fabulæ. Nam Diod. Siculus initio lib.14. captam Troiam narrat ante confectum bellum Peloponnesiacum, & captas à Lysandro Athenas, an.779. quos reperias à Samsone, vel certè Abdon, ad Darium Longimanum, & annis 408. ante primam Olympiadem, id est, annis 432. ante vrbem conditam. *Dionys. Halic lib.*1. ante hoc nihil planè certum apud profanos. Vnde hic narrationis suæ exordium statuit Diodorus, quamuis suam Bibliothecam à prima mundi origine putarit repetendam.

Illo bello multa ferunt tunc inuenta Equum, qui postea Aries appellatus est, in muralibus machinis Epeus inuenit ad Troiam, ordinem exercitus, & multa alia Palamedes, speculatem significationem Sinon, inducias Lycaon, Pentesilea securim, Æneas tubam. Bigas primum iunxit Phrygum natio. Quadrigas Erichthonius. *Plin. lib.*7. *cap.*56.

Latinus Quintus à Saturno in Italia rex.

Genus vnde Latinum, post quem Æneas Lauinij regnauit annis 3. quum prius errasset in Macedoniam, Siciliam, Laurentem agrum per annos 7. deinde Ascanius an.30. ante Albam conditam à Syluio. *Ex Virg.*

Demophon Achenienſium rex 22. regnabat, dum captum est Ilium, *Clementis Alex. lib.*1. *ex Dionys. Argino.*

Troiani Hellespontum trauiciunt, & in Thracia hyemem transigunt.

Anni mundi.		Anni diluuij.
3006.		1340.
	Remesse, qui & Ægyptus Danai frater, Ægypti rege decimo quinto, deinde Menophi ad. 40.	
	In Europa.	
	Sicyoniorum Marathio rege decimo tertio, deinde Maratho an.20.	
	Danao Argiuorum decimo, deinde Lynceo.	
	Latino Italiæ rege quinto.	
3026.		1340.

Anni diluuij.		Anni mundi.	
1340		3026.	transigunt. Primo vere in Siciliam nauigant, vbi sequentem hyemem permanent. Aestatis medio perueniunt Laurentum, acceptoque agro Lauinium condunt, anno ab vrbe capta 2. *Dionys. Halicarn lib.*1.
			Circe venefica, per incantationes & pocula, socios Vlyssis mutauit partim in apros, partim in leones, partim in ceruos.
			Thuoris vltimus Aegyptiorum Larthes, an. 7. ad quem Menelaus cum Helena post captam Troiam diuertit, quem Polybum Homerus vocat.
			Hinc cœpit Dinastia Diapoliranorum, annorum 177.
			Aliter Herodot. lib. 2. Nam hic Proteum ponit, ad quem ait Paridem & Menelaum diuertisse, cuius in regno præcessores fuerint Phæron & eius pater Sesostris, à quo Aegyptiagri distributi sunt certo censu & tributo.
			Canopum oppidum ad ostia Nili conditum, à Spartanis in patriam redire conantibus.
			Aeneas anno discessus sui à Troia 4. Socero suo Latino successit in regnum, anno post tertio contra Rutulos & Thyrrhenorum regem Mezentium pugnans cecidit. *Ibid. Halic.*
			Ascanius regnat an. 30. cætera ex Liuio & Romanorum historiographis.
1340.	SÆCVLO SAMSONIS. 15 p HELI de tribu Leui Iudex, idemque sacerdos an.40.	3026	p HELI sacerdos iudex factus transtulit sacerdotium de domo Eleazaris ad suam, cum esset de Ithamaris secundogeniti Aaronis stirpe, vixit an. 98.
1. *Reg.*4. 1380		3066	Septimus fuit post Aaronem. Quippe teste Iosepho primus fuit Aaron, 2 Eleazar, 3 Phinees, qui diutissime vixit, 4 Abisua, 5 Bocchi, 6 Ozis. Septimus Heli, qui populo etiam in politicis profuit, nemine Ducatum aut Iudicatum post Sãsonem exercente.
	Obed & Jesse principibus Iuda & Christi maioribus.		Quo die mortuus est Heli, Deus repulit tabernaculum Silo, vbi fixum fuerat à Iosuë in tribu Ephraim. *Ios.*18. Sicque fuit Arca septem mensibus in agro Palestinorũ. Deinde collocata est in Cariath-iearim, vbi non solum viginti annis mansit apud domum Aminadab, quousque efferretur magna pompa à Dauide, vt vitiosè colligunt Hebræi è 2. Reg. 6. verùm iam tum præterierant anni 20. cùm Samuel Iudicis munere fungens, sanctam illam concionem habuit, quæ extat 1. Reg. 7.
	Regib. Assyr. 28 Timæo. deinde 29 Dercillo. an. 40.		Vel in Bethsames 20 annos quoque manserat, etsi Scriptura tẽpus non præfiniat. Deinde in alios 20. delata est in Cariath-Iearim, Saule nondum regnum cõsecuto, vbi tandiu eam apud se in domo Aminadab in Gabaa habuerunt, donec Dauid eam è Cariath-Iearim Hierosolimam transtulit in tabernaculum, quod ei tetenderat.
			Heli filij Ophni & Phinees propter scelera, vita sunt exuti in bello contra Palestinos, cum triginta millibus pedirum, cuius duces erant, Patre propter cæcitatem & senium domi manente.
			In eo arca etiam capta est, nec nisi post mortem Heli remissa, quæ inter hostes plura miracula ad ostendendam præsentem Dei maiestatem edidit.
			Ea enim in templum Dagon illata, simulachrum eius corruit, secũdo dilcerptum est. Tertio mures à Deo immissi corruit, secũdo dilcerptum est. Tertio mures à Deo immissi Azotiorum plantas & fruges cõsumpserunt, & noxiis morsibus multa hominum millia neci dederunt. Quarto homines in secretiore parte natium percussi perierunt dysenteria, vt Iosephus interpretatur, vt alij Hæmorrhoidibus. Quinto Gettei arca ab Azotiis accepta iisdem malis effecti sunt, indéque Accaronenses.
	Menophi Aegypti rege decimo sexto.		Sextum miraculum, quòd vaccæ spreto naturali fœtuum amore, & nullo ducente, ad Hebræos recto inere tenderunt. Postremo Deus percussit Bethsamitas ad 50 millia, quòd arcam vidissent.
1380		3066	

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum 40 annos scribatur Heli iudicasse, c. 4. *lib. 1 Reg.* nonnulli intelligũt illos complecti inter regnum inter Samsonem & ipsum Heli. *Vt Euseb.* quæ causa esse potuit, cur 20 præfuisse annos 20. cum dixerint, Atqui nunc in ea versione, quæ eorum esse dicitur, 40 scriptum est. Deinde quid de illo interregno sit sentiendum in Othoniele tractauimus.

Profana tempora Heli.

Ascanius Latij rex. Pilades Orestem insanum comitatur. Fabula est Horceuam & Erlingiacum in Germania fuisse tũ cõdita & inhabitata. Nam Germani vsque ad tempora Cæsaris, sine vrbibus, legibus, Deo vixerunt.

Ciuitates Italiæ hoc tempore à Troianis sub Antenore & Æneæ conditas, quisque oppidanorum gloriatur.

Sicyoniorum reges planè deficiunt. Post hos sacerdotes, Carni instituuntur.

Francum de genere Hectoris venisse in Pannoniam fabulantur, illicque regnum constituisse, quod progressu in Frãconiam Germaniæ, postremo in Franciam Galliæ transierit. Errant autem, quoniam nec Galli, nec Gallorum reges, siue è Troianis siue è Germanis descenderunt, sed itaq; indigenæ. Dicti autem Franci, labente Rom. imperio, vel quia pro libertate nomen illud sumpserunt, quod vernacula lingua liberum etiam hodie significat, vel quia Francos seu Francones Germaniæ, perpetuò vicerunt. Nam Romani nunquam de Transrhenanis sine Gallis triumpharunt, vt eorum opus videatur. Germanos vincere, quemadmodum Scipionum Fanos.

q SAMVEL & Saul iunguntur, quoniam iunctum eorum imperium, & 40 annorum numero simul comprehensum diserte reperitur, Act. 13. vt & agnoscit R. Kimhi in Psal. 99. ex Deras. Quandiu autem separatim vterque imperauerit, non est mandatum sacris literis. Deinde Saul vix supersuit Samuelis quatuor mensibus. Nam paulò post interfectus defertur. *Seder Olam cap.* 13.

Hæc tamen nostri fere sic partiuntur vt 20. Samueli, reliquos 20 Sauli attribuant.

Rabbini recentiores, vt mendacij suspectum reddãt Paulum, Act. 13. amborum gubernationi duntaxat 40 tribuunt annos. Quod probare è 1. Reg. 7. & 2 Reg. 6 conantur, vbi narratur, In Cariath Iearim repulsa fuisse arcam, postquã remissa est a Philistæis, per annos 20 vsque ad Dauidẽ. Quasi ab Hebraismo sit alienum, sed quo capta fuit, vsque ad regnum Dauidis, interfluxerint duntaxat 20 anni. Quod est spatium impetuosum Samuelis & Saulis. Sed de his supra locum explanauimus.

Alij Samuelis separatim tantum attribuunt annos vndecim & Sauli duos. Sed absurdè. Quia Samuel iuuenis admodũ ad Reip. gubernacula accessit, nec ab iis nisi valde senex recessit vt primus Regum testatur. Melius Iosephus extremis verbis lib. 6. Antiq. Sauli scribit, an. 40. & eiusdem libri cap. 14. Samuelis filij duodecim, cum Saule, an. octodecim. Significans, verbi gratia, Saulem regnasse post mortem Samuelis an. 20. Nec recipiamus verba hæc capitis 13. 1. Reg. Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel, & elegit sibi Saul tria millia de Israel. Nã hoc tribus est sensus. Post annũ à sua electione, de quarto, to regnare cœpit, siue regni administrationẽ adijt. Cum autẽ regnasset duobus annis, elegit sibi tria Satellitum millia. Nempe duobus primis regni annis, sat habuit virtutis electionis inuidiosis sibi populis conciliare, & se oblectans malignas linguas, morosis dissimulatione & authoritate Samuelis tueri. Postea dum se satis firmasset, cœpit more regio se ef-

Anni diluuij.	In Europa.	Anni mundi.
1380	*Sicyoniorũ Marato rege decimo quarto, deinde Erythreo an. 55.*	
	Argiuorum Lynceo.	
	Italiæ Æneæ Latini Socero an. 3. deinde Ascanio an. 28.	
1380	16 & 17	3066
Act. 13.	q SAMVEL Prophe ta de tribu Leui, &	3106
1420	SAVL de tribu Beniamin regnarunt annis 40.	
	Achitob & Achimelec, quem occidit Saul, pontificibus.	
	Iesse siue Isai princip. Iuda.	
	Rege Assyr. 29. Dercillo, mox Eupalo an. 38.	
	Menophi Ægypti rege decimo sexto.	
1420	In Europa.	06

Anni diluuij.		Anni mundi.
1380.	*Sicyoniorum Erythreo rege decimo quinto, deinde Corace, an. 30.*	3066.
	Lynceo Argiuorũ vndecimo.	
	Latinorum Ascanio, deinde Syluio posthumio, an 29. à quo reges Albanorum.	
	SÆCVLO SAMVELIS ET SAVL.	
	Et SAVL *de tribu Benjamin.*	
1420		1106

ſt præ fatellitibus. Non quod alioqui duobus tãtum an. regnarit.

Alij, *Saul* (quasi) *filius vnius anni cum* regnare cœpisset (quantum ad malitiam) *Duobus autem regnauit super Israel* (in huiusmodi integritate, puerili innocentia ac simplicitate) q. d. duobus annis legitimè & probe regnauit, cæteris tyrannicè, ac Deo reprobãte. Indicatur hic sensus in Seder c. 13. Nempe duobus annis regnauit ante suã reiectionem, & Dauidis vnctionem à Samuele paulò post factam. *c. 16 eiusdem libri.*

Interim isti, vt summa. 480. annorum definiram 3. Reg. 6. retineant, annos, quos hic detrahunt Samueli & Sauli, in Iosuam & seniores conferunt. Nempe in illum 28. in hos 17. ante Othonielem, qui iuncti cum his 13 Samuelis & Saulis efficiũt 58. quot nobis Iosue 18. Samuelis & Saulis 40. Nam Seniorum post Iosuam annos non esse separandos ab Othonielis principatu, iã ostendimus. In cæteris Iudicũ coguntur nobiscum conuenire, quòd Scriptura nominatim hoc doceat.

Quod scribitur de Mose, etiam de Samuele dicitur. Fuit ille Leuita, fuit & hic. 1. *Para. 6.* Ille regnauit super Israel 40. annis. Similiter & hic, *Vt citat R. Kimhi in Psal. 99.*

In eo desijt illa Reipub. forma, in qua nõ successione, aut creatione legebatur magistratus, sed Dei voce & authoritate, quę certis argumentis innotescebat.

Bellum Palestinorum duce Samuele prosperè ab Hebræis gestum, fusis hostibus irrumpentibus, & agro ab Accarone vsque ad Geth adempto, 1. *Reg.* 7.

Hic incipit tẽpus prophetarũ. *Petrus. Actor.* 3. Tum prophetica professio penè intermortua à Seniorũ morte vigere cœpit, multis in idem collegium cõuenientibus, huicque instituto vacantibus, præsidẽte Samuele. 1. *Reg.* 19. Est autem sciendum propheticam hãc vocationem non fuisse extraordinariam, quoniam constabat hominibus sese sponte huic professioni deuouentibus, vt precibus, contemplationi, scripturarũ interpretationi, prædicationi, studio vacarent commodius, è quibus Deus, aliquos interdum suscitabat, qui rerũ prædicendarum munere, apud Reges, populos, &c. fungerentur.

Aliquando etiam ad propheticum hoc donum euehebat alios ex aliis vitæ institutis, sed tum eorum vocatio & missio erat extraordinaria. Talis Amos, quem è pecudum pastu, ad prophetiæ decus sustulit.

Ab orbe prophetæ quidem extiterunt, sed rarius, & extra ordinem.

A Samuele crebriores, ordinarij & successione perenni. Vnde eum Hebræi prophetarum, siue propheticorum collegiorum fundatorem & auctorem faciunt.

Extra hos extiterunt 48 prophetæ celebratissimi, partim viri, partim fœminæ, quorum proinde nomina extant in variis Scripturis locis. Ex iis hic prophetissas enumerabo. Nam deinceps virorum ordine nominandorum occurret locus & sæculum. Prophetissæ ergo sunt Sara, Maria Mosis soror, Debora, Olda, Hãna Samuelis mater, Abigali, Esther. *Ita Heb. in Seder cap. 20. & 21.*

Samuël non fuit sacerdos, sed simplex Leuita, nẽpe de posteris Abiathar filij Choræ. 1. *Par. 6.* Nam sacerdotes, omnes ex Aarone descẽdere erat necesse, vt liber Num. docet. Reliqui Caathitæ cũ vniuersis Gersonitis & Meraritis Leuitico dũtaxat munere fungebãtur. Sic enim in tribu Leuitica quatuor erant partes. Aaronitæ, Caathitæ, Gersonitæ, Meraritę.

Ergo dicitur Ephrateus, 1. *Reg.* 1. non à tribu Ephraim, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

aloco. Nec allegandũ. 48. tantum oppida obuenisse tribui Leui, *Ios.* 20. inter quæ istud non recenseatur. Nam post tempora Iosuë multo plura ei attributa sunt. *1 Par. 6.*

Decimo anno principatus Samuelis Regem Israelitæ postularunt. *R. Nehurai.*

Tum mutata est Resp. re à Iudicibus vel Ecclesiasticis ad reges traducta, Samuele piisque tenitentibus, quòd in Rep. Iudicum & Leuitarum libertatis esset species, in Regia seruitutis. Id naturæ vulgi noua semper optantis tribuit Scriptura.

Frustra Samuël incommoda è Regibus populo insanienti inculcauit, amentes esse qui regem libertati anteponerent, ac nescirent ius regum tyrannicum esse. (Ius siue Mispat morem & consuetudinẽ vsu Hebraïco, hic significat, alioqui iniuriam & violẽtiam per antithesim importet necesse est. Nam verũ ius Regis est obseruatio legis Dei, Deut. 17. *Carol. Molin. de Stylo Parlamenti, pag.* 269.) exercere, qui non cernerent principatum suum (1. Eccl.) esse perpetuo leniorem & moderatiorem (tametsi haberet filios, per quos Remp. moderabatur, corruptiores) quòd mixtus esset & temperatus, pontificésque pudeat non recordari se Numinis esse & dici vicarios. (Hoc experitur ea Italiæ pars, quæ mero Pontificis iuri subest.)

Addere potuit illud Demosthenis in Olynthiacis, Regiũ nomen cunctis ferè liberis gentibus semper fuisse inuisum, quod suauis sit obedire legibus. i. rationi, quàm voluntati. i. libidini vnius plerumque praui.

[Tamen necesse Regibus subesse & parẽre, idque mandato Dei, deinde christi Domini iussu, qui ait: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Matth. Deinde Apostolus Petrus, ait. 1. Pet. 1. Regem honorate. Et D. Paulus. ad Rom. 13. Omnis potestas est à Deo. hæc ἐπιείκειαν moderatiorem, ante dictorum quæ Paulo accerbiora & in Regiam dignitatem contumeliosa videri possint sine cuiusquam dispendio.]

Samuel scribit librum Iudicũ, Ruth, & maximam partem libri primi Regum, quem eius nomine alius ad regnum vsque Salomonis perduxit Heb. *Baba Bathra cap.* 1. nempe Nathan & Gad videns, *R. Mose Kimbi.*

Qui scribunt Apost. Act. 13. à morte Mosis vsque ad Samuelem annos texere quadringentos quinquaginta, vt eneruent authoritatem c. 6. li. 3. Reg. suprà à nobis allatam, & ab Eusebio, atque adeò omnibus rectè sentientibus receptã pro fundamento stabili quartæ huius ætatis, rei sunt falsitatis. Nam Apostolus perspicuè loquitur de diuturnitate mansionis Israel in Aegypto, non de sæculo Iudicum, vt supra ostendi.

Sequentia Samuelis vsque ad calcem scripsit Dauid. Reliqua Regum edidit Hieremias. Nam ante historia sparsa erat per singulorum Regum annales. *Rabanus lib. 2. de instit. Clericor. c.* 54. Sed Hebræi aliter.

Tertium & quartum Regum Hebræi malunt tribuere Ezræ, quem materiam scribendi sumpsisse tradunt, vt credibile est, e libris verborum dierum regum Iuda & Israel, qui passim citantur in libris Paralip. Potiora subiecit Spiritus sanctus scripturarum auctor & numen.

Achitob auo Heli successit. Nam Pontificiũ honorem non gessit Samuel, cum esset simplex Leuita. *Hieron. in Ioann.*

Saul & si esset de tribu Benjamin, in Galgala tamẽ regnauit, sine regni sui sedem fixit in tribu Ephraim, 1. *Reg.* 10. cui post diuisionem regni Ieroboam regnum vtcunque restituit, nẽpe in Sichem monte Ephraim. 3. *Reg.* 12.

Primus rex Iudæorum.

Anni mundi.		*Anni diluuij.*
3066	*Samuel verẽne ad euocationẽ Necromanticam Pythonissæ Sauli apparuerit, an specie dumtaxat, quam exprimeret Satanas, etiam disputat Hebræi. Nã R. Abben in Psal. 78. vers. 39. & in 2. vers. Decalogi, hoc factũ reponit interea, quæ scriptura asseuerat non ex sua sed ex opinione aliorum. & sic ex nostris Tertul. lib. de anima verum Samuelem non esse conspectum affirmat. Sic Aug. lib. 26. de Ciuit. Iust. Martyr, q. 52 ad Orthod. Interim Aug. li. 2. ad Simplicianum q. 3. concedit potuisse fieri ex aliqua dispensatione diuinæ voluntatis, quod in lib. de octo Dulcitij quæstionibus q. 6. repetit.*	1380
		1420

SAMVELIS ET SAVLIS SÆCVLO

Anni diluuij	*Anni mundi.*	
320	3066.	Nam non nisi κατ' ἐξοχήν Moses se hoc vocabulo insignit *Gen.* 36. & Ioseph fratres *Gen.* 37. Filius Cis de tribu Benjamin ex oppido Gabaa, diuina voluntate delectus, modestus animi, forma excellens & procerus, vt merito dignitas corporis dignitati regiæ conueniret 1. *Reg.* 9 & 10. Primum bellum prosperè contra Ammonitas Arabiæ populos gessit, post quod rursus à cuncto populo exclamatus est. *Ibid. cap.* 10. Secundum contra Palestinos in fines irrumpentes, in quo peccauit, munere Sacerdotis, nempe Sacrificio sibi arcito, vt propterea Deus regnum Dauidi destinaret, *Ibid.* 13. In eo armati non erant Israelitæ, quòd superiore bello vsus ferramentorum fuisset eis à Palæstinis ademptus. Interim exercitus maximus à duobus gladium habentibus est fugatus Ionatha, qui hostes terruit, & Saule, qui eos territos, cum Hebræis è latebris egressis, delenit. *Ibid. c.* 14. Tertium contra Amalechitas, in quo ipse iterum peccauit, præda contra iussum Dei in suam domum auecta, & Agag rege in vita seruato, *Ibid.* 15. Vnde Deus offensus regnum alió planè transferre statuit. Sic ab hoc loco Dauidis historia incipit, qui Saulis regnũ Dei iussu est excepturus. *Ibid. c.* 16. Man nõ multo post, quia optimus erat Citharœdus, inter ministros regios est assumptus, vt Saulem furentem cantus dulcedine permulceret, deindéque regis armiger factus. Quartum contra Palestinos, in quo Dauid funda Goliath Gigantem interfecit altitudinis sex cubitorum & palmi, 1. *Reg.* 17. Concepto deinde in Dauidem odio per speciem honoris periculis obiectat filiam suam maiorem Merob ei spondens, quam tamen Hadrieli Malathitæ postea collocauit. Deinde minorem Michol, cuius indicio, vt & Ionathę, aliquoties euasit, nec se amplius Saüli commisit, 1. *Reg.* 19. Quintum & sextum bellum contra eosdem, 1 *Reg.* 23. Vltimum contra eosdem, in quo ipse cum filiis cecidit. *Ibid.* 28.
106		De annis regni eius nihil certi, nisi quod Paulus, *Act.* 13. ipsi & Samueli 40 annos ascribit, quod soli Saüli Iosephus tribuit in fine lib. 6 Antiq. Sed eo numero continentur quotque, vt Paulus sensit, ætas, qua ante Saulem Samuel pro Iudice Remp. rexit necesse est, vt & docuit Eusebius, Sulpitius Aug. li. 23. de Ciuit. vbi & eos refellit, qui. 30. Sauli ascribũt, quòd Arca Domini in Cariath-Iearim translata, nondum regnante Saule, ibi per 20 annos constiterit, donec à Dauide rege submota est. Nam si intra 20. annos Saul regnare cœpit & desiit, non 30. sed pauciores viginti regnauit. Quanquam de illo loco suprà paulo aliter in Heli. Saul Dei fauore destitutus, sibique relictus, spiritu melancholico, iuxta Hebr. iuxta nostros verò, spiritu maligno correptus est, à quo pulsu citharę Dauidicæ recreabatur. Samueli fuisse superstitem duobus annis, nostri ferè colligunt è Reg. 13. At quatuor duntaxat mensibus Hebræi. Dauid metu Saulis duodecies sedes mutat à cap. 19 Reg. 1. Venit primum ad Samuelem in Ramatha, à quo ductus est in Naioth. Inde venit in Nobe, ad Achimelech Pontificem Inde ad Achis regem Geth, à quo tanquam furiosus non est admissus. Postea trans Iordanem ad Regem Moabitarum, 1. *Reg.* 20. donec monitu Gad prophetæ in terram Iudæ regressus vitæ periculum adiit. Sexto in desertum Ziph, septimo in desertum Engaddi *Ibid. c.* 24. Octauo in desertum Pharan, *c.* 25. Nono timens

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne caperetur ex eo cõcessit iterum ad regem Achis in Geth à quo Siceleg oppidum obtinuit, atque inde prædatum in fines Amalec irrupit. *c. 27. &c.* — *Anni mundi.* 3066

Post Saulem victum & interfectum, Philistini sese infuderunt in multas vrbes Israel. 1. *par.* 10. inter eas Bethlehem, c. 11. easque possederunt, quoúsque à Dauide penitus extruderentur. *Ibid.*

Saulis tempore filij Ruben prælium cum Hagarenis commiserunt & Orientalem plagam terræ Galaad eis eripuerũt, 1. *Par.* 5.

Profana tempore Samuelis, & Saulis.

Bœotij ex Arno vrbe Thessaliæ pulsi Bœotiam occuparũt 60. annis post bellum Troianum. *Thuc. lib.* 1.

Ad eadem tempora reuocantur Minyæ à Pelasgis è Lemno pulsi. Denique quicquid Græcia mendax audax est in historia post heroicum sęculum, de variis Laconum, Athenięsium, & cæterorum Græcorum coloniis, & effusionibus, vt ab ipsis multi populi videantur nati, priusquam ipsi essent in orbe noti. Sed bene habet, quòd suas res priscas primis Asiæ littoribus, & angulo Occidentis Europæi circumscribunt, ne mendacij ab Orientalibus conuincantur, penes quos rerum magis memorabilium memoria literis mandata erat.

Alba longa conditur. Mycenarum regnum finit.

Sed à bello Troiano omnia ferè fabulosa vsque ad Cyrum. Quin etiam paucissima narrantur de toto illo. 600. annorum spatio, magna literarum inscitia externos, præsertim Europæos & Afros, occupante.

Lacedæmonij nouum regnum hic incipiũt per Euristeum an. 42. & Corinthij per Aliten siue Alethen luctatorem, qui Corinthum secundo condidit siue ampliauit. 952. annis antequam à L. Mummio Cos. destrueretur. *Velleius Pater.* Regnauit Corinthi. an 35.

Peloponnesij & Athenienses dimicant. *Ibid.*

Heraclidæ in Peloponnesum descendunt.

Codrus Melanthi filius, decimus & vltimus Athenięsium rex, morte sua Peloponnesiacum bellum diremit, se pro Repub. deuouens. Post eum Athenięsium Respub. tãdiu per magistratus est administrata, quoúsque Solon legislator electus est. *Iust. lib.* 2. Cum eo regnum Heraclidarum ab Hercule descendentium destructum est. *Euseb.*

Etiam hîc Britanni siue Angli nugantur suam Albionem, tum Britanniæ nomen consecutam à Bruto Ascanij filio, quẽ aiunt primum regnum illic auspicatum, cùm antea à Gigantibus habitaretur. *Nangiac.*

Anno 70 post captam Troiam, Dores Peloponnesum obtinent *Thucid.*

Regnatum est in Hispania vsque ad. 75. annum captæ Troiæ. Inde in prouincias & priuata ciuitatum dominia cõuersa est, donec Carthaginenses, & post eos Romani præualuere.

Anno 80 post captam Troiam Heraclidæ reuersi in Peloponnesum, Pelopidas expellũt ac regnant. *Velleius Paterc. Plutarc. in Homero.* Regnante Tisameno Orestis filio. *Pausa. in Laconicis*, annis 328 ante primam Olympiadem. *Diodor. præfat. hist.*

Aristodemus ex Heraclidis primus, regnat apud Lacedæmonios. *Ibid. Euseb.*

Iones profugi Athenas se contulerunt. *Euseb.*

Amazonum & Cimmeriorum in Asiam incursus. *Euseb.*

SAMVELIS ET SAVLIS SÆCVLO.

18

Regũ aut ẽ post Saulẽ primus.

r DAVID imperauit an. 40. — 3106 — 3146

Anni diluuij. 1420 — *Anni mundi.* 3106 — *Anni diluuij.* 1380

Præponunt aliqui Isbaal, qui & Isboseth Saülis filium, qui regnauit septem annos & menses sex (nam quod 1. *Reg.* 2. *v.* 10. scribitur. *Regnauit duos annos super Israel*, Præteritum illud est plusquam perfectum, q. d. iam regnauerat duos annos quando hæc gesta sunt, quę illic narrantur. *R. Leui.*)

Verum nõ desinebat regnare Dauid in Hebron super tribum Iuda, quoúsque post septẽ illos annos & semis, Rex vniuersorum Israelitarum electus est, & ad id tertiò vnctus in Hierusalem, in annos 33. ætatis circiter trigesimo 1 *Par.* 3.

Crebris interim prœliis inter Abner & Ioab duces Regum Isbaalis & Dauidis concursum, donec mortuo Isbaale, natu maiores publico consensu regnum totius gentis ei detulerũt. 1. *Reg.* 5. 1. *Par.* 11.

Ter vnctus fuit, primum in Bethlehem per Samuelem cum oues pasceret, iterum in Hebron post mortem Saülis. Tertiùm in Hierusalem post mortem Isbaalis.

Primum deinde opus, quòd Iebusęum statim è Hierusalẽ pepulit & arcem Sion occupauit, ibique domum Cedrinam sibi & posteritati ædificauit. A quo tempore Hierusalem regni metropolis facta.

2 Arcam Domini, ab annis. 20. in Cariat-Iearim in domo Aminadab considentem, in domum Obed Edom Leuitę Gettæi, magna solennitate & procerum concursu intulit. 1. *Par.* 13.

3 Profectus in se Palestinos fugauit. 2. *Reg.* 5. 1. *Par.* 14.

4 Palestinos iterum vicit. *Ibid.*

5 Arcam è domo Obed Edom Leuitæ, in Sion cum plausu retulit in Tabernaculum, quod ei tetenderat, 1. *Par.* 15.

6 Cum otium ab hostibus haberet, consuluit Nathan de templo ædificando, sed de eius consilio negotium ad successorem reiectum est.

7 Multa bella gessit prosperè, humiliauit Philistheos, percussit Moab, Syros posito in Syria Damasci præsidio & tributo, Idumæos, &c. 2. *Reg.* 8.

8 Bellum Ammoniticum, in quo per speciem honoris, Vriã Bethsabeæ maritum neci obiecit, indèque Bethsabeam sibi copulauit, 2. *Reg.* 11.

9 Duo inde bella ciuilia, contra Absalom, deinde Sebam.

10 Quatuor inde bella contra Palæstinos, vnum irrumpentibus Palæstinis in Israel. Secundum & tertium in Gob contra eosdem. Quartum in Geth, atque omnibus in locis fœliciter pugnatum, 2. *Reg.* 21.

11 Populum recensuit ad decies centena & trecenta ciuium millia. Quod opus cùm Deo esset inuisum, ex iis pestilentia ttium dierum, 70. millia absumpsit.

12 Odas, Hymnos, Psalmos, & omnis generis Cantica, condidit vario metro. Quosdam trimetros, alios pentametros, tetrametros, hexametros, &c. ad instrumenta musica decem generum. (*Kimbi è Talmudicis in Psal.* 4.) Ex eo ergo & Mose poëmatum est origo.

Eos cantare Sabbatis præcipuè, & cæteris festis Leuitas docuit. Instrumentum præcipuũ erat Kinnor, decem chordis constans, & plectro egens. Hinc Nablum duodecim sonos modulósque habens, tractatum digitis. Cymbala ærea lata grandiàque (*Ioseph. li.* 7. *Antiq. cap.* 10.) Cæterorum ratio intercidit, vt Hebræi in Psalmos fatentur.

Ex lucubrationibus & Psalmis decem horum suum Psalterium in quinque libros distinctum perfecit. Adæ, Melchisedech, Mosis, Ethan Orientalis, Asaph, Heman-Iduthun, & trium filiorum Chorę, Asir, Elcanæ & Abiasaph *in Talmud Tract. Baba Bathra cap.* 1. Cæteros agnoscens, loco Adæ & Melchisedech vnum Salomonem ponit Hieronymus prolog. in Psalterium. Græci verò etiam Ezram, Aggeum,

Euripheo primo rege Lacedæmoniorũ an. 42. deinde Argi an. 1. & Arbestrato an. 35. — 1460 — 3146

Abiathar Pontifice.

Asaph, Heman, Iedu thun, Nathan & Gad Prophetis.

Eupalo Assyriorum 30 *rege an.* 38. *deinde* 31. *Laostene an.* 45.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Zachariam addunt. Nam solum Dauidem omnium esse auctorem, repugnat ipsorum inscriptionibus, phrasi & stylo.

Solus Iulianus Apostata pietatis odio apud Citillum lib.7. contra eundem, inficiatus est, fuisse poëtam apud Hebræos. Interciderat quidem eius scandendi ratio ipsius temporibus, quemadmodum & hodie magna ex parte Pindari & similium: at non propterea desierunt scribi metricè toti ferè hi sex, Iob, Psalmi, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum & Threni, præter innumerabilia cantica & versus, qui in reliquis sacris scriptoribus interseruntur, vt Exod. 15. Deut. 32. Iud. 5. & 6. Esa. 5. 38. & Abac. 3.

Mensuræ siue metri rationem & proportionem conati sunt nominare Iosephus in Dauide & Salomone. *Euseb. libr. 11. de præpar. Hieronym. cum alibi, tum ad Paulam Vrbicam, Isidorus, &c.* Hebræi hîc sunt muti. Nam scandendi modum fatentur se ignorare. Hoc vnum aiunt in Tractatu Sophetim siue de scribis, versus Canticorum siue carminum Biblicorum non paucos in suum statum iuxta mensuræ rationem à Scribis restitutos, cùm antea fuissent à librariis confusè & permixtè scripti. Solus R. Mose Habib, quod sciam, sic eam attigit.

Carmina veterum sacra, vt in Psalmis, Iob, Prouerbis, sunt districha. Alia autem mensurantur certo syllabarum numero, ita vt prior versus posteriore, nunc sit longior, nunc breuior, prout genius componentis tulerit. Alia mensura constant æquali, nisi quod interdum versus prior à posteriori differt numero quidem syllabarum, sed non tẽporum. Nam illud discrimen supplent per aurium consonantiam & gutturalium motiones, aut absorbẽt inæqualitatem vocis lenocinio & melodia (vt cùm apud Latinos & Græcos pro Iambo Tribrachus, pro Spondeo dactylus vel anapestus, pro dactylo proceleumaticus, &c. ponitur) Hoc postea illustrat exemplis è Psal. 119. 146. Prou. & Iob 6.

Culpa videtur in Masoritas conferenda. Nam dum distingunt diligentius versus per sententiæ (quam conceperãt) membra & periodos, metra siue mẽsuras versuum non modo neglexerunt, verum etiam confuderunt atque miscuerũt quas fortasse propius seruauerant 70. Vt non mirum sit, si inter vtrosque nonnunquam distinctionum in notandis versibus varietas reperiatur.

[Plærique tamen ex nostris, ità nunc de Poësi hebraica rem totam explicarunt vt & rhythmice & πεζικῶς μέτρῳ, hæc satis omnibus obuia facta sint. Munsterus & alij, quo etiã librum *Taamim* referre licet, id est accentuum. Nam accentus plærique sunt mensura pedum & quantitatis notæ, quod mirum est D. Genebrardum noluisse comprobare suo calculo, vnum in his omnibus doctissimum fortassis omnium Christianorum sine cuiusquam iniuria.]

Nathan vates prædicit Christum venturum, qui Ecclesiam ædificaret, 2 *Reg.* 7. Post Samuëlem Dauidis gesta conscribit, *in fine* 1 *Paralip.*

Dauidem adulterij arguit, Salomoni regnum procurat. 3. *Reg.* 1.

Eius nomine Dauid vnum è quatuor filiis in Hierusalem de Bethsabea filia Amihel susceptis, Nathan appellat. 2. *Reg.* 5. & 1 *Paral* 3. Ex quo orta est virgo Maria, *Luc.* 3. Quemadmodum ex altero Bethsabeæ filio Salomone, Ioseph Christi adoptiuus pater originem accepit. *Mat.* 1.

Hic autem Nathan proximus erat frater Salomonis è Bethsabea. Ita eius linea erat regno proxima. Ex quo intelligimus Christum ex parte Patris adoptiui & veræ matris, regni Dauidis fuisse proximum & legitimum hæredem.

Anni mundi.		*Anni diluuij.*
3106	*Alethe primo Corinthiorum reg. an. 35. deinde Ixione an. 37.*	1420
	Medone Archonte primo Athenarum an. 20.	
3146		1460

Anni diluuij	In Europa.	*Anni mundi*
1420	*Sicyoniorum Corace rege decimo sexto, deinde Epopeo, an 35.*	3106
	Latinorũ Æneæ Syluio, an. 3. deinde Alba Syuio, an. 29.	
1460		3146

DAVIDIS ÆCVLO.

Hinc claret Lyranum errasse, cùm scriberet Matt. 1. Nathan, ex quo ortus recẽsetur Christus non fuisse filium Dauidis naturalem, sed adoptiuum. Neque enim intellexit hûc Nathan alium fuisse à Nathan propheta.

Præter hos duos habuit Dauid filios alios numero 17. nominatos, 1 Par. 3. è septem vel octo vxoribus. Nam multo plures habuit è concubinis i. vxoribus vsuariis, *ibid.*

Abiathar Pontifex. 1. *Reg.* 22. Hunc & Sadoc temporibus Dauidis summos sacerdotes fuisse tradit R. Selomo, 1 Par. 27. Sed vltimo capite eiusdẽ libri se exponit. Nempe Abiathar quòd vnxisset Adoniam in regem fuisse depositum, & Sadoc vnctum, vt Salomonem vngeret.

Kimhi, Ibid. cap. 27. initio regni ante istos Ioiadam probat fuisse illo officio functum è 1 Par. 12.

Gad Propheta monet Dauidem vt fugiat in Hareth, 1 *Reg.* 22, eique nuntiat Deum iratum, quòd populum numerasset, 2 *Reg.* 24. prædicit locum templo destinatum fuisse montem Moria. Dauidis gesta perscribit *in fine* 1 *Paral.*

Asaph cum fratribus nobilis Musica & sacra eruditione, 1 *Par.* 6. auctor duodecim Psalmorum. *Kimhi præfat. Tsal.* de stirpe Gersom filij Leui.

Heman nepos Samuëlis, celebris & musicæ & doctrinæ sacræ nomine. 1. *Paralip.* 26. & 6. Inter. 11. Psalmorum cõditores numeratur. *In Baba Bathra.* de stirpe Caath filij Leui.

Ethan de tertia stirpe Leui, nempe Merari Archimusicus insignis, 1. *Par* 6. cui nonnulli Psalmi dicantur, vel scribuntur.

Gad & Nathan prophetę disposuerunt cum Dauid res ad templum pertinentes. *Seder cap.* 20.

Eos post Samuelem nactus est Dauid rerum suarum scriptores, 1. *Par. Vlt.*

Præter Tabernaculum à Mose constructum, alterum Dauid fabricat in monte Sion. 2. *Reg.* 16. In quod aram infert constitutis Asaph & aliis cantoribus ad quotidianas preces peragendas, 1 *Par.* 15 & 16. relictus interim in Gabaon tabernaculo fœderis, altari æneo, candelabro, mensa, igne cœlitus delapso, vsque ad dedicationem templi, id est, annum 10. vel 11. Salomonis.

Nam in excelso Gabaon Dauid ad Tabernaculum Mosaicum, Sadoc Sacerdotẽ & fratres eius ad peragenda quotidiana sacrificia manè & vesperi reliquit, 1. *Par.* 16. cum Heman & Ieduthum, cantoribus.

Priuatim habebat suum sacerdotem Hiram Hiraitem, 2 *Reg.* 20.

Sadoc item & Abimelec filium Abiathar, 1 *Par.* 18. suum Prophetam, Gad, 1 *Par.* 21. Iuum sapientem Heman, 1. *Par.* 25.

Testamento legauit quæcunque satis essent ad ædificationem templi, cuius etiam exemplar & descriptionem Salomoni reliquit, 1. *Paral. Vlt.* Salomonem filium impij præceptoris Nathan Prophetæ manum & disciplinam dedit. 2. *Reg.* 12. Primo anno regni constituit rem diuinam, & perfecit, quæ extant. 1 *Par.* 15. & 16. 2. *Reg.* 6.

Forma Veri principis, non Cyrus Xenophontinus, Regnum enim auspicatur à restituendo & reformando cultu Domini. Toto vitæ tempore etiam inter grauissima bella in loculis reposuit necessaria, ad decus tanti templi. Denique Salomonem obstrinxit ad eius exædificationem. Finem regni pietate terminauit, vltimo vitæ anno, custodias & ministeria cleri restaurans, sacerdotia & statum religionis ordinans. 1. *Paral.* 26. Semper fuit musarum pius cultor. Vnus, vt Ieduthun, & aliis, qui partem Psalmorum conscripserunt *ibid.* rem bellicam constituit, fortes & strenuos præcipuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

honoribus & muneribus affecit, inter quos 30 fortissimi excelluerunt, 1. *Paral.* 11. In extremo morbo aulicos suos limine exclusit, prophetã Nathan & similes intromisit. 3. *Reg.* 1. Verbum Dei habens in ore, pietatem & Dei metum commendans, Deo denique benedicens, animam reddidit. 3. *Reg* 2.

Annis septem in Hebron regnauit, & 33 in Hierusalem. 2 *Reg.* 5.

Anno regni & vitæ vltimo, statũ & formam sacerdotalis & Læuitici ordinis, præsertim è iudicio Nathan & Gad, conponit, redigitque in certum ordinem res & officia. *Seder cap.* 14 & 20. Diuisit in 24 classes, vetuitque ne alij aliorum ordinem perturbarent. Antea quisque Leuita, vndecunque Hierosolymam venisset, quolibet tempore habebat potestatem ingerendi se ministerio, citra discrimen, Deut. 18. vers. 7 *Ioseph. Antiq. lib.* 7. *c.* 9. id est, ea perfecit quæ narrantur, 1 *Par.* 22, & *quatuor sequentibus.*

Præbuit specimen futuræ virtutis & fortitudinis, dum à prima iuuẽtute leonem, vrsum & gigãtem Goliath mira audacia confecit, 1. *Reg.* 17.

Suo exemplo triginta septem Heroas redididit, quorum minimus nullo comite poterat exercitum magnum vel fundere, vel certè sustinere, 2. *Reg.* 23. *Ioseph. lib.* 7. *Antiq. cap.* 10. de qualibus Martial. Acies Vmbone repellunt.

Palæstinos, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, Damascenos, Syros, Sophenios, vicinos denique populos ad Euphratẽ vsque, sibi vectigales reddidit. Postea etiam traiecto Euphrate Mesopotamios vicit, amplissimam imperij molem Salomoni relinquens. *Ioseph. lib.* 7. *Antiq. c.* 5. & *seq. & lib. Reg. & Paralip.*

Iebusæis autem Sion eripuit, & montẽ illum struxit tam sumptuosis & crebris ædificiis, circumpositis mœnibus, vt vrbem fecerit de suo nomine vrbem Dauid appellatam. 1. *Par.* 11. siue Hierusalem superiorem. Nam inferior & antiqua ad radices montis Sion iacebat.

Montis illius reliquam partem ædificauit Ioab. *Ibid.*

Eius fœlicitati plurimum nocuit adulterium cum Bethsabea, multasque calamitates importauit. 1. Quòd filium ex ea susceptum die septimo amiserit. 2 Quòd Amon eius primogenitus sororem fratris sui Absalom constupratuerit.

3 Quòd Absalom ad vindicandam sororem, Amonem interfecerit. 4 Quòd Absalom in Hebron regnum contra ipsum, Israelitis ad eum confluentibus, occuparit. 5 Quòd idem relictas Patris decem concubinas Hierosolymis violauerit. 6 Quòd denique aliud bellum ciuile Seba suscitarit.

In insignibus (quod sequuti sunt deinceps Reges Iuda) gerebat leonem. Sic antea vexillum castrorum Iuda in deserto. Sic deinceps Regum Iuda annuli signatorij. *R. Abraham in Cab. historica.* Eo fortasse alluditur in Apoc. Leo de tribu Iuda, id est, Christus.

Nummos argenteos cudi iubebat pondere dimidiæ vnciæ, in quorum vno latere forma esset vasculi manna pleni (quale in arca fuerat repositum) cum hac scriptura, *Sekel Israel*, in altero Rami, qualis in virga Aaronis fronduerat, cũ hac, *Ierusalaim Kedosa*. Similem se vidisse in terra sancta scribit R. Mose Getundensis com. in finem Pentateuchi, & hæc tempora ostẽtare ex eo colligit, quia cuius signatũsq; erat totius Israelis nomine. Item quoniam Hierusalem ipsis, 12. duodecim tribubus æqualiter tũ significabatur fuisse regia & sancta. Denique quia literis Samaritanis. Nam eiusmodi erat literatura Hebraica, ante decẽ tribuum à duabus secessionẽ.

Quatuor millia cantorum instituit postquam arcam è

domo

Anni mundi. 3106

3146

Anni diluuij. 1420

1460

DAVIDIS SÆCVLO.

Anni diluuij 1420

Secunda Synodus, Sadoc & Abimelech filio Abiathar pontificibus, 1. Paral. 24 (Nẽpotes gerebant Abiathar summi Pontificis) Gad vidẽte et Nathã Prophetã. 2. Par. 29. In ea congregauit Dauid omnes principes Israel sacerdotes & Leuitas. Dereformandã Ecclesia & Ecclesiæ ministeriis, Sacerdotibus in 24. ordines distinguẽdis, Leuitis in diuersa temporis ministeria, officia, sortes distribuendis, &c. 1. Par. 24. 25. 26. Hæc tangit Ioseph. lib. 7. Antiq. c. 9. vbi docet Dauidem reformasse institutum Mosis. Deut. 18. vers. 7

Anni mundi 3106

domo Obed-Edom in tentorium ad id in monte Sion structum transtulisset, quorum principes tres fuerunt, Asaph, Heman, Ieduthum musicæ & aliarum disciplinarum, Prophetiæ & sanctitatis laude clarissimi. *Seder olam. 1 Par.* 6. Eorum nomine multi Psalmi extant. Ethan additur. 1. *Par.* 6.

Cantores, Leuitas alios & sacerdotes ditauit amplissimis redditibus, etsi antea suas haberent vrbes, villas, agros, Palatia (מגרש 1 Par. 6) in singulis tribuum sortibus, nullis parcens sumptibus, vt Dei cultus celebrior esset ac solennior. *Ibid.*

Vt per vices officio fungerentur & variis instrumentis Deũ laudarent, cytharis, psalteriis, & cymbalis. Nam ad Mosaicas tubas alia instrumenta musica adiecit, *Ibid. c.* 13. 24 & 25.

De filiis Isachar erant viri eruditi, qui nouerant singula tempora, ad docendum quid facere deberet Israel. 1. *Par.* 12. id est, è veteribus Rabbinis, Mathematici, qui scirent intercalare annos, fastos constituere, siderum conuersiones & cursus supputare, quales multi florebant tempore Ezechiæ *R. Dauidibid.*

[Hæc obseruatio dignissima est consideratu propter varias de Mathematicis artibus multarum opiniones.]

Iam tum Iudæi sese dispersérant per multas Orientis regiones, Verbi gratia à fluuio Aegypti Nilo vsque ad introitum Hamath (id est, Epiphaniæ, vel iuxta alios Antiochiæ) 1. *Par.* 13.

Profana Rege Dauid.

Iones duce Neleo, Androclo, & cæteris Codri filiis in Asiam migrarunt, & duodecim vrbes Ephesum, &c. in minori Asia, & vicinis insulis condiderunt an. 521 antequam à Cyro vincerentur. *Herod. lib.* 1.

Lydij matris imperium tenent.

Ne Scoti Angelis videantur multò inferiores, hic Albanactum Regem suum primum fingunt.

Medon Codri nouissimi Regis, qui mutata veste à Lacedæmoniis interemptus est, filius primus Archon Atheniensium, à quo posteri Medontidæ dicti vsque ad Caropem *Velleius Pater. lib.* 1.

Tyria classis pollens mari in extremo orbis nostri termino Gades condit, & post paucos annos Vticam in Africa, *Ibid.*

Peloponnenses iterum contra Athenienses bellũ mouent.

Ixion secundus Corinthiorum rex an. 37.

Argis secundus rex Lacedæmoniorum an. 1. Argestratus deinde. an. 35.

1460 — *61. Regum autem 2.*

3 Ier. 6 — 1464 — 3149 — ſ SADOC primus Pontif. templi, quod Salomon ædificauit. 3. *Reg.* 2 viuo Dauide electus & inũctus, vt vngeret Salomonẽ Abiathare à comitiis per Dauidẽ indictis depositus, quia Adoniam vnxerat contra Dei oraculum, & Dauidis testamentum, 1. *Par.* vlt. & *ibid. R. Selomo.*

1464 — SALOMON templũ ædificare cœpit, an. 4. — 3150

Denique Azarias, 1 *Paral.* 6. Vbi Catalogus Sacerdotum de stirpe Eleazaris. In quo, quia non tam successio summorum Pontificum, quàm sacerdotum illius generis, texitur (cùm Pontifices etiam sumpti sint è stirpe Ithamaris secundo geniti Aaronis, pro Cleri, principum & populi affectu) Summos Põtifices ubi in cõtextu numerabimus, è breuioribus Hebræorum Chronicis. Alioqui eorum nominandorum diuersa est ratio, tam in chronicis Iudaicis & Iosepho, quàm in libris Regum & Paralipomenon. Modo enim nominatur Pontifex, qui pontificatum administrare debuit, è prima Eleazaris stirpe, modo ex altera, qui reipsa, principum temeritate, administrabat. Priore modo. 1. *Paral.* 6. successiones Põtificum describuntur. Nempe secundum filiorum ex Patribus seriem (nulla habita ratione vsus & functionis) ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aaron vsque ad Azariam Pontificem, ab Azaria vsque ad Iosedec, qui in captiuitatem ductus est, cuique post reditum successit filius Iesus Domini nostri typus, *Zac.* 3. Cuius successio *Nehe.* 12. ad vsque Iaddum Alexandro magno obuiam profectum memoratur, vt Synagoga perenni & continua serie ad Christum summum Regem & Pontificem perduceretur. Istius successionis tantam esse vim intellexit Andronicus Iudæorum contra Samaritanos hæreticos patronus, vt ex ea apud Ptolemęum regẽ, Hierosolymitanam cathedram veram esse Mosaicæ ecclesię sedem, non garizeã euicerit. *Ioseph. lib.* 13. *Ant. cap.* 6.

[Pati ratione euicerunt Patres sancti doctores Ecclesiæ, veram sedem Apostolicæ successionis esse in vrbe Romæ ac fore perpetuam ad vsque sæculi consummationem D. Hyero. ad Damas. D. August. contra Donatistas. D. Cyprianus lib. de vnitate Ecclesiæ]

Antea illis in locis sacrificare fas fuit, vbi Arca vel Tabernaculum à Mose fabricatum constiterat.

Hebræi colligunt è cap. 12. Deut. licuisse vbilibet sacrificare, quo tempore versabantur in deserto. Post ingressum in terram, tantùm in Silo, postquam illic à Iosuë tabernaculum fixum fuit, vsque ad Heli sacerdotis & iudicis mortem: sub quo capta Arca, rursum in variis locis offerre licuit, donec extrueretur templum Salomonicum. Nam Arca reddita à Philisteis, translata fuit è Bethsames primò in Cariath-Iearim, secundò in Masphat, tertiò in Galgal, quartò in Nob vrbe Sacerdotum, quam euertit Saul propter Achimelec, quintò in Gabaon, sexto in domum Obed-Edom, septimò in domum Dauid, octauò in Salomonis templum stabile & immotũ Nam fuisse arcam in Silo, Nob & Gabaon reperias apud Kimhi. 1. *Par.* 15 *v.* 18.

Arcæ tamen stationes paulò aliter commemorat ipsemet Kimhi in Psal. 24 &. 1. *Paral.* 17. Arca (inquit) translata est de deserto in Galgal, de Galgal in Silo. E Silo in terram Philistim. Illinc in Bethsames. E Bethsames in Cariath-Iearim. E Cariath Iearim in domum Obed-Edom, è domo Obed-Edom in vrbem Dauid. Denique in Sanctum sanctorum tempore Salomonis.

Transilit à Cariath-Iearim, ad domũ Obed-Edom in Gabaa, quasi in Matsphat, Galgal, Nob, Gabaon, tensum esset duntaxat tabernaculum, arca autem hæreret in domo Obed-Edom, tertio loco, postquam à Palæstinis fuisset remissa.

Quod sanè cõfirmat. 1. Par. 17. Quandiu (inquit) arca fuit in Cariath-Iearim, Tabernaculum & altare erant alibi, nempe in Nob & Gabaon. Potuit interferere, in Masphat, in Galgal, in Nob, denique in Gabaon.

[Pati contentione de sede Antiochena, Hierosolymitana Ephesina & Constantinopolitana est disputatum, donec animaduersum est hunc honorem ei sedi referri debere in qua Princeps Apostolorum martyrio glorioso doctrinæ & disciplinæ statum ibi confirmârit Iidem S.S. D.D.]

Ionathan & Iddo prophetæ. Aliqui addunt Agur è cap 30 Prouerb.

Calcol & Dorda fratres sapientiæ, philosophiæque encomio insignes. *Ioseph. lib.* 8. *Antiq. cap.* 2.

Sapientes Orientis celebrantur. 3. *Reg.* 4.

Vt Dauid Græcorum lyricis, ita Salomon Dramaticis antiquior est.

Sub finem ætatis amissum per idololatriam Spiritum S. recepit & scripsit prouerbia, vbi sanctæ vitæ præcepta dat, Cantum Canticorum, id est, Drama siue parabolam de intima Dei vel filij Dei cum sponsa Ecclesia cõiunctione atque charitate, denique Ecclesiasten, de mundi contẽptu. *Seder.*

Anni mundi. 3146. 3150.

Sadoc Pontifice.

Laoslene rege Assyriorũ 31. an. 45.

SALOMONIS SÆCVLO.

Anni diluuij 1460. 1464.

Anni diluuij 1460.

Ionathan, Iddo & Abia Silonite prophetantibus.

Argestrato Lacedemoniorum & Labotis annis 37.

Ixione & Agelao, annis 37. Corinthiorum.

Agasto an. 36. Athenięnsium Archonte.

Latinorum Aegypto siue Ati Syluio, an. 24.

Sicyoniorum Epopeo ge decimo septimo.

1464.

Anni mundi 3146. 3150.

Ecclesiasten continere pœnitentiam Salomonis, cùm de anteacta vita, tum maximè de Idololatria, inque eius resipiscentiæ testimonium editum esse Hebræi putant. Cuiusmodi etiam narrat de Prouerbiis, *Hierony. in* 43. *Ezech.* Ipse externi templi fabricator Salomon peccauit & Deum offendit, licet postea egerit pœnitentiam scribens Prouerbia, in quibus ait nouissimè, Ego egi pœnitentiam, & respexi vt eligerem disciplinam.

Cætera eius opera innumerabilia. 3. *Reg.* 4. interciderunt. Philosophatus est à Cedro, quæ alias arbores celsitudine vincere conatur, ad hyssopum vsque fruticum minimam. Octo millia librorum composuit, nempe, 5000. odarum & carminum. 3000. Dramatum, parabolarum & ἐικόνων. Quo tempore in Ægypto omne doctrinæ sapientiæque genus florebat. 3. *Reg.* 4. *Ioseph. lib.* 8. *Antiq. cap.* 2.

Inter illos erat liber precationum siue pręcantationum, quo docebat modum depellendarum ægritudinum. Illum esse puto, quem R. kimhi inscribit de morborum curationibus è Talmudicorum traditionibus com. in cap. 4. 3. Reg. quo maiores vsos ait instar Hippocratis & Galeni. Reliquerat & librum de exoreismis siue adiurationibus ad fugandos dæmones. Nam faculatem contra dæmones calebat dono sibi diuinitus inspirato. *Ioseph. lib. Antiq.* 8. *cap.* 2. quem Origenes tractatu. 35. in Matth. sua ætate extinsse significat.

Hinc detegitur igne vindicanda Magorum nostri temporis impostura, qui nomine Salomonis aduruntur ad dæmones euocandos, cùm è contrario eos non euocare, sed pellere suis libris docuerit. E quibus exorcismos Vetus synagoga desumpserat in dæmoniacorum solatium & liberationem. vsurpatos Christi sæculo. Act. 19. & adhuc vim habentes Iosephi temporibus inspectante miraculum Vespasiano. *lib.* 8. *Antiq. cap.* 2.

Nempe quendam modum exorcisandi condiderat, quo dæmones adiurati ex obsessis pellebantur corporibus, cui officio mancipati Exorcistæ vocabantur. *Dist.* 21. §. 1. *Zonar. tom.* 1. *cap.* 58.

Libri ergo Salomoni impiè attributi sunt, qui inscribuntur Salomonis incantationes, 2. clauicula Salomonis, 3. Annulus Salomonis. Nam eorum primus apertè est sceleratus, mediis continet elementa & institutiones magicas, estque veluti clauis Magiæ ad dæmonas circulis, characteribus, variis figuris, ceremoniis, & eiusmodi absurditatibus illiciendos, etiam si ita incipiat, Initium & finis libri huius, est timere Deum. Tertio doceri aiunt, quo pacto dæmon in gemmam annuli accersatur & illigetur.

[Extat adhuc etiamnum in Psalmis libellus affixus de Psalmorũ ministerio, *schimmusch tehilim* vocant, in quo sunt pleraque morborum remedia precationibus & aliis ritibus, quem libellulum propterea statuimus ad calcem huius operis apponendum, si dabit Dominus.]

Templum à Salomone constructum annis centum & quadraginta tribus, priusquam Tyrij Carthaginem coloniam conderent. *Ioseph. libr.* 8. *Antiq. è Tyriorum annalibus, & libr.* 1. *contra Appionem.*

Apud Ægyptios regnabat Vaphres, *Eusseb. lib.* 9. *de Præpa. ex Eupolemo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

HAC QVARTA ÆTATE DOCTRINAM ECCLESIÆ FVISSE Perpetuatam sic docetur ex ipsius Scriptoribus & Prophetis.

QVARTA ætate sacra doctrina & vetus religio non modo perpetuatur, verum etiam mire illustratur, amplificatur & crescit. Nam lex data pro remedio quodam aduersus falsas religiones & Idolomanias omnia obruentes Vnitas Dei. *Exod. 20. Non erunt tibi dij alij coram me Deut. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est*, 32. *Videte quod ego solus & non sit alius Deus praeter me. 4. eiusdem, Dominus ipse est Deus, & non est alius praeter vnum, &c. Quod repetit David Psal. 17. 85. 82. &c.* Trinitatis mysterium. *Deut. 4. secundum literam Hebraicam. Quænam est gens, quæ habeat Deos tam propinquos sui. 5. Audiuimus (inquit populus) vocem Deorum viuentium, qui de medio ignis loquitur. 10. Dominus Deus vester ipse est Dij Deorum, & Domini Dominantium. Ios. 24. Auferte Deos quos coluerunt Dij, vt redimerent sibi eam, ad quod explicandum, 1. Par. 17. scribitur Iuit Dijs tantæ Abden Ezya cum similibus locis confert ad mysterium Triadis illuminandum. 54. & 116. Dominus est susceptor mei, Dominus est adiutor mei, 58. vtique sunt Dij iudicantes in terra, Psal. 29. tribuite Domino filij Deorum tribuite Domino gloriam, 89. quis assimilabitur Deo in filijs Deorum, id est, in angelis à Patre, Filio & Spiritu Sancto procreatis, 47. Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt, 136. Confitemini Dominis Dominorum, 149. Lætetur Israel in factore suo. Præterea infinita alia huius arcani semina, in quibus passim per totam Scripturam Deus nunc forma & numero singulari, Ia, El, Elion, Eloah, Adon, nunc ob singularitatem vnitatis pluralitatem siue ternionem personarum vocatur & inuocatur, in quibus etiam seorsum* Deifilius & Spiritus Sanctus, *insinuantur. Exod. 33. Dei filius Mosi, Ego ostendam (ait) omne bonum tibi, & vocabo nomen Domini (id est, Patris) coram te, & alibi: Ascende ad Dominum (id est, Patrem) in montem. Quin & Deus ipse, Exod. 23. attribuit Angelum Israeli, vt eum obseruet, eius vocem audiat, & intra se nomen suum Tetragrammatum habeat. Mitadas & Paulus, 1 Cor. 10. quem scribunt Israelitas ex Aegypto eduxisse, & in terram sanctam introduxisse. Psal. 44. 96. 102. 109. &c. de eo sunt toti, sed nec Psal. 2, à filij vocabulo abstinet, &c. Quantum ad* Spiritum Sanctum, *Exo. 35. Impleuit eum Spiritus Dei, Num. 11. super Eldad & Medad requieuit Spiritus Domini, vbi Targhum Hierosolymitanum, super eos insederat Spiritus Sanctus. Psal. 50. 139. 143. &c.* In Christum fides eiusque expectatio. *Deut. 18. Suscitabit vobis Prophetã, &c. Num. 24. Orietur stella ex Iacob, & cõsurget virga de Israel, vbi Onkelos Chaldeus, Et magnificabitur Messias, Exo. 12. Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de terra Aegypti, vbi Targhum Hieros. Moses eduxit de medio deserti, Rex autem Messias de medio Romani exilij. Hic quemadmodum ille, loquetur in summitate nubis. Verbum autem Domini loquitur inter vtrumque ipsis pariter ambulantibus. Hæc est nox Paschæ, &c. Num. 11. Eldad & Medad vaticinantur in deserto: nempe de Christo, Gog & Magog ex eodem Targum. Num. 24. efferetur regnum illius, Targhum idem, & magnificabitur regnum ipsius Regis Messiæ. De quo & complures Psal. vt 2. 21. 44. 68. 71. 88. 108. 109. 131, &c. 2. Reg. 7.*

Præterea

Ante diluuij. 1464. *Præterea articulus fidei Iudæorum 12. vbi illi, Est necesse (inquiunt) credere in Messiam, eum amare, orare pro ipsius aduentu, quemadmodum nunciatum est per os Prophetarum omnium ab ipso Mose ad vsque Malachiam. Quicunque enim de eo apud se dubitat, mendacij arguit vniuersam legem, quæ Messiam sperare certo iubet in sectione Balaam (Num. 24.) & in sectione, Vos statis hodie (Deut. 29. & 30.) Denique caput Helec in Talmud tractatu Sanedrin, & cap. 11. Maiemonim.* Figuræ *per totum Leuiticum & Iosue, per totam historiam Samuelis & Nathan, id est primi & secundi Reg. item in crurifragio, extensione manuum Mosis in crucis formam, serpente aheneo, arca, quæ crux erat contracta, &c. Exod. 12. Num. 9. 19. 21. Deut. 28. 32.* Sacerdotiũ externum, publicũ ministeriũ & eius varij ordines, *Exo. 29. 1. Par. 6. 9. 23. 24. 25. quibus capitibus Leuitæ diuidũtur in sacerdotes, doctores, iudices, siue diaconos, cãtores siue psaltas, Ianitores, denique thesaurarios siue sacristas. Deut. 17. & 18. Totus denique Leuitic.* Benedictiones Sacerdotum, *Psal. 117. Cuius rei formula concepta est, Num. 6. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te & det tibi pacem. vbi Hebræi sex necessario requiri docent, 1. vt proferatur lingua sancta, 2. vt stando fundatur, 3. vt alta voce pronũcietur, 4. Vt manus attollant sacerdotes, 5. vt versus populum, vel eum qui benedicitur faciem habeant, 6. vt fiat in nomine Dei Tetragrammato. Atque hæc quidem in tractatu Talmudico Bircath Cohanim, & prima parte Maiemonim, c. 14. pag. 49. Verum septimum adde, nempe trinam repetitionem nominis Domini siue Tetragrammati, & formam sententiæ atque distinctionem, in qua Pater, Benedicat, & custodiat, Filius, ostendat faciem suam & misereatur, Spiritus Sanctus, conuertat vultum suum, & det pacem. Nam hæc trina replicatio erat expressa inuocatio Sanctæ Trinitatis.*

[*Hinc etiam apparet vsus, formulæ Sanctæ Crucis in benedicendo. Nam obseruatio totius corporis, in medium populum, ac in duo extremos eiusdem cuneos, est forma Crucis totius corporis libramine constituta. vt etiam in* terumah, *id est, eleuatione hostiarum, & in* tenumah, *id est commotione ad omnes orbis partes, erat idem Crucis typus.*]

Vestes religiosæ, & ornamenta sacra, *Exod. 28, 39, 25, 26, 27, 30, 33, 36, 37, 38, 40.* Sacrificia cruenta *in typum Passionis Christi per multa capita Leuitici, multorum generum, Holocaustum, Hostia pro peccato, Hostia pro delicto, sacrificium pacificum, votiuum, spontaneum, Toda siue confessionis siue laudis, Agnus Paschalis.* Incruenta *in quibus nulla erat effusio sanguinis siue iugulatio, in typum Eucharistiæ, Ibid. cap. 2. & 7. libamina in liquidis, præsertim vino, Num. 6, & 29. Menahoth in aridis præsertim simila. i. farta, farinacea sacrificia, multorum generum vt Panes Azymi, bugillus similæ oleo perfusus, lagana azyma cocta in clibano & oleo perfusa, lagana frixa in sartagine, lagana tosta in craticula oleoque condita, Aristæ expressis & virentibus adhuc frugibus decerptæ leniter ad ignem vstulatæ, in farris modum confractæ thureque tectæ. Sex hæ species Leu. 2. quorum mysterium concipiens Dauid* Eucharistiam *delicatum edulium & animas saginans promittit Psal. 21. 22. 71. etiam è R. Mose Haddarsan, R. Simeon auctoris Zoar & veterum aliorum Talmudicorum & Rabbinorum interpretatione.* Signa fidei, siue sacramenta, *Circumcisio Ex. 12. Leuit. 12. Deut. 10. Ios. 5.* Pœnitentia & eius opera, *Sacrificium pro peccato, Leuit. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 12, 14, 15, 16, 19, 23. Num. 5, 6, 7, 8, 9. 12, 14, 15, 16, 18, 19, 29. Hostia pro delicto iisdem fere locis Leuitici & Numerorum.* Confessio *autem peccatorum Leuit. 5. & Num. 5.* Purificationes & Baptismata, *vt lanacra, sanguinis aspersio, aqua lustralis, Exod. 12. Leuit. 14, Num. 19, &c. Hinc Exod. 19. v. 10. Moses iubetur triduo ante legem dandam populum sanctificare continentia ab vxoribus, vestium lotione, &c.* Loca religiosa. *Tabernaculum, templum portatile & motorium, Exod. 25, 26, 33, 40. Num. 7. fixum in Silo Ios. 18. Sacella multa in excelsis, in quibus arca Domini steterat, 1. Reg. 4. 7, &c. tentorium nouum arcæ à Dauide ædificatum. 1. Par. 15. & 16. Excelsum Gabaon 2. Par. 1. In Bethel, 1. Reg. 10. Altaria holocausti, & incensi, Exod. 2, & 30.* Sacræ Imagines, *cherubim duo aurei iuuenili forma hærentes propitiatorio, Exo. 25, 28, & seq. Velum contextum Cherubis, & cortinæ formis Cherubinis sparsæ, Exod. 26, & 36. vbi noster interpres pulchra varietate distinxit formis Cherubinis sparsæ. Exod. 26, & 36. vbi noster interpres pulchra varietate distin-*
Serpens aheneus, Num. 21. Teraphim Dauidis, quasi lares & penates, 1. Reg. 19. Vexilla Tribus. Cherubim Ezech. cap. 1. & noster Ioannes in Apocal. 4. quatuor animalium, hominis, leonis, bouis, aquilæ, de quibus Ezech. cap. 1. & noster Ioannes in Apocal. 4. Kimhi in secretioribus Commentariis in Ezechielis Quadrigam. Quare præceptum, Exod. 20.
1500. *Kimhi in secretioribus Commentariis in Ezechielis Quadrigam. Quare præceptum, Exod. 20. de non faciendo sculptili neque vlla similitudine tribus modis exponunt Rabbini. Primo intelligi*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Idolis, vt R Iaphet & auctor Mechiltæ, citante R. Leui, Exo. 20. aut de imaginibus cæles-
bus 48. vt R. Selomo, R. Abraham, Ibidem, & ipse Kimhi Psal. 97. neque comprehendere Che-
rubos, & similia sacra simulachra. Secundo esse præceptum quantum ad ceremoniam pro tempore
ob abusionem Gentium effusè in Idololatriam ruentium, ideoque non obligasse antiquiores Pa-
tres, vt Iacob 28. & 35. Gen. Sic R. Isaac Gen. 20. & 18. addens Magistros hoc docere in illud
Deut. 16. Non facies tibi neque eriges statuam, quam odit Dominus. Tertio, Non adorabis, ne-
que coles ea, esse præcepti modificationem, nec nisi eius quod dixit, Non facies tibi sculptile aut
vllam similitudinem, expositionem. Sic R. Ioseph Albo. lib. 1. cap. 14. quod confirmatur versu 1.
cap. 26. Leuit. vbi immutatur loquendi formula. Non facies, &c. vt adores ea. Sic & noster
Tertul. lib. 2. contra Marcionem. Festa, Sabbatum, Exod. 16, 20, 31. Leuit. 16, 19, 24, 25. Deut. 5.
Neomeniæ, Num. 28. præter quæ quinque erant festa legalia, Leuit. 24. Numer. 28, & 29. Pas-
cha videlicet octo dierum in memoriam liberationis Aegyptiacæ, Pentecostes siue festum Messis
siue primitiuorum, id est, nouarum frugum. Num. 28. octo diebus in memoriam datæ legis, festum
Tabarum in recordationem vocationis populi in Abraham, Leuit. 13. Num. 29. Tabernaculorū
siue festum collectionis (fructuum & vuarum) ad recolendum beneficia in deserto exhibita, octo
diebus. Dies expiationis. Leuit. 16. Quibus accesserunt festum dedicationis Tabernaculi, Exod.
40. Planctus filiæ Iephtæ die anniuersario, Iud. 11. Religiosorum vita & vota. Nazarei vtri-
usque sexus, Num. 6. quorum leges sequitur Samson, Iud. 13. & 16. Samuel, 1. Reg. 1. Virgi-
num consecratio, Iud. 11. in filia Iephtæ iuxta Rabbinos. Prophetarum cœtus præsidente Samue-
le, 1. Reg. 19. De reliquis votis Num. 30. & Leuit. 27. Deut. 23. quæ quando redimi possent, docet
Ioseph. lib. 4. Antiq. cap. 4. Sanctorum vis & preces. Exod. 32. 33. Recordare Abraham, Isaac
& Iacob, quibus iurasti per temetipsum. Præsidij Angelorum crebra mentio in Mosis lege & Io-
sue, Iudicumque historijs. Nomina 12. Patriarcharum in pectorali summi pontificis & inter so-
lennia sacra, &c. Reliquiæ. translatio ossium Ioseph, Exod. 13. in Sichem Ios. 24. quæ & pro-
pheratunt, Eccl. 49. Translati etiam sunt cineres vndecim reliquorum Patrū in Aegypto mor-
tuorum, Act. 7. Positumque Manna Aaron in Tabernaculo reseruandum. Exod. 16. ver. 34. In
arca reponitur asseruanda vrna aurea habens Manna, & Virga Aaron, quæ fronduerat & ta-
bulæ testamenti, Heb. 9. & amygdalæ virgæ Aaronis atque flores, & lenticula olei vnctionis,
& capsella, quam miserant Philistim munus Deo Israel, è Talmudicis in tractatu Ioma & R.
Mose 2. parte Maemonim, pag. 413. Ieiunium. duorum generum, vnū coactum legēque præ-
scriptum Ecclesiasticis respondens. Onasim vocant. id est, coactionum, Leu. 16. ieiunium scilicet
expiationis decima die mensis Septembris, ad quod sequētibus ætatibus multa adiecta sunt, Zach.
8. & in calendario Hebræorum, alterum voluntarium obligans duntaxat post votum, Num. 30.
nitur corpus, vt cum quis vouet se abstenturum à vino, vel carnibus. Num. 6. &c. Quin &
Quadragesimæ exemplū à Mose bis, & iuxta aliquos Rabbinos ter tot dies ieiunante reliquo,
Exod. 24. 34. Deut. 9. Inde enim deinceps 40. diebus pro suo modulo multi ieiunarunt, abstinentes
a carnibus & vino, in itinerario R. Benjamin. Delectus ciborum, Leuit. 11. Deut. 14. Hæc sunt
animalia, quæ comedere debetis, hæc quæ non comedere, de animātibus siue terræ, siue aquæ, siue
aeris. Num. 6. qui se voluerint Domino consecrare, à vino & omni quod inebriare potest abstine-
bunt, ab aceto, & quolibet de vua expresso, ab vuis recentibus, siccis, passis. 30. v. 14. Votum per
ieiunium & cæterarum rerum abstinentiam, vt etiam exponunt R. Abraham & alij Rabbini.
Cura mortuorum, pro eis preces, Purgatorium. Aaron stat cum Turibulo inter viuos &
mortuos. Dauid ieiunat & precatur Sauli & Ionathæ 1. Reg. vlt. oblationes, de quibus Exod.
25. ad temporarias sæculi venturi pœnas relaxandas valere Zoar docet in sectione Teruma. Ra-
kanati, Leuit. 21. illud, 1. Reg. 2. deducit ad inferos & reducit, de certo inferorum loco intelligen-
dum docet, è quo purgatæ animæ emergant, per ventrem ceti siue balenæ figurato, Ion. 3. (vt &
alij per refugij ciuitates, Num.) non de Seol tahtiioth (inferno inferiore) siue Abaddon (per-
ditione) Imò verò vetustiores Hebræi in Talmud c. hazsahab (aurum) in tract. Baba Meisi.
(porta media) Nam passim septem inferni mansiones constituunt, è quarum aliis esse exitum, ex
aliis non esse docent, reliqua in. 1. 3. articulum symboli sui Rabbini docent, nempe Purgatoriam
esse pro fidelibus constitutum, vt luant quidem pœnas pro grauitate peccatorum suorum vi haiet 3150.
ser. E fomitis & concupiscentiæ commissorum, postea tamen partem futuri æui obtineant, cum
hæretici, infideles, Epicurei & truncatores plantationum (i. piarum patrum traditionum) sint in

æternum

Anni diluuij. 1464.

æternum perituri, Traditiones. Articulus est octauus Symboli Iudæorum ab eodem Mose pro-
cessisse duplicem legem vnam scripto (Biktaḋ) alteram traditione (Beal-pé, quasi per os) &
vtranque obligare æqualiter. peruenisse autem ad posteros, per Iosuam & Seniores ad Prophetas
& Sacerdotes, indeque ad Scribas & Pharisæos, de qua scriptum sit, 1. Par. 4. Hæc autem sunt
verba vetera. Sic enim appellari Masoreth (traditionem) siue Cabbalam (acceptionem & do-
ctrinam maiorum sine scripto) docet Kimhi, quam post captiuitatem suscitarit Ezras. Atque hūc
perpetuo Dei cultum fuisse conseruatū apud suos de Tabernaculis, palmis, tubis, fimbriis, ieiunijs,
sacrificiorum ritibus, Ecclesiasticis instrumentis, & consimilibus, minime lege scripta expressis, pro
quibus pugnat cōtra hereticos Karaim, (i. biblicos, solā scripturā recipientes) R. Abrahā Leuita
in sua Cabbala. Vita æterna, iudicium extremū. Passim in Mose & Psalmis. Pro quorū com-
pendio esto illud R. Mose ben Nahaman & Rakanati Leu 21. pag. 154. Scito eam animæ Ceri-
thuth. i. excisionem, de qua passim Moses, magnam spem facere immortalitatis animorum, mer-
cedis ac præmij futuri. Nam quod sæpe Dominus, exscindetur, ait, anima illa de medio populi sui,
vel exscindetur anima ipsa à facie mea, ostendit eandē ipsam, quæ peccauerit ob peccatū exscindi:
reliquas, quæ non peccarint, se coram in sublimi luce & splēdore victuras. Hoc tu intellige. Re-
surrectio autem carnis est 13. articulus eorum Symboli, crebróque à Dauide pingitur. Cæteri
articuli de fide, operibus, prædestinatione, Iustificatione, etiam controuersi internos & Caluini-
tas abundè illustrantur à scriptoribus sacris huius ætatis, Mose, Iosue, Samuel, Nathan, Dauide,
auctore primi Paralipomenon, & aliis si qui sunt.

Anni Mundi.

QVINTA ÆTAS REGVM, ET VA-
riorū Mundi principatuum q. virilis ætas populi Dei.

Quæ incipit anno mundi. 3150.

Regum Dauidicorum.

2.

1464. 3. Reg. 11. 2. Par. 12. a SALOMON regnauit adhuc, an. 36.

1500. *Pontifice & prophetis iisdem.*

Rege eodem Assyriorū Laosthene.

Sicyoniorum Epopeo rege decimo septimo.

Iisdem apud Lacedæmonios, Corinthios & Athenienses regnantibus, deinde.

1500. *Archippo Athenarū Archonte, an. 19.*

3150. a VOTIS tabernaculi rebus, templum mirabile
construit, inuentis inter Israëlitas centum quin-
quaginta tribus millibus proselytarum, qui ope-
ras suas præstare possent ad lapicidinas, & ad la-
pides saxáque in locum opportunum expor-
tanda. 2. Paral. 2.

Tabernaculū antea mobile & portatile, nūc primū cæpit figi.

Templum istud augustissimum, septem mundi quæ habē-
tur miracula superans, tres præcipuas habuit partes, templum
clausum. 1. Atrium interius siue sacerdotum. 3. Atrium exte-
rius siue populi, in quo porticus constructa est à Salomone,
postquam ille ædem totam perfecisset. 3. Reg. 7.

Progressu temporis atrium istud exterius interstitio mu-
rorum fuit separatum, vt anteriore parte viri, posteriore fœ-
minæ continerentur, sacerdotúmque ab atrio remotiores es-
sent, vnde atrium nouum. 2. Par. 20. id est, atrium fœminarū.

3150.

3186. Hæc autē omnia atria suas habuerunt porticus ad Meridiei
& Septēttionis latera, quibus vel imber vel æstus vitari posset.
Tandē atriū profanum siue gentiū, in quod exteri & Israëlitæ
non purificati, ad precandum conuenire possent, accessit.

Vniuersa hæc muro cingebantur, à quo totū spatium vsque
ad atria contentū mons domus dicebatur, domus Dei, mons
Moria. Nempe in eodem montis tractu sunt quatuor colles
siue iuga, quæ quādoque vna appellatione Sion dicuntur, ali-
quando varia sortiuntur nomina. Primus est Sion, qui ob sui
altitudinē respectu totius terræ, specula interpretatur. In eo
erat arx dicta ciuitas Dauid, quā à Hierusalē diuimebat hiatus
quidā siue Melo. 2. Reg. 5. Illic erant sepulchra Dauid & Regū.
Secūd. iste Moria. Tertius Arca, vbi noua ciuitas 4. Golgolta.

Omnia illic auro, argento, rebus aliis pretiosissimis con-
stabant, ac vt cultus Dei esset honorificentior, præter Che-
rubos Mosaicos formam iuuenum alatorum ostentantes,
similibus fictis imaginibus omnia respersit etiam templi pa-
rietes & introitum. *sub finem. 6. capitis. 3. Reg.*

3186. Multa alia adiecit præter exēplum Moſi à Deo præscriptū.

1. Decem mensas panum ad vnam Mosaicam, decent can-

Universidad de Deusto
Biblioteca

delabra ad vnum, in quibus etiam lucernæ perpetuo arderẽt. *Anni mundi.* *Anni Diluuij*

2 Præter concham Mosis ad lauandos sacerdotes, decem alias conflauit, itémque mare magnum.

3 Vltra ambos cherubos, totidem prægrandes confecit, qui & illos obumbrarent cum tota arca. 3150. 1464

4 Præter arcæ vectes, duos alios longe maiores qui à lateribus arcæ ad ostij Debir duo limina portrigerẽtur, ne põtifex die expiationis ingrediens huc illuc indecorè deflecteret.

5 Vasa sancta & instrumenta templi omnia ex puro auro, aliáve pretiosa materia multiplicauit, & nouæ multiplicisque formæ addidit.

6 Varias cellas, vestibula, porticus, gazophylacia, cœnacula, tabulata, ædes, cubicula, columnas, portas in omnem plagam condidit, quorum nullus fuerat vsus, vel mentio in Tabernaculo Mosis, aut Dei præscripto exemplari.

7 Sparsit omnia cherubis & sacris imaginibus, floribus, animalium & rerum aliarum figuris, &c.

Sadoch de Eleazaris familia adipiscitur pontificatum deposito à Salomone Abiatharo, qui erat de posteris Heli, atque adeò Ithamaris.

Traditum per Mosem à Domino sacrificij veteris ordinem vt paulo ante Dauid, Salomon, Sacerdotum & Leuitarum ministerio, cantorum multiplici numero, Psalmorum diuinorum tripudio, templi & altaris illustri gloria, sacrorúmque vasorum multitudine splendidius amplificauit. *Rupertus lib. 2. de Offic. Eccles. cap. 21.*

Sadoch Hebræorum summus pontifex octauus, *Euseb.* nonum ab Aarone Hebræi aliqui faciunt. sed repugnat series à nobis ex aliis locis, præsertim Scripturæ, posita.

Magnificentia ipsius rursum eluxit in publicis ædificiis struendis.

Domum regiam sibi, alteram vxori, tertiam æstiuam, extra vrbem, quæ & domus Saltus Libani appellatur, quod puro Libani ligno constaret, denique vrbis totius muros à fundamentis extruxit, in quibus omnibus superbè excitandis. 13. totos annos consumpsit.

Regia eius tres summas habuit partes, porticum Iudicij cum solio regio, Atrium ac denique ædes ipsas. Muri omnes extrinsecus lapidei, intrinsecus cedrini, ad pulchritudinem, durationem & sanitatem.

Vrbes etiam multas, & in Iudæa & alibi, vt Palmyram iuxta Euphratem magnificentiæ suæ testes condidit. *Ioseph.*

Opes multas habuit, quæ ex eo æstimari possunt, quod in Sepulchro Patris: magnam auri vim condiderit. Mille enim annis post ferè Hyrcanus ex vna camera tria talentorum millia, & paulò post ex altera totidem Herodes eruit, *Ios. lib. 15. Antiq cap. 16. & lib. 16. cap 11. & lib. 5. belli. cap. 12.*

Non erat argentum nec alicuius pretij putabatur in diebus eius. 3 *Reg.* 10. Quod sic est interpretandum Nihili faciebat Salomon aurum & argentum, minus fortasse etiam quàm lapides. Erat enim nimis magnificus & sumptuosus. Non quin aliis, præsertim populo, esset carissimum. Quoniam in hac Regis abundantia, luxu, sumptibus, largitionibus, populus egebat, oppressus haud dubiè regiis exactionibus & tributis, quæ ideo Salomon cogebatur augere, vt suæ profusioni satisfaceret. Id ex historia Roboam filij constat.

Fuit primogenitus Bethsabeæ ex Dauide. Nam puer, qui eum præcessisse dicitur, erat adulterinus. Secundo genitus Nathan (alius à propheta, de quo Luc. 3.) denique Simha & Sobab.

Annũ ætatis decimo, vel vndecimo ad summum, genuit Roboam, etsi puer non dicitur posse gignere ante. 13. annum & vnum diem. *R. Isaac.* Hoc facile probatur, quoniam 3186. 1500.

Latinorum Ati Syluio, deinde Capi Syluio annis 28.

SALOMONIS SÆCVLO.

Roboam

SÆCVLO SALOMONIS.

Anni diluuij. *Anni mundi.*

1464. 3150. Roboam annum 40. vitæ agens patri, 52. annos nato successit ex 3. Reg. 14. & 11.

Initio regni, id est, ætatis duodecimo (vt conantur docere Hebræi apud R. Kimhi, 1. Par 19. v. 1. nam hoc non est satis liquidum) vrbem muro circumdedit. 3 *Reg.* 2. inter duas mulieres sapienter iudicauit sapientia sibi diuinitus indulta.

Regibus vicinarum gentium amicitiam ipsius & fœdus petentibus & imperata facere paratis assensit.

Templum septem annis compleuit, nempe regni sui vndecimo, in monte Moria, qui collis erat monus Sion saxosus, paulum erectus à parte Orientali ciuitatis, pronus super arcem, quam muro cinxerat, valle profundissima circumdatus. *Ioseph. lib. 15.*

Dedicauit templum, dicta oratione, mactatis hostiis pacificis ad boum. 20. millia, & ouium centum viginti millia. Nempe vt epulo sacro populum ad celebritatem confluentem exciperet. Nam in sacrificiis pacificis omnia reddebantur ad conuiuandum offerenti, præter adipes & renes, qui adolebantur, & armum dextrum, qui relinquebantur sacerdotibus.

Summa orationis, vt Deus populum in rebus suis opem in illo templo implorantem exaudire vellet, ex arca & cœlo. 3. *Reg.* 8.

Domum regiam tredecim annis perfecit, nempe regni sui vigesimo.

In maxima regni prosperitate coniuges ex alienigenis sibi sociauit, & Idola, quibus more gentis suæ sacrificarent, habere permisit. Vnde vltionem à Deo meruit. 3. *Reg.* 11.

Sepungentas vxores & 300 concubinas habuit iam senex. Earum idola coluit fanáque eis struxit. *Ibid.* Cui proinde Deus denuntiauit fore, vt regnũ maiore ex parte filio ademptum seruo illius traderetur. Idque ita accidit.

Anno regni quarto filiam Pharaonis duxit. Ita illa cum eo vixit. 36. *R. Selo. 2. Par. 16.*

Tempore senij à mulieribus aliis pertractus est ad Idololatriam, sed resipuit. *Ibid.*

Multas vrbes ædificauit, vt refertur in Paralipomenis.

Bella pauca gessit. Vnum contra Syros Sophenos prope Euphratem, quibus victis ædificauit Palmyram in deserto & alias ciuitates munitissimas in Emath regione Saphenorum. 2. *Par.* 8.

Alterum contra Idumæos maris Rubri, quibus eripuit Asion-Gaber, quæ vrbs postea à Ptolomæi Sorore Arsinoë dicta est, hodie Suez, Turcæque paret, Rubri maris portus. Deinde Aeloth. *Ibid.*

Ciuilia duo celeriter oppressi, Ieroboam, qui Israelitas ad rebellionem inflammauerat, ad Sesac Ægypti regem fugiente. & Adad, post accensos in Idumæa defectionis ignes, in Arabiæ deserta dilabente. 3. *Reg.* 11.

Razon latronum principem, qui Damascum inuaserat, séque in ea pro Rege gerebat, suscitatum à Deo propter suam Idololatriam perpetuum hostem habuit. *Ibid.*

Makeda qui & Nicaula Æthiopum regina (Item Aegypti. *Ios. lib. 8. Ant. c 2.*) è Saba Nili insula, postea à Cambyse Meroë appellata, ad Salomonem venit, regni eius quarto (*Marinus Victorinus de Regno Æthiopiæ*, vel potius vndecimo. Nam. 3. Reg. 11. templum iam erat ædificatum) de lignis arboribus, & cæteris rebus, naturalibus præsertim auditura. Filium ex eo conceptum nomine Melich, deinde Dauidem, regnandi iure fœminis sublato, Regem renuntiauit, & nobili imperio Preto Ioannis (quòd hodie etiamnum viget) principium dedit. Ex quo iam tot annos primo legem, deinde Euangelium per Eunuchum & Philippum Apostolum præ-

1500. 3186.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatum seruant, extremam manum adhibente Matthæo. *Ex historia Aethiopica.*

[Mirum est, cur vox hæc ità degenerârit. Nam propriè significat, Φώτεσκον, quem Hebræi vocant *ménat scah*. Estque vox Hebræa *pretiun. perat. perat. significat musicam.*]

In Æthiopiam secum duxit, 12. Iudæorum millia mille scilicet è singulis tribubus, quibus ibi magno numero propagatis, iam Æthiopes, præsertim nobiles, se è semine Israëlis esse gloriantur. Ob eamque causam etiam nunc circuncidunturnon quidam ob salutis necessitatem, vt ipsi obiicientibus Paulum respondent, sed ob sanguinis prærogatiuam. *Ex eadem historia.*

[De eo multa Damianus Goïs, ex recẽsione legati Æthiopum, apud Emanuelem Portugalliæ Regem.]

Hinc fortasse abrepta occasio historiæ vel potius fabulæ de Iudæis fluuio sabbatico in Æthiopia clausis, & eorum imperio florẽtissimo apud Eldad Daniũ, quẽ olim vertimus.

Regina Saba plantam Balsami dono detulit ad Salomonem, quam & ipse plantauit in agro Hiericuntis. *Ioseph. lib. 8. Ant. cap. 3.* Eam postea sola Iudæa aluit. *Plinius.* Hodie sola Ægyptus, vbi etiam fertur sterilescere.

A fixa Axumæ sede regni, quarto loco regnum obtinuisse dicitur. Nam cum antea incertis sedibus Æthiopes regnarent instar Nomadum & Arabum, Atue primus illic sedem constituit annis 400. deinde Agabo frater an. 200. Hinc Ghedur qui & Sabanut, 100. Is totam Æthiopiam subegisse scribitur. Denique Makeda huius filia an. 80. quorum quinquagesimo viserit Salomonem post eius quartum, & postea regnarit, 27. Hanc autem reliquerit progeniem. 22. regum vsque ad Christum.

Melic filius eius & Salomonis an. 29. Andedo filius Melic an. 1. Auda frater. 11. Gigasio, 3. Zangua 44. Guasio d. 1. Anter. 61. Bahata. 9. Cauada. 1. Chanze. 10. Endur. 9. Guaza. 1. Endrah. 1. Chaales. 1. Setiia. 17. Aglaba 3. Anscua. 1. Breguas 17. Guase. 17. Beseclugna. 17. Baazena. 27. sub quo Christus. Sed multi præteriti sunt, vel numeri corrupti. Nam vix perueniunt ad extremum huius quintæ ætatis, nedum sextæ siue Christi.

Habuit Salomon naues traiicientes in Tharsis Indiæ regionem ad aurum, argentum, lapides pretiosos. Pauones, &c. 2. *Paral. 8.*

Nauigatio erat trium annorum. Quare profundè oportuit penetrare in Orientem & Occidentem. Nam illa Portugallensium hodie, quamuis remotior anno absoluitur, & quando est diuturnissima sesquianno.

Inter hæc est aurum, quod appellatur in Hebræo ibid. c. 3. Paruaim, quasi allatum ex vtroque Peru, quod hodie patet Hispano. Eandem nauigationem repetere voluit Iosaphat cap. 20. nec probabile id intelligi de nauigatione vulgari Indica. Nam illa per mare Rubrum semper fuit tritissima & cognita vniuersis gentibus, sine qua Orientis opes ad Syriæ, Asiæ minoris, Phœniciæ, Africæ, Europæ regiones nunquã alioqui peruenerunt.

Dum ergo Scriptura hoc de Salomone & Iosaphat veluti singula re notat, posito etiam Paruaim vocabulo, quod dualis est numeri, quis non cernit nouum hunc orbem nominari? Qui potuit ab ipsis aperiri sulcato mari siue versus Occidentem more Hispanico, siue versus Orientem Molucis præternauigatis, vt faciunt Lusitani.

Salomon præter alias sapientiæ dotes, etiam numeratur inter 10. Psalmorum conditores à Diuo Hieron. *Prolog. in Psal.* quod. 72. &c. 127. eius nomen præferant, cui & tres sequentes. 118. 119. 130. tribui debeant, quia *ανεπιγρ.*

Anni mundi. 3150. 3186.

Anni diluuij. 1464. 1500.

SALOMONIS SÆCVLO.

φοι ad

Anni diluuij. 1464. 1500.

Anni mundi. 3150. 3186.

SÆCVLO SALOMONIS.

φοι ad proximum auctorem referuntur. Hebræi decem quidem faciunt, imò verò vndecim, sed Salomonem prætermittunt, eius loco Adamum & Melchisedech substituentes. *Kimhi præf in Psal.*

Eius gesta Nathan vates. Ahias Silonita & Iddo propheta perscribunt.

Et ex exteris Eupolemus, Alexander Polyhistor, Hæcateus Abderitanus, Dius Phœnix, &c. è *Iosepho lib. 8. Antiq. cap. 2. & Euseb. lib. 9. Præp. cap. 4.*

Ahias Silonites propheta missus à Deo, tradit decem tribus Ieroboamo, prædicit mortem filij eius, & totius regni exitium, 3. *Reg.* 11. & 14.

Puerum eum fuisse aiunt Mosis ætate, & vitam ad Eliæ sæculum perduxisse, quod spatium est annorum 600. Nam recensetur inter 7. annorissimos. *In præf. Maimonim.*

Reges huius temporis sapientiæ studebant, sibique mutuo per legatos quæstiones, problemata, ænigmataque proponebant, præmiis vincenti constitutis, 3. *Reg. de Hiram & regina Saba, Plutarc. in sympos. 7. Sapientum, & auctor Vitæ Æsopi.*

Profana Rege Salomone.

Ante Homerum extiterunt hi poëtæ in Græcia, Linus, Philammon, Tamyras, Amphion, Orpheus, Musæus, Demodocus, Phemius, Sibyllæ, Epimenides Cretensis, Aristeas Proconesius, Asbolus Centaurus, Hatis, Drimon, Euclus Cyprius, Orus Samius, Protenidas Athenienfis, *Euseb. lib. 10. Præp cap. 3.*

Olenes, Lycus, Pamphus Athenienses, Orpheus filius Calliopes hymnographi. *Pausanias.*

Homerus, centum annis plus minus post bellum Troianum, *Cassius apud Gellium, lib. 17. cap. 21* sexcentis ante Aristotelem. Centum triginta ante primam Olympiadem. *Porphyr. Cornelius nepos.* Ante cæcitatem Melesigenes appellabatur. Eius ortum septem Græcorum ciuitates gloriosè sibi vendicabant. Cuius poesi, nullum opus apud Græcos vetustius extare in confesso est. *Ioseph lib. 1. contra Appionem. Sic Aristot.*

Nam Lini, Orphei, Musæi, Phenij, & Aristææ proconesij poetarum, qui vno sæculo erant antiquiores, vtpote deorum suppares opera petierunt. *Ibid.* Suæ poeseos argumentum desumpsit è Corauino Illicensi poeta: Palamedis discipulo. *Suidas.* Sibyllinos versus plurimos suis versibus inserens. *Solinus ex Isaiæ.* Adiit sapientiæ ergò sacerdotes Ægyptios. *Iustinus in Parænetico.* Non modo cæcus fuit, sed & victum errans per omnes propè terras sibi emendicauit. *Pausanias in Corinthiacis.* Eius & Hesiodi animas pendentes ex arbore serpentibus illas vndique vexantibus, graues dare pœnas retulit Pythagoras, eorum causã, quæ finxerunt de Diis.

Ionica emigratio, in qua quidam Homerum fuisse scribunt. *Euseb.* de qua mox.

Pelasgi mari potiuntur. *Nang.*

Cumas hoc ætate conditas aiunt, item Magnesiam in Asia. *Ibidem.*

Chabreus filius Cheopis rex Ægypti. *Diod lib. 1 cap. 1.*

Est ille Vaphres, cuius ad Salomonem & vicissim Salomonis ad ipsum extant literæ, apud Eusebium ex Polemone lib. 9 Præpar. cap. 4. & apud Clementem Strom. lib. 1. ex Alex. Polyhist.

Hiram rex Tyri post patrem Abibalum, regnauit, an. 34. *Ioseph ex Menandro Ephesio contra Appionem.*

1500. 3186. Baleastartus filius regno successit. Hinc Abdastartus, &c. Nam sequentes reges Tyriorum, nomen Astartæ deæ apud ipsos cultæ ferè adiunctum habuerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Colonia Ionica deducta annis 140. post Troiam captam. *Clem. Strom. lib. 1. ex Eratosthene.* Sexaginta annis post Heraclidarum descensum. *Plutarch. in Homero.* Coloniæ rex Androchus Codri filius, Ephesum iam fundatam, & templum ab Epheso & Crœso indigena, ante Herculem & priorem illo Bacchum, amplificat *Pausa. in Achaicis.* — Anni mundi 3185.

Pyseus Thyrrenus pirata Italiæ tubam inuenit. *Plinius lib. 7. cap. 56.*

b INITIO pius, ad extremum impius. Consilium secutus iuuenum, preces suorum graue tributum à Patre impositum relaxari postulantium repudiauit, sicque decem tribus à se auertit. Frustra bella contra eas gessit. — 3186. — 3203.

Aras & statuas & lucos in montibus excelsis statuit, & omnes abominationes gentium fecit.

A Sesac rege Ægypti victus, Hierosolymam & thesauros regios amisit.

Ita regnum bifariam diuiditur. Vnum Iudæ appellatur, quod obtinuit Roboam, vel Hierusalem, vel duarum tribuum, vel Dauid. Alterum Ephraim, vel Samariæ, vel communi nomine Israël, quòd plures tribus, nempe decem ad Ieroboam se contulissent, duabus duntaxat Iudæ & Benjamin vnà cum Dauidis posteritate remanentibus.

Leui etiam tribus relictis vrbibus, quas inter decem tribus possidebat in tribum Iudæ & Beniamin, vt vicina esset templo, fermè tota se contulit. *2. Par. 11.*

Rursum quia decem tribus ad cultum simulachrorum, duum præsertim vitulorum se transtulerunt. Alioqui in cæteris legem sequebantur, id est, doctrinam Mosis & ritus sacrificandi & sacramenta administrandi, vt magis hæretici fuerint, quam pagani. Quin & apud se Catholicam professionem permiserunt, dum multa collegia prophetarum, & multos habuisse memorantur, qui non curuauerant genua ante Baal Eliæ tempore.

Ab hinc vsque ad transmigrationem in Babyloniam Prophetarum magnus prouentus fuit. Eos enim Deus excitabat ad Israelitarum casus siue prosperos, siue aduersos prænunciandum, quòd se ita scidissent.

Semeias vir Dei dehortatur Roboam habentem in exercitu centum octoginta millia electorum militum, ne bellet contra decem tribus, quæ à se defecerant, *3. Reg. 12.*

Iddo adhuc prophetabat.

Ioam (sic enim nominatur ab Epiphanio) prænunciat Iosiam regem trecentis pòst annis nasciturum, qui Idololatriam destruat: cúmque reuerteretur ab increpando Ieroboam de impia religione, in via à leone occisus est, quòd cuidam se ad cibum vocanti inconsulto Deo paruisset, sed tamen leo assidens illæsum corpus seruauit, dum in funus efferretur. *3 Reg 13.*

Iadon vocatur à Ios. *lib. 8. Antiq. cap. 2.* Sameas, à Tertul. *contra Psychicos.*

Iudæi ne cum schismaticis Israelitis vllo sacrorum vsu communicarent, eam literarum formam, quæ nunc vsita est, id est, quadratam, mutatis prioribus figuris condiderunt, ac illas, quæ Samaritanæ literæ deinceps sunt nominatæ, reliquerunt. *R. Mose Gerundensis sub finem ventatruthi.*

Regno Israelis, id est, decem tribuum constituto, regnum Iudæorum deinceps in duo scissum permansit, Catholicum scilicet, & hæreticum. Catholicum, quod peculiariter nomen Iuda retinuit, tres capiebat tribus, Iuda, Benjamin, & Leui. Nam Leuitæ antea per totam terram dispersi, sese receperunt ad legitimum Ecclesiæ locum. Hæreticum, pro legia habuit Tirsam, deinde Samariam. Retinuit Circumcisionem, & cæteros ferè cultus Mosaicos, nisi quòd eos sub- — 3203.

3.

b ROBOAM, an. 17. — 1500. 2. Par. 12. 1517.

Achimaa Pontifice.

Samaia & Iddo prophetis.

Phericiade Assyriorum, 32. rege an. 30.

Ieroboam filio Nebat, Israelitarum siue decem tribuum regni conditore, an. 22. 3. Reg. 14.

Labote Lacedæmoniorum.

Agilao, deinde Prynina, an. 35. Corinthiorum. — 1327.

inde

Anni diluuij. 1517. — Anni mundi. 3203.

Archippo mox Thersippo, an. 41. Athenarum Archonte.

Latinorum Capi Syluio deinde Carpento Syluio, an. 13.

4.

1517. Ibi. c. 13. 1520. c ABIA an. 3. — 3203. 3206.

Azaria pontifice eodémque propheta, Iddo propheta adhuc superstite.

Fisdem Regibus.

5.

1520. Ibi. c. 15. 1561. d ASA an. 41. — 3209. 324.

Abimelech Pontifice.

Joram, Azaria filio Obed, Hanani & eius filio Iehu prophetantibus.

Eodem Phiriciade, deinde Ophrateo 33. rege Assyriorum, an. 20.

1561. — 3247.

inde variabat nouis & peregrinis vicinarum gentium ritibus: vt nulla religio solet esse constans & firma apud eos, qui se semel ab Ecclesia distraxerunt. Prophetæ Ieuitis fuerunt animosiores. Nam in eo etiam sua collegia atque conuentus continuarunt, vt ex Eliæ & Elisei historiis liquet.

Profana Roboam rege.

Thraces maris imperium possident. Bithyniam nauali prælio capiunt, transeuntes à Strimone.

Samos struitur Partheniæ nomine in mari Ionico.

Smyrna, quæ antea Naulochus ab Amazonibus ampliatur.

Smendis siue Sesacus Æthiopes & Phœnices Circumcisionem docuit, templum spoliauit. *3. Reg. 14.* Eum etsi non nominet Herodotus lib. 2. tamen contra Roboam dicit mouisse arma & Syriam Palestinámque terrore sui compleuisse.

c ABIA pius fuit, nisi quod iuxta Midras ad extremum peccauit, dum capta Bethel vitulum non consumpsit.

Produxit contra Ieroboam 400. hominum millia, & vicit, cum tamen Ieroboam duplo plura haberet in suo exercitu, nempe 800. millia.

Cum eo continua bella gessit.

Non fuit Roboæ primogenitus, vt intelligitur è *2. Par. 11.*

Impietatem paternam secutus est, *4. Reg. 15.* Vbi obseruandum Israëlitarum reges semper in impietate Ieroboam permansisse, etsi eam aliqui auxerint. Ex Iuda regibus alios Roboami impietatem æmulatos esse, alios ad Dauidis imitationem se contulisse.

Profana Rege Abia.

Sasochis secundus legumlator apud Ægyptios. *Dio li. 1. c. 5. Iust. Martyr oratio ad Gentes.* Videtur esse Sesac rex Ægypti.

3. Reg. 11. apud quem latuit Ieroboam Salomonis irá fugiens.

d PIVS fuit & religiosus, primúsque Regum qui se ad Dauidis imitationem contulit.

Ita purgauit omnes sordes Idolorum, quæ fecerant patres sui Roboam & Abia, vt tamen excelsa nõ sustulerit. Nã aras, quas illi ædificauerant super colles excelsos non remouit, quasi extra templum sacrificari, vt ante templi ædificationem, Deo fas esse existimaret.

Fœdus cum rege Syriæ Benadad firmauit contra Baasam, eiusque auxilio regnum Ieroboæ, quod tunc ab isto tenebatur, magna clade affecit.

Regem Baasam ab ædificatione vrbis Ramæ auertit. Inde abreptis lapidibus & ligms regni sui oppida Gabaa, Benjamin & Maspha condidit ciuitates multas ei ademit *2. Par. 17.*

Ad extremum peccauit, dum se fulcinit præsidio & fœdere regis Syriæ. iterum, dum Ananiam prophetam hoc ipsum increpantem constringit. Tertiùm quia in suo morbo, non requisiuit Dominum, sed medicos. *2. Par. 16.*

Suorũ gestorũ scriptoré nactus est Iddo prophetã. *2. Par. 9.*

Zarã regé Æthiopiæ parua manu vicit, qui irruerat in terrã Iuda cum decies cẽtenis millibus (, id est, millione) militũ & curribus trecẽtis, quãtum exercitũ nullus vnquam regum duxisse memoratur in historiis, etiam profanis. *2. Par. 14.*

[Memoratur tamen Xerxis exercitus fuisse decies cẽtenis millibus, qui partim nauali prælio ad Salaminem, partim pedestri ad fauces Bœotiæ, scilicet thermopylas perière: vt ipse Xerxes coactus fuerit fuga, sibi in phaselo consulere. Histo. Græc.]

Parua inquam manu, si conferatur cum hoste, alioqui Asa habebat in castris 580. hominum millia.

Zara victus decimo quinto anno Asæ restituit, quæcunque Sesac rex Ægypti de templo abstulerat. Chusei siue Æthiops dicitur, quod quidam interpretantur Arabem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam Scriptura duplicem Æthiopiam statuit, vnam eis mare rubrum in Africa, alteram vltra, in Arabia. Videtur vtriusque fuisse rex. 2. *Paral.* 14.

Abime ech pontifex max. 3. Reg. 15. Anani propheta bella in Asam exoritura, quòd hominibus, non Deo fidisset, vnde & in neruum conuicitur. 2. *Paral* 16. Hanani videns. Ioram propheta.

Iehû filius Hanani vaticinatur contra Baasa regem Israel, à quo & occiditur. 3. *Reg.* 16. Azarias prædicit regnum Israel, futurum absque Deo vero, sacerdote, doctore & Rege. 2. *Paral.* 15.

Asa filiam Amri regis hæretici, dedit vxorem filio suo Iosaphat. Vnde prima impietatis, & mox infœlicitatis labes in regno Iuda: Ægrotans non quæsit Dominum, sed medicos suo magno malo. 2 *Paral.* 17.

Regni eius vicesimo sexto rex Israel Baasa moritur, & succedit ei Ela filius, 3 *Reg.* 16.

Imo verò eius tricesimo sexto, Baasa ascendit in Iudam oppugnaturus Rama. Respondeo, vicesimo sexto non regni Asæ, sed bellorum siue temporis, quo Asa bellis, præsertim à Baasa per annos 24. lactati cœpit. Ideo enim nominatim decem eius annis primis terra quieuisse annotatur. 1. Par. 14. v. 1. Quibus si addas viginti sex bellorum. 36. incidet in hanc Baasæ expeditionem, qui & diserte 3. *Reg.* 15. *vers.* 15. bellum gessisse cunctis diebus suis, id est, 24. ann. quos regnauit) cum Asa memoratur.

Alijs à diuisione regni Hebræorum tricesimo sexto Baasa ædificauit Ramá, vt nullus intro posset ingredi, vel egredi de regno Asa. 2. *Paral* 16.

Sesostris rex Ægypti tertius apud Ægyptios legislator. *Diod. lib.* 1. *cap.* 5. *Iust Martyr paran. ad Gentes.* vbi Sesonchosis.

Samaria è pago vibs conditur ab Amri. 3. *Reg.* 16.

Profana Rege Asa.

Agesilaus rex Lacedæmoniorum iustissimus.

Bareis Corinthiorum, à quo Barcidæ. *Eus.*

Benadab Syriæ, qui regem Baasa contra Iudam insurgentem vicit. Pleuseules Ægypti.

Deductio Coloniæ Ionicæ. 140. annis post Troiana tempora. *Cle. Alex. lib.* 5. *Strom. ex Aristarcho.* vel. 180. *Eus. chr. ex Philozoro.*

Ab Heraclidarum descensu ad conditam Ioniam fuêre anni sexaginta. *Ibid. Clemens ex Eratosthene.*

e SANCTISSIMI huius regis historiam Iehû filius Hanani perscripsit. 2. *Par* 20.

Remp. & religionem reformauit.

Legis doctores & magistratus probos vbique constituit.

Inualuit contra Israel, constituitque militum numeros in ciuitatibus Iuda dispositis præsidijs, etiam in ciuitatibus Ephraim, quas pater eius ceperat. 2 *Paral* 17.

Religionis virtutibus clarus, vt proinde finitimos solo nominis terrore in officio continuerit. *Ibid.*

Abundauit opibus & militū seruorumque numero. *Ibid.*

Anno. 4. Achab regnum cepit. Cum eo affinitatem iunxit, Athalia filia in matrimonium Ioramo filio collocata.

Eum ad Syriacum bellum secutus diuina ope seruatus est.

Vatem Iehu affinitatem illam increpantem benignè audiit.

Iterum Remp. constituit.

Bello, finitimorum pertus, ieiuniis & precibus victoriam obtinuit.

Inde cum Ochozia & Ioram ipsius Achab successoribus societatem renouauit, & cum Moabitis congressus victor dissoluit.

Nauigationem in Ophir Indiæ à temporibus Salomonis intermissam repetit, sed infœliciter, quòd illius socios Israelita hæreticos admisisset.

Ioram regis Israel quinto obiit.

Elias currus & auriga Israel, vir pilosus, zona pellicea incinctus, magno zelo religionem tuetur. 3 *Reg.* Iam translatus in cœlum. 4. *Reg.* 2. ante decimum octauum regni Iosaphat, 4. *Reg.* 3. missit cœlestes literas ad Ioram reg. m Iuda filiu Iosaphat, in quibus fata eius explicabat. 2. *Paral.* 21. & *Iosiph. lib.* 9 *Antiq. cap.* 2. Ita sanctis mortuis ~~vel~~ vtuorum iuuentæ.

Perperam enim vixisse vsque ad obitum Ioram filij Iosaphat Shubertus nugatur.

Quidam Hebræorum putant Eliam in illo suo raptu laxatum corpore & in sua solutum elementa, vbi ad igneæ Iphæram peruenisset. *Kimhi in Malach.* Alij nescio quid ex eo factum sit, vt Ioseph. *lib.* 9. *Antiq. cap.* 1 Talmuditici seruari ad finem vsque mundi, quæ nostrorum etiam vetus est sententia apud Athanas. *Dialog.* 5 *de Trinit.*

Hinc Sedet Olam, *cap.* 1

Septem homines dantur, qui mundi durationem continenti serie metiuntur, Adam, Mathusalem, Sem, Iacob, Amram, Ahias Silonites, & Elias, qui adhuc superstes est & incolumis (מתגעגע ועדיין). cap. 17 Apparebit secundò in aduentu Christi (hoc impletum in transfiguratione.) Deinde reconderur, donec tertiò appareat aduentu Gog & Magog. Interea autem scribit gesta omnium ætatum & temporum. *Et pauca p sti versibus.* Misit literas ad Ioram reg. m, annis septem post suam translationem.

Michæas Iemla prædicit populū dispergendum, & Achab regem Israel occidendum. Tunc erant. 400. Pseudoprophetæ. 2. Par. 18. quorum princeps Sedechias & Eliezer. 3. *Reg.* 22.

Abdias vaticinatur in Idumæos, Ecclesiæque ædificationem & propagationem libello vnico prædicit. Prophetas, pascit in specubus. Nam Hebræi veteres hunc eundem esse tradunt.

Iahiel & Eleazar vaticinationis munere funguntur apud Iosaphat.

Hiel reædificauit Hierico. 3. *Reg.* 16.

Profana Rege Iosaphat.

Quarro Rhodij mari potentes per 23 an. *Euseb.*

Allobrox Gallos regit.

Habis magnus post Gargorim auum crudelissimum.

Curetum rex in Hispania.

Adad Syrorum. Osiochor Aegyptiorum.

f IORAM rex Iuda Athaliæ huius Achab coniunx, sequi cœpit peregrinam religionem. Socero quidem patri propior. Nota quantum detrimenti affinitas impiorum & hæreticorum afferat. e 2. Para. 21.

Sacella collium instaurauit, quæ Iosaphat pater demolitus fuerat. Eliæ minas eluit. Idumæos & Lobnam defectione amisit.

Ab Arabibus & Palestinis bello petitus demū intestinorum doloribus per biennium diuexatus, vt egereret etiam viscera sua multis morbis vita cessit. 4. *Reg.* 8.

Idumæi ergo, qui à Dauidis tempore, imò verò Saulis subditione Iuda fuerat, à Ioram deficiunt & priuatum regnum constituunt.

Philistini autem & Arabes vastauerunt regnum eius, diripuerūntque cunctam substantiā, quæ inuenta est in domo Regis, insuper & filios eius & vxores, vt non remaneret ei filius, nisi Ioachaz natu minimus (qui & Ochozias ad cædem memorabilem reseruatus) *Ibid.*

Assyriorum regibus.
33. Ophrateo.
34. Ophratene an. 50.

Israelitarum Amri, Achab an. 22 Ochozia an. 2. Iora an. 12. 4. Reg 3.

Fisdem Lacedæmoniorū, Corinthiorum, Atheniēsium regibus.

Latinorum Agrippa Syluio an. 30.

Pontificatum administrante Ioarib.

Eliseo & Jonadab Rechabita prophetis.

Ioram rex Israel quinto obiit.

Elias currus & auriga Israel, vir pilosus, zona pellicea incinctus, magno zelo religionem tuetur. 3 *Reg.* Iam translatus in cœlum. 4. *Reg.* 2. ante decimum octauum regni Iosaphat, 4. *Reg.* 3. misit cœlestes literas ad Ioram reg. m Iuda filiu Iosaphat, in quibus fata eius explicabat. 2. *Paral.* 21. & *Iosiph. lib.* 9 *Antiq. cap.* 2. Ita sanctis mortuis ~~vel~~ vtuorum iuuentæ.

Perperam enim vixisse vsque ad obitum Ioram filij Iosaphat Shubertus nugatur.

Quidam Hebræorum putant Eliam in illo suo raptu laxatum corpore & in sua solutum elementa, vbi ad igneæ Iphæram peruenisset. *Kimhi in Malach.* Alij nescio quid ex eo factum sit, vt Ioseph. *lib.* 9. *Antiq. cap.* 1 Talmuditici seruari ad finem vsque mundi, quæ nostrorum etiam vetus est sententia apud Athanas. *Dialog.* 5 *de Trinit.*

Hinc Sedet Olam, *cap.* 1

Septem homines dantur, qui mundi durationem continenti serie metiuntur, Adam, Mathusalem, Sem, Iacob, Amram, Ahias Silonites, & Elias, qui adhuc superstes est & incolumis (מתגעגע ועדיין). cap. 17 Apparebit secundò in aduentu Christi (hoc impletum in transfiguratione.) Deinde reconderur, donec tertiò appareat aduentu Gog & Magog. Interea autem scribit gesta omnium ætatum & temporum. *Et pauca p sti versibus.* Misit literas ad Ioram reg. m, annis septem post suam translationem.

Michæas Iemla prædicit populū dispergendum, & Achab regem Israel occidendum. Tunc erant. 400. Pseudoprophetæ. 2. Par. 18. quorum princeps Sedechias & Eliezer. 3. *Reg.* 22.

Abdias vaticinatur in Idumæos, Ecclesiæque ædificationem & propagationem libello vnico prædicit. Prophetas, pascit in specubus. Nam Hebræi veteres hunc eundem esse tradunt.

Iahiel & Eleazar vaticinationis munere funguntur apud Iosaphat.

Hiel reædificauit Hierico. 3. *Reg.* 16.

Profana Rege Iosaphat.

Quarro Rhodij mari potentes per 23 an. *Euseb.*

Allobrox Gallos regit.

Habis magnus post Gargorim auum crudelissimum.

Curetum rex in Hispania.

Adad Syrorum. Osiochor Aegyptiorum.

f IORAM rex Iuda Athaliæ huius Achab coniunx, sequi cœpit peregrinam religionem. Socero quidem patri propior. Nota quantum detrimenti affinitas impiorum & hæreticorum afferat. e 2. Para. 21.

Sacella collium instaurauit, quæ Iosaphat pater demolitus fuerat. Eliæ minas eluit. Idumæos & Lobnam defectione amisit.

Ab Arabibus & Palestinis bello petitus demū intestinorum doloribus per biennium diuexatus, vt egereret etiam viscera sua multis morbis vita cessit. 4. *Reg.* 8.

Idumæi ergo, qui à Dauidis tempore, imò verò Saulis subditione Iuda fuerat, à Ioram deficiunt & priuatum regnum constituunt.

Philistini autem & Arabes vastauerunt regnum eius, diripuerūntque cunctam substantiā, quæ inuenta est in domo Regis, insuper & filios eius & vxores, vt non remaneret ei filius, nisi Ioachaz natu minimus (qui & Ochozias ad cædem memorabilem reseruatus) *Ibid.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mortuo infirmitate peſſima non fecit ei populus ſecundum morem combuſtionis exequias, ſicut fecerat maioribus ſuis, neque ſepelierunt eum in ſepulchro regum. *Ibid.* (Non quod apud Iudæos mortuorum cadauera comburerentur, ſed aromata, vt eorum ſuffitu ſepulchra perfunderentur.)

Anni mundi 3272

28. annos regni ei attribuit Kimhi. 2. Par. 22. Viginti autem fuiſſe ſuppreſſos à Scriptura poſt cladem ab Arabibus acceptam, quòd inglorius deinceps morbiſque pluribus & grauiſſimis affectus vixerit, 20. illorum adminiſtratione Ochoziæ filio à populo commiſſa.

Sed iſtud eſt ſine lege, imo contra legem loqui, vnde & mox refelletur.

Ionadab filius Rechab clarus propheta. 4 *Reg.* 10. Amicus Iehu regis Iſrael, ortus ab Hobab, ſiue Iethrone Moſis ſocero. Cuius filij, ex præcepto patris, tanquam peregrini & hoſpites ſuper terram, ſeorſum ab hominibus in tabernaculis habitabant, domum non ædificabant, ſementē non ſerebāt, vineam non plātabant, neque vinum bibebant. Denique auctor fuit ordinis ſiue inſtituti Rechabitarum, quorum regulam ſigillatim perceſet, Hier. 35. cap. Eo enim vſque, hoc religioſorum virorum inſtitutum durauit, nempe per. 300. plus annos.

[Alij exiſtimāt Rechabitas ortos eſſe à Baraa & Baaſa percuſſoribus Iſboſeth filij Saulis, qui ſeptem annos regnauit Hieroſolimis antequam eſſet Dauid Rex in Hebron. Illum autem interfecerunt noctu, ex inſidijs, cùm ſe mero largiore ingurgitaſſent. Poſtea verò ſtatutū à poſteris ne vinum biberent, aut domos poſſiderent. 2. Reg.]

Hi ſimiliter ex itidis diſciplina in perpetuum vino abſtinebant, habitabāt in tabernaculis, nihil poſſidebant proprium, nihil emere poterant, carentes ædificiis, agris, vineis, ſeminibus, etiam in communi. Vocantur ſcribæ ſiue doctores. 1. *Paral.* 2. *Verſ.* vlt.

Sub Ioram Ioarib ſummus pontif. Sub Ochozia Ioſaphat. *In ſeder.*

Eliſæus miris & inuſitatis operibus inſignis. 4. Reg. 12. Ad eius oſſium contactum ſuſcitatur mortuus. 4. Reg. 13. Conſtruxit cellas prophetis in Hiericuntis ſolitudine. Manauit inſtitutum & loci religio ad poſteros. Fuitque deſertum hoc vſque ad Engaddi ab Eſſenis habitatum, hominibus continentiæ incredibilis, de quibus poſtea.

Prophetæ munere fungitur apud Iſraelitas, ſiue. 10. tribus annos circiter ſexaginta. Nempe à 19. Ioſaphat, vſque ad Amaſiæ ſeptimum.

Spiritum Sanctum perdidit in regum comitatu, nec niſi pſalte ad citharam pulſante recepit. Res eius narrātur, 4 Reg. 2. 3. 4. 5. 6.

Profana rege Ioram.

In Aegyptiorum hiſtoria, Chronographi iam hic ſequuntur Herodotum (non Euſebium) qui ſuam relationem orditur à Cheope, quem regnaſſe ait annis. 50. vſque ad Pſammenitum à Cambyſe Perſarum rege captum.

Rhodij mare obtinent.

Ophratene rege Aſſyrior. 34. an. 50.

Ioram Iſraelitarum an. 12.

Agelao an. 30. Corinthiorum.

Ageſilao Lacedæmoniorum.

Mezade Athen. Archonte an. 30.

Latinorum Agrippa Syluio.

Anni diluuij 3300

IORAMI SÆCVLO.

8

g IMPIVS. In prælio aduerſus Iehu opē ferens Ioræ regi Iſrael cedit. Nam cum eo fœdus iceratt, & aduerſus Syros tunc his vicibus pugnauerat.

Anni 1597 *c.* Par. 21 598

g OCHOZIAS, qui & Ioachas an. 1.

Anni mundi 3280 3281

Vixit & mortuus eſt, vt Athaliæ filium decuit.

Vt Ochozias plures vno anno regnauerit, ſiue ſolus, ſiue aliter, non eſt probabile, ne ſint à Roboam ad ſextum Ezechiæ, quo euerſum eſt imperium decem tribuum, 281. anni. Etenim ſucceſſio regum Iſrael, quæ continuata fere ſerie, ſucceſſioni regum Iuda reſpondet in lib. Regum & Paralip.

Ioiada Pontifice. Eliſeo propheta.

Iosaphat ſummo ſacerdote.

Eliſeo propheta.

nimium.

Anni diluuij 3375

Ophratene rege Aſſyr. 34

Ioram rege Iſraelitarum.

Lacedæmoniorum Archelao an. 60.

Iisdem Corinthiorum & Athenienſium.

Ægyptiorum Cheope. an. 50.

Latinorum Aremulo Syluio an. 19.

Anni mundi 3281

nimium. i. 42. annis ab altera ſuperaretur. Nam à primo Ieroboam vſque ad vltimum Oſeæ, qui regnum illud amiſit, anni tantum numerantur. 241. Hinc adducor, vt credam cum veteribus Hebræis, *quos ſequuntur R. Selomo, & R. Leui*, errare eos, à quibus Ochozias. 22. an. id eſt, 20. cum pane, & vno ſolus regnaſſe fertur, ex eo quod. 2. Paral. 22. quadraginta duos annos, & 4. Regum. 8. viginti duos tantùm natus, regni clauum ſuſcepiſſe proditur. Nam vtroque loco Ioram tantum octo anni, & Ochoziæ vnus aſſignantur. Qui igitur, inquies, potuit Ochozias quadrageſimo ſecūdo ætatis iure regnū, cùm pater mortuus ſit quadrageſimo? Num filius antiquior erat patre? audi R. Leui. Sane, inquit, anni 42 qui recēſentur in libris Paralip. nō ſunt accipiendi ab ortu Ochoziæ ſed à tempore, quo viguit regnum Amri, quòd Ochoziæ, qui erat de eius ſemine (ex parte matris) contigerit, vt occideretur cum Ioram rege Iſrael. Id apparet ex eo quod poſt 31. annum Aſæ, regnauit Amri an. 6. in vniuerſum Iſrael (4. Reg. 16) & Achab filius eius. 22. & Ochozias (alter) duobus. Ioram autem rex quoque Iſrael, erat in anno regni ſui duodecimo. Vides. 42. annis regnū Iſrael ſtetiſſe penes familiam Amri. *Præcelle.*

R. Ioſe facilius iſta narrat. Poſtquam (inquit) Aſa dedit in vxorem filiam Amri, filio ſuo Ioſaphat, Dominus conſumere domum Dauid cum domo Achab decreto ſanxit.

Tres reges ſe ordine conſequētes, Ochozias, Ioas, Amazias (Athaliam prætermitto, quæ & ipſa miſerimè & iuſtiſſimè cæſa eſt) violenta morte perierunt, quod Deum certis criminibus offendiſſent.

Falſo Philo ab Annio ſuppoſitus, poſteritatem Salomonis in Ochozia deſiiſſe narrat, vt regnum Dauidis ad familiam Nathan deueniret, nempe ſublato vno Ioa ex ea familia. Nam Ioas legitimus fuit Ochoziæ filius. 4. *Reg.* 11. 2. *Par.* 22.

Profana rege Ochozia

Eliſeo propheta.

Oſiratene Aſſyrior. rege.

Iehu rege Iſrael, an. 28. 4. reg. 10.

Lacedæmoniorum Archelao.

Corinthiorum Agelao.

Athenarum Mezade.

Ægyptiorum Cheope.

Latinorū Aremulo Syl. deinde Auentino an. 28.

Anni mundi 3281

Tyberino Syluio Latinorum rege ſubmerſo, ex Albula flumine Tyberis dici inciput.

Anni 1595 *1 Reg.* 11 1601

h ATHALIA an. 6.

Anni mundi 3287

h ATHALIA regis Achab filia. 2 *Para.* 21. quæ ſuis cōſilijs impulit filium Ochoziam vt impiè ageret. 2. *Para.* 22 vt dicitur filia Amri Patris Achab. i. neptis. Nempe quia origo apud Heb. ſæpe ad auos defertur. Non quòd fuerit filia ſimul & ſoror Achab. *kimhi.*

Extinguit totam ſtirpem Salomonis omnēſque filios filij ſui Ochoziæ, præter paruulum Ioas à Ioſaba amita ſurreptum, quem Ioiada ſacerdos clam domi in ſpem regni educauit. Indéque circiter. 7. annos regnum tenuit, ſéque in omnibus rebus iniquiſſimè geſſit, quemadmodum Achabi & Iezabelis filiam decuit, donec eam Ioiada pontifex populo incitato de medio ſuſtulit.

Ioiada pontifex

Eliſeo propheta.

Ioſaphat ſummo ſacerdote.

Eliſeo propheta.

Anni 1601 *4 Reg.* 12 1641

i IOAS Ochoziæ minimus filius, annis 40.

Anni mundi 3287. 3287 3327

Ichu in Samaria delet Baalis, ſiue Beli cultum & templum.

Azael rex Syriæ Iudæos affligit.

Externa Athaliæ.

Pigmalion Tyri rex an. 40. cuius anno ſeptimo ſoror Dido Carthaginem condidit. *Ioſeph. lib. 1. contra Appionem.* Sed Appianus Alexandrinus eam conditam tradit. 50. annis ante Troiam captam.

Felſinus Thuſcorū rex Felſinā metropolim Thuſcorum condidit, & ei regioni, quæ poſtea Gallia Aurelia & Aemylia à Romanis dicta eſt, Felſinæ nomen reliquit. *Caro de orig.*

i IOAS reſtaurandum curauit tēplum duorum ſuperiorum principum impietate neglectum. imò verò per Athaliam penè dirutum, 4. *Reg.* 12. non tamen ſuis ſumptibus, ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecunia, quæ offerebatur pro pretio animę, *ibid.* bonus princeps initio, pessimus ad extremum.

Sex annis occultatus propter Tyrannidem Athaliæ, septimo productus à Ioiada pontifice, interēpta Athalia, in paternum solium collocatur. 4 *Reg.* 11.

Adulatione principum tandē mortuo Ioiada depravatus, adoratúsque. 2. *Par.* 24. iram Dei meruit. Vnde Azael rex Syriæ venit Hierusalem & interfecit cunctos principes populi. Ad quem propulsandū omnia ornamenta, quæ pater & auus suus templo intulerant, abstulit, vt regi daret.

Propter necē Zachariæ prophetę à suis seruis interfectus est, 4 *Reg.* 13.

Non est hic Zacharias, qui post captiuitatem vaticino claruit, cuius liber exstat, sed alter, ille scilicet qui periit inter altare & ædem *Mat.* 23. *Hieronymo interprete.* Quamquam alij de tertio alio Zachatia locum Matthæi exponant.

[Aiunt siquidem fuisse interfectum S. Zachariam patrem D. Ioannis Baptistæ, à Iudæis: quia professus est sanctissimam Mariam esse virginem, & permanente virginitatis flore, Christum verum Messiam è Sancto Spiritu peperisse. Et asserūt illi, nisi ita accipiatur, argumentum Christi Domini, non valere: cùm aiat *omnem* sanguinem iustum ac iniuste effusum, ab ipso Abel, vsque ad illud tēpus, imputandum fore, illi populo.]

Ioiada pontifex, qui solus post Mosem vixisse. 120. an. legitur. Zacharias eius filius, qui in ipso templo occiditur. Huius sanguis vsque ad aduentum Nabugdonozoris, instar ollæ bullientis, quasi vltionem deposcens, ferbuisse traditur.

Ex quo Ioas Zachariam occidit, cessarunt Dei in polluto templo responsa & oracula ex Debir (secretiore parte templi in qua erat propitiatorij) & ex Ephod (ornamēto pōtificio) *Epiph.*

Azaël, deinde filius Benadad, reges Syriæ.

Profana Rege Ioas.

Hesiodus Aseræus poeta & sacerdos musarū, in Helicone, cētum annis post Homerum 32. ante primam Olympiadem ex Porphyrio. Scripsit deorum generationem in Helicone musarum instinctu. Quam Theogoniā Græcis primos Homerum & hunc Hesiodum composuisse, annis ante se quadringentis scribit Herodotus lib. 2. Ita Helleni mus recentissimus: Et tamen non à Deo mundi fabricatore, vt Ouidius, qui hoc ad Hesiodum ex Hebræis addidit, sumpsit exordium, sed à Chao, rudis inordinātæque materiæ confusa congerie.

Homerum & Hesiodum coniūgit Herod lib. 2. his verbis. Hesiodus & Homerus, quos quadringentis non amplius annis opinor ante me extitisse, fuēre, qui Græcis deorum prolem introduxerunt, eisque cognomina & honores, & diuersa artificia & figuras attribuerunt. Cætera apud Gellium *lib. 3 cap 11. & lib 17 c. 21. & Clem. lib. 5. Strom.* Velleius lib. 1. 120 annis distinguit.

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator, vel potius reformator, qui ad temperandum solutum regum imperium Synedrion. 28. seniorum addidit. *Plutar. in. ex Platone.*

Carthago ante vrbē Romā 72 annis ab Elisa Didone cōdita creditur. sub regis Ioas annum. 30. *Oros lib. 4. cap. 6.* Hinc lingua Punica Syriacam redolet apud Plautum, & nomen Carthaginis Syrum est. Nam Carta apud Syros vrbem significat, Go mediam. Carthago quasi media vrbs. Tyri scilicet mediā pars, ad eam ædificandam cum Didone confluxerat. Pygmalionis regis anno. 7. *Menander Ephesius apud Ioseph. contra*

Anni mundi. 3287

Ioiada & Zadaia Pontificibus.

Zacharia Ioiadæ filio sacerdote simul ac propheta

Ophratene, deinde Ocrasape 35. an. 42. Assyr. regibus.

Iehu, deinde Ioachaz an. 17. Israelis regibus.

Lacedæmoniorum Archelao.

Corinthiorum Agelao. Eudemio an. 25. Aristemede an. 35.

Athenienſium Mezade Diogenete an. 28. Pherado an. 19.

Ægyptiorum Cheope.

3327

1641

App.

Anni diluuij 1601

Anni diluuij 1641.

Anni mundi. 3327

Latinorum Auctino Syluio mox Proca Syluio an. 23.

App. 143 an. & 8. mensibus post templum Salomonis, *ib. ex Tyriorum archiuis.*

Phryges, 5. obtinent maris imperium an. 5, 2. *Ens.*

Ocrasapes rex Assyriorum, Anacyndarapes vocatur à Strabo. Nescias vtra prolatio potior, nam nomina regum Assyriorum, Aegypti & cæterarum mundi partium apud Herodotum, Prolomæum, Strabonē, Eusebium, & c. non satis pure ad posteritatē peruenerunt. Iuxta illud, nomen impiorum putrescet. *Prou. 10. & Eccl. 41.*

Sub extremam vitam Ioas, Cyprij, maris imperium sexto loco consequuntur an. 34. *Euseb.*

Bon Thuscorum rex, à quo regio Bononia, *Cato de orig.*

k VICIT Idumæos, qui sub Ioram defecerant. Victi deinceps nullum habuerunt Regem. *Seder. c. 20.*

Post cædem Idumæorum, idola eorum assumpsit & coluit. Initio bonus, in fine impius. Occisus est in Lachis.

Ionas vaticinatur in Ieroboam filium Ioas regem Israël, vel potius de victoriis & restitutione Damasci & Hemath (quam Antiochiam quidam esse volunt) & terminorum regni Israëlitici facta per Ieroboam regem Israel contra Syros. Niniue eius tempore erat magna, alens virorum millia centum viginti, itinere trium dierum. *Ion. 4. Diodor. Sicul. lib. 3.* Nam eam, vt Ionas, describit, ambitu stadiorum. 480, id est, leucarum 30. longitudine autem stadiorum. 150. id est, leucar. 30. longitudine autem stadiorum. 150. id est, leucarum 30. longitudine autem stadiorum. 150. id est, leucarum 30. longitudine autem stadiorum. 150. id est, leucarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anno 27 Ieroboam refertur ad sequētia, *Percussitque*, hoc sensu. 27. anno eius regnauit Azarias, percussitq; illū Dominus siue. 27. eius Azariam regnantem percussit. Non quòd Azarias tunc regnare cœperit, sed quòd tunc lepra percussus sit, nempe anno. 27. Ieroboam, in quem incidebat Azariæ. 13. vsque ad finem vitæ suæ. i. 52. regni sui. Tandiu enim leprosus fuit nēpe annos. 38. Quāuis enim lepræ eius Seder Olam 25. tantùm assignet, at Kimhi. 1. Par. 5. triginta octo, quando docet Ioathan annis. 38. Patris loco regnum administrasse. Adhanc explanationem accedunt Talmudici, dum scribunt. *Hinc deinceps* (id est, à 27. Ieroboam) *Azarias regnauit regnum lepra infectum.* Kimhi paulò subtilius sumit numeros pro cardinalibus non ordinalibus, quasi sit interpretandum. *Annis regnitt septem* (reliquis scilicet) *Ieroboam regis Israel regnauit Azarias*, quasi dicat. Non tantum. 14. superiores Ieroboæ regnauit, verum etiam, 27. posteriores vt totum regni eius curriculum emensus sit. Regnum enim Ieroboæ fuit. 14. & 27. id est, 41.

R. Leui etiam subtilius de. 27. annis, quibus adhuc domus Iehu erat regnatura, nempe vsque ad eædem Zachariæ filij Ieroboam per Sellum factā, sicut prædixerat Dominus. Hæc quidem prolixiùs, sed eripienda fuit nouis Chronologis occasio certæ clarēque maiorum christi successionis per impij & hæretici regni incertos obscurósque calculos inuoluendæ, cum contrà per claram ratámque pij & Catholici regni seriem, confusam impij oporteat euoluere.

Prosana Rege Amasia.

Huius tempore collocatur Sardanapalus, cui occiso successerit Phul Belochus Græcis Tonosconcoleros, an. 20. sed quam rectè mox.

Sargon potius reperias, Es. 20. qui sub. sequentibus regibus vaticinabatur. Nam ibi videtur primus Assyriorum terrorem sui nominis mortalibus incussisse. Etsi kimhi illic Senacherib intelligat.

Strato Tyri rex, præter quem serui reliqui omnes dominos suos interfecerant.

Sesonchatis, siue Senscoris, Aegypti rex, cuius pater Sipatis Deus habitus.

Sub hæc tempora cœpit regnum Macedonum, per Carranum decimum sextum ab Hercule, à quo postea magnus Alexander fuit septimus decimus. *Velleius lib. 1. Sols, cap. 15.*

Regnum hoc Macedoniæ vsque ad Machabæos durat annos circiter. 600.

Cartanus captarum sequens gregem Ediſſam capit & ab euentu Aegeam vocat, regnique Macedonum fundamenta iacit. *Iustin. lib. 7.*

Phidon Argius mensuras & pondera reperit, cùm apud Latinos regnaret Procas Syluius. 3356

I AZARIAS in libris Regū, Ozias in Paralipomenis, clarum fuit pietatis exemplum. 3408

Vrbes multas ædificauit. Turres item in solitudine & opera publica. 2. *Par.* 26.

Zacharia Propheta plurimum vsus, cúmque requireret Dominum, fortunatus fuit in omnibus. Vicit Philistæos Arabas, Ammonitas, Aegyptum, remotósque alios populos terrore sui nominis concussit.

Agriculturam coluit. Machinas bellicas ad iaculanda tela & saxa grandia è turribus aduersus hostes fecit.

Vbique fœlix, donec fœcundis rebus elatus illicita præsumpsit, incensum Domino quasi sacerdos offerens, etsi ei resisteret Azarias sacerdos, non tamen summus sed hebdomadarius cum. 80. aliis. 3408

Postquam 27. annis regnasset, reliquis, id est, 25. ad vsque

Anni mundi. 3287

Athenienſiū Pharedo deinde Ariphrone, an. 20. Archontibus.

Ægyptiorū Cheope, deinde Cephrene an. 56.

Latinorum Paeca Syluio, deinde Numitore & Amulio an. 40.

12

I OZIAS qui & AZARIAS an. 52.

Ioele ſummo ſacerdote.

Oſea, Amos, Eſaſa, Iona, Zacharia Prophetis.

Anni illuminis. 1601

1670
4 *Reg.* 15
1722

1722

mortem

Anni diluuij. 1673

Sargone primo in Scripturis celebrato, (Nabōnazare) mox Phul. 37. ann. 48. Assyriorū Regg.

Ierodoam filio Joas, & per ordinem Zacharia menſ. 6. Sellum menſe vno. Menahem an. 10. & Phaceia an. 2. Iſraelitarum regibus.

Cephrene Ægyptiorum, & per ordinem Mycerino an. 6. Asychi an. 6. Sabacho an. 50.

Anni mundi. 3356

3408

mortem leprosus. Filio interim regni administratione demandata, *Seder. ca.* 19. Kimhi tamen Ioatham putat Patris loco regnum administrasse an. 38. *1. Par.* 5. quasi tandiu leprosus fuerit.

Eo anno, quo lepra percussus est. 2. *Paral* 26. extitit terræ motus prodigiosus, qui abiit in prouerbium. *Zacharie* 14.

Non modo quia Ozias temere & profanè munia pontifica vsurpauerat, sed & quoniam multa mirabilia sub eo contigerunt primo exortus regnorum Assyriorum, Babyloniorum, Macedonum, Græcorum, Romanorum, à quibus per ordinem mundus grauiter concussus est. Anno secundo. Aëre Chaldæorum, Aegyptiorum, Macedonum, Græcorum, Romanorum, quibus antiquorum sæculorum Chronica ratio memoriaque mutata est, funditúsque periisset, nisi sacris literis fuisset conseruata. tertio Nouæ mundi superstitiones, vt impij ritus præsertim Græcorum & Romanorum, quibus antiquæ pietatis semina valde corrupta sunt.

[Quid sit Aera apud plerosque authores variè delibatur, sed à nullo fere pro certo aliquid traditur. Meo iudicio fuit genus numismatis, quo dominatus Hispaniæ aliam formam induerit, vt inde ipsi exordium suorum annorum deinceps duxerint.]

Oseas & Amos vaticinantur in decem tribus, obiter etiam in duas tribus, id est, regnum Iuda. Vicinorum item regum futura excidia prædicunt.

Esaias de Christo eiúsque rebus gestis, de vocatione gentium, reliquisque mysteriis ita scribit, vt potius Euangelista, quam vates videatur, inserens multas vaticinationes de plurimis regnis & gentibus.

Illum Hebræi commemorant ortum regio sanguine, ac non tantum habuisse patruum Amaziam regem, sed & socerum fuisse regis Manassis, à quo sectus miserè dicitur. Tam clarus vates fuit, vt etiam Cyrum regem Persarum nominarit ducentis ann is priusquam nasceretur & eius gesta descripserit. *Es.* 45. & Vriam Sacerdotem centum antè annis. *Es.* 8.

Prophetæ scriptores hoc sæculo incipiunt.

Ioel (non propheta, sed alter) summum pontificatum gerebat. In libris quidem Reg. & 2. Par. 26. Azarias sacerdos caput dicitur, qui & viuebat tempore Ezechiæ, 2. Par. 31. sed caput non illic significat summum sacerdotem, sed primum eorum, qui allocuti sunt Oziam sacra tractantem.

Zacharias Propheta (non hic, quem occidit Ioas, neque ille, cuius extat Prophetia, sed alius.)

[De hoc omnes ferè intelligunt, quod in Euangelio legitur, Zachariam Barachiæ filiū occisum inter templum & altare, sed referri debet potius ad patrem D. Ioannis baptistæ, qui cùm tueretur S. virginem θεοτοκον ab impiis est interemptus. Dicitur autem *Zacharias sechel berach iach.* id est Zacharias qui benedixit Deum. ab illo enim est Canticum Benedictus Luc. 7.

Externa rege Ozia.

Post Ocrasapem trigesimum quintum Assyriorum vel potius Niniue regem, nominant Sardanapalum. *Euseb.* Atqui ante hunc sequentes in Bibliis recensentur Sargon, *Es.* 20. Phul, 4. *Reg.* 15. qui fuit diebus Manahem. Tiglath Phalassar, qui diebus Romeliæ, *ibid.* Salmanasar qui diebus Oseæ c. 17. Senachetib, c. 19. & *apud Herod.* qui fuit diebus Ezechiæ.

1722

M

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assaradon, id est, Sardanapalus. *Ibid.*

Adde legationem Ionæ propheræ ad Niniuitas, hoc loco narrari nempe sub Ozia & Ieroboam Ioæ filio: è 4. Reg. 14. In ea autem ira Dei in præsens placata, calamitatem illam ex tremam in aliud tempus auertit, vt è Nahum apparet, qui eã imminẽte denuntiauit regnãte Menasse, paulò antè Monarchiam Babylonicam.

Malo ergo pro. 56. regibus numerare. 41. & Sardanapalum in posteriora tempora reiicere. Errorem auxit Metastenes Annij & similes auctores ab Annio suppositi, qui Biblicos appellant reges Babyloniorum, cum Scriptura disertè vocet Assyriorum.

Et certè Niniue adhuc imperabat, vt quæ ad Ionæ prædicationem, qui hoc sæculo vigebat, conuersa legatur. Quin & adhuc steterit per annos ferè ducentos. Nempe vsque ad annũ primum Nabugdonozoris, qui fuit quartus Ioachim Iechoniæ patris. *Ierem.* 25. Idque iuxta prophetiam Nahum contra Niniuitas ad vomitum redeuntes.

Phul Belocum regem fuisse Niniue, qui ad Ionæ concionem pœnitẽtiam egerit nonnulli probabiliter sentiunt. Sed malo Sargonem, cui aiunt Phul imperium & vitam eripuisse.

Venit in terram Israel, & dabat Menahem ipsi Phul mille talenta argenti, vt esset ei auxilio & firmaret regnum eius, 4. *Reg.* 15.

Traiecto Euphrate primus Assyriorum tentauit Asiam.

Tiglath Phalassar in ea cepit multas regiones. Salmanazar persecutus est victorias. Senacherib perficere conatus est, sed infœlix fuit ex Herodoto. Sardanapalus omnia perdidit.

Initium Olympiadum 405 annis post Troiæ captiuitatem *Euseb in Chron.* qui tamen initium illarum statuit primo anno Ioatham Oziæ filij & successoris.

Secundo Aeschyli Athenienſium iudicis anno, authore Iphito Elio, qui & mercatum & iudicrum certamen ad excitandam corporis animique virtutem efficacissimum Olympiorum constituit. *Velleius lib. 1.* A quo tempore historia Græca vera creditur. *lib. 1. Stromat. ex Sosibio.*

Ex quo sæculum deinceps Historicum Varroni dicebatur, vt superius Mythicum. *Censor. de die Natali cap. 21.*

Lycurgus Iphiti, qui primam Olympiadem ordinauit. æqualis. *Paus. libr. 1. Eliac. & Plut. in eius Vita ex Aristotel.* Vix trecentis ante Platonem annis. *Plato in Minoe.* aut ante finitum bellum Peloponnesiacum, *Thucid. in Prolog.* Septingentis annis ante Ciceronem, vt par prope sit institutorum Lycurgi & Romæ antiquitas. *Cicero pro Flacco.*

Olympias spatium quatuor annorum, quod labebatur inter duos ludos Olympicos. Lycophronis interpres, quinquaginta menses (lunares) fuisse ait. Quaternorum annorum circuitum, item lustrum interpretatur. *Censor. de die nat. cap. 18.* desierunt celebrari Theodosij maioris ætate, Indictionibus substitutis. *Cedrenus.* vel vt alij, Constantino Impetratore.

Nulla certa historia extat ante Olympiades, apud Græcos, neque vllum scriptum vetus barbarorum & Græcorum gesta declarans, *Iustin. Martyr in parænetico.*

Temporum illustrium initia (æras vocant Astrologi) in hipe cadunt sæculum. Nam

Anni Chaldæorum, Macedonum, Aegyptiorum, communes, sic habẽt principium, scilicet à Nabonazaro, quem Salmanazarem fuisse alij sentiũt, ego Phul vel Sargonem Assyriorum regem, 60. annis Salmanazare antiquiorem. Ita per-

Anni mundi.		Anni diluuij.
	Latinorum Amulio & Numitore.	
3356		1673
	Romulo Romanorum Rege primo an. 38.	
	Lacedæmoniorum Thaleco, deinde Alcane, siue Alcamene an. 37.	
	Corinthiorũ Egemnone. an. 16. deinde Alexandro an. 25. Phelosteno an. 12.	
1408		1722

spicitur

OZIÆ, OLYMPIADVM, ET ROMÆ CONDITÆ SÆCVLO.

Anni vrbis conditæ.	Anni mundi.	
1	3356	spicitur, quam historum recens Chronologia. Græcorum & Romanorum memoria in idem tempus incidit, quod ad hunc modum conuincitur. A Nabonazaro ad Augustum anni duntaxat colliguntur. 718. *Ptolom. libr. 3. Almag cap. 8.* Ab vrbe condita ad eundem Augustum, an. 710. A prima Olympiade ad eundem Augustum ann. 734. Olympias igitur prima duntaxat antecedit Nabonazarem Ptolomæi annis. 16. & Nabonazares vrbis fundamenta an. 8. Etsi Censorinus *de die Natali cap. 21.* Annos Nabonazari, quos Aegyptij nominant, à primo imperij eius anno cœpisse narrat septingentis tribus annis ante Iulianos, & nongentis octoginta sex ante diem, quo scribebat. Nam iuxta hunc calculum Nabonazaris anni inciperent annis quinque post V. C. viginti octo post Olympiadas. Sed discrimen est valde parvum. Hic ego incipio primam adolescentiam monarchiæ Assyriorum, vsque adeò ab historicis decantatæ. Nam ante hoc tempus, Euphratem minimè traiecisse probari potest certissimè, atque ita colligi esse fabulosa, quæcunque de ea exteri scriptores prodiderunt. Sed & Regum nomina & series, quam à Nino deducunt, atque hîc etiam nos ex illorum sententia interuimus, sunt suspectissima. Primo, quoniam eorum ne apiculus quidem in sacris extat, vbi primæ antiquitatis res diligentissimè designantur. Certè si tam potens & ampla fuisset ista Monarchia, in tanto annorum spatio, propter vicinitatem, illi commercium aliquod aut res alia fuisset cum Iudæis, cum Syris, cum finitimis aliis populis, quorum bella & res solet scriptura attingere. 2 Temporibus Abrahæ, Amraphel rex Sennaar, siue Babylonis, Arioch rex Elasar, Chodorlaomer rex Elamitarum, qui sunt Persæ, Thadar Rex Gentium, vt sui iuris nominantur, *Genes.* 14. qui in terra Chanaan contra reges Sodomorum & Gomorrheorum bella gererent. Istæ ergo nationes non erant tunc sub iure Assyriorum. Tempestate Mosis & Iosuë, cùm Hebræorum fama feratur ad longinquissimas quasque terras peruenisse, vt etiam è Mesopotamia Balaam vates fuerit excitatus, nihil de Assyriis, quos tamen præcipuè commotos oportuit, & cum reliquis regibus Orientis accurrere ad reprimendam, retardandámque tam numerosi populi inundationem, qui non sola Palestina contentus fore videbatur. 3 Per sequentes deinceps Patriarchas, Reges, Prophetas, Iudices succedentibus libris, Reges Syriæ, Mesopotamiæ, Damasci, Moab, Arabiæ, Aegypti, Aethiopiæ, reliquarum ferè regionum Orientis, præter quàm Assyriæ, perpetuò occurrunt. Nam de illa altum silentium. Quin & Dauid Mesopotamię partem acquisiit, nec vllus Assyriorum rex se ei opponere narrat. Aut nulli ergo erant ante Sargonem & Phul, (qui primus nominatur) & tenerent regiones cis Euphratem, aut non valde potentes. 4 *Reg.* 15. 4 Balaam in suo prædicto. *Num.* 24. de Assyriis loquitur, vt valde infirmis, qui non possent regulos iuxta Euphratem subigere, & vaticinatur de eorum sub tempora nouissima incremento. *Cineę* (inquit) *reliquum quidem nunc est habitaculum tuũ, at quandiu posteris permanebit?* Et postea, *Heu, quis vitam rursus est, quando ista faciet Deus?* Quasi multa adhuc superessent sæcula. 5 Ionas Propheta, qui vaticinabatur sub hoc Amaziæ & Oziæ æuum, Niniuem quidem magnã vrbem fuisse, & Regem habuisse narrat, at eum describit vt potentem regno nõ multùm extra Assyriã diffuso, quare ne Regem quidem Assyriorum eum nominat, sed Niniuæ.	3408

28

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Exteri scriptores, qui nihil tribuerunt incertis rumoribus & fabulis, Epochem siue principum Calculi figunt in Nabonassare Assyriorum rege, annis duntaxat ante Alexandri magni mortem 424. vt Ptolom. *lib. 3. Almag* tanquam insigni aliquo principe, qui superiores certa virtute & potentia superarit, ac meritò principium numerandi secuturis ætatibus tribuere potuerit. | Anni mundi. 3356 | Anni vrbis conditæ. 1

7 Hanc eandem Epochen statuit Scriptura. Nempè circa annum 27. Oziæ, quàdo terræ motus ille prodigiosus vicissitudinũ mũdi præuuntius extitit, & Phul, qui fortasse Nabonazar hoc imperium cœpit condere. Eo enim respexisse videtur Esaias cap. 7. *Adhuc. 65. anni & Ephraim desinet esse populus*, id est, 65. anno imperij Assyriorum, qui idem est sexagesimus quintus Terræmotus Oziani, *Ephraim à Salmanazare euerteretur*. Hos enim annos reperies, vt & vidit Kimhi, à 27. Oziæ, ad sextum Ezechiæ.

8 Hic primùm apud prophetas, Esaiam, Oseam, Amos, & alios Assyrij nominis terror nationibus incutitur, virga furoris Dominiappellatur, &c.

9 Iosephus lib. 1. contra Appionem Berosum profert Græcos arguentem, vt multa atque adeò præcipua de hac monarchia fabulatos.

10 In Assyria duntaxat regnatum est annis quingentis & viginti ante Arsacem Medum, qui Sardanapalum sustulit. *Herodot. lib. 1.*

11 Semiramis, multò pòst Mosem, ex Porphyr. li. 4. cõtra Christ. citante Euseb. de Præp. imò verò non nisi quinque generationibus Nitocrim præcessit, quæ in Assyria regnabat Aedorum temporibus, proximè antè Cyrum. *Ibid. Herod.* Atqui hoc tempus non est eius dimidium, quod huic Monarchiæ affingitur, sed nec bellum Troianum transgreditur. Vnde neque eius meminit Homerus, &c. Imò verò si tres generationes, vt lib. 2. ipse ait, centum annos duntaxat conficiunt, ne dum quidem Semiramis extitit hoc Oziæ sæculo. Sed Manassis, annis circiter 160 annum Cyrum.

Postremo hæc Hebræorum est traditio, de qua R. Abraham Leuita in Cabbala, pag. 3. כל זמן אדם בצולם משול צר חויוס שכא נכונר בער ומשל בהם כרבה כ ועכרו ומהו

[Id est, *Et non* (erat) *homo in sæculo dominans vsque quò Nabuchodonosor* (*dominatus est.*) Et dominatus est in eis secundum quòd scriptum est. *Et seruebant ei, omnes gentes*: vel *& seruient ei.* &c.]

Atque hæc quidem aduersus vulgares historicos, qui nesciunt Assyriorum nomen, vtut exortum dicatur è Nimi remotissima radice, cœpisse duntaxat celebrari circa Oziæ & Olympiadum, & Romæ conditę sæculum.

Quoniam verò profanorum Chronographorum fundamentum in Nabonazare statuitur, audiamus quid de illo scribat *Ptol. lib. 3. Almag. cap. 8* Ab initio (ait) regni Nabonazaris priscas obseruationes continuè ad hoc vsque tempus conseruatas habemus. Vnde ad illud locorum radices reducimus. *Et post.* A regno Nabonazaris vsque ad Alexandri mortem colligũtur anni. 424. A morte Alexandri ad initium regni Augusti. 294. & hinc ad decimum septimum Adriani 161. *Hæc ille.* Et vsque ad vltimum Cambysis sunt an. 225. *lib. 5 cap. 14.*

Ita Nabonazar non est Salmanazar, sed isto aliquis annis 60 antiquior, fortasse Sargon, quoniã à Salmanazare ad mortem Alexandri vix notari possunt, an. 360.

Tempore Oziæ, Amulius apud Latinos, Agamnestor vndecimus apud Atheniẽses regnabant. *Hieronym. epist. 3. ad Dardanum.*

Romulus & Remus cùm adoleuissent collecta latronum | 3408 | 28

& pastorum

OZIÆ, OLYMPIADVM, ET ROMÆ VRBIS CONDITÆ SÆCVLO.

Anni vrbis conditæ. 28

& pastorum manu interfecto apud Albam Amulio, auum sustim Numitorem in regnum restituunt. | Anni mundi. 3408

Deinde Olympiadis. 6. anno. 3. Romam condunt. Post Troiæ excidium. 394. *Eutrop. Livius Virg. 1. Æneid.* vel 432 *vlur. in Camille. Solinus cap. 2. Halicarnas. lib. 1.* Hinc, vt Florus annotauit in. 2. Epitome, ad. 20. Augusti, tempus fuit septingentorum prope annorum. Quos à. 24. Oziæ reperies.

Iuxta Hebræos in Cabbala R. Abraham & historia eiusdem de rebus Romanis vsque ad principium regni Ismael, anno. 6. Ezechiæ, quibus locis addunt Romulum & Remum anno Solari adiecisse duos menses Martium & Iunium, cum antea Italorum annus octo mensibus perficeretur.

A prima Olympiade ad Romam conditam, nonnulli docent colligi an. 24. *Clemens lib. 1. Strom.* Post Troiam captam 437. *Velleius lib. 1.*

Romulus & Remus attigerant annum vitæ. 18. cum Romã conderent. *Dionys. Halic. lib. 1.* Romulus post fratrem interfectum, è vicinis vrbibus attraxit plurimos. Ex iis senatores centum constituit, vt negotiis publicis præessent, quorum decem præcipuos, Patricios nominauit, quasi populi partes 300. equites & ter mille pedites ad vrbis præsidium conscripsit, reliquum populum in tribus quatuor diuisit. *Suidas.*

Curionum sacra instituit. Publicè eosdem ferè Deos, quos Græci asciuit, Saturnum, Iouem, Iunonem, Martem, Mineruam, Mercurium, Apollinem, Herculem. Itaque prima templa Ioui Ferretrio & Statori in Capitolio dedicauit. Nouos Deos & quasi Romanorum vernaculos, consecrauit vt Consum, & Tatij sententia Cloacinam ex Arnobio. Cætera ab aliis accesserunt, de quibus sequentibus paginis.

Antimachus Teius Lyricus. *Plut. in vita Romuli.*

Phœnices septimo loco maris mediterranei potestatẽ adipiscuntur. *Euseb.*

Bebochorus Aegypti rex postea atripit. Mycerinus tamen ab Herodoto rex Aegypti hoc loco ponitur, qui summa pietate & clementia vixit, deinde Asychis, & Sabachos.

Phul Belocho apud Assyrios regnãte, Mediam occupauit Arsaces, *Herod. lib. 1.* Sic regnum Medorum vsque ad Cyrum annorũ. 300. fuisset. Itaque de eo postea verius sub Manasse.

Rhœcus in Samo plasticem comminiscitur.

Trietis prima nauigauit Corinthum. *Nang.*

Lydorum regnum incipit rege Ardisio Haliattis filio. *Ibid. Euseb.* Ante dicebantur Mœonij. Eius frater Tyrrhenus in Italiam venit, & Tyrrhenam terram à se nominauit. Hoc regnum. 230. annis stetit sub nouem Regibus, id est, vsque ad Crœsum, qui quia Chaldæis contra Persas auxilium tulerat, cæsus est à Cyro sub annum eius decimum. Quam summam reperies, à quinto regni Ioatham.

Lacedæmoniorum reges deficiunt, Nicander & Alcanas, siue Alcamenes. *Euseb.* Post istos tamen Polydorum & alios deinceps nominat ad. 15. generationes, postremum ponens Cleomenem Leonidis filium, qui capta ab Antigono patria in Aegyptum fugit, vbi tandem occisus est à Ptolemæo Philoparre. Pausanias. Eo ferè tempore quo Antigonus Demetrij filius Athenas oppugnauit, aut paulò post. Scilicet regnũ potuit renouari.

Sabachos Aethiops pulso Asyche in Aegypto regnat an. 50. Hic in Scriptura Sua vel So appellatur. 4. *Reg.* 17.

28 4 Reg. 15 44 — 13 m IOATHAM an. 16. — Ioathã eiusdem nominis pontifice. — Oseæ, Esaia, Amos, Ozia, Michea Morasthite, Iona vatibus. — 3408

Sanctissimvs fuit, prosperèque regnũ administrauit. Ammonitas stipendium argenti, tritici & hordei præstare coegit, non solum pietate, sed etiam fortitudine excellens. | 3424

Eius primo ferè figitur initium Olympiadum, de quo dictum in Ozia Patre. | 44

Universidad de Deusto
Biblioteca

Michæas Moraſtites ex æquo ſtylum ſuum ſtringit in duas & decem tribus, vt titulus illius ſatis indicat. De Chriſto multa vaticinatur. Vidit Oſeam, Eſaiam & Amos. Deinceps Prophetarum ſucceſſio perennis. *præf. Maimonid.* Sub Ioatham prophetiam incipit, ſub Achaz & Ezechia continuauit.

Porta ſpecioſa & ſublimis in templo à Rege conſtituitur.

Razin rex Syriæ.

Tiglath-Phalaſſar anno ſeptimo Ioatham imperium adit, decimo vrbes multas Galilææ, & vniuerſam tetram Nephtalim cepit, & Aſſyros abduxit. 4. *Reg.* 15.

Cuius fortaſſe metu ſub Ioatham : filij Ruben, Gad & dimidiæ tribus Menaſſis ad quadraginta quatuor millia ſeptingentos & ſexaginta aggreſſi ſunt Agarenos, Ietur, Naphis, Nodab, Iſmaelis filios : quibus pulſis illic habitarunt vſque ad captiuitatem, 1. *Par.* 5. (Babylonicam, alij vt Kimhi Aſſyriacam.)

Idem fecerant diebus filij Ioas. i. 40. an. antè ſub Ozia. *ibid.*

Annus vigeſimus Ioaham nominatur. 4. Reg. 15. qui fuit quartus Achaz, nempe quoniam tunc indignabatur Scriptura impium & profanum regem nominare, potius patrem mortuum nominat, qui non niſi alioqui regnauit. an. 16.

Profana rege Ioatham.

Peloponnenſium & Athenienſium maximum bellum, vt velut victi inuicè ſe mutuo ſubtraherent. *Oroſ. lib. 1. cap. 24.*

Aeſchylus archon. duodecimus Athenienſium, qua ætate Ioatham regnabat in Hieruſalem, *Euſeb. chron. ex Africano.*

Ars ſculpẽdi marmoris hoc tẽpore cœpit. *Plinius lib. 36. cap. 5.*

Aegyptij poſt Phœnicas octauo ordine, maris ditionem inuadunt.

Numa Põpilius Romæ ſacra & ceremonias atque pontifices Moſaicis conſimiles inſtituit, *Tertul. de Præſcript.* quod in genere de omnibus Gentilium ſacris prodit Iuſtinus Martyr in Apolog. de cœna Domini verba faciens, ſiue Iudæorum imitatione : quorum tum florens erat nomen & impetum : ſiue Sathanæ inſtinctu, qui Dei ſimius, ſibi eadẽ apud gentes exhiberi exoptabat, quæ illic Deus. Et ſanè in illis inducendis dicebat ſe cum dea Aegeria congredi. Quanquam hunc cum dea congreſſum videatur commẽtus, vt ſuum inuentum populo adhuc rudi & Martio meliùs inſtillaret, atque religionis metu ſibi fidelius obſtringeret. Erat enim alioqui inſignis deorum contemptor : & ceremonias, quas publicè colebat, priuatim libris ludificabatur : qui poſt quingentos annos ex eius tumulo defoſſi iuſſu Senatus, ea de cauſa in foro concremati ſunt. Mirum autem cur Romani cùm cunctarum Gentium deos reciperent, nunquam tamen Deo Iudæorum, quibus, vti dixi, magna ceremoniarum affinitate congruebant, locum apud ſe dare voluerint. Nec mihi ſatisfacit ratio, quam Cicero pro Flacco affert, Numen illud nimis abhorruiſſe à ſplendore imperij. Magis arridet quod Auguſtinus lib. 1. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 2. ſcribit, non fuiſſe receptum, quia ipſe ſolus volebat coli, ac eius religio cæteras excludebat. Nam illo vno prætextu Senatus olim rogatus, Chriſtum inter deos vtbis referre recuſauit, vt eſt apud Tertullianum. Annum in 12. menſes diuidens (*Moſſala Coru. de progenie Aug.*) Decem menſibus, quos in anno ſuo inſtituerat Romulus, duos Ianuarium & Februarium *poſtpoſuit Ouidius, 1. Faſt.* ſic enim legendum, non *præpoſuit.* Nam. 2. Faſt. & 3. fuiſſe poſtremos anni menſes docet. Eius calendarium tanquam vndecim diebus mancum. C. Cæſar poſtea reſtituit & perfecit.

Saſerdotes creauit, Veſtales Virgines ſacrauit, Pontificem Max. primus declarauit, dies faſtos nefaſtoſque condidit. *ibid. Moſſala.* 3424 44

Anni mundi.		Anni vrbe condita.
	Phul, deinde Tiglath-Phalaſſar 38. rege Aſſyriorum, an. 23.	28
3408		
	Phacea, Iſraelitarũ rege an. 20.	
3327		
3356		
	Sabacho ægyptiorum.	
	Romulo, deinde Numa Pompilio. 2. Romanorũ rege, an. 43.	
	Lacedæmoniorũ Alcane rege vltimo. Deinde poſt regnũ inſtauratum Polydoro eius filio an. 53.	
	Corinthiorũ, Phelesteno, & deinde Automene, an. 1.	
	Athenienſium Agãneſtore, deinde Æſchylo, an. 23.	
	Ardiſo Lydorũ rege primo, an. 36.	44

Anni vrbis cõditæ.		Anni Mundi.
44.	*Macedonum Cæno, deinde Tyrima, an. 38.*	3424.
60.		3440.

Pontifici ſacra omnia exſcripta aſſignataque attribuit, quibus hoſtijs, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent. Nec cæleſtes modo ceremonias, ſed iuſta quoque funebria, placandoſque manes eum edocuit. Veitam, Quirinum, Tatium, Fidem conſecrauit. Flamines tres Dialem, Martialem, Quirinalem & Veſtales Virgines. 4. cum Veſtali maxima, Sallos palatinos. 12. qui Martis ſacra curabant, Feciales. 20. cum Patre patrato. Pontifices. 4. cum Pont. Max. creauit, Rituales & Pontificales commentarios ſcripſit. *Liu. li. 1. & Dion.*

Picum, Tiberinum, Pilumnum, Picumnum, Laurentium, Floram, cæteroſque Græcis ignotos Deos Romani aliis temporibus dedicãrunt. Æſculapium ſero populus ex Epidauro ad peſtilentiam depellandam aduexit, & Cybelem è Phrygia victoriæ cauſa multo ſerius, quamuis Græcos Deos. Compitalia ſacra in vrbe, Paganalia in agris Seruius Tullius eduxit. Pauorem & Pallorem Hoſtilius indigetauit. Duos viros Sibyllinos Superbus inſtituit. Regem ſacrorum Brutus poſt exactos reges. Tres viros epulones an. vrbis 558. Romitius Tribunus p.

Antiquiſſimi fuêre Luperci, qui Panis ſacra curabant, itémque Potitij, qui Herculis, tam inde ab Euandro, ante Æneæ in Italiam aduentum, ordinati. Proximi. 12. fratres Aruales, & tres Augures, &. 8. Aruſpices, & Curiones. 30. à Romulo omnes illati. Sodales enim Titios T. Tatius Sabinorum rex Romuli ſocius dedit. Quæ ita perpetuo habuerunt, niſi quòd Augurum, Flaminum, Pontificum (qui ſacris omnibus promiſcuè præerant, cum alij vel ſingulorum Deorũ ſacra duntaxat curarent, vel de ſingulis rebus) Veſtalium, trium virũm & Epulonum numerus, procedente tempore auctus eſt præſertim ſub Sylla.

Poſt Numæ mortem an. 535. Cornelio & Rebio coſſ. eius libris effoſſi ſunt. 7. videlicet Latini de Iure Pontificio & totidem Græci Pythagorici (id eſt, de illo genere Philoſophiæ, quod poſtea ſecutus eſt Pythagoras. Nam poſt Numam vixit an. ducẽtis è Cic. 2. de Orat.) ſiue de diſciplina ſapientiæ, quibus euertebat non modo deos aliorum populorum, ſed etiam Romanos cum ceremoniis à ſe conſtitutis, vt decreto Senatus publicè combuſti ſint. *Liuius lib. 40. Val. lib. 1. Plin. lib. 13. cap. 13. Aug. de Ciuit lib. 7. cap. 34. Laſt. lib. 1.*

Poſt Phelesteum regnant Automenes Corinthiorum rex vltimus, poſt quem deinceps annui Principes. *Naog.*

Sic Alcanas rex fuit Lacedæmoniorum vltimus, vt modo docui. Atque ita, vt duo hæc regna iiſdem temporibus cœperant, ita & iiſdem defecerunt, mox etiam Archontum Athenienſium principatus perpetuus in decennalem deſinet.

Si Numæ Pompilij ſuperſtitiones reuoluamus, ſi ſacerdotalia officia, inſignia & priuilegia, ſi ſacrificantium miniſteria & inſtrumenta & vaſa ipſorum ſacrificiorum & piaculorum & votorum curioſitates conſideremus, nõne manifeſtè illã Iudææ moroſitatem imitatus eſt *Tertul. de Præſcript.*

Ceremonias flaminibus impoſuit Moſaicis congruentes, de quibus Gellius lib. 10. cap. 15.

Annũ caſtigauit adiectis menſibus Ianuario & Februario. *Plut. in Numa*, vel potius Ianuarium primum anni eſſe voluit, ſecundum Februarium, *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 13.* Secundum Ouidium, vbi ſupra, poſtremos.

Capitolium Romæ in monte Tarpeio extruitur.

Sibylla Samia inſignis habetur Numę temporibus.

Croton in Italia conditur à Myſcelo quarto regni Numæ. *Dionyſius Halic. lib. 2.*

Ephori apud Lacedæmonios Theopompi regis conſilio

Universidad de Deusto
Biblioteca

creantur, *Pausan.*

Anno. 17. post mortem Alcamenis cum hactenus sub regibus fuissent an. 340. *Euseb.* post Lycurgum an. 130. *Plutarch.* sub Polydoro Alcamenis filius, Theopompo Nicandri, regibus, non ad tollendum regium Imperium, sicut Eus. existimauit sed ad temperandum & coercendum.

Cynethon Lacedæmonius Theogonium scribit. Cumelus & Archinus poetæ.

n DECENNIS gemuit Ezechiam, anno enim 10. regnum consequitur, 16. post moritur, id est, ætatis trigesimo sexto. Succedente Ezechia annos. 25. natō. 4. *Reg.* 16.

Superiores reges impietate superauit, imitatus impietatem regum Israël, & insuper statuas fundens Baalim siue Belis

Finitimorum bellis petitus ad Gentilium Deorum opem confugit.

Contra Razin regem Syriæ & Phacecm regem Israel a Deo opem poscere ab Esaia iussus (*cap.* 7.) abnuit, sed ad auxilium Tiglath Phalassar Assyrij regis se contulit.

Ad eum inde, cum Damasci esset, profectus aræ maximæ Syrorum Deorum exemplar Hierusalem ad Vriam Pontificem mittit, mandans vt similem fabricaret. Reuersus etiam illum veneratus est & Diis Damasci sacrificium fecit, idemque Vriæ Pontifici faciendum mandauit, 4. *Reg* 16. In hoc nefariæ mentis placulo diem functus. 2. *Par.* 28.

Oded propheta milites arguit crudelitatis, 2. *Par.* 28.

Esaias Christum de Virgine, Micheas in Bethlehem nasciturum prædicunt.

Apud Assyrios Tiglath Phalassar, 4 *Reg.* 15. & 16. Galilæam Damascum & Syriam capit, capto Razin rege, & populum transfert Cyrenem versus Æthiopiam. Medis quoque imperauit, vt ex, 4. Regum 17. colligi potest. Cum eo amicitiam Achaz iniit, eique dona misit, vt auxilio ipsius à rege Syriæ liberari posset, 4. *Reg* 16. Sic paulatim in populi Domini perniciem attractus est Assyrius ab ipsismet domesticis, de quo varias querimonias propheræ instituunt.

Vrias pontifex inflectens se ad voluntatē apostatæ Achaz, Ecebolio similior, quàm Ambrosio, 4. *Reg.* 16. *Esa.* 8.

Osee rex Israel permisit suis quotannis ter ascendere Hierosolymam ad adorandum Dominum, sustulitque præsidia à superioribus Regibus, ad impediendum & ascendentes interceptendum posita, *Hebr. in annal.*

Cum Ioas permisisset quidem idolorum cultum, sed non ipse eum sequutus esset, 2. *Par.* 24. Achaz primus regum Iudæ religionem palam eiurauit, & in Synagogas hæresim, peregrinorumque deorum cultum intulit. Quem è sequentibus regibus soli Ezechias & Iosias penitus repudiarunt. Adeo tenax est impietas, postquam semel in regna admissa est. Vnde nec prius desiit, quàm funditus populum Domini euerteret, & in captiuitatem Babylonicam euomeret. Præcedentes aliqui reges, id est, Ioā, Ochozias, Athalia, mali huius origo, erant quidem deorum cultores, at Dei verum cultum publicè non infectabantur, sinentes quémque suo modo viuere. Ioas contra. 2. *Par.* 24. postquam obiit Ioiada pontifex, delinitus obsequiis principum Iudæ, acquieuit eorum petitionibus, permisitque, vt derelinquerent templum Domini Dei patrum suorum, & seruirent lucis & sculptilibus, id est, cùm ipse catholicam religionem profiteretur, impietatem permittebat.

Anni mundi.

3440.

15.

n ACHAZ an. 16.

3424.

3440.

Vria in Aaronis cathedra præsidente.

Superioribus, itémque Oded prophetantibus.

Tiglath Phalassare, 39. & Salmanazare, an. 10. Assyriorum monarchis.

Phacea, & ad extremum Osea, an. 9. Israelitarum regibus.

Sabacho Ægyptiorum.

Numa Pompilio. 2. Romanorum rege.

Lacedæmoniorum rege post regnum instauratum Polydoro Alcamenis filius, an. 53.

Athenienſium Archonte Æschylo, denique Alcmænone decimo tertio & vltimo, an. 2.

Lydorum Ardiso.

Macedonum, Tyrima rege tertio.

Anni vrbis conditæ.

60.

44.
4. Reg.
16.
60.

89.

Profana.

Milesij imperium maris capessunt.

Athenis perpetui archontes esse desierunt, cùm fuisset vltimus Alcmæo: cœperúntque in denos annos creari per annos. 70. ac deinde Resp. annuis cōmissa est magistratibus. 3469.

Ex iis,

Anni vrbis conditæ.

60.
ibid. 18.
89.

15.

o EZECHIAS, annis 29.

Neria pontifice.

Osea, Esaia, Amos, Michæa vatibus.

Salmanazare, Senacherib, 40. annus ferè 7. Filio eius Assur-Adon 41. id est, Sardanapalo, an. 10. Assyriorum monarchis.

Merodac Babyloniorum rege primo, ann. 52. qui & Baladan.

Osea vltimo Israelitarum rege.

Setone Ægyptiorum.

Numa Pompilio, deinde T. Hostilio 3. Romanorum rege, an. 32.

Lacedæmoniorum Polydoro.

Athenienſium Carope Æschyli f primo decennali principe, Aesimede 2. siue Aeslinede.

Eudico 3. per ordinem.

89.

Anni Mundi.

1440.

1469.

1469.

Ex iis, qui denis annis præfuerunt, primus fuit Charope, vltimus Erix: Ex annuis primus Creon. *Velleius.*

Primus Ephorus Elatus apud Lacedæmonios 130. annis post Lycurgum. *Plutar. in Lycurg.*

Eliseus Tyri rex à Salmanazare oppugnatur. *Ioseph. lib. 9. Antiq cap. 15.*

o PRÆCLARI exempli & singularis pietatis princeps. Rem diuinam & bellicam præclarè gessit.

Primum rei diuinæ opus fuit, primo regni mense oratio ad populum pro religione vetere instauranda & templo aperiendo. 2. *Paral.* 29.

Secundum, legitima sacrificiorum instauratio, *ibid.*

Tertium, Paschatis relatio. 4. *Reg.* 20. ad cuius solenne sacrum populos Israel siue decem tribuum aduocauit. Nam nondum in Assyriam fuerant traducti. Eorum quidam venerunt, præsertim ex Aser, Manasse, Zabulon, Ephraim, Isachar. Alij irriserunt.

Rerum bellicarum prima fuit egregia victoria de Philistæis. 4 *Reg.* 18.

Secunda, idque regni decimo quarto, de Senacherib rege Assyriorū qui iam post Salmanazar septimum imperabat. E cuius clade secuta est imperij illius euersio, sub initium Manassis. 4. *Reg.* 19. *Esa.* 37.

29. Annos cum tribus Assyriorum regibus egit. Cum Salmanazare, qui sexto eius post captam Samariam, vita cæssit. Cum Senacherib, qui eius 14 ab angelo profligatus est, cum Assar-Adon, quem per decem annos neque amicum, neque inimicum habuit, & eodem tempore cum Merodac rege Babyloniorum, quo amico vsus est.

Ex quo apparet sub finem vitæ eius, Assyriorum imperium fuisse à Medis & Babyloniis extinctum.

Ænei serpentis abusum sustulit, Idolorum, lucorum, excelsorum Idololatriam aboleuit. 4. *Reg.* 18.

Merodac, siue Berodac filius Baladan rex Bab. *Hier.* 50. regi Iuda è morbo conualescenti munera destinauit. *Es.* 39. Mardocempadus fortasse Ptolemæo Almag. lib. 4. c. 6. & 8. Adductus ad id fuit miraculo, quòd sol per decem lineas, quas tantum descenderat, ad Orientem regressus diem decem horis aliis auxisset. *Es.* 38. Huius admirandi Phænomeni meminit. *Herod. lib.* 2. Circa regni eius decimum quintum, vnde primus Merodac, & Assar-Adonis, videtur concurrisse

Ezechias coluit bonas artes. Nam & studiosus fuit Mathematicarum, apud Chaldæos tunc vigentium. Vnde annum restituisse fertur, & leges posuisse de intercalando tertio quoque anno mense Nisan (hodie Iudæi mensem Adar, id est, Februarium intercalant, quod tamen in idem recidit) & duplicando, vt ille esset mensium. 13. & menses lunares ad cursum solis accommodarētur. *Elias in Tisbi è Talmudicis.* Hinc fortasse signum, *Es.* 38. de solis retrocessione ipsius ingenio accommodatum.

Horologium Achaz celebratur, cum Græci, & Latini trecentis annis ante Christum neque quadrantes, neque horologia neque horas haberent.

Amici Regis Ezechiæ, mandato, authoritate, & suasionibus eius, libros Reipublicæ vtiles non tantùm componebant, verum etiam veteres, quos ederent, perquirebant, *prouerb.* 25.

Ezechiæ sexto anno, vrbe Samariæ potitus est rex Assyr. Salmanazar. Ita durauit hoc regnum annos ducentos quinquaginta octo, menses septem. Qui transmigrarunt, non leguntur rediisse, quamuis credibile sit, eorum multos solum patrium repetiisse sub regibus Persarum: è contrario, duæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribus, quæ in exilium exigi cæpere post an. 113. sub Ioachim (*Dan.*1.) leguntur rediisse, & tamen earum plurimi in exilio hæserunt. Quo factum, vt Beatus Iacobus epistolam ad duodecim tribus dispersas scribetet. | Anni Mundi. 3440. | | Anni vrbis condit. 66.

Cutthei siue Assyrij, in patria decem tribuum collocati nunc primum vocari cœpti sunt Samaritæ, & vnius Dei cultum vtcunque amplecti.

Tobias apud Niniuen captiuus, vt constat ex eius libro, quem & Hebraicè vulgauit ante paucos annos Germania, qui tamen non hæc tempore scriptus est, sed post reditum de Babylonia ex antiquis monumentis vnde nec in primum Hebræorum canonem, qui mox post illum reditum conditus est, sed in secundum, è quo postea Ecclesia suo annumerauit cum opusculo Iudith, vt 24. veteris testamenti libri constituerentur. *Hilar. prolog. in Psal. Aug. lib. 2. de doctrina. c. 5. Conc. Carthag. 3. Gelasius in Con. 70. epis.* Quare & cum citat tanquam scripturam canonicam Cyp. lib. 1. contra Iudæos & li. 3. & 11. epist. 51. 62. imò diuinam Scripturam vocat lib. de Orat. Dom. lib. de op. & Eleem. de bono Patient. & ad Fortun. cap. 10. & 11. De mortal. Sic alij vt Iren. lib. 1. cap. 34. Hilar. in Psal. 129. Amb. lib. de Tobia, & lib. 6. Hex. cap. 4. lib. de Elia cap. 10. Chrys. ad pop. ho. 13. Isid. lib. 6. Etym. cap. 1. Hieron. Præf. in Ionam, & Præf. in Tob.

Translatæ autem sunt. 10. tribus ad Assyrios, 4 *Reg.* 17. vnde itinere anni cum dimidio, per angustias Euphratè transgressi, venerunt in Arsereth regionem hactenus inhabitatã, vbi cõmoraturi, 4. *Esdræ.* 13. Colchidis partem aut regionem aliquã illi propinquam nonnulli esse suspicantur, quòd Colchi more Iudæorum, infantes circuncciderent, teste Herod. lib. 2. Ego puto esse veterem Tartariam ad desertum Belgian in Orientis Septentrionalis angulo, è qua illi sub annum Christi. 1200. Duce Cingis eruumpentes, cùm antea ignoti essent & loco & nomine, imperium Cham Tartarorum, quod hodie memoratur, constituerunt. Nam in Hebræorum annalibus apud R. Selomonem in 27. Esaiæ, decem tribus in Oriente fuerunt perditæ. Facilè amplexæ sunt Mahomeitsmum quòd iam ab æuo circumciderentur, & corrupta quadam Mosaicæ religionis specie tinctæ essent.

Palestini, ex quo ceciderunt regnante Ezechia, caruerunt deinceps gentili rege. *Seder Olam cap.* 29.

Merodac Baladan cum duodecim annis in Babylone regnasset, omnem Assyriorum potentiam ad Chaldæos transtulit, occasione cladis Senacherib non modo regnum suum in libertatem asserens, sed & augens, indèque regnauit annis 40. Quare Ierem. *cap.* 50. regnum Merodac vocat regnum Babyloni, quod is primus auctor huius regni post labefactatos Assyrios fuerit. Et cap. 1. *Cecidit Merodac*, id est, rex Babylonis vltimus Baltazar, quasi transmiserit nomen suũ ad posteros, vt Ptolomæus, Cæsar, &c.

Salmanazarem Assyriorum regem recentiores Chronologi putant esse Nabonazarem Ptolomæi lib. 3. cap. 8. & lib. 4. cap. 8. Alias, quod supra impugnauimus. Quicquid sit, apud eum nomina & sæcula regum Babylonicorum & Assyriorum videntur recta aut corrupta, vt proinde ex eo nihil certo statui possit, nedum chronologia, vt illi faciunt, describi, nisi forte imaginaria.

Senacherib Pelusium oppidum Ægypti obsedit, sed audiens Taracam regem Æthiopum regi Ægypti auxilio properare ac per desertum iter facere vt ex improuiso agrum Assyriorum inuaderet, reinfecta recessit Hierosolymam, vbi eius exercitus pestilentia deletus. *Ioseph.* | 3469 |

Imò verò Angelus eius exercitum consumpsit, propter blasphemiam: ipse autem in Deorum suorum fano Niniuæ | 89.

Lydorum Ardiso, & per ordinem Aliatte, an. 14. Mele, an. 12.

Macedonum Tyrima rege tertio, deinde Perdica, an. 51. de quo Herod. lib. 8. & Soli, cap. 14.

Synodus quarta de restituenda religione, templo, festis, & rebus diuina, iuxta dispositionem & canones Dauid regis, Asaph & Gad videntis, & Nathan prophetæ. 2. Par. 29. & 30.

sacrificans,

Anni vrbis condit. 60

EZECHIÆ ET VRBIS CONDITÆ SÆCVLO.

89

Anni mundi. 3440.

sacrificans, à filiis interficitur.

Qua plaga res Assyriorum ita fuerunt afflictæ, vt nullum deinceps verum monarcham habuerint. Nam ex hac tanta clade, sequuta est imperij perturbatio, mox laceratio atque distractio ex variis filiorum dissidiis. Denique euersio ac pernicies, Babylonio rerum summam liberis & propinquis Senacherib eripiente. Horum meminit Herodotus, & nomen σαναχάρεϐος retinet, addens statuam eius in templo Ægyptiaco positam, cum hac inscriptione, εἰς ἐμὲ τις ὁσιώτερος ἐὼν θεῶν ἔσω. in me aliquis intuens pius sit.

Reuersus in Assyriam Senacherib, iratus ob plagam Hierosolymæ acceptam per. 45. dies multos filiorum Israel occidit. *Tob.* 1. paulò post in templo Nizra Niniuæ occisus. 4. *Reg.* 19.

Simeonitæ relictis suis sedibus, quas obtinuerunt partitione Iosuë, quærunt nouas sedes, & partim in Æthiopiam cæsis Nomadibus migrant, partim in montem Seir. id est, Idumæis Nomadibus migrant, partim in montem Seir. id est, Idumæis Nomadibus migrant, partim in Amalec (Arabiæ regionem). 1. *Paral.* 4. hoc meam, partim in Amalec (Arabiæ regionem). 1. *Paral.* 4. hoc videntur metu Assyriorum fecisse.

Apud Aegyptios Sethon sacerdos Vulcani & Rex, conflixit cum Senacherib rege Arabum & Assyriorum. *Herod. lib.* 2.

Huic Tiraca rex Aethiopum auxilium tulit. *Ioseph. lib.* 10. *Antiq. cap.* 1. & 2.

Tyraca rex Aethiopum potentissimus, In Senacherib Assyriorum monarcham oppugnantem Hierosolymam. Ita reges Aethiopiæ à temporibus Salomonis peculiarem curam terræ sanctæ gesserunt. Quod impensè, tanquam hæreditarium, hodiéque facit potentissimus Aethiopum rex Pretoioannes. Vtinam Deus immortalis illi palmam hanc reseruet, vt maiorum vestigia persequens tetram illam è Turcica feritate tandem liberet, dum nostri principes neglecta religione & conditoris sui monumentis, ignauiæ, libidini vel ambitionibus turpiter seruiunt.

A primo rege Aegypti ad hunc Sethonem vltimum, decem annorum millia fluxisse fabulabantur Hierophantæ Herodoto, ac eo tractu solem quater sui ortus locum mutasse. *lib.* 2.

Regnat tandẽ filius Senacherib Asaraddon (Phul cognomento Regum Assyriorum) id est Sardanapalus, si vestigiis literarum aliquid tribuendum sit, 4. *Reg.* 19. Hunc Nabugdonozor exuit imperio, & ad incendium compulit, vel potius cum Arbacto Medo Berodac Nabugdonozoris auum Merodac siue Berodac (vtroque enim vocabulo nominatur) fuisse, qui imperium Sardanapalo ademerit, ex eo perspicuum puto, quòd sub illa tempota iste imperium Orientis affectare cœperit. *Esa.* 30. & 4. *Reg.* 20. Quinimò R. Salomon è Talmudicis historiis in 3. caput Danielis narrat Nabugdonozorem vnum eorum decẽ fuisse, qui soli cum Senacherib euasere manum Angeli, missi diuinitus ad istius delendum exercitum.

Quanquam potius id de patre vel auo Merodac credidetim, quia Nabugd. nimis fuisset senex temporibus Babylonicæ captiuitatis: item quia Iosephus & reliqui historiographi Orientis, quinque Reges faciunt huius Babylonicæ monarchiæ, quam tamen Nabugd. magnus ad summum apicem peruexerit. Reges Assyriorum præcedentes è libris Regum & Paralip. sursum versus ad prisca sæcula, quibus eorum imperium floruit, facilè perduces. Hoc modo Assar-adon, Senacherib. 4. *Reg.* 19. Salmanazar. *Ibid. cap.* 18. Teglath Phalassar. *cap.* 16. Phul. *cap.* 15.

3469. Cùm Salmanazar paucos adduxisset è diuersis regionibus colonos in Samariã, postea Assar-Adon. i. Sardanapa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus, repleuit terram decem tribuum nobis habitatoribus, præsertim de Cutha regione Persarum, qui susceipientes circumcisionem per sacerdotes Israel è captiuitate euocatos, & legitima Dei, atque libros Mosis quinque, nihilominus deos suos patrios in excelsis colebant. Vnde florentibus Iudæis, eos suos vocabant propinquos. Alias cum illis perpetuas exercebant inimicitias, eorúmque hostibus intestino quodam odio sese solebant adiungere. *Ioseph.*

Quod hæreticorum est contra catholicos ingenium & mos.

Multi interim ex 10. tribubus in regnum Iuda confugerunt, multi latitarunt, partim in speluncis, partim inter vicinas gentes, qui post reditum regis Assyriorum, redierunt ad sua, & habitauerunt cum Samaritanis. Ita desiit regnum hæreticum post annos. 258.

Eodem tempore ablata est gloria Moab (per Salmanazarem scilicet) tribus videlicet annis post mortem Achaz *Esa. 14. & 16.*

Externa.

A clade Senacherib ad principium victoriarum Nabugdonozotis, computantur anni. 107. Et sanè tot reperiuntur à. 14. Ezechiæ (quo Senacherib illa clade est affectus) vsque ad tertium Ioachim, qui fuit primus Nabugdonozoris. *infra.*

Sardanapalus Tarsum & Anchialon vrbes Ciliciæ maritimas condidit vno die. *Stephan. de Vrbibus.*

Domitis Assyriis, Merodac Babylonius tenuit monarchiam, cuius vt regis Babyloniæ iam potentis sub Ezechia, meminit Esaias cap. 39. Mardocempadus. Ptolomæo,

Externi scriptores narrant, Phul Belochum (quem putant esse Belodac, 4. Reg. 20.) & Arsacem Medum bello aggressos fuisse Sardanapalum muliere corruptiorem, seque Sardanapalum incensa regia & familiam flammis Babylone, consumpsisse, durasse autē incendiū dies quindecim, annis post Abraham mille ducentis (regnante in Iudæa Ezechia), id est, 1331. ab Abrahæ morte iuxta nostram supputationem.

Arsaces siue Arbaces, siue Arbactus dominatus est Medis & Persis, vixque se eius posteritas tutata est montibus aduersus Babylonios, vsque ad Darium Medum, & Cyrum Persam.

Errant ergo Germani historici & Chronologi, qui secus scribunt & Belochum accipiunt pro Phul rege Assyr. Oziæ sæculo, quem & aiunt pulso Sardanapalo regnum Assyriorū & Babyloniorum occupasse, atque hinc cœpisse nouum Assyriorum regnum, vsque ad Nabugdonozorem. Nam noui istius regni apud Assyrios, nullus probatus auctor recordatur.

Melius Ioseph. lib. 10. Antiq. cap. 3. Tempore Ezechiæ, Assyriorum imperium à Medis euersum est. Addo ego, & à Babyloniis, *vt supra.*

Mardocempadus cùm. 12. annis regnasset Babylone, magnam accessionem suo imperio fecit, vt iam monarcha appelletur annis Aegyptiis 28. à regno Nabonazaris. *Ptol. lib. 4. cap. 6. & 8.*

Romæ Tullus Hostilius tertius rex, an. 32. qui primus fascibus & purpura vsus, Fidenates, Veientes, & Albanos vicit & vrbem Cælio monte amplificauit.

Hydromantia à Persis in Italiam affertur.

Archilochus Parius poëta Iambicus, quem ob mordacitatem Lacedæmonij vrbe eiecerunt. *Cic. 1. Tuscul.* regnante Tullo Hostillio, *Cornel. nepos.* 3469.

Apud Ægyptios Psammenicus regnat an. 54. 10. scilicet cùm vndecim aliis, solus. 44. à quo res Ægyptiorum exponere

Anni Mundi. 3440.

Anni vrbis condita. 60.

In ea etiam quarta Synodo de requiis decem tribuum colligendis & ad Pascha & alia legis statùta conuocandis tractatum est. Ibidem. Ibi & actum videtur de libris Prophetarum conquirendis, maximè Salomonis, Prouer. 25.

EZECHIÆ ET VRBIS CONDITÆ SÆCVLO.

89.

Anni vrbis condita. 89.

Anni Mundi. 3469.

nere incepit Herodot. lib. 2. post quem Nechao, de quo postea. Pueros Græcè docuit, Græcis locum, qui castra dicitur, ad inhabitandum concessit, *Herod. lib. 2. Diod.*

Ægyptij confusis rebus per bella ciuilia, 12. ex senioribus regno præficiunt, qui simul. 15. annis Rempub. administrant. *Diod. Siculus lib. 2. cap. 2.* labyrinthum mirabilem ædificant. *Herodot. lib. 2.* Inter hos vnus Necephos, siue Necus pater Psammetichi proximi regis sex annis regnauit. Quo à Sebaco Æthiopum rege occiso, eius locum subiit Psammeticus filius. *Herod. lib. 2.*

Anni 2. Olympiadis. 9. Polydoro & Theopompo regibus Lacedæmonij Amphæam oppidum Messeniorum occuparunt, quo tempore Æstinedes Aeschyli filius, quintum iam annum Athenis præerat *Pans. lib. 4.*

Bellum Lacedæmoniorum vicennale contra Messanos, propter stupratas virgines, initium intestinorum bellorum Græciæ. *Oros. lib. 1. cap. 21.*

Messana tandem capitur, & per. 80. annos subiicitur. *Pausan.*

Euphaes filius Antiochi rex Messen. sub tempus belli, quod anno. 20. durauit. *Pausan.*

Syracusæ & Catina in Sicilia conduntur. *Nangiac.*

Mare obtinent. Cares. *Ibid.* Item Lesbij.

Calchedon condita. *Nangiac.*

89. 16.

4. Reg. 21. p MENASSES an. 55. 3469.

144. *Osaia Pontifice.* 3524.

Ioele, Nahum, Habacub, prophetis.

Arbacto an. 28. Phraorte an. 22. Medorum.

Merodac Babyloniorum rege, deinde Ben-Merodac, an. 45.

Tullo Hostilio, Anco Martio an. 24. Tarquinio Prisco an. 38. Rom. regibus.

Lacedæmoniorū Polydoro, deinde Eurycrate, an. 38.
Anaxandro, an. 50.

Athenienſium Hippomene quarto decennal. principe, Leocrate quinto

p Anno. 12. regnum est consecutus. Quantum pater colenda pietate laudis fuit consecutus, tantum iste in exercenda impietate amisit, vsque adeò vt eius flagitia Deum ad excidium Iudęorum incenderint.

Fuit Iudæis, quod Achab olim Israelitis. Nam excelsa erexit, quæ Pater destruxerat. Extruxit aras Baal & fecit lucos. Astra coluit.

Idcirco captus est ab exercitu regis Assyriorum vinctúsque ductus Babylonem, 2. *Par.* 33.

Sic appellat regem Chaldæorum siue Babyloniorum. Nam & Ibidem Babylonem non Niniuem adductum testatur, quasi proximis annis regnum Assyriorum, quod fuerat in Niniue collocatum, iam à Babyloniis esset deletum ac Babylonem ad Euphratem translatum.

Restitutus pacta Babyloniis societate & fide, adhortatus est populum, vt relictis Idolis Dominum colerent. Tumque simulachra & aras alienas euertit, & extra vrbem omnia proiecit. 2. *Par.* 33.

Ozias propheta, siue Hozai, è cuius sermonibus extat precatio Menassis pœnitentiam agentis. 2. *Par.* 33.

Ioel de duabus tribubus, earúmque per Christum restitutione. Nahum in Niniuitas qui vastauerant decem tribus: Abacuc in Chaldæos & Nabugdonozor, qui duas, scribunt. *Hebræi in Seder Olam.*

Nahum tamen ponitur sub Ioatham rege, à Iosepho, lib. 9. cap. 11.

Idque fortasse, quia illa Niniuis euersio, quam Deus primum nuntiarat per Ionam, deinde pœnitentia eius motus in aliud tempus distulerat, videtur facta à Merodac Baladan qui Assaradon, iam decimum annum imperantem extinxit sub initium Menassis, vt rectè Olymp. & Suidas scripsere, vt inde appareat cur Rex Menasses, non Niniuem sed Babylonem traductus fuerit.

Quo tempore & Arbactus partem imperij Assyrij ad se rapit & regnum Medorum condit, quousque Nabugdonozor Niniuem & Medos ipsos in suam potestatem redigit. *Iudith. 1.*

144. 3524. Niniuitarum subuersio, quam prædicebat, facta postea putatur à Nabugdonozore anno regni primo. *Heb.* vel iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eusebium & Herodotum lib. 1. à Medorum rege Cyaxare proauo Cyri circa tempora captiuitatis Babylonicæ, 150. annis post Ionam prophetam.

Nostri similiter & Iosephum Ὁσέην Oseæ faciunt sub Ozia. Videre quidem potuit Oseam, Ichem, sed non Oziam regẽ, qui omnino viguit sub Menasse, & scripsit. Non enim facit mentionem Israël, quasi iam essent abductæ decem tribus in captiuitatem. Deinde de Iuda solum vaticinans, de reliquis earum cum domõ Dei delendis prædicit.

Menasse rex 22. annis perseuerauit in sua impietate, reliquis restituit. *Seder cap.* 24. Kimhiin. 4. Ezech. 40. totos annos impiæ ipsius vitæ, 15. duntaxat rehpiscentiæ tribuit.

Tractus fuit Babylonem captiuus ob scelera, & denuò suis ob pœnitentiam dimissus à Merodae, qui eo incipiebat transferre imperium, & viam Nabugdonozori nepoti præparare ad tantam imperij molem.

Iuxta alios à Ben. Merodac, qui circa regnum eius trigesimum sextum regnare cœpit.

Serra Esaiam parcuelem suum dissecuit, quod clamaret, Audite principes Sodomorum, &c. *Hieron. in 1. Esa. è Trad. Hebr.* cùm Ecclesiam suis vaticinationibus illustrasset annis circiter. 90.

Externa.

Ægyptus post Sethonem Vulcani sacerdotem, duobus annis Rege caruit. Deinde 12. duces habuit, qui æquali potestate administrarunt annis 10. quorum vnus Psammeticus nomine, solus postea regnum occupauit. *Herodot. & Diodor. lib 1.*

Athenis mutata Reip. forma, magistratus annui creantur. Tum ciuitati nullæ erant leges præter principum decreta. *Nangiac. Vellem lib 1. Pausan.*

Midas rex Phrygiæ, qui obliquam tibiam inuenit. *Plin. lib. 7. cap 56.* & barbarorum primus, donaria ad templum Delphi cum misit *Herod. lib. 1.*

Byzantium à Pausania Spartanorum rege in Thracia conditur.

Nudipedalia primum Lacedæmone sunt acta.

Archilochus adhuc viuus, cuius libros vrbe exterminârunt Lacedæmonij, quòd parum essent pudici. *Valer. Max.*

Simonides & Aristoxenus musicus.

Romæ Ancus Martius rex 4. an. 38. qui primus salinas instituit, Ostiam super mare condidit, Auentinum & Ianiculum vrbi addidit.

Apud Medos, Cardiceas, Attecamis, Deioces de imperio dimicant, & simul regnant. *Diodor. Herodot.* post. 13. annos solus obtinet Deioces siue Arbiones, qui Ecbatana condidit, & primus verus Medorum monarcha fuit.

Apud Macedones Argeus, apud Ægyptios Merres Æthiops.

Bellum Lacedæmoniorum cum Messeniis per, an. 17. *Paus.*

Sibylla Samia ab aliquibus hic locatur.

Post Sardanapalum Arbaces eius præfectus regnum Medorum condidit in annos. 128. vsque ad Cyrum.

Erixias vltimus Atticorum decennalis princeps, qui magistratus durauit, an. 70. à Caropis initio. Postea popularis status cœpit, & annui magistratus constituti sunt.

Tatentum conditum à Partheniis duce Phalanto. *Iustin. lib. 3.* Luca à Lucio Thusco. *Cato de Orig.*

Psammeticus vnum, è duodecim ducibus Aegypti, rerum solus potitus, nouum regnum sub. 25. Menassis illic fundat. Ab hoc certa putatur historia ex Herodoto & Diodoro vsque ad Cambysem.

Græci auspicantur suam historiam ab hoc Psammetico,

sub

Anni Mundi.		Anni vrbis conditæ.
3469.	*Absandro sexto. Erixia septimo & vltimo.*	89.
	Sethone Ægyptiorum, deinde post interregnum, annis. 12. Psammetico primo noui regni Ægyptiaci rege, an. 44.	
	Mele tertio Lydorum rege, & per ordinem Cãdale, an. 17. Gige an 36.	
	Macedonum, Perdica rege quarto, deinde Argeo, annis 38.	
3524.		144.

MENASSIS.

Anni vrbis conditæ.		Anni Mundi.
		3524.
144.		
144.	17.	3524.
4. Reg. 21.	q AMON, an. 2.	3526.
146.	*Sellam Pontifice. Hozai propheta.*	
	Deioce siue Cyaxare Medorum, annis. 53.	
	Ben-Merodac Babyl. rege secundo.	
	Ægyptiorum Psammeticho.	
	Tarquinio prisco quinto Romanorum rege.	
	Lacedæmoniorũ Anaxandro.	
	Lydorum Gige rege quinto.	
	Macedonum Argeo rege quinto.	
	18.	
146. 21.	r IOSIAS an. 31.	3526.
177.	*Helcia pontifice max. Sophonia, Jeremia, Baruch vatibus & Holda prophetissa.*	3557.
	Deioce siue Cyxare Medorum.	
	Ben Merodac Babyl. reg.	
177.	*Tarquinio Prisco Rom. reg. quinto.*	3557.

(sub quo primi omnium exterorum in Ægypto consederunt. *Herod. lib. 2.*

Giges capit Colophonem & Smyrnam, & Miletum oppugnat.

Picturam in Ægypto docuit, *Plinius lib. 8. cap. 56.*

Candale postremo ex Heraclidis interfecto, quintus Giges regius pastor, mulieris opera regna. *Cic. Offic.* à quo suam historiam per Crœsum ipsius abnepotem, vsque ad Assueri & Persarum è Græcia fugam Herodotus nouem suis libris deduxit. Eum sub Menasse nobiscum collocat. *Gregor. Turon. lib. 1. hist.*

q AMON impius Rex à seruis suis interficitur. 4. *Reg.* 21.

Patris flagitia, non pœnitentiam imitatus, Idolis, quæ Menasses à se fabricata euerterat, immolauit, adoluit Baal, Soli, Lunæ, 12. signis & omni militiæ cœli.

Corrupte apud. 70. duodecim anni ei assignantur. Ex quo aliqui perperam augurati sunt interregnum duodecenne inter hunc & patrem Menassem statuendum esse.

Externa.

Lapso Assyriorum imperio, multa regna emerserunt, Medorum, Persarum, Lydorum, &c. totaque Asia armis concussa est, donec obtinuit Nabugdonozor.

r HIC ille est Iosias iampridem per prophetam ex nomine promissus ad expiandas Idololatriæ labes. Ezechiam in hoc laudis genere superauit, religionem abrogatis Idolomaniis restituit. 4. *Reg.* 23.

Helcia sacerdote vsus, qui erat ab Aarone. 25. secundum Iosephum, templum à superioribus duobus principibus prophanatum & semirutum renouauit, arcamque recondidit. (*Seder olam.*)

Vasa Idolis consecrata cremauit, sacerdotes eorum interfecit, ne quidem aliorum impiè mortuorum sepulchris & ossibus parcens, 3. *Reg.* 23.

Locum è 28. Deuteronomij exitia omnia iis, qui à lege recessissent interminantis audiens scidit vestimenta sua, & rogauit Helciam aliósque, vt orarent Deum pro se & reliquis Israël & Iuda.

Regni duodecimo putificauit Iudam ab Idolis.

Pro rege Babylonis pugnans, siue is fuerit Ben Merodac, siue Nabulassar secundum alios, & prohibens transitum properanti Necaoni Regi Ægypti ad Euphratem contra Babylonios cecidit. *Herod. lib. 2.* In Mageddo, 2. *Paral.* 35.

Nam erat Babylonis amicus & fœderatus iam a temporibus Ezechiæ & Menassis.

Eius morte piis funesta regnum Aegyptio factum est tributarium. Ex quo deinceps vsque ad Machabæos Iudæa externis obnoxia fuit, vt non sine causa, Iosiam Ieremias tantope deploratit.

Necao postea ad Euphratem à Nabugdonozore cęsus est anno quarto Ioakim, *Ierem.* 46.

Eius tertio decimo incipit Ieremiæ propheta vsque ad excidium vrbis.

Helcias pontifex aperiens Arcam, vt pecuniam è templo afferret ad ipsius restaurationem, inuenit librum Deuteronomij, quem Moses in ea reposuerat & fortasse manu sua scripserat. Non quod alioqui nulli eius essent alij codices. Nam quod legitur, librum legis deperditum reperisse, sic est intelligendum. Moses. 13. exempla suæ legis manu sua exarauerat, singulis tribubus dederat, & tredecimũ inter sacra vasa, & quasi λείψανα, id est, reliquias reposuerat. *Heb.* Adeo antem erat status religionis illa tempestate corruptus superiorum principum perfidia & improbitate, vt liber legis inter sacras reliquias repertus haberetur pro re noua &

Universidad de Deusto
Biblioteca

inaudita. *Kimhi. in 8 cap. Oseæ.*

Alij hunc librum absconditum fuisse Menasse regnante credunt, tum cum is legem aboleuit & gentilium religionem asciuit.

Sophonias, quod iam decem tribus abductæ essent in Assyriam, de duarum reliquarum deuastatione atque captiuitate propheriam texit.

Rechabitæ mandato patris in perpetuum vino abstinent. Iere. 35.

Helcias summus Pontifex & propheta. Vrias propheta Ieremiæ 26. quem Esaias nominarat multis ante annis. Esa. 8.

Olda prophetissa floret: scholas Hierosolymitanas moderatur. *4. Reg. 22.*

Ieremias concionatur, Threnósque edit in necem pij regis Iosiæ: inchoatum suum prophetiæ librum sequentibus regibus absoluit, de quo paulo pòst.

Baruch Ieremiæ notarius & propheta.

Ieremiam scripsisse duos postremos libros Regum, produnt in Talmud. cap. 1. Baba Batra. Dictauit etiam librum comminationum, *Ierem. 36. 45. & c.* qui non extat. Apud Tahnas in Ægypto à populo lapidatione tollitur. *Hieron.* Hebræi tamen in Sedem rediisse ferunt ex Ægypto, cum Baruch, saluum & incolumen anno Nabugdonozoris, 27. quo ab eodem capta est Ægyptus. Vide *R. Selo. 44. cap. Ierem.*

Externa.

Necho rex Ægypti Psalmetichi filius ducere conatus est fossam, è Nilo in Sinum Arabicum siue Rubrum mare. *Herodot. lib. 2.* bellum gerit cum rege Chaldęorum, *ibid. & 2. Paral. 35. Ierem. 46.*

Ambitum & magnitudinem Africæ per Phœnicios nautas vestigauit, qui eam totam biennio à mari rubro exorsi circumnauigarunt, & æquinoctialem transgressi medio die Solem dextrum, seu versus Septentrionem, situm & vmbras sinistras habuerunt, & per columnas Herculis in Ægyptum tertio anno redierunt. *Herodot. lib. 4.* huius regis mentio fit. 2. Paral. 35. & 4. Reg. 23 in Iosiæ huius historia.

Cypselus Corinthiorum tyrannus, an. 28.

Merodac secundus, siue Ben Merodac Babyloniorum rex, quem Iosephus Nabugdonozorem primum vocat, & apud eundem Berosus, Nabulassarum.

Zaleucus Locrensium legislator seueriſſimus, post Locri conditos annos circiter. 40.

Capta est Phigalia oppidum Arcadię à Lacedæmoniis, regnante Athenis Miltiade, *Pausan.*

Oraculo Dodonæo primum Græcia vsa est. *Nang.*

Sinope & Lipara conduntur, & paulò post, Epidaurus, quę postea Dyrrachium.

Histrus in ponto, & paulò post Boristhenes, Chantus, & Stagera in Asia, Lamplacus & Abdera.

Scythæ ad Palestinam vsque penetrauerunt, sed post. 8. annos secuili bello domum reuocantur. *Iustin.*

Tarquinus Priscus Romæ rex quintus, an 38. Hetruscos in ditionem accepit & ludos instructo circo instituit. Huius temporibus memorabilis illa Gallorum migratio contigit, qui Italiæ maiorem & meliorem partem, Thuscis eiectis, occupauit. Thusci verò in Rhetiam & Vindeliciam Germaniæ migrarunt. *Iustin.*

Anni Mundi 3526.

Anaxandro Lacedæmoniorum.

Ægyptiorum Psammetticho, deinde Nechaone, an. 17.

Lydorum Gige, deinde Ardi, an. 37.

Macedonum Argeo rege quinto, deinde Philippo, an. 38.

Synodus quarta in templo, Helcia pontifice, de renouando legis fœdere, repurgando templo & religione à superioribus principibus polluta, de Paschа celebrando iuxta maiorum ritus, tollendis aruspicibus, Pythonibus, Ariolis, Idolis, effodiendis è tumulis pseudoprophetarum & hæreticorum cadaueribus. 4. Reg. 23. 2. Paral. 34.

Anni vrbis conditæ 146.

19.

ſ IOACHAS men. 3. 3557.

Eodem pontifice, & iisdem prophetis.

Anni vrbis conditæ 177. 4. Reg. 23. 178.

& contrà

Anni vrbis conditæ.

177. *Cyaxare siue Deioce Medorum.*

Ben Merodac Babyloniorum rege.

Seruio Tullio sexto Rom. rege, an. 44.

Ægyptiorum Nechaone.

Ardi Lydorum rege sexto.

Anaxandro Lacedæmoniorum.

Macedonum Philippo rege sexto.

20.

178. 4 Reg. 23. 189. t IOAKIM Eliakim an. 11.

Azaria summo pontificatu fungente.

Jeremia & Vria Vatibus.

189. *Deioce siue Ciaxare Medorum.*

Anni Mundi 3557.

Anni Mundi 2558. 3569.

& contrà exciperent.

Sicut Iosias propter societatem regum Babyloniorum bellum Ægyptiorum in se conuertit, contra eius filij propter amicitiam Ægyptiorum, arma in se Babyloniorum adducent, indèque captiuitatem.

Rebus turbatis Patris morte, regnum rapuit, donec à Pharaone Ioakim restitueretur.

Nam ne regnaret vixit eum Nechao, & imposuit mulctam terræ centum talentis argenti & talento auri.

Huic Ioakim frater primogenitus sufficitur. est autem mirum quo pacto populus regem pro Iosia patre constituerit Ioachaz, qui duobus annis natu colligitur minor fratre Ioakim è. 2. *Paral. 36.* Nam hoc pugnabat contra legem Salomoniam.

Dicitur tamen primogenitus. 1. *Paral. 3.* Sed Talmudici dicunt primogenitum illic appellari respectu regni non naturæ, quòd regnarit primus è filiis Iosiæ. Primogenitus ergo, id est, Primus regni successor. Nam Hebræi primogenitum primum familiæ & præcipuum appellant, quocunque nascatur loco, vt Ps. 88.

[Hæc autem ratio assignari potest, quòd omnes Primogeniti naturæ ius illud suum amiserant propter fratricidium Abelis à Cain commissum. Et ità obseruatum fuit deinceps in semine Abrahæ. Nam Isaac secundo genitus natura & Iacob, & Iuda suos fratres primogenitos antecesserunt ea prærogatiua quod etiam in Mose erga Aaronem factum est. Item in prophetis Samuel enim vnxit Dauidem natu minimum & Solomon ipse minor frattibus, ad solium regni reuectus est.]

Tum Ieremias iussu Dei prædicare cœpit excidium vrbis & populi. Quare mox sub Ioakim capitis periculum adit, *cap. 22, 26, 36.*

Externa.

Regnante Tarquinio Prisco apud Romanos, & filiis Iosiæ apud Hebræos, Aruerni, Bituriges, Senones, Hedui, Carnutes, Aulerci, & aliquot alij Galliæ populi ducibus Bellonesо & Elitonio Italiam ab Alpibus perpetuo Apennini iugo vsque ad Rubiconem Galliam fecere. Tum (inquit Liuius *lib. 5.*) Celtarum penes Bituriges summa imperij fuit, qui & regem Celtis dabant. At Tempore Cæsaris duo erant principatus. Alterum tenebant Hedui, in quorum fide & imperio erant Bituriges Aruernorum finitimi. Alterum Aruerni habentes in sua fide & imperio Sequanos Heduorum finitimos. *Cæsar lib. 1. Bell. Gal. cap. 12. & lib. 6. cap. 4.*

t IOAKIM primogenitus erat Iosiæ. *Seder Olam, & Iosephus.* & Impius fuit.

Triburarius regis Ægypti, vt & tota Syria, deinde Babylonis, à quo & interfectus est.

Eliakim alio nomine. Nam qui Ioachim dicebantur propter eandem nominum notationem (*q. Dansurellio*) Vtrotuis vocabulo promiscue afficiebantur. Vnde Pater Virginis à Luc. *cap. 5.* Eli (per apocopem Syriacam pro Eliakim) qui ab aliis Ioakim.

Propter societatem Nechaonis regis Ægyptiorum bellum in se Babylonici Nabugdonozoris conuertit.

Hic ergo incipiunt bella Nabugdonozoris contra Syriam, qua tota patebat Ægyptio, & Iudæam, contra quam quatuor suscipiuntur bella. Duo sub rege Ioakim, tertium sub Iechonia, quartum sub Sedechia.

Totinde clades. Prima quando regem Ioakim abduxit Babylonem cum Daniele & tribus pueris sociis. Secunda quando eius vndecimo illum iam in regnum dimissum vrbe capta interfecit & Iechoniam filium substituit. Tertia cum vrbe iterum capta Iechoniam tertio mense abduxit cum matre, Ezechiele propheta & optimatibus. Quarta cum Sede-

Universidad de Deusto
Biblioteca

chiam illius vndecimo cum populatibus exportauit. *Anni mundi.*

Sed quoniam historia istorum tempotum fatis confusè in Scripturis narrata est, & refert eam habere exploratam, propter Ieremiam, & Prophetas, qui infra illius ætatem scripserunt, hic hærere paucis lubet. Ioakim sub finem anni tertij regni sui se obsessum tradidit Nabugdonozori, datis obsidibus, inter quos Daniel, Ananias, Azarias, Misael, & parte vasorum templi Domini. *Dan.* 1. Tributarius autem in regno suo adhuc relinquitur, donec grauissimæ seruitutis onere depressus, ad Ægyptiorum regem diuertens, misso rursus de Babylone exercitu comprehensus & tractus priusquam ad vrbem veniret, in campo Babylonis vndecimo regni interficitur, & caret honore sepulturæ obiectus bestiis. 4. *Reg.* 24. vt Ieremias prædixerat. 22. & 36. *cap.* Alij aiunt mortuum in ipsa vrbe Baby. *Kimhi in* 19. *Ezech.* Ita Ioachim bis fuit captus. 3558.

Interim autem dum hæc agerentur, in eius locum, Ioachin filius, qui & Iechonias, à populo Rex constituitur, sed regni mense tertio vbi reuersus Chaldæorum exercitus vrbem obsedisset, monente Ieremia, ne ciuitas cremaretur, cum matre se dedidit. Vnde cum vniuersa prosapia Babylonem ductus, initium præbuit captiuitati, seu transmigrationi Babylonicæ, quam 70. annos duraturam Ieremias præmonuerat. Ierem. 25. Quamquam illam Hebræi ordiuntur ab vndecimo Sedechiæ, vt videre est apud Abben-Ezram *in* 1. & 9. *cap. Danielis*, vel à quarto Ioakim, vnde historiam suam orditur Daniel, qui fuit primus Nabugdonozoris.

Vt Iechonias, deinde Sedechias regnarint in ipso transmigrationis Babylonicæ tempore. Et certè tres huiusmodi fuêre transmigrationes.

Cæterùm pro Iechonia in regnum à Chaldæo suffectus, patruus Sedechias Iosiæ filius propter rebellionem, regni vndecimo post quinquennem obsidionem superatur, & tam Hierusalem quàm Templum solo æquatur, cunctis penè, qui è prima captiuitate supererant, in exilium deportatis. Ex quo perspicuum est vrbem ter à Babyloniis captam, regnantibus videlicet per ordinem Ioakim, Iechonia, Sedechia.

Obsidio breuior colligitur Ierem. 39. & 4. Reg. 25. Nempe Nabugdonozor ipse præsens adfuit à nono Sedechiæ ad vndecimum per duos ferme annos. Reliqui tres anni pertinent ad ipsius duces, qui & eam soluerunt, vt Pharaoni occurrerent. 4. *Reg.* Hinc obsidionem, quam hic dicimus quinquennem, triennem facit Ios. *lib.* 10. *cap.* 10. Nam ait anno regni octauo Sedechiam Pharaone fretum rebellasse. Biennem Kimhi in 4. Ezech. à nono scilicet Sedechiæ vsque ad vndecimum. Octodecim mensium Ierem. 39. cui ipsemet Nabugd. præesset. Tandiu enim adfuit, cùm tamen antea vrbs fuisset à ducibus ipsius obsessa, qui propter occursum & supperias Ægyptiorum eam coacti sunt aliquandiu interrumpere.

In prima captiuitate, Nabugdonozor traxit in exilium è Iuda & Benjamin tria hominum millia & 23. id est, vniuersam ferè Hierosolymæ nobilitatem. E reliquis verò tribubus septena millia. In secunda post septennium Iechoniam, totamque ipsius familiam, cum octodecim populi millibus. In tertia post annos 11. reliquos omnes penitus, exceptis sex populi millibus, quibus Godoliam præfecit.

Duo tamen Hieronymo initio comm. in Ezech. Iechonisæ vocatur prima transmigratio, qui cum matre est ductus Babylonem, & cum Daniele tribúsque pueris, & Ezechiele. Sedechiæ autem secunda vel extrema captiuitas. Quod non 3568.

Anni vrbis condita. 178.

Ben Merodac, deinde magno Nabugdonozore, an. 45. Babyloniorum regibus.

Seruio Tullio Romanorum.

Nechao Ægyptiorũ.

Ardi Lydorum rege sexto.

Macedonum Philippo rege sexto.

Anaxandro Lacedæmoniorum, deinde Eurycratide, an. 35.

189.

puto

IOAKIM ET NABVGDONOZORIS SÆCVLO.

Anni vrbis condit. 189

Anni mundi. 3568

puto verum, quoniam Hebræi constãter tres fuisse docent, vti dixit Deinde Daniel & tres pueri ducti sunt in captiuitatem, non cum Iechonia, sed septem annis prius, anno scilicet tertio Ioakim. *Dan.* 1. vertente & inchoante quarto è 25. *Ieremiæ.*

In his cladibus sola Iechoniæ posteritas ex ampla familia Dauidica permansit, qui & in captiuitate genuit Salathielem, Malchiram, Pedaiam & Gemariam. *Seder olam minor.*

Nabuzardan princeps militiæ Nabugdonozoris cremauit templum, exportatis columnis, mari æreo, basibus, quæ omnia fecerat Salomon, cũctisque valis è pio thesauris regiis. Interfecta sunt nongenta & decem hominum millia, infiniti abducti sunt in captiuitatem. Nam vel ex Leuitis trãlata sunt 600. millia. *Sub finem chronici de regibus Israel.*

Vrias filius Samaiæ propheta retractus ex Aegypto, à Ioakim interficitur, eadem, quæ Ieremias, concionans. *Iere.* 26.

Daniel anno. 15. ætatis, ductus est Babylonem. tertio anno Ioakim, qui postea octo annos regnum tenuit, à quibus ad finem captiuitatis anni fuerunt. 70. Ita vixit. 93. annos, ant equam transferretur ad Medos, vbi tribus annis post decimi capitis visionem habuit. Erat igitur admodum senex, fortasse mortuus diebus Esther, neque ad ædem posteriorem cum aliis ascendit. *Abben-Ezra in* 1. *Daniel.*

Prædixit. 12. capitibus futurũ statum Ecclesiæ à suo tempore ad extremũ mundi, ac inter cætera docuit quinque regnaturum per ordinem conflecturas, quæ per illud spatium populum Domini grauiter oppugnarent, Babyloniorum, Persarum, Græcorum, Romanorum, Gog, & Magog. i. Saracenorum & Turcarum, quos per obscurum & ignobile cornu designauit. Consolatur autem sanctos in eo, quod dicit, In medio istorum regnorum perseueraturam Ecclesiam, Christúmque post. 70. Hebdomadas reuelandum, regnaturum in medio inimicorum suorum, imò verò vniuersa illa imperia contriturum, & suis daturum regnum, quod in æternum frangendum non sit: Nempe quoniam regnum Christianorum deletis cæteris intercipietur à beata immortalitate.

Hinc veteres ferè dimensi sunt humani generis viram, teste Aemilio Sura de annis populi Romani. Nam Assyrij principes, omnium gentium rerum potiti sunt Deinde Medi (vel potius Babylonij) postea Persæ, deinde Macedones. Exinde duobus regibus Philippo & Antiocho, qui à Macedonibus oriundi erant, haud multo pòst Carthaginem subactam, deuictis, summa imperij ad pop. Rom. peruenit. Inter hoc tempus, & initium Nini regis Assyriorum interfuere anni bis mille, quinque dempris. *Hæc Velleius Paterc. lib.* 1.

Decem visiones in suum librum retulit, quarum tres vidit sub Nabugdonozore, tres sub Baltasare eius nepote. Septimam & octauam sub Dario, duas verò vltimas sub Cyro. Senio ergo confectus, in Ecbatanis Mediæ ciuitate sepelitur.

In Græco & Latino aliqua è Theodotionis tralatione habentur, quę desunt in Hebræo, vt maior pars capitis tertij de rebus trium puerorum in camino ardenti, & duo postrema capita 13 &. 14. de Susanna, de Belo, draconę & lacu leonum. Sed non desinunt esse canonica & sacra. Qui sumpta è Synagogæ certis canonicisque traditionibus, vel ex alio Danielis, aut alterius prophetæ opere, post primũ canonem ab hominibus Synagogæ magnæ emissum, scripto, & in secundum canonem ab Eleazaro Pont. eiusque concilio editum relato.

190 3569

Ananias, Azarias, Misael, qui cum socio suo Daniele di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

chiæ euersum, stetisse ab Hebræis notatur annis.410. Cum 25. quibus minimum regnauit Saul, totum Iudæorum regnum.500.annos explet.

In Sedechiæ captiuitate, desinit iniquitas populi Israel, quam Deus portandam imponit Ezechieli cap. 4. Durauit enim annos. 390. vsque 20. Nabugdonozoris, in quo reliquiæ Israëlis & Iuda Babylonem abductæ sunt, *Ierem.* 52. Quod quidem tẽpus in eodem loco eidẽ Ezechieli reuelatur. Hos.390. reperies à.30. Salomonis, quando Salomon à mulieribus alienigenis corruptus Idolomaniam & impietatem amplecti cœpit, ad Sedechiæ vndecimum siue Nabugdonozoris. 20. Tanto tempore eorum impietatem Dominus sustinuit, nec antè iram contra ipsos conceptam totam effudit, grauitate supplicij, tarditatem compensaturus.

a REGNVM istud cœpit statim post mortem Salomonis. Nam Scriptura cùm alibi tum.3.Reg.15. Roboam & Ieroboam facit æquales: & Roboam, qui regnum tenuit annis.17. scribit mortuum.18.anno Ieroboam.

In Schismaticis & hæreticis regibus sigillatim recensendis prophetas nominabo, qui sub illis in mediis hæreticorũ vrbibus floruerunt, vt piorum & Catholicorum successio appareat in medio hæretici populi. Tanta fuit Dei ergà istũ charitas, vt quia non habuit legitimos sacerdotes, prophetas perenniter miserit, qui ad illos & in illos vaticinarentur, ne non præmoniti periisse videantur.

Ita autem familia istorum regum nouies mutata est, quemadmodum impiorum & tyrannorum familia, non solet esse diuturna, vt regni tamen summa penes eandem tribum Ephraim perpetuo remanserit. Quanquam enim nominatim non scribitur è quanam tribu isti omnes extitetint, præter primum Ieroboam, est tamen credendum eandem tribum omnibus ortum dedisse, & viam ad regnum parauisse. Primum quoniam nobilitas vniuersa in 10. tribuum nominatu ex Ephraim perinde emersit, vt è tribu Iudæ in duarum tribuum regno. Deinde quia Iacob hoc in suis benedictionibus, vel etiam prædictionibus, significauit. *Genes.*48.& 49.

Præterea quoniam Achab etiam de ea fuisse memoratur constanti Hebræorum traditione, *R. Selo in.* 11. *Osee Vers.* 3. Denique & Ieroboam filius Ioas. *Alben & Train* 13. *Osee.*

Eorum cum Regibus Iuda collatio est fallacissima, nec caret difficultatibus. Neque tamen propterea vlli anni quasi duobus communes eximendi sunt de Regibus Iuda, quod nonnulli faciunt, vt vnus de quadraginta vno Asæ, ac filio cum patre Abiam regnauerit: vnus de 25. Iosaphat, quasi eius primus in vltimum patris incurrat, quatuor de octo Ioram, quasi his socius patris in regno exiterit: tres de 29. Amaziæ, vnus è 16. Achaz, duo è 29. Ezechiæ, &c. Sed potius cogitanda in impio regno interregna multa, licet minimè explicata. Nam certam & indubitatam Deus voluit extare regni Catholici recensionem, incertam & difficultatibus plenam regni hæretici, quò doceremur in hæresi omnia esse confusa, perturbata, incerta, motuum plena, vt de iis historia liquidà narrari non possit.

In scripta successione regum Iuda & Israel est discrimen 19. annorum.

Quod vt facilius concipiatur, ecce à Roboam rege Iuda vsque ad Iehu inuadentem regnum Israel, & necatẽ Ochoziam & Ioram vtriusque regni reges numerantur an.95.

A Ieroboam (qui simul cum Roboam regnum est auspicatus) ad eundem Iehu an.98.

Hîc discrimen est annorum trium. Nam totidem regnum Iuda à regno Israel superari videtur, cum tamen vtrobique

Anni mundi.

3185

3186

3186

3186

cùm Iechonias Babylonem abduceretur, initiũ captiuitatis siue transmigrationis Babylonicæ factũ est, vt liquet è Matthæi primo capite. Ezechiel. 33 & 40. Hebræi tamen eam ordiuntur ab initio quarti Ioakim, qui fuit primus Nabugd. Aliqui etiam à Sedeciæ regis Iechoniæ successoris vndecimo.

REGES ISRAEL.

a HAC quinta ætate regnabat in Samaria post scissum Dauidis regnum,

Regni hæretici exẽplar, in quo omnia sunt perturbata, & motuum plena donec pereat funditus.

Anni mundi.

idem sit primum & extremum temporis punctum

Deinde à principio eiusdem Iehu vsque ad vltimum. Oseæ nouissimi regis Israel annis. 143. Atqui ab Athalia (cuius primus annus concurrit cum primo Iehu) vsque ad textum Ezechiæ eiusdem Iuda regis (in quem vltimus Oseæ & regni Israel incidit) an. 161.

Iam hic regnum Israel à Iuda, 22. superatur, à quibus, si detrahis tres, quibus ante Iehu regnum Israel redundabat, supersunt. 19.

Respondeo in priore calculo, in quo est discrimen trium annorum, tres illos vt fractos esse abloro endos per integros regum Iuda. Anni enim Regum Iuda erant integri, regum Israel fracti, ita vt (Verbi causa) Ieroboæ vigesimus secũdus, sit quoque primus Nadab successoris, id est, vtique cõmunis. *Vt è Iudæo anni partibus conteger cõstituatur.* Atqueita deinceps in plerisque istorum regibus.

In posteriore, in quo discrimen cernitur viginti duũ annorum, sparsa fuere interregna in Israel ob factiones, bella ciuilia, crebras familiarum vicissitudines, &c.

Quare hæc successio debet ordinari & dirigi per regum Iudæ seriem & rationem, quasi per certam regulam, non contrà.

Quàm misera regna, quibus reges de religione securi vel hæretici præsunt. Quàm omnia illic sunt incerta, quàm confusa, &c.

Nec tamen desinemus vtramque conferre, ac nodos exorientes, in curiosiorum gratiam dissoluere. Si quis melius, huc vsque consequatur, vel saltem diuidat.

b IEROBOAM filius Nabat de tribu Ephraim annis.22. 3.Reg.14 — 3186

b Hic vt regnum suum, quod seditione post obitum Salomonis orta, consecutus fuerat, constitueret, prohibet populum suum adire Hierololymam, vbi erat legitima sacerdotum successio, & altare contra altare erigit, vitulósque duos, vnum in Bethel, alterum in Dan duobus regni sui finibus religionis ergò collocat, ritu Aegyptiaco, vnde nuper redierat, atque ita decem tribus perenni impietate imbuit.

Bersabee antiquum terræ limitem à meridie prætermisit, quoniam in regis Iuda fide permanserat propè Idumæorum terram. Dan autem alteto antiquo limite est potius, quoniam erat ad Septentrionem ad fontes parui Iordanis.

Sacerdotes omissa tribu Leui ex plebe instituit. Ita duabus in rebus religionem corrupit, in Idolis asciscẽdis, iterum in tribu Leui à sacerdotio remouenda, quæ proinde ie in tribum Iuda contulit.

Sichem oppidum ædificat in monte Ephraim, ibique habitat, Deinde Phanuël crebra bella cum regibus Iuda gessit dubio euentu.

Deus à principio mãdarat, vt tabernaculum fieret, in quo sibi sacrificaretur. Hoc nõ ab omnibus obseruatum est. Nam multi iam inde sub iudicibus, patiente Deo in excelsis sacrificarunt, ipse etiam Salomon 3. *Reg.* 3. Hoc obseruatum videtur à Catholicis in regno decem tribuum. Nam Elias sacrificasse in excelsis. 3. Regum reperitur, nec eius sacrificiũ fuisse reprobatum. Nempe propter necessitatem tyrannidis Deus consuetudinem populi sui, qua præter eius tabernaculum, & templum, tamen non dijs alienis, offerebat, sed Domino Deo suo, sustinebat potius, quàm vetabat, etiam sic exaudiens offerentes. *Aug super iudices, lib.7 cap.7.*

Vnde nec in isto regno Catholica Ecclesia defuit. Nam etiam in Bethel collegium siue cœnobium prophetarum a tempora vsque Eliæ perdurauit, &c. 4 *Reg* 2.

Alij, qui puræ religionis mutationem ferre non poterant, secederunt à Ieroboam & eius principibus, séque in montes

Vaticinantibus Joã, Idao, Abia Silonite, Semaia.

Regnante in Juda Roboam, Abia, vsque ad se-
1.Reg.15 *cundum Asæ.*

1108

Universidad de Deusto
Biblioteca

des trans Aethiopiam conferunt, fortasse allecti veteri Aethiopũ & reginæ Sabæ cum suis maioribus fœdere & commercio. Vbi eos circumlui fluuio sabbatico, tãquam mœnibus narrat Eldad Danius Hebræus historicus. Multi etiam ad duas tribus sese receperunt, alij alio. *Annimundi.* 3186

Quam r gnandi rationem sibi displicere satis ostendit Deus è crebra sceptri in alienam familiam translatione, sublatis de medio per cõiurationem Regibus. Sceptrum enim nusquam vltra quatrum gradum transit ad posteros in aliqua familia, præterquam in Iehu, cuius stirps potita est rerum ad quintam vsque sobolem.

Ad hanc stirpium mutationem designandam, tibi minusculis literis capita familiarum notauimus. Etenim regni huius sceptrum ab aliis in alios translatum est, donec à primo Ieroboam ad vltimum Osee, in nonam familiam migraret, non quidem legitima vocatione, sed proditionibus atque paricidiis, vno Amri patre Achab excepto, qui electione regno inauguratus est.

Septem duntaxat familias facit R. Selomo in. 15. Ierem. quia non numerat pro nouis familiis Zamri, & Sellum, quòd mox de medio sublati sint.

Ieroboam magis hæreticus & schismaticus, quàm apostata vel idololatra. Nam non eiurauit cunctos fidei articulos, sed cum duntaxat, qui est de Ecclesia, & Ecclesiæ sede atque communione, dum noluit sacrificare Hierosolymis, & cum eis communicare, qui in Mosis & Prophetarum cathedra sedebant, sed in Dan & Bethel, vbi templa noua construxit, & loco Cherubim vitulos dedicauit. Alioqui Circumcisionem, ritus sacrificiorum, ceremonias Legis, atque adeo totam legem Mosaïcam retinuit, vt & consequuti Reges, vsque ad Achab, qui ad istam hæresim adiecit cultum Baalim, siue Belorum. Hinc & collegia siue cœnobia Prophetarum non extinxit. Filij enim Prophetarum in ipsius regno cateruatim habitasse pacificè leguntur in Bethel, in Ierricho, in Samaria etiam, vbi erat sedes Elisæi Prophetæ, & c 4. *Reg.* 2. 4. & 6.

c NADAB videtur octo ann. regnasse. Quoniam Basa regnum suscepit anno decimo Asæ & Ieroboam mortuus est secundo. Ita inter vtrumque fuerunt octo. *Kimbi.* 2. *Paral.* 16. respõdet sex annis certasse de regno, duobus extremis plenis regnasse, quos proinde tantum scriptura ei assignet. Alij malunt primum Basæ conuenire cum tertio Asæ è. 4 *Reg.* 15. Quod rectius.

Propter impietatem regno indignus, per insidias à Basa interfectus est, & genus Ieroboæ totum extinctum. Nam vt in regibus Iudæ regnum semper mansit in eadem familia, ita in istis è contrario, vix permanauit ad filium, vel nepotem. 3210

d HAEC secunda regum familia sedem in Tirsa posuit, vt prima in Sichem.

Vsque ad vigesimum sextum Asæ. Vnde viginti tres pleni duntaxat Basæ tribuendi sunt.

Basæ regi Israël familiæ internecionem Propheta à Domino nuntiat, quòd sequeretur impium Ieroboam cultum. 3. *Reg.* 16. hostis licet eius & Nabad. 3234

Aedificat Rama in munitionem, ne quis è regno Iuda ad regnum Israel, & contrà transire posset.

Eum bello adoritur Asa, auxilio à rege Syriæ petito, ob quod à Propheta increpatur. 2. *Par.* 16.

e BELLA per duces gessit contra Palestinos. Post epulum à Zamri militum principe interficitur an. 27. Asæ.

Huc vsque collatio regum Iuda & Israel caret difficultatibus.

f ZAMRI Elam & familiam Basæ funditus extinxit. Nam ne 3208

IEROBOAM FILII NABAT SÆCVLO.

2

c NABADan. 2. 3. *Reg.* 15

Iisdem vaticinantibus.

Asa rege Iuda.

3.

d *Basa* de tribu Issacharis an. 24. *Ibid.*

Ioram, Azaria filio Obed, Hanani videnteEt Iesu filio Hanani vaticinantibus.

A tertio Asæ regis vsque ad. 26. incipientem.

4

Ibid. 16. c ELA an. 2.

Iisdem vatibus.

A vigesimo sexto Asæ regi Iuda, vsque ad. 27. finientem.

5.

Ibid. 16. f *Zamri* qui & Zamar, *Iosepho lib* 8. *cap.* 6 & 7. diebus septem.

Iisdem prophetis.

Eodem rege Iuda anno eius vigesimo septimo.

6.

Ibid. g *Amri* an. 12.

Iisdem vaticinantibus.

A 27 Asæ regis Iuda, ad eiusdem 38.

Annimundi.

3236 mingentem quidem ad parietem, id est, canem reliquit. Mansit tamen in impio eorum instituto, & idola colunt. 3. *Reg.* 16.

Quòd audisset exercitum, qui obsidebat Gebberthon vrbem Palæstinorum audita Elæ morte fecisse sibi regem vniuersi Israël Amri principem castrorum, seipsum incendio peremit, 3. *Reg.* 16. atque ita tertia familia desiit.

Post cuius mortem scinditur populus. Pars sequebatur Tebni, pars Amri, *ibid.*

Anni dissensionis, qui quatuor fuisse videntur adduntur ipsi Amri.

Hic incipit discrepantia regum Iuda & Israël.

3236 g INTERREGNVM quatuor annorũ in Seder c. 17. ab anno scilicet. 27. Asę vsque ad annum. 31. eiusdem: sed posteà notatur illos quatuor annos esse de numero. 12. quibus iste Amri regnasse scribitur. Ergo interregnum illud prætereundum.

Et sanè interfecto Ela, Zamri tantum, 7. diebus in Tirsa regnauit, & eodem die, quo audiit in castris populus necem Elæ, constituit Amri regem super Israel, 3 *Reg.* 16.

Difficultas oritur ex eo, quod primus Amri incidisse dicatur in 3. 1. Asæ regis Iuda, *ibid.*

Sed nulla est si præcedentia spectentur. Nam *mortuo Amri diuisus est populus Israel in duas partes, Vna sequebatur Tebni, vt constitueret cum regem* per annos. 4. aut. 5. *Mortuusque est Tebni & regnauit* pacificè, securè & sine æmulo *Amri*, sequentes annos septem. Ita *regnauit Amri super Israel anno trigesimo primo Asæ regis Israel.* Totúmque eius regni curriculum comprehensum est annis duodecim. Si quinque illi, quibus regnauit cum Tebni, connumerentur.

3247 Ita vigesimo septimo Asæ pugnat de regno cum Tebni per annos. 4. vel. 5. trigesimo primo finem contentioni ob æmuli mortẽ imponit, liceque deinceps septem annos quietè, firmiter & verè regnat. Cuius causa trigesimo primo Asæ regnasse dicitur super Israel duodecim annis. Ita tamẽ vt duodecim illi incipiant ab Asæ. 27. quies & firmitas à. 31.

Prodigiosè aliqui ex his duodecim sex cõflant, éxque posterio res abstrahunt, & cum viginti duobus Achaz confundunt, idque (inquiunt) vt tempora Regum Israëlis cum Regum Iuda cõueniente conferantur. Quasi vero vt proximè, responsio non sit simplicior & rectior collatio.

Amri migrat in Samariam, inter Iudęam & Galilæam, vbi regnat annis. 6. Sicq; Samaria vrbs amplificatur, & fit regni metropolis, cùm eum honorẽ haberet antea Tirsa. 3. *Reg.* 16. Idque postquam firmasset imperium, & Tebni regni æmulus sub Asæ trigesimum primum fuisset mortuus.

Samaria condita (in vrbis scilicet formam, nam iam olim vicus erat) *Ibid.*

Ab ea condita, æra siue principium rationis decem tribuum deducta est, iuxta quam Israëlitæ numerabant à Samaria condita, vt Romani à sua vrbe. Nam illud. 2. Paral. 22. *Quadraginta duorum annorum erat Ochozias rex Iuda, cum regnare cœpisset, & regnauit anno Vno in Hierusalem*, sic debet accipi. Quadraginta duorum annorum erat, siue quadragesimũ secundum annum attigerat, à Samaria condita, & Amri in eam migratione: tot enim existunt à sexto Amri, siue à Samaria cõdita, ad Ioram regis Israël duodecimum, qui erat Ochoziæ regis Iuda primus & vnicus. Alioqui. 4. *Reg.* 8. vigesimo tertio ætatis Ochozias iste intetit. Supra in regibus Iuda hanc difficultatem explicauimus, sed obscurius.

Ex hac in hoc oppidum migratione regnum Samariæ nomen accepit. Eo autem trãstulisse regni sedem videtur, quòd Tirsenses fuissent Tebni æmuli sui partes secuti. 3268

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ACHAB ducta Iezabel, idola gentium introduxit, fanum Baalim in Samaria ædificauit, altare Baal & lucum idolis dicauit, primus, denique nouas superstitiones inuexit. Nam eo vsque reges Israel simplici impietate Ieroboam filij Nabat contenti fuerant, quæ erat de vitulis. *Kimbi*, 4. *Reg.* 23.

Inter reges Israel singulare impietatis & iniustitiæ exemplum, Iosaphati religioni & virtuti, cuius temporibus regnabat, oppositum, 3 *Reg.* 15.

Impiam duxit Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum. Ithobalum appellat Iosephus, quem regem fuisse Tyri Menander Ephesius tradidit, vt idem scribit contra Appionem.

Prophetas Domini interemit. 3. *Reg.* 18.

Ob quas impietates Deus cum primum fame trienni cœlo pluuias denegante, deinde verbo per Eliam castigauit.

Benadad Regem Syriæ sibi arma duobus annis & semis inferentem, duobus & triginta regibus in societatem belli adscitis, bis victum incolumen dimisit, suo magno malo.

Nam tertio prælio est interfectus, 3. *Reg.* 22. ad Ramoth-Galaad iaculo traiectus inter commissuras & loricam.

Anno eius quarto regnum adit Iosaphat in Hierusalem.

Behadad rex Syriæ cum. 30. aliis regibus obsidet Samariam.

Regnum ergo Syriæ Ila tempestate præstans, nec monarchiam Assyriorum agnoscens.

Iezabel huius Achab scilicet vxor feruens idololatria, prophetas Domini vbique persequitur, vt Elias solum se à sacrilegio immunem crediderit, donec Dominus respõderit septẽ millia virorum adhuc esse, qui se idolis non dedissent.

Elias se eius conatibus opponit. Sacerdotes Baal occidit. Cuius rei causa iram eius fugiens in desertum Beersabeę se contulit vbique diuinitus sustentatus.

Inde iussu Dei rediit Damascum, & Hazaëlem vnxit in regem Syriæ, Iehu in regem Israel, & Heliseum in Prophetam.

Ipse & Elisæus inter decem tribus vaticinium exercuerunt, non inter duas.

Sic Michæas filius Iemla in vincula cõiectus, quòd Achabo exitabilem fore pugnam denuntiasset, contra 400 pseudoprophetarum sententiam. Nam is non est Michęas Morasthites, cuius extat prophetia aduersus Israel, quippe qui vixerit sub Achaz & Ezechia rege Iuda & Phaceæ rege Israël.

Nepher Cherres rex Aegypti an. 4. Amenophis an. 9.

i BAAL quo que coluit. Punitus defectione Moabitarum & naufragio classis, quam in Tarsis Indiæ miserat, ac demũ letali morbo absumptus sine virili prole. Maximè quia ministros miserat, qui Beelzebub idolum Accaronensium pro salute sua consulerent.

Secundum eius annum aliqui dũtaxat putant inchoatum, itaque integrum tribuunt Ioramo successori. Quod similiter faciunt in Achab, dum viginti vnum annos plenos ei duntaxat relinquunt.

Anno secundo Ochoziæ translatus est Elias, & non apparebit, quousque veniat rex Christus. Tum apparebit & secundo occultabitur, nec postea apparebit, quousque veniat Gog & Magog. *Hæc Seder, c.* 17.

[Quamuis hæc ad virtutem & spiritum proprié referri debeãt: tamen etiam ad veram visionem & personalem apparitionem referre solent, neque sua falluntur interpretatione. Nam ità accidit vt infra dicetur.]

Sic suprà in Iosaphat sub eius decimum octauum trans-

Anni mundi.

3268

7
h ACHAB an. 22.

Prophetantibus Iehu, Abdia, Michea, Zaaziel, Eleazar, Elia.

Asa & Iosaphat Iudæ regibus Ab Asæ 38. vsque ad decimum septimum Iosaphat.

3270

8
i OCHOZIAS an. 2.

Iisdem prophetis. Iosaphat Rege Iuda, sub eius decimum octauum.

4.Reg.1

Ibid.

Anni mundi.

tionem istam contigisse è 4. Reg. 3. docuimus, qui cum hoc concurrit.

Atque hic incipit historia regum.

3268 Eius reliquiæ, id est, pallium Heliseo dimissum, miracula edunt. Iordanem bifariam secantes, vt Helisæus per siccum transiret, & filij prophetarum, qui morabantur in Hiericho, spiritum Eliæ duplicem super eum insedisse agnoscerent. 4. *Reg.* 2.

Spiritus autem Eliæ erat duplex, prophetiæ scilicet & miraculorum. *Ibid.*

Nam non omnes prophetæ donum habuere miraculorũ. Scio spiritum illum Eliæ duplicem aliter intelligi. Sed hunc puto esse germanum sensum.

Ei post mortem Synagoga siue Sacellum in Carmelo mõte, vulgato ipsius habitaculo dicatum est, in quo vigebat oraculum, de quo Sueton. in Vespas. cap. 5. Apud Iudæam Carmeli Dei oraculum consulentem (Vespasianum) ita confirmauêre sortes, vt quicquid cogitaret pollicerentur.

Apparebat in circuncisionibus, & in illis præsens adesse putabatur. *Kimbi in Malach.* & sæpius alias *In tract. Berachot, &c.* Vt cum misit literas ad Ioram regem Iuda septem annis post suam translationem. *Seder. c.* 17. & 2. *Par.* 21.

[Hinc potest confirmari spirituum bonorum apparitio, cæterum à ex opposito liquent cùm dæmones appareant, & ipsos etiam sanctorum spiritus angelis similes factos apparere. Ipse autem Elias apparuit Christo in monte Thabor, cum Mose: In transfiguratione.]

Diebus Achab ædificauit Ahiel de Bethel Hiericuntem. Iiciens fundamenta perdidit Abiram primogenitum suum, ponens portas natu vltimum suum ex prædictione Iosuæ. (cap. 6.) 3 *Reg.* 16.

k HIC est filius Achab, in quo eius familiam extinctum iri Deus denuntiarat.

Vt filius Achab fecit malum coram Domino, sed non quantum pater suus & mater. Abstulit enim statuas Baal, quas fecerant. Peccatis dũtaxat Ieroboæ inhærens. 4. *Reg.* 3.

Triumphauit de Mesa rege Moab, qui recusabat soluere centum millia agnorum & totidem millia arietum cum suis velleribus.

Adiutus armis regis Edom & Iosaphat regis Iuda, cuius causa Eliseus ad psaltis musicam de prospero belli euentu vaticinatur. *Ibid.*

Illic Mesa ptimogenitum suum obtulit diis suis in holocaustum.

In bello contra Hazaëlem regem Syriæ vulnus accepit & curandi sui causa in Iezaël recessit, vbi à Iehu seruo suo & successore interficitur.

Sub hoc fuit & altera fames. Nona è memorabilibus decem, quas Hebræi in Targhum Ruth numerant, vt superior sit Octaua sub Achab Elia prophetæ viuente. 3. *Reg.* 17. Hæc nona Elisæo in Samaria. 4. *Reg.* 6. post quam Decima, expectetur sub Messia, de qua fortasse noster Ioan. in Apoc.

Dicitur an. 2. Iotam regis Iuda regnasse Ioram regem Israël. 4. *Reg.* 1. Decimo autem octauo Iosaphat. 4. *Reg.* 3. Nempe, quia Ioram rex Iuda à patre designatus est anno regni ipsius 17. quando pater regi Achab auxilium ferebat contra regem Syriæ. 2. *Reg.* 22. Ham hic mos erat aduersus futuras seditiones, vt si quis Regum in bellum profecturus esset, prius significaret, quem Regem post se esse vellet, si ipse fortassis in prælio caderet. Hanc legem sequebantur Persæ ex Herodoto, ex qua accidit, vt in eorum Regibus recensendis Hebræi à Græcis & Latinis plurimum discrepent, vt infra docebo. Hoc etiam sequebantur Romani, quando Impera-

3310

10
1 *Iehu an.* 28. *Ionadab filio Rechab Eliseo & Zacharia filio Ioiade propheratibus.*

Athalia & Joas in Iuda.

4.Reg.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

toribus dabant Cæsares.

Annis mundi.

f IEHV scriptis litetis in Samariam omnem progeniem Achab deleuit, vxorem, filios & fratres Achab, & sacrificos omnes Baal, ex cuius templo latrinas fecit, vt à Deo prædictum fuerat. 3327

Ioram Israel & Ochoziam Iudæ reges trucidauit.

Quo die vnctus est in Regem, eo die vnctus rex Damasci Hazaël hostis. *Seder. cap. 28.*

In impietate multa piè fecit.

Sub hæc tempora orditur Herodotus suam Aegyptiorum historiam à Cheope, quem regnasse ait apud eos an. 50.

m IOACHAS cœpit regnum an. 23. Ioas. 4. *Reg.* 13. quando Ioas templum Domini instaurabat. 2. *Paral.* 24.

Inuisus Deo, quòd secutus sit Idololatriam Ierobo æ filij Nabath, ob quam regnum eius regibus Syrorum Hazaeli & Benadad prædæ fuit, donec ab ipso exoratus Deus, depulsis hostibus pristinum statum ipsi dedit. 3343

n IOAS cum Amasia, qui eius secundo regnum inierat, bellum gessit & cœpit: adduxitque in Hierusalem, & interrupit murum eius, tulitque omne aurum & argẽtum & vasa & obsides, reuersusque est in Samariam.

Eliseus eius decimo moritur. Ita prophetiæ munere functus est plus 60. annis à. 19. scilicet regis Iosaphat. Duplicem Spiritum Eliæ consecutus est, 4. *Reg.* 2.

[Spiritus duplex Eliæ, est sacerdotium & Prophetia, vocatur spiritus illa authoritas vt à D. Paulo dicitur, omnia hæc esse ab eodem Spiritu. 1. Cor. 12.]

Eius corpus, mortuum hominem alium, à quo fortuito tangebatur, vitæ restituit. 4 *Reg.* 13.

Amazias rex Iuda regnum suscepit anno secundo huius Ioas.

o IORAM in Paralipomenis dicitur. Accisum regnũ in pristinum splẽdorem restituit. Antiochia capta, &c. Syros vicit, Regnare cœpit an. 15. Amaziæ. Post eius mortem, regnum Israël à Tyrannis diuexatum est, vsque ad finem sui. 3384

Regnum Assyriorum per Phul tertori esse cœpit Syris & reliquis finitimis, quem ad concionem Ionæ, pœnitentiam egisse fetunt. Cultum vnius Dei Oriẽs adhuc retinebat, nec tam erat corruptus in πολυθεία, quàm Occidens.

Ionas prædicit euersionem Niniuæ regi Assyriorum iam supra reliquos emergenti. Quare & huius Monarchię prima nunc mentio fit in Bibliotum historia.

p QVIA 4. Reg. 14. Ieroboam auspicatus est regnum suum Amaziæ decimo quinto, & regnauit annis 41. qui incidunt in 27. Oziæ, cum mox sequenti cap. 15. scriptum sit. *Anno 38 Oziæ Regis Iuda, regnauit Zacharias filius Ieroboam,* octo annorum, vt minimum, interregnum debet constitui, etiam si fuerit in paternum regnum successio, quemadmodum sæpe videmus propter crebras & subitas familiarum vices hæreditates manere intertruptas & certis possessoribus vacuas. Certè hic crebra & repentina familiarum mutatio absumpsit octo annos, & deinde nouem, de perpetuo & tato Regum Iuda numero. 3393

* ZACHARIAS impietatem patrum suorum secutus, nõ successit patri nisi post octennium, siue à Catholicis, siue ab aliis oppugnatus. Deinde sexto mense occisus. Nam Deus non sinit hæreticos tranquillè succedere, vel diu successione frui.

Post eum quidam interponunt interregnum. 21. annorum, seu perperam. Falso enim nituntur fundamento, hoc scilicet regnum viguisse annis. 270. quot esse putat à morte Salomonis ad Sextum Ezechiæ. Atqui si rectè subduxissent, duntaxat repetissent 259.

11

m IOACHAS an. 17. *Zacharia filio Ioiade propheta.* 4 Reg 31

Ioas rege Iuda, ab eius 23.

12

n IOAS an. 17.

Prophetis Amos patre Esaiæ & Osea.

Regib. Iuda Ioas & Amazia, à 37 Ioas ad Amaziæ 15.

13

o IEROBOAM filius Ioas 41. 4. Reg. 35

Vaticinantibus Osea, Amos altero à patre Esaia, Iona. 3. Reg. 35

Amazia & Oziæ regibus Iuda, ab Amaziæ 15. ad. 27. Oziæ.

Phul Assyriorum an. 48.

p INTERREGNVM octo annorum. 4 Par. 5.

A. 28. Oziæ ad eius. 37. Ibid.

14

* ZACHARIA mens. 6

Iisdem vaticinantibus.

Oziæ rege.

15.

q *Sellum* mense 1, vel dieb. 28.

Prophetis iisdem, Oziæ rege. Phul Assyriorum.

Annis mundi.

Satis ergo est octo vacuos inter Ieroboam & Zachariam intercalere, Nam. 38. Oziæ regis Iuda regnare cœpit Zacharias. 4 *Reg.* 15. cùm Ieroboam mortuus esset eiusdem vigesimo septimo. 4. *Reg.* 14.

Deinde totidem vel potius nouem, inter penultimum & vltimum reges, vt illic ex apertis Scripturæ locis demonstrabimus.

16

Ibid. r *Menahem* Tirsensis an. 10. 3405

Prophetis iisdem.

Oziæ rege Phul Assyriorum.

q SELLVM interficit Zachariam, & vicissim facti sui exemplo à Menahem post mensem interficitur.

Sexta familia.

Roma conditur in Italia Sextæ Olympiadis an. 3.

17

Ibid. s PHACEIAS Menahem an. 2. 3405

Iisdem vaticinantibus.

Oziæ rege, ab eius 50.

4 Reg. 15 *Phul Assyriorum.*

r PHVL contra terram Israel bellum molitur, & regem Menahem tributarium facit. 4 *Reg.* 15.

Hic primus cum Israelitis negotium habuit, primus putatur regnasse inter Assyrios extincto Sardanapalo. Sed iam refutauimus.

In Menahem septima familia incipit.

18.

4 Reg. 15 t *Phakeias* Romeliæ an 20.

Vaticinãtibus iisdẽ, itémque Osea, Michea Moraslite & Oded.

Regnantibus in Iudæa per ordinem Ozia, Joatham, & Achaz. à. 52. Oziæ vsque ad. 4. Achaz.

s COEPIT regnum anno Oziæ quinquagesimo. Patrem imitatus malum fecit coram Domino. Quare necatus simul vitam & imperium amisit.

t PHAKEE Ieroboami impietatem imitatur. Iudæam sub rege Iudæ Ioatham excursionibus vexat. Inde assumpto Razi rege Syriæ Achazum Ioathæ successorem armis aggreditur, & facta ingenti cæde Hierosolymam obsidet. *Es.* 7.

Achazo in auxilium sui regem Assyriorum Tiglath-Phalassat vocante Galilæã perdit, tribubus Galilææ Zabulon, & Nephtalim in Assyriam translatis.

Atque hæc fuit prima transmigratio Israel. Quare in odiũ suorum adductus ab Osee inita coniuratione perimitur eodem scelere, quo imperium assumpserat.

In eo fuit familia octaua.

Ne miretis si Oseas, Amos & Esaias adhuc vaticinarentur. Nam floruerunt diutissime, & quisque illorum quatuor reges Iuda sepeliisse dicitur Oziam, Ioatham, Achaz & Ezechiam *R. Selom. Os.* 1. *Kimhi Esa.* 1.

Tiglath Phalassar Assyriorum rex, vrbes Aron, Abel, Bethmecha, Ianocha, Cades, Asor, Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephtali cepit, & in Assyrios abduxit. 4 *Reg.* 15. Hoc modo Iudæos Galilęa potitos, eam primùm inhabitare cœpisse quidam existimant.

19.

1722 x OSEE filius Ela an. 9. 3443

u INTERREGNVM annorum 9. 3434

1 Par. 5. Ib.

A *tertio Achaz ad eius duodecimum.*

u INTERREGNVM nouem annorum ex. 4. Reg. 15. & 17. omnino hic statuendum Nam iste Phakeias regnare incipit an. 52. & vltimo Oziæ, desinit sub annum 20 Ioatham, qui erat quartus Achaz, à quo ad sextum Ezechiæ, quando concidit istud regnum, supersunt anni 18. nempè. 12. reliqui Achaz & sex Ezechiæ.

Vel regnauit Oseas vltimus Israelitarum rex annos. 18. Nouem per tyrãnidem ab anno vigesimo Ioatham, qui fuit quartus Achaz. 4. *Reg.* 15. Indignata enim Scriptura impium regem Achaz illic nominare, mortuum potius patrem nominat. Nouem alios per ius, dum anno 12. Achaz, rex est cõfirmatus & receptus, 4. *Reg.* 17.

x OSEE minus impius, quàm reges superiores, 4. *Reg.* 17. perpetuam tamen genti captiuitatem importauit, quod peccatorum mensura iam ad summum peruenisset.

Duodecimo Achaz regnum consequitur, post octennem vel nouennem de regno cum familia Phakeę dimicationem. Vnde hîc nona & vltima Regum Israel stirps.

Suo primo, à Salmanazare rege Assyriorum virtus dare ei tributum coactus est. Septimo quòd legatos ad Suam regem Aegypti misisset, vt eius ope se à tributo imposito liberaret, in Samaria post triennium ferè à Salmanazar c

Universidad de Deusto
Biblioteca

regresso obsessus est ac tandem captus & cum populo, id est, cum reliquis octo tribubus Israel in Assyriam translatus, & in vrbibus Hala & Habor, iuxta fluuium Gozan in ciuitatibus Medorum collocatus. 4. *Reg.* 17. & 18.

Anni mundi. 3443

Hæc est clades extrema regum & decem tribuum, qua sexto Ezechiæ regis Iuda vltra montes Medorum & Persarum abductę sunt, missis aliis in earum terram. Hæ Orienti & Septemtrioni infusæ, Iudæorũ claustrorum fabulæ dedere causã: qua de re extat Eldad Danius à nobis versus.

Perditas in Oriente aiunt Hebræi. Interea facilè assensum præbuerim iis, qui ex istis, ortos Tartaros opinantur, siue quia Tartari tenent oram Septemtrionalem Orientis & Aquilonis, siue quia illorum præcipuum imperium Persico imminet, eóque terminatur à parte Assyriæ & Mediæ, siue quia diu latuerunt, & ignoti permanserunt. Nam eorum nomen tantùm auditum circa annum Domini. 1200. Adde, quod nomen Tatari (sic enim loquendum aiunt sinet) Hebraicè & Syriacè sonat derelictum, desertum. Præterea Hordas Tartariæ, in prouinciis Septemtrionalioribus aliquæ retinuerunt nomen Dan, aliæ Zabulon, aliæ Nephtali, inter regna aliqua nomen Tabor, alia alterius Hebraici monumenti, vt nec mirum sit Russiam, Sarmatiam, Lituaniam, Moscouiam & cæteras versus Tartariam regiones Iudæis abundare.

[Ita factum vt dispersione Iudæorum pararetur via disseminandi cultus diuini, in omnes partes orbis. Iustinus in Apologetico.]

Denique quoniam Circumcisionem sunt perpetuo amplexi, antequam quicquid accepissent de infœlici Mahomete, cui & facile assenserunt, quod in multis suæ legi & moribus congrueret.

In hanc cladem inciderunt, quoniam à cultu Dei, quem tradiderat Moses, defecerant, & nouam religionem asciuerant. 4. *Reg.* 18.

In hoc bello Tobias in captiuitatem ductus est. *Tob.* 1.

Est etiam probabile earum partem esse populos Americæ siue Indiæ occidentalis (quod miror à nullo animaduersum) Primo, quia traduntur perditæ in Oriente, *R. Selom. Cant. salom.* 2. Secundo, quia in insulis S. Michaëlis siue Essoris ad illam orbem pertinentibus sepulchra subterranea à nostris reperta sunt cum literis Hebraicis antiquissimis, superne quidem יהוה עשה (*quid Volauit Deus*) infernè autem מת סוס רוכב בים cum duobus apicibus,) *Stallum mortuum est, scito Deum*) Teuctus lib. 13 Cosmog. cap. 7.

Tertio, quia. 4. Esdræ 13. profectæ narrantur *in vlteriorem regionem, vbi nunquam inhabitauit genus humanum. Per introitus autem angustos fluminis, Euphratem introierunt. Fecit enim eis Deus signa & stetit venas fluminis, quousque transirent. Per eam enim regionem erat via multa itineris anni vnius & dimidij. Ipsa regio illa vocatur Asereth.* אסרת quasi transito Euphrate venerint in Tartarica deserta, indèque in illam terram ignotam versus Grotlandiam. Nam ab illa parte America dicitur aperta & sine mari, cum alias ex partibus sit mari clausa, & peninsula. Quib & per angusta freta, maria etiam vastissima eò peruenire potuerunt, vt in regiones solo mari à Tartaria diremptas.

Quarto, quia Iudæos appellunt clausos veteri traditione & Cabbala. Constat autem Americos clausos vndique mari, ac Americam vel esse magnam insulam, vel peninsulam. Nam adhuc dubitatur vtrum à partibus Septemtrionis iuncta sit continenti Asiæ, siue Tartariæ magnæ, vel ab ea freto dunxat exclusa, vt ab orbe antarctico, versus austrum, per fretum Magellanicum.

Iisdem Vaticinantibus.

Achaz & Ezechia regibus Iuda.

A duodecimo Achaz ad sextum Ezechiæ.

Assyriorũ Salmanazare an. 17.

ASSYRIORVM ET OSÆ REGIS SÆCVLO.

Anni mundi. 3443.

Cuthæi in Samariam translati cùm diis patris sacra facerent, deuorari à leonibus cœperunt. Quare vnum è sacerdotibus captiuum reuocarunt, qui eos iura regionis doceret & vnus Dei cultum. Quem tamen ità seruarunt, vt quæque gentes fabricarent Deum sunm. *quarti Regum decimoseptimo.*

Addit Iosephus eos recepisse quinque Mosis libros, sed male interpretatos, neque Iudæos, neque Gentiles euasisse, cùm Iudæi bene rem suam gererent, se Iudæos & Iosepi progeniem asseruisse, cùm male, se Babylonios affirmasse (hæreticorum ingenium.)

Samaritanorum origo, quorum religionem semi-Iudæam, quàm planè paganam malle se Deus immissis leonibus declarauit. 4. *Reg.* 17. Cuthæos eos Hebræi appellant, quòd post veteres colonos exactos à Salmanazare, venissent de Cutha & vicinis vrbibus & regionibus Assyriæ & Mediæ. *Ibidem.*

E Iudaica religione, quinque libros Mosis duntaxat receperunt, secundum Sadducæos de resurrectione, animæ immortalitate & futuri regni statu sapiebant, gens Sicariorum, vnde Dositheus & Simon Magus hæresiarchæ. *Orig. hom. 15. Num. & lib. 1. & 2. in Cels.*

Secundum Ethnicos à Iouis & reliquorum deorum cultu non abhorrebant, se Medorum Persarumque colonos dicentes. *Ioseph. lib. 12. cap.* 7. De istis lege. 1. Machab. 3. & 2. Machab. 5. & 6.

Decem tribuum tres captiuitates siue transmigrationes, quot duarum fuisse suo loco notauimus. Primo ascendit Assar rex Assyriorum, qui & Tiglath-Phalassa, & traxit in exilium tribus Ruben, Gad, & dimidiam Manassis, quæ erant trans Iordanem, abiulsitque vitulum aureum, quem primus Ieroboam in Dan dicauerat. Idque diebus Phakeæ filij Romeliæ & Achaz regis Iuda. Deinde post aliquot annos initio regni Oseæ, vltimi regis, Salmanazar rex quoque Assyriorum abduxit tribus Aser, Isachar, Zabulon & Nephtali in Assyriam, Israelitis Galilæam exhauriens, reliquos tributarios faciens, & alterum vitulum exportans. Postremo cùm rebellasset Oseas anno regni sexto, adsunt Assyrij rege eodem Salmanaz. tribúmque Ephraim, & dimidiam alteram Manasse terra expellunt, tumque Cutheos, Babylonios, Susæos, Elamitas, & cæteros Samaritas, qui ipsorum vrbes incolerent, mittunt. *Sedecim cap.* 22.

Salmanazari decem tribuum euersori, successit Senacherib, qui ea passus est, quæ Esaias & Herodotus scriptis mandarunt. Denique Sardanapalus filius, vt ex voce Asar-Adon, Hebraïca coniectare licet, Asar-Adon Phul, Latinè & Græcè Sardana-phalus. Errant ergo Germanorum noui Cronologi, qui somniant Sardanapali exuuias partitos esse inter se Nabonassarum Babylonium & Phul Belochum, patrem Tiglath-phalassar Babylonium & Arbacem Medum, ac Sardanapalum vixisse Oziæ tempore, dum apud Israelitas regnaret: Ieroboam filius Ioas: vt secundum & nouum nescio quod regnum Assyriorum circa illa tempora stabiliant, cùm Scriptura de eo loquatur, vt vnico, & à Phul duntaxat continuato vsque ad Nabugdonozoris, vel parentum eius sæculum.

Summa, anni 258. menses 6. dies septem, quemadmodum à morte Salomonis, quando istud regnum cœpit, ad sextum Ezechiæ, quando desit, fluxerunt anni 259.

Sine duobus interregnis Summa anni 241. menses 6. dies 7. sed illa fuerunt intercalanda ob superiores causas, vt vtriusque regni tempora & ætates consonarent.

3443.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERIM HAC QVINTA ÆTATE, PROPTER TANTOPERE corruptum ab Hæreticis Religionis statum, doctrina Ecclesiæ ad sequentem transmitti perenni serie non desiit. Quod sic emonstratur.

Anni mundi. à 3150.

QVINTA ætate superiùs doctrina, pietas & religio floret & illustratur per innumerabiles prophetas. Deum esse vnicum, *Es.*43.44.45. Præter me non est Deus, &c. Et tamen trinum. *In Hebraica veritate Ecclesiastis* 12. Memento creatorum tuorum in diebus iuuentutis tuæ, *Prouerb.* 12. Noui sententiam Sanctorum, *Es.*6. *In illa visione Seraphica*, Quis ibit nobis (Patri, Filio, & Spiritui Sancto) præter nobile illud Trisagium, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, à Ioanne in Apocalypsi recitatum. 22. Non fuit exitus ad eos, qui fecerunt eam (Hierusalem) 42. Creans cœlos, & extendentes eos Dominus, 44. Sic dicit Dominus factores tui, & iterum v. 24. Dominus factores tui. 50. Mane erige aurem mihi, & audiam quasi magistros. 54. Quia dominabuntur tui, qui fecerunt te, Dominus exercituum nomen eius. *Os.*11. Iuda adhuc descendit cum Deo, & cum sanctis fideli. *Hier.*10. Dominus Deus verus est ipse dij viuentes, & Rex sempiternus. 23 Peruertistis verba Deorum viuentium, Domini exercituum Dei nostri. Quos Esaias vnico contextu expressit nominatim cap. 48. Ego primus & nouissimus, Non à principio in abscondito locutus sum. Ex tempore antequam fieret ego eram & nunc Dominus Deus misit me & Spiritus eius. Nam loqui illic Filium Dei, non Prophetam constat per literam præcedentem. Manus quoque mea fundauit terrã, & dextera mea mensa est cœlos, Filium Deum esse. *Es.*7.9.10. 25.35.40.45.55.58. *Hier.*23. & 33. *Os.*1. *Baruc.*3. *Ioel.* 2. *Mich.*2. &.5 *Pro.* 8. & 30. Spiritum quoque Sanctum, *Es.*48.59. & 63. Ipsi ad iracundiam prouocauerunt eum, & Spiritũ Sanctum eius. 61. Spiritus Domini super me, 44. Effundam Spiritum meum super semẽ tuum. 32. Donec effundatur super nos spiritus de Excelso, *Ioel* 2. &c. In Christum fides, & eius expectatio, *Es.*6.7.8.33.35.40.42.45.48.50.51. 53.55.57. 60. 61. 62. 63. *Hier.* 11. 23. 31. 33. *Ioel.* 2. *Abac.*3. *Soph.*2. &.3. *Mich.*5. *Os.*6. & 11. denique quotquot Prophetæ & Sibillæ illa tempestate scripserunt. Sacerdotium. Ministerium publicum, Sadoc primus templi Pontifex, & reliqui vsque ad Iosedec tempore captiuitatis per Catalogum. 1. *Par.* 6. Sacerdotes, Leuitæ & Prophetæ innumerabiles, in libris Regum & Paralip. quorum ordo & successio in Seder Olam. Sacrificia & Sacramenta, fidei signa, eadem quæ prius per singulos libros Regum & cæteros huius ætatis historicos & scriptores. Quin & eorum per Christum perfectio, correctio, immutatio prædicitur. *Es.*12.55.52.61. *Hier.*31. &c. *Prou.*9, Pœnitentia, & eius partes, Illas vrgent Prophetæ, & in eis neglectis totam malorum causam conferunt *Es.*1. &c. *Ioel* 1. &c. Doctrinam contrariam pseudoprophetiam siue hæresim appellant. *Lament.*2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Hinc apud eos hostia pro peccato, & delicto, & ieiuniorum sacci, cilicij, luctus, spiritus contriti & tribulati mẽtis continua. Confessio, Exomologesis, vt quæ iam esset instituta Leuit. 5. Qui peccauerit vel deliquerit agat pœnitentiam pro peccato & offerat. & sic sæpius illo capite, vbi Hebraicè habetur, ובחטא אשר חטא עליה, & Num. 5. Vir & mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum. modum eorum confitendi vide apud Fagiũ

in quintum

Anni mundi. 4121.

in quintum & decimum sextum Leuit. Viddui, appellabant ex Elia in Tisbi, vnde R. Isaac Leuit. 1. Qui agit Tesubà (id est, pœnitentiam) vt faciat Viddui & confiteatur peccatum suum necesse est. Eucharistiæ tanquam rei admirandæ promissio, *Pro.* 9. *Ose.* 14. Viuent tritico, &c. vbi R. Kimhi è יורו semina transubstantiationis adducit. Festa ad septem Mosaica addun- tur noua. Dedicatio templi Salomonis in mense Bethanim, id est, Septembri 3. *Reg.* 8. ἐγκαινισμός, tabularum fractarum mense Maio Ios. lib. 6. Bell. cap. 8. & aliquot alia, Templa Salomonis incredibili sumptu extructum. 2. *Par.* 3. 4. 5. domus orationis. *Es.* 56. Hierem. 7. Synagogæ Hierosolymis à quadringentas & octoginta traditionibus Heb. & innumerabiles alias per vniuersam terram Palestinæ nostris parœcijs respondentes. Imagines sacræ. Cherubi Salomonis forma iuuenili & opere statuario & solido præter Mosaicos. 2. *Par.* 3. vbi pictis alijs multis & cælatis sculpturis omnes templi partes, etiam vesticuli exteriora aspergũtur, &. 3. *Reg.* 6. tam intrinsecus, quàm extrinsecus pro templi etiam foribus & introitu, vnde Psalmus. 73. queritur, quòd Babylonij exciderint ianuas vel sculpturas, picturas, cælaturas, templi. Nam Pitruhim illo loco ad hunc modum interpretantur Rabbini. *Es.* 19. alludens ad sua tempora, in illa die (inquit) erit altare in medio terræ Aegypti & titulus Domini (Matsebá, statua propriè) iuxta terminũ eius. Oseas cap. 3. sacris imaginibus, quas Teraphim appellat, priuandas decem tribus vaticinatur, propter sua peccata, quòd essent euertendæ per Assyrios & in captiuitatem abducendæ. E quo loco R. Iaphet cum veteribus Rabbinis colligit, vt & indicat illic Abben Ezra, decalogo sacrarum imaginum vsum non fuisse prohibitum, sed profanarum & Idololatricarum duntaxat. Serpens aheneus hoc adhuc ævo extabat in excelsis, 4. *Reg.* 18. vsque ad regem Ezechiã, qui eum euertit propter abusum, non quia imago, &c. Delectus ciborum, *Es.* 66. qui edunt carnem suillam & abominationem & murem, simul consumentur dicit Dominus. Ieiunium 3. *Regum* 21. 2. *Par.* 20. *Tob.* 12. *Es.* 58. *Hier.* 36. *Ioel.* 1. Quin & Elias hac ætate exemplum reiunij quadragesimæ renouauit, 3. *Reg.* 19. à multis olim inter Iudæos obseruati è R. Benjamim in suo itinere. Alia multa ad Mosaica adiecta sunt, quarto mense id est Iunio, quinto Iulio, septimo, Iulio, septimo. i. Septembri, decimo. i. Decembri, quorum meminit Zacharias cap. 8. & Hebræi in suo Calendario. Religionis vita & vota & instituta varia. Filij prophetarum in Bethel, in Hiericho, &c. 4. *Reg.* 2. 4. 5. 6. 9. Elias vir pilosus, zona pellicea accinctus & Eliseus hanc vitã illustrarunt, 3. *Reg.* 19. & quarto. Rechabitæ *Hier.* 35. abstinentes ab vrbibus, vino, ædibus, agris, possessionibus, peculio, sive proprio, qui & vocantur Scribæ siue doctores 1. *Par.* 2. v. vlt. Holda prophetissa q. habitans in Millo, id est, collegio, vel domo doctrinæ, vt habet Chaldæus, 4. *Reg.* 22. Sancti & eorum preces, inuocatio, vis, cura. Elias curat res viuorum. Misit enim cœlitus literas ad Ioram regem Iuda filium Iosaphat, in quibus iram Dei contra ipsum explicabat, annis septem post suam translationem in cœlum. In Seder Olam cap. 17. Ioseph. lib. 9. Ant. cap. 2. quod aperte colligitur è 2. *Par.* 21. & 4. *Reg.* 2. vbi intelligitur translatus ante decimum octauum regni Iosaphat, id est, septem annis ante Regnum ipsius Ioram. *Es.* 44. ille vocabit in nomine Iacob, vbi Chald. & ipse 63. 1. orabit in nomine, siue nomen Iacob. *Esa.* 62. super muros tuos Hierusalem constitui custodes. 1. angelos, Talmudici in tractatu Menahoth, item patriarchas, qui protegunt nos tanquã muros, R. Selomo e R. Ionathan, qui sic Chaldæis vertit, Ecce opera patrum tuorum iustorum ô vrbs Hierusalem aprata sunt & seruata coram me tota die & tota nocte, nunquam cessant facere mentionem tui coram Domino. *Baruc* 3. audi nunc orationem mortuorum Israel & filiorum ipsorum, qui peccauerunt coram te. *Hier.* 31. Rachel plorat filios suos. i. intercedit pro filijs suis apud Deum, e Midras Hagada & R. Selo. ossa Elisæi mortui mortuum suscitant, 4. *Reg.* 13. mortuum eius corpus prophetauit Eccl. 48. id est diuina fecit. Nam apud Hebr. prophetare est nõ solum diuina dicere, verum etiam diuina facere. Vnde per ἐπεξήγησιν mox sequitur. In vita sua fecit monstra & in morte mirabilia operatus est. Vt proinde Iosias eius sepulchrum, ossa & sanctos cineres, quemadmodum & alterius prophetæ, honorificè obseruauerit. 4. *Reg.* 23. Pallũ Eliæ translati aquas Iordanis diuidit, 4. *Reg.* 2. Reliquiæ Arcam & reliquias Mosaici tabernaculi in suum templum magna pompa infert Salomon, in Arca tabulas testamenti concludit, 2. *Par.* 5. Arcam autem aliam fecit, in quo conseruaretur Aaronis virga, Vas mannæ, oleum vnctionis sacrum. In Misna tractatu de sicis cap. 6. §. 7. Thuribulum quoddam aureum seruabatur in Sancto Sanctorum, ad quod soli pontifices ingrediebantur Heb. 9. Ios. lib. 2. contra Appionem. Preces & oblationes pro defunctis. *Tob.* 4. Panem tuum & vinum super, (id est, propter. Nam est Hebraïs.) sepulturam iusti constitue. *Es.* 26. Viuant mortui tui, interfecti mei resurgant, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

(deprecantes è R. Selom. & Rabbinis, qui & hunc versum vsurpant suis in precibus pro mortuis) & certe est precatio & canticum, vt patet è principio capitis 57. A facie malitiæ collectus est iustus, veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua. Vnde & hunc quoque versum Hebræi in suum pro defunctis officium conferunt. Cant. 7. palatum tuum (id est oratio tua ô Eccl-sia) sicut vinum generosum loqui facit labia dormientium (id est, mortuorum. q. d. eos prorumpere facit in lætitiam, exilire præ gaudio, & loqui, ? R. Selomo & veteribus Rabbinis.) Et proinde honore carere sepulturæ infœlicissimum putabant Eccle. 6. Hier. 22. Purgatorium, Midras Ecclesiastis. 12. citato illo Esaiæ loco, veniat pax, quiescant in cubilibus suis, & 1. Sam. 25. sic anima Domini mei ligata in fasciculo viuentium. Traditiones *ad Ezram & viros Synagogæ magnæ delatæ sunt indeque in libro relatæ*, Vita æterna, Iudicium postremum, *nihil hoc dogmate crebrius in prophetis. Sic & reliqua doctrinæ capita nostris planè consentanea abunde exhibent Salomon, prophetæ maiores & minores, qui intra huius ætatis curriculum scripto cælestes res copiosissime mandarunt. Ideo enim hic sum breuior, quoniam eos totos oporteret transcribere.*

Anni mundi.

CONTINET hæc ætas sexta transportationem & seruitutem Babylonicam, vrbis, templi & terræ Iuda desolationem, reductionem in patriam, vrbis, templi, terræ restaurationē, desolationem & calamitatem sub regibus Syriæ, præsertim Antiocho Epiphane, liberationem pro Hasmonæos siue Machabæos, regni repatrationem, aduentum & res Christi, seditiones ac finem imperij. 3569.

a Hos. 70. annos, Daniel & Ezechiel prophetæ captiui apud Babylonios, Ieremias & Baruc in Iudææ solo relicti partim vaticinando, partim agendo illustrarunt.

Daniel cum sociis abstinet à cibis gentilium illegitimis, leguminibus contentus. Susannam absoluit, visiones regum a-res futuras pertinentes interpretatur. Deinde suas ipsius proprias alias. Honoribus afficitur à Nabugdonozore, Baltazare, Dario & Cyro regibus.

His etiam. 70. continentur Ezechielis acta. Godoliæ reliquus à Nabugdonozore præpositi absque vllo insigni regio aut imperij nomine, quia præesse paucis & calamitosis nulla dignitas erat ex, *Ierem.* 39. mente septimo post abductum Sedechiam & excisam vrbē, vigesimo Nagubdonozoris, 4 *Reg. vlt. Ierem.* 41.

Statua Nabugdonozoris cum periculo trium puerorum.

Regna Nabugd. Euilmerodaci & Baltazaris, cum rebus Babylonicis & Medicis.

Reliquiarum in Ægyptum ob Godoliam ab Ismaële interfectum, migratio, duce Iohanan filio Charex, *Ierem.* 42. & 43 cum ipso Ieremia. Quas non est dubium anno captiuitatis 17. cum Syria & Ægypto fuisse à Nabugd. subactas è Ierem. 44. & 46. & Ezech. 29.

Vertente captiuitatis septuagesimo orare cœpit Daniel. 9. *cap.* Deum pro restauranda Hierosolyma & ab Angelo accepit ab exitu verbi de restituendis captiuis, deque reficienda vrbe vsque ad Christi ducis necem interfluxuras Hebdomadas. 69. vel ad summum 70. vt aliqui exponunt.

Porro exitus illius verbi fiebat tunc ab Angelo illud de cælo deferente, & prolatum in cælo, dum ipse precaretur, denuntiante, vel (quod in idem recidit, nec annorum numerum auget) paulo post factus est, anno scilicet primo Cyri, qui mox Dario, sub cuius vitæ extremum Danieli ista reuelata sunt, successit. Illo enim captiui primùm dimissi sunt, vt compleretur verbum quod dixerat Dominus ore Ieremiæ. &c. 1. *Esræ* 1. *vide Ierem.* 29. 2638.

SEXTA ÆTAS captiuitatis quæ est Ethnicis Monarchiarum & ingentium imperiorum Mundi velut canities.

a Tempus Captiuitatis fuit annorū, 70.

Vatibus Ieremia, Baruc, Habacuk, Seraia, Daniele, Ezechiele.

Pontificibus Iosedec & Iesu.

Sedechia, Iechonia, Salathiele exulum & captiuorum principibus.

Nabugd. & filiis eius Babyloniorum regibus.

Seruio Tullio annis 44, sexto Romanorum rege. deinde Tarquinio superbo, 25. quibus successerūt consules.

CAPTIVITATIS SECVLO.

Anni Mundi.

3569.

In tres partes suas 70. Hebdomadas, id est, annos 490. distribuit Angelus, quòd in earum singulis res notabiles essent euenturæ. In septem, in sexaginta duas, & vnam. In septem inquam, id est, in annos 49. quòd tot septennia siue anni plus minus (Nā scriptura sæpe negligit fractos) essent instumendi in perficienda totius vrbis, templi, terræ redintegratione, ob impedimenta hostium & calamitates temporum, vt inde sequeretur veluti annus quinquagesimus siue Iubilæi, id est, perfectæ quietis tertæ & populi. *Leuit.* 25. Eo enim alluſit Angelus in septem Hebdomadibus separatim constituendis.

In sexaginta duas verò, id est, annos, 434. quòd deinceps rep. Iudæorum constituta, & statu patriæ firmiter ordinato, tantum temporis spatium vsque ad excisionem Christi esset fluxurum.

In vnam denique, id est in vltimum septennium, quòd illa post mortem Christi in Iudæa Apostoli sua prædicatione essent abunde confirmaturi nouum testamentum, & ad illud Iudæorum reliquias siue electos copiosè traducturi, donec transirent ad Gentes, seque per reliquum orbem dispergetēt.

Vltimi illius septennij duas facit partes, quòd in primis sexqui tribus annis Apostoli ita in Iudaico populo essent confirmaturi nouum pactum, vt conuersi possent intelligere sacrificia & cætera figuralia esse deinceps inutilia & infructuosa. Atque illud est, *Et dimidio Hebdomadis deficiet hostia & sacrificium* siue, vt Hebræa ad verbum sonant, *Et dimidium Hebdomadis cessare faciet sacrificium & oblationem.* Quantum videlicet ad fructum & vtilitatem. Nam citra ad noxam & perniciem Legalia diutius durarunt, lege currente cum Euangelio ad vrbis vsque excidium. Tunc enim plenè sepulta est Synagoga, indeque Mosis figuralia cœpere esse pernitiosa.

Reliquis sexqui tribus annis Apostoli in Sytia continuarunt Iudæos vel confirmare vel conuertere, maximè vt eis vterentur ad reliquum orbem Christo subigendum. Nam orbis primi doctores non tantum fuere Apostoli, sed & Apostolici, id est, alij Christi Discipuli, deinde Apostolorum Apostolicorúmque conuersi ac æmuli, qui fere fuerunt Iudæi, & sacrarum literarum capsarij.

Quod interponitur, *de populo ducis venturi*, id est, populo Romano eiusque principe Tito, non pertinet ad 70. Hebdomadas, sed per occasionem, quadam veluti parenthesi, inclusum est, vt doceremur fontem calamitatis Iudaicæ è Christi nece proficisci. Quare illic Et aduersatiua est particula de linguæ more. *post Hebdomadas* (inquit) *sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius* (populus, qui eum negaturus est & cæde sublaturus) Hoc enim recte expressum est à nostro interprete, qui videbat Angelum propter necis Dominicæ indignitatem, & ob luctuosam Iudæorum reiectionē, per *nullos* sententiam non absoluisse, sed visum Apostopesi, nō simplici Eclipsi, vt nostrates recentiores insipidè & mysteriis inconguenter putant, duntaxat subaudientes *Auditor*, siue vt Rabbini, *vita, Et non erit illi* (*vita*, Dominúmve,) *Et non erit illi* (*Dominium* vel Rex,) *Et non erit illi* (*verbi amplius rex.*

Rectius igitur, per Apostopesin, *Et non erit eius populus, qui eum necaturus est.* sic enim illic lego, non *negaturus*) *Et ciuitatem*, (id est, *at*, sed ciuitatem) *perdet populus* Romanus, *cum duce venturo*, Tito Vespasiani filio, non quidem statim, sed suo tempore, 38. pòst annis, ira Dei ob hanc causam deinceps in istum populum stillante. Nam hoc verbo in Heb. vtitur, id est, guttatim decidente & sensim ipsum labefactante.

3638. Sic quod vltimę Hebdomadi subiicitur, *& erit in ala abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio*, est totius prophetiæ coronis clausulaque, de stupenda vastitate & ruina tam Iudæorum, quàm vrbis & patriæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

post illud septuaginta Hebdomadarum siue septenniorum spatium euentura. Nam, vt docui, septuaginta Hebdomades præfinitè explentur Mortis Christi septimo.

Initium Hebdomadum (inquit Theodoretus) ab aliis in anno primo Cyri regis Persarum collocatur, cum Iudæi domum remissi sunt. (Hoc nos sequimur & simplicitas oraculi aliud non patitur.) Ab aliis in sexto Darij, cùm templum perfectũ est; ab alijs in vigesimo Artaxerxis cùm vrbs instaurata est. Finis verò aut in cruce Christi, aut in eius baptismo, aut in templi euersione statuitur, nempe sub Vespasiano.

Sese autem debent consequi. 70 an. captiuitatis & 70. hebdomades annorum. Nam illo, 70. an. aut vno post pleno, nempe primo Cyri, sermo exiit, vt Hierusalem restauraretur. Adde Danielem vel potius angelũ in statuendis his: 70. hebdomadibus voluisse alludere ad 70. annos quasi diceres tot supersunt hebdomades annorum ad plenam liberationem & redemptionem populi, quot anni fuere captiuitatis.

Continent autem acta Zorobabelis, Ezræ, Nehemiæ, Pontificum, Machabæorum, Christi, & primi septennij Apostolici, id est, restitutionem populi, vrbis, templi, regionis Iudææ, desolationem alteram & seruitutem Iudæorum, præsertim sub regibus Syriæ liberationem per Machabæos, regni renouationem, Christi historiam, seditiones & finem regni.

Quantum ad profana, res Persicas, Græcas, Macedonicas, Asiaticas, Ægyptias, Parthicas, Punicas, Romanas, quas omnes sequenti libro degustabimus. 3638.

Sibylla Cumana nouem libros de fatis populi Romani Tarquinio Superbo emendos obtulit, quorum tres in sacrarium conditi, Sibyllini dicti sunt. *Gellius lib. 1. cap. 19.* Hanc nonnulli cum Cumæa confundunt, quæ & ipsa quidem Italica, sed tamen multò antiquior. Fuit enim mater Euandri, cum qua congressus est Æneas. *T. Liuius lib. 1.* 4121.

Eius libri ad Augustum vsque manserunt incolumes & sub basi Palatini Apollinis, cum Martiorum vatum & Bagoes Nymphæ carminibus conditi steterunt. *Sueto.*

Moabitæ a Nabugd. subacti, vt prædixerat Esaias 16. cap.

Tarquinius Superbus rex septimus & vltimus Romanorum, an. 25 qui feriæ Latinæ instituit, & armatos circa se ad corporis custodiam primus habuit, & tamen turpiter exactus an. 244. ab vrbe condita, obsidens Ardeam ciuitatem nono ab vrbe milliaria. Nam tunc Romæ principatus vix protendebatur ad 15. milliare. *Nangiac.*

Tusculi per 13. an. cum vxore priuatus & exul consenuit.

Antequam paulò explerentur, 70. anni captiuitatis, illic Respub. per consules administrari cœpta.

b HEBDOMAS vna continet annos 7. *Leuit. 25.* Neque enim Daniel loquitur de altero hebdomadum genere, quod septem diebus absoluitur. *Leuit. 23.* Id constat è, 4. Ezræ. 7. ea, qui inquit Christum reuelandum esse, id est, nasciturum, post quadringentos annos. His enim si addas, 33. vitæ Christi ex hebdomadibus. 69. tantum supererunt quinquaginta. Nempe fuit Ezras Daniele his annis posterior.

Hebdomas septuagesima, siue septennium vltimum, quod confirmat nouum fœdus, & finem imponit ceremoniis legalibus siue figuralibus, cadit in Apostolos, qui in Iudæa per septem annorum spatium, antequam orbem ad Euangelizandum sibi diuiderent, gratiam Christi Iudæis primùm obtulerunt, in hebdomadis dimidio, synodo publica. *Act. 15.* Mosis sacrificia & cætera figuralia abrogantes, re Iudaica in deterius ad interitum vsque, qui à Romanis allatus est, deinceps abeunte.

Christiana autem latius quotidie sese diffundente. Quod si synodus illa celebrata est sub annum Christi, 17. vt aliqui- 4121.

b A 70. illo Captiuitatis anno ad Christũ Hebdomades 69, id est, anni 483.

Pontificibus & principibus Iudæorum iis, quos sequenti lib. subiiciemus.

Prophetis Daniele, Mardochæo, Zacharia, Haggæo, Malachia, Ezra, & per successionis seriem., Scribis & Pharisæis, qui ideo sedere super cathedram Mosis memorantur. Matth. 23.

Persis, deinde Macedonibus, denique Romanis monarchiam obtinentibus, eo, qui altero libro sequetur, modo ac ordine vsque ad Christum Dominum.

bus

bus placere video, qui non animaduertunt ἕτερον τρόπον passim in Scripturis, nihil tamen perit de vera Septuagesima intelligentia. Nam certum est non longè post Christum Petro reuelatam fuisse per visum Gentium vocationem, atque deinceps libertatem ab hostiis, atque adeò Lege prædicatam. *Act. 10.* 13638.

Est etiam apta interpretatio, vt hebdomas septuagesima, cadat in Christi mortem hoc sensu. Post hebdomadas. 7. & 72. occidetur Christus *Hebdom. scilicet septuagesima.* confirmabit autem pactum multis hebdomada vna *illa postrema, vt eius medio, id est, tribus extremis anni & semis procedat Christus atque pactum de remissione peccatorum promulget, donec occidatur. Quibus confectis, templi & vrbs expectanda veniat ruina. Distributa autem 69. in duas partes. Nempe quia septem cesserunt templo & vrbi ædificandæ, 62. variis Ecclesiæ iactationibus.*

* *Summa 553.* * Hos annos reperies ab octauo regni Nabugdonozoris, à quo incipiunt. 70. an. captiuitatis, ad decimum octauum vsque Tyberij Cæsaris, qui est perpessionis Domini annus. Nam monarchia Babylonica præterea mansit an. 70. Persica 147. Ab Alexandro ad Cleopatram Antonij. 276. atque hinc ad Tyberij decimum octauum. 61. Summa. 554. Nam quòd Macedonica à Christo tam retrò abfuerit, constat ex his M. Ciceronis in 2. de Diuinatione vbis. Demosthenes abhinc annos propè trecentos fuit.

Ita ab orbe condito ad CHRISTVM *sunt anni* 1421. *menses* 6. *dies* 16. 4121.

Quæ membratim & per successiones pontificum, & regũ & monarchiarum peculiari libro, deinceps demonstranda suscepimus, ne quid confunderemus, sed inter facta & profana melius distingueremus. Nam deinceps maiore turba & copia res mundi sese offerunt, dum vbi historia sacra desinere incipit, illic profana propriè auspicatur. Per tot annos scriptores gentium muti propemodum exiterunt. Ducat ergo mundus summo Dei & Ecclesiæ veteris beneficio & prouidentię, quòd aliquid certi de suo prisco statu cognitum habet, atque Hebræis scriptoribus gratiam agat, quòd superiorum sæculorum certam aliquam memoriam, rationem, ordinem, originem, tenet atque complectitur.

RELIGIONIS ET DOCTRINÆ CONTINVATIO, ET AD HANC VLTIMAM PATRVM VETERIS. Testamenti ætatem transmissio.

SEXTA ætate antiqua religio & doctrina retinetur, & ad Christum inter captiuitatem & persecutionum multa discrimina perducitur, per Prophetarum reliquias, multos Scribas, Doctores, Rabbinos, externos, Philosophos, & Poetas, quos in hanc omnes conferemus, etsi plerique nostrorum pene sint temporum, quod partim Prophetas sint secuti, partim sua omnia è sextæ huius ætatis Cabbala, traditionibus, & disciplina quasi per manum receperint. Deum *esse vnicum. Malach. 1. Nunquid non Pater vnus omnium nostrum, nunquid non Deus vnus creauit nos? Ecclesiast. 1. vnicus est Altissimus. Sap. 12. Non est alius præter te, Machabæi pro Dei vnitate contra Græcos pugnant, Iudæi in libro Ester & Danielis, pro eius professione inter Babylonios & Persas periclitantur. Denique omnes pij, qui sequuti sunt Prophetas eandem doctrinam posteritati contra Polytheian omnia tunc occupantem relinquunt. Imò etiam impij & profani omnium sæculorũ paulo sapientiores, Trimegistus in Poemandro cap. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. In Asclepio cap. 16. 7. 11. Pherecydes Syrus, Pythagoras, Philolaus, Architas, Empedocles, Parmenides, Melissus, Xenophanes, Timæus Locrus, Zeno, Eleates, Acmon, Euclides, Anaxagoras, Plato, præsertim in Epistolis, Timæo, Parmenide, Aristoteles in Metaphysicis, lib. 8. Phys. & lib. de mundo ad Alex. Theophrastus in Metaphysicis, Zeno Stoicus, Epictetus apud Arianum, Alcinous de doctrina Plat. Aphrodisæus lib.*

de Prouidentia, Plutarchus de Isi & Osyri, & aliis multis Opusculis, Damascius, Iamblicus de secta Pythag. & de Mysteriis Aegypti. Symplicius in 1. Phys. & in Epictetum Ariani, Plotinus in Enneadibus passim. Fusius Enn. 2. per totum lib. 9. Porphyrius de Abstinentia, & alibi, Proclus in Theologia Platonica, lib. de anima & de dæmone, vbi affirmat πολυθεότητα esse ἀθεότητα è Latinis Seneca, Macrobius, Calcidius, Cicero de Natura Deorum, de Diuinatione, de Vniuersitate, de Somn. Tusculan. &c. præter oracula Sibyllina, & Deorũ ipsorum, siue Dæmonum poetarúmque fragmenta à Iustino Martyre, Clemente Alex. Lactãtio, Arnobio aliísque innumeris producta. Trinitatis mysterium, Daniel ad id aliquoties pluraliter loquitur de Deo. c. 2. Sacramentum hoc mihi reuelauit (Deus) vt interpretationẽ Regi manifestarent (pro manifestaret) 4. in sentẽtia vigilum decretus est sermo Sanctorum (Dei Sancti) & petitio. 7. Regnũ dabitur Sanctis Altissimorum (Dei Altissimi) & mox. Et suscipient Regnũ Sancti Altissimorũ. Et, Sanctos Altissimorũ conteret. Et interficiet robustos, populúmque Sanctorũ (Dei Sancti) secundũ voluntatem suam. Quod caput propriè est de Antichristo, quẽ fore Arianũ, Diuinitatique Christi, & Spiritus Sancti infestum ex aliis locis constat. Zach. 11. Pastores eorũ (Deus Iudæorum Pastor) non parcet eis, Malach. 1. Si ego Domini sum (Dominus) vbi est timor mei? Quas personas vnicum in versũ inclusit Aggæus, & nominauit: Ego sum vobiscũ, dicit Dominus exercituũ, cum Verbo; quod promisi vobis, & Spiritus meus in medio vestri. Nolite timere. Hinc Zoar è Rabbi Ibba ad illud Deut. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est: per primũ (,·,) intelligit Patrem: per secundũ (Elohenu) Filiũ: per Tertiũ (,·,) Spiritum Sanctũ. Deinde citato Esaiæ Trisagio: Sãctus (inquit) Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus sãctitatis, quos alibi vocat tria specula, tria luminaria, tres supremos patres, principio fineque carẽtes, alij tres Middoth, Sephiroth, Elionoth, tres ipsius infinitæ (En Soph.) numerationes sublimes, Keter Coronã, Hocma Sapientiã, Bina Intelligentiã. Tres Iodin (,·,) nomen Tetragrãmatõ designãtes. Cuiusmodi alia proferuntur è Midras Psal. 50. Midras Ecclesiast. c. 4. R. Mose Haddarsan in ca. 42. Gen. R. Sheolá in Psal. 111. & 112. R. Azariele, tractat. de sanctitate, R. Abrahã lib. Ietsirá, R. Isaac lib. de creatione, R. Hamai tract. Hahiiun contemplatio R. Nehemia Ben. Haccana in epist. Hassodoth secreta de Sod, siue mysterio nominis Tetragrãmati nunc per. 12. nunc per 42. literas expressi. Cuius rei fama ad profanos peruenerat. Nam in Deorũ sacrificiis ternario numero vtebantur, Arist. lib. 1. de Cœlo cap. 1. & isto numero Deus impare gaudet, Virg. Eglo. 8. & εἰς τρὶς ἀποσπένδω καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ, ad ter libo, & ter hæc venerabilia clamo. Theocritus Idylio. 2. E veterib. Chaldæorum & Persarum λογίοις vt Zoroastris, citante Gemisto Plethone Platonico, πάντα ἐξετέλεσε πατὴρ, καὶ παρέδωκεν δευτέρῳ, & Procl. lib. 2. & 3. Comment. in Parmenidem Platonis ἐκ πατρὸς ἀλκῆς δρεψάμενος νόου ἄνθος. Item, νοῦς πατρὸς, &c. Magorum de tribus principiis Oromase Mitri & Arimine, quæ Deum, mentem, & animam interpretantur [propriè Oromases significat lumen existens, Mitris significat redundantem. Et Arimine Excelsitatem denotat.] Aegyptiorum veteri oraculo Serapidis ad Thulẽ Regem apud Suidã in Thulis, πρῶτα θεὸς μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς, ταῦτα δὲ σύμφυτα, ταῦτα καὶ εἰς ἓν ἰόντα τέτυκται. Et in Mercurij Trimegisti Poemandro cap. 1. 3. & 7. ὁ θεὸς ἀρρενόθηλυς ὢν ζωὴ καὶ φῶς ἀπεκύησε λόγῳ, ἕτερον νοῦν δημιουργόν, cum aliis eiusdẽ apud Cyrillũ contra Iulianum, & Suidã in Mercurio prolatis. Græcorũ, vt Orphei in Argonauticis apud Clement. lib. 5. Strom. Pherecidis Siri apud Proclũ, qui ex eius documentis ait Pythagorã tres simul Deos celebrare, sicuti & Platonẽ. Parmenidis in Cosmogonia, & apud Platonẽ in Parmenide de tribus subsistentiis, vt interpretatur Plotinus Enn. 4. lib. 1. c. 8. Platonis ipsius Epist. ad Dionysium δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα, & alibi vt probat Origenes lib. 6. contra Celsum, Numenij lib. de bono, quo eum Proclus celebrãsse scribit tres Deos, Primum vt Patrem, secundum vt opificem, Tertiũ vt opus ab vtroque procedẽs. Plotini peculiari opere, περὶ τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων, & lib. de Ideis, & lib. contra Gnosticos, Iamblichi de secta Pythagoræorum, & lib. de Mysteriis, Seorsum c. 39. Porphyrij li. 4. de historia Philosophica, vbi citante contra Iulianum Cyrillo, Essentiam Dei progredi vsque ad tria docet. In ea enim esse Deum supremum, qui Bonum, secundum, qui vniuersi opifex, tertium qui anima mundi, & lib. de Patriarchis, è quo Proclus dogma, περὶ τοῦ αἰῶνος, καὶ περὶ αἰωνίου καὶ αἰῶνος μέσου huic mysterio congruens profert. Amelij, qui eodem referente tres Reges, trésve intellectus constituebat, qui & Cyrillo Augustinóque narrantibus, initium Euangelij D. Ioannis laudabat, & literis aureis inscribendum asserebat, tanquam Platonicæ Philosophiæ consentaneum, Procli ipsius lib. de Theologia Platonica, & in Parmenidem Platonis. Latinorum vt Calcidij in Timæum,

Anni mundi. summus Deus iubet, secundus ordinat, tertius intimat, Macrob. lib. 1. in Somn. cap. 14. Deus, qui prima causa, & est, & vocatur, vnus omnium Princeps, & origo superabundanti Majestatis fœcunditate de se mentem creauit, hæc mens νοῦς vocatur, qua Patrem inspicit, plenam similitudinem seruat authoris. Animam verò de se creat, posteriora respiciens. Deinde vt intelligatur,
3569 de qua anima istud accipi debeat, nempe diuina, mundi, siue vniuersi effectrice, non humana, paulo post, anima ergo (inquit) creans sibi condénsque corpora (nam ideo ab anima natura incipit, quam sapientes de Deo & mente etiam νοῦν nominant) ex illo miro, & purissimo fonte mentis, quem nascendo de originis suæ hauserat copia, corpora illa diuina vel supera, cæli dico & siderum, quæ prima condebat, animauit, diuinásque mentes infudit, inferioribus verò & terrenis pro cuiusque ratione, existendi, viuendi, crescendi, sentiendi, intelligendi naturam, quia caducũ est corpus, inseruit. & mox. hoc & Virgilius expressit. Nam & mundo animam dedit, & vt puritati eius attestaretur, mentẽ vocauit, Cælum enim, ait, & terras, & maria, & sydera Spiritus intus alit, id est, anima, sicut alibi pro spiramento animam dixit. Quantum, inquit, animæque valent, & vt illius mundanæ animæ assereret dignitatem, mentem esse testatur, Mens agitat molem. necnon vt ostenderet ex ipsa anima constare & animari vniuersa quæ viuunt, addidit, Inde hominum pecudúmque genus & cætera. & mox. Secundum hæc ergo, ex summo Deo mens est, ex mente anima. Anima verò & condit & vita complet omnia, &c. In quibus quidem, vt Pythagorici, & Platonici nonnihil Arianizent, at multum est in tanta obscuritate vidisse aliquid. Separatim autem Filij mysterium. Dan. 9. Ostende faciem tuam super sanctuarium tuum propter Dominum siue Deum. Zach. 12. Deus inducitur loquens, Aspicient ad me, quẽ confixerunt, 13. framea suscitare super pastorem meum & virum socium vel propinquum meum, עמיתי Aamithi, dicit Dominus exercituum 3. Dixit Dominus (Filius) ad Satan, increpet te Dominus (Pater) Mala 4. Ecce ego mittam Angelum meũ (Ioannẽ Bapt.) & præparabit viã ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis. Eccl. 51. Inuocaui Dominũ Patrẽ Domini mei. Qui & eum sapientiæ elogio diuinissimè describit capitibus 1. 4. 24. vt & eiusdem ætatis auctor Sap. 2. 7. 8. 10. 18. Quod secuti Iudæi deinceps diuinissima de Verbo Dei, sparsẽre, vt Philo multis locis, lib. de Agricultura pag. 5. lib. de his quæ post sex dies, lib. Quòd insomnia sint à Deo l. Quod diuinitas sit immutabilis. l. 2. Allegoriarũ. l. Quis sit hæres diuinarũ legũ. Zoar, Chaldæi Paraphrastæ & Hierosolymit. de quibus proinde R. Menahẽ Rakanati in legis expositione, ad illud Exod. 16. vers. 8. Non cõtra nos est murmur vestrũ, sed contra Dominum, transtulit (inquit) Okelos, sed contra Verbum Domini, significans בי השכינה כקראת בה והיא ההולכה עמם במדבר ומכאן תביז רבדים רבים בתרגום diuinitatem appellari Verbum Domini, nempe eam, quæ comitabatur eos in deserto. Atque hinc multa in translationibus Chaldaicis percipies, quod sequentibus exemplis postea illustrat. [De verbo ad verbum sic interpretare. Quia Essentia vocata (est) sic: Et ipsa profecta est cum illis in deserto. Et hinc intelliges verba (id est res) multa, in targum. Hoc est translatione.] Num. 21. Locutus est populus in Deum & Mosem, Chaldæus, Detonauit populus in verbum Dei. Deut. 9. Ipse est qui transit ante te. Chald. Verbum Domini transit ante te. Gen. 9. v. 12. Inter me, & inter vos. Chald. Inter Verbum meum & inter vos. v. 15. Inter Deum, & inter omnem animam viuentem. Chald. Inter Verbum Domini, Gen. 31. v. 49. Videat Dominus. Chald. Aspiciat Verbum Domini. Gen. 21. Iura mihi per Deum. Chald. Per Verbum Dei. Exod. 19. v. 17. Eduxit Moses populum in occursum Dei. Chal. In occursum Verbi Dei. Quibus addere possis illud Oseæ 1. v. 7. Et saluabo eos in Domino Deo suo. Chald. Et redimam eos in verbo Domini Dei sui, & 2. v. 2. Non ipsa est vxor mea, neque ego vir eius. Chald. Ipsa non se subiicit cultui meo, neque verbum meum recipiet precem eius. Sic hac ætate Chaldæi Paraphrastæ viam ad conuersionem aperiebant Orientalibus, vt Græci, siue 70. interpretes Occidentalibus ὁ τῶν πάντων θειότατος λόγος apud Platonem in Epinomide, ὁ ἔκγονος τοῦ ἀγαθοῦ, lib. de Rep. quem vt principem & causam vniuersi vna cum patre inuocat epistola ad Hermiam, Erastum & Coristum. Spiritus Sancti. Neh. 6. Spiritum tuum bonum dedisti, qui doceret eos. Ezech. 46. Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis. Agg. 2. Zach. 7. & 12. Sap. 1. 5. 7. 11. 12. 15. Eccl. 24. 39. 48. Quæ excipientes Iudæ. deinceps diuinissima de illo prodiderunt, & Philosophis, præsertim Pythagoricis, Platonicis, Stoicis, & Trimegisto hac memoria emergentibus copiosam segetem præbuerunt, vt de eo multa traderẽt,
4121 συνεκτικὴν εἶναι οὐσίαν, omnia continentem, conseruantem, totam infusam per artus agitare molem & pleno se corpori miscere, intus alere, per totum mundum peruadere, mundi esse spiritum, ani-

mam, mentem. Hinc Trimegistus in Asclepio, spiritu, ait, augetur & gubernatur omnis in orbe Anni
species, Spiritus implet omnia, mūdus nutrit corpora, spiritus animas. Spiritu ministrantur omnia mundi.
& vegetantur in mundo. Plato. 10. de Leg. agitat sanè anima omnia, quæ in Cœlo existunt, terra,
mari, iisdem motibus, qui nominantur, velle, cōsiderare, curare siue prouidere, deliberare. Cicer. de 3569
Nat. Deor. Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, & in Acade-
micis Animum mundi, quem Deum appellant. & de Vniuersitate, Animum vt in mundi medio
collocauit, ita per totum tetendit. Virg. 6. Aneid. & 4. Georgic. Mens agitat molem, &c. Ma-
crob. vbi suprà. Calcidius in Timæum Platonis Platonicam sententiam explicat. Materiā mo-
uet spiritus & vigor ex æternitate rationaliter totam interdum, nonnunquam pro portione. Nam
spiritus motuum illorum non est natura, sed anima & quidem rationalis, quæ viuificans sensilem
mundum eum exornauit ad hanc, qua nunc illustratur, venustatem. Quo pertinet intellectus agens
Alexandri Aphrodisæi. Nam etsi Aristoteles hoc minimè omnium instituat, vt cui intellectus
agens & patibilis sint re vnum & idem, solâque notione differant: tamen eò apparet allusisse
Aphrodisæum. Docet enim Intellectum agentem esse re separatum & extra homines positum,
communem siue vniuersalem, & quendam Deū, qui in singulares hominum mentes agat ac opere-
tur, vt sol in cunctas ciuitatis fenestras. Patibilem autem esse singulares hominum animos, qui
huius agentis recipiāt influxus, impressiones, illustrationes, ac per eum in actum Intelligendi per
ducantur. Quam Alexandri sententiam dum non caperet Auerroës, profana quædam & monstro-
sa de intellectu communi commentatus est. Hæc enim desumpserunt ab Hebræis, qui apud Eliam
in Tisbi eum Ruah Hakkôdes appellabant quasi Spiritum sanctitatis, Ecclesiæ moderatorem, præ-
fectúmque, Sechina quasi habitationem, quòd ipse eum ea, præsertim cum Prophetis maneat, ita
vt Saducæi sub huius ætatis extremum in hæreticis numerati sint, quòd eū negarint. Deo Zoar &
cæteri Rabbini consulendi sunt. Nam & illi viam præmuniebant ad futuram de ipso per Christū
& Apostolos manifestationem. Mundum esse creatum. Omnes profani, vsque ad Aristotelē,
qui primus Philosophorum mundi æternitatem ausus est stabilire. Nam Oracula, Chaldæi, Aegy-
ptij, Græci Poëtæ, Orphæus, Homerus, Hesiodus, Phocilydes, Sophocles, &c. Virgilius, Ouidius,
Lucretius, &c. imò & Philosophi, Pherecydes, Pythagoras, Timæus, Parmenides, Melissus,
Anaxagoras, Empedocles, Heraclitus, Democritus, Plato, Leucippus, Epictetus, Plutarchus, Pla-
tonici, Epicurei, Stoici, auctore Varone, Theophrastus ipse, etsi Aristotelis discipulus & successor
lib. de saporibus, Deum creasse omnia non modo asserens, sed etiā de nihilo. Plotinus lib. de mun-
do, Proclus in Timæum, Cicero multis locis, Macrobius in Somn. & Satur. Seneca c. 31. & 32. de
vita beat. lib. 1. Nat. q. & in epistolis. Galenus lib. 3. 7. 11. 15. 17. de vsu partium & lib. de forma-
tione fœtus, vtut impius & planè profanus. Imò verò etiam ipse Aristoteles in metaphysicis, dum
recensens veterum de principiis opiniones, eum, qui νοῦς εἶναι ἄιτιον τῆς φύσεως καὶ τοῦ κόσμου docuit,
cæteris anteponit. Et in lib. ad Alexandrum, quem senex conscripsit, Deum esse genitorem
& conseruatorem rerum omnium, & libro de mirabilibus, Mare cum natura ter-
ram obrueret, Deum contraxisse, vt terra extaret, ad conseruationem & vtilitatem ho-
minis animantiúmque. In Christum fides, & expectatio. Hag. 2. Stante templo Zoroba-
belis venturum desiderium gentium: Zacharias c. 3. 9. 11. 12. 13. 14. Dan. 2. 7. 9. intra 70. hebdo-
madas, id est, an. 490. 4. Ezræ 7. & 13. reuelandum intra 400. annos. 1. Ezræ. 2. Nehem. 8.
Ezechiel multis locis. Malach. 2. 3. 4. Sap. 2. & c. 1. Mach 14. Iudæi & sacerdotes cōsentiunt, vt
Simon Machabæus sit dux & Sacerdos in æternum, donec surgat Propheta fidelis, centum vix an-
nis ante Domini Natiuitatem. Chaldæi paraphrastæ, quorum vnus Ionathan, 28. annis obiit ante
Christū, eius promissionē quauis occasione vrgēt & breui perficiendā ostendūt, Gen. 49. Num. 24.
3. Reg. 4. Esa. 4. 9. 11. 14. 16. 20. 52. 53. 66. Hier. 23. & 33. Ose 14. Mach. 4. & 5. Habac. 3. Hag.
2. Zach. 3. 4. 6. 10. Ps. 20. 44. 60. 71. 79. Cant. 1. 4. 7. 8. Ruth. 1. & 3. Lam. 2. & 4. Eccl. 1. & in
Targhum Hierosolymitano Gen. 33. 49. tribus locis. Exo. 12. Num. 11. 24. Quæ Oracula ab Elia
in Meturghema Rad. משח coacernata hic indicare volui, vt ea intelligamus veterem Synagogā
accepisse de Christo, quæ Christiani de eodem exponimus, hostiū etiam nostrorū confessione. Quare
& eius aduentus est articulus duodecimus Symboli Iudæorum, de quo caput Helec in Talmud tra-
ctatu Sanedrin. 1. Synedris, & sectio integra Maiemonim, id est dextrorum R. Mose pag. 763.
& mentio apud Rabbinos, tam veteres, quàm recentes creberrima, & vetus epistola Secretorum
R. Nehemiæ, in qua docebat se tantum distare. 50. annis ab ipsius aduentu, veluti expectans conso- 4121
lationem Israel cum Simeone coæuo suo Christi susceptore, qui Talmudici contextus siue Misna

id est, Exempl

Anni mundi. id est, Exemplari, fundamenta iecisse fertur, à R. Hakkalos post annos 160. perfecti, ad sum-
múmque perducta. Quod nec Gentiles latuit: Nam tunc percrebuerat fama toto Oriente esse in
3569 fatis, vt Iudæus rerum potiretur. Tacitus lib. 21. Sueton. in Vespasiano cap. 4. Sibyllarum Oracula
de eo Romanos reddebant sollicitos. Cic. 1. epist. ad Lentulum. Regem enim aliquem esse appellandū,
si salui esse vellemus. Idem 2. de Diuinatione, vbi & meminit Acrostichis, quæ illius Regis nomen
& elogiū primis literis versuum continebat, nēpe è libro. 8. Oraculorū Sibyllinorum, Ἰησοῦς Χριστὸς
θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός. Sacerdotium, publicum ministerium. Iosue filius Iosedec primus tē-
pli restaurati Pontifex & cæteri vsque ad Iaddum, Nehem. 13. qui Alexandro magno occurrit.
Reliqui apud Iosephum vsque ad Phinæum Pontificem vlt. omnes à Iosue filio Iosedec. 39. ad vs-
que Caipham. Sacerdotes alij & Leuitæ distincti in suos ordines, vt prius, Neh. 11. & 12. 13. v. vlt.
Scribæ & Pharisæi sedent super Cathedram Mosis, & hi quidem à tēporibus Machabæorum, illi
autem ab ipso Ezra, eorum auctore paulò post reditum è Babylonia. Sacrificia & Sacramenta.
Vt prius apud Prophetas & auctores huius ætatis, seorsum Ezræ 3. 8 Nehem. 10. vbi versu 8. spō-
sio pro paruulis 3. Ezræ. 8. & 9. ædificarunt altare, vt offerrent holocausta, sicut scriptum est in
Legē Mosis, &c. Quin & in perfectius commutanda docentur Mal. 1. Oblatio munda per totum
orbem, Zach. 9. Frumentum electorum, & vinum germinans Virgines, &c. De quibus Rabbini
mira sparsim, quin & Transsubstantionis semina diserte tradunt, vt R. Mose Haddarsan in il-
lud Ps. 136. Qui dat panem omni carni, Rabi Iohai in cap. 25. & 28. Exodi, Panem propositionis
vocari Heb. Lehhem Panim, id est, facierum duarum, quòd sacrificium panis tempore Messiæ
cunctis Mosaicis successurum, & illis cessantibus nunquam desiturum, habiturum esset duas facies
vnam corruptibilem, alteram incorruptibilem, substantia corruptibili in incorruptum Messiæ
corpus intrinsecus conuersa. Ionathan in sua Chaldea paraphrasi Psalmorū ad versum Psalmi 71.
Erit firmamentum panis in terra in capite montium Ecclesiæ, Placenta erit oblatio in capitibus sa-
cerdotum, qui sunt in Ecclesia, vbi & R. Selomo, hunc versum Rabbini nostri exposuerūt De Clu-
scaoth, siue placentis dierum Messiæ. R. Dauid Kimhi ad illud Osee 14. Viuent tritico, &c. Nō-
nulli (inquit) nostrorum exponunt, quòd mutatio naturæ erit in tritico futuris redēptoris Christi
tēporibus, & post, Et sane magistri nostri piæ memoriæ meminerūt cuiusdā mutationis naturæ, quæ
futura sit in tritico. Locus Rabbini meretur Hebraica, vt cum vbique væneat, facilius isti consu-
lere. וזכרו רזל שדינו טבע שיהיה בעתו בחטה [De verbo ad verbum. Et commemorant Magi-
stri nostri, memoria eorum sit in benedictionem, quòd potestate eius, natura quæ
erit, in tempore suo, in tritico.] Vasa & ornamenta sacra, à Cyro restituuntur Ez. 1. &
successiuus cap. 8. & 3. Ezræ 8. 2. Mac. 1. Pœnitentia, & eius actus. Nehem. 9. Tesubá vo-
cant, de qua cap. 7. & 10. libri Hajasar R. Tam, & in Talmud, & Maiemonim tractatus pecu-
liares. Confessionem autem peccatorum vocant Niddui, cuius formulam more solenni & certis
verbis conceptam reperias apud Fagium Leu. 5. & Num. 5. Scribunt enim Hebræi nihil profuis-
se sacrificia per se neque expiâsse peccata, nisi præcessisset Tesuba & Viddui, pœnitētia & con-
fessio cap. 5. Num. Benedictiones Sacerdotum, Eccl. 45. de iis est tractatus in Talmul Bir-
cath cohanim. Neh. 9. Ceremoniæ, tunicæ Sacerdotales, &c. vt prius Neh. 7. & 8. Purifi-
cationes & quasi baptismata. Neh. 4. v. vlt. Ieiunia crebra, in Calendario Heb. Est. 5. & 14.
Dan. 9. Iudith 4. Zach. 8. quarti, quinti, septimi & decimi mensis. Quin & Quadragesimæ exē-
plum. 4. Ezræ 14. vbi Ezras per. 40. dies scribit, noctibus autem panem manducat, id est, cibum
capit. Ieiunium obsidionis Hierusalem à Nabugd. factæ, ieiunium Ester, &c. singulis annis ieiu-
nia viginti sex in libello Taanith, id est de afflictione & in Calend. Hebr. Quibus addiderunt ma-
gistri singulis Hebdomadibus ieiunia duo, id est, secundi diei siue Lunæ, & quinti siue Iouis. In
libro Taanith, de quibus illud Euangelij. Ieiuno bis in Sabbato. Delectus ciborum. Dan. 9. Iu-
dith 12. Machabæi malunt necari, quàm vesci cibis vetitis, 1. Mach. 7. Daniel & socij nolunt pol-
lui cibis gentium Dan. 1. ne quidem vino potus Nabugdonozoris. ibid. Dan. quæ tamē prohibitio
non erat Mosis, sed Synagogæ, vt constat è Tisbi Eliæ in Rad. נסך nasac. Religiosorum vita &
vota. Samaias reclusus. Neh. 6. v. 10. Pharisæi apud Iosephū lib. 13. Ant. c. 9. Hasidei 1. Mach.
7. qui Rabbinis חסידים quasi pij, sancti, Iosepho lib. 2. belli cap. 12. & Plinio lib. 6. Essei siue Es-
seni, quorum instituta monasticis nostris simillima Ioseph. ibid. Scribæ ab Ezra instituti ex He-
bræis in suis traditionibus. Multi Eremitæ ex Iosepho in vita sua. Templa, loca religiosa,
προσευχαὶ, Ioseph in vita sua, quasi oratoria, templum à Zorobabele inceptum, à Nehemia
perfectum, secundo Machabæorum, primo & secundo locus quidam Nephtar appellatur quasi

Universidad de Deusto Biblioteca

Purificatio 2. *Mac.* 1. *videtur probatica Piscina, Ioan.* 5 *Dedicatio muri Hierusalem Nehem.* 12. *Anni mundi.* 3569
Sacrę Imagines, *Etsi non legamus restitutos Cherubim, & alias sacras Imagines, picturas cælaturásve veteris tabernaculi Mosaici aut templi Salomonici. At iam docuimus Rabbinos præceptum De non faciendo sculptili eis minimè omnium opponere pag.*161. Sacra non vernaculè peragenda. *Hactenus lingua sancta & Hebraica in re diuina locum duntaxat habuit, non quòd illa esset vernacula, sed quod sancta & prophetica. Vnde hæc etiam sexta ista ætate & deinceps à Iudæis continuatur, etsi illis iam minus sit vernacula & popularis, nec ab vllo eorum intelligatur, qui eam non didicerit, vt apud nos Latina & Græca. Quare Ezras & Scribæ formulam rei diuinæ, lingua Hebraica populo ignota tradunt & instituunt, è Maiemonim parte* 1. *Tractatu Tephilla & Bircath Cohanim (id est, de prece & benedictione Sacerdotum.) Indéque in suis Synagogis, breuiariis vtuntur Hebraica lingua scriptis, vt Mahzor, Siddur Tephilloth, id est, Breuiarium, Diurnale ordinatum precationum, quod R. Amram è Babylonia in Hispaniam misit circa annum Domini* 900. *Seder, id est Ritus siue Ordinatio, Statutum, &c. Nefásque putatur aliud facere, R. Abraham Abben Ezra Eccles.* 5. *v.* 1. *vbi & perstringit suæ gentis nonnullos poetas Lyricos, quòd hymnis suis immiscerent Medica, Persica, Hispanica, &c. cum ne vsurpanda quidem doceat Syriaca & Arabica, quæ tamen Hebraicis afinia sint. Quod obseruat Ecclesia, dum non vulgaribus & profanis linguis, sed quatuor duntaxat sanctioribus & magis Catholicis, item grammaticis, eruditis, ad mysteria & disciplinas accommodatioribus pro fouenda Sanctorũ Communione, quam Idiomatum diuersitas distraxit, ad rem diuinam solenniter vtitur: vna à prima origine sancta, id est, Hebræa, & tribus aliis sanctificatis dedicatísque Crucis titulo Syra, Græca, & Latina è Hieron. in epitaphiis Nepotiani & Paulæ. Ne titulus Crucis Iesum Nazarenum regem Iudæorum prædicans oblitteretur. Scriptum quippe diuinitus in libro Psalmorum, Ne corrumpas Tituli inscriptionem (Psal.* 56. 57. 58. *versib. primis) Nicolaus Magnus ad Michaelem Imp. Ob eámque causam Greg.* 7. *ante annos plus quingentos, Vladislao Boemorum Duci petenti, vt sibi populóque suo liceret diuinum officium Slauonicè peragere, non assensit, quòd id Christianis institutis minus congrueret, & mysterio istarum linguarum diuinæ Sacrorum celebrationi destinatarum consecratarúmque decerperet, per quas sanctorum Communio per totum orbem conseruatur atque colligitur, quemadmodum aliarum innumerabilitate inducta est in mundum discordia atque confusio. ipse lib.* 7. *Registri, & Olaus Magnus lib.* 16. *cap.* 39. *Cætera infrà pag. nona*
Festa, *tam Mosaica, quàm Prophetica in Ezra & Nehemia celebrata vt prius. Alia pro natis occasionibus instituta, vt dedicatio Machab. siue Encænia* 25. *mensis* Kisleu. *i. Nouẽb.* 1. *Mac.* 4. *quã sua præsentia probauit Christus Ioan.* 10. *Lumina siue luminariũ festũ. Ioseph. lib.* 12. *Antiq. cap.* 10. *Dies ignis, qui datus est, quando Nehemias, ædificato templo & altari, obtulit sacrificia.* 2. *Mac.* 1. *Dies Mardochæi.* 2 *Mac. vlt. Fortassè Sortiũ festũ in Ester, quomodo appellat Festũ Iom. tob. Gall.* Vn bon Iour, *è Tisbi Eliæ.* Reliquiæ, *eas abscondit Ieremias vt Arcã, Tabernaculũ, Altare incensi in monte* 2. *Mac.* 2. *ignis sacrificij absconditus in puteo à sacerdotibus, quo in loco aqua apparuit, è qua Nehemias & sacerdotes purificarunt sacrificia, vbi Rex Persarum fecit templum siue sacrum ædificium (videtur esse probatica Piscina. Ioan.* 5.*) locum hunc appellauit Nephthar quasi Purificatio.* 2. *Mac.* 1.

[De probatica Piscina hoc legitur. Quo tempore esset Christus D. nasciturus, & quo die vt nonnulli aiunt, conceptus fuit: terræmotus magnus in templo Ierosolymis factus est, & statim apparuit fons, quo scaturiente paulatim tria lignorum genera, in tignã iam dedolata emerserunt. Altissimum è cedro, alterũ triplo minus è palma, tertiũ ex oliua, de quibus constitit ex archiuis ea fuisse olim à Salomone recondita, cùm tẽplum extrueret subtus altare sacrificiorum, vbi etiam ille fons emersit. Deinde cum ipso terræ motu, mare æneum subuersum esset, sacerdotes vel sponte, vel spiritus ductu, oblatas ibi hostias tuentes, senserunt vim quandam arcanam ex eo fonte dimanare. Vt scabie pecudum elota, etiam morbidi quique ibi sanarentur. Durauit hic fons ad mortem sacrosanctam Christi Domini. Postea statim exaruit cùm scilicet ex illius tribus tignis supradictis fuerit crux Christi Domini constituta, scilicet statumen è cedro, Crucibulum transuersum è palma, titulus siue Epistylium, ex oliua. Hæc autem omnia referũt ex Salomone, qui diuinitus de iis omnibus fuerit admonitus. E manuscripto. In caput 9. *Zachariæ Prophetæ, vbi dicit, Et erit fons patens, &c.]*

Sancti, *Onias, item Ieremias Propheta Dei dudum mortui orant Deum multum pro populo & vniuersa sancta Ciuitate,* 2. *Mach.* 15. *orat Angelus pro populo Iudaico. Zach.* 1. *Michael*

princeps

Anni mundi 3569 *princeps Synagogæ stat pro filiis Israel, Dan.* 12. *Angeli Persarum, Græcorum, Israelitarum procurant sibi commissorum negotia, séque mutuo iuuant, Dan.* 10. *Ioseph ben Gorion belli Iudaici, cui ipse interfuit, cap.*21. *Lamentationem super calamitatibus Hierusalem aspergit sanctorum inuocationibus, & quidem Dauide Cybero Argentinensi hæretico interprete. Exurge nunc Mose, fili Amran & vide populum tuum, &c. Memor esto precationis, &c. Exurge nunc Aaron Sancte Sacerdos Dei, &c. Surge nunc Phinees, &c. Euigila nunc Iosue, &c. Tu verò Rex Dauid dormis, Expergiscere, & veni, &c. Elisee, &c. Iosephus lib.*3. *bell. c.*14. *Latini exemplaris puræ animæ, quæ exaudiunt inuocantes, Græci cap.*25. *pag.* 785. *Rabbi Selomo in illud* 4. *Eccl. Laudo mortuos, qui iamdudum functi sunt, Patriarcharum ope & ministerio Israelitas dũtaxat exaudiri docet, R. Akibá in Lotiioch id est literarũ de litera Samec, cũ scribitur, Hierusalem montes in circuitu eius, montes Hierusalem cingentes, sunt patres, colles, qui circum eam, sunt matres, Sara, Rachel, &c. R. Isaac in* 49. *Gen. &* 1. *Exod. Sanctos non esse appellandos mortuos è vetustissimis Rabbinis & R. Hakkádos,* Kimhi *in Malachiã ex eorundem traditione Eliam præesse celebritatibus circumcisionum & actu & efficaciter adesse. Iudæi in officio mortuorum libri* Mahzor, *breuiarium est, inuocant patres dormientes in Hebron, & angelus tam horti, quàm defuncti custodes, et in libro anonymo cuiusdam, qui pro nostra religione ante multos annos scripsit, Fagio hæretico interprete, implorant Dei memoriam merito patrum Abraham, Isaac & Iacob, & merita reliquorum iustorum & sanctorum, vt eorum meritum adsit siue applicetur nobis, implorant inquam bis quotidie, manè & vesperi ad illum modum orantes, &c. Et pòst, Iacob pater noster cum sepelit Rachel in via secundum illud (Gen.* 35*) & sepulta est in via, quæ ducit Euphratam, totum istud factum est, vt R. Salomon ait, quò oraret Rachel pro filiis suis ea hora, qua illos patriis sedibus expelleret Nabuzardan in Babyloniam, sicut scriptum est, Vox in Rama audita est, Rachel plorans filios suos, &c. Hæc quidẽ non reperi in R. Salomone ad Genesin, sed ad Ieremiæ caput* 31. *idque ex Midras Hagada vetustissimo scripto. Demique id apparet ex precationibus de ea re, quas è Breuiario Hebræorum conuertimus anno* 1569. *R. Abraham in Fasciculo Myrrhæ, Gen.* 22. *In principio anni nos canimus, Et ligationem Isaac hodie semini eius recorderis. Quemadmodum ipse est ligatus & vinctus, sic vincias & liges omnia genera proprietatum iudicij. Deinde subiicit, hic esse mysterium Isaac positi in medio, quoniã illum interponere solent inter se & Deum in suis precibus quasi intercessorem.*

Preces pro defunctis, *Hascaba appellant. Quin & exstat vtraque lingua integrum officium mortuorum, è libro Mahzor siue Breuiario Iudæorum à nobis publicatum an.* 1569 *Requiescat anima ipsius in cubili suo, iaceat in pace, dormiat in pace, Et mox: Angeli pacis egredimini in occursum ipsius, & cætera, quæ & hæretici Munsterus & Fagius proferunt in annotat. ad* 14. *Deuteron. R. Isaac Toletanus in lib. Beth Ioseph, domus Ioseph, siue Iore Deha, instructio luctus, de vltimo legis præcepto, Annis singulis anniuersario die mortis parentum ieiunandum est, & preces, quæ incipiunt* Kadis, *Sanctus, fundendæ. iuxta illud, quod solemus dicere, Iudicium improborum Israelitarum in Gehenna est mensium duodecim, & post ea ascendunt. Hebræi sic habent.* יש להתענות ולומר קדיש בכל שנה
ביום שמת אביו כדאמרינן המשפט רשעי ישראל בגיהנם יב חודש ואחר כך עולים

[hic præcedit interpretatio huius textus Hebraici, ab eo commate quod incipit, Annis singulis, &c.

Purgatorium *ab Hebræis assertum alibi docuimus, sed & anno superiore Patauij de ea re certissimas & eruditione plenissimas probationes amicus noster B. Valuerdius Gandia Hispanus Hebraicè Latinéque emisit. E Zoar in* 18. *Gen. &* 47. *Ex.*23. *Rakanati. Gen.*37. *Leu.* 16. 21. *pag.*154. *Col.*4. *R. Menahen Tsioni, Gen.* 16. *Abdia Saphorni pag.* 91. *Alphesi tractatu Ros hassanim, Initium annorũ, cap.*1. *pag.*216. *Rabbenu Nisim eius scholiaste, è libro Ialkut collectio Rabbi Meir lib. Habodath Hakkódes, seruitium sanctum, parte* 2. *cap.* 31. *E libro Iesod Sirim è Midras, basis canticorum & quæstiones. Eccles. cap.* 12. *è libr.*2. *R. Manahem Tseda Laddarec, è libr. Alcat Rochel, partitio canalis pag.* 19. *& part.* 2. *lib.* 2. *è Kabuenaki, modius farinæ, è Midras arcana, quæstio longitudinis, è R. Ioseph Albone lib. de articulis Fidei* 4. *c* 34. *è tractatu Ros hassana caput anni, è Menorath Hammaor luminare magni luminis, R. Isaac c.* 2. *partis secundæ, è Tephillath Mosis, oratio Mosis, è tractatu Haghigá in Talmud Hierosoly. è tractatu Baba Bátra, & eius scholiis siue Tosaphoth, è tract. Nedarim & Helec, meditatio, è R. Bahhaie, disciplina Deut.* 34 *è lib. Sem Teb. concione Porta posterior id est Tractatus vltimus* 5. *de pœnitentia, è hakidath* Additamenta *Isaac, Gen.* 23. *& Vota Leuit.* 21. *Partitio adde librum Iasar R.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tam cap.12.& pene Rabbinos omnes quorumcunque inclinatio tandem sint temporum.

Traditiones. *earum scriptor Ezras & sequentes scribæ, Deinde Talmud cœptus à Simone iusto & , Rectitudo finitus ab Hakkados anno Christi 188. Nam non modo conseruatur lex ore tradita & per manus accepta, verumetiam iam nomine Cabbalæ scripto mandatur , ne propter exilia veniret in obliuionem , vt 70. libris Ezræ 4. Ezræ 14. quos se habuisse prodidit Picus Mirandula, vt vtroque Talmud Babylonico & Hierosolymitano , vt libris Mizuoth. i. de præceptis legis , &c. Quæ pertinere ait R. Dauid Kimhi, illud 1. Par. 4. Hæc autem verba vetera , nempe ad Cabbalam. i. receptionem siue Massoram , id est , traditionem maiorum , & R. Abraham Testimonia Psal. 118. Nempe ad præcepta ea, quæ testimonium habẽt à Patribus tanquam testibus oculatis, vel auritis , non à scriptura , suntque Lex per traditionem accepta sine scripto.*

Anno mundi. 3569

Vita æterna, iudicium postremum, *Daniel, Ezechiel, & cæteri huius memoriæ Prophetæ & auctores nihil habent crebrius vsque ad Christum. Sicque perfecta est cohortatio Dei, Malach. 4. Memento legis Mosis serui mei , quam mandaui ei in Oreb ad omnem Israel , præceptorum & Iudiciorum, quousque veniet dies Domini magnus & admirabilis. Nã & reliqua omnia abũde demõstrãt auctores huius ætatis partim prophetæ, partim prophetarũ successores & hypophetæ. Sic Religionis veteris doctrina ad nouũ populũ perẽnitèr transmissa est. Imo & Dei colendi ritus atque forma. Nam Christus sola sustulit siue figuralia , vt loquitur Aug. lib. 10. de Ciuit. cap. 19. & 20. siue sacramenta præsuntiatiua, vt idem lib. 19. contra Faustum & epist. 49. ad Deogratias. siue vmbratica, vt Paulus ad Hebræos, qualia fuere sacrificia, Circumcisio, Propitiatoriũ Tabernaculum Mosis, & quæ in tabernaculo recluſa, , cibi & potus Iudaici , Partes diei Festi, Neomæniæ & Sabbatorum, vmbram futurorum habentes. Col. 2. Heb. 9. & 10 Gal 2. & 3. Non item simplices ceremonias ad εὐπρέπειαν rei diuinæ , vt habet Iosephus. 3. Ant. c. 8. pag. 74. vel θεωρίαν vt Dionys. de Eccl. Hier. pertinentes. Et sanè ratio , templorum , Verbi gratia , adorationum , genuflexionum, stationum, religiosarum vestium , vasorum sacrorum , benedictionũ, aspersionum, festorum , lustrationum, cantuum & similium rituum , quæ olim fuit, hodie quoque permanet , nempe vt Deus vtè , solemnius, sanctius , decentius colatur. Deinde in Apostolicis quoque literis id obiter iudicatur dum Christus suo aduentu nihil in hac parte mutat, nihilque contrà disserit. Denique dum Apostoli horum rituum spargunt semina in suis partim scriptis, partim traditionibus apud veteres extantibus , vt lib. 3. docebimus. Hinc Tertul. initio libri de Oratione. Quicquid retro fuerat (in Mosis Lege) aut demutatum est , vt circuncisio , aut supplementum , vt reliqua lex, aut implecum , vt prophetia, aut perfectum , vt fides ipsa. Et Leo Magnus D. Augustini discipulus apertius initio sermonis sexti de Ieiunio decimi mensis, tractans illum locum: Non veni soluere legem , sed implere. Quædam de mandato veteri ad nouam obseruantiã transferũtur. Et post: Cessantibus enim significationibus , quibus Saluatoris nostri nũciabatur aduentus , & peractis figuris, quas abstulit ipsa præsentia veritatis , ea , quæ vel ad regulas morum, vel ad simplicem Dei cultum, ratio pietatis instituit , in eadem apud nos forma, in qua sunt condita, perseuerant , & quæ vtrique testamento erant congrua, nulla sunt commutatione variata Ex iis autem est etiam decimi mensis solenne ieiunium, &c. Quod etiam docet initio Serm. 7. de ieiunio septimi mensis. Apostolica institutio ita Veteris Testamenti sacramenta distinxit , vt quædam ex eis, sicuti erant condita, Euangelicæ eruditioni profutura decerperet , & quæ dudum fuerant consuetudinis Iudaicæ, fierent obseruantiæ Christianæ? Et eo vetustior celebriorque Nazianzenus Orat. 44. Pentecostes diem Hebræorum more colimus, quemadmodum & alios nonnullos eorum ritus obseruamus , qui apud illos quidem typicè celebrantur , apud nos verò mysticè & verè , vt addit Nicetas.*

Quare rectè monent Iuris Orientalis auctores, pag. 214. Iudaicos ritus demum esse prohibitos, si sint sacramentales , siue figurales. Sin simpliciter ceremoniales atque ad sacram theoriam , pietatémque conferentes non item , vt qui sint pietatis retinacula, conferántque ad Sacrorum solennitatem, decorum , virtutem. Nam vetera Christus aduentu suo partim recensuit , partim retulit, partim perfecit, & illustrauit , vt eodem ipse cum Patre & Sancto Spiritu piè inuiolatéque in sæculorum sæcula colatur.

Atque hæc quidem prolixius, verum id , quia inde ad Ecclesiæ, quæ secutura est, continuitatem apertior via transitus que inter tot sæculorum & rerum discrimina, patet.

LIBRI PRIMI CHRONOGRAPHIÆ
GENEBRARDINÆ FINIS.

CRONOGRAPHIÆ
LIBER SECVNDVS AVCTORE GILBERTO GENEBRARDO.

LIBRVM alterũ à captiuitate Babylonica mihi rectè ordiri videor, quãdo circa eũ cœpit noua veteris Ecclesię cõditio & facies , qua populus Domini ita depressus, ita afflictus iacuit , vt vsque ad Christũ, nunquá pristinum regni , status & potentiæ splendorem recuperare potuerit. Sed & circa eam gentium præcipua fama, magnitudo, celebritas , vicissitudo, historia sumpsit initium , vltra quam nihil plane certi ex libris & scriptoribus profanis & exteris assequimur , vt verè possit dici , vbi historia sacra desinit , ibi profanam incipere. Quin & Monarchię Babylonicę , & quæ mox successit , Persicæ occasione Disciplinæ , leges , humanitas ipsa ab Asia profecta sunt in Europam & reliquas nationes barbaras atque agrestes. Tanta fuit Dei bonitas erga illos populos , vt bellicis motibus vteretur ad illuminandos Occidentalium & Septemtrionalium oculos, eisque sapientiam , artes , & disciplinas infundendas.

Iudæa capta ferum victorem cepit, & artes,
Sciréque Chaldæo primùm deuexit agresti.
Inde Medis , Persis, Indis , èxque ordine Græcis,

à quibus ad Romanos humanitas ipsa peruenit , vt Cicero ad Quintum fratrem , qui tum Asiæ minori , quæ Græca est , præerat, scribit. Id apparet è Bardis, Druydis , Euagibus , cæterisque eorum sapientibus , philosophis, sacerdotibus , quos constat ex Ammiano, Marcellino & Strabone exortos è Teiis & Phocensibus Græciæ Asiaticæ populis , ab Harpago Cyri præfecto fusis fugátisque in Thraciam , Corsicam , Italiam, Massiliæ agrum, vbi vrbes ædificarunt , & nostris hominibus paulatim excultis studia liberalium doctrinarum inchoarunt per Bardos & Eua-

Amm. lib. 5. Strabo lib. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ges & Tectosages, vt stultum sit eos ab Isaaci & Iacobi Patriarcharum sæculis repetere, & Bardi regis cuiusdam Musicæ studiosissimi cum supposititio Beroso, nomen tam vetus fingere.

De cæteris fidē faciet Aulus Gellius diligentissimus rerū priscarū scrutator, qui quamuis conspectum quendā ætatum antiquissimorū virorum, item illustrium, qui in illis ætatibus nati fuissent, atque ex libris, qui Chronici appellātur, exceptiones variis, diuersisque in locis factas de tēporibus, quibus floruissent Græci simulátque Romani viri ingenio & imperio nobiles, promisisset, non ducit tamē altius principium, quàm à Solone, quē leges scripsisse Atheniēsibus non dubitatur, captiuitatis quo sub Cyri, qui Crœsum Solonis amicum Lydorum regem vicit sæculum. *Gellius lib. 17. cap. vlt.*

M. Varro vetustatis perueſtigator inter externos præcipuus, fatetur se non nisi à prima Olympiade quatuor aut quinque sæculis post bellum Troianum historiæ veritatem posse deducere. Quod de eo referens Censorinus, Varro, inquit, tria temporum discrimina esse tradit. Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem (id est, Ogygium) quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον, secundum à cataclysmo priore ad Olympiadem primam, quod quia in illo multa (& penè omnia) fabulosa referuntur Mythicon nominatur. Tertium à prima Olympiade ad nos, quod iam dicitur historicon, quia res ab eo gestæ veris historiis continentur. *Censor. de die Nat. ca. 21.*

Quæ sanè verba in prologo tertij de Re Rustica ipse Varro cōfirmat. Nam à Thebis, quæ ante cataclysmum Ogygis Bæotiæ regis conditæ dicuntur, ad sua tempora numerari quidem annos circiter bis mille & centum, at quid illis acciderit, nihil plane esse certum profitetur. Cùm interim artes omnes in Græcia non nisi intra mille annorum spatium repertas dicat, siue à bello Troiano ad suam ætatem. *Varro li. 3. de re Rust. c. 1.*

Nec verò longius, quàm ab Olympiadibus antiquitatem ipsum repetere potuisse ex Cicerone eius familiari quoque perspicitur, is enim idcirco in Oratore Attici laborem extollit, quòd annorum septingentorum memoriam vno libro colligere potuerit. Nam remotius colligere non potuit, quoniam ante Olympiades nihil planè definitum esse eodem loco Varro ostendit, itémque è Græcis Eusebius, qui idcirco probat ante eas, quemque vt ei visum fuit, diuersas sententias de iisdem rebus in Græcia gestis protulisse, & ipse Cicero, quicquid de Romulo & Romanis aliis regibus literis est proditum, non satis constitutum indicat, quando primo de legibus, & alibi de eis loquitur interposita parenthesi, *vt aiunt*, quæ profecto abundat, quando res constat ac liquet.

Trogus Pōpeius se suam orsū historiā è profundo memoriæ, tradit. Atqui orditur à Nino, qui primus (inquit Diodorus) nactus est scriptores. Ipse autem Diodorus, conatur suam historiam retexere à Mundi principio. Atqui Bellum Troianum pro principio statuit, suámque historiam in Prefatione ait minimè. 1138. annos excedere, terminari verò principatu Iulij Cæsaris, quando in Gallia missus est. Lucretius quid? *Diod. li. 1.*

Præterea si nulla fuit genitalis origo
Terrarum & cæli, semperque æterna fuêre,
Cur supra bellum Thebanum & funera Troiæ
Non alias alij quondam cecinêre poetæ?

Plutarchus in Theseo vltra Theseum omnes terras fuisse arenosas prætexit vel inaccessas, littora glaciata, vel regiones exustas, cuiusmodi pinguntur in tabellarum Geographicarum extremitatibus, nempe fabulæ, aut ignorationis & insciticæ vmbra atque vestigia.

Accedit Macrobius, qui de antiquitate profanis auctoribus cognita hæc suis commentariis inseruit. Quis facile mundum semper fuisse consentiat, cùm & ipsa historiarum fides multarum rerum cultum emendationémque, vel ipsam inuentionem recentem esse fateatur! Cumque rudes primum homines meminerit vel fabuletur antiquitas glande prius & baccis alitos, serò speraſse de sulcis alimoniam! sed & quis non existimet, non longam retro eius esse ætatem, cùm ab hinc vltra duo retro annorum millia, de excellenti rerum gestarum memoria, ne Græca quidem extet historia? Nam supra Ninum, à quo Semiramis secundum quosdam creditur procreata, nihil prēclarum in libros relatum est. Et multarum rerum experientia ad aliquas gentes recenti ętate peruenit. Vt ecce Galli vitem vel cultum Oleæ, Roma iam adolescente, didicerunt. Aliæ verò gentes adhuc multa nescium, quæ nobis inuenta placuerunt. Atque hęc quidem illi, sed nimis longè. *Lib 1. c. 10. in Som.*

Nam propriè vltra Cyrum. i. Septuagesimam Olympiadem, & vrbis ducentesimum sexagesimum omnia istorum ex eo deprehenduntur auguriis potius, quàm historiis similia, quòd rerum multarum faciunt mentionem, multorum regnorum, vt Assyriorum Medorum, Ægyptiorum, Æthyopum, quæ longius ab ipsorum notitia & terris aberant rerum verò Babylonicarū & Monarchiæ Nabugdonozoris, per quā perueniebant ad Assyrios & Medos, non meminerūt, quæ in ipsorū erat foribus, & sui magnitudine totam penè Asiam, magnam Africæ partem, Europæ aliquam occupauit, & totum orbem terruit è libris Regum, Paralip. Daniele, Ieremia oculatis testibus: quæ Persicam quantumuis ipsorum scriptis amplificatam amplitudine & excellentia superauit, *Dan.* 2. quæ tam recens, vt Cyrum, Solonem, & Græcorum scriptores primos attigerit: quæ denique è Prophetis & scriptoribus sacris vbique insonatur. Ignorantibus hæc recentissima, & suos oculos perstringentia, quæ fides accommodanda est, quando remotiora & antiquiora commemorare & describere suscipiunt?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adde in historia Græca ante octogesimã Olympiadem id est, ante regnum Darij (opinor, Longimani) nihil esse certum cum in illa non possit constanter notari verum tempus neque belli Medici, neque Peloponnesiaci, quemadmodum Censorinus conqueritur.

Facit etiam, vt me eorum vanitatis misereat, quòd Arbacem quendam Medum constanter aiunt Sardanapalum sustulisse, & prætereunt Merodac Chaldæorum regem, qui ipsis vt vicinior, ita notior esse debuit, qui & Assyriorum Imperio euerso ingenitis illius Monarchiæ fundamenta iecit, à nepote magno illo Nabugdonozore superstruenda atque absoluenda. Mendacium remotissimos testes allegat, proximos refugit. Arbaces iste fortasse nunquam extitit, nedum Assyriis imperium eripuit. Præterea Medorum imperium, quod ab ipso aiunt conditum Assyriaci pernicie, angustissimum ante Cyrum necessario fuit, quia nimis Babyloni tum rerum potienti vicinum & Medos Nabugdonozoris vectigales & tributarios prophetæ nobis describunt. Quare hoc totum videtur ab adulatoribus confictum in Cyri gratiam, qui eius antiqua esse stemmata docere conabantur ex auis Medorum regibus, regulos & vectigales præfectos in reges magnos transformantes, vt qui olim Cæsaris Augusti non valde nobilis, quippe cuius pater fuerit Romæ argentarius progeniem ab Iulo Æneæ deducere studuerunt.

Huiusmodi adulationibus corruptæ sunt omnes Græcorum historiæ magna impudentia. Nam poterant redargui facile è recenti memoria & monumentis vix dum perfectis. Hoc admirati Aristoteles & Cicero eluiones exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse sit, causam suæ nescientiæ prætenderunt, ac propter eas pronuntiarunt non modo non æternam, sed ne diuturnam quidem rerum memoriam relinqui posse. Quin & quarto Physico eorum alter laudat Paronem Pythagoricum, quòd tempus dixerit ἀμαθέστατον, id est, inscientissimum siue ignorationis omnis magistrum, quia temporis successu, obliuione & situ præcedentia, penè omnia, deleta animaduertisset.

Es, ésque tempus edax rerum, inuidiáque senectam.
Perdere præteritum, vitiatáque dentibus æui
Omnia paulatim lenta consumere morte.

Nempe ante hanc captiuitatem scriptoribus Græciæ contigerat, quod est apud Platonem in Critia, Græci semper estis pueri, quia nuper verSati in historia & ignari literarum, disciplinarum, rerum denique tam apud vos quam apud reliquos gestarum. Nescire enim quid antea, quàm natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. Tantum incerta & mixta fabulis de bello Thebano & Troiano, quæ fortassis nunquam extiterunt, cantabant ex dispersis & male consutis Homeri, & paucorum aliorum carminibus, nondúmque ab Aristarcho digestis, proindéque obscuris ac incertis. Cic. de Orat.

Ante hanc etiam Romana historia est valde exilis, tenuis, & frigida, nec hic solùm res Græcorum debent incipere, sed multò magis etiam Romanorum, qui se Græcis omnia legum, doctrinę, dignitatis & virtutis insignia debere non inuiti confitentur. Nam paulò antè Cyri principatum, expulso Tarquinio Superbo Roma primùm cœpit administrari per Cos. adeóque erat tenuis, humilis & angusta, vt duodecim millaria suo Imperio minimè excederet. Verùm & tam angustis finibus conclusa fuit, vsque ad Alexandrum Magnum, cuius tempestate in orbe ne nominabatur quidem. Quocirca eius mentio nulla apud Græcos illius temporis Italiæ non modò finitimos, sed & eius magnæ partis vel colonos vel dominos.

Quantum autem ad literas & artes, eas non attigerant Romani ante Vrbis suæ quingentesimum.

Græcia capta ferum victorem cepit & artes
Intulit agresti Latio. Sic horridus ille,
Defluxit numerus Saturnius, & graue virus
Munditiæ pepulerunt.

vel potius ante Vrbis sexcentesimum post bella Punica, sexaginta vix annis ante Ciceronem.

Serus enim Græcis admouit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus quærere cœpit,
Quid Sophocles, & Thespis, & Æschylus vtile ferrent,
Romanus, &c.

Et quod magis mireris, Græcis ad Latinos humanitas ipsa peruenit. Hæc enim iam fuisse docuimus Ciceronis verba ad Quintum Fratrem.

Denique ante hanc Babylonicam captiuitatem res gentium ferè omnium iacent in obscuritate & tenebris. Chaldaica natio, vtut sapientiæ palmã videatur illa ætate cæteris præripuisse, nihil posteris scripto reliquit dignum tanta laude & gloria. Superiora tempora Magi, Persæ, Ægyptij, & cæteri populi literarum existimatione laudati, vel penitus ignorarunt, vel posteris inuiderunt, vel præ infantia, literis prodere nesciuerunt. Nisi Deus de sacris Codicibus mundo prouidisset, & literaturæ sacrariũm in certo populo, id est, Hebraico reposuisset, illorum notitiam sempiterna obliuione inductam hodie haberemus, aut de illis cum Diodoro Siculo historiam fabulosam ab aliis acciperemus, & aliis traderemus. Sit hæc ergo sæculorum infantia.

Nam deinceps hominum facultas, eloquendi, sapiendi, Philosophãdi vis, artes ac disciplinę humanæ apud gentes, maximè Græcas sese explicarunt. Tum primum conati sunt homines maiorum inertiã & incuriã artibus & studiis depellere. Tum primùm didicêre scriptis priscam

Universidad de Deusto
Biblioteca

obliuionem restaurare. Tum primum sua fari, & memoriæ tradere diligenter studuerunt. Hinc prima Philosophiæ incunabula, Hinc Rhetoricæ origo, Hinc Mathematicarum ab Ægyptiis ad Græcos emigratio, Hinc Historiarum descripto. Nam etsi Persæ, vt ex Esteræ historia percipi potest, annales & chronica excolerent, quod de aliis nationibus sentiri possit eodem modo, at ea lege id faciebant, qua hodie instrumenta publica in curiis, archiuis & tabulariis communibus recondi in futurum cernimus. Non passim & publicè, non populariter ac in promptu extabant. Non priuati homines eiusmodi scribendis & vulgandis dabant operam. Non tanta scripturitione ducebãtur, quanta plurimorum mentes ab ea tempestate occupauit, vt scribant indocti, doctique poemata passim, & insanabile, vt nõ sine stomacho cecinit Satyricus, scribendi cacoethes penè omnibus insideat. Iuuen. Satyr. 7.

Nescio idne tribuere debeamus hominum incuriæ, quòd de posteritatis memoria non valde essent solliciti, an imperitiæ & ignorationi eorum, qui per se rem tantam aggredi non auderent, siue inexercitationis vitio, siue exemplorum, quæ imitarentur, penuria, an potius necessitatibus, quando adhuc destituebantur commodis membranis, papyro, similibus rebus ac artibus, sine quibus non modò non rectè scribitur, sed etiam, quod scribitur, non potest esse prolixum, non diuturnum, non distractioni opportunum, sine quibus denique rerum ante actarum recordatio diu conseruari non potest.

Nam recurrere ad diluuia conflagrationésque Vniuersi cum Peripateticis, vel introducere Phaetonteas, Americanas vé calamitates, quibus antiqua omnia monumenta penitus deleta sint, non tam est diuinare, quàm delirare, nec tantum sine probato, & illustri teste loqui, qui tamẽ est maximè necessarius, quando de Historia antiquitatis, & fide rerum ante lapsarum agitur, verum etiam apertam iniuriam veritati inferre, quæ per sacras paginas aliud omnino affirmat, continentémque ac perennem mundi cursum digito ostendit, atque ad nos perpetuata serie, omnium retro sæculorum narrationem transmittit.

Hæc & alia huiusmodi me, opinor, merito adduxerunt, hinc vt librũ secundum ordirer, quò esset interuallum inter superiorem, testimonium è sacris literis consequentem, nullum verò è profanis, nisi suspectum & dubium: & hunc, qui profanarum paginis munitur: sacrarum verò auctoritate caret, nisi quantum & quàm paucorum annorum licet è Daniele, Ezra, Nehemia, libris Machabęorum paucisque aliis colligere atque augurari. Vale, & fruere.

Anni vrbis conditæ.		Anni mundi
218	SEXTA ÆTAS. CAPTIVITATIS Ecclesiæ, quã Monarchiarum & ingentium imperiorũ Ethnici possint inscribere. *Quæ incipit anno mũdi* 3569	3569
Ierem. 25 288	a TEMPVS captiuitatis fuit annorum 70.	3638
Dan. 9.	b A 70. illo captiuitatis anno ad Christũ patientem.	
771.	CHEBDOMADES 69. i. anni 483.	4121
	Pontificibus & principibus iis, quos mox subiiciemus.	
	Vatibus verò Daniele, Mardochæo, Zacharia, Haggæo, Malachia, Ezra, & per ordinem cathedræ Mosaicę Scribis & Pharisæis vsque ad Christum.	
	Summa. 553.	
	Ita ab orbe condito ad Christũ fuere anni 4121. *menses* 6. *dies* 16.	
	d *Sextæ istius ætatis numerus, sic mẽbratim ostẽdi potest.*	

SEXTA AETAS.

a VNDECIM primi anni huius captiuitatis siue transmigrationis Babylonicæ, transacti sunt sub Sedechia, cuius septimo Ezechiel prophetare incipit. *Ezech.* 1. Vndecimo templum cũm Hierusalem funditus euertitur, vt regnatum sit in Iuda à Dauide. 470.

Hæc ætas demonstratur non tantùm successione Ecclesiæ, sed etiam mundi, non tantum historiis Ecclesiasticis, sed etiam profanis. Nam illa est propriè motuum & bellorum mundi ætas. Adhuc modicum, inquit apud Haggæum Deus, & commouebo cælum & terram, & posteà veniet desideratus Gentibus. & Daniel. 2. Sit benedictum nomen Domini à sæculo, & vsque in sæculum, quia sapientia & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora & ætates, transfert regna atque constituit. Hinc sub annũ ante Christum quingentesimum, res & Monarchia Chaldæorum.

Sub an. 400. res & Monarchia Persarum.

Sub an. 300. res, potentia & Monarchia Græcorum.

Sub annum. 200. res & potentia Parthorum & Carthaginensium.

Sub an. 100. res, potentia, & principatus Romanorũ, quo usque desit in Monarchiam.

Nam inox Christus nascitur, mundum recturus in virga ferrea, illisque imperiis deiectis, nouum Ecclesiæ regnum conditurus, de quo libr. 3. & 4.

b HEBRAEI sic ferè hebdomadas septuaginta numerant. Septuaginta sunt anni captiuitatis, quos incipiunt ab vndecimo Sedechiæ, & terminant secundo anni Darij Longimani.

Deinde. 420. templi. Summa 490. Sed suprà auspicandas docuimus paulò inferius, nempe ilico post finitam captiuitatem, siue ab extremo septuaginta annorum captiuitatis, quando exiit sermo à Cyro, vt reædificaretur vrbs Hierosolyma. *Ezræ.* 1. & 2. *Par. Vuls.* Vnde etiã hallucinantur, qui eas incipiunt à Sedechiæ quarto, & qui vel à secundo, vel à tertio, vel à vigesimo Artaxersis Longimani.

Exitus à captiuitate non ita fuit liber, quin perpetuo vectigales & obęrati fuerint Persarum & Græcorum, vsque ad Machabæorum principatum.

c HEBDOMADES incipiunt ab ipso statim primo reditu de Babylonica transmigratione. Nam vti tres fuerunt captiuitates Babylonicæ, ita & tres reditus. Primum enim ascenderunt anno Cyri secundo, duce Zorobabele. Rursum anno Assueri. 14. Denique Darij anno secundo, post quem quatuor annis templum ædificauerunt: anno autem septimo Ezras ascendit de Babylone, vigesimo verò Nehemias. Cætera infrà in Dario Longimano.

d AETAS sexta pluribus modis potest demõstrari quàm superiores, nimirum successionibus monarchiarum, quæ iam suos habuerunt historicos, nedum Iudaicorum pontificum & ducum perpetuato ordine. Quot modis eam & nos illustramus.

Haggæus & Zacharias adhortantur Iudæos, vt restaurent antiquum Reipub. statum. 1. *Ezræ* 5. Haggæus libro suo vrget templum, Zacharias vrbem magis. Addunt præterea oracula de breui hostilium gentium clade, quam attulit Alexander magnus, & de restitutione earundem per Christum.

Malachias Reipub. mores constituit, fuitque præcedenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus paulò posterior, prophetarumque vltimus. A Talmudicis putatur esse Ezras scriba, & sane eãdem reprehendit in sua prophetia, quæ Ezras. 9. &. 10. capitibus sui libri, copiosè inuehens in vitam corruptam populi, præsertim sacerdotum, qui post instauratũ templum rursum ad priſtinas fœditates reuersi, oblationes, ac diuina sacrificia contaminatis animis & corporibus offerre cœperant. Continet insignes locos de Christo, Ioanne Baptista, Elia, Gentium vocatione.

Prophetis succedit synagoga magna, cuius principes Ezras, Nehemias, Mardochæus, Zorobabel, Iosuë, Hi præfuerunt concilio, quod centum viginti homines, quorum alij nobiles, alij plebeij erant, de emendandis libris sacris, corúmque constituendo canone iuxta præscriptum Cabbalæ inierunt; vbi & sanxerunt Iosuam ità fuisse edoctum è Mose, à Iosua Seniores, à Senioribus Prophetas. Concilij notarius siue scriba (sic enim vocatur Ezræ 7.) fuit Ezras, cui etiã interfuisse aut potius præfuisse traditur Danielem, Ananiam, Azariam, Misaelem, Aggæum, Zachariam, & Malachiam. *Elia præfat. 3. Masoreth Hammasoreth correctio Correctionis R. Mose præfat. in Sepher Mizuoth liber mandatorum & in Talmud disciplina tract. de Votis.*

Daniel interim non legitur rediisse de Babylonia in Hierusalem, sed potius sepultus illic esse, quasi remãserit ad consolationem Iudæorum remanentium & propagationem religionis. Magna enim fuit auctoritate apud Reges. Quare & tertio anno Cyri (cum prima restitutio, eius primo contigerit) ipsi contigit decima & vltima visio, *Dan. 11. Tyranus in 1. c. Esræ.*

Itaque fortasse concilium istud in Babylonia initum fuit, paulò antequàm se reditui committerent, vel ad indictum in terram sanctam concilium, desiderio, etiam visendæ antiquæ patriæ se contulit, postea in Babyloniam reuersurus.

Nam & eodem rediêre Zorobabel, Iosuæ pontifex, Nehemias & plærique alij, vt apud reges Persarum Iudæorum rebus melius consulerent.

Ezras, propheta & scriba, Cabbalam apud Hebræos collegit, &. 72. libris mandat. Eius consilio & opera præsertim libri sacri collati sunt, & emendati: vnde Tikkun Sopherim. i. correctio Scribarum appellatur Tikkun Ezra, siue correctio Ezræ, vt in Masora, correctio, siue Castigatio Num. 12. quasi Ezra scribarum fuerit princeps.

Septuaginta duobus libris proximè commemoratis collegit septuaginta duorum seniorum doctrinam, è quorum numero est quartus Ezræ, *lege cap. 14. eiusdem 4.* Hos habuisse scribit Picus Mirandulæ comes.

Athanasius in Synopsi tradit, Ezram scripsisse ducentos quatuor libros.

Primus è quatuor qui supersunt describit duos Iudæorum reditus. Primum quidem sub Zorobabele imperante Cyro. Secundũ verò post. 18. annos secundum Rabbinos, secũdum alios, post quinquaginta sub ipsomet Ezra, imperante Dario (Longimano.) Eius enim septimo ascendit, &c. *c. 7.*

Secundus explicat tertium reditum è captiuitate sub Nehemia, anno post secundum decimo tertio. Nam eiusdem Darij vigesimo ascendit Nehemias, &c. *c. 2.*

Tertius repetit ea omnia, quæ primo & secundo narrabantur, & præterea, quæ gesta sunt ante res Ezræ & Nehemiæ, vt Iosiæ regis pascha, vt proinde primus sit ordine apud Græcos.

Quartus complectitur visiones & nocturna præsertim somnia ipsius Ezræ, vt proinde fortassis D. Hieronymus.

Anni mundi.		Anni vrbis conditæ.
3638	*Primo per pontificum Synagogæ successionem.*	288.
	Secundò per Monarchiarum quatuor seriem & ordinem.	
	Per Sacerdotes quidem	
	1 *A captiuitate ad Iosue filium Iosedec sacerd. an. 70.*	
	2 *A Iosue F. Iosedec ad Machabæos, an. 283.*	
	3 *A Machabæis ad Christum nascentem, an. 167.*	
	4 *Hinc ad Patientem, an. 33.*	
3638		288

quæ

Anni vrbis conditæ.		Anni mundi.
288.		3633
	Summa. 553.	
	Per Monarchias verò.	
	1. *Monarchia Babylonica ab initio captiuitatis, an. 70.*	
	2. *Persica, an. 147.*	
	3. *Macedonica ab Alexandro magno ad Cleopatram Antonij, an. 276.*	
	4. *Romana ab Antonij Cleopatra siue Augusti duodecimo vsque ad Christum nascentem, an. 29.*	
288		3638

quę in eis narrantur, somnia vocet & inter apocrypha numeret vtriusque modi. Aliquando enim apocryphum dicitur, cuius auctor est obscurus, aliquando cuius ambigua & incerta auctoritas.

[Apocryphi genuina Etymologia est, vt isti libri celarentur plebi. Neque liceret cuique illos versare manibus. Adeo vt etiam sagur, id est apocryphum dicatur canticum canticorum, tria prima capita Geneseos, primum Ezechielis, alia quædam partim ob mysteriorum arcanam difficultatem, partim propter libertatem non nimiam quidem spiritus prophetici, in carpendis viciis, sed vulgi captui minus accommodatam. Adeoque ob comminationes quasdam, quibus etiã vicia criminibus reprehẽduntur: vt inde distorta ingenia calumniandi iudicia Dei, ansam arripere possent. Canonici autem sunt libri qui regulariter populo legi & explicari solebant. Hæc dicta sint in illos ineptos censores sacræ bibliæ, circa discrimen illud Apocryphorum & Canonicorum, quæ quidem nomina, ne ipsi intellexisse quid videntur.]

Arqui hi duo postremi, quamuis non sint de priore canone Hebræorum, quia nondum erant editi, quãdo Canon iste sancitus est in hac magna Synodo, cuius fuit Ezras scriba, & cuius meminere solenniter omnes Hebræi. At non desinunt esse sacri & canonici, quoniam hæc Synodus non obligabat consecutos auctores sacros, nec spiritus sancti afflatum extinguebat, vel cõtrahebat, propter quos editus est alter Canon multo amplior, vt significat Ioseph. lib. 2 contra Appionem, quando citat versum de Ecclesiastici libro, tanquam de Scriptura sacra.

Quare tertius Ezræ vt canonicus censetur ab Origene sub finem hom. 9. in Iosuë, Athanasio lib. 3. contra Arianos, August. lib. 18. de Ciuitate. c. 3. Cypria. epist. ad Pompeianum. Et apud Græcos non modo est canonicus, sed etiam Ezræ primus, quoniam continet ea, quæ gesta sunt ante Ezræ & Nehemiæ præcedentes libros. Quartus autem vt sacer citatur ab Ambr. 2. in Lucam cõment. & epist. 21. ad Horontianum, & cap. 10. de bono mortis. Et Cyprianus aduersus Demetrianum ex eo multa sumpsit de mundo senescente.

Et certè negari non potest quin vterq; ex Hebræo versus sit, vt qui Hebraismis scateat. etsi neutet ea lingua extet, quemadmodum multorum aliorum apud eos iactura contigit.

Scripsit librum suum & genealogias libri Paralipomenon, vsque ad eum locum, in quo suam genealogiam ostendit. Cætera absoluit Nehemias. *cap. 1. Bába Bathra in Talm.* id est Porta posterior in disciplina siue Caput vltimum.

Alij malũt Ezram integrum opus Paralipomenon condidisse, proinde ac illud, quod eius & Nehemiæ inscriptionem præfert.

Quibus pro tertio addunt Malachiam prophetam. Nam Malachiam se appellausse quasi nuncium siue Angelum Dei, quòd vltimi nuntij & tanquam Angeli officio apud populum fungeretur, vsque ad futurum Christi aduentum. *Ximbis Mal. 1.*

Scripturas à Babyloniis, principem militiæ Nabuzardan, incensas restituit, & in hũc ordinem quem hodie Hebræi habent ex parte seruãt, reduxit. De eo sic scribit Rabanus Maurus de Instit. Cleric. cap. 54. Omnes libros sacros veteres, dũ Iudæi ingressi fuissent in Hierusalem, diuino afflatus spiritu reparauit, cunctáque prophetarum volumina, quæ fuerant à gentibus corrupta, correxit: totúmque vetus Testamentum in duos & viginti libros constituit, vt tot libri essent in Lege, quot habentur & literæ (Alioqui non fuit in potestate

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nabugdonozoris omnia exẽplaria perdere, præsertim cùm decem tribus essent iam in Oriente, extra ipsius ditionem.)

Quidam eum auctorem faciunt punctorum & accentuum, quibus afficiuntur hodie Biblia Hebraica, sed illi errant, cùm constet ex libris beati Hieronymi ipsius tempore nulla extitisse. Sunt autem adinuenta paulò post tempora Honorij Imperatoris, anno ab euerso templo. 436. qui est à Christo passo. 476. in Tybetiade vrbe Galilææ. Huius muneris principes fuere Aaron Aseris, & Iacobus Nephtalis filij, qui dum de nonnullarum vocum punctis inter se dissentiunt, Iudæos in duas partes diuidunt. Orientales enim, quique Babyloniam incolunt ad fluuium Neardá, posterioris, Occidentales prioris lectionem consectantur.

[Punctorum nequaquam fuit inuentio tempore istorum, sed tẽpore Dauidis, cùm necesse fuerit psalmos illa modulatione in choro à Dauide instituto concinere. Et sane antiquitus quicquid voluminũ pronuntia saperent, id totum accentibus & punctis erat insignitum. Neque sunt ipse vocales syllabicæ, quàm productionis, & correptionis notæ, vt & nomina Kamets Patach ostendunt & ipsę punctorum figuræ, de quibus in Arabicis.]

Quadraginta vno annis prius ẽ veterũ Magistrorũ scriptis à R. Hina & R. Ase collectum Talmud Babylonicũ, seu doctrinale incipitur. & post à R. Meir, & R. Ase filio perficitur. Continet autẽ Iudæorum ius Canonicũ, quod ætate Christi pleno scripto nondum mandatum erat, sed partim ex fragmentis, partim ex oris traditionibus seruabatur. Cœperat autem conscribi à R. Hakkados temporibus Antonini Imperatoris, breuiori ea forma, quæ Misna exẽplar appellatur. Atque id de Talmud Babylonico. Nam Hierosolymitanum scriptũ est anno Christi 300. Babylonicum sub centesimum post.

a POST captiuitatem Babyl. vsq; ad Herodem, sub quo natus est Dominus, præcipua & primatia Iudæorũ dignitas & authoritas exterior fuit penes pontifices. Vnde & eorum constans, certa & illustris est successio, non itẽ principũ, tam apud Ezram, quàm Hebræos alios scriptores. Quare iam in hac sexta ætate præpono pontifices principibus. Hinc discãt principes Ecclesiam per se stare, nec pendere ex ipsorũ statu & salute. Ecclesia antecessit Reges, sine illis iam olim viguit, illis peteuntibus, & accisis nõ perit ipsa, sed floret, & suam in Dei populum excellentiam seruat. Propter captiuitatẽ Babylonicã non periit Pontificum ordo & status, sed potius in Dei populo acquisiuit maiorem principatum. Nam deinceps prælatus est Regio, à quo antea indigne habebatur. Turcica rabies extinxit Constãtinopolitanos Imperatores: At nõ potuit Patriarchas & Hierachiam Ecclesię illic euertere. Hæc dico, quoniam adulatores aulici stolidis principibus persuadent, vt se Ecclesiæ dominos gerant, ac putent Ecclesiam ipsorum potentia, salute & principatu niti, quæ iis vertus perditur & inclinat ad Turcæ iugum & captiuitatem.

[Nihilominus est habenda summa gratia D. Op. Max. qui potestates sublimiores constituit ad piorum tutelam. Neque sine Regibus potest constare Ecclesiæ status, sed cuique suus deberur honos, vt habetur ex de mato. & obedi. Cap. Solitæ.

Duces (vel Principes, *Aug. lib.* 8. de Ciuit. c. 36) appellati fuerunt, quod regio diademate vti illis minus liceret per Persas & Macedonas vsque ad Aristobulũ Ioannis Hyrcani f. (non Ionathæ, vt mendosè legitur in Eusebio) qui iussu genitum de cerusicibus armis patrum suorum iam excusso, se Regem appellauit.

Anni mundi. 3638

Patientem. 61.

Summa. 554.

Quod sic mẽbratim docetur.

Hac enim Sexta Ætate per hos administrata est Resp. iue Synagoga Iudaica.

Sacerdotes & Duces.

1

IOSEDEC TEMpore captiuitatis an. 70.

Iechonia, Salathiele, Pedaia Iudæorum principibus.

2

a IESVS filius Iosedec. an. 28.

Anni vrbis condita. 288.

Z. lib. 3.

Anni mun.

Zorobabele filio Salathielis Iechoniæ filij Iudæorum duce.

Cyro imperante.

ZOROBABELIS ET CYRI SÆCVLO.

Salathiel Iechoniæ regis filius in captiuitate mortuus, paulò ante Babylonis expugnationem.

Quinquaginta ferè millia exulum sub Zorobabele redierunt. Reliqui mansetunt in Babylonia, & reliquo Oriente, more possessionum & liberorum, illicque formam Reip. à Persarum regibus redemerunt, sibi præfecto è familia Dauidica principe, quem principem Æchmalotarcham, siue caput exulum vocarunt, siue Patriarcham. *Orig. initio lib. 4. de principiis.*

Nec tantum de tribu Iuda, Benjamin & Leui redierunt, inhabitarúntque Hierusalem, sed etiam de tribu Ephaim, & Manasse, 1. *Par.* 9. Ex quo intelligitur licuisse Cyri edicto eunctis tribubus redire in patriam, etsi eius præcipuè studio fuerint tribules Iuda, Leui & Benjamin.

Hic est Zorobabel, qui ponitur in Christi Genealogia. *Mat.* 1. Alter ab eo qui memoratur in eiusdem genealogia, *Lucæ.* 3. Nempe quia hic numerantur maiores Virginis, illic patres Iosephi Virginis viri.

Dicitur in Haggęo, Zacharia, Ezra filius Salathielis, cum duntaxat fuerit nepos, nempe filius Padaiæ filij Salathielis, 1. *Par.* 3. quoniam nepotes habentur pro filiis. *Ximbi illic.*

Secundum templum à Zorobabele ædificatum, omnes partes primi consecutum est. Montem ædis, atria multiplicia, profanum siue gentium, fœminarum, Israëlis siue virorum, denique sacerdotum. Præterea sanctum, sanctum sanctorum, & reliqua, sed omnia minore sumptu, opere, situ, mensurarum ac totius operis ratione à Cyro præscripta. *In tractatu. Para*, id est, vaccæ. *cap.* 3.

De templo secundo tractatus Middoth, siue de mensuris apud Heb. extat.

Præter primum siue Salomonium iuxta magnam portam, i. Orientalem habebat Exhedram, in qua Medorum metropolis Susæ exemplum depictum erat, & mensurarum omnium exemplaria perscripta. Illic etiam locus erat in quo legis doctores ad populum concionabantur. *In tract. Kilaim*, id est vasis, *de seminibus mixtis in Talmud.*

Zorobabel à soluta captiuitate rexit populum, annis 58. *Philo Anij.* Rediisse Babylonem, anno. 2. Darij Longimani, postquam venissent Ezras, illicque esse mortuum testantur Heb. *in Annalibus.* ac ex eo tempore successores, qui primatum illic inter exules tenuerunt, Rese Galuta, id est capita transmigrationis, principes exulum, siue Æchmalotarchæ appellati, & iuxta Origenem Patriarchæ. *initio lib. 4. de principiis.*

Cum Zorobabele & Iosuë profectus est Nehemias Athersatha, [vox persica i. pocillator, vel super potum. Latine à Poculis ather, est ab Hebræo athar retro, & sata, potus à schatah, per schin Bejamin, id litera schin habente punctum in dextro cornu.] *Ezr.* 2. Collocarunt hi Dei altare super bases suas detertentibus per circuitum populis, offerentes primo die mensis septimi, nondum fundato templo. *Ibid. cap.* 3. Vigesima quarta die separarunt à se filij Israel vxores alienigenas. *Nehem.* 9.

Anno secundo aduentus sui, mense secundo, cœperunt Zorobabel & Iosuë cum cæteris ædificare templum. *Ezræ* 3. & 5.

Tum etiam agros colere. Neque enim præcedente potuerunt, nondum comparatis & distributis agris.

Denique templi fundamenta iacta sunt, anno. 2. Cyri, templum verò perfectum anno. 2. Darij Longimani.

b EZRAS & viri Synagogæ siue Synodi magnæ afflati diuino Spiritu Scripturas in Petukim. i. versus distinxerunt. Vnde & codices Iudæorum per sententias, membra, & ver-

b Synodus magna (Quinta) in qua editus canon Hebræorum de sacris scripturis, cuius scribæ asseritur Ezras in tractatu de Votis, qui eius authoritate in ordinem hodiernum Veteris testamenti libros reduxerit. Elias præfat. 3. Masoreth.

sub annum mundi. 3710.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius diuisi,& interuallis quibusdam distincti fuerunt,qui antea veluti vnicus erant vers. Hinc Hier.præfatione Paral.& Esaiæ asserit se ad volitatem legentium eadem commaton incisiones & interuallorum distantias, quas in Hebræis codicibus repererat,in translatione sua seruasse. Elias in præf. Masoreth, id est correctionis quando scribit vniuersam legem fuisse vnum pasuk siue versum vnum & quasi sententiam, in qua omnia cohærebant sine vlla versuum distinctione,præter nomen Dei tetragrammatum,vsque ad. 436. annum à Romano vrbis excidio, loquitur de notulis hodiernis versuum & accentuum distinguentium,non de interuallis & spatiis,vel incisionibus.

Elementa, quibus iam olim,hodiéque Iudæi vtuntur, sunt Assyriorum, non veterum Hebræorum, auctore Ezra, qui ideo literas (Idque opinor,huius Synodi consilio & auctoritate) mutauit, quòd has Samaritani post exilium callerent, vel quia etiam veterum Hebræorum,quàm Assyriorum operosior erat scriptura. *In Talmud. tract. Sanadrin.* id est synedrij *cap.2 pag.21.*

Non mutauit tamen figuram antiquam literæ Tau, vt quæ gereret formam Crucis. Nam hæc post captiuitatem Romanam, vel à Masoretis immutata est, vel à Rabbinis odio crucis, vt ex Hieronymo & Origene colligi potest, qui suo tempore crucem expressisse narrant.

[Adhuc etiamnum in quibusdam exemplaribus videtur manuscriptis ✠ hoc pacto.]

Hæc Synodus distribuit libros sacros in tres partes, LEGEM (id est, quinque libros Mosis) PROPHETAS (octo, nempe quatuor priores,Iosuæ,Iudices,Samuel,& Reges, & quatuor posteriores, Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, & duodecim minores. Nam illorum vnus appellatur liber) & HAGIOGRAPHA (nouem, Psalmos, Prouerbia, Canticum,Ecclesiasten,Iob, Danielem,Ezram, Paralipomenon, Esther. Nam Ruth subiiciunt veluti appendicem libro Iudicum, & Ieremiæ Lamentationes.)

In eadem non tantum lex videtur distributa in quinque libros, verum etiam in Parshioth & Sedarim. (id est sectiones & ordines) 54. pro numero hebdomadarum anni *Embolici* expressos tribus maiusculis a vel o. Item in Sitroh siue paragraphos repræsentatos minusculis s & o. Denique in versus, designatos interuallis,vel virgulis,vel duobus punctis. Nam. 70. hoc securi sunt. Deinde Elias in Tisbi Rad. שנה, cùm Antiochus (inquit) prohibuisset legem publicè legi,Israelitæ acceperunt sectionem vnam ex Prophetis, quæ consonaret sententiæ eius, quod in sectione Sabbati currentis legebatur. Exempli gratia, in Sabbato *Bereshith* (*Gen.*1.) legerunt fragmentum Esaiæ (42) Sic dicit Dominus Deus creans cœlos, & loco sectionis Noe.(*Gen.*6.) segmentum Es. (54.) Quia aquæ Noe,&c, Sic enim aperte indicat iam ante Antiochum legem fuisse in sectiones distinctam. Præterea Talmudici in tractatu de votis de versu octauo capitis octaui Nehemiæ, *legerunt in libro legis explicate*, id est, cum interpretatione, *Ponendo intelligentiam*, id est, distinctiones, *& intellexerunt lectionem*, id est secundum sententiam pausas fecerunt. Denique, vbi supra Hieron. præf. Paralip. & Esaiæ de commatum incisionibus & interuallorum distantiis mentionem facit.

Libri qui apud nos supersunt, vt Iudith,Machab. &c. post hanc Synodum conscripti sunt,& supererant etiam apud Iudæos. Nam Iosephus non longè à principio lib.1.contra Appionem, vbi apud suos, 12. libros esse sacros commemorasset,ab Artaxerxe (inquit) vsque ad nostra tempora singula descripta quidem sunt,verum non pari fide digna censentur apud nos,quòd non fuerit prophetarum exacta successio.

Anno mundi.

3638. *Interfuisse affirmantur Nehemias, Mardochæus, Zorobabel, Iosue, Daniel, Ananias, Azarias, Misael, Haggæus, Zacharias & Malachias*, Ibid.

EZRÆ ET CYRI SÆCVLO.

Anni mundi.

Nec satis, vt eorum fidei & auctoritati derogetur, Tobiæ, Iudith, & similium historia nostratim non fuisse à Iosepho commemoratas. Nam is etiam alia,& quidem momenti maioris silentio præterijt. Vt memorabilem Iobi historiam, quàm tamen esse authenticam, canonicam & sacram nemo vnquam dubitauit. Vt eædem infantium à bimatu & infra ab Herode factam, cognitam alioqui Paganis, sicuti Macrobio lib. 2. Satur c.4. Vt Probaticæ piscinæ ingens miraculum: Ioan. quinto expressum & in itinerario R. Benjamin, pag. 43.

Hic Scribæ sumpserunt originem. Ideo autem videntur ab Ezra primo scriba institui, vt sui instar legem ad literam interpretarentur, Legis difficultates explicarent, libros que eius intactos conseruarent, ne denuo corrumperentur. Vnde & 18. locos emendarunt, qui aliter legebantur, & à Masoretis numerantur, Num. 1 cap. & à Galatino, quos appellant Tikkun Sopherim, id est, correctionem scribarum. Legisperiti alio nomine in Euangelio appellantur, Iurisperiti, &c.

Huic correctioni præfuisse videtur Ezras. Nam Masorethæ Num. 11. ea appellant Tikkun Ezræ, id est propriè institutio Esræ R. Selom initio comment. in Malach. quin decim dictiones tantùm à Scribis, atque adeò Scribarum principe Ezra emendatas notat, cùm alij 18. recenseant. Cæterum hoc ei tribui puto, quod fuit totius Synodi, quoniam eius erat scriba & notarius, in qua actum de emendandis libris sactis, & instituendis Scribis, qui deinceps viderent, ne quid corruptelæ in libros sacros irreperet.

[Idem censendum de sactorum conciliorum statutis, vt quamuis sint à tota Ecclesia, tamen specialiter ad hunc vel illum Papam referantur. quæ est ansa hæreticorũ, quam illi arripientes, Ecclesiæ negocium facessunt, & rudi plebeculæ imponunt magna fraude,aientes hæc esse inuenta Paparum, cùm sit co. sensus totius Ecclesiæ: sed quia Conciliis præsunt Papæ per se vel per legatos: vt capita membris, ideo quod est corporis vnius, capitis vnius esse existimatur ac reuera dicitur.]

Post destructum templum, à prophetis sublata fuit prophetia, & data legisperitis. *In Talmud tractat. Baba Bathra* id est, caput vltimum. *cap* 1.

Cum Malachia, Ezra & Nehemia cessauit prophetia, 40. annis post exitum ab exilio. *Auctor libri Cozrè*, id est libri de sacrario à Catharo.

Septuaginta duobus libris fertur Ezras collegisse doctrinam. 72. Seniorum, ac ex eorum numero esse quartum nostrum Ezræ. Hos se habere prodidit Picus Mirandulanus.

Tradita est lex charactere Hebræo, idiomate verò sancto, sed Ezræ temporibus in Aramæum (Syriacum) idioma, & Assyrios mutata est characteres. At paulò post, characteres Assyrios retinentes, sanctum elegerunt sibi idioma, Hebraũ chatacterem & Arameum idioma idiotis relinquentes. *Mar. Sutra in tractat. Sanedrin.*

Per idiotas intelligit Samaritanos Rab Hista. Ribbi verò affirmat à principio, iisdem, quibus nunc scribitur, characteribus datam Legem, mutatam quidem aliquando, sed restitutam: At R. Simon, nullo, inquit, tempore nec scribendi nec loquendi mutatus est. *Ibid.*

[Hæc de lingua vetere & noua contentio facilè ditimitur, hoc posito quòd semper idem contextus penes sacerdotes conseruatus fuerit illæsus, idque geminis exemplaribus, quorum vnum erat in arca,cùm reliquis precioribus, alterum erat penes sacerdotum Collegium, in manibus summi sacerdotis quod aiunt ex Mala. 2.cap.]

3638.

Nehem. 3. c Ioachim an. 42.

c PONTIFICATVM suscipit & administrat secessione

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patris & Zorobabelis in Babyloniam fortassis propter Synagogæ necessitates, qui tamen postea reuersi, Darij secundo templi structuram repetunt. *Anni mundi.*

Libtum Iudith conscribit, *Philo*, cuius historia aui sui temporibus contigerat. Nec verò relata est in superioris concilij canonem, quoniam eo posterius edita fuit. 3640.

Mardochæus scribit historiam Esther neptis suæ. Diutissimè vixit. Tum scribebat in Thessalia Hippocrates medicus. *R. Abraham in Cabbala historica.*

Duces hoc ordine habentur in Chronicis Hebræorum & in Cabbala R. Abra. Sacerdotes verò numerantur ex Iosepho: quanquam sex primi ad ipsum Iaddum vsque, quem Alexander summa veneratione prosecutus est, nominatim extant, Nehem. 12. Ex quo intelligimus, quod etiam notatur in Seder Olam, Haggæum, Zachariam, Malachiam, Ezram, Nehemiam attigisse ævum. 3. Monarchiæ. Nec verò magni faciendi Duces, quoniam vt Iosephus ait lib. 11. Antiq. à reditu de captiuitate, ad Machabæos vsque, Resp. administrabatur Aristocraticè, ita vt summa potestas in pontificibus versaretur. Machabæi etiam sacerdotium administrarunt, & in eo summam rei reposuerunt ad vsque Herodem.

Deinde hi duces de domo Dauid, magis viguêre inter exules in Babylonia, quàm in Iudæa, vbi summam rei administrabant Duces, quasi prætores, à Persarum rege missi. *Nehem* 5. quibus tandem Nehemias ipse successerit, non grauans populum, vt superiores qui exigebant quotidie panem, vinũ & quadraginta siclos, præter ministrorum annonas. *ibid.*

Quæ autem deinceps vsque ad Machabæos desiderantur in nostris Bibliis, peti debent ex Iosephi Antiquitatibus Iudaicis, à cap. 7. lib. 11. Antiquit. ad cap 7. lib. 12. Sic quæ post Machabæos gesta sunt vsque ad Christum, apud eundem explicantur à cap. 15. lib. 13. ad vsque cap. 5. lib. 18. vbi insigne testimonium Iosephi de Christo. Alioqui Machabæorum libri desinunt in Ioanne Simeonis filio.

Templum ædificare cœperunt anno secundo Cyri. 1. *Ezræ* 2. annis quadraginta sex absoluitur, Ioan 2. Præter quod Hierosolymis pedetentim Synagogæ. i. domus orationis & prædicationis, ad quas singuli κατοικοι statis temporibus conueniebant, ædificatæ sunt ad quadringentas & octoginta, *R. Manahem* Hierosolyma enim erat vrbium Orientis clarissima & amplissima, *Plin. lib. 5. & Tacitus in Augustalibus.* nempe capiebat 24. plateas: quarum quæque haberet 24. ingressus, singuli autem ingressus. 24. vicos, *Hebræi in Echa Rabba.*

[Id est fraternitate magna. liber est tractans de suis vicinorum que suorum affinitatibus, vt Gallicè dicerent nostrates *La grande alliance.*]

Templum autem, qui solus erat locus sacrificationis, & si diutius, quàm prius Salomonicum, steterit nempe 521. (errat enim Kimhi, qui in 2. Haggæi, tantum. 420. numerat, & R. Leui in Danielem, qui 437. & dimidium) tamen in multis fuit inferius. Quinque enim rebus carebat quæ prius mirum in modum præbebat augustũ & venerabile, *in tractatu Ioma. 1. diurnale c. 1. Kimhi in Psal. 64. & Hagg.* Primo diuina præsentia, quæ ad propitiatorium responsa oraculaque edebat. Secundo spiritu, siue afflatu sancto, qui Prophetas olim corripiebat: Nam à Malachia ad Ioannem Christi Baptistam nulli Prophetæ extitêre. Tertio igne sacro, cuius custodiam tam anxiè Moses Leuit. 6. præceperat: nunquam enim comparuit ex quo in puteum à sacerdotibus, ne in impiorũ manus caderet mersus est, 2. *Machab.* 1. Quarto Vrim & Thummim, qui erant lapides in pectorali Pontificis, quorum conspectu, sacerdotes occulta intelligebant, & populo denuntiabant, dum plus

Mesulam Zorobabelis filio Iudæorum duce.

Assuero Persis imperante, deinde Dario Longimano.

EZRÆ ET ASSVERI ET NEHEMIÆ SÆCVLO.

solito

Anni mundi.

olito radiarent lapides. Nam si retinerent naturalem speciem & colorem, nihil esse mutandum docebatur. Supertus itaque oraculum vocale erat, istud mutum, vt quod nutu & signis constaret. Quinto Arca, ipsiusque tegmine. i. propitiatorio, & duobus Cherubim Arcæ hærentibus, in quibus Deus sedere dicebatur, propter sui copiam quam illic Pontificibus faciebat. Arcæ autem nomine vtranque intelligo, vnam à Mose constructam, sacrorum monumentorum & reliquiarum receptatricem, alteram à Salomone. Tum verò loco eius lapidem posuerunt è terra prominentem tres digitos, & supra habentem thuribulum. *R. Iacob è Talmud. 1. parte pag. 106.* Nec propterea Deus populum suum reliquetat. Nam vt ad Christum perduceretur, sæpe edebantur oracula per Bathkol. i. exilem quandam vocem cœlitus demissam in aures collectæ multitudinis: aliáque signa continuabantur in populo, quæ recensentur à Talmudicis in tractatu Auoth. Qualis vox fuit in Euangelio, quæ delapsa est à Patre ad Filium glorificandum. 2 *Pet.* 1.

[Bath kol, id est vox puerilis vel filiæ, Auoth id est, desideria siue suspiria.]

Cum autem Malachiam nouissimum fuisse prophetarum constanter asserunt, est intelligendum, quòd Prophetarum successio non deinceps certa & accurata extiterit. Sic enim explicat Iosephus contra Appionem, pag. 919. exemplaris Græci.

Mesullam an. 66. rexit, *Philo Annij.* Sed hoc mihi suspectum est. Nam quandiu quisque pontificum vel ducum magistratum suum gesserit ante Machabæos, nihil certi neque ex nostris, neque ex Hebræis reperio.

Zorobabel præter Mesullam alios habuit filios, vt Abiud. *Mat. 1.* Sed truncum, non ramos principum Dauidicorum studuimus persequi, quos Hebræi in suis Chronicis sic numerant. Zorobabel, Mesulam, Hananias, Barachias, Hasadias, Esaias, Abdias, Sechanias, Samias, Naadias, Ezechias Hillelis frater, centũ annis ante templi secundi excidium. Quoniã autem hos omnes principatum exercuisse in Iudæos fatentur, non in Iudæa, sed in Babylonia (Eò enim remigrasse Zorobabelem rebus in Iudæa constitutis, & rerum summa pontificibus relicta) D. Mathæus alios Zorobabelis & filios & successores recensuit, nempe eos, qui statas sedes in Iudæa posuerant, futuri maiores Christi. Zorobabel, Abiud, Eliachim, Azor, Sadoc, Achim, Eliud, Eleazar, Mathan, Iacob, Ioseph Virginis coniux.

Non est credendum Philoni Annij, qui vt Iesum siue Iosuem pontificem facit vsque ad annum vigesimum Darij Longimani, ita Ioachim post Iesum patrem pontificatu functum ait an 48. vsque ad 26. magni Artaxersis.

Cœpit enim Eliasib eodem anno sacerdotium administrare, quo Nehemias Hierosolymam venit. *Nehem. 3.*

Nehem 3. & 13. d ELIASIB, an. 21. 3666. d ELIASIB pontifex an. 21. videlicet vsque ad 33. annum magni Artaxersis. *Philo Annij*, nam viuebat extremis diebus Artaxersis *Nehem. 13. vers. 6.* Cœpit autem fungi sacerdotio, eo anno quo Nehemias venit Hierosolymam. *Nehem. 3. Ioseph. lib. 11. cap. 5.*

Et videbat anno præfecturæ ipsius decimo tertio. *Neh. 13.* vbi culpatur, quòd cum Tobia Ammonita non modo affinitatem contraxisset, verum etiam ei ædes intra templi septa construxisset.

Post reparatam vrbem à Nehemia multa vsque ad Seleucum regem Syriæ in Bibliis desiderantur, vbi narratio Machabæorum incipit, & Ioanne Hyrcano concluditur.

Mesullam duce, vel potius Nehemia.

Dario Longimano imperante Persis.

Nehem 12. e IOIADA, an. 24. 3690 : APVD omnes historicos incorruptè mansit pontificum successio ab ipsa captiuitate, non item Ducum. Vnde à Me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sullam, & deinceps alij nominantur à Philone Annij, alij ab aliis, nempe Ecclesiastica successio, perire non potest. Regia, & secularis caduca est & fluxa. Nos hîc sequimur Seder Hebræorum, & Cabbalam R. Abraham, nisi quod ipse Mathatiam patrem Barachiæ, Abdiam appellat. Deinde Hasmonim. 1. Machabæi occasione temporum, quibus principum authoritas minima, pontificum maior, viam posteris aperuerunt ad principatum, quem & velut hæreditarium retinuerunt, vsque ad Herodem.

Ioiada 44. annis gessit pontificatum. *Philo Annij*, Sed iam dixi quid de isto auctore sentiendum. corruptè ab aliquibus dicitur, Iuda, vt & sequens Ioannes, pro Ionathan.

f NEHEMIAS Artaxersis pincerna, tempora Alexandri magni prope attigit, vt constat è catalogo pontificũ, quem cap. 12. subinde instituit. Nam peruenit ad Iaddum. Inuenit ignem, quo sacrificia accendi solebant, à sacerdotibus olim absconditum, & in aquam concretum. 2. *Mach.* 1.

Duodecim annis in Iudæa mansit, ad eam eiusque vrbes reparandas & restituendum vrbibus & possessionibus suis vnumquemque exulum, antequam Hierosolymam veniret.

Deinde rediit ad Darium, à quo rursus est ad procurandam Iudæam dimissus. Sed quandiu postea eam administrarit est incertum, nisi quòd à viuente Dario, cui erat charissimus, nõ videtur præfectura abdicatus, neque recepisse successorem per reliquos annos octo.

Quin & sub Artaxerse penultimo continuatus videtur. Nam, vt docui, etiam meminit sacerdotum summorum, qui post Ioiadam sederunt vsque ad Iaddum.

Erat de domo Dauid, vt & Zorobabel. *R. Abraham in Cabbal.*

Libri, qui eius nomine apparet, scriptor videtur esse Ezras, quoniam sub libro Ezræ eum Hebræi comprehendunt, nec separatim recensent. Nostri secundum Ezræ inscribunt.

Tertius & quartus, qui sequuntur, & si non sint de primo Hebræorũ catione, at sunt de secundo. Quare Athanas. lib. 3. contra Arianos testimonium Zorobabeli, è tertio tanquam de scriptura affert, alterum Aug. lib. 18. de Ciuit. aliud Cyp. epistola ad Pompeianum. Apud Græcos verò non modo est canonicus, sed etiam Ezræ primus, quòd contineat gesta ante Ezram & Nehemiam duo postrema capita secundi Paralipomenon, & totum librum primum Ezræ repetens.

Quartum priuatim se habuisse Hebraicè manu scriptum inter. 72. quos de occulta doctrina septuaginta duũm seniorum reliquit Ezras eiusdem libri cap. 14. Picus Mirandula in Apologia profitetur. Publicè nec Græcè, nec Hebraicè habetur, neque tamen desinit esse canonicus. Nam ab Ecclesiâ in solemnibus sacris feriæ tertiæ Pentecostes, itemque in solennitatibus Martyrum è secundo capite profertur, quo loco alibi ipsa Scripturæ oraculis vtitur. Præterea Ambrosius eius capite septimo, serio vtitur libri de bono mortis decimo cap. & secundo in Lucam comment. Quin & epistola ad Hortonianum ad eius lectionem sedulo hortatur. Hoc ante significauerat Martyr Cyprianus libro ad Demetrianum, verba quinti capitis ad suum institutum vsurpans. Sed de iis etiam superius.

[Optimè hęc vox Canonicorum librorum eò referri debet: quòd publicè legerentur ac docerentur.]

g HVNC Simonem Iustum appellatum scribit R. Abraham. *in Cabbal.* qui hinc secundam Synagogæ magnæ ætatem incipit.

Frater autem dicitur Simonis Prisci. Apparatu pontificio, hyacynthina veste, cui aurum erat intertextum, & cidari in capite, in qua inscriptum Dei nomen comitatus suis sacerdotibus vestes sacras indutis, patentibus portis obuiam fit Alexandro. Alexander autem, qui alioqui eo animo venerat, vt vrbem exscinderet, de equo desiliit, & pedibus pontificis prostratus, vrbem multis muneribus & priuilegiis donauit, præfatus in pontifice se agnouisse Deum, qui & sibi in Macedonia apparuerat, & cuius ope vinceret.

Anni mundi.		
3690.	*Hanania duce Iudæorum, vel potius Nehemia.*	
	Imperante Dario Lõgimano, deinde Dario Artaxerse tertio.	
3730.	6. f IONATHAN, an. 24.	Nehem 12.
	Mathatia duce Iudæorum, vel potius Nehemia.	
	Artaxerse penultimo Persarum rege, deinde Dario Codomani vltimo.	
3760.	7. g IADDVS, qui occurrit Alexãdro magno, an. 10.	Nehem 12.

Ad eius primum à primo Iosuë filij Iosedec sunt anni, 145. Ità quando destructa est Persarum Monarchia, iam biennio in Pontificatu sedebat.

Tempore, quo Alexander Macedo Hierosolymam adiit, moriuntur Eztas, Zacharias, Haggæus, & Malachias prophetæ omnium postremi. *Ibid. R. Abraham.*

Annus ille Alexandri à Iudæis celebratur, tanquam suæ ab Ægypto egressionis millesimus. *Ibid.* Sed aliquando maior est numerus. Pactus dicitur Alexand. cum Iudæis, vt ab eo anno publica & priuata instrumenta deinceps obsignarent. *Ibidem.*

Alexander magnus ad matrem suam epistolam insignem scripsit, à sacerdote quodam reuelatum, deos gentium homines fuisse *Cyprian. de Idolorum vanitate.* Puto sacerdotem fuisse Iaddum, quicum contulit Alexander, ex Ioseph.

In terra Israël Cuthæos multos reperit (i. Samaritanos) à diebus Senacherib, quibuscum affinitatem contraxerant nõnulli Israëlitæ, etiam è posteris Iosuë filij Iosedec. *R. Abraham in Cabb.*

Iaddi frater Menasses, inhians pontificatui, vxorem duxit filiã Samballat Samaritanorum principis præfecti regis Persarum, ædificatque templum Garizim Hierosolymitano simile, ad quem ibi pontificatu nouo fungentem, rerum nouarum cupidi sese transtulerunt. *Ioseph. lib. 11. Antiq. cap. 8.*

Ioui hospitali postea dedicatur sub Antiocho Epiphane, in eius gratiam. Tale enim est hæreticorum ingenium.

Hinc principium acerbissimi odij & hæresis, quæ duravit ad tempus vsque Christi: imò verò ad vrbis vsque extremum excidium, dum alij cum Manasse, eiúsque templo & doctrina communicarent, alij cum Iaddo siue Simone Iusto, templóque Hierosolymitano & prophetico. Fomitem præbuerunt aliquanto pòst Saddoc & Baiethos (de quibus suo loco) *R. Abrah. in Cabbala.*

Generum Samballat Horonitis Samaritanorum principis, de genere Eliasib pontificis, ob alienigenam vxorem se fugat Nehemias (id est, Menassem fratrem Iaddi. Nam hic solus de Eliasib genere, filiam Samballat duxit in vxorem) c. 13. attigit ergo Nehemias Alexandri Macedonis in Asiam aduentum. Vixitque plus minus. 130. an. vt eius libet ostendit, à Cyro scilicet ad sextum vel septimum Alexandri.

Anni mundi.		
Cuius tempore templũ in Garizim ædificatum, Manasse primo Samaritanorum pontifice.	3797.	
	ALEXANDRI MAGNI SÆCVLO.	
	8.	
3797.	h ONIAS Priscus Iaddif. an. 27.	
	Seleuco & Antiocho Sotere Syriæ regibus.	
3843.	*Ptolomæo Lagi Ægypti reg.*	

h SVB Onia Prisco, Ptolemæus Lagi multos Iudęos in Ægyptũ captiuos duxit. Sed hos filius Philadelphus, fauore Septuaginta interpretum, in patriam remisit cum multis muneribus.

i HIC ab Ecclesiastico celebratur cap. 50 Iusti cognomen retulit.

Iesus filius Syrac Hierosolymitanus Ecclesiasticum Hebraicè scribit, quod exemplar vidit D. Hier. *in prolog. super libros Salom.*

E septuaginta duobus interpretibus fuisse perhibetur. *Infra.*

In eo inchoat, sua præcepta iuxta seriem decalogi. à Græcis dicitur παιδευτὴς ab omni virtute, quæ in eo continetur.

Non tantum inter libros sacros recipitur à Iosepho Græco lib. 1. cõtra Appionem, sed & à nostris, Cypriano Martyre epistola ad Rogatianũ, & Epist. ad Corneliũ citans illud cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

16. Sicut locutus est (inquit) per Prophetam, fili ne iucunderis in filiis impijs, si multiplicentur, &c. Et sub finem illud c. 28. Sepi aures tuas spinis & noli audire linguam nequam. Aug. lib. 2. de doctr. & lib. 17. c. 20. de Ciuit. concil. 3. Carthag. Can. 45. Græcis, vt Athanasio, Epiph. Chrysostom. quando cap. 1. & 24. aduersus Arianos citant & interpretantur. Idque sub nomine Salomonis. Quod quo modo sit intelligendum, docet Aug. lib. 2. de doctrina Christ. cap. 8. Duo, inquit libri, quorum vnus Sapientia & alius Ecclesiasticus inscribitur, *de quadam similitudine* Salomonis esse dicuntur. i. propter similitudinem argumenti & instituti.

Anni mundi. 3797.

Post annos circiter 38. temporibus Ptol. Euergetis in Græcum à nepote, qui & ipse Iesus Syrac nominabatur, conuertitur. *è prolog.*

3830.

Eodem tempore nomine Salomonis prodiisse videtur Sapientiæ liber. Sed auctore anonymo & incerto, nisi quòd nonnulli scriptorum veterũ affirmarunt illum esse Iudæi cuiusdam Philonis, alij ipsiusmet Iesu filij Syrac. *Aug. lib. 2. retract. c. 4.* Eum hodie Iudæi pro Canonico nõ habent. fortasse quia Hebraicè non fuit scriptus, item quoniam eorum improbitatem contra filium Dei detegit, cap. præsertim 2. At Christiani habent. Aug. tribus superioribus locis. Ambros. in Psal. 118. Lact. lib. 4. Institu. c. 16. Concil. Carthag. 5. Cõc. Lateranense & ex Græcis Dionys. Areopagita. 4. cap. de diuinis Nom. illud ex. 8. cap. citans. *Amator factus sum formæ illius.* Egesippus apud Euseb. lib. 2. cap. 23. vbi illud cap. 2. *Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, &c.* allegat tanquam ex Esaia.

Videtur fuisse vnus è 70. interpretibus, qui vt omnes prophetæ fuerunt, ita eorum duo Philo auctor Sapientiæ & Iesus ben Sirac Ecclesiastici scriptor sacros duos illos libros reliquerunt, vt Spiritu Sancto dictante Epitomen Bibliorum Græcè Græcis exhiberent. Neque enim necesse fuit vt libri sacri Hebraicè conderentur, postquam Ecclesia sub paganis viuere cœpit. Hinc Ezras & Daniel Chaldaicè etiam scripserunt. Hinc Septuaginta & Apostoli Græcè. Hinc Marcus Latinè & Græcè.

Si quis contendat eius auctorem fuisse Iudæum Philonem, quòd ex D. Hier. nonnulli scriptorum veterum hoc affirmarint, non is erit Philo, qui tempore Caij & Claudij Cæsarum pro Iudæis legationem obiit, sed alius. Nam par est libros veteris testamenti, tempore Synagogæ & ante exordium Euangelicę lucis fuisse compositos. Deinde citatur vt sacer ab illius æqualibus. Denique Hier. & Sophron. in catalogo & Euseb. Hist. Eccl. lib. 2. cap. 18. librum Sapientiæ inter istius Philonis libros non enumerant.

3880.

k Svs Eleazaro sacra Biblia in Græcum translata à 70. interpretibus Ptolomæi Philad. rogatu & sumptibus. *Ios. lib. 12. cap. 2.*

Ante Alexandrum tamen sacras literas Græcè extitisse, Platonémque & Pythagoram in his esse versatos, testantem laudat Aristobulum. *Clemens Alex. lib. 1. Strom.*

Fortasse sub Menasse rege Iuda, temporibus Psammetici Ægyptiorum regis, qui Græcos coluisse, & locum eis dedisse in Ægypto ad inhabitandum dicitur apud *Herod. lib. 2.* Vel Amasis, Solonis & Cyri ætate, qui hos quoque ad se multis beneficiis allexit. *Ibid.* Alioqui linguam Græcam propriè in Asiam maiorem & Africam cum imperio intulit Alexander, & Pythagoræ ætate Græci nullius erat apud eos pretij, vt è Critia Platonis intelligitur.

Nec interim superflua fuit Septuaginta interpretum conuersio. Nam non modo rectiùs verterunt, sed & aliqua prophetico spiritu afflati, inseruerunt de Messia & ad Messiam

3880.

pertinentia,

9.

i Simon Priscus Iaddi nepos, an 13.

Eccles. 50.

Antiocho Sotere Syriæ.

Ptol. Lagi Ægypti rege.

10.

k Eleazarvs, Simonis frater, an. 20.

3860.

Antiocho Theo Syriæ & Seleuco Callinico.

Ptolo. Philadelpho Ægypti rege.

Synodus Hierosoly. Sexta de vertendis in Græcũ scripturis, & mittendis in Ægyptum. 72. interpretibus. Aristeas. Iosippus, in qua videtur editus secundus Hebræorum canon, nam præter viginti duos libros sacros, aly in Ægyptũ delati sunt, vt Tobiæ, &c. Epiph. lib. de Mensuris & pond.

Et Ecclesiasticum inter libros legis (id est, sacros) reponitur à Iosepho Græco lib. 2. contra Appionem, vt alibi docemus.

Anni vrbis conditæ. 573.

11.

l Menasses, Eleazari patruus, an. 17.

Seleuco Callinico Syriæ, & Antiocho magno.

Ptol. Euergete Ægypti rege.

Anni mundi. 3880

l Menasses Seleuco Callinico amicus. Simonis Iusti patruus.

Post hunc Iosephus Oniam Simonis Prisci filium, & sequentis Simonis Iusti Patrem commemorat.

12.

m Simon Iustus, an. 28.

Barachia familiæ Dauidicæ principe.

Antiocho Magno Syriæ rege.

Ptol. Euergete Ægypti.

3890.

m Barachias iste exitit, an. 140. Græcorum. *Seder olam minor.* [id est Ordo sæculi paruus.]

Simon hic iustus Synagogæ magnæ successit & eius collegium, cuius institutum suscepit Antignus Socheus ipsius discipulus, doctor ipsius Baiethos, à quo heretici Baiethosim & Sadoc, à quo Sadducei. *R. Iacob præfat. libri En, & author Cozri.*

Ab Antiocho magno honoratus est.

Inter hunc & superiorem pontificem Menassem, Oniam auarissimum sacerdotem collocat Ioseph, *lib. cap. & 4. Ant.*

Simonis Prisci filium & huius patrem, qui vectigal, quod Patres eius pro populo dabant, scilicet viginti talenta, Ptolomæo non reddidit. Cui rei occurrit Iosephus Sororis eius filius de patre Tobia.

13.

n Onias secundus Simonis Iusti f. an 30.

Hasadia familiæ Dauidicæ principe.

Ant. Magno, Seleuco & Antiocho Epiphane fratribus per ordinem Syriæ regibus.

Ptol. Euergete & Philopatore Ægypti.

3920.

n In libris Machabæorum pietatis & sanctitatis nomine clarissimus 2. *Mar.* 3. vir bonus, benignus, verendus visu, modestus moribus & eloquio decorus, à puero in virtutibus exercitatus, cum quo primùm Simon Benjamites, deinde Iason frater ipsius Oniæ contendit de possessione Pontificatus sub Antiocho Epiphane. *Idib. cap.* 15. vbi & post mortem temporibus Iudæ Machabæi apparet manibus expansis orans pro populo Domini cum Ieremia propheta.

[Hinc apparet sanctos in Patria non minus vacare suis officiis pietatis quàm dum agerent in via. Et quia contendunt nouatores hunc librum non esse Canonicum, hoc misso facto, tamen est in transfiguratione Christi Domini Moses & Elias colloquentes cum ipso de sua passione & confortantes eum.]

14.

o Simon filius Oniæ.

580.

Iisdem regnantibus.

3922.

Simon templi præpositus Seleuco Regi nuntiat ærarium templi pecunijs superfluis esse plenum, sine quibus sacrificia perinde constarent. Ad eas ergo auferendas Heliodorus cum satellitio mittitur. Sed is, cum non pareret Oniæ docenti pecunias illas esse sacras & dicatas, nec nisi in vsum pauperũ viduarũ, pupillorũ, & ministrorum Dei conferendas, populo & clero ad precandum Deum contra Sacrilegũ confugiente, ab equite terribili diuinitus in tertam elisus, à duobus iuuenibus letaliter flagellatus, vixque vitæ precibus & sacrificio Põtificis redditus, re infecta redire coactus est & ad regem dicere. Si quem habes hostem aut regni insidiatorem, mitte illuc & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit. 2. *Mach.* 3. Apollonius appellatur à Iosepho. *cap. 4 lib. de Machab.*

Sub hoc Hasadia Regum Syriæ persecutiones & tyrannis cœperunt. Posteritate regia ab illis, defectionis metu, valdè afflicta, & in plebeium ordinem redacta, *Seder olam minor.* Quem postea aiunt à Machabæis interfectum.

Onias pius Pontifex à fratre Iasone pulsus est. Et postea alterius fratris Menelai studio ab Andronico Antiochiæ præfecto interfectus. 2. *Mach.* 3. 4 & 15.

o Post Oniam, qui tempore Antiochi magni, & Seleuci eius filij pontificatum administrabat, propter persecutiones perturbata est sacerdotum successio: nam Simon eius filius tres liberos reliquit turbulentissimos, Oniam, Iesum siue Iasonem, Ananiam siue Menelaum, qui de summo sacerdotio cõtendẽtes, causam præbuerunt (2. Mach. 14.) vt Epiphanes venale illud proponeret. Quod & æmulati sunt successores. Hinc enim factum vt Demetrius Soter. 1. *Mach.* 7. per

Universidad de Deusto
Biblioteca

vim Alcimum hominem impium & ritu gentillitio contaminatum, qui alienus erat à linea sacerdotali Pontificé crearer

Túmque sacerdotium deuolutum est ad Machabæos, quibus ad illud iuris habebant aliquid. Sic ergo habet trium fratrum istorum ordo. Post Oniam Iason, qui & Iesus. Huic Antiochus Epiph sacerdotium abstulit, & Menelao, qui Ananias dicebatur, contulit. Vnde seditio grauis propter Iasonem & Menelaum, post Menelaum, Alcimus qui non erat de tribu Sacerdotali, à Lysia summus Sacerdos constituitur. Hinc Machabæi.

Anni mundi. 3911.

p ATQVE is est vltimus Onias, ad quem Areus rex Spartarum siue Lacedæmoniorũ legatos & epistolas misit, Olymp. 144. pro ineunda cum Iudæis societate, dicés Iudæos & Lacedæmonios ex vno genere Abrahæ descendisse. 1. *Mach.* 12.

Etsi enim illic scribatur Darius, tamen legendum ex Ios. lib. 12. Ant. cap. 5. Arius, vel potius Areus. Nam is est Areus Lacedæmoniorum rex, de quo Pausan. in Laconicis & Plutarc. in vita Pyrrhi.

Areus rex Spartanorum opem fert Athenienſibus contra Antigonum. Defendit Spartam aduersus Pyrrhum regem Epirotarum, & multa alia gerit fœliciter. *Ibid. Paus. & Plutarch.*

Onias profectus in Ægyptum obtinuit à Ptolomæo Philometore, vt apud Heliopolim construeret templum Hierosolymitano simile, illicque Pontificatu fungeretur. *Egesip. lib. 2. cap. 13. abutebatur loco Esaiæ. 19. cap.*

Quod vsque ad tempus Vespasiani permansit. Ipsa autem vrbs, quæ vocabatur Oniæ, dimicantibus postea Iudæis aduersus Romanos solo cum templo æquata est. Occasione igitur Oniæ infiniti Iudæi in Ægyptum profugerunt.

Onia enim Ant. Epiphanes sacerdotio mouit, & contulit Iasoni, quem postea iratus expulit, minimum istorum fratrem Ananiam siue Menelaum promouens.

Et quamquam insolitum, neque ante permissum cuiquam erat non perpetuo fungi sacerdotio, tamen rex auaritia prævalente è perpetuo temporarium fecit. *Sulpitius.*

Ioseph Tobiæ & filiæ Oniæ sacerdotis filius princeps populi de domo Dauid placauit Prolom. Euergetem. *Ios. lib. 12. Ant. cap. 4.* Is reponitur inter maiores Christi. *Luc. 3.*

Iannes, quem Iosephus Ioannem Hyrcanum vocat, vltimus princeps de domo Iechoniæ, sub initium regni Antiochi Epiph. se interemit, non ferens à Syriæ regibus oppressam suæ familiæ libertatem. Attigit Machabæorum tempora, & recensetur inter Christi maiores *Luc. 3.* Istius opes sibi addixit Epiphanes. *Ioseph. lib. 12. Ant. cap. 5.* Atque hinc familiæ Christi paupertas.

q ANTIOCHVS Epiphanes Oniam depellit Sacerdotio, Iasonem eius fratrem substituit, singulis annis pacisc̃etem talentorum tria millia sexcenta sexaginta. *Ioseph. lib. de Mach. c. 4.*

Ita Iason Oniæ frater pontificatum muneribus & pecunia conse quutus ab Epiphane. 2. *Mach.* 4. Primùm Gymnasium, in quo Græcè literæ & religiones tradebantur Hierosolymis cõstituit. Deniq; à Menelao fratre pulsus, exul Lacedæmone periit. 2. *Mach.* 5. Prima corruptæ religionis labes.

Eius multiplex fuit iniuria, quòd pecunia ambiuit nõ virtute, quòd à Rege, non à clero & populo, quòd fratrem depulit, nec mortem eius expectauit, quòd denique pontificatum perpetuum temporarium fecit.

Lysimachus ad summum sacerdotium quoque grandi pecunia aspirabat, 2. *Mach.* 4 templi spoliator. *Ibid.* ad aliquibus frater Menelai censetur.

r Hic est Menelaüs alter Pontifex, qui pecunia honorem à rege emit, morte prioris nõ expectata, iisdem artibus, quibus

3922.

Hactenus autem sacerdotum successio Græcorũ etiam principatu conseruata. Iam posterior ætas pontifices à Syriæ tyrannis constitutos habuit hac serie.

15.

p ONIAS superioris Simonis filius Tyranni metu in Ægyptum profugit, & impetrata regione Heliopoleos ibi templum Hierosolymitano simile in Hieropolitarum agro extruxit.

16.

q IESVS, qui suum in Iasonis nomen trãsformauit, an. 3.

2. Mach. 3. & 4.

Esaia & Hasmoni Iudæorum principibus.

17.

r MENELAVS, qui antea Ananias post Iasonem fratrem expulsum, an. 12.

Ibid.

580.

Anni vrbis conditæ. 580.

18.

f CVIVS tempore pseudopontifex Alcimus aliquãdiu sedit.

19.

t MENELAI an. 7. Iudas Hasmoneus Sacerdotium & Remp. cœpit administrare, 1. Machab. 2. & 3.

Rege Syriæ Antiocho Epiphane.

Ægypti Ptol. Eupatore.

Sub his omnibus lapsi sunt anni plus minus 280. Nam ab Alexandro ad Machab. fuerunt anni circiter 140 vt Rabbi Iose annotauit,

Anni mundi. 3922.

1. Mach. 2. & 3.

Sacerdotes simul ac Duces Machabæi.

1.

a MATHATHIA filius Iohanam, an. 1.

bus Iason prius.

Iosepho est Iasonis frater. At Machabæorum historiæ Simonis cuiusdam Benjaminitæ præpositi templi. Atque ita Iason vltimus fuerit Pontifex de posteris Eleazari.

Inde inter Iasonẽ & Menelaũ cruenta certamina. 2. *Mach.* 5.

Epiphanem in vrbem accersit. Ab Ant. Eupatore Epiphanis filio interfectus est. 2. *Mach.* 13.

Cùm non persolueret promissas pecunias à rege eiectus est Sacerdotio, quod tamen postea Lysimacho (cui datum fuerat) à Iudæis propter sacrilegium occiso recepit.

Et ab Ant. Eupatore Epiphanis filij Lysiæ suasu occiso, Alcimus quidam alienigena successit. Et hoc diuinitus percusso, deficientibus hæreditariis successoribus, omnium voluntate Iudas Machabæus suscepit Pontificatum.

f HASSIDEOS (id est, Esseos quasi Sanctos חסידים Heb.) sexaginta occidit, Alcimus. 1. *Mach.* 7. Erant ergo ante Machabæos & Pharisæos Esseni, de quibus Plin. lib. 5.

Præcepit muros sanctuarij interioris dirui, & opera Prophetarum destrui. Post paralysi atrociter cruciatus interiit.

t Ità interuallum turbatæ successionis inter Oniam Simonis Iusti filium, & Iudam Machabæum fuit annorum circiter vndecim. Quod ex seriæ regum Syriacorum doceri etiam potest.

a IVDÆI, vt notat Kimhi in Haggæum, arbitrantur Machabæos non fuisse de tribu Iuda, sed Leui, ac eo nomine adeptos esse sacerdotium. In qua sententia video Nostros, qui tamen addunt genere materno fuisse de regia sobole, ac eam ob rem cum sacerdotio delatam illis fuisse Reip. summam, persecutionis Antiochorum, qui totam ferè nobilitatem extinxerant, temporibus, non sine insigni Dei prouidentia, qui impletam cupiebat prædictionem Iacob, Non auferetur septrum de Iuda, donec veniat Silo. *Genes.* 49. Sic Iaïr filius Manasse. 1. Paral. 2. vers. 21. & 22. ex parte matris de tribu Iuda fuisse dicitur. Sic & Elihu Buzites apud Abben Ezra, Iob. 32. Ego verò lubens contrarium crediderim, genere paterno fuisse de tribu Regia, materno Leuina, vt duæ tribus sese solebant matrimonio colligare. Sic enim prædictio Iacob cum euentu melius congruet. Lege Cyrillum lib. 3. contra Iulianum Apostat. qui regnum Dauidis garriebat cessasse in Sedechia.

Mathathias cõtra Antiochi Epiphanis duces, primus arma cepit, & filios hortatur, vt Ecclesiæ reliquias defendant, & expellant. Tyranni exercitum, sicut Daniel prædixerat cap. 11. Subleuabuntur auxilio paruulo, &c.

Publicè Idolis sacrificantem Hebræum in ore omnium iugulauit. Tum demum oppido egressus multis ad eum confluentibus speciem iusti exercitus effecit, ac cum filiis egregiam in conseruanda religionis libertate operam ac fortitudinem præstitit, atque hinc deinceps principatum in sua familia reliquit, primum principis, deinde regis nomine vsque ad Herodem.

Sub his autem principibus templum augustius fabricatum, adeò vt externarum gentium amicitias mererentur, Romanorum, Lacedæmoniorum, Athenienſium.

Temporibus Machabęorum Romani imperij magnitudo, decus & terror cœpit.

Machabæi. 30. annis bella gesserunt cum Antiocho Epiphane & successoribus. Qui quamuis sanctissimi principes,

581.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& longe ante prædicti à Daniele c.11. infœliciter tamen omnes occubuerunt. Nam Iudas in acie cecidit. Ionathan à Triphone proditoriè interficitur. Simeon per insidias à genere Ptolomæo de medio tollitur. Pij suo sanguine sæpe imperia conseruant & erigunt, vt discant non sperare in hoc mundo, sed in Deo, cui operam tam egregiam nauant, & cuius causa ponunt animam suam in manibus suis. Psam.118. Sic Christus sua morte sibi & suis peperit Ecclesiæ regnum.

Deinceps eorum posteritas regnasse traditur ab Hebræis annis.103. totis, quot etiam notant Herodianos tyrannidem tenuisse vsque ad cladem Romanam. Et certè ducentos & sex præfinitè reperias ab initio Ioannis Hyrcani vsque ad illam cladem. Nempe ab illo ad Herodem magnum an. 102. ab Herode ad 38. Christi passi, 104.

Machabæorum autem nomen inde fluxit, quòd Matthathiæ filius Iudas militibus suis belli tesseram dedisset Mosis hanc sententiam. Exod.15. מי כמוך באלים *quis sicut tu in dijs, vel fortibus Domine.* Nam cum eam singulis ordinum vexillis, tanquam certæ victoriæ omen, per quatuor has literas מכבי inscribi iussisset, populo breuitatis causa legentq; Machabai, paulatim obtinuit, vt huius tesseræ auctor Iudas, fratres, eorum posteri Machabæi dicerentur. *R. Isaac ben sholá.* Eorum strenua gesta pro patria & pietate prædixerat Daniel, ducentis vt minimum annis ante, cap. 11.

b IVDAS Machabæus belli sacri commentarios scripsit, quod Matthathias pater aduersus Asiæ reges pro libertate & diuinis legibus gessit. 2. *Mach.* 2.

Nam è tribus captiuitatibus hæc fuit grauissima. In Ægyptiaca enim & Babylonica, religionis vsu non prohibebantur, in hac, patria libertate simul ac religione mulctabantur. A qua, historia libri primi Machabæorum orditur.

Primus princeps Iudæorum. Eius autem imperium cœpit vndecimo Epiphanis post annum regni Græcorum. 147.

Cum templi Garizim honorem Samaritani Ægyptij templo Hierosolymitano ausi essent opponere, Andronico Iudæo huius maiestatem, sanctitatem, veritatem, per continuas pontificum successiones vsque ad sua tempora perpetuatam, deinde per orbis communionem, denique per scripturas demonstrante, rex Ptol. Philometor Hierosolymitanum esse ex sententia Mosis conditum pronuntiauit. *Ioseph. lib.13.cap.6. Antiq.*

In his sacris bellis duo Machabæorum fratres, Ioannes & Eleazarus ante receptum principatum occubuerunt.

Iudas nouies cum hostibus conflixit per se, per fratres sæpius. Primò Appollonium ducem Samariæ vicit & occidit. Deinde Saronem inferioris Syriæ, mox Ptolomæum Dorymnis filium, Gorgiam & Nicanorem exercituum duces cum 40. millibus peditum & septem equitum, militibus suis ad virtutem nauandam accensis, deinde ope Dei quæsita, quem ieiunio & precatione propitiauit.

Quarta expeditione Lysiam tribunum militum cum. 60. peditum millibus & quinque equitum profligat, post quam purgare & restituere templum animum intendit, muróque circumdare & constituere, qui perpetuum præsidium armati agitarent, tribus annis & sex mensibus postquam abolita ab Antiocho religio fuerat. Quod etiam prædictum à Daniele fuit c. 8. & 12. cum dixit fore vt post dies mille trecentos mundaretur Sanctuarium.

Deinceps Idumæos, Timothæum ducem filiorum Ammon, denique gentes, quæ confederant in Galaad. Quæ cùm gereret Antioch. Epiph. in Babylonia miserè periit. Eodem tempore per fratrem Simeonem in Galilæa profligat Tyrios, Sidonios, & Palestinos.

Anni mundi.

3923.

3926.

3926.

Anni vrbis conditæ.

581.

585.

585.

2.

b IVDAS MACHABÆVS dominatum suscepit an. vndecimo Epiphanis, quem administrauit annis, 4.

1 Mach. 3.4.5.6. 7.8.9.

Antiocho Epiph. Antiocho Eupatore & Demetrio Syriæ.

Ptol. Epiphane, deinde Ptol. Philometore Ægypti regib.

Anni vrbis conditæ. 585

Alcimo pseudopõtifice.

Anni mundi. 3926

Sextò obsedit arcem Sion, deinde Eupatorem vrbem cingentem, vt Græcis in arce obsessis succurreret cum peditum centum millibus, & viginti millibus equitum, elephantisque triginta duobus, fudit, & Lysia ipso auctore ad pacem compulit. Septimò post mortem Antiochorum sub Demetrio Bacchidem eius ducem, & Alcimum pseudepiscopum vicit, altero prælio Nicanorem alterum Demetrij ducem & castris & vita ad Bethoron exuit. Atque inde pacem & amicitiam cum Romanis contraxit, 1. *Mach.7. Ioseph.* 12. In nouissimo conflictu contra Bacchidem iterum & Alcimum fortiter pugnans, ante muros Hierusalem occubuit.

Regibus Syriæ & Aegypti cum Romanis ad Macedonicum bellum profectis Hierusalem ingreditur, templum pollutum expiat, diem Encæniorum. 25. die Decembris instituit, qui temporibus Christi adhuc celebrabatur.

[Encænia quæ Christus Dominus celebrauit, ostendút vim & authoritatem sacri tynedrij Ecclesiastici, vt habetur Ioan. 7.]

Collatione multi argenti facta, sacrificium iussit offerri pro peccatis mortuorum militum. 2 *Machab.* 12. Nam hic erat ritus Ecclesiæ veteris Testamenti, vt docuimus libro à nobis verso, qui inscribitur Precationes Iudæorum pro defunctis, è libro Mahzor. Sed & Fagius & Munsterus hæretici in annotat. ad. 14. Deut. ex libris Iudiciorum, precis particulam recitant, quę pro illis fiebat in antiquo testamento. *Requiescat anima eius, & sedes eius sit in pace, Requiescat & veniat in pace, donec adsit Consolator annuntians pacem, &c.* Integram offendes in meo, vbi supra, quemadmodum & breuiorem, quã hascaba nominant, quasi orationem pro requie siue cubitu. Quod officium solus sui interfectoribus fuisse denegatum ostendit Iosephus Hebraicus de bello Iudaico à Dauide Kybero hæretico conuersus. Atque hæc propter Munsterum, qui sui immenor, vel potius religionis odio cæcatus, vt eiusmodi hominibus contingere solet, in. 19. cap. libri. 3. Iosephi Hebraici à se translati asserit, orare pro defunctis Hebræis nunquam fuisse visitatum. Nam contrà, nunquam fuit non visitatum. De quo aliàs.

Diebus his sub Iuda Machabæo Monarchia quarta post tertiam, nempe Imperium Romanorum, quod excitatum est cõtra Imperium Græcorũ, dum creuit nomen Romanorum super vniuersa regna. Ipsa est bestia quarta, quam vidit Daniel (*c.*7.) quæ deuorabat & comminuebat, & cætera pedibus proculcabat. *Ioseph ben Gorion hist. Heb. c.13. & historici omnes Hebræi.*

Synodus septima Alexandriæ de vera Ecclesia præsẽte Ptol. Philometore contra Samaritanos, in qua Andronicus Sanctitatem, authoritatem & religionem Cathedræ Hierosolymitanæ docuit è testimonijs Scripturæ, continua successione summorum pontificum, et omnium gentiũ præsertim Asianarum communione. Ioseph. lib. 13. cap. 6. pag. Græci exemplaris 387.

3

585 1. *Mach.* 9. *ad* 12. 603

c IONATHAN an. 18

3944

Demetrio & Alexandro Syriæ regibus.

c PHARISAEORVM ordo sub hoc oritur. *Ioseph. lib.13 Antiq. cap. 9.18. & lib. 8.cap.2. & lib.2. de bello, cap.7.*

Sic & Saducæorum secta.

Esseni valdè augentur, affines Pythagoreis. *Ioseph. lib.10. cap.13.* & religiosis nostris. *lib.2. de bello cap.* 12.

Ptol. Philometore Ægypti.

Quatuor menses totos post mortem Iudæ, Græci duce Alcimo pseudopontifice occuparunt Hierusalem, & populum Domini acerbè afflixerunt. Sed tandem eam recuperauit Ionathan. *Iosippus.*

Alcimo pseudopõtifice.

Bacchidem ducem Demetrij vicit, data pace, si perfugas, captiuósque, omniáque bello rapta redderet.

Post aliquot annos Appollonium ducem alium Demetrij, qui decertabat cum Alexandro.

Exorto bello inter Demetrium & Alexandrum, qui sé filium Antiochi Epiphanis asserebat, partes Alexandri secutus est, à quo & Pontificiam vestem, & coronam adeptus est. Ita deinceps Pontificatus ad Machabæorum familiam translatus est.

4

603 1. *Mach.* 13. *ad* 16. 612.

d SIMEON an. 8.

3952

Victo Demetrio, quoad Alexander regnauit, res Iudæorum tranquillæ fuerunt, & Ionathan summis ab eo honoti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus affectus.

A Tryphone, qui partium fuerat Alexandri, à Demetrio interfecti, receptus in amicitiam pace simulata, inuitatúsque Ptolomaidem interficitur. Sed & Antiochus Alexandri filius ab eodem captus necatur, vt succederet.

Ionathan fœdus renouat cum Areo Spartanorum rege, & cum Romanis, 1. *Mach.* 12.

Anno nono sui principatus declaratur à populo Pontifex. Est autem nouum, quòd Iosephus ipsius dominatum quatuor annis definiat. *lib.* 13. *Antiq. cap.* 11.

R. Abraham in Cab. historica eandem annorum summam tribuit Machabæis, sed sic inuertit. Mathathias an. 1 Iudas 6. Ionathan 6. Simeon. 8. an.

d REX Demetrius Simeoni principatum & summum sacerdotium confirmauit in æternum, donec surgeret propheta fidelis. i. Christus, de cuius proximo aduentu celebertima erat fama. *Mach.* 14.

Antiochus Sedetes eum etiã ornauit donis & honoribus & ducem constituit à Tyri terminis ad fines vsqu e Aegypti.

Signandi pecuniam ius concedit, & superiorum omnium regum donationes confirmat.

Inde Romani ad omnes reges populósque scripserunt, ne Simoni in aliquare molesti essent.

Mausolæum habens. 7. pyramides cum familiæ insignibus, parentibus & fratribus construit Simeon.

Hæc autem consuetudo Pyramidum in sepulchris ponendarum ex Aegypto manauit. *Diodorus.*

Eius rogatu Demetrius. 2. ab omni tributo Iudęos absoluit Quæ fuit vltima immunitas à regibus Syris data Iudæis vectigalium & tributorum omnium, anno. 170. regni Græcorum, 1. *Mach.* 13.

Tunc ergo Iudæi externorum dominatu plenè liberati sunt, eiectis ex arce Macedonibus. Ea autem mundata, magnum ducem & principem Iudæorum Simeonem appellarunt & inscripserunt. Siquidem in actis scribebant. *Anno primo sub Simone pontifice & principe Iudæorum Ibid.*

Dilatat fines suos constructo in Ioppe portu. Cùm Lacedæmoniis & Romanis pacem renouat. Gazam capit, eique Ioannem filium præficit, eamque mundauit simulachris euersis.

Eum Ptolomæus quidam genet per insidias cum duobus filiis Iuda & Ionathã interemit. Vnde bellum luctuosum.

Nam Ioannes superstes filius, qui patri succesſit, diu obsidet oppidum Argon, vbi se clauserat Ptolomæus, donec natis eius & fratribus aliis, virgis scilicet, per muros tempore obsidionis cæsis, spectante Ioanne, & demum occisis, cõfugit ad Zenonem Totitam Philadelphiæ tyrannum.

e IOANNES, qui & à deuicto quodam Hyrcano Hyrcanus, diruit sanctuarium, quod Samaritani in monte Gatizim extruxerant ante annos circiter ducentos: & hæreticos mactauit, qui extra templum offerebant. Sub finem regni propter cuiusdam Eliezeris procacitatem, factus est Sadducæus. *In Seder Olam.* Proindéque magistros, siue doctores partim trucidauit, partim fugauit. *In Tract. Sanedrin 2 cap. Helec diuisio et in Tract. de sponsalibus.*

In eo finitur historia primi Machabæorum.

Ptolomæum affinem patris interfectorem bello est persecutus.

Obsidione Antiochi Pij tandem est liberatus, ille in Perside mortuo. 2 *Mach* 1.

Antiocho verò mortuo Syriam inuasit, vrbes quasdam prius Iudæis eteptas recepit Antiochum Cyzicenum profligauit.

Anni mundi.		Anni vrbis cõditæ.
3952	*Alexandro, Demetrio, & Antiocho Sedete Pio Syriæ.*	632
	Ptol. Philometore, deinde Euergete 2. Ægypti.	
3983	5. e IOANNES HYRCANVS Simeonis filius, an. 31.	613 1. *Mach.* 16. *Ioseph. lib.* 13 *Ant. c.* 17 644
3983	*Antiocho Pio, Demetrio Soteris filio, Antio. Grypho, Antio. Cyziceno Syriæ regibus.*	

Anni vrbis cõditæ.		Anni mundi.	
613	*Ptol. Euergete, deinde Ptol. Physcone deniqu Pto. Alexãdro. Ægypti.*	3952	Diadema capiti suo imposuit cum regnum ei non deberetur post captiuitatem, sed ei cui repositum erat, & qui erat expectatio gentium. *Hieron. in 21. Ezech.* Mirè aucto imperio, Samariam post integrum oppugnationis annum, torrentibus in ruinas immissis, solo æquauit, quam suo tempore Herodes instaurans Sebasten in honorem Augusti vocauit. Templum Samaritanorum in Garizin diruit, Galilæam subiecit. Idumæos ad iudaismum & circuncisionem adegit atque ita religionis studiosos reddidit, vt omnium pertinacissimè, Neronis principatu, arma caperent duce Simone ad vrbem sanctam contra Romanos tuendam. *Chronica Heb. regum Israel secundi templi.*
	Synodus sapientum septima de probandis Pharisæis quorũ duces Sammai, deinde Hillel: damnandisque Sadoc & Baiethos Saducæorum conditoribus, qui proinde ad Samaritanos transfugerunt. Vbi confirmati libri Iudith, Tobiæ, &c Vbi & libri Machabæorum videntur inter sacros primùm relati.		Muros Hierosolymitanos vetustate collapsos restaurauit principatu, sacerdotio, & prophetiæ dono clarus. *Ibid.* & 4 *Machab.*
	Et tertius Hebræorum canon cõditus.		Amicitiam cum Romanis renouauit: A Pharisęis domi contemptus, illorum institutis abrogatis ad Sadducæos se contulit, atque inde diem suum obiit. *Ioseph.*
			In senatum summum Septuaginta vnius viri Sadducæos conscripsit, deiectis gradu omnibus Catholicis. Vnum Simeonem Sartæ filium retinuit, quod sibi esset, & vxori Salomæ affinitate iunctus. *In lib. Taanith. responsionis vel affli-Hionis cap.* 10. quæ quidem Salome Catholica erat & Catholicorum fautrix. *Ibid. cap.* 11.
			Huius gesta & vnius ac triginta annorum historiam continet Machabæorum apud Græcos quartus, & decimus tertius Antiq. Iosephi.
			Primus omnium Iudæorum ducum externum militem conduxit. Triáque millia talentorum e Dauidis sepulchro effodit, è quorum parte, vt sacrilegij inuidia declinaret, Xenodochium instituit ad peregrinos pauperes excipiendos, *Egesi. lib.* 1.
			Iudæi qui erant Hierosolymis secundum Machabæorum librũ in formam epistolæ scribunt ad Iudæos, qui erant in Aegypto. 2. *Mach.* 1. *Vers* 10.
			Duæ nobiles familiæ seu collegia Sammai, & Hillel, ex quibus orti sunt (vel potius incrementa acceperunt) Scribæ & Pharisæi, quorum suscepit scholam Rabbi Akibas, quem magistrum Aquilæ, Proselyti nonnulli putant. Et post Akibam Meir, cui succesſit Iohanãn filius Zacchai, & post cum Eliezer, ac per ordinem Delphon, & rursum Ioseph Galilæus, denique vsque ad captiuitatem Hierusalem Iosue. *Hieronymus è Nazaræis in 8 cap. Esaiæ.* Aquilam autem hunc vertius existimarem esſe Onkelos interpretem Chaldaicum Mosaici Pentateuchi, quàm eum, qui vixit Adriano Imperatore.
			Antignus Sochæus, cuius discipuli Sadoc & Baiethos, boni præceptoris mali discipuli, sectam Saduçęorum, (Et Baiethusæorum, *R. Iuda Leuita in Alcosder fasciculo.* Etsi eandem coaluisse in vnum videntur) quæ etiamnum hodie Cõstantinopoli & alibi perseuerat, introducunt, negantes lestantinopoli & alibi perseuerat, introducunt, negantes legem ore traditam, nec fidem habentes vlli rei, quæ non esset quinque libris Mosaicis consignata. Vnde Karaim quasi Biblici siue Legistæ dicti sunt. N *Mikra lectio* Scriptura. *R. Nathan in Vitis Patrum Elias in Tisbi*, & negatores legis ore traditę. *Aben Ezra lib. Sabot.*
			Reiiciebant Masoreth & omne Perus. i. traditiones Patrum & omnem legis expositionem. *Ioseph ben Gorion. lib.* 4. *hist. cap* 29.
			[De baiethos verisimile est ex illo nomine appellata fuisse omnia Commentaria externa, quæ alias Bariethoth appellata sunt. Postellus in Ietsiras id est libro Creationis.]
644		3983	Quare neq; Prophetas & Hagiographos recipiebant, ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que Spiritus Sancti aut Angelorum subsistentiam, vt nec mortuorum resurrectionem, credebant. *Act.*23. denique in Iudæa id erant ferè, quod Samaritani in Samaria. Propter istorum hæresim, inter Pharisæos siue Catholicos & Saducæos, in gubernatione varij tumultus exorti sunt, qui tantem Iudæam perdiderunt.

Sadducei ergo de nomine auctoris sui Sadoc. *R. Nathan in Harnc.* Non à Iustitia, quasi iustitiarij aut iusti, vt nonnulli putant, etsi hęretici speciosa nomina sibi soleant tribuere.

Nata dicitur ista hæresis à quodam dicto Antigni aliter accepto, quàm ipse intellexerat. Ne sitis sicut serui, qui seruiunt Domino pro pretio & mercede, sed sicut serui, qui seruiunt gratis, citra spem vllius mercedis. Sitque timor cæli super vos. *R. Nathan in Harnc, & in Pirkė Aboth.* Quasi inde sequeretur à Deo nihil præmij esse expectandum.

Hęc hæresis excepit Samaritanam, excitatam à quodam Manasse sub Alexandro magno, de quo suprà. Multos deinde habuit sectatores vsque ad Romanam captiuitatem: quo tempore ita debilitata est, vt non nisi. 700. post annos efferre sese cœperit, auctore quodam Anan & Saule eius filio Sareis, qui eam in Iudæorum populo quantumus dispersо & exiliis afflicto, dicuntur renouasse, quòd Anan non potuisset consequi gradum Talmudici doctoratus, id est, esse Gaon, [Gaon propriè superbiã significat. quamuis etiã promulgare significat.] Vnde & fabulam esse docuit multis libris, quicquid Talmudici dicerent, multo fabulosius doctores suas traditiones & ritus deduxisse per ordinem è prophetis & sanctis viris: suos esse puros & è verbo Dei, Magistratibus non esse obtemperandum, &c. *R. Abraham in Cabbala historica.*

Extare hodie in Africa Ioan. Leo testatur in eius descriptione. pag. 67. & 89.

Samaritani in quatuor sectas contra legem Mosi scinduntur. In hoc conueniebant præcipuè, quòd Prophetas minimè reciperent.

Pharisæorum & Essenorum sectæ Orthodoxæ, nisi quòd feruore altercationis contra Sadducæos, Samaritas & Baiethoseos (hæ enim tres hæreses iam in vnam familiam conspirauerant, & pariter cupiditatibus & impietati frænа laxauerant) superstitionibus quibusdam tenerentur, de quibus Ioseph. in Antiq. & de bello.

Nam Pharisæis attribuit Epiphanius quod fato multa tribuerent, & Astrologiæ operam darent.

Ben Gorion tamen *Hist. Iudaic. lib. 4. cap.* 23. Hacamim siue sapientes cognominat, & Hieronym. ad Algasiam quæstione 10 σοφοὺς cognominatos tradit.

Docebant autem traditiones religiosè seruandas contra Saducæos. *Ibid. Ben Gorion.* vbi & addit Pharisæis adhæsisse plebem, Saducæis autem ditiores & potentiores.

Septem autem erant Pharisæorum sectæ siue ordines. *In tract. Sota. cap 2. id est Statutorum.*

Philastrius meminit cuiusdam Dosithei præceptoris Saddoć, sed puto Dositheum, esse Hebræorum Baiethos. Cæterorum hæreticorum nomina, quos ante Christum num. 28. percenset, in Hebræorum scriptis non reperio.

Nisi is sit à quo in Ghemara. id est absoluta syntaxi, id est Thesauro. cap. Sulluah Hakken id est missio scrutinii vocatur דוסיתהיא Dosiothitæ.

Dositheus Samaritarum Hæresiarcha pseudochristus. *orig. hom.* 25 *in Luc.*

Ab Antigono Cabbalam edocti sunt Rabbi Iose filius Ioazar, & Iose filius Iohanan. Ab his deinde Iudas filius Tabæi

Anni mundi. 3952 — 3983

Anni vrbis condit. 613 — 644

IOHANNIS HYRCANI MACHABÆI SÆCVLO.

Anni vrbis condit. 613

644 *Ioseph. Ant. lib.* 13. *c.* 18.

645

643

6.

f ARISTOBVLVS primus post captiuitatem Rex, an. 1.

Postremis in Syria & Ægypto regnantibus.

Anni mundi. 3952

3984

3984

baei, & Nathæus Arbelites.

Simeon Ben Sata & Iosuë filius Prahaiæ. Posterioris discipulum fuisse Iesum conseruatorem nostrum addita fabula ioculari mentiuntur in Talmud, & Seder Olam. Addunt fuisse suspensum an. 51. regni Machabæorum & ætatis. 36. Ad cuius confutationem temporum ratio satis est. Nam inter vtrumque est interuallum. 100. annorum. Hoc autem aiunt vt indicat Rabbi Abraham in sua Cabbala, ne ipsorum excidium & perpetua calamitas morti Christi tam vicina inde videatur causam trahere. Fabulas eorum de Christo habes Tractatur de Sabbato cap. 12. & tract Herubin cap. 2.

Simon Ben Sata Pharisæus frater vxoris Hyrcani ab exilio restitutus Hyrcanum placauit Pharisæis, vnde reuocatus R. Iosua, Ben Prahaiæ, qui Alexandriæ quoque exulabat. *cap. Helec.*

Scribæ summæ authoritatis viri hac præcipuè ætate florent, etsi dudum ab Ezra instituti. Eorum munus erat, vt de lege consulti ex sanctis libris & prophetarũ oraculis responderent, sicut apud Rom. in rebus dubiis, ex Sibyllarum voluminibus Aruspices. In Euangelio videntur etiam appellati Legisperiti. Et certe, vt Pharisæi Theologis respondebant, qui penitus mysteria scripturarum scrutantur: ita hi Canonistis, quia leges ciuiles & Mosaicas secundum legis corticem curabant. Epiph. lib. 1. Panarij refert fuisse interpretes diuinarum Scripturarum, indéque Scribarum nomen fuisse sortitos. Consueuisse autem Scripturas exponere quatuor modis, quorum primus Mosis prophetæ diceretur, alter Akibæ, tertius Ammani siue Idæ, quartus Hasmoneorum. Erant & ipsi Catholici, vnde Mat. 23. vna cum Pharisæis sedisse dicuntur super Mosis cathedram, vt qui eam vacuam inuasissent, dum sacerdotes diuitiis Ecclesiasticis aburentes desererent suum officium. Alioqui neque ipsi neque Pharisæi erant necessario de genere Sacerdotũ, quorum proprium erat sedere super illam cathedram. Nam Scribæ ferè erant de paupere Simeonis tribu *Rab. Selo & Chald. in* 49. *gen.* Pharisæi, quibus hodie successerunt Rabbini, de qualibet. *Cozri & Cab. historica.*

[Modi illi sunt similes nostratibus. Moses est proliterali quem vocãt *Catebhah*, id est scriptura, alter est *mashbet* similitudo, constat enim Tropologia. tertius est allegoricus, illis dicitur *dimeion*, id est analogia. quartus est anagogicus id est *sophioth*. id finium.]

Libri Machabæorum his temporibus scribuntur. Nescitur auctor. Qui licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. *Hieron. Prolog. 2. in eos libros.*

Quod ei tamen non simpliciter concesserim. Nam vt non sint de primo Hebræorum canone tempore Ezræ edito, at sunt de secundo, vel potius tertio. Vnde Iosephus alicubi Eleazari & septem fratrum & matris eorum Hannę martyria, apud Hebræos inter sacras literas haberi affirmat.

[Hinc apparet eos errare grauissimè, qui contendunt nullũ esse discrimen ciborum, quandoquidem hæc martyria pro non edenda carne suilla constat In libris Machabæorum.]

Postea Synagogæ iudicium secuta Ecclesia pro sacris & Canonicis habuit. Nam vt Græcos omittam, Origenem, Chrysost. homilia de Machabęis, Damascenum, &c. Canones Apostolorum, tertio etiam qui Græcè extat recepto, Cyprianus ad Cornelium citans illud, 1. Machab. 2. tanquam è diuina Scriptura: *Verba viri peccatoris ne timueritis, &c.* Et ad Fortun. cap. 5. 11. 15. 53. Item epist. 55. Scripturam diuinam vocans. Tertul. aduersus Iudæos. Amb. lib. 2. de Iacob & vita beata cap. 10. 11. 12. lib. 2. Offic. c. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& 41. & 3. Offic. Innocentius 1 tempore Augustini epist ad Exuperium Tolosanum cap. 7. August. lib. 18. de Ciuit. cap. 36. lib. 1 contra 2 epistolam Gaudentij cap. 27. lib. 2 de doctrin. Christ. ca. 8 lib. de cura pro mortuis cap. 1. & Conc. Carthag. tertium, cui idem August. subscripsit, Hieronym. vbi supra, id abundè docent. Denique Gelasius in Concilio 70. Episcop. qui mense Octobris eos legi in Ecclesia voluit.

Vnde Bellator Presbyter, & Rabanus Maurus præter Glossulatios ordinarios eos sunt commentati.

Nec obest, quod scriptor ad calcem libri secundi veniã precatur, si quid minus digne scripserit. Nam hoc debet de Verbo, non de re intelligi. Q. d. Si non tam eleganter scripserim atque decuit, concedendum mihi est. Vt Paulus, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia.

f ARISTOBVLVS primus post captiuitatem, regem Iudæorum suscepto diademate se appellauit. Quod libertati plenè recuperatæ deesset insigne, noménque regium, quod habuerant antiquitus. *Ioseph. lib 20.*

Nam a tempore restituti templi apud Iudæos non reges, sed principes fuerunt vsque ad Aristobulum. *Aug. lib. 18. de Ciuit. c. 36.* Ioannis (non Ionathæ, vt mendosè illic ex Eusebio habet Vines) filium.

Iuræos bello domitos ad circuncisionem adegit eósque ad Idumæos adiunxit. *Ios. lib. 20.*

Matrem in carcere fame enecauit, vix anno tyrannidis exacto miserè mortuus. *Idem.*

Antigonum fratrem occidit, tres alios in vinculis habuit.

Antea dicebantur summi sacerdotes, vel principes. Sed quia Sadducæus erat sacerdotis nomen habuit pro abiecto & pudendo, adeò vt eius functionem obire nunquam voluerit. *De rebus regum Israel secundi templi, & Iosippus.*

g HVIC frater Alexander succedit beneficio Salomes, quæ & Alexandra Aristobuli vidua: eam enim cum regno in vxorem accepit, pace cum Cleopatra Aegypti, quæ Ptolomæum filium suum maiorem bello persequebatur, facta.

Hæreticus fuit, siue Sadducæus. Quare & crudelis, quemadmodum hæreticis insita esse solet barbaries. Catholicorum Iudæorum sex millia occidit, septingentos Pharisæos crucifixit, cæteros in fugam conuertit. Insignis denique insectator sapientum, qui vocabantur Pharisæi. *Verba libri de rebus regum Israel secundi templi.* Non potuit tamen efficere, quin plebs esset Catholica & Pharisæorum cathedram sequeretur. *Iosippus.*

Inde Cilices & Pisidas corporis custodes sibi asciuit. *Iosephus.*

Sub eo tristissima clades accepta est, in qua Ptolo. Lathyrus. 30000. Iudæorum trucidauit, & captiuos, interfectorum carnibus vesci coëgit.

Graui morbo affectus per tres annos, in supplicium religionis exagitatæ, tandem in castris cum vicinis pugnans, fætidũ exhalauit spiritum. *Ibid. de rebus regnum Israel secundi templi.* Ter Arethan regem Arabum vicit.

Cœlosyriam & Phœnicem tentauit, atque ex iis vrbes aliquot abstulit. *Iosephus.*

Moabitas & Galaaditas victos vectigales fecit, donec aduersus eum cõcitato Demetrio à Pharisæis, cedere compulsus est. *Idem.*

Demetrio inde domum ob Iudęorum transfugia reuerso, Bethomæ Catholicorum principes circumsedit, atque vrbe expugnata in deditionem accepit. Deinde Hierosolymam reuersus ex eis octingentos cum liberis & vxoribus trucidauit. Quare à Iudæis Crucifixor est appellatus. *Idem.*

Anni mundi		Anni vrbis condit.
3983		645
3984		
4011.	7 g ALEXANDER IANNES Crudelis, an. 27.	645 Ios. lib. 13 Ant. c. 22 672
	Antio. Cyziceno Syriæ.	
	Ptol. Alexandro cum matre Cleopatra, deinde Ptol. Lathyro Ægypti reg.	
3983		672

Fratrem

Anni vrbis cond.		Anni mundi
672		4020
	Frattem interfecit, alterum Absalom nomine, priuatum viuere coëgit. Secundam contra Catholicos & Pharisæos persecutionem mouit, subruta Bethsemes ciuitate, in quam illi confugerant. *Iosippus.* Demum in obsidione Gerasenorum est mortuus. *Idem.* Hillelis doctoris insignis. 80. discipuli. Clariores Ionathan filius Vziel, cuius paraphrasis Chaldaica in vetus Testamentum magna ex parte extat, & Simeon Iustus, qui Christum vlnis excepit. Is est Simeon, in quo spiritum Synagogæ magnæ, qui erat prophetico minor, communi maior, defecisse authores sunt Talmudici *in tract. Pirke Abhoth sectiones patrum.* Rabbi Mosc Aegyptius, non tantum discipulum, sed & filium Hillelis fuisse scribit, Gamalielisq; (ad cuius pedes legẽ Paulus dicit) præceptorem, imò verò & patrem. *In præfat. Maemonim.* [Tres spiritus illi sic se habent. Communis est is quo ex collatione locorum sacræ scripturæ, futura præuidentur, vt luti qui est blasphemos & fornicator, non prosperabitur. hoc potest referri ad quemlibet fornicatorem, vt sit infœlix. Prophecicus verò est, qui reuelatione propria refert ad vnumquemque suas prædictiones. Synagogicus verò componebatur ex illis duobus vt & generalem scripturæ sensum eruet, & ad singulos homines sua propria vaticinia referret, & cõparatione reuelationum similium; per spiritum autem intelligendum est donum spiritus.]	
672 Ios. lib. 13 Ant. cap. vltim Eges. li. 2 cap. 13.	8 h ALEXANDRA Alexandri vidua an. 9.	
681	*Pontificatum exercente Hyrcano filio ipsius primogenito.*	
	Antioch. Cyziceno Syriæ.	
	Ptol Lathyro & Ptol. Aulete Ægypti reg.	
681 Ios. lib. 10. Ant. c. 8.	9 i HYRCANVS Rex & Pontifex, an. 34.	
715	*Aristobulo fratre, Antigono nepote de regno cũ ipso contendentibus.*	
715		4054
	In More doctrina autem parte. 1. c. 62. & in Talmud tract. Ioma. dies c. Tereph, imago inter Sacerdotes eum numerant sub quo & aiunt desiisse benedictiones in Dei nomine Tetragãmato, ita vt deinceps illæ factæ sint per Sem Hãmephoras nomẽ explicatũ duodecim literarũ. Hoc videtur sentire Nostri, vt qui illũ Deo Patri Christũ infantulũ præsentasse, & Virginẽ purificasse, & alia sacerdotalia munera obiuisse cẽseãt Hillel qui. 110. annis vixit, pater Simeonis Iusti, Simeon Gamalielis, Gamaliel Simeonis iunioris magni facti, quòd essent doctissimi, simul & nobilissimi, de familia Dauidica. Vnde ex eorum consilio Synagoga administratur centum totis annis vsque ad Romanam captiuitatem. *R. Abraham in Cabbala historica, Cozri.* h TESTAMENTO mariti regnum tenuit, Pontificatum Hyrcano maiori natu attribuit. Alexandro marito paruit, qui moriens ei consuluit, vt omnem potestatem Pharisæis, quos multis modis ipse cruciauerat, daret: sicque tranquille regnaret. Multa enim apud populum isti poterant. Alexandra ergo Pharisæis studuit, quos superiores reges à Ioanne Hyrcano insectati fuerant, ita tamen vt etiam Sadducæos toleraret. Nobilitas erat Sadducæa, plebs catholica siue Pharisæa. *Iosippus.* Sub ea afflicti hęretici, Dogro & aliis multis necatis. Quare exulare coacti sunt, quòd omnia pro Pharisæorum voluntate administrare videretur. *Ibid.* Leges à Ioanne Hyrcano abrogatas retulit, atque Pharisæos in amicos Alexandri, qui crudelitatis eius auctores fuisse dicerentur, fœuire permisit. Ab illo tempore Pharisæi pristinas opes recuperarunt. Tigranem regem Armeniæ in Syriam, quam etiam occupauit, inuectum pecunia oblata auertit & paulò post moritur. *Ioseph.* Tum Lucullus proconsul cum Mithridate Ponti & Tigrane Armeniæ res gerebat. Regnum perturbarum filiis reliquit. Nam hi, teste etiam Strabone Georg. lib. 16. de imperio disceptantes ansam præbuerunt, vt sic Regnum à Romanis occupatum, per varias clades ad Herodem alienigenam tandem deuoluerentur. Aristobulus fauebat Sadducęis, Hyrcanus Pharisæis, vn-	

S

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ciuilia bella, & tandem Romanum iugum, Pompeio ambas partes mulctante, *Ioseppus.*

Sadducæi Reginam monebant, vt caueret à Pharisæis, ne Arethę regi Arabum proderetur. *Idem.*

Consul Romanus Curio Dardanos in Macedonia vicit, & vsque ad Danubium penetrauit.

Seruilius alter consul, Cilicia, Lycia, & Isauria subactis, primus omnium Romanorum in Taurum montem iter fecit. Vnde Isauricus appellatus est.

M. Lucullus de Persis triumphat, capta Chaldęa, cæterisque vicinis vrbibus.

I MATRIS testamento & primogenituræ iure regnum accepit, quòd tamen tres tantùm menses tenuit, ab Aristobulo fratre minore in annos sex pulsus. *Ioseph.*

Nam post mortem Alexandræ bellum ciuile, quod inter fratres viua ea cœperat, exarsit. Aristobulus iunior sibi adiũgit Sallustiũ Sadducæorũ principem. Hyrcanus rex catholicus, principe militiæ Antipatro, committit iuxta Iordanem Hiericuntis prælium, vincunt Sadducæi, & ad muros Hyrcanum compellunt. Posteà pax (non diu duratura) formatur, vt quisque sua in sententia viuat, Atistobulus regnum teneat. Hyrcanus summum sacerdotium. Sadducęi hanc legem diu seruare non potuerunt, molientes Hyrcano exitium, qui proinde suasu Antipatri, ad Aretam regem Arabum (cui tamen per Antipatrum eundem in regnum Hyrcanum reducenti acriter Aristobulus obstitit) deinde ad Pompeium euasit, qui tum Mithridatico bello confecto, pacatáque Armenia & Ponto, victor omnium gentium, quas adierat, vltrorsum pergere, & vicina quæque Romano impetio adiungere cupiebat.

Hinc ditionem Iudaicam labi, Anno vrbis. 685. Q. Metello Cretico. Q. Hortensio Coss.

Nam anno ante Christi ortum. 61. Iudæa in potestatem Romanorum venit captis à Pompeio, vbi res in Armenia gessisset, ipso Paschatis die post Trimestrem obsidionẽ Hierosolymis, muris solo æquatis, eo ipso anno, quo Cicero Consul à Catilinę coniuratione Rempub. liberauit.

Relictæ tamen sunt Iudæis suæ leges & ritus, ac Hyrcano secundo pronepoti Simeonis Machabæi summum sacerdotium confirmatum est. Abducto Romam captiuo Aristobulo, & eius filiis Alexandro & Antigono, imposito genti tributo, cui colligendo præfectus est primus omnium Securus Roman. *de rebus Regum Israel secundi templi.*

Pontus & Bithynia vna prouincia facta, Syria altera, eaque Prætori mandata, Iudęa neque omnino à Syria separata est, neque prorsus ei attributa. Nam Pompeius Hyrcanum vt regem ei præesse voluit, Antipatrum verò Ascalonitam Iudææ procuratorem reliquit: ita tamen vt Prætori aut Proconsuli obediret. Tributum item Iudææ imposuit.

Post Pompeium, Syriæ, cuius pars Iudæa, administratio Scauro, deinde Gabinio, mox Crasso commissa est.

Eodem anno natus est Ioachim Mariæ parens. *In Philonem Annius.* Qui & Eli *Luc.* 3. Hęc enim duo nomina eidem tribui solebant. Sic Ioachim rex Iuda Eliachim, & contractè more Syriaco Eli, 4. Reg. 23. & 2. Paral. 36. Quod obseruo vt Lucam veram genealogiam Christi descripsisse è Virgine perspicias. Matthæum verò legalem & adoptiuam è Ioseph: atque ita Christum ex vtroque parente, vero & adoptiuo sui ortus stemma ad Dauidem referre, essęque singularem illum Regem, qui iuxta promissiones antiquis factas, accepturus erat sedem Dauid Patris sui, & regnaturus in æternum in domo Iacob, Ecclesia sua ex vtroque populo, Iudæorum & Gentilium, conflata, & habente fundamenta in montibus

Anni mundi.		Anni vrbis condit.
4020	Ptol. Aulete & Ptol. Dionysio Ægypti.	672
	Philippo, deinde Tigrane Armeniæ & Syriæ rege.	
	Gen. Pompeio & Crasso in Syria res gerentibus, Julio Cæsare, deinde Antonio & Augusto Impp.	
4054		715

HYRCANI ET POMPEII SÆCVLO.

Anni vrbis cond.	Anni mundi	
672	4020	Sion. Quod regnum in cœlo per sese administrat, in terris per Christianos Pontifices & Reges, *Epiph. hæres* 29.
		[Hinc apparet nostros nouatores frustra tyrannidem vocare Antichristi regnum spirituale Ecclesiæ Romæ sub nominibus D. D. Petri & Pauli apostolorum constitutum. Talis erat conatus & latratus hæreticorũ Acephalorum, qui omnia subuerti ad libitum, pro hæreticorum more cupiebant, quæ væsana rabies facessat ab omnibus Christianis.]
		Pompeius capta vrbe mense tertio obsidionis, ieiunio rum tempore, C. Antonio, M. Cicerone Coss. eodem tempore, quo post an. 27. iterum expugnata est ab Herode, Hyrcano sacerdotium confirmat. Antipatrum Idumæum procuratorem Iudææ facit, & Aristobulum captiuum cum filiis Romam abducit. *Egesi. lib. 2. cap 13 Ioseph. Antiq. 14. cap. 8* Scautum inferioris Syriæ præsidem ab Euphrate vsque ad Aegyptum relinquit *Ioseph. Antiq. 14 cap.* Etsi autem templum non diripuerit, in quo alioqui erant duo talentorum millia, mensa aurea, candelabra, & libatoria non pauca, quia tamen dehortante pontifice in Sanctum sanctorum ingressus, deinceps infœlix fuit. Hinc decimo quinto post anno verso ad ipsam Hierosolymam vultu in acie Phatsalica ipsius exercitus cecidit.
		Pompeium victorem pecunias Templi contrectare noluisse, & vrbes suis habitatoribus reddidisse demptis Gadaris, quas restauratas Demetrio liberto suo donauit, author est *Ioseph. lib. 14. Antiq. cap. 8.*
		Non ea religione fuit M. Crassius, is enim nouem post annis contra Parthos proficiscens, Templum spoliat, ablatis 60. auri modiis. Nempe duo talentorũ millia, omnia templi vasa, summa octo millium talentorum, trabem auream veriatilem. 300. minas pendẽtem diripuit. Sed ideo statim à Parthis cum filio & vniuerso exercitu trucidatur, ac liquato in os auro sui sacrilegi pœnas exoluit. *Plut. in Crasso & Pompeio.*
		Crasso in Syriam misso Gabinius principatum tradit, & Romam reuertitur.
		Apud Hyrcanum in magna authoritate & potentia fuit Antipater Idumæus, Herodis magni pater. Veneno autẽ sublatus est à Malco Iudæo, quòd regnum administrari à peregrino, otiante principe & voluptuãte, Iudæi ægre ferrent.
		Hic iuuit Gabinium in restitutione Ptolomæi Auletæ, & proinde ipsi & Hyrcano concessum, vt muros Hierosolymorum restaurarent.
		Occasione belli Ciuilis inter Cæsarem & Pompeium Herodes ad regnum peruenit: nam quia Antipater in bello Alexandrino Cæsarem iuuerat, tutor Iudææ à Cæsare constitutus, Herodem filium Galilææ præfecit.
		Quadragesimo secũdo anno ante natum Christum, Cæsar interfectus est à Coniuratis, ex quibus Cassius in Syriam veniens, quatuor auri modios à Iudæis exegit.
		Aristobulus & filij eius Antigonus & Alexander Sadducæi, Sadducæorum Persarúmque armis freti, sæpius pugnarunt cum Hyrcano, quatérque eum de regno expulerũt, donec ter restitutum, Pompei, Gabinij, Romanorúmque viribus, per Pacorum regis Parthorum filium vltimo cepe- rint, & auribus mutilarint, Phaselum Herodis fratrẽ mortem sibi consciscere coëgerint, denique Antigonum regem constituerint. Nec verò hęretica propago ante cohiberi potuit, quàm tolleretur partim veneno, partim laqueo, partim securi. *De rebus regum Israel templi secundi.*
		In his motibus Aristobulo fratri Hyrcanus tribus annis & semestri cessit. Antigonus autem potitus est Hierosolyma tribus annis, ita vt Herodes in ea non nisi. 34. an. regnauerit.
715	4054	Honi Magalites cõfoditur gladiis militum Hyrcani, ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidẽtis Hierosolymam, & Aristobulum, quod publicè preciaretur, vt neq; Hyrcanæi neque Aristobulæi vincerent, quòd vtrique essent serui Dei, & fœdere Deo obligati, sed inter eos amicitia & fraternitas coiret. *ibid.*

[Hinc ostenditur non esse Paparum inuentum recẽs, quòd martyres & alios sanctos indigitent: hoc enim fuit ab antiquorum Patrum consuetudine Prophetica ad traditiones apostolicas traducturn, vt peculiariter pro sanctis colerentur post obitum qui sanctè vixissẽt. Et illos Iudæi precantur. *Ex suis Breuiariis.* Suos etiam sanctos Turcæ habent & excolunt Ex Ricardi historia Turcica.]

In numero Diuorum ponitur in Hebræorum breuiariis. At si Aristobulæi erant Sadducæi, vt Iosippus docet, nõ hoc erat sancti votum & precatio, sed potius execrabilis politici, qui binas religiones in eodem Dei populo conseruatas cupiebat. Exitus probauit hanc duorum coitionem fuisse regno exitiosam. Nam in idem ius admissi Sadducæi cum Catholicis, summam rei ad Herodem externũ, indeque in sempiternam captiuitatem perduxerunt.

Aristobulus bis in vincula coniectus, & Romam deportatus, à Cæsare liberatus est. Sed à Pompeianis veneno sublatus, Melitæ interiit.

Antigonus è custodia patre Aristobulo iam defuncto elapsus ad Parthos confugit, atque eos in Iudæam adduxit.

Hierosolyma per obsidionem capta Hyrcanum auribus mutilauit, ne quando recipiendo Pontificatui per legem idoneus in posterum esset, & in Parthiam transmisit.

Aductus Herodem regnum per tres annos tenuit, anno Vrbis. 714. Domitio Caluino & C. Asinio Pollione Coss post vigesimum quartum à consulatu Ciceronis.

Romanorum primus Pompeius Iudæos domuit, templumque iure victoriæ ingressus, sacra templi adyta inspexit. Inde vulgatum, nulla intus Deum effigie vacuam sedem, & inania arcana. *Tacitus li.* 21 Ex illo fano nihil attigit, non per religionem, sed pudorem. *Cicero pro Flacco.*

Iulius Cæsar finito bello Aegyptio per Syriam in Armeniam proficiscens, Hyrcano sacerdotium confirmat, quamuis stetisset à Pompeij partibus, Antipatrum Romanã ciuitate & immunitate donat, quòd Mithridatem in Aegypto pro se militantem strenuè iuuissent. Antipatrum præterea tutorem totius Indææ constituit, atque ita viam sternit ad futuram Herodis tyrannidem, *Iosep. Ant. lib. 14. cap 16 & 19.*

Cùm Iudæam appulisset rebus Syriæ compositis, muros Hierusalem à Pompeio dirutos refecit, & Herodem quintum & decimum annum agentem tutorem Galilææ creauit. *ibid. cap.* 18.

Vrbis sepringentesimo decimo occisus est. A quo anno multi imperium Augusti incipiunt.

Herodes ergo primum tutor Galilææ à Cæsare, deinde Iudææ tetrarcha, ab Antonio, denique vbi Romam venisset, ab Trium-viris Rex constituitur. Sicque sensim familia Regia extincta est.

Ex patre Palæstinus Ascalonita, ex matre Idumęus. *Theodor. lib. 1. Polymph.*

Annis ante natum Dominum. 38. Aera Augusti appellata. Nam eo tempore pleriq; Hispani præscrum annos suos signare cœperunt, quando Hispania, Italia, & reliquæ occiduæ circa Ionium mare regiones in solius Augusti potestatem concesserc, vt reliquus orbis ad Orientem, Antonio permissus est, Africa Lepido, circa annum vrbis conditæ, 714. Aera autem. q. A. er.a. id est, Annus erat Augusti primus. 2. &c. *Sepulueda lib. de correctione anni.*

[Alij putant æra nummi genus quoddã fuisse tũc primùm

Anni mundi.		Anni vrbis condit.
4054	HIRCANI ET POMPEII.	672
	Sub Machabæorum posteritate lapsi sunt anni 103, quot sub Herodianis ab Herode magno ad vltimum Herodem Agrippam tempore Vespasiani.	
4091		715

Anni vrbis cõditæ		Anni mundi.
715		4054
	IO	
715 *Ios. Ant. lib. 17. ca. 10.*	k HERODES Ascalonita an. 37.	4054 4091.
752	*Antigono duobus primis annis Hierosolymã tenente.*	
	Pontificibus Aristobulo. Anaele, Iesu, Simone, Matthia, Iosepho, Iozar, Eleazare, sub quo mortuus.	
	Cleopatra Ægypti regina.	
	Varo Syriæ præside.	
	Augusto Cæsare.	
752		4091

vsurpati solitum exere. cuius rei memoria in hunc modum conseruata sit, quia singulis annis initio renouaretur, argumento idoneo ipsos annos, exactissime numerandi.]

Orodis regis Parthorũ qui Crassum obtruncauit. Pacorus filius in Romani belli reliquias, magnas res in Syria gessit, donec eo absente, exercitus Parthorum illic relictus, Cassio Crassi successore cum vniuersis ducibus trucidatus est. *Iustin. lib. 42.*

Post Cassium, Sextum Cæsarem Iulius Cęsar Syriæ præfecit, cui se insinuans Herodes princeps militiæ ipsius factus est.

Regresso Romam Antonio, contra Sextum Pompeium Pacorus Orodis filius, Asiam & Syriam vastat. Quo anno Cicero interfectus est. Iudæam inuadit, Phaselum & Hyrcanum cepit, Antigonum in regnum reducit, tandem à Venditio Syriæ præside cum toto exercitu occiditur.

k HERODES ab Antonio Triũvito Tetrarcha Iudeæ cõstituitur, anno sequenti, quo Cicero interfectus est, & Brutus Philippis victus.

Paulò pòst Parthis in Iudæam reducentibus Antigonum Hyrcani regis nepotem, in Aegyptum ad Cleopatram fugit. Deinde Romam pergens, ab Augusto & Antonio rex Iudææ creatur, ab his adiutus, Hierosolymam expugnauit, quarto anno postquã Rex fuisset declaratus, id est, anno. 33. ante ortum Domini.

Hunc primum Iudæi alienigenam regem habuerunt, ne quid secundum vaticinia prophetarum, suis iam principibus excussi, vltra Christum expectarent.

Discipulorum Hillelis, Iohanam Ben Zacchai minimus fuit eruditione, quem tamen vniuersum Cabbalæ & Scripturarum corpus, cunctas etiam Philosophiæ partes exactissimè tenuisse, ac scholæ Scribarum & Pharisæorum magna cum laude præfuisse asseuerant.

Ionathan ben Vziel maximus, qui Syriace totum vetus testamentum reddidit, & Christi mysteria reuelauit, quamuis eius duntaxat in prophetas translatio hodie extet. Nam Pentateuchum interpretem habet Onkelos. Hagiographa partim R. Akiba, partim R. Ioseph cæcum.

[Cæcus iste fuit apud Iudæos pro miraculo: sicuti Appius cæcus apud Romanos.]

Obiit an. 28. ante Christi natiuitatem. Paraphrastes quidem Chaldaicus appellatur, at eius interpretatio non se extra verba diffundit, nisi vbi oratio est pressior, & aliquid de Christo quæstio. 63. ad Orthod. sub translationis Syriacæ nomine.

In monte Sion septem erant collegia, in quibus diuinæ literæ præcipuè legebantur. *Optat. lib. 3.*

Aristobulus nepos Hyrcani ex filia ab Herode, impulsu vxoris põtifex creatur, paulò pòst, eius dolo in Iordane submergitur. *Iosip.* ab eodẽ Hyrcanus octogenarius è Parthia, quo captiuus fuerat abductus, reuocatur, & paulò post occiditur.

Ab Augusto vbi victus fuisset Antonius ad Actium, regnum Herodi quamuis sequuto partes hostiles auctum est.

Herodes ludos Scenicos & gladiatorum laniænas Hierosolymis instituit. Sanedrin. i. ordinarios Iudices de domo Dauid, quem senatum nominabãt septuaginta duorum Seniorum, an. 30 regni occidit, & alios ex proselytis legisperitos substituit. *Philo & Talmud.*

Populum auare impotenterque tractauit.

Ab Augusto confirmatus Theatrum & Amphitheatrum extruxit, eaque Augusti trophęis ac titulis exornauit, & in honorem eius Agonem quinquennalem celebrauit. Vrbe nouas condidit, alias veteres communiuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aquilam auream insigne Romani Imperij in honorem Augusti ad templi superliminare erexit.

Eam templi profanationem nō ferentes. 40. Scholasticos nobiles cum ipsorum præceptoribus Iuda & Matthia viuos crudelissimè cremauit.

Pontificiam dignitatem, quæ secundum generis propinquitatem & auitam successionem in perpetuum deferri solebat, noua quadam ratione mandauit. Neque enim pōtifices in perpetuum, aut in multos annos, sed in annum, aut certè ad breue tempus commisit, neque pontificiis familiis, sed sæpe abiectis quibusdam, & alienis hominibus detulit. Quē morem deinde filius eius Archelaus, & post Archelaum Romani tenuerunt.

Primum autem pontificem creauit Ananelem Leuitam ignobilem de Babylonia accersitum, cum non esset de sacerdotali genere anno vrbis. 717. qui propriè fuit eius regni primus, quo captis Hierosolymis, C. Sosio Syriæ proconsule adiuuante, Antigonum in potestatem adductum vita spoliauit. Etsi ab appellatione Romanorum duobus aut tribus annis ante exorsi simus.

Quin etiam sacram Pontificatus vestem apud se custodiuit, neque amplius Pontificibus asseruandam permisit.

Secundus post Antiochum Epiphanij, vænale Sacerdotiū reddidit, ante obitum viuos viuis pontificibus subrogauit. Vnum hoc illi laudi tribuitur, quod Pharisæos sapientēque coluerit, *Iosippus*. Quare neque à Pharisæis, neque ab Essenis exegit sacramentum. *Ioseph. lib. 15 cap. 13.*

Hyrcanum Regem & Socerum falsis criminationibus oppressum, à quo olim fuerat è capitis supplicio liberatus reclamante supremo. 71. virūm Senatu, secuti percutit. Mariammem vxorem, Alexandram Socrum, Alexandrum & Aristobulum è Mariamma filios calumniis obrutos necat. Ita tota Machabæorum posteritas propter hæresim Ioannis Hyrcani & filiorum eius, etiam in insontes omnes posteros redundauit. *Iosippon & liber de rebus Regum Israel 2. templi.*

Regni trigesimo Synedrium siue concilium Iudæorum è 71. senioribus de domo Dauid constans, exilla familia remouit. *Philo de temporibus.* Senioribus illis omnibus, vno excepto, peremptis. *Talmud.*

In tanta impietate haberi voluit pius. Quare regni decimo octauo templum Domini à fundamentis instaurauit, ac magnificentius reddidit.

Extra Salomonis vestibulum nouam contra veterem archetypum ex Ezechielis forma accessionem adiunxit, omnium generum politis stratam lapidibus, marmoreis etiam columnis, spatiosisque porticibus, necnon biforibus portis & excelsis pinnis, vsq; adeo sumptuosam, vt totius orbis miraculum videretur. Cuius ambitus versus singula Occidentis, Meridici, Septentrionis latera complectebatur in longitudinem centum quinquaginta cubitos, in latitudinem. 100. cubit. Ab Oriente autem. 720. cubitis ad torrentem vsque Cedron extendebatur. Hæc autem accessio dicta est atrium siue aula Gentium. Nam eo ingredi licebat in circumcisis. *Iosip. R. Abraham &c.*

Templo veteri integro manente & incluso, defossis, quæ superfuerant de tēplo Salomonis, fundamentis, noua excitauit, & ad illius magnitudinem & dignitatem exterius erexit, gemmatis spatiis incluſit, immensoque ædificandi sumptu per annos octo, anno ante Christi ortū decimo vix absoluit *Egesi. lib. 1. Iose. lib. Ant. 15 cap. 14.* Sacerdotes deinde anno vno & mensibus quinque interiorem cultum addiderunt. *Chron. Hebr.*

Maria Virgo concipitur, ex Anna & Ioachim secundum promissionem

Anni mundi. 4054

Anni Christi.

Summa 170.
Hinc Christus an. 30.

ARISTOBVLVS.
Cuius filij tres, Herodes rex Chalchidis.
Herodes Agrippa Ios. li. 19 ca. Vt post Philippum Tetrarcha à C. Caligula factus, deinde rex totius Iudeæ à Claudio creatus, quem corroserunt vermes Claudio Imp. Act. 12. Iacobum maiorem interfecit post Christum crucifixum an. 16. Istius filius erat Agrippa iunior, qui tempore captiuitatis rex Iudæorum dicebatur Act 24. & 25. filia autem Beronice, de qua in Actis similiter.
Herodias vxor Philippi, concubina Antipæ. Mar. 6.

HERODIS magni filij.

ANTIPAS, qui & Herodes Tetrarcha Galileæ. Luc. 3. Baptistam interfecit, & Christum cōprehensum ioculariter tractauit, anno regni sui vicesimo. Vulpes à Christo dictus, Luc. 13. Vnà cum Herodiade Lugdunum exulatum missus à Caligula anno. 10 post interfectum Ioan. Baptistam. Cui

4091

succeßit Herodes Agrippa, anno 2. eiusdem C. Caligula quem Iacobum securi percussisse diximus.
ARCHELAVS, qui regnauit in Iudæa. Matth. 3. annis decem. Hoc in exilium Viennam ablegato, Iudæa in formā prouinciæ redacta est, & adiuncta Syriæ, eo missis prætoribus, vt Coponio: vt Pilato, &c.
PHILIPPVS Tetrarcha Ituræa & Trachonitidu, Lucæ 3.

Anni mundi. 4054

Lysaniam aliqui addūt è Luc. 3. Abylinæ tetrarcham.

Qui omnes cum tota posteritate intra centum annos consumpti sunt.

HERODE REGE.

promissionem per Angelum vtrique factam. *Epiph. hæres 78. contra Antidicomarianos. & hær. 79. contra Collyridianos.* Intra templi septa cum aliis virginibus educanda relinquitur, vbi Deo dicat & consecrat suam virginitatem. *Nyssenus de Christi natiuitate, Hieron. tom. 4. de ortu Virginis.*

Pater eius Eli etiam dicebatur, vt Luc. 3. per apocopem à captiuitatis Baby. tempore vsurpatam (Elias in Tilbi) Nam obseruandum eos, qui Ioachim vocabantur, indifferenter quoque Eliachim fuisse, ob significationis ταυτότητα appellatos. Exemplū præbet rex Ioachim, qui & Eliachim 4. *Reg.* 23. Et sacerdos libri Iudith, qui *cap.* 4. Eliachim, cap. autem 15. Ioachim. Atque hæc quidem ad illustrandam Virginis genealogiam, & ab illa Iosephi *Mat.* 1. distinguendam. In qua Iacob est verus Iosephi viri Mariæ pater, cum in illa Lucæ Ioseph dicatur fuisse Eli, *supple*, filius gener.

Istius scilicet Herodis 33. anno natus est Christus, nempe post Hirtium & Pansam exitemos Cōsules, an. 42. id est, Augusti Cæsaris, qui iam templum Iani clauserat, & orbem pacarat, quadragesimo primo. *Irenæus lib. 3. cap. 25.*

Maria anno ætatis decimo quarto Filium Dei concipit, Martij die. 25. *August. lib. 4. de Trinit. cap. 5.* Decimo autem quinto die mensis Decembris parit, vt in medio lapidicinæ foueæ ostenditur. i. octauo Calendas Ianuarias, *Oros. lib. 7. cap. 7. Aug. lib. contra Iudæos, Paganos & Aria. cap. 5. Niceph. lib. 1. cap. 12. Chrysost. in 1. cap. Luc. & hom. de natali Domini. & reliqui Ecclesiastici.* Paradoxum est ergo, quod Matth. Beroaldus docere conatur, Non in solstitium hybernum, sed autumnale æquinoctium, id est, medium Septembris, natale Domini esse conferendum, lib. 4. Chron. cap. 2. quod inde Ægyptiæ & Græcè Ecclesiæ suos annos, & Latinæ suas Indictiones auspicentur. Hæc enim ratio nihil ad istud pertinet. Nam illæ propterea non desinunt Domini natale nobiscum celebrare 8. Calend. Ianuarij, vt ex ipsarum fastis & Calendariis, quæ nuper edidimus, apparet.

Est æquè Paradoxum aut etiam magis, quod aliqui affirmant Christum natum, Circuncisum, Baptizatum, vt Passum, Paschæ tempore, non mense Decembri, quòd Isaac mense Nisan sit natus, vt figuræ consonet veritas. Nam falsum est Isaac mense fuisse natum, aut saltem indemonstrabile.

Deinde vt hoc demonstretur veritas & figura non sibi per omnia perpetuo respondent, iuxta illud, Similia claudicant vno pede. Denique constans est hæc Ecclesiarum historia & traditio.

Quod addunt Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatū notare *quosdam dixisse Christum natum. 24. aut. 25. Pharmuthi.* Pharmuthi autem apud Ægyptios esse nostrum Aprilem, interficere debuerunt, *Hæreticos Basilidis sectatores.* Nam illud est quod Clemens notat, Basilidianorum videlicet aliquos inter noua sua figmenta, istud posuisse contra receptam Piorum & aliorum sententiam.

Deinceps Maria virgo Dei genitrix, annos ferè 33. peragit cum filio, Domino & saluatore nostro Iesu Christo, & post eius crucem in domo Ioannis, alios implet vndecim, vt cuncti ætatis eius anni sint quinquaginta nouem. *Niceph. lib. 2. cap. 3. ex Euodio Apostolorum successore.* Aut 62. ex Eusebij & Saracenorum Chronicis, quasi Domino annis quindecim superstes extiterit. Circa annum (inquit) Domini nati, 48. Maria Virgo ad Iesum Filium suum in cœlum assumitur, vt quidam sibi fuisse reuelatum scribunt.

Obdormīsse eam quidem veteres tradiderunt, sed iidem, vt Athanasius in Euang. de Deipara, in sepulchro mox resurexisse, sicque corpore simul & anima in cœlum supra Angelorum ordines assumptam addiderunt. *Michael Syngelus auctor*

4091.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcum.

Sepulchrum eius ostenditur in Olueti montis pede editiore loco, quàm sit vallis Iosaphat, vna cum Ecclesia circum sepulchrum structa subterranea. *Brocardus an.* 1283.

Anni mundi. 4091.

Anni Christi. 2.

Ad eius dormitionē Apostoli & Discipuli rapti conuenerunt. *Dion. de diuinis nominibus. cap.* 3. Quindecim annis post Christum passum id factum creditur, qui fuit annus sextus Claudij Cæsaris.

Herodis 35. Magi adoraturi Christum è Perside, quæ est in Oriente terræ Israel, venere. *Epiph. hæres.* 51. duobus post horrendo morbo interit. *Ioseph.* Ætatis anno. 71. *lib. de regibus Israel, 2. templi.* Sepelitur Herodij, quæ vrbs Hierosolymis aberat iter duum dierum & semis. *Ibid.*

Probabilius illud Ammonij Alexandrini, Magi tertio decimo die (nati Christi) Hierosolymam, noua quadam stella duce venientes, regem Iudæorum prædicant natum. *In Harmonia.* Vnde & Ecclesia eo die Epiphania celebrat. Vt videlicet è Perside venerint vel alio potius Orientis loco, de quo mox, anno regni istius trigesimo tertio, quatuor ante eius interitum.

Stella apparuit Regibus. *Verba D. Cypriani statim initio sermonis de Baptismo.* Nam Magos fuisse Reges & toparchas vetus est Ecclesiæ traditio. Tertul. lib. contra Iudæos, & 3. in Marcionem, Hieron. in Psal. 71. August. lib. 3. de mirabilibus Script. cap. 4. & ad fratres in Eremo serm. 43. Hilarius lib. 4. de Trin. Idacius Clarius ad Varimundum Arianum Vt Græcos taceam Athanasius, quæstione 1. Variarum quæstionum ad Antiochum principem, quas Reuchlinus vertit, alias ab iis quæ in eius tomis vulgo extant. Festum Epiphaniæ diem (inquit) trium regum appellamus. Cantacuzenus Apologia prima, &c.

Nec verò solùm reges fuerunt, verum etiam fundamenta posuerunt amplissimi illius regni christiani in India (inde enim venerant ex eius prouincia, quæ Tarsis appellabatur & hodie Tarsestan, *Hayto.*) quod qui tenuit per mille ducētos annos Presbyter Ioannes vocabatur, vtraque videlicet authoritate Ecclesiastica & sæculari pollens, donec sub annum 1200. armis Tartarorū succumberet, indeque Magni Cham imperium Mathometicum exoriretur. *Marcus Venetus in sua peregrinat.* Preto Ioannis titulo ad magnum illum Abyssinorum siue Æthiopum imperatorem Christianum translato. *Osorius in rebus Emmanuelis R. Lusitaniæ.*

[Quicquid dicant omnes de Pretojoannis titulo, Ita se habet. Pretian dicitur lingua æthiopica, quod hebræi sua dicunt *Menatseal*, Præcentorem appellamus. Inde est ergo, cùm cultus diuinus etiam in Ecclesia Romana constet officio chori, vt summus æthiopum Pontifex dicatur Pretian, quia est archiphonascus officiorum. Interea est etiam Rex temporalis ex Gentis consuetudine]

Nec necesse est, vt magni Reges fuerint, cùm Deus sæpius eligat infirmiora mundi, vt fortiora quæque pudore afficiat. Reges autem appellabantur omnes more Orientis, qui sceptro & diademate ex dignitate vti poterant, siue suæ essent spontis, siue alterius iuri subessent: & sic à ducibus distinguebantur, vt Kimhi sæpe notat. Quod hodie Tartari, Persæ, Æthiopes, & reliqui Orientales obseruant. Neque enim tam anxij sunt & solliciti in distinguendo Rege & principe. Sic Catharina Alexandrina Costi regis, id est, ptincipis erat filia. Sic in Euangelio cuiusdam Reguli filium sanat Dominus. Sic in veteri Testamento. 30. Reges terræ Chanaam, quæ alio qui est perexigua, nec iustum regnum conficit, vna acie peremit Iosuë. Atque hæc contra Caluini Christo visitationem principum inuidentis nequitiam.

Anni mundi. 4091.

Quatuordecim

Anni Christi. 3.

Anni mundi. 4901.

Quatuordecim innocentium milibus in Bethlehem ab Herode interfectis. (*in Liturgia Æthiopum & Calendario Græcorum.*) Virgo fugit in Ægyptum, in locum, vbi hodie hortus balsamo nobilis, & templum & crypta, in qua latuit ad Mēphim siue Caïrum. *Iouius.* Aiunt interea sanctam Elizabet cum Ioanne Baptista fugientem trans Iordanem in spelunca montis latuisse.

Penes Herodis familiam regnum Iudææ fuit an. 103. *R. Iosé.* Intra illud tempus, omnes eius filij & nepotes miserè mortui. *Ioseph lib.* 18. *Ant. cap.* 7.

Etsi autem Magi decimo tertio die post Christi ortum venerint, non tamen Herodes statim infanticidium aggressus est, cum Virgo se iuxta legem purificarit, & Christum in templo representarit die post partum quadragesimo. *Luc.* 2.

Distulit ergo in aliquot dies, vel menses, vel etiam annos duos, vt videntur significare Euangelista & Macrobius paganus, *Occidit pueros à bimatu & infrà, secundum tempus, quod exquisierat à Magis. Matth.* 2.

Primùm quia sperabat quotidie Magos ad se redituros, vt videbantur polliciti. Deinde, quoniam præsentibus Romanis principibus, vt Cyrino, & Varo, qui in Iudæa erant ad descriptionem perficiendam, tantum scelus minimè audebat aggredi, in quibus etiam fouendis & prensandis erat occupatus.

Tertio hoc maioris erat momenti, quàm vt imperi statim posset, siue quia Alexāder & Aristobulus ipsius è Mariamma filij nouas res & occasiones captabant ad capienda arma pro imperio sibi maiorum ratione debito, & à plebe delato, siue quoniam Augustum metuebat illis fauentem, & fortasse interpretaturum tantam cædem factam sui causa, vt descriptio pauciora capita complecteretur, sicque minus colligeret è Iudæa.

Vtut sit non est adortus tantum facinus ante. 40. diem. Nam tum contigit Christi præsentatio cum Matris purificatione, & Simeonis occursu, post quę euasit in Ægyptum.

Sic falsi sunt Herodiani hæretici, qui Herodem Christum lege promissum esse dicebant, & posteris eius regni Iudaici perpetuitatem pollicebantur. *Tertul. de præscript. Epiph. in Panario. Hieron. in Matth.*

Horum autem fit mentio in Baal Aruc. Herodes (inquit) rex adduxit Græcos ex deserto, educauit eos in loco culto, & fecerunt sectam, vocatique sunt de nomine ipsius הוריסיא Herodisiotæ. Quasi hi gente non fuerint Hebræi, sed Græci. Vt sint fortasse hi, quos Iustinus cum Tryphone vocat ἑλληνιζοντας quasi Græcanicos.

Herodes moriens reliquit regnum Archelao, & Antipæ Herodi Tetrachiam. Sed Augustus regni dimidiam partem tantum Archelao assignauit, alteram dimidiam Antipæ & Philippo attribuit.

Turrim Antoniam Agrippinam, Phaselium, Herodionem, in quo sepultus fuit, Samariam, olim iam in cineribus iacentem, Sebastæ nomine, Cæsaream Palæstinæ, quæ & turris Stratonis, Antidonis, & Antipatridam condidit: innumera etiam opera in singulis Syriæ vrbibus, quas regebat, magnificentissimè ædificauit.

Concilium Hierosoly. ortanum de loco in quo Christus nasceretur. Mat. 2. & Ioseph. lib. 17. cap. 3.

Theudas se prophetam prædicat, cui consentit numerus virorum circiter quadringentorum, qui & tandem occisus est. *Act.* 5. Quinquaginta annis, vt minimùm, inferiorem eum facit Iosephus, *lib.* 20. *Ant. cap.* 2. Sed falsus est vt in descriptionis lustro, vel duo fuerunt Theudæ. de quo pòst.

Anni mundi. 4901.

Augustus templum Iani, pace terra, marique parta, tertio post vrbem conditam clausit. *Dion. Sueto. in August. cap.* 22.

Prouincias imperij describit (anno nati Christi, regni au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem Herodis. 33.) per capita & familias, pro censu Iudæis vi-
ritim binas drachmas singulis annis indixit. Quod tributum
postea illos eosdem Vespasianus vbicunque terrarum tan-
dem degerent, in capitolium inferre iussit. *Iosephus lib. 7. de bello in Vespasiani triumpho, & Bud. de Asse lib. 5.*

Est fortasse illud didragma exactum, Mat. 7.

Qua occasione Iudas Galilæus, cætera Pharisæus, auertit populum, *Act. 5. Ios. lib. 18. Ant. cap. 1. & 8.* Nisi quòd Iosephus eum sub Archelao ponit. de quo mox.

Ab eo deinceps secta Galilæorum, quę & Zelotarum, & Sicariorum, Romanos semotim repertos trucidantium. *Ioseph de bello.*

Hanc descriptionem repetiuit Augustus Archelao exacto post an. 14. *Ioseph. lib. 18 Ant. cap. 1.* Nam vel falsus est Iosephus, annis 14. dum Cyrini descriptionem non sub Herode, sed sub Archelao locat, vel præterita prima descriptione Secundam duntaxat memorauit, quòd in ea tributum exigi cœperit.

Anno vrbis. 752. cunctis gentibus ad pacem compositis (Nam etiam Parthi, Indi, Scythæ, Armenij legatos de pace miserant) Iani portas tertio ipse clausit, quas æuo per. 12. ferè annos, quietissimo semper obseratas, otio etiam ipsa rubigo signauit, nec prius vnquam nisi extrema senectute ipsius, Athenienśium seditione, & Dacorum commotione patuerunt. Eòque anno (id est, 752. vrbis) natus est Christus pacis auctor, &c. *Oros. lib. 6. cap. Vlt. è Sueton. & Tacito.*

Nicolaus Damascenus historiam Phœnicum scribit. In Herodis gratiam precio veluti conductus sacra historiæ mul-
tis mendaciis temerauit.

1 PATRIS testamento regnum Iudææ consequitur. Herodes autem Antipas annis 34. Tetrarchiam Galilææ, Philippus Gaulonitidem, Trachonitidem, Bathaneam, & Paniada, (quam Cæsaream Philippi appellauit,) Tertarchiæ etiam iure, quibus Ituræam Augustus postea adiecit. Lysanias Abylinam (Luc 3.) sub Libano.

Nam Lysanias quoque Herodis filius rectiùs è libro 20. Antiq. Iosephi c. 9 quàm Ptolomæi Mennæi, qui obtinebat principatum Calcidis, sub Libano apud eundem lib. 18. Ant. cap. 8. & lib. 1. Belli. cap. 11. & 15. Nam iste Ptolomæus viuebat ante Herodis Magni regnum.

Archelaus rex Eleazarum pontificem fecit, atque ei, deinde successores more à patre instituto Sacerdotium dedit.

Sub Christi quatuordecimum, nempe regni sui decimo, Romæ accusatus fuit, apud Augustum tyrannidis & crudelitatis, quòd tria millia Iudæorum, qui in templum confugerant, in Paschate trucidasset, summúmque sacerdotium traderet & eriperet quibus vellet. Quare tractus Viennam Galliæ, bonis publicatis, causam dedit, vt regnum Iudææ desineret, ac prouinciæ Syriæ adiungeretur, ex eo factis partim præfecturis, partim toparchiis. *Ioseph. lib. 17. Ant. cap. Vlt. & lib. 18. cap. 1.*

Sic Augustus Iudæam iterum prouinciam facit, & Iurisdictioni Syriæ attribuit, procuratore C. Coponio ei ad ius dicendum imposito.

Pontificatum verò Iudæis, sed ad tempus, permittit.

Duobus pòst annis moritur, cùm ferè imperasset annis 56. vel iuxta Ios. 18. Ant. cap. 3. 57. menses 6. dies 2.

Anna filia Phanuel Prophetissa, & Simeon egressi an. 100. reliquiæ erant sanctarum, qui Machabæorum tempora attigerent.

Zacharias Baptistæ parens, sacerdos & propheta.

Ioannes Christi Baptista & præcursor, qui R. Iohanan sacerdos magnus appellatur *in Chronolog. Hebr. de rebus regum Israel*

Anni Mundi.		*Anni Christi.*
4101.		5.
	II.	
	1 ARCHELAVS, an. 10.	Ioseph lib. 17. Antiq. cap. 15.
	Pontificibus Eleazaro, Iesu filio See.	13.
	Præside siue proconsule Syriæ Cyrino, vel Quirino.	
4101.		13.

Anni Christi.		*Anni mundi.*
13.		4101.
	Prætores Romani Iudææ Præsides post Archelaüm.	
	1.	
13. *Ios. Ant. lib. 18. cap. 3.*	a COPONIVS, an. 1.	4101.
	Iesu pontifice.	
	Augusto Cæsare.	
	2.	
14. Ibid.	b M. AMBIVIVS, an. 1.	4102.
	Eodem pontifice.	
	Augusto Cæsare.	
	3.	
Ibid. 15.	c ANNIVS RVFFVS, an. 1.	4103.
	Eodem Iesu pontifice.	
	Aug. Cæs. qui eo anno mortuus est.	
	4.	
15. Ibid. 26.	d VALERIVS GRATVS à Cæsare Tyberio missus, an. 11.	4114.

Israel. 2. templi.

Iohanan filius Zacchæi Hillelis discipulus, qui 120. annos vixit, & excidio Romano interfuit. *Cozri.*

Christus puer, cum ageret annum duodecimum, cum Ioseph & Virgine è Galilæa Hierosolymam ad festum Paschatis progressus, in templo cum sapientibus de lege Dei subtiliter disputat, *Luc. 2.*

Neque posthac vsque ad annum trigesimum vlla illius mentio in Euangeliis celebratur.

Archelaüs scelerum conuictus, Viennam in exilium relegatur, ipsius tetrarchia in prouinciam redacta, & fratribus in suis Tetrarchiis manentibus, quorum Philippus Cæsareâ, Herodes Tyberiadem iuxta fontes Iordanis, vt gratiam Cæsaris inirent, ædificant.

Philippus Tetrarcha Paneadem auxit, & Cæsaream Philippi appellauit, ad radices Libani montis, vbi Iordanis fluuius exoritur.

a PROCVRATOR primus Iudææ ab Augusto missus.

Eo anno rediens Cyrinus præfectus Syriæ, cum Coponio duce totius equestris ordinis & rectore Iudææ repetit descriptionem, & censum didragmatis exigit, vt solebat in Syria, cui Palestina iam annexa erat. *Ioseph. Antiq. lib. 18. cap. 1.*

Nempe Augustus iterum misit per prouincias, qui ædium ciuitatúmque numerum describerent, anno sui imperij penultimo. *Dion. lib. 56.*

Hinc Iudas Galilæus, cætera Pharisæus, arripuit occasionem persuadendi Iudæis, ne se recenseri paterętur, tuendam esse libertatem, neque cuiquam mortalium esse concedendum, vt se principem aut dominum appellaret. Hoc enim soli Deo tribuendum. *Act. 5. Ioseph. lib. 18. Ant. c. 5. & 7. de bello cap. 28.* Conditor Sicariorum & Zelotarum, qui gladio & sica tuebantur hanc sententiam, & repugnantes mactabant. *lib. 7. de bello cap. 30.* Nec vllis suppliciis reuocabantur ab ea opinione. *Ibid. cap. 37.* adeò vt & pueri illa sententia imbuti, pertinaci tormentorum patientia spectatores percellerent. *Ibid.*

Sed iam docuimus hunc esse in Herodis Magni lustra conferendum.

[Hinc colligere licet non pœnam sed causam facere martyrem. vt ait D. August. ad Crescon. 2. Alioqui circumcelliones essent pro martyribus habendi, contra ius & pietatem ipsam.]

Philistion mimographus.

M. Portius Cato duplicis quartanæ tædio semetipsum interemit.

b ET hic in procuratorem Iudææ ab Augusto, mittitur, sic & sequens.

Iudas alius à superiore filius Ezechiæ Sicariorum dux, denique pastor quidã Athrongos auertit populum post se docens tuendam libertatem. *Ios. lib. 20. cap. 2. & 6.*

c AVGVSTVS an. 56. imperij mense. 6. completo an. 15. Christi moritur.

Tyberium generum testamento instituit, qui sequenti anno qui fuit Christi decimus sextus, M. Valerium Gratum procuratorem Iudææ dedit.

d Hoc sæculo cùm pontificatus non esset perpetuus, sed annuus, atque arbitrio Cæsaris & prætorum deferretur, Exe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dra constructa fuit in templo, in quam sese recipiebant summi pontifices, postquam suo pontificatu fuissent defuncti. *In tract. Ioma cap.1.*

Anni mundi.

Anni Christi.

Gratus palam vendebat sacerdotij primatum, discedens Caipham pontificem constituit an. Christi 26. 4114. 26.

Quadraginta annis ante bellum Iudaicum, Sanedrin i. 70. iudices de consistorio Gazith, id est pascuo herboso (locus erat Hierosolymis, vbi capitales causæ disceptabantur) à Romanis sublati sunt, vniuersa Iudæorum potestate ad Romanos prætores translata. *In Aboda Zara, id est, perditione exitranea cap.1.*

Pontificibus Anna, Ismaële, Eleazaro Annæ filio, Simeone Camithi filio.

Mathematici Magique ex Italia lege pelluntur *Tacit.*

Thia insula enascitur, *Plin. lib 2. cap. 87.*

Cappadocia in prouincia redigitur.

Cum Germanis bellum multorum annorum, de quo Tacitus: de iis Germanicus triumphat.

Germanicus Zenonem Armeniis regem dat. Cum Artabano & Parthis fœdus pangit.

Decius Tactarinam Numidarum regem ad Pagidam vincit. *Tacitus.* P. Dolobella post. 4. annos occidit, *Idem.*

Histriones Italia pelluntur. *Oros. lib. 7. cap. 4.*

c PROCVRATOR Iudææ à Tyberio missus, anno Christi 26.

c PONTIVS PILATVS, an. 10.

Eius tertio, id est, decimo quinto Tyberij, quem iniisse dicitur, 14 Calend. Septembris Silano & Nerua Coss. cum annum Christus ageret 29. Ioannes Baptista pœnitentiam prædicare, & ad Iordanem profectus baptizare cœpit. *Luc. 3.*

Sequenti verò Christus, cùm iam inciperet trigesimum, id est, cum vigesimum nonum & tredecim dies trigesimi transegisset 8. Idus Ianuarias, venit ad Iordanem, & à Ioanne Baptizatus est. *Ibid.* Nempe mensibus quatuor & diebus nouemdecim post Ioannis manifestationem.

Qui anno sexto Christum crucifixit. Pontificibus Anna & Caipha.

Tyberio Cæsare.

Inde (id est, post Baptismum) plenus Spiritu Sancto regressus est à Iordane, & actus est à Spiritu in desertum diebus 40. *Matth. 4. Luc. 4. Marc. 1.* Vbi obseruandum Quadragesimam eodem tempore fuisse à Christo peractam, quo Christi Ecclesia eius æmulatione obseruat, nempe paulò ante vernum tempus.

Reliquum anni transegit magis in exhibenda sui notitia quàm prædicando Euangelio.

Ita vix ingressus trigesimum primum prædicare cœpit anno 16. Tyberij Cæsaris Pilati quinto in biennium integrum & aliquot menses. Nam dicitur passus 25. die Martij, quinto verò Maij ascendisse in Cœlum, & decimo quinto effudisse Spiritum Sanctum, anno 18. eiusdem Tyber. *Augustin. lib. 4. de Trinit. cap. 5* Antea velut otiosus vixit communi vita, declarans se verum esse hominem, aliis prorsus similem. *Theodo. lib. 2. Polymorphi e dogmatica orat. Chrysost.* Fabrilia opera dum esset in humanis, vt aratra, vt iuga faciebat, ex his & iustitiæ signa docens & vitam negotiosam (Illic enim lego ἐργῆ non ἀεργῆ, otiosam) *Iustin. Martyr in Trypho.* Hinc Nazaræni Christum τέκτονα fabrum appellant. Marc. 6. fortasse, quia arte fabrilem exercebat. *Lyranus.* Vt vitam operariâ & actuosam commendaret, otium verò taxaret.

Anno ergo trigesimo ineunte, nihil concionatus, sed tantùm baptizatus est, ieiunauit, sacrorum locorum & conuentuum frequentationi incubuit, testimoniis multis Ioannis illustratus est, sui notitiam exhibuit, & societatem primis discipulis, vt Andreæ, Petro, Philippo, Nathanaëli. Sic enim illum annum transegit, Mat. 3. & 4. Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 1. 4124. 36.

Inde 31 ineunte 8 Idus Ianuarias ad nuptias Canam Galilææ adiit. Inde Hierosolymam ad Pascha, vbi flagris è templo profanos disiecit. Deinde in Iudæa morans baptizauit per discipulos, Ioanne nondum misso in carcerem. Nam adhuc ille baptizabat in Enon iuxta Salim. *Ioan. 3. & 4.* E qua digressus per Samariam transit, Samaritana conuersa in Galilæam reuersus filium reguli sanat, & sic secundum signum in Galilæa fecit. *Ioan. 4.* Imminente autem Pentecoste redit Hierosolymam vsque ad Tabernaculorũ festũ c. 7. Et cætera perficit partim in Iudæa, partim in Galilæa vsque ad cap. 11. Nam & interfuit mẽse Nouembri Encæniis Machabæorũ *Ioan* 10.

[Cùm festum Encæniorũ celebrauit D. Christus, ostendit omnes ad Ecclesiæ statuta, etsi nõ exprimãtur lege obligari.]

Anno post hac 31. inchoante ibidem Paschatis (secundi) tempus traducit. Et quia leniores populi sæpe consilium de illius nece habuissent, Hierosolyma ferè abstinet, & per Galilæam & trans Iordanem concionatur. Deinde relicta ciuitate Nazareth, cùm audisset Ioannem carceri traditum, habitauit in Capharnahum in finibus Zabulon & Nephtalim. Sic ferè annum illum transigens. Atque hìc incipiunt Euangelistæ tres Matthæus c. 4. Marcus 1. Lucas 4. Nam non nisi propriè res Christi vnius anni describunt.

Anno denique 33. & vltimo ætatis ineunte licet Principum animos haberet cognitos, Hierosolymam ad Pascha (tertiũ) ex instituto contendit, atque honorificè à plebe obuiam currente receptus, ad sui persecutionem se incitarunt eò prætextu, Vnde secuta est Mors, resurrectio, Ascensio, &c. Mat. 20. ad finem vsque, Ioan. 11. & sequentibus. Quod tempus fuit mensium circiter quatuor.

Communis tamen sententia veteris Ecclesiæ est potior, Christum à baptismo ad crucem prædicasse tres annos & semis. consule *Euseb. lib. 1. hist. ca. 10. & lib. 8. de Præpar. cap. 2. Nicep. lib. 1. ca. 29. Orig. lib. 2. in Iob.* Bedam *lib. de natura rerum cap.* 47. Nempe vt trigesimus ætatis ipsius annus primus sit ministerij ipsius: Trigesimus primus sit secundus, trigesimus secundus dicatur tertius: deinde sequantur aliquot menses ad perficiendum dimidium annum dimidiæ vltimæ hebdomadis Danielis. Vtvt sit, constat ipsum orsum esse manifestationem sui Tiberij. 15. anno. *Luc. 3.* decimo autem octauo pro nobis mortuum. Nempe quoniam D. Ioannes ita tempora prædicationis ipsius distinxerit, vt videatur per tria paschata, & paulò diutius prædicasse, à baptismo scilicet ad crucem. *Ioan. 2. 5. 6. 13. Orig. lib. 2. in Iob.*

Primum enim Paschа, Ioan. 2. quando primum eiecit profanos è templo, id est, Paschа anni trigesimi primi Christi.

Secundum Ioãnis sexto, quando multiplicationis Panum & Piscium miraculum edidit, indéque Eucharistiam promisit, id est Paschа anni trigesimi secundi.

Tertium & vltimum Ioannis 11. 12. 13. & deinceps, quando post suscitatum Lazarum quæsitus est ad necem. Id est, Paschа anni trigesimi tertij.

Cuius Paschatis duntaxat mentio à tribus prioribus Euangelistis celebrata est, vt qui vnici ferè anni, in quo passus est, post carcerem Baptistæ, historiam texant, cum Ioannes Euang. prætermisso magna ex parte anno illo, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Baptista in carcerem clauderetur, gesta narrarit. *Hieron. in Catalogo.*

Summa quæstionis in eo hæret, Christúsne primo illo anno, qui erat decimus quintus Tyberij & trigesimus ipsius prædicauerit, an potius Baptismo contentus, ieiunio, testimoniis Ioannis, studio pietatis, & manifestatione sui, à concionandi munere abstinuerit, seque ad illud duntaxat sequenti anno subeundum præparauerit. Constant enim cætera.

PILATI PRÆFECTVRA.

Anni Christi. Anni mundi.

26. 4114. plo profanos disiecit. Deinde in Iudæa morans baptizauit per discipulos, Ioanne nondum misso in carcerem. Nam adhuc ille baptizabat in Enon iuxta Salim. *Ioan. 3. & 4.* E qua digressus per Samariam transit, Samaritana conuersa in Galilæam reuersus filium reguli sanat, & sic secundum signum in Galilæa fecit. *Ioan. 4.* Imminente autem Pentecoste redit Hierosolymam vsque ad Tabernaculorũ festũ c. 7. Et cætera perficit partim in Iudæa, partim in Galilæa vsque ad cap. 11. Nam & interfuit mẽse Nouembri Encæniis Machabæorũ *Ioan* 10.

[Cùm festum Encæniorũ celebrauit D. Christus, ostendit omnes ad Ecclesiæ statuta, etsi nõ exprimãtur lege obligari.]

Anno post hac 31. inchoante ibidem Paschatis (secundi) tempus traducit. Et quia leniores populi sæpe consilium de illius nece habuissent, Hierosolyma ferè abstinet, & per Galilæam & trans Iordanem concionatur. Deinde relicta ciuitate Nazareth, cùm audisset Ioannem carceri traditum, habitauit in Capharnahum in finibus Zabulon & Nephtalim. Sic ferè annum illum transigens. Atque hìc incipiunt Euangelistæ tres Matthæus c. 4. Marcus 1. Lucas 4. Nam non nisi propriè res Christi vnius anni describunt.

Anno denique 33. & vltimo ætatis ineunte licet Principum animos haberet cognitos, Hierosolymam ad Pascha (tertiũ) ex instituto contendit, atque honorificè à plebe obuiam currente receptus, ad sui persecutionem se incitarunt eò prætextu, Vnde secuta est Mors, resurrectio, Ascensio, &c. Mat. 20. ad finem vsque, Ioan. 11. & sequentibus. Quod tempus fuit mensium circiter quatuor.

Communis tamen sententia veteris Ecclesiæ est potior, Christum à baptismo ad crucem prædicasse tres annos & semis. consule *Euseb. lib. 1. hist. ca. 10. & lib. 8. de Præpar. cap. 2. Nicep. lib. 1. ca. 29. Orig. lib. 2. in Iob.* Bedam *lib. de natura rerum cap.* 47. Nempe vt trigesimus ætatis ipsius annus primus sit ministerij ipsius: Trigesimus primus sit secundus, trigesimus secundus dicatur tertius: deinde sequantur aliquot menses ad perficiendum dimidium annum dimidiæ vltimæ hebdomadis Danielis. Vtvt sit, constat ipsum orsum esse manifestationem sui Tiberij. 15. anno. *Luc. 3.* decimo autem octauo pro nobis mortuum. Nempe quoniam D. Ioannes ita tempora prædicationis ipsius distinxerit, vt videatur per tria paschata, & paulò diutius prædicasse, à baptismo scilicet ad crucem. *Ioan. 2. 5. 6. 13. Orig. lib. 2. in Iob.*

Primum enim Paschа, Ioan. 2. quando primum eiecit profanos è templo, id est, Paschа anni trigesimi primi Christi.

Secundum Ioãnis sexto, quando multiplicationis Panum & Piscium miraculum edidit, indéque Eucharistiam promisit, id est Paschа anni trigesimi secundi.

Tertium & vltimum Ioannis 11. 12. 13. & deinceps, quando post suscitatum Lazarum quæsitus est ad necem. Id est, Paschа anni trigesimi tertij.

Cuius Paschatis duntaxat mentio à tribus prioribus Euangelistis celebrata est, vt qui vnici ferè anni, in quo passus est, post carcerem Baptistæ, historiam texant, cum Ioannes Euang. prætermisso magna ex parte anno illo, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Baptista in carcerem clauderetur, gesta narrarit. *Hieron. in Catalogo.*

Summa quæstionis in eo hæret, Christúsne primo illo anno, qui erat decimus quintus Tyberij & trigesimus ipsius prædicauerit, an potius Baptismo contentus, ieiunio, testimoniis Ioannis, studio pietatis, & manifestatione sui, à concionandi munere abstinuerit, seque ad illud duntaxat sequenti anno subeundum præparauerit. Constant enim cætera.

36. 4124.

Quare temeratia est, nouationisque plena Gerardi Mer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

caroris assertio Christum quatuor annos prædicasse & mi-
ses aliquot, per quinque Paschata. Nam aduersatur contexiu
& filo Euangeliorum tria Paschata duntaxat memorantium
Primum, vt docui, Ioan. 2. secundum 6. Tertium & vltimu
11. & sequentibus capitibus. Deinde constantes Ecclesiæ &
patrum traditiones atque historias labefactat. Sed & vanissi
ma ratione fulcitur, quod videlicet Marcellinus notet Valen
tinianum Imp. inchoasse imperium postridie diei intercala
ris. Vnde (inquit) constat initium eius, nec sursum nec deor-
sum moueri posse, prima intercalatione in anno quatti con-
sulatus Cæsaris fixa. Nam sic eluditur. Primum Marcellinus
in sua illa temporis designatione errare potuit. Secundò, est
incertum, an illa intercalatio illo quarto anno Cæsaris fixa sit,
& non potius tertio, vt communis fert sententia. Tertiò, illa
intercalatio Cæsariana correcta est ab Augusto apud Ma-
crob. Satur lib. 1 cap. 14. & fortasse etiam ab aliis siue Impe-
ratoribus. siue pontificibus, siue mathematicis, præsertim
Alexandrinis, quibus cura ista solebat demandari, vt constat
ex historiis Ecclesiasticis. Quartò, vt annus addi debeat com-
muni calculo, à Iulio Cæsare ad Valentinianum, quemadmo-
dum iste contendit, cur obsecro, Christi vitæ potius ille ad-
ditur, quàm vel Iulij vel Augusti, vel alterius An quia verio-
res & certiores sunt profanæ historiæ quàm Ecclesiasticæ?

Ignorantia consulatus, quo natus est Dominus, vel quo
passus, nonnullos coëgit errare, vt putarint. 46. annorum
ætate passum esse Dominum. *Aug. lib. 2. de doctr. Christ per-
stringens. Tertullianum, Irenæum,* & qui postea vixit *Cassiodorum.*

Patitur autem Christus anno vibis. 784. Olymp. 202. de-
siuente, mundi 4121. mense Nisan, die Veneris, festo ipso
Paschæ, Luna Soli opposita, siue decima quinta Luna, id
est die decimo quinto Martij, si modo Nisam Martio exa-
ctè respondebat.

Alioquin quia mensis est lunaris ferè cadens in Martium,
& Aprilem, communis sententia est passum. 25. Martij. Siqui-
dem vt mensis apud veteres constanter sit definitus, at non
satis mortis ille dies. Nam Theophilus Cæsariensis epistola
aduersus Quartodecumanos, Apostolorum vicinus eum cō-
tigisse scribit. 11. Calend. Aprilis. i. 22. Martij. Epiph. 14. Cal.
Apr. i. decimo nono Martij. Beda. 10. Cal. April. i. Martij vi-
gesimo tertio. Nicetas & Ecclesiæ Orientales. 10. Cal. Apr. i.
23. Martij. Lactantius. 9. Cal. Apr. siue. 24. Martij. Tert. lib. 1.
contr. Iud. Chrys. Ser. de Ioan. Baptista, Aug. lib. 8. de Ciuit.
cap. vlt. & lib. 4. de Trinit. cap. 5. Cyrillus epist. ad Synodum
Carthag. 8. Cal. April. siue. 25. Martij, qui tunc in decimam
quintam Lunam primi mensis Hebræorum incidebat, quam
certiorem esse sententiam diximus, etsi Paulus Forosempro-
niensis. 3. Calend. Apr. i. 30. Martij malit, Prætereo, eos, qui vt
refert Aug. Nonis Martij. i. septimo.

Sed ab ea longiùs recentiores nescio qua temeritate re-
cedunt, mensem Martium, quo constanter veteres affirmant
passum ac mortuum Dominum, in Aprilem commutantes.

Nonnulli quidem, vt Mercator in 4. Non. Apr. i. secundum
diem anni quarti. 202. Olympiadis, Alij vt Lucidus Samo-
theus & Rogerus Daccho in 3. Non. siue 3. Aprilis eiusdem
Olympiadis. Alij vt Ioan. de Monte Regio in 11. eiusdem
Apr. Hique omnes, quòd alibi se non reperire dicant Pleni-
lunium illius temporis, reuolutis cœlorū gyris pro suo capite.

Sed his respondeo. Plenilunium quidem iuxta ipsorum
calculos, non potuisse tum incidere in 25. Martij, siue per au-
reum numerum Fastorum Romanorum, siue per Cyclum
Cæsaris. (Quanquam non est dubium, quin delirent, alioqui
inter se conuenirent) at potuit per Hebræorum Calendaria,
quæ istorum tabulas non sequuntur.

[De hac

Anni mundi. 4114. 4124.

Anni Christi. 26. 36.

PILATI PRÆFECTVRA.

Anni Christi. 26. 36.

Anni Mundi. 4224. 4124.

[De hac Hebræorum differentia, lege Osim aldum de Ca-
lendarijs. Abenezra de eo proprium librum etiam Hebraicè
conscripsit.]

Præterea per Nouilunium intelligi potest Luna duobus aut
tribus diebus pòst apparitura. Nam sic Hebræi nonnunquam
suas notant Neomænias, vt Lunæ cursus commodiùs cum
Solis motu comparetur.

Denique Fasti Romani potuerūt esse falsi. Quorsum enim
sæpius correcti sunt? Eadem ratio de Tabulis istorum Astro-
nomicis. Quorsum enim aliæ apud alios vique adeò discre-
pant, vt & ipsi diuersum diem & mensem colligant?

Agnum Paschalem edit diei Iouis vespera, qua decimus
quartus Nisan terminari, & decimus quintus incipere, iuxta
legem debebat. Ita Romano more, pridie quam pateretur
Cœnam instituit, die scilicet Iouis. Hebræo autem, ipsa nocte
qua tradebatur, siue ipso die, quo passus est, nempe die Ve-
neris, qui ab ea vespera, Iudaico ritu, inchoabat.

Agnus debuit immolari decima quarta luna, id est, verbi
gratia, die Iouis inter duas vesperas, vesperam scilicet Iouis
obeuntis, & vesperam Veneris ineuntis. Nam à vespera &
nocte diem naturalem Hebræi incipiunt.

Comedi autem decima quinta, id est, mox post illam ves-
pertinam immolationem, die Iouis cadente, & nocte Vene-
ris ineunte.

Quia tamen nostri vesperam, in qua vetus Pascha munda-
tum & nouum institutum est, partem faciunt diei Iouis, non
Veneris, sic dicendum.

Si Dominus decima tertia primi mensis cœnauit, passus est
decima quarta, vt Græci sentiunt. Si verò cœnauit decima
quarta, vt nos, passus est decima quinta. Cum iuxta Hebræos
cœnauit & passus sit eadem die, id est, decima quinta.

Nam Græci recentiores errant perspicuè, dum diem Iouis
putant fuisse decimam tertiam lunam, quadam conuiuij Pa-
schalis anticipatione, vt non in die Paschæ, sed potius ante
eum ipsum diem cœnam Christus fecerit. Impingunt enim
in illud trium Euangelistarum, Mat. 26. Mar. 14. Luc 22. *Prima
autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, Vbi vis
paremus tibi Pascha?* quo loco addit Lucas, *quando* necesse erat
immolari Pascha.

Interim quocunque die comederetur pascha, absque Azy-
mis comedi non poterat, Exod. 12. Deut. 16. In quo etiam
ipsi falluntur.

In cœnaculo autem magno, ἐστρωμένῳ, Stromatibus or-
nato Luc. 22. veste profana, vt hæretici putant, neque veterē
cœnam celebrauit, neque nouam instituit, sed ritu Iudæorū,
apud quos pater familias (*Baal Habbaiith*) vel qui solennitati
præest perficiens ea quæ in templo ritè inchoata sunt, (Inde
enim agnum, prius sacrificatum à sacerdotibus, accipiebant,
& in locum sacro conuiuio destinatum cum ceremoniis &
ritibus certis exportabant) primò se zona præcingit ad id pa-
rata & dedicata, calceos certos induit, baculum tanquam pe-
dum pastorale manu tenet, Exod. 12. Deinde frontem coro-
namento quodam circumuoluit Exod. 13. quod Moses *Tota-
phot* appellat Euangelista *Phylacterium* (capitis) Noster in-
terpres appensum quid supra oculos, Recentiores Frontale,
vt apud Paganos flamines quasi filamines, Iudæi hodie *Tho-
phillath Sel Roi*, quasi oratorium capitis, quòd eo Iudæi in pre-
cibus & orationibus quotidie vtantur miro artificio. Tertio
Manipulum in brachio sinistro. Erit, inquit ibidem Moses
quasi signum in manu tua, & quasi appensum qui ob recor-
dationem ante oculos tuos, eo quod eduxit vos de terra Æ-
gypti. In Euangelio Phylacterium (brachij) Iudæi hodie
Tephillat Sel Iad (*oratorium manus.*)

T ij

PILATI PRÆFECTVRA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quarto tunicam siue vestem quadrangulam, manicatum expertem, quę reliquis omnibus indumentis superimpositè quatuor angulis siue extremitatibus emittit fila retorta siue fimbrias, Num. 15. vbi hoc vestis genus in precibus & solennitatibus imperatur, Moses *Tsisit* appellat, Iudæi hodie *Talith* quasi inuolucrum siue indusium, non admodum differēs ab Ephod lineo, quo aliquando Dauid vsus est. Et *Arba Cam photh* quasi quatuor anguli siue extremitates, Vide Eliam in *Tishi*, & librum *Arba Turim*, id est quatuor montes vel turres. tractat. *Orech Chaim* id est longitudo vitæ. cap. 11. Nam cum his sacris ornamentis celebrabatur non tantum cœna Paschalis, sed & Aphicomim siue קיגומ. i. cœnula Hebræorum quâ idem pater familias vel conuiuij princeps tenebatur perficere cum precationibus, benedictionibus & ceremoniis expressis à Fagio, Deut. 8. & Cassandro in Liturgicis cap. 1. Eos enim ritus Christum in sua cœna, præsertim vt à D. Luca describitur, obseruasse docent, vel potius illam cœnulam in suam commutasse iisdem penè ritibus & forma.

Lingua Hebræa, non vulgari Syriaca consecrasse, suamque cœnam celebrasse videtur, quia Syriacâ nondum sibi suisque mysteriis consecrauerat. Item quoniam tota actio Paschalis solennitatis, lingua putè sancta petagebatur, (quam habes apud Fagium, Deut. 8.) vt & reliqua Iudæorum sacra.

Linguam deinde Hebraicam, id est, Chaldaicam siue Syriacam, qua tum Hebræi loquebantur, Græcam & Latinam Crucis titulo dedicauit, *Hiero. in Nepotiam Epit.* Ex quo deinceps quatuor has linguas Ecclesia ad sua mysteria & sacra transtulit. *Hebræam*, quæ iam antiquitus sancta erat apud Nazaræos, aliosque Hebręos, Indos, & plærósque Orientis populos. *Syriacam*, apud Syros, Maronitas, Mesopotamios, Assyrios, Nestorianos in Persida, Armenios, (nisi quòd eorum plerique iam lingua sua Armenica celebrant, qui proinde à Græcis male audiunt) Arabas,, Ægyptios, (qui tamen olim Græcè id faciebant) Iacobitas siue Nubianos, Abyssinos (nā lingua Tangica, qua eorum Liturgia scripta est, non eorum est vulgaris, sed Chaldaicæ veteris dialectus) & reliquos Asiæ maioris ac Africæ prope Ægyptum populos. Græcam apud Græcos, Insulanos maris Mediterranei ad vsque Siciliam, Cilicas, Pamphylios, Lycios, cæterósque minoris Asiæ, Georgianos, Colchos, Moscouitas & alios Asiaticos Septētrionales, Antiochenos, &c. Latinam in his orbis Occidentalis regionibus & Moxarabea. i. Occidua Africa, in qua se Christianis Arabes siue Sarraceni infuderunt. Hinc Hiero. in Epitaphio Paulæ, ad sepulturam Paulæ peregrini, qui ex cunctis linguis conuenerant, Hebræo duntaxat, Græco, Latino, Syróque sermone, Psalmos triduo personatunt, quousque in Specum Domini conderetur. Hæc contra Caluinolatras, qui linguis aliis barbaris & profanis barbariem in sacra solennia inducere, Sanctorum per totum orbem communionem quatuor his linguis comprehensam dissoluere, & titulum Crucis corrumpere conantur, quamuis scriptum sit in libris Psalmorum, Ne corrumpas tituli inscriptionem (Psal. 56. &c.) Nicolaus Pap ad Michaelem Imper.

Qui putant Iudæos iuxta constitutiones Rabbinicas, diem decimum quartum Nisan, id est, diem Iouis, in diem decimum quintum, id est, Veneris transtulisse, & Pascha in Sabbatum, quasi Christus crucifixus non sit ipso Paschę festo, sed peruigilio, errāt. Nam Iudæi perpetuo fuerunt tenaces cùm omnium, tum illius Mosaicæ legis Exod. 12. vers. 6. 18. Leuit. 23. vers. 5. Num. 9. vers. 2. 3.

Imponit autem impudenter Rabbinis Paulus Burgensis & Munsterus in Calendario, & in 26. Mat. quando eos fingunt docere Pascha esse transferendum in Sabbathum, si in

Anni mundi. 4114.

Anni Christi. 26.

PILATI PRÆFECTVRA.

Anni mundi. 4124.

Anni Christi. 36.

Anni Christi. 36.

Anni mundi. 4124.

diem Veneris labitur, ne duo festa coniungantur, tunique Pascha esse immolandū, 15. luna, non. 14. Nam Abben Ezra in 23. c. Leuitici nominatim docet maiores suos nunquam transtulisse Pascha, quando occurrebat יום, id est feriis 2. 4. 6. siue diebus Lunæ, Mercurij, Veneris. Itaque & Christus & Iudæi pariter vero die celebrarunt Pascha. Nempe sub finem diei Iouis, inchoante die Veneris, quo quidem passus est Dominus, tanquam vero & solemni Paschæ festo.

Nec eis fauet, quòd dies ille Veneris, *Ioan.* 19. Parasceue nominatur, & expressius in quibusdam exēplaribus, sed corruptis opinor, Parasceue Paschæ. Nam illis erat sciendum, quemlibet diem Veneris ab Hebræis nominari Parasceuen, siue, vt loquuntur, ערוב Erub, id est sponsio quòd illo præparent, quæcunque sunt necessaria die Sabbati ad vescendū, sedendum, aliquid aliud faciendum. Ita dies ille erat Parasceue, non quidem consecuturi Paschatis, sed Sabbati, vel si probas illam alteram lectionem, erat Parasceue Paschæ. i. dies Veneris Paschæ. Sumitur enim hîc relatū pro absoluto.

Phlegon Adriani Cæsaris lib. 13. Chronogra. Eclypsis factæ, dum Dominus de cruce penderet, meminit ad 203. Olympiadem.

Dionysius Areopagita, tum agens annum ferè 25. in Ægypto philosophatur. vixit an. 90. ad vsque Domitiani tempora.

Apollonius Sophista & Astrologus Areopagitæ amicus Heliopoli Ægypti, quæ hodie Damiata.

Christo paulò ante mortuo, Pilatus noctu imagines Cæsaris, in templo statuit. Quod primę seditionis & turbarum Iudææ seminarium fuit, vt qui pacis principem de medio sustulerant, in dissensionis belli presidis Satanæ inciderent potestatem.

Acta Apostolorum Lucæ exordiuntur à die, quo Christus ascendit in cælum, vsque ad Neronis annum tertium, quo Paulus sub militari custodia Romam ductus est, id est, à Christi 33. ad 58. qui numerus est annorum viginti sex.

Anno secundo à morte Christi, id est, vigesimo Tyberij, Pilatus sacrum thesaurum, quem Corbonam vocabant, in Hierosolymorum aquæductum expendens, secundę seditionis præbuit semina.

Eodem Paulus conuertitur.

Moriuntur Philippus Tetrarcha Iturææ & Thraconitidis regionis, frater Herodis Antipæ Tetrarchæ, & Lysanias Abilinæ Tetrarcha Ptolomæi Mennei filius, qui & obtinuerat principatum Calcidis, sub Libano, id est, Abilinæ. *Ioseph. de bello cap.* 11.

Quare Herodes Agrippa Herodiadis frater, ad alteram istarum Tetrarchiatum aspirans, Romam ad Tyberium venit. Sed frustrà. In patriam rediens, in turri se inclusit, vt illic se ære alieno obstrictum fame necaret. Hoc cogniro, Herodes Antipas Herodiadis pellicis fauore, ei necessaria submistrauit.

Deinde Romam rediit, & à Caio Caligula vtramque Tetrarchiam est consecutus, accepto Regis titulo, *Act.* 12.

Ingratus posteà, Antipam apud Caium accusauit, & eius Tetrarchiam obtinuit, vt sic tribus potiretur.

Armeniam à Parthis occupari, Mesiam à Dacis & Sarmatis, Gallias à Germanis vastari Tyberius negligit. *Sueto.*

Apitius helluonum prodigiosissimus, de quo Suidas.

Nouellius Mediolanensis tres vini congios vno haustu sine respitatione ebibebat.

36. 4127.

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.		Anni Christi.
a ANNIS quatuor post Dominum crucifixum Vitellius Iosippum Caipham deponit, & Ionathan Annę filium substituit. *Ioseph. 18. Antiq. cap. 6.* A quo Caipha ad captiuitatem vsque pontifices fuêre vndecim.	4124.	*Sequuntur principes à Christo passo ad captiuitatem, quando sepulta Synagoga.*	
Pilatum ad Tyberium, vt se de multis criminibus purgaret, eodem tempore transmisit, qui non multo post, Caio Caligula Imperatore, ærumnis succumbens, se sua manu peremit, *Euseb. lib 2. hist. cap. 7. Oros. lib. 7. cap. 3.* E Gentilium scriptis paulo aliter Suidas in Nerone.		I.	
Successorem Pilati à Tyberio missum his annis tribus, quos Vitellio Syriæ præsidi assignamus, aliqui Marcellum faciunt.		a VITELLIVS præses Syriæ & Iudææ, an. 3.	36. Ioseph. lib. 18. Ant. cap. 6. 39.
Christi 38. Tybetio Imperatori Caius successit. Qui statim Agrippam Herodem Aristobuli filium Herodis magni nepotem regem appellauit, atque ei Tetrarchias Philippi & Lysaniæ concessit annis 4.		*Pontifice Ionathan. Annæ filio.*	
Anno vero 41. Herode Tetrarcha Lugdunum relegato, Galilæam quoque adiecit.		*Tyberio, deinde C. Caligula, an. 4. Cæsaribus.*	
De Gamaliele multa hîc Hebræi narrât. Eum cõtra hæreticos (nos Christianos intelligunt) condidisse benedictionẽ, quæ in solennibus precationibus recitaretur, cum aliis octodecim iam à temporibus Ezræ vsurpatis. *In Talmud cap. Tephillath Hassabar.* Oratio Matutina. Hanc hodie in suis Synagogis canunt, ter nobis sub Nazaræorum nomine imprecantes. Addunt eum peruenisse ad captiuitatis, tempus, & in suo Iudaismo senuisse. Vitam à Tito obtinuisse precibus R. Iohanam Ben Zachai, cuius magna esset apud ipsum authoritas, *Iosippus*. Sed mentiuntur. Nam Chtistianum fuisse Clemens in recognitionibus testis est oculatus.		*Agrippa Herode Aristobuli filio Iudæorum rege.*	
Samaria, Phœnicia, Siria Euangelium recipiunt.			
Barnabas primus Romæ Christi fidem prædicauit, viuo adhuc Tyberio, & paulò post in Iudæam rediit. *Clemens lib. 1. historiarum, & Dositheus in Synopsi.*			
Clemens Romanus ab eo commotus, & desiderio fidei accensus, paucis diebus ad res suas componendas sumptis, breui post eius discessum in Iudæam nauigauit, & à Barnaba Cæsaream reperto, ad Petrum ductus, & ab eo plenè conuersus, factus est comes peregrinationum illius. Multa scripsit, inter cætera libros historiarum. Sic enim vocat Beda libro de Temporibus cap. 3. quos de actis & disputationibus Petri cum Simone Mago scripsit, & Ruffinus in Latinum conuertit.			
Hinc deinde vsque ad Neronem qui anno Christi 55. id est, vigesimo tertio: Claudio Imperatori successit, Apostoli & Discipuli toto terrarum orbe dispersi, Christianorum nomen latè in omnes Prouincias propagarunt.			
Candace regina Æthiopum, Phraartes Parthorum, Iuba Maurorum quondam regis filius doctissimus, Abagarus Mesopotamiæ, Bardesanes Babyloniæ reges.	4131.	2. b PETRONIVS missus à Caïno Caligula, an. 4.	39. Ibid. cap. 11. 43.
b PETRONIVS Iudææ præfectus Caij imaginem inferre in templum tentauit, non sine multorum Iudæorum tenitentium tumultu. Quare irritatus Caius Caligula, vi Iouis idolum inferre decreuit in Templi adytum, non suscepta Philonis legatione. *Ioseph. lib. 18. Antiq. cap. 11.*		*Theophilo fratre Anani pontifice.*	
Quod etiam ausus est Adrianus Imperator. Vbi quondam (inquit Hieronymus in 2. Esaiæ) erat templum & religio Dei, ibi Adriani statua, & Iouis idolum collocatum est. Quæ sanè implebant vaticinationẽ Danielis, qui scripserat, in propinquo fore ruinam Iudæorum, cùm in loco sancto posita	4131.		43.
		Caio Caligula Cæsare.	

esset

Anni Christi.		Anni mundi.	
672	*Agrippa Herode Iudęæ rege.*	4020	esset desolationis abominatio. Sic enim Hebræi idola & impios cultus nominant.
			Ab eo ergo tempore cuncta Iudæis peruersè cedere cœperunt, vt præmonuerat Christus prophetarum numen, *Matth. 24. & Mar. 13.*
			Caligula diuinos sibi honores exhiberi mandauit.
			C. Flaccus prætor Aegypti, Iudæos valde torquet in Aegypto. *Philo in Flaccum.*
			Philo Romam legatus venit, vt C. Caligulâ suæ genti placaret. Sed nihil obtinuit, imò est periclitatus. *Hier. in catal.*
			Quanta Caij principis imperio Iudęis mala acciderint, multis libris explicauit, in quibus est liber de sua legatione ad Caium.
			Appion Grammaticus, contra Philonem & Iudæos ad Caium mittitur. *Ioseph. lib. 18. Antiq.*
			Contra Iudæos in omnibus vrbibus seditio, sicque pœnas suis sceleribus dignas luere incipiunt.
			Herodes Antipas ab Herode Agrippa accusatus apud Caium, quòd amicitiam firmasset cum Parthis, Lugdunum in exilium cum Herodiade mittitur. Illic vterque miserabiliter & in summa egestate moritur, pœnas luens interfecti Ioannis Baptistæ, & irrisi Christi.
			Tetrarchia Agrippæ datur. Iudæa, Samaria, & Cæsarea deinde adiiciuntur.
			Cædes ingentes Iudæorum factæ Babyloni, &c. *Ioseph. cap. Vltim.*
		4134	Adminocius Bellini Battauorum regis filius in deditionem
46. Ioseph. Ant. lib. 19. cap. 7.	c MARSVS an. 3.		acceptus. *Sueto. Oros. lib. 7. cap. 5.*
			Exacto septennio post mortem Christi, duodecim Apostoli ascenderunt Hierosolymam. *Clemens lib. 1. histor.*
	Eodem pontifice.		Nam Iacobus Ioannis frater adhuc erat in viuis. Quippe non tertio anno à morte Christi occisus, sed vt minimum, decimo. sub Claudio aliqui rectè.
			c HERODES Aristobuli filius, cognominatus à Iosepho *lib. 19. cap. Vlt.* Agrippa iam rex Iudeæ à Caio factus, à Claudio rex Iudeæ & Samariæ appellatur annis 3.
			Hic S. Iacobum occidit, & D. Petrum in carcerem coniecit. Ita reges Iudæorum tertium. Nam postea sub Romanis iterum, sine Regibus.
			Consumptus à vermibus, expirauit aliquanto post interfectum Iacobum Ioannis fratrem, anno regni septimo, id est, Claudij Imperatoris tertio.
	Claudio Cæsare.		Postquam ab ipso quartam Tetrarchiam. i. Iudæam, obtinuisset, cui Romæ nauauerat operam, vt consequeretur imperium. Regnum eius prouincia facta. *Cuspini.*
			Hierosolymis catenam auream, quàm ei Caius dederat, suspendit. Inde theatrum more Romano construxit, & amphiteatrum, & alia plurima monimenta.
	Agrippa Herode Aristobuli filio Iudæorum rege.		Habuit fratrem Herodem regem Calchidis. Reliquit Agrippam filium annos. 17. habentem, & tres filias, Beronicẽ, Mariam, & Drusillam.
			Eius filius Agrippa iunior, rex primùm Calchidis, deinde Thraconitidis, vsque ad quintum annum ab excidio. Patri in integrum non successit, sed in Tetrarchia trans Iordanem. Vsque ad excidium perstitit in Romanorum amicitia. Itaque in eius prouincia, bello Iudaico excidentes Christiani, tuto vixerunt. Paulum audiuit. *Act. 25.*
			Christi. 44. Petrus Romam primum venit, atque ibi se pontificem gessit.
			Iudæa miserè à Magis & latronibus affligitur. *Ioseph. lib. 20. Antiq. cap. 10. Tacit lib. 12.*
715		4054	Helena Adiabenorum regina & Izates rex pietate clari. *Ioseph. lib. 20. cap. 1. 2. 3. 5. Tacit. lib. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gotarze Parthus bellum gerit. *Tacit. ibid.*
Abbarus Arabum rex. *Ibid.*
Bellum Britannicum, Britannia subacta. Orchades insulæ imperio adiectæ. — Anni mundi 4134
Petrus Romæ Euangelium prædicat à Claudij an. secundo, quo primum Romam venit ad Cathedram Apostolicam illic figendam, vbi sedes Idololatriæ erat præcipua, vsque ad annum 6 eiusdem. Tunc enim ad tempus discessit. Sicque illam tum præsens, tum absens, vt necessitas tulit, vsque ad vltimum Neronis, per annos. 25. administrauit. Hiero. addit ad expugnandum Simonem Magum eò venisse.
d MISSVS Iudææ procurator à Claudio post mortem Agrippæ regis. Ita Iudæa iterum sub Romanis, & Syriæ prouinciæ attributa.
Agrippa secundus, Herodes, id est, primi Agrippæ interfectoris D. Iacobi frater Calcidicæ in monte Libano rex creatus, inde potestate pontifices instituendi accepta, sub Claudio moritur. — 4137
Theudas Magus, qui se prophetam dicebat, viris quadringentis contra Romanos eductis, captus occiditur. *Act. 5. Iosephus lib. 20. Ant. cap. 2.*
Hic enim eum locat, sub Cuspio Fado, qui non nisi adiit præturam post Passionis duodecimum. i. tertio Claudij exacto, vt ipse Iosephus ait, lib. 19. Antiquitatum cap. vlt.
Quod si in Prætore non fallitur, D. Lucas historiæ ordinem non est sequutus, sed per hysterologiam capite Actorũ quinto narrauit, quę erant commemoranda post nonum, id est, post Pauli conuersionem.
Sed simplicius Iosephum fuisse hallucinatum, idque annis quinquaginta vt minimum, quemadmodum & quatuordecim in Descriptione, quam collocat sub Archelao filio, quæ constituenda fuerat sub Herode patre, de quo suprà.
Philo secundo venit ad Claudium pro Iudęis. Tum Romæ locutus fertur cum Petro Apostolo, eiusq; habuisse amicitiais, ideòque Ecclesiam Marci discipuli Petri ornasse laudiebus. *Hieronymus in Catalogo.*
Claudius Iudæos tumultuantes impulsore Christo. (id est, propter Chtistum) Roma expulit. *Suetonius in Claudio.* Vbi fortasse Iudæos Christianos vocat. Nam Pagani primos Christianos eo vocabant nomine, quòd ex Iudæa duxissent originem, libris Iudaicis. i prophetis niterentur, Christus esset Iudæus, Apostoli, &c. vt Rutilius Galus li. 1. Itinerarij, *Tacitus. li. 21.*
Anno 16. post Christum crucifixum, eum antea diceremur discipuli, fratres, Galilæi, Iessæi, Nazaræi, ἰκέται, Therapeutæ, & Paganis Iudæi, Christianorum nomen sumus Antiochiæ consequuti. *Suidas, Act. 11.* — 4139
Hoc anno mater Domini corpore in cœlum assumitur. *Eusebius Chron. &c.* circa 48. scilicet ætatis, Passionis filij decimum quintum.
Fames totum orbem occupat, maximè Iudæam, quam Agabus prophetauerat. *Act. 11.*
Helena Adiabenorum regina veniens Hierosolymam, adorandi causa, multis pecuniis comparatum frumentum ex Aegypto, pauperioribus distribuit. Eius sepulchrum pro portis Hierusalem nobile construitur.
Simon Magus à Claudio honoratur statua propter Magiam. *Irenæus lib. 1. cap. 19 Iustinus Martyr ad Antoninum.*
c HIC erat frater Philonis Iudæi. *Iosephus lib. 18. Antiquitatũ cap. 8. & 10.* procurator Iudææ à Claudio factus.
Inter consulares Vespasiani amicos statuam habuit, ex Iuuenale. — 4139
Herodes Calcidicæ rex moritur.

Anni Christi. 45

4
d CVSPIVS Fadus an. 3. — Ioseph. lib. 20. Ant. cap. 1. — 49

Eodem pontifice.

Agrippa Herode Iudæorum rege.

Cassio Long. præside Syriæ.

Claudio Cæsare.

5
c TYBERIVS ALEXANDER Alabarcha an. 2. — 49 Ibid. 51

Iisdem Sacerdotium & imperium administrantibus.

Anni Christi. 51

6
f VENTIDIVS CVMANVS an. 3.

Pontificibus Simone Boethi filio, Ionatha Annæ filio, Matthia.

Agrippa iuniore Iudæorum rege.

Quadrato Syriæ præfecto.

Claudio Cæsare.

Ibid. 54. — Anni mundi 4142
Inde Agrippa iunior primi Agrippæ filius rex Calcidicæ à Claudio appellatur ad. 8. imperij. Nam hic Agrippa fuit huius nominis tertius.
Inter Therasiam & Theram, orta est insula triginta duum stadiorum.
Magna Asiæ pars per Paulum ad Christum conuersa. *Act. 16. 17. 18.*
f FESTO Paschæ Hierosolymis orta est seditio inter pontifices & principes populi. Ad portarum limen populo accurrente, triginta millia Iudæorum perierunt, inter quos Ionathas pontifex. *Ios. li. 20. Ant. c. 4. & 2. de bello c. 11.*
Cumanus exilio damnatur.
Bellum Parthorum inter Gotarzin & Bardanem. Occiso Bardane, Gotarzis regnum obtinet. *Tacit. lib. 11.*
Iacobus frater Domini Liturgiam siue Missam promulgat, quæ Græcè habetur. *In. 6. Synodo Constan. can. 32.* Vnde ab Apostolis primus cõstitutus fuisse dicitur Episcopus & λειτουργὸς. *Egesippus apud Euseb.* λειτουργὸς. i. sacrorum solennium administrator, officiarius, missarius. Hinc Missam Græci vocant λειτουργίαν
[*Missa* nomen est hebraicum, habetur Deut. 16. 12. Et ab antiquo vsu Israelitarum dependet inde vsque à temporibus Melchisedech, Gen. 14. de his Rabbini multa.
g APVD hunc Paulus accusatus seipsum defendit. Agrippa tertio regnante, cum anno proximo 55. Verbo Dei in Asia, Macedonia, Græcia prædicato, Hierosolymis à Iudæis fuisset captus & Fœlici traditus, à quo per biennium in custodia habetur.
Seditio inter Iudæos & Gentiles in Cæsaræa Palestinæ.
Vespasianus missus à Claudio in Germaniam, deinde in Britanniam trigesies & bis cum hoste conflixit, viginti oppida cepit & Vectam insulam.
Ægyptius quidam impostor plurimos Iudęorum seducens à Fœlici perfidè opprimitur. *Act. 21. Ios li. 20. ca. 12.*
h Fœlici à Iudæis accusato successit Festus, à Nerone missus.
Is Paulum, cum Cæsarem appellasset, Romam postero die misit Iulio Centurioni traditum, vbi per biennium mãsit omnes, qui ad se adibant recipiens, regnum prædicans, & libere ac sine impedimento docens. *Act. vlt.*
Ad Festum visitandum Agrippa rex (Calcidicę. f. venit.) *Ibid.*
Ananus Paulum pugnis percuti iussit. *Act. 25.*
Is erat Sadducæus, vt è Iosepho & Egesippo Nicephorus docet *lib. 2. c. 38.*
Bellum Parthicum ob Armeniam. Corbulo Syriæ proconsul Nyridatem Armeniæ regem fugat, Artaxata regni metropolim comburit. *Tacit.*
Aziazo Emusæorum rege mortuo frater successit, & minoris Armeniæ principatus Aristobulo Herodis Calcidensis filio à Nerone conceditur. *Ios. cap. 1. lib. 20.*
i FESTI morte audita à Nerone missus. *Ios. li. 20. Ant. c. 8.*
Interim Anani pontificis iussu Iacobus frater Domini, de templo præcipitatur, ob cuius necem populus credidit consequutam fuisse à Romanis calamitatem. *Ios. li. 20. Ant. c. 8.*
Rexit Hierosolymitanam ecclesiam annis 30. vsque ad Neronis septimum, qui septimus erat antequam Romę. D. Petrus crucifigeretur.
Itaque epistola Clementis ad Iacobum fratrem Domini Hierosolymorum episcopum, non ad hunc scripta est, qui & Apostolus fuit & Iacobus Alphæi, sed ad successorem alium, de quo in Liturgia Æthiopica & apud Epiphanium

7
g ANTONIVS FOELIX an. 3. — 54 Ibid. c. 5. de quo Act. 24. 57 — 4145

Pontifice Matthia, deinde Elinæo.

Agrippa iuniore Iudæorum rege.

Claudij Cæsaris duodecimo.

8
h PORTIVS FESTVS missus à Nerone an. 3. — 57 Ios. li. 20. Ant. c. 7. Act. 25. & 26. 60 — 4148

Pontifice Iosepho Camæ filio, deinde Anano Annæ filio.

Agrippa iuniore Indæorum rege.

9
i ALBINVS an. 3. — 60 Ibid. c. 8. 63 — 4151

Pontifice eodem & Iesu Gamalielis filio.

Agrippa iuniore Iudæorum rege.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra Antidicomaritas, & eundem Clementem in lib. Recognitionum, quibus locis celebratur mētio trium Iacobotum, quorum duo Apostoli, tertius simpliciter frater Domini episcopus Hierosolymitanus appellatur.	*Anni mundi.* 4151.	*Nerone Cæsare.*	*Anni Christi.* 63
In episcopatu successit Simon frater. *Egesippus.*			
Miserunt Iudæi nuntios Romam aduersus Paulum & Agrippam regem. Paulus vinctus an. 2. Neronis, Marcellino & Aviola Cos. *Castiodorus.* Anno Neronis 4 Romam peruenit. Mansit autem biennio toto in ædibus à se conductis, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei nemine prohibente. *Act. Vlt.*			
Circà autem finem biēnij coram Nerone causam dixit, liberatus ex ore leonis. 2 *Tim.* 4.			
Sequenti octennio ad ecclesias Syriæ, Asiæ & Macedoniæ rediit. *Phil.* 1. In Italia, Hispaniis, *Rom.* 15. Gallia, & aliis occidentis regionibus docuit. *Euseb. lib.* 2. *cap.* 22. *Epiph. Hier.*			
Posteà cùm secundo Romam rediisset, à Nerone capite truncatus est die 29 Iunij.			
Ascenderat Hierosolymam post annos. 17. à sua conuersione, qui erat Christi passi 18. Quo tempore concilium illud Hierosoly. *Act.* 15. vulgo ponitur.			
Paulus & Seneca amici se mutuis literis sæpius salutant, quarum meminit Hier in catal. & Aug. epist. 53. & 54.			
Accepta à Nerone facultate abeundi, quò vellet, transiuit in Hispaniam per Arelatem & Viennam vrbes Galliæ, in quibus Trophimum & Crescentem reliquit. *Epiph. hæres.* 51. *& Sophron.*			
D. Lucas mandato Pauli primùm prædicat in Gallia, deinde in Dalmatia, Italia, Macedonia. *Epiph. ibid.*	4154		63 *Ibid. c. 9.* 66
Philippus Apostolus Gallis prædicauit Christum, & Gallias ad prædicandum accepit. *Freculphus in chronicis post Isidorum cap.* 75.			
Agrippa Cæsaream Philippi ampliorem reddens, Neroniā appellat. *Ios. lib.* 20. *Antiq. cap* 16.			
k A Nerone missus Matthia Theophili filio pontifice, vel iuxta Hebræos, Anano, bellum contra Romanos Iudæi (Flori tyrannidem non ferentes) susceperunt, quod posteà in eorum perniciem terminatum est, Phinæo pontifice, qui in chronicis Hebræorum Pherut filius Phenielis alienigena, & sorte factus pōtifex dicitur, depositō Anano Annæ (qui Dominum damnauit) filio.			
Florus præsente Berenice regis Agrippę sorore, pro Tribunali die solenni principes Iudæorum flagris verberat, & crucibus suffigit. *Ioseph. lib.* 2. *de bello cap.* 25. Hinc rebellio, ad quam opprimendam Vespasianus destinatur.			
Plena impostorum & Magorū omnia (pœna reiecti Christi.) *Ioseph lib* 20 *Antiq. cap.* 6.			
Plena prodigiorum omnia, octo præcipuè horrenda, futuram Iudæorum cladem portendunt. *Iosip. Ioseph.*			
Eleazar Anani filius rebellionis primus auctor. Simeon ben Giora Idumæos, Ioannes quidam zelatores ad vrbem contra Romanos tuendam introducit. Duobus istis tyrannis omnia in hoc bello sunt gesta, qui & pœnas dederunt. Nam à Tito capti & in triumphum ducti, cæsi sunt duriter, & deinde crucifixi.			66 *Ioseph. li.* 6. *c. Ant. ap.* 9.
Anno Christi. 65. prima per Imperatores Christianorum persecutio incœpit, sæuiit vsque ad Neronis mortem id est, Christi 69. per quatuor videlicet annos.			
Trophimus Pauli discipulus, apud Arelatenses prædicat de cuius fonte omnes Galliæ riuuli acceperunt. Irenæus Lugduni, Crescens Viennæ, Visinus Biturigis, Paulus Narbonæ, Saturnius Tholosæ, Austremonius Aruernis, Martialis	4154		66

Anni Christi.	II	*Anni mundi.*	lis Lemouicis, Burdegalensibus, Pictauis, Fronto Petragoriis, Eutropius Xanctoniis, Gatianus Turonis, Iulianus Cœnomanis, Parisiis Dionysius, Senonis Sauinianus & Potentianus, Belnaci Lucianus, Heduæ Andochius, Lingonis Benignus. Cæterę nationes suos primos Apostolos designent. Mihi nostros Gallicos annotasse sat est. Alioqui non dubito, quin eodem hoc tempore vbique terrarum alij, apud alias gentes prædicationis munere fungerentur, quando intra viginti aut triginta annos à Domini morte, Euangelij doctrina vbique ferè audita, & recepta inuenitur. *Chrysost. hom.* 10. *in Matth.*
66			Quod significat D. Paulus, dum Rom. 1. Romanorum fidem annuntiari per totum orbem scribit. Rom. 10. iam vulgatum fuisse Euangelium vbique. Colos. 1. Euangelium prædicatum esse apud omnem creaturam, quæ sub cœlo est.
			Tecla prima ex mulieribus virgo & martyr, apud Iconiū, Pauli discipula.
69	I VESPASIANVS, proconsul qui postea adeptus est imperium an. 3.	4157	[Prima virgo quidem ex gentilibus, alioqui est prima omnium Virgo Maria. Itemque prima est Petronilla filia D. Petri Apostolorum Principis. Ex.]
			I PROCONSVLARI imperio à Nerone (regni eius duodecimo) missus Vespasianus contra Iudæos, qui præsidis Festi Flori iniurias non ferentes rebellare cœperant, Galilæam totam, cuius dux erat Iosephus, partim vi, partim deditione occupauit.
	Phinæo pontifice.		Mox transito Iordane, Gadaram primo impetu cepit, & aduersus eos, qui Gadaris fugerant, equitatum immittens, tota regione trans Iordanem potitus est vsque ad Machetunta.
	Agrippa iuniore Iudæorum rege.		Alio deinde prælio Hiericūtem cepit, & coëgit intra muros Hierosolymæ Iudæos confugere. Deinde ad Hierosolymam excindendam Titum filium reliquit. *Sulpi. lib.* 2.
	Nerone Cæsare vltimos duos annos explente.		Titus autem, vbi pater per Alexandriam ad imperium capessendum profectus fuisset, anno post secundo (qui erat Domini. 71.) in Paschate, quo die Christum in crucem quadraginta propè annos egerant, vrbem expugnauit, sexcentis hominum millibus gladio & fame consumptis, & centum aliis millibus publicè in mancipia vænundatis. *Ioseph. de bello Iudaico lib.* 3. *cap* 6 *Tacitus & Sueton.* In sacerdotes præcipuè sæuiit. Nam eos cùm misericordiam peterent, iussit occidi, dicens, decere sacerdotes cum templo interire. *Ioseph lib* 7 *belli cap.* 10.
	Ottone, Galba, Vitellio annum vnum de imperio contendentibus & se mutuo interficientibus.		Rabbinos decem necauit, quos recolunt pro sanctis Martyribus. R. Simeon ben Gamaliel. R. Ismaël ben Elisæi, R. Hanina ben Tedarion, R. Husiphith, R. Eleazar ben Samaa, R. Iuda ben Dama, R. Isbak scribam, R. Iuda ben Hachinas, R. Iuda ben Baba. Decimum R. Akiba Barcozbæ armigerum extinxit Adrianus. *Hebr. in suo breuiario.*
			[Hinc apparet nunquam suis ritibus, etiam ethnicis defuisse sanctorum virorum commendationem.
			Discipulos sapientum, i. Scribas & Phariſæos crudeliter occidit. *Kimhi in.* 2. *Ioelis.*
			Inuito & retinente Tito templum à militibus incensum, ita vt ignis humana industria non potuerit extingui. Die Augusti decimo, quo etiam à Babyloniorum rege olim fuerat concrematum. *Iosippon.*
			Nam negat Titus se tanti operis templum incensurum, ne in Deos & muros inanimatos sæuire videretur. *Iosep.*
69		4157	Reliquos, qui duce Barcosba (is vnus fuit è quinque, qui se Iudæis Christum in Lege promissum persuaserunt, magno ipsorum detrimento) arma ceperant, aggressos templum restaurare, Adrianus funditus perdidit. Barcozbam minimè fuisse cæsum ab Adriano asserunt Hebræi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed eius nepotem. Nam eum regnum reliquisse filio Romulo aiunt, quo ipse sub Domitiano vsurpauerat, & contra Romanos defenderat. Et certè etiam Traianus bellum gessit contra Iudæos in Ægypto, qui opportunitate loci euerterant templum, & sepulchrum Pompeij propè montem Casium. *Appian. lib. 2. de bellis ciuil. cap. 13.*

Bar-cozha an. 2. & semis regnum tenuit. *cap. Helecim Sanedrin.* compellebat exquisitis suppliciis Christianos negare Iesum esse Christum, cumque blasphemare. *Iust. Martyr Apolog. 2.*

Ter templum restaurare conati sunt, sub Adriano, sub Constan. Magno, sub Iuliano Apostata, qui hostis Christi etiam pecunias contulit, & artifices vndique euocauit furens, vt Domini sententiam euerteret, qui non patitur templum Salomonicum deinceps instaurari. Vnde vbi apertissent fundamenta, & manum ædificationi admouissent, ignis è fundamento emicans multos exussit. Sed & Imperator flammam cum plerisque aliis vix euasit. *Cantacuzenus oratione. 2. contra Mahometem. Amm. Marcel. (Paganus alioqui) lib. 23. Russinus sub finem 10. hist. Chrys. hom. 2. & 3. contra Iudæos, Ambros. epist. 29. ad Theod.*

Illustribus his testimoniis docuit statum Iudaicum ad nos minime pertinere, quia eum deleuit funditus, nec vnquam instaurari passus est.

Quam sint à Deo alieni, etsi voce tacente, exitu confitentur. Dispersi & palabundi vagantur, Soli & cœli sui profugi, per hospitia aliena iactantur, *Cyp. de Idolorum vanitate.*

Prouidens Deus infirmitati nostræ & volens multiplicari suam Ecclesiam, omnia illa subuerti fecit & penitus tolli, vt sine illa cunctatione illis cessantibus, hæc vera esse, pro quibus in illis typus præcesserat, crederemus. Erat prius Hierusalem vrbs magna, regalis, vbi in templum Dei Christus venit, qui cœlestis Hierusalem cœpit aperire mysteria, delata est illa terrena, & in templo non remansit lapis super lapidem. Erat prius pontifex sanguine taurorum & hircorum purificans populum, sed ex quo verus apparuit pontifex, qui credentes suo purificaret sanguine, nusquam est ille pontifex prior, nec vllus ei locus relictus. Altare fuit prius & sacrificia celebrabantur, sed vbi venit verus Agnus, qui seipsum hostiam obtulit Deo, cuncta illa velut in tempus posita cessauerunt. *Orig. hom. 10. in Leuit.*

m VT Vespasianus multos Iudæos ad publicas operas ad Neronem miserat, ita Titus. 16. millia Romam ad patrem misit in triumphum. *Ioseph. ben Gorion.*

Rab Simeon Cabbalicorum princeps, cuius Cabbala legalium rerum arcana, spiritalem allegoricámque intelligentiam continens, Patrum tantum temporibus per Mirandulanum principem in lucem exiit.

Iosephus Galilææ præfectus tandem à Romanis capitur. Hebræi eum vocant Ben Gorion. At ipse se dicit filium Mathatiæ, & se distinguit à Iosepho filio Gorionis lib. 2. de bello Iud.

Decepti sunt Iudæi post Iosippū Iosephi nomine. Item quòd vterque esset sacerdos, doctus, nobilis, &c. quòd vterque idem de Antiquitatibus Iudaicis & de bello argumentum tractarit, vnus tamen Hebraicè, alter Græcè.

Statuam auream inter Imperatores Romæ est vterque cōsequutus. *Suidas.*

R. Iohanan ben Zacchai in principem à Tito relinquitur Iudeis post diruta Hierusalem in Iabna, Bither, Osa, & earum viculis. *Iosippus.* Quinque insignes habuit discipulos, R. Eliezer filium Hyrcani, R. Iosuë filium Hananiæ, R. Iosephi sacerdotem, R. Simeon ben Nathanaël,

Anni mundi. 4157.

Anni mundi. 4160

Anni Christi. 69

12

m TITVS Vespasiani filius, annis duobus qui annus erat secundus Imperij patris.

Pontifice nouissimo Phinæo.

Agrippa rege.

71

Anni Christi. 71.

Vespasiano Cæsare, cuius secundo capta est Hierusalem. Ita bellum Iudaicum quinque annis confectum est.

Summa ab Archelao siue ab Herodis Magni morte vsque ad vrbis Hierusalem expugnationē. 69. qui annus erat à Christo nato. 72. à Passo. 39. vel 40.

71.

Anni mundi. 4160

4160

R. Eleazar ben Aruch. *Pirke Aboth.*

Titus crudeliter etiam occidit eos, qui erant de regia Herodis familia, ob suspitionem affectati imperij Iuda. inter quos & Hebræi tradūt Agrippam regem, qui alioqui prolixa oratione rebellionem dissuaserat, cum filio suo Munabaz obtruncatus fuisse, sicque intra, 100. annos omnes miserè periisse, vt supra ex Iosepho retulimus. Nostri Agrippam annis. 5. post obiisse narrant, è Iosepho in sua vita.

Simonem Gioræ filium, qui principatum tenebat, triumpho iugulandum cum aliis multis seruauit, Ioanne in perpetuos carceres damnato. *Ioseph. belli lib. 7. cap. 46. & Xiphilinus in Vespasiano.* Nisi quòd eum Barsoram nominat, sed mendosi pro Bar Gioræ.

Vbi aliqui Gioram appellatiuè accipiunt pro proselyto. Nam etiam proselythi siue Iudæis immixti alienigenæ Gioræ vocabantur. *ex Eus. li. 1. hist. c. 7. & Iust. cum Tryph.* גרא Syriacæ. *Theodo. in Exod. q. 24.* Hebraicè גר *gher.*

Vrbis captiuitatem anteuertit Christianorum Ecclesia illic congregata. Nam se Dei monitu Pallam vrbem Agrippæ regis, qui pro Romanis stabat trans Iordanem, recepit. *Epiph. lib. 5. cap. 2.*

[Alij Pellam dictam fuisse volunt.]

Ex omnibus, quæ Romano imperio parent, solam Hierusalem contigit ad summum infœlicitatis gradum procedere. Hanc sub Sedechia rege, propter hæreses & peccata, Nabugdonozor penitus euertit, sed post. 7. an. Cyrus restaurari iussit. Deinde sub Onia pontifice ab Epiphane capta est, templúmq; profanatum, at mox à Iuda Machabæo recepta. Orta dissensione inter Hyrcanum & Aristobulum ob summum principatum Pompeius Romanō subegit imperio, &c. *Ioseph.*

Totus decor & fertilitas terræ sanctæ vnà cum templo & gente concidit. *Ios. de bello Iudaico.* Vnde Balsamum vni Iudææ concessum, ex Plinij lib. 12. c. 26. nec alibi vnquam visum, quàm in Iericho, in Ægyptum translatum est, *Ios. ben Gorion lib. 4. ca. 22.* Vbi crescere dicitur rigatum fonte, qui virgini & filio eius scaturiit, non aquæ alterius irrigatione, diligenti Aegyptiorum custodia, *Iouius.*

[Magna virginitatis sacræ Matris Dei hæc commendatio, ac vtinam hinc aliquando peruicaces resipiscant.]

Vrbs capta & funditus deleta triennio post mortem Pauli, decennio post mortem Iacobi iusti.

In excidio vigebant R. Iohanan ben Zachia, de quo suprà, & eius discipulus R. Eliezer filius Hircani, qui librum Pirkē scripsit, de dispositione & affectionib. Iphętarum terræ, & omnium in Astronomia mirabilium. Eius discipulus R. Ismaël sacerdos magnus, R. Iosua, R Gamaliel, & eius filius R. Simeon, qui fuit pater R. Iudæ Hakkados. Cozri, & in tractatu Berachoth, id est benedictionum cap. vlt.

Post excidium R. Tarphon, R. Akiba. Hinc post Adrianum Imperatorem R. Meir, R. Iehuda, R. Iosē, R. Simeon ben Azai, R. Hanama. Sub Antonino Ribbi. i. Hakkados, siue R. Iuda, R. Nathā, R. Iosua ben Gorha. Mox Tannaim auctores Misna, siue contextus Talmudici, denique Amoraim auctores Ghemara, siue Talmud.

Titus Septizonius, quod oppidum est Italiæ, non Idumæus (vt Iudæi mentiuntur, quò oracula Scripturæ contra Idumæos ad imperium Romanum torqueant) vastata tota Iudæa, & in miserandam speciem redacta, aliquos reliquit in Labna (oppido maritimo inter Iapho & Ascalonem) Bither, Osa (prope Ascalonem) & earum viculis, præficitur eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

R. Iohanan ben Zachai, qui se Vespasiano patri dedide- *Anni mundi.*
rat. *Ioseph.* Boniam sacerdotē fratrem Iosephi sacerdotis
minorem omnibus Iudæis, qui relinquebantur Hierosolymis, præfecit, in Iosephi gratiam. *Ioseph. ben Gorion sub finem belli Iudaici.* 71.
Iosephus tamen ipse scribit, Titum omnia illic destruxisse, præter tres turres.

Vastata Hierusalem Romani emauntem ædificiis exornarunt, & ex euentu victoriæ, Nicopolim nuncupauere. *Tripart. hist. lib. 6. cap. 42. Plin. lib. 5.*

In earum vna, nempe Bither, Barcozbas sedem regni statuit, Domitiano principe per. 30. annos & sex menses, deinde filius eius & nepos sub Nerua, Traiano, Traiano, Adriano, qui huic, Tyrannidi finem imposuit. *Hist. Heb. de rebus Roman. & in tract. Sanedrin cap. Col. Israel.* id est, *Vox Israel.*

Quid post Romæ exilium Iudæi egerint, Talmud, Ghemara, Derasim, Gheonim, &c. vtque se gesserint, ad annum vsque 1108. ab eodem excidio, quo Maiemonium scribebat R. Mose ben Maiemon, qui est Christi. 1148, consule eius libri prefationem & Cabbalicam historiam R. Abraham Leuitis. Atque hæc quidem de veteri populo.

De his qvæ ad christvm spectant externorum testimonia.

Iosephvs lib. 18. Antiquitatum cap. 4, vbi Iesu veram doctrinam & resurrectionem confessus fuisset, inquit: Christus hic erat, &c.

Romani ex Sibyllinis oraculis sibi cauebant, ne quis suorum, regem Ægypti reduceret. Esse enim in fatis, vt statim vniuersi monarcha nasceretur. Hoc oraculum attingit Cicero prima Epistolarum Familiarium ad Lentulum, quid id negotij peterebat. Ac sanè vbi Ptolemæus à Gabinio reductus esset rebus diu in Senatu agitatis, Christus non ita multò post natus est. Vide finem libri secundi Oraculorum Sybillinorum, quæ Græcè extant.

Sibyllæ versus obiecturamus aliquem appellandum esse Regem, si salui esse velimus. Cicero secundo de Diuinatione, vbi & meminit Acrostichidis, quæ Regis illius nomen primis literis versuum exprimebat. Locus autem est in. 8. Oraculorum Sibyllinorum, in quo Acrostichis est hæc Ἰησοῦς Χριστὸς, Ὠιὸς υἱὸς, σωτὴρ, σταυρὸς Iesus Christus Dei Filius, seruator, crux.

[Acrostichis est, cùm ex primariis alicuius vocabuli literis ipsa potest constrtui legitima syntaxis.]

De hoc Rege Sibyllinum librum vertisse Ciceronem narrat Constantinus Imperat. oratione ad Senatum.

Integra est Virgilij Ecloga. 4. de Christo, vt à Cumæa Sibylla descriptus fuerat, cuius versibus consideratis, Secundianus Decij præfectus, Verianus pictor, & Marcellinus orator Christiani effecti sunt. *Vincent. lib. 11. cap. 50.*

Fama erat: esse in fatis, vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur, *Suetonius in Vespasiano cap. 4. Ioseph. lib. 6. de bello cap. 51.*

Herodes pueros in Syria, inter quos & filium suum necat. *Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 4.*

Maximus terræ memoria mortalium extitit motus. Tyberij Cesaris principatu, duodecim vrbibus Asiæ vna nocte prostratis. *Plinius lib. 2. Natur. Historiæ cap. 86* Is est quem Matth. 28. Angelus die resurrectionis Christi excitat. 71

Ante euersum à Romanis templū, aperuerunt se sponte templi portæ, quę vix à 40. hominibus aperiri poterant. 4160.

Tamudici

Anni vrbis condite. 4160.

VESPASIANORVM CÆSARVM SÆCVLO.

VESPASIANI PRINCIPATV.

Anni mundi.

Talmudici Tract. Ioma, initio cap. 4. kimbi in 11. Zach. Attingitur, quod in Passione Christi dicitur: apertum templum, velum scissum, &c.

4160 In insulis maris Mediterranei vox hæc, Imperatori Tiberio audita est: Magnus Pan hodie mortuus est. *Plutarchus inter rationes libri, cur oracula defecerint* Quod aliqui de Christo mortuo, alij de Satana per Christum occiso intelligunt.

Sic M. Seruillio, C. Sexto cos. (anno vno ante passum Dominum) funus Corui celebribus exequiis, nouo & inusitato facinore à populo Rō. curatum. *Plin. lib. 10. cap. 43* significante Spiritu sancto, Coruum. i. atrum illum Satanam mox extinctum iri, Romæ, vbi præcipua eius erat sedes & garritus.

Concionantibus Apostolis idola obmutuisse docet *Theodoret. lib. 10. Græc. affectio.*

Cessant oracula Delphis. *Iuuenal Satyr. 6.*
Sed siluit, postquam Reges timuere futura,
Et superos vetuere loqui. *Lucanus.*
Excessere omnes adytis: arisque relictis,
Dij, quibus imperium hoc steterat.

Hodie profecto summa in mendicitate Delphicum oraculum. *Strabo lib. 9.*

Duas præcipuè causas affert Plutarchus libro de hac re edito. Vnam omnium rerū esse vicissitudinem. Dæmones ipsos siue deos oraculis prępositos senescere & mori, exhausta cœlestis spiritus vi. Alteram abundare suam ætatem philosophis & sapientibus, quorum responsa defectum oraculorum supplerent. Sed vera causa est, quòd Christus apparuit, vt dissoluat opera diaboli. 1. *Ioan. 3. Zach. 13.* Quam reddidit etiam ipse Appollo Augusto Cælati, παῖς ἕβραιος κέλεταί με Θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσειν, &c. Me puer Hebræus cogit Deus atque Deum rex, &c. *Niceph. lib. 1. cap. 17. Suidas in Augusto.*

Augustus Sibyllinos libros, habito delectu condidit duobus forulis auratis, sub Palatini Appollinis basi. *Sueton. in August. cap. 31.* Non sine Dei Ecclesiæ suæ de Sibyllinis oraculis prouidentis numine, ea vt Constantinus postea publicaret. *Euse. lib. 1. de Vita Constant.* In diebus ipsius, fons olei largissimus de taberna meritoria, Romæ per totum diem fluxit. *Oros. lib. 6. cap. 19.*

Cur verò profani tam pauca narrarint de Iudæis & Christianis docet Budæus sub finem lib. 4 de Asse.

Quæ libris tribus vltimis de Antiquitate, septem de bello, & in vita sua Iosephus, Philo Iudæus in Flaccum, de legatione, & alibi Græcè scripserunt, Ioseph ben Gorion, Iosippus & Taulmudici de excidio Hierosol. Hebraicè Singularem Dei iram in populum Iudaicum ostendunt, & Christi religionem mirè confirmant. Verbi gratia, qua mensura mensi sunt Christo, eadem est eis repensum. In monte Olueti Christum comprehenderant, in eodem primùm Titus castra fixit, vt Hierusalem caperet. *Ioseph. lib. 5. de bello cap. 8.* Secundo Paschate conclusi intra muros, *lib. 6. cap. 25. & 45.* Tertio in Cedron cæsi. *lib. 5. cap. 10.* Quartò à Simone ad Ioannem, vt à Caipha ad Pilatum, qui Hierosolymis tyrannidem occupauerant, remittebantur, torquebantur, &c. *Ibidem, cap. 27.* Quintò pro tribunali cæsi clauis à militibus ita & odio abductis, & in ludibrium crucifigebantur. *lib. 5. cap. 28.* Erant autem (inquit) infiniti cum 500. aut etiam plures singulis diebus caperentur. Adeò vt ob multitudinem locus non sufficeret crucibus, & cruces corporibus. Quo 4160
supplicij genere affici cœperant sub Floro prætore ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

7. annos. Nam Iudæorum nobiles ante eius tribunal virgis cæsi, deinde crucifixi, *lib. 2 de bello c. 25.* Anni mundi.

Sextò, vt Christum gentibus tradiderunt, extra vrbem traxerũt cum probro, vt crucifigeretur, &c. ita è patriis locis eiecti, toto orbe signum diuini in se iudicij circunferunt, instar Cain vagi, profugi, exules, vbique, præterquàm apud se, consistentes, gentibus venundati, sine Regibus, sacerdotibus, sacrificiis, &c. *iisdem libris.* 4160.

Septimò Alexandriæ & aliis locis, eadem & multò plura passi sunt, vix dum septimo anno à Christi morte exactò. *Philo in Flaccum prætorem Ægypti.*

Carabæ Iudæi insani, in loco superiore, vt spectari posset ab omnibus, capiti diadema imponunt papyraceum, pro paludamento corpori stoream, manui pro sceptro frustum arundinis. Sic ornatum regiis insignibus & in Regem transformatum, more histrionico, adolescentes perticas in humeris gestantes, pro satellitio stipabant. Tum alij salutatum accedebant magna voce, Regem Iudæorum salutantes, Syra voce Mari, alij sibi iura reddi petebant, alij eum consulebant de re publica. *Et paulò pòst*, Iudæi in Alexandria sub Caio, prætore hoc Flacco tractati, vt etiam, qui dolerent ipsorum vicem confestim pœnas darent, arreptique flagris cædebantur, & post omnia tormenta, quę poterant excipere corporibus, tandem in crucem agebantur. *Et pòst*, Flaccus è Senatu nostro, quem Augustus nobis instituerat, 38 comprehensos in suis priuatis ædibus, confestim vinciri iussit, traductos egregia pompa per medium forum, senes reductis in terga manibus, induxit in theatrum, statutòsque coram inimicis nudos flagellauit, vt concisi verberibus, aliquot mox, vt inde sunt elati, exhalarint animam, reliqui deplorata salute, cum diuturno morbo conflictati sint.

Et pòst, Mos est in neminem damnatum animaduertere, donec solennes celebritates, natalitiáque Augustorum festa prætereant. At iste (Flaccus) per eos ipsos dies iniustis pœnis affligebat homines innoxios. An non poterant postea, si voluisset, easdem ab illis exigere? *poterant ô Philo, sed Dos noluistis differre Christi crucem, donec Paschæ celebritas præteriret.* Sed procurabat, vrgebátque negotium, vt turbis aduersariorum gratificaretur, cùm debuisset habere temporis rationem atque reuerentiam, & differre mulctationem in aliud. *Et pòst*, Manè vsque ad horam tertiam, quartamve Iudæi flagellabantur, suspendebantur, rotis alligabantur, damnabantur per mediam orchestram, ducebantur ad supplicium.

An non sic illa impia vox, Sanguis eius sit super nos & super filios nostros, incipiebat vobis redire per iugulum sed multo plures quærimoniæ apud Talmudicos & Rabbinos, qui istis vigebant temporibus.

CHRISTI *numen ne quidem*

Æthnicis fuit ignotum, qui eius cultores sunt persecuti. Tyberius eum referre voluit inter Deos, *Tertul. in Apol. Orig. lib 2. contra Celsum. Euseb. lib. 2. hist. c. 2.*

Traianus temperauit persecutionem à Plinio. 2. monitus *Ipse lib. 10. epist. Pliny.*

Adrianus pro Christianis rescriptum misit ad Minutium Fundanum Proconsul. *Iust. Martyr 2 Apol. Niceph. lib 3. cap. 27.* Hierosolymam habitandam eis dedit, eiectis Iudæis, *Euseb. lib. 4. cap. 5. Dion Cassius in Adr.*

Antonius Pius pro iisdem literas dedit ad Asiæ populos, in qua ipsos fatetur colere Deum immortalem. *Ibid. Iustinus.* Et alias, in quibus legionem Christianam vocabat κεραυνοβόλον, fulminis iactatricem, &c. *Ibid.* Christianis æquus. *Xiphilinus in epitome Dionys.*

Marcus Ant. neminem, quòd Christianus esset in ius vocari voluit, vt ex ipsius rescriptis constat.

Alexander Mammeæ Christi imaginem in suo larario habuit, eique vt Deo templum consecrare statuit, & Vlpiani eiusdémque farinæ Iurisconsultorum furores cõtra eius cultores cohibuit. *Lampridius.*

Galienus claro Dei iudicio de patre Valeriano à Sapore capto tertius pacem eis dedit, & publico edicto persecutionem amouit. *Eusebius lib. 7 cap. 20.*

Aurelianus fulmine subito tertius persecutionem non est executus. *Vopiscus, Eutrop.*

Maximus Galerius pro Christianis edictum tulit. *Ruffinus.* Licinius itidem. *idem.* Iulianus Apostata incerto ictu ad mortem sauciatus, virtutem Christi confessus est, Galilææ vicisti. *In hist. Eccles.*

Maxentius persecutionem prohibuit. *Optat. lib. 1.*

Reges Persarum etiam pro Christianis multa edicta tulerunt.

Mahometes in suo Alcorano, Turcæ, Saracẽni, Tatari magnificè de Christo sentiunt & prædicant. *Ex ipsorum libris, et nostrorum peregrinationibus.*

a Medorum

4160.

a MEDORVM regnum post destructam Sardanapali monarchiã vsque ad Cyrũ Persam, semper perpetuis Regibus administratũ est. *Diod. Siculus li. 3. ex Ctesia Gnidio*

b ARBACES siue Arbactus corruptè pro Arphaxat, quod nomen ad posteros trãsiit, vt Cæsaris apud Romanos, vnde *Iudith. 1.* Arphaxat rex Medorum à Nabugdonozore victus, videtur esse Ciaxares.

Post Arbacem, quidam interponunt Sosarmum, Medidum, & Cardiceam, & non Reges sed præfectos Medorũ appellant, vt Herodot. Eorum autem res gestas breuiter è Ctesia narrat Diod. lib. 3.

c DEIOCES, qui & Ciaxares, primus se Regem appellauit. *Herod.* Ad eum fugiẽtes Scythæ, deinde ad Haliattem Lydorum regem, causa fuerũt belli grauissimi. *Ibid. lib. 1.* Ab eo vsque ad captiuitatem Astyagis Medicam historiam describit Herodot. *lib. 1.* 3464.

Horum temporum memi nit Iosephus contra Appionem.

Ecbatanam condidit. *Herod. lib. 1.*

Hoc tribuitur Arphaxat. i. Ciaxari, *Iudith. 1.*

d PHRAORTES cũ omnibus suis copiis ab Assyriis, id est, Babyloniis cæsus est. *Herod lib. 1.*

Persas suo imperio subiecit. Deinde Asiam. *Ibid.*

Obsidens Niniuem mori tur. *Ibidem.*

e HIC bellum gessit contra Haliattem regẽ Lydorũ, Nabugdonozore occupato contra Moabitas, Ammonitas, Arabas & Syros.

Lydos vicit, & Asiam trans fluuium Halim subdidit. *Herod. lib. 1.*

Scythas, qui ipso deuicto 28 an. Asiam tenebant, & placati à Phammetico rege Ægypti, Ægypto abstinuerant, astu trucidauit. Niniuẽ cœpit ducentis annis post Ionam Prophetam, *Ibid. & Euseb.* quam postea recuperauit Nabugdonozor 3560

Anni mundi.

HAC SEXTA ÆTATE,

Quæ incipit anno mundi 3368, Monarchia fuit per ordinem penes Chaldæos, Persas & Græcos.

Ecclesia captiua & multa patiente floret mundus.

Dilacerato Assyriorum Imperio & ad ignem compulso Sardanapalo apud

a MEDOS.	BABYLONIOS
b *Arbactus qui & Arbaces, an. 28.*	a *Merodac qui & Baladan, an. 52.*
c *Diocles, vel Deioces. an. 53.*	*Ezechiæ & Manasse Iudæ Reg.*
d *Phaortes, an. 22.*	b *Ben Merodac an. 45.*
c *Ciaxares, an. 40. qui videtur dici Arphaxat, Iudith 1.*	*Menasse, Amõ, Iosia, Ioachaz, Ioakim, per ordinem Iudæorũ regibus.*

Anni vrbis cõditæ.

Oros. li. 1 cap. 1.

HOC rerũ successu deinceps Dei iudicio regna mundi præcipua extiterunt.

ASSYRII subegere cæteros populos, & transtulere Israel.

BABYLONII & CHALDÆI deleuere Assyrios, subegere Ægyptum, & Syriam, & transtulere Iudæos.

MEDI & PERSÆ deleuere Babylonios.

MACEDONES & GRÆCI, Persas & Medos.

ROMANI, Macedonas & Græcos.

BARBARI, Romanos & ex eorum imperio multa regna condiderunt præsertim Turcæ.

Hic Danielis est ordo & summa.

Triginta reges à Nino ad Sardanapalum. *Diodor. Siculus.* Imò triginta sex, spatio mille ducentorum quadraginta annorum, *Eusebius in Chron.* Iam docui hanc monarchiam ante Nabonazarem, siue Phul, valdè esse suspectam, ac Græcos antiquitatis ignorationem fabulis compensasse.

Vti populus Dei captiuitate atterebatur, ita è contrario populus Satanæ rebus prosperis crescebat. Nam Babyloniorum & Græcorum, qui maximi idololatrię fuerunt auctores, res incipiebant clarescere.

Paulò ante captiuitatẽ Archilochus Iambicorum versuum inuẽtor, quibus Lycambem ad restim compulit, Phocylides, Epimenides Cretensis, qui 157. an. dormiisse traditur, & ignoto Deo altare construxit Athenis, Poëtæ Therpander musicus, qui cytharæ septem chordas addidit, qua æditа carmina primus etiam composuit. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Inchoante captiuitate, Simonides Lyricus artis memoriæ inuentor, qui & octauam chordam cytharæ adiecit, vt nonã postea Timotheus. *Ibid. Plin.* Stesichorus poëta Siculus, Alceus primus tragicus, Sappho musa Græcis decima, Lesbia, quæ Elegias, Iambos,

nozor

Universidad de Deusto
Biblioteca

Monodias, lyricorum carminum libros nouem, epigrammata scripsit, & prima plectrũ excogitauit.

a MERODAC Baladan cum 12 an. in Babylone regnasset magnam Assyriorum potentiam ad Chaldæos transtulit, pòst regnauit annis 40. Ab eo Babylonia dicitur Merodac. *Ierem.* 1 & 50.

Eo amico vsus est Ezechias, quare ab ipso accepit munera & fœdus cũ eo iunxit, quòd solem decem lineis retro egisset. *Esai.* 39. 4. *Reg.* 21. huius miraculi meminit Herod. *lib.* 2.

[Ita constat Dio sua sacra veritas, fulta miraculis etiam apud Paganos: quorum causã miracula illa edita sunt.]

Merdocẽpadus Ptolomæo, vt Nabugdonozor Nabopolassar, centum viginti quinque annis post Nabonazarem (id est, Salmanazarem vel potius Phul) *lib.* 5. *Almagesti cap.* 14.

b VIDETVR etiam dictus Berodac, & rex Assyriorum, 4. *Reg.* 21 Atque is esse, qui Menassem regẽ captiuum cepit, deinde restituit. *Ibid.* cõfirmata amicitia & societate, quam cũ ipsius Patre Merodac Ezechias inierat.

Pro eo Iosias rex Iudæ pugnauit contra Necao regem Ægypti, & in prælio cecidit.

Inter hunc & sequẽtem aliqui interponunt, vt Metasthenes, Nabugdonozorem primum Magni Nabugdonozotis Patrem cõtra quem ascenderit Pharao Necao, 4. *Reg.* 23

Quem Nabulasar à Betoso, apud Iosephum cõtra Appionem vocatum aiunt, qui septimo Iosiæ regnum inierit.

c EIVS octauo cœpit sexta ætas, id est, annus mundi 3568 proindéque prima è quatuor Danielis monarchia.

Init enim regnum quarto anno Ioachim regis Iudæ. Victo Necaone Ægypti Rege, Ioachim Regem tributarium fecit. Iterum vrbem ingressus ipsum cepit & interfecit.

Anni vrbis cõditæ.			Anni mundi.
			3464
	c *Nabugdonozor an.* 45.	f *Astyages Cyri auus maternus an.* 35.	
	Ioakim, Iechonia, Sedechia per ordinem Iudæorum Regibus.	g *Darius filius Assueri de semine Medorum.*	
		Summa 178.	
	Euilmerodac an. 23.	*Cyrus, qui vtrũque imperiũ cõiunxit, victis Chaldæis.*	
	d *Baltazar, an.* 10.		
	Summa 173.		
			3500

Nitocris secunda fœmina, quæ Assyriorum (id est, Babyloniorum) imperium administrauit, quinto post Semiramidem sæculo, Euphratem in varios mæãdros deduxit, aduersus Medorum incursiones, qui Niniuem euerterant. Põte mirabili vtramque vrbis partem iunxit, cùm antea limbis transiretur, *Herodot. lib.* 4.

f ASTYAGES sororius Cœsi Lydorum regis, & auus Cyri maternus, qui & Cyrum infantem exposuit, Harpago filium proposuit edẽdum, &c. *Herodot. lib.* 1. *Iust.* 1.

Appositus est ad Patres suos & susceptit Cyrus Perses regnũ eius, *Dan.* 13.

g HVNC Darium Medorum regem putant esse Cyaxarem Astyagis hæredẽ, cuius filiam Cyrius vxorem habuerit, *Ex Xenophonte.*

Hunc verò Astyagem esse, qui Assuerus dicitur Dan. 9. Hydaspes à Profanis, vt quidem censeo.

Baltazarem regem Babyloniorum deleuit, & regnum eorum sibi asciuit. Quot annos tenuerit non cõstat inter scriptores qui minimùm vno anno, qui plurimùm, vt Sulpitius, octodecim.

Sed probabilior ex Danielis deductaHebræorum sententia, vt anno vno, vel ad summum duobus.

Victo Baltazare adiunxit regno Medorum regna Babyloniorum & Assyriorum, quę tria regna postea suo Perico adiunxit Cyrus.

Labinitus vltimus Babylonis rex (Baltazarem scriptura nominat) Nitocris filius à Cyro interficitur. *Herod. lib.* 1.

Græci huius temporis historiam, quantumuis recentem, nondum nouerant. Quare Berosus Chaldæus (vt Iosephus narrat lib. 1. contra Appionem) arguit Græcos scriptores, quòd de Assyriaca monarchia multa fabulati sint, seorsum Babylonis structuram, & ea, quæ posteri sunt admirati, Babylonica ædificia ad Semiramidem retulerint, cùm, vt è Chaldæorum non ita vetustis monumentis docet, ad Nabugdonozorem sint referenda. Et vt de condita Babylone mentiti sunt, ita & de ea victa, quando vado Euphratis siccato immissis militibus captam ferunt. (Vnde & ista aliter narrat Daniël oculatus testis.)

Babylon Chaldaïcorum gentium caput, diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyriæque Babylonia est appellata. Sexaginta millia passuum muris amplexa, ducenos pedes altis, quinquagenos latis. In singulos pedes tetnis digitis, mensura ampliore, quàm nostra, interfluo Euphrate, mirabili operè vtroque. *Plin. lib.* 6. *cap.* 26.

d ANTE Baltazarem quidam post Comestorem in historia Scholastica & Merasthenem duos eius fratres locant, Regassar annis. 3. Labassardac nouem.

Sed hoc non patitur temporum analogia, neque Scripturæ veritas, tam apud Hieremiam, quàm Danielem.

Iosephus quidem contra Appionem Neregalassar nominat, frattem vxoris Euilmerodac, eique 4. annos regni tribuit. Verum illi fortassè currunt cum annis Baltazaris tutorio veluti nomine.

Altero modo per Monarchiarum seriem, huius sextæ ætatis summam membratim probemus atque ostendamus.

I.

a Monarchia Chaldæorum pertinuit ab Oriente extremo ad Gades, indéque Gallias, Iosephus. quæ aurea Dan. 2. Huius meminerunt Berosus apud Ioseph. & Alex. Polyhist. apud Euſ. li. 5. præp. cap. vlt.

Incæpit annis mundi 3560. octo annis scilicet ante quintam ætatem expletam.

I.

191. Ierem. 52. 236. b NABVGODONOZOR filius Merodac annos 45.

Nechaone Ægyptiorum rege & per ordinem Spammo an. 6. Ophre an. 35. Amasi an. 44.

Anni vrbis cõditæ.		Anni mundi.
181.		4560.
		3605.

IN DANIELE Monarchiæ ita sunt ordine positæ, vt non melius in tabula pingi possint. Quare Porphyrius eum asserebat vixisse sub Romana tempora, teste Hieron. in Danielem.

Sub his Ecclesia fuit semper deteriore conditione, donec Christus adfuit, qui suo fœlici aduentu sub suis pedibus eas contriuit, orbémque conuertit. *Dan.* 2.

Chaldæorum Monarchia. 78. annos continuauit. Tres tantùm habuit reges. *Ierem.* 27. Incæpit octo annis ante captiuitatem Babilonicam: nã primus Nabugdonozoris incidit in finem tertij Ioachim. *Dan.* 1. hoc est, fuit quartus Ioachim. *Ierem.* 25.

Assyriorum à Iosepho appellatur, quoniam Babylonij ad se Niniuitarum potentiam rapuerant, & Babylon Assyriæ erat pars.

b NABVGDONOZOR Astyagis Medorum Regis, anno nono Iudæos captiuos abduxit, *Iose. contra Appionem.* Cyaxaris potius dicerem. Nam circa idem tempus vterque regnũ cepit. Fortitudine & magnitudine Herculem superauit, Heroïcisque virtutibus. *Metasthenes, Philostratus,* vsque ad columnas Herculis exercitum admouit. *Strabo lib.* 15.

E regno ob insaniam pulsus, cum feris an. 7. in agro egit: postea ad sereuersus, Deúmque agnoscens, in regnũ reducitur. *Dan.* 4. Mutauit mentem, non formam corporis. *Hieronym.* vt Lycanthropi, qui sibi videntur lupi, proindéque conantur lupinos mores & gestus exprimere. *contrà tamen Iosephus.*

Ad hanc rabiem perductum ob captam Hierosolymam & vexatos Iudæos retulit Metasthenes ex Alphæo.

Tempus, quo statuam sibi posuit, videtur conferendum in extrema eius tempora, post Iudæam, Ægyptum, Syriam, & alias Prouincias subiectas. Nam Daniel cap. 3. viros appellat Ananiam, Azariam, Misaëlem, quos primum pueros dixerat, vt intelligeremus hoc facinus sero admodum, id est, illis iam ætate prouectis contigisse.

Post hæc eius insania & sanitas cap. 4.

Sub eo contigerunt, quæ tractantur Dan. 1. 2. 3. 4. 13. & 14.

Primo regni anno Niniuem subuertit, & Assyriorum imperio, qui mille trecentis ferè annis Regnum amplissimum in Asia possederant (Hieron. in 7. Esaiæ) potitur, Ioachimque regem Iuda tributarium reddit. *Rabbi Sadaias in 1. Danielis è maiorum traditione.* Pharaonem Necaonem eodem percutit *Iere.* 46.

Anno videlicet quarto Ioakim, qui eius erat primus *Ierem.* 25. venit ad Euphratem bellum illaturus Necaoni Regi Ægypti, cui parebat tota Syria, illícque Necaonem sibi occurrentem vicit. Hinc traiecto plenè Euphrate (*Ierem.* 46.) omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

subgit vsque ad Pelusium, præter Iudæam, Ægypto alioqui tributariam (4 *Reg.* 23.)

Anni mundi. 3560.

Anni vrbis conditæ. 181.

Inde exercitu in Iudæos reducto Ioakim Regem cepit, eúmque Babylonem abductum coëgit sibi tributum dare. Quod & per tres annos ab eo in regnum dimisso exegit, donec denegantem tandem cepit atque occisum abiecit. 4. *Reg.* 23. *Ierem.* 22. & 36.

Ciaxare siue Arphaxat Medorum, deinde Astyage, an. 35.

Duodecimo pugnauit contra Arphaxat Regem Medorum, Egbatanæ miro opere conditorem, & vicit in campo magno Ragau circa Euphratem & Tigrim. *Iudith.* 1. vbi vocatur rex Assyriorum, ob Niniuem subactam & Medis exemptum.

Hic Arphaxat videtur fuisse Astyages. Nam Arphaxat erat cognomentum regum illorum, post sublatum Sardanapalum.

Anno 13. Misit Holophernem contra Cilices, Syros, Iudæos & cætera regna Occidentis vsque in Æthiopiam. *Iud.* 2. qui à Niniue exiens debellauit omnia inter Cyliciam & Iaphet, in deditionem accipiens vtramque Syriam, Mesopotamiam, Lybiam (Lydiam fortasse legendum) Ciliciam, cap. 3 donec ei Iudith caput præscinderet. cap. 13. Decimus autem tertius Nabugdonozor erat sextus Sedechiæ, qui fretus amicitia Ægyptiorum & aliorum rebellione, meditabatur libertatem & defectionem. Eliachim tunc inter summos Sacerdotes, cap. 4. alius ab eo, quem pontificatu functum constat post captiuitatem, *Nehem.* 12. Nam ille Nehemianus Eliasib, iste Eliachim nominabatur, & alio nomine, cap. 5. Ioachim, ne mendum putetur. Nam qui Eliachim nominabantur, solebant etiam dici Ioachim, & contrà, vt rex Ioachim, vt pater Virginis, qui proinde Eli dicitur, *Luc.* 3. per apocopen.

Joakim, Iechonia in vinculis, & Sedechia Iudæorum.

Propter hanc Holofernis cladem, contra Sedechiam, cuius nutu facta videbatur, celerius mouit Nabugdonozor præmisso in Holofernis locum Nabuzardan.

Decimo nono anno, vrbem iam tertio rebellantem expugnat, filios Sedechiæ regis necat. Sedechiam excæcat, & Babylonem in perpetuum carcerem trahit. Principes Iuda excruciatos interficit. Tribus integris diebus diripiendam Hierosolymam militibus tradit, solo deinde æquat. Mare, bases, columnas & cætera templi instrumẽta in sua Idolia transfert. Templum incendit, ita habitatoribus terram sanctam orbat, vt 52. annis nullus per eam transierit *R. Iose.* (nisi vt per desertum) Iosedech Seraiæ pontificis à se interfecti filium in exilium ducit. *Kimhi in* 21. *Ezech.*

Seraia, deinde Iosedec pontificibus.

Eos qui fuerant in Iudæa relicti, quoniam per fraudem Chaldæorum præsidia occiderant, Nabuzardan præfectus copiarum anno. 23. ad septingentos quadragintaquinque Babylonem transtulit. *Ierem.* 52. Quæ postrema fuit populi Iudaïci manus eo abducta.

Ieremia, Baruc, Daniele, Ezechiele prophetantibus.

Ita propter perfidiam Sedechiæ in Nabugdonozorem, qua, fretus Ægyptij regis auxilio defecerat, vrbs vltimùm capta & templum incensum & vltima captiuitas inducta *Ierem.* 34. & 52. *Ezech.* 18. 3. *Ezræ.* 1.

Sicque effossis oculis Babylonem Sedechias translatus est, vt Ezechiel præsignificauerat cap. 12. Adducam eum in Babylonem & ipsam non videbit, & ibi morietur. Cui nec contradixit Ieremias cap. 34. inquiens. Et oculi tui oculos regis Babylonis videbunt. Nam de rege, non vrbe loquebatur.

Seruio Tullio Romanorum sexto rege, deinde Tarquinio Superbo, annis 25.

[Non dissentiunt Prophetæ alij ab aliis. Sed vt sunt distinguenda tempora, vt concordemus scripturas: sic sunt discernenda vocabula, vt conciliemus Prophetas.]

3605. 226.

Eodem anno 23. Tyrum & reliquas regiones maritimas subigit.

Anni vrbis conditæ. 181.

Ardi Lydorum Rege sexto, & per ordinem Sedacte an. 15. *Haliatte an.* 49.

Anni mundi 3560.

Regnum Ægyptiorum, quod multis sæculis Pharaones potentissimum obtinuerant prorsus cœpit, imperij annis 24. quinque aut sex annis post Sedechiam expugnatum. *Ioseph. lib.* 10. vel anno imperij 27. *R. Selomo in* 44. *Ierem. & Seder Olam, cap.* 26 pugnæ locus Magdal. *Herod. liber secundus Ierem.* 44.

Quod multo probabilibus est. Quoniam Ezechiele teste cap. 29. anno captiuitatis vigesimo septimo Syriam & Ægyptum subegit, etsi Theodoritus in Danielem, id in decimum octauum eius coniiciat.

Ea clade ita accisi sunt Ægyptij, vt deinceps nullum regem ex sua gente habuerint, sed nec ditionem in reliquas gentes tenuerint ante Ptolomæos. Nam Amasis, qui Ophræ successit, erat Nabugdonozoris seruus.

Macedonum Philipporege sexto, & per ord. Europo, an. 26. *Alceta, an.* 29.

Hic primum Monarchiæ titulum consequutus est. Nam etsi iam à priscis seculis, nempe à Nimrod conditore, Imperium Babylonicum in orbe viguit: tamen quia cum Assyrio, cuius, fundator Assur, & Ægyptio, quod erexit Osiris Pharaonum primus, Abrahæ temporibus, æquo Marte Orientem & Lybiam per vices possidebat, non prius monarchiæ nomen receptum est, quàm hæc simul fuêre addita. Tum enim primo præstantior & maior ὁικουμένης pars vni parêre didicit.

Aliam rationé assignat, Suidas in voce Ασσύριος, ex comparatione Græcorum principatuum. Athenienses enim (inquit) solius regionis maritimæ dominatum tenuerunt annis duodeseptuaginta. Lacedæmonij triginta. Thebani, &c.

Lacedæmoniorũ Eurycratide, an. 35. *Mox Leonte, an.* 36.

Babylonem ad eam magnitudinem perduxit, vt eius muri fuerint relati inter. 7. orbis miracula. *Berosapud Iosephum* quale significatur Dan 4.

Eius primus, fuit quartus regni Ioakim filij Iosiæ, *Ierem.* 25. Id est, octauus ante transmigrationem Babylonis. Regnauit an 45. Qui numerus facilè è sacris colligitur. Nam anno quarto Ioakim regnum eius occæpit *Ierem* 25. & 46.

Post annos octo abduxit Ieconiam. Anno autem trigesimo septimo transmigrationis Iechoniæ, subleuauit Euilmerodac (filius & successor) Rex Babylonis, anno, quo regnare cœpit, caput Iechoniæ de carcere. 4. *Regum*, 25.

Batto primo Cyrenarũ rege, an. 40. *deinde Arcesilao, annis* 16.

Ergo ante abductionem Iechoniæ regnauerat annos octo, post vsque ad Euilmerodac filium 37. Summa 45.

Nabuzardan cum libris legis multos alios sacros combussit, vt tria millia parabolarum Salomonis, quinque millia Cãticorum, Physiologiam eiusdem, &c.

In terra pauperes & rusticos duntaxat reliquit, deuastatis vrbibus & ciuibus in captiuitatem exactis.

Ieremiam hostili misericordia carcere exemit. *Ierem.* 39. quem vinxerat Sedechias cap. 37 38. 39. &c.

Quod addunt aliqui legem à Babyloniis incensam & deinde ab Ezra restitutam: non est ita accipiendum, quasi omnia legis exempla sint exusta, & deinceps vsque ad Ezram Iudæi vixerint sine sacro codice. Nam hoc fieri non potuit, nedum factum est. Iudæi enim iam antea erant dispersi cum suis codicibus per totum Orientem & Septemtrionem à temporibus Assyriacis, vbi & legitima sua seruabant, vt è Tobiæ libro liquet, nec omnes erant sub iure & imperio eiusdem. Præterea libri tanti momenti non solent ita extingui à Tyrannis, quin alicubi permaneant, maximè quando de religione agitur.

226. 3605.

Ego primo impetu Chaldæi omnia consumentes, etiam absumpserunt libros sacros, Hierosolymis scilicet inuentos, qui erant correctissimi & emendatissimi, atque in publico Gazophylacio & sacra Bibliotheca asseruabantur, iuxta quorum regulam, vel ex memoria, vel diuino potius afflatu, cæte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ros minus correctos postea emendauit Ezras, aut etiam Synodus illa magna, cuius scriba fuit Ezras.

Quo die Nabugdonozor ingressus est templũ, eo die natus Darius, à quo pœnam tanto dignam crimine susciperet. Euertit enim Darius ipsius imperium anno. 62. ætatis. *Seder Olam, cap. 31 & Dan. 5.* 3560.

Mathematica & Philosophia in Chaldæa florent. *Dan. 1.*

Ieremias in Iudæa vaticinationis munere functus annos 41. à 19. Iosiæ vsque ad Sedechiæ vndecimum, trahitur à suis in Ægyptum iram Nabugdonozoris fugientibus. Ibi antequã lapidaretur, philosophiæ incunabula posuit, secretiore sapientia Hierophantas imbuens, cuius fama excitati Græci peregrinationes vel potius nauigationes multas in Ægyptum susceperunt, & philosophiam ad se post. 70. ferme annos deriuarunt.

Qui historiam Iudith non ad hæc tempora Nabugd. sed Cambisis, vel Assueri, vel Artaxersis 3. ponunt, sub nomine Nabugdonozoris, primo doceant reges Persarum Nabugdonozoris vocabulo fuisse vsitato cognominatos. Deinde frigida nituntur coniectura, quod Achior cap. 5. narrans Holoferni flagella & exilia, quæ Deus Israëlitis infixerat, eos deinde in propria, quasi postliminio reuertisse tradit. hoc enim male interpretantur de exilio Babylonico, & reductione per Cyrum. Nam non diceret *Plurimi eorum capitis abducti sunt in terram suam, nunc autem reuersi sunt, &c* sed omnes. Omnes enim Iudæos in exilium traxerat Nabugd. Relinquamus ergo scripturam in sua simplicitate, vt fuerit idem Nabugdonozor, qui misit Holofernem in Samariam & Iudæam anno regni 43. & qui reliquias Iudæorum anno 19. Babylonem transtulit. Quod autem dicitur illic de dispersione, pertinet ad Salmanazarem & Senacherib, sub quibus dispersi sunt Iudæi, ita vt Hierusalem, siue filia Sion relicta esset, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario *Esa 1.*

Donec eo cæso se in sua certatim reciperent. Præterea nihil prohibuit Iudæos primis Nabugdonozoris victoriis dispersos, vbi interfuissent Sedechiam regnare, ad sua reuertisse. Sed nec necesse est Authorem alienigenam, nondum que religionis imitatum, res Iudæorum perfectè tenuisse, aut fideliter recitasse.

Non officit etiam, quod sub finem libri scribitur, *In omni spatio vitæ eius non fuit, qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis* Nam *annis multis* dictum est, pro, *diebus multis*. Sed & Scriptura sic aliquando loquitur de annis quatuor aut quinque, vt sæpius in libris Regum. Simile supra *pag. 87. c. 1. & 3 cap. Iudicum attulimus*. Quæ qui non deprehenderunt Tragicomœdiam esse dixerunt de historia Ester.

Liber Iudith à Ioachim sacerdote conscriptus. *Philo* Quare rectè libro Ester ab Ecclesia præponitur. Nam eum temporis ordine antecedit.

Est sacer & canonicus. Nam eum Nicena Synodus in numero sacrarum Scripturarum computauit. *Hieron. in prologo, vbi & sermone Chaldæo conscriptum asserit.* & epistola ad Salinam Hilarius Prologo in Psalmos. Similiter Carthaginensis. 3. Synodus, cui Augustinus interfuit. Augustinus ipse multis locis, Innocentius, 1 eodem tempore, mox Gelasius cum 70. Episcopis, concilium Florentinum, &c.

Quare eum citant tanquam Scripturam Canonicam Origenes in caput vlt. lib. Iudicum, Chrysost. hom. 10. de variis locis. Mat. Ambr. lib. 3. Offic. cap. 3. epist. 85. de Virg. lib 2. De Institut. Virg. cap. 2 & lib. de Viduis eum non exigua ex parte exponit. Cyrillus lib. 7. in Ioan. cap. 23. Fulgentius epist. 2. de statu viduarum. Bellator presbyter. Isidorus Hispalensis &

Ab hac monarchia sic constituta aliquando annos numerat Daniel. Somnium enim quod 2. cap explicatur, non accidit secundo regni Nabugd. cum Daniel eius sit interpres, qui iam senuerat, postquam venerat Babylonem, cum socius relatus fuerat in numerum sapientum regiorum cap. 1. Erat ergo secundus à constituta Babylonica monarchia. 181.

3605.

226.

NABVGDONOZORIS MAGNI CHALDÆORVM REGIS SÆCVLO.

Anni Mundi. 3560.

Anni Vrbis condit. 181.

sis & Rabanus, qui in illum sunt commentati.

Draco leges Athenis scribit sanguine sub finem Tarquinij Prisci Rom. regis quinti, post reges Athenis exauctoratos & institutam nouam Reipub. formam Olympiade 39. Huius legibus antiquatis, præter eas, quæ morte plectebant, mitiora iura paulò post Solon. 10. tabulis comprehendit.

Pherecydes Syrus Pythagoræ præceptor, qui primus prosaicam orationem condidit tempore Cyri regis. *Plin lib 7. cap. 56.* primus apud Græcos dixit animos hominum immortales, & de diis scripsit. *Cic. 2. Tusc.* Ex Arcanis Phœnicum (id est Hebræorum) libris philosophiam & Theologiam ad eos deduxit, septem sapientum temporibus sub. 50. Olympiadem. *Suidas.*

Solon & Pisistratus Seruio Tullio Romæ regnante vixerunt. *Cicero in Bruto.*

Solon Arcopagitas constituit. *Idem Offic. 1*

Ante Solonis ætatem de nullo, vt diserto, memoria proditum est. *Cic. in Bruto.* Vnde ab eo suum illustrium virorum Chronicon orditur. *Gellius lib. 17. cap. 21.*

Decem tabulas eburneas, ad imitationem duarum Hebraïcarum Athenensibus dedit. Peregrinatus est in Ægyptum, Cyprum, Lydiam ad Crœsum. Et sacerdos Ægyptius dixit Græcos semper esse pueros ob ignorationem rerum antiquitus gestarum. *Plato in Critia.*

Septem ergo sapientum, & Cyri tempore velut Orientis apud Græcos philosophiæ incunabula fuerunt. *Budæus lib. 4. de Asse.* Aut sub Cyri tempus.

Septem sapientes, Thales, Solon, Chilon, Periander, Cleobulus, Bias, Pittacus, cuius auditor fuit Pherecydes Syrus Pythagoræ præceptor.

[Alij septem sapientes Romæ recensentur à quibusdam, inter quos Cato numeratus est, Appius, Scipio, Lælius, Attilius & alij]

Periander Corinthius sapientes epulo excipit.

Pisistratus sublatis annuis magistratibus tyrannidem Athenis occupat. Pulsus in Italiam fugit.

Primus libros Athenis disciplinarum liberalium publicè legendos posuit. *Gellius lib. 6. cap. vlt.*

Eius iussu Aristarchus Homeri rapsodiam recensuit, & in 24. partes pro numero elementorum distribuit.

Haliattes Lydorum rex septem sapientum ætate cum Milesiis bellum gerit. *Herod. lib. 1.*

Tunc Cyrenarum regnum per Battum incipit, vide sup. pag. 149. in annos circiter ducentos.

Epimenides diutissimè vixit, nempe vsque ad Solonem.

Thales Mileti Philosophiæ Ionicæ primus auctor, sapiens, physicus, & Astrologus Græcis Geometriam & Astrologiam ex Ægypto primus tradit, *Laërtius*. Aliqui sub Anco Martio. Nam diutissimè vixit, ad 58. vsque Olympiadem.

Primus in Græcia æquinoctia & solstitia obseruauit. Primus solis eclipsim prædixit. Audis, quoad pueri fuerint Græci, qui tamdiu ignorabant, quod omnibus erat perspectum.

Alcmæon Perinthi filius Crotoniates medicus, qui de rerum natura primus scripsit.

Anaximander Milesius Thaletis successor, qui horologium Gnomonẽ, sphæram reperit. *Plin. lib 7. cap. 56.* & obliquitatẽ Zodiaci. *lib. 2. cap. 8* Et maris & terræ circuitum. *Laertius.*

Pythagoras Pherecydis Syri discipulus alterius philosophiæ Italicæ auctor, in illa Italiæ ora, quæ olim magna Græcia. Nam vetustissimæ philosophiæ fuerunt Ionica & Italica. reliquæ recentiores.

[Hæ duæ Philosophorum sectæ diuersimodè sua placita tradiderunt discentibus vt cuique sua magis placuit docendi

226.

3605.

Universidad de Deusto
Biblioteca

methodus de qua vtraque Lolaterianus.

In Ægyptum nauigauit, vt eius sapientiam disceret, & pro sua apud Græcos venditaret. Arithmeticam & Geometriam præcipuè excoluit, & Matheses solas appellauit, ex Anatolio. Peregrinatus est in Persidem, atque Magos conuenit. *Cic. 5. Tuscul.* Potuit ergo incidere in Danielem, cuius fama ea tempestate celebris.

Eius tempore Arcades per longos & breues calamos cantum excogitauerunt. *Laertius.*

Musicæ principia primus ad artem reduxit. Pondera & mensuras inuenit Italis apud Crotonem leges dedit.

Anaxagoras alter Pherecydis Syri discipulus, vbi suam in Ægyptum peregrinationem confecisset, eorúmque mysteria hausisset, libro quodam, quem Socrates citat apud Platonem, physiologiam ita tractauit, vt à Deo inciperet, & in Deum desineret. Quem quia sub Mentis vocabulo in nobilioribus naturæ effectibus, vt res instituentem & moderantem semper considerare iubebat, Mens cognominatus est. Hanc regulam ferè Plato in Timæo tenuit, &c.

Anacreon poëta, regis Sycioniorum Polycratis familiaris, poto acino vuæ quo mortuus est insignis.

Phalaris, sub quo Perillus proprio inuento periit. *Suid.*

Primus fuit post Theseum tyrannus Agrigenti. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

Bellonasus post Ambigatum Gallorum rex.

Arion musicus à Delphino è mari in Tenarum portum defertur incolumis.

Inuenit Dithyramborum cantum. *Herod. lib. 1.*

Isthmia & Pythia primum aguntur in Græcia.

Apryis (Ephre Ierem. 44.) vltimus Pharao à nemine deorum vel hominum sibi regnum posse eripi dictitabat. At paulo post ab Amasi præfecto strangulatus est, regnúmque Nabugdonozori traditum. *Herod.*

Ad eum reliquiæ Iudæorum captis Hierosolymis fugerunt.

Adrican Pœnorum rex se suósque Apryæ dedidit, quod à Græcis, qui magna multitudine in Cyrenæam concesserant, nimis fangaretur. *Herod. lib 4.*

Apryis in Cyrenæos ducit exercitum, sed funditur. *Ibidem.*

Arcesilaus Batti f. secundus Cyrenarum rex Apryin vicit. *Herod. lib. 4.*

Huius fratres in aliam Lybiæ partem concesserunt & Barcam oppidum, in quo regnarent, condiderunt. *Ibid.*

Medi duce Artabano siue Astibara contra Scytas, qui iam. 28. annos regnabant in Asia.

Pisistratus secundo fugatus cessit in Eretriam, vnde anno pòst vndecimo reuersus est, Conno Athenis Archonte, regnauit an. 28. senio confectus.

IECHONIAM è carcere liberauit: eíque regium honorem & victum attribuit, anno transmigrationis ipsius trigesimo septimo 4. *Reg. 25. Ierem. vlt.* 3628.

Sedechia in vinculis statim post Nabugdonozoris obitum mortuo *Kimhi in 34. Ierem. & Talmud.*

Inter Euilmerodac & Baltazarem duos reges, vt solet fieri in ciuilibus motibus, & dum imperiorum pernicies imminet, locat Berosus apud Iosephum contra Appionem. Nempe (inquit) Niriglissoroor occiso Euilmerodacho vxoris suæ fratri fit rex Babyl. an. 4. Hinc filius eius Labossardac mens. 9. Denique Nebrindus an. 17. de quo Alexander Polyhistor & Alphæus apud Eusebiũ præparationis lib. 9. cap. 4. Quem Iosephus Baltazarem fuisse narrat lib. 10. cap. 13.

Anni mundi. | Anni Vrbis conditæ.

3560. | 181.

NABVGDONOZORIS MAGNI CHALDÆORVM REGIS SECVLO.

2.

c EVILMERODAC an. 32. | 236. Ierem. 52. 249.

Rege Iechonia, deinde Salathiele duce.

Iosedec pontifice.

Quia

Anni Vrbis conditæ. | Anni mundi.

3638

243

Prophetis Daniele & Ezechiele.

Tarquinio Superbo vltimo Romanorum Rege an. 25. deinde Coss. per annos 79, vsque ad Tribunos militum.

Ægyptiorum Ophresiue Aphrye, deinde Amasi, an 44.

Haliatte Lydorum.

Alceta rege 8. Macedonum, deinde Amynta, an 50.

Leonte Lacedæmoniorum, deinde Anaxandride, 45.

Arcesilao Cyrenarum rege secundo, deinde Batto 2.

Romæ Coss.

244 *L. Iunio Bruto, L. Tarquinio Collatino.*

245 *P. Valerio Publicola. L. Lucretio Tricipitino.*

246 *P. Valerio Publicola. M. Horatio Pulullo.*

247 *Sp. Largio Russo. T. Herminio Aquilino.*

248 *M. Valerio Volese, P. Posthumio Tuberte.*

249 *P. Valerio Publicola. T. Lucretio Tricipitino.*

Quia autem, vt supra probatum est, Nabugdonozor imperauit annis 45. quorum octo primi non pertinent ad Babylonicam transmigrationem. 70. annorum, eius posteris duntaxat relinquuntur triginta tres. Nam trigesimo septimo transmigrationis Euilmerodac regnare cœpit. 4. *Reg* 25. Hos autem sic ferè partiuntur Hebræi, vt 23. Euilmerodaco attribuant, reliquos decem Baltazari Babylonicorum regum vltimo.

Mortuo enim Nabugdonozore non modo non creuit Monarchia, sed & minui valde cœpit, vt Heroum filij solent esse inertes.

Vnde multi motus in Asia, & regnorum varia nomina Lydorum, Medorum, Persarum, Tyriorum, &c.

Sub eo finit Romanorum regnum post vrbem conditam annis 244. Quare sequentur coss. & tribuni militum. *Iunius.*

Annum vnum detrahunt Ruffus, Eutropius, Iordanes, Solinus. Hinc ab expulsis regibus ad Hirtium & Pansam nouissimos Consules an. 467. Summa 710.

Quin nec hoc satis constitutum. Nam in annis vrbis numerandis & digerendis apud antiquos maxima dissensio, vt & Cicero in Bruto tradit.

Vnde Messala Coruinus *de progenie Augusti* Coss à Iunio Bruto & Publicola in Pansam & Hirtium per annos 444. Nam sub Coss tamdiu Roma fuit, nisi quòd annis 49. Consules defuerunt sub Decem viris anno v.c trecentesimo quarto, duobus, sub tribuni militum annis quadraginta, septuagesimo nono post exactos reges. Non tamen continenter. Nam consules interdum intercalati sunt ab anno v 322. vsque ad 399. Sub Dictatoribus annis tribus. Sine Magistratibus annis quatuor, vrbis scilicet trecentesimo septuagesimo nono. Hos omnes reperias à septimo Euilmerodac ad ipsum Augustum.

Coss. omnia iura omniáque regum insignia habuerunt, id modo cautum est, vt alter alteri per singulos menses fasces ac secures concederet, ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror, duóque reges pro vno accepti esse viderentur. *Omph. de Roma. Princip.*

Tarquinio Superbo nondum eiecto libri tres in sacrarium conditi Sibyllini appellati sunt. Ad eos quasi ad oracula quindecim viri adeunt, cum Dij immortales publicè consulendi sunt. *Gell. lib 1. cap. 19.*

[Sibyllæ dictæ sunt quasi αἱ τοῦ θεοῦ βάλαι. Etymologia nota. Illis autem Prophetissis Deus erga gentes vti voluit ne ipsi, sua deessent testimonia, vt ait Paulus Apostolus, *Act. 17.*]

L. Iunio Bruto in bello cæso suffectus est Sp. Lucretius, & huic P. Valerius Publicola. Sic alteri Coniuli L. Tarquinio Collatino M. Horatius Pulullus successit.

Scythæ vsque ad Palæstinam latrocinando penetrant.

Ostia ciuitas ad Tyberim & Sinope conduntur.

Galli pulsis Thuscis vtramque Padi ripam occupant.

Sibylla Cumana, quæ & Amalthæa & Deiphobe.

Danius regnum in Oceano Septemtrionali auspicatur, si credendum Germanis de more mentientibus, cui Humblus & Lutherus filij deinde succedunt.

Dipoënus & Scylles primi scalpendo marmore clarent in Sicyonia.

Zeno Eleates Dialecticæ & Dialogorum inuentor.

Pythagoram vidit. Prometheo tamen dialecticę inuentionem tribuit Plato.

X

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hipparchus Pisistrati filius, Hippiæ Tyranni frater Athenis occiditur, & sic Respublica liberatur. *Gell. libro 17. cap. vlt.* — Anni Mundi

Astyages Medus Lydicum bellum conficit anno 604. post captum Ilium. *Solin. cap. 20.* — 3638.

Amasis rex Ægypti *Herod. Diod.* Hinc fortasse Plinius vocat Semneserteum, quo regnante ait Pythagoram in Ægypto fuisse. *lib. 36. cap. 9.*

Iromus cœpit regnare in Phœnicia 14. annis ante Cyrum, regnauit autem annis 20. *Ioseph. contra Appionem.* Iam ergo monarchia Babylonis dissipabatur.

ROMÆ, capitolium perfectum. Bellum Sabinum. Pestis grassatio. Sabini victi pacem rogant. Dictatura primum instituta.

Coniuratio de reducendo Tarquinio detecta. Ædes Saturno dedicata. Saturnalibus institutis. Virginius Tricostus ad Regillum Latinos paulò ante vicerat.

Tribus 31. instituta Tarquinio Cumis moriente. Secessio populi in sacrum montem.

Tarquinius Superbus sub finem Monarchiæ Chaldæorum, vt antea indicatum est, Tusculi moritur post 13. annum exilij, anno vrbis. 257. Augustinus paulò post, sub Dario scilicet & Cyro Persarum regibus *lib. 18. de Ciuitate capite 26.*

Tribus annis post Tribunitia potestas instituitur, qui annus primus videtur esse Baltazaris.

Anno ab vrbe condita 500. eius ditio vix 14. milliaria, id est, 7. leucas Gallicas patebat. E tam tenui initio crescet quidem, sed post Alexandrum Macedonem, id est, abhinc annos 250. siue post annum vrbis 500.

d SVB hoc impletum est illud Ierem. 50. Ecce ego visitabo regem Babylonis & terram eius, sicut visitaui regem Assur, & reducam Israel ad habitaculum suum.

Salathiel filius Iechonię tertio anno Baltazaris Babylone mortuus est, steteruntque post eum Zorobabel filius, qui primo anno Cyri perrexit cum exulibus Hierosolymam, & restaurato templo Babylonem rediit, vbi & mortuus est. *Seder olam.*

Iosephus quinque reges Babylonis post Nabugd. facit, sed repugnat Ieremias cap. 27.

Hebræi tantum tribuunt huic Monarchiæ 70. annos, quoniam Baltazarem tertio regni anno captum & extinctum putant.

Conueniunt in reliquis. Nam Nabugdonozori quoque annos 45. attribuunt, Euilmerodac 23. *In Seder. cap. 28.*

Baltazarem Labinitum Labiniti & Nitocris f. à Cyro interfectum videtur appellare *Herod. lib. 1.*

Quem quidem à Cræso adiutum, quòd Gobriæ filium occidisset, & in multos alios crudelitatem exercuisset, Cyrus Babylone obsedit & cepit. *Ibidem Herod.*

Eius primo Danieli capite 7 visio obiecta est de 4. bestiis, leæna alata, vrso, pardo, & quarta bestia cornua decem habente, qua sequentium sæculorum monarchicum ordinem reuelauit.

Tertio altera de Ariete duorum cornuum & hirco vnius, deinde quatuor, qui deuicit arietem, id est, rege Persarum, & Alexandro Macedo. cap. octauo. Tertia de pernicie regis, id est, imperij, Babylonica cap. 5.

Adhuc erat in viuis Pythagoras. Nam venit in Italiam regnante Tarquinio Superbo, 200. annis post Numam Pompilium *Cic. 2. de Orat.* se philosophum appellauit, vt septem sapientum, quorum erat æqualis, gloriosam inscriptionem illuderet. *Idem.* — 3638.

A Daniele Dei notitia tincti sunt quinque Monarchæ,

P. Postbumio Tuberto, Agrippa Menenio Lanato.
Sp. Cassio Viscellino, Opitro Virginio Tricosto. — 250.
Postbuminio Cominio Aruncо, T. Largio Flauio. — 251.
S. Sulpitio Camerario. M. Manlio Tullio Longo. — 253.
P. Veturio Gemino, T. Ebutio Helua. — 254.
T. Largio Flauio 2. Q. Cœlio Siculo. — 255.
A. Sempronio Atratino. M. Minutio Augurino. — 256.
A. Postbumio Regillieſi, T. Virginio Tricosto. — 257.
Appio Claudio Sabino, P. Seruilio Priſco. — 258.
A. Virginio Cœlimontano. T. Veturio Gemino. — 259.
Sp. Cassio Viscelino 2. Postbumio Cominio Aruncо 11. — 260.
T. Geganio Macerino. P. Minutio Augurino. — 261.

3.

d BALTAZAR, an. 10.

Hunc Darius & Cyrus vino somnóque sepultum oppreſſerunt, Monarchiámque ad suos trãſtulerunt. Quod futurũ, multo ante denuntiarat Esaias cap. 13. 21. 27, Jeremias cap. 50. & pluribus aliis locis, Psalmographus, &c.

Iosedec pontifice. Salathiele duce Judæorum. Daniele & Ezechiele vatibus.

Amasi Ægyptiorum Pharaone.

Haliatte Lydorum rege octauo, denique Cræso, an. 14. Amynta nono rege Macedonum.

Lacedemoniorum Anaxand. deinde Cleomene, an. 25.

Batto 2. Cyrenarum rege, tertio, deinde Arcesilao 2.

Anni vrbis conditæ — *Summa 73.* — Anni mundi

Coss Romæ. — 3638.

262. *A. Sempronio Atratino 2. M. Minutio Augurino 2.*

263. *Q. Sulpitio Camerino, Sp. Largio Russo 2.*

264. *C. Iulio Tullo, P. Pinario Russo.*

265. *Sp. Nautio Rutilio Sex. Furio Philone.*

266. *C. Aquilio Tusco. T. Sicinio Sabino.*

267. *Pro Iulo Vergimio Rutilio, Sp. Cassio Viscelino 3.*

268. *Q. Fabio Vibulano, Ser. Cornelio Maluginensi.*

269. *L. Æmylio Mamerco. Caso Fabio Vibulano.*

270. *M. Fabio Vibulano, Ser. Valerio Potitio.*

271. *Q. Fabio Vibulano secundùm, C. Iulio Tullo C. F.*

1.

a *Monarchia secunda, id est, Persarum, patuit ab India vsque in Æthiopiam per centum 27 prouincias. Esther. 1. quæ Argentea. Dan. 2.*

Incipit an. mundi 3638.

2.

b DARIVS filius Hidaspis siue Assueri de genere Medorum Daniel. 9. Medus, socer Cyri, an. 2. — Dan. 6. — 3640.

274. *Iesu filio Iosedec pontifice.*

Nabugdonozor, Euilmerodac, Baltazar, Darius Medus & Cyrus Persa.

Amasis penultimus Ægyptiorum rex, ad quem venit Solon, qui adhuc viuebat, Græcos amauit, & Naucratem vrbem eis habitandam dedit.

E Cytene Græcam Batti regis filiam, iuxta alios Arcesilai, vxorem duxit. Primus cœpit Cyprum & tributariam reddidit Policratis familiaris. *Herod. lib. 2.*

ROMÆ Coriolanus exilio damnatus. Prodigia multa visa & audita. Lex Agraria.

Æmylius Æquos & Volscos vincit.

Oppia Vestalis ob incestum viua defoditur.

NON omnino fictum est, quod Antiqui de Assyriorum regno memoraruat, quando ei proximè Persicum successisse ferunt. Primum quoniam Nabugdonozor à quo prima Scripturæ Monarchia incipit, vetus Assyriorum imperium subdens, Assyriorum potius rex appellatus est, quam Babyloniorum, vel Chaldæorum, propter veterem imperij sedem, quòdque Assyrij regem duntaxat mutasse, non regnum periisse viderentur. Quare quem prophetæ Babylonis regem vocant, liber Iudith, Herodotus, Ctesias, Iosephus ipse Assyriorum appellant.

Deinde Babylon imperij noui sedes pars erat Assyriæ, ex Plin. lib. 6. cap. 6. Strabo. lib. 16. Hinc Herodotus, Cyrus Assyriis bellum intulit. Assyriæ autem cum alia mutata sunt magna oppida, tum verò celeberrimi nominis est Babylon, vbi post euersam Ninum erat regia.

Denique quia primariam Assyriorum vrbem, id est, Ninum siue Niniuem occupabant.

In ordine Regum Persarum exteri scriptores à sacris variant. Cyrum enim præponunt Dario, tanquam socerum genero, cùm contrà Darius vel socer fuerit Cyri, vt Hebræi arbitrantur, vel auunculus, vt Lyranus in 5. caput Danielis & Zonaras annotant. Vnde & apud Danielem Darius nominatur ante Cyrum.

Quòd autẽ hic fuerit Darius, quem nostri vocant filium Hydaspis Daniel verò Assueri ex genere Medorum, ex colligere puto, quòd elementa Hebraïca monstrant Assuerum tertium pòst Regem esse, quem Græci appellant Xersem, qui apud vtrosque fuit è primis Persarum regibus, vt Iusti lib. 2. fidem facit, quique contra Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea per quinquennium gessit, quæ Græcorum narrant historiæ.

Succendit enim Athenam sub principe Mardonio, & bellum iniit apud Thermopylas, & apud Salaminam nauale certamen, quando Themistocles ad Persas fugit, & Sophocles atque Euripides clari habebantur.

Nec assentiri possum Lyrano & cæteris, quibus Assuerus est Darius Hydaspis filius, quoniam qui Assuero successit, est Darius Longimanus, cuius præcessorem fuisse Xersem concti fatentur. Deinde, quis horum sex diceretur Xerses, cuius bellum in Græcos apud vniuersos tantopere decantatum est? Cætera infra in Assuero notabimus.

b DARIVS Medus interfecit Baltazarem regem Chaldæum, & successit in regnum annos natus 62. *Daniel. 5.*

Babylon à Medis & Persis capta est, cùm Baltazar magna securitate agitaret conuiuium. *Xenoph. lib. 7. de in*

Universidad de Deusto
Biblioteca

stitutione.

Denique hunc Darium cepisse Babel opera Zopyri, etiam aiunt externi scriptores, vt perspicias hunc esse filium Hydaspis, q uantumuis Cyro præponatur.

Historiæ, quæ expugnationem Babylonis vni Cyro tribuũt, fallunt. Nam ex Scriptura apparet, in euertenda Babylone Medos fuisse principes, qui Persas socios & adiutores asciuerint. *Es.*13. *Ierem.*50. *Daniel* 5.

Vnde res constituuntur de sententia Darij Medi, & super regnum Satrapæ centum viginti præficiuntur, & super eos principes tres ex quibus Daniel vnus erat, vt Satrapę redderent illis rationem, & Rex non sustineret molestiam. *Dan.*6. Quare & hoc regnum in Græca historia & Medicum & Persicum nominatur.

Eius primo absoluti sunt septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ à Ieremia 25. & 29. cap. prædicti, *Dan.*9. Quamuis Rabbini tam veteres, quàm recentiores putent illum septuagesimum annum incidisse in secundum Darij Longimani, magna impudentia affirmantes Danielem in sua supputatione fuisse lapsum. *Abben Ezra in* 9. *Dan.*

Esse autẽ videtur hic Darius, qui ducibus Dati & Arbazo Medis (Medus enim Medos exercitibus præficiebat, contra eos, qui Dariũ Persamfaciunt) Asiam, Macedoniámque aggressus est, & Iones superauit: fugatus interim à Miltiade Athenienśi in Marathoniis campis, vnde Græci scriptores bellum apud Marathonem gestum Medicum dicunt. Quod gessisse videtur, Cyro alibi res gerente. Ita vt quidem Darius plusquã 2. an. regnauerit, sed eius alij 20. aut circiter, Cyro attribuantur, quòd cum eo concurrerint. Nam Hebræi Dario Cyrum duntaxat annis tribus faciunt superstitem, & Thucidides inter Marathoniam pugnam & transitum Xersis in Græciam annos tantum decem constituit.

Græciam primus tentauit. bellum describit *Herod. libro* 6.

Bellum infœliciter aduersus Scythas suscepit, cui expeditioni etiam Miltiades interfuit.

Eius primo reuelatio facta Danieli de septuaginta Hebdomadibus, id est, annis 490. post quorũ sexagesimam nonam occidendus erat Christus, & pactum confirmaturus *cap.* 9. item liberatio è lacu leonum *cap.*6.

Circa ducentesimum sexagesimum annum ab vrbe condita victi ab Athenienśibus Persæ pugna Marathonia duce Miltiade & comite Themistocle. *Gell. libro* 17. *capite vltimo*, Macerino & Augurino Coss. *Sulpicius*. Annis. 20. post ciectum Pisistrati filium Hippiam & decem ante Xersis expeditionem Salaminiam. *Herod.lib.*6. *Gellius ibid. Vrbis annus non quadrat.*

Communus post Senanum Segoregiorum Galliæ rex.

Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt Dipænus & Scillis in Græca insula geniti, Medis imperantibus, priusquam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter 50. *Plin. lib.*36. *cap.*4.

Crœsus barbarorum siue Asianorum primus, Græcos, Iones, Æoles, Dores Asiæ tributarios, Lacedæmonios amicos fecit. Exceptis Cilicibus & Lycis, omnes cis Halim fluuium, Medos à Lydia separantem, & ab Armeniæ monte in Cyliciam labentem subiecit, videlicet Lydos, Phrygas, Matiandinos, Mesios, Chalibes, Paphlagones, Thraces, Ethinos, Bythinos, Cares, Iones, Dores, Æoles & Pamphylios. *Herod.lib.*1. quo victo cessere Cyro omnia.

In vrbem Sardes è Græcia doctos omnes traxit. *Ibid.*

Solon ad eum & ad Amasim regem Ægypti peregrinatur. *Ibidem.*

Anni mundi.		Anni vrbis condit.
3638.	*Amasi Ægyptiorum Pharaone.*	
	Lydorum Cræso.	
	Amynta nono Macedonum rege.	
	Lacedæmoniorũ Cleomene.	
	*Syracusanorum Cleandro Patareo regni conditore, an.*7.	
	Arcesilao secundo, deinde Batto tertio Cyrenarum rege quinto.	
	Romæ Coss.	
	Cæsone Fabio Vibulano 2. *Spurio Medullino.*	272.
	M. Fabio Vibulano 2. *Gn. Manlio Cincinnato.*	273.
	Cæsone Fabio Vibulano 3. *T. Verginio Rutilio.*	274.
3640.		

Anni vrbis condit.		Anni mundi.
	3.	3640.
274. Ezr 1. & 2.	c CYRVS gener Darij, rex Persarum succedit Medo, vnumque è duobus imperium successionis & Victoriarum iure facit, annis 30.	
304.	*Iesu filio Iosedec pontifice.*	3670.
	Salathiele & Zorobabele ducibus Juda.	
	Propheta Daniele.	
	*Amynta nono rege Macedonum, deinde Alexandro, an.*43.	
	*Amasi Ægyptiorum Pharaone. denique Psamenito mens.*7.	
	Lydorum rege Cræso.	
	*Lacedæmoniorũ Cleomene, deinde Leotichide Mænaris f. an.*22.	
	Cyrenarum Batto tertio rege quinto, deinde Arcesilao tertio.	

Lydiin Hetruriam veniunt, ibique sedes perpetuas statuunt, *Ibidem.*

Fabius vicit Veientes & Hetrusecos. Triumphum tamen agere recusauit propter cæsorum Romanorum numerum.

c CYRVS Astyagis Regis Medorum nepos ex filia, de quo pag. 125. secundum Græcos Astyagem regno expulit, secundum Hebræos eius regnum hæreditate est sine vi consecutus, vt innuit Daniel cap. 13. *Et rex Astyages appositus est ad Patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* Sed id non proximè, verum post Darium Astyagis hæredem, de quo eadem pag. 125. Quo prætermisso Daniel ad Cyrum transiit, quoniam agebat de captiuitate Babylonica, à qua significat se populumque suum liberatum iri per Cyrum, ac Deum iam parturire Israëlitis sub Nabugdonore liberatorem.

Eius tertio Danieli factæ sunt reuelationes capitum 10, 11, & 12. Res autem capitum. 13. &. 14. sub Nabugdonozore. Nam errat Sulpitius, qui Danielem Babylone virturem suam ostendisse dicat coram Cyro, sacerdotibus Beli falsi conuictis, cum Beli simulachrum cibis vesci assereret. Daniel enim sub Cyro erat senex, atqui cap. 13. dicitur fuisse iuuenis. Deinde Cyrus non colebat Deos Babyloniorum, sed Persarũ. Deniq; non in Babylonia commorabatur, sed in Persida.

Publicè edictis dat potestatem Iudæis redeundi & cæteta perficiendi, quæ describuntur primis capitibus Ezræ.

Restituisse templum Hierosolymitanum etiam scripro prodidit Alex. Polyhistor & Hecatæus Abderitanus apud Iosephum *lib.*8. *cap.*4.

Persico regno adiunxit Babylonicum, quia mortuo Dario socero illud obtinuit, atq; ita tria regna, Medorum, Persarum, Babyloniorum coniunxit.

Scythis bellum inferens cum ducentis millibus Persarum in prælio cecidit. Anno decimo quinto, postquam Tarquinius Superbus Romæ regnare cœperat. *Sulpitius.* Atqui Tarquinius iam sub finem Monarchiæ Babylonicę obierat. Sed illud discrimen non est multorum annorum.

Vulgo tamen Romę consules institutos exactis regibus putant sub Cyro. Nam in eius tempora fere omnia sua memorabilia conferunt Græci & Latini, quia non nisi vmbram superiorum Monarchiarum & sæculorum perceperunt, vt è sequentibus patebit.

Sub Cyro philosophia autoritatem, & nomen obtinere cœpit. Hinc multi deinceps Astrologi, Physici, Medici, Poetæ. Quare & hinc suum chronicon de Græcis Romanisque illustribus exorditur *Gellius lib.*17, *cap.*21. *& vlt.*

Sibylla Chaldęa siue Persica, Alexandri Macedonis gesta perinde atque Daniel prędixit. Eius sunt, magna ex parte, quę supersunt Greccè Oracula Sibyllina. Non rectè confunditur cum Erythręa. Nam illa vixit belli Troiani tempore, ac prędixit Græcis Ilium perentibus perituram Troiam, & Homerum mendicia scripturum. Vide quę de rebus Sibyllarum adiecimus ad librum Perionij de vitis Sanctarum mulierum

Crœsus Lydorum rex. Æsopus fabulator. Anacharsis & Scyle Scythæ quos populares interfecerunt, quia peregrinos mores & Greca sacra in patriam inferebant. *Herod. lib.*4.

Parmenides in montis Caucasi vertice logicam excogitat, physica scribit carmine.

Heraclitus flens hominum stultitiam & vanitatem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius ad Darium Hydaspis filium extat epistola.

Empedocles hos secutus Heroïco versu de rerum natura philosophatur. Xeusis & Parrhasius pingendi arte excellunt.

Baby oniis dilabi sinentibus suum imperium, Amasis in Ægypto regnum recipit, Crœsus autem affectat Asiam. Vnde & Ephesum & vicinas vrbes, totamque Ioniam subiicit, & cum Astyage sororio confligit, sed iuxta oraculum Delphicum, Crœsus Halim superans, magnam perdet opum vim. Tandem in Cappadocia post, 15. regni annum à Cyro vincitur, & Sardibus capitur.

Crœsus primus barbarorum, Græcos partim tributarios, partim socios & fœderatos reddidit. Antea enim omnes Græci liberi. *Suidas in Crœso.* adhuc viuebat Solon & aliqui de septem sapientibus.

Cyrum Mazarem Medum & Harpagum mittit, vt Ioniam, Cariam, Lyciam occupent. Harpagus Phocenses in Corsicam, Rhegium, Veliam, & agrum Massiliæ eiicit. Teios in Traciam, vbi Abderam condunt. Xanthios in Lycia ad incendium compellit.

Massilia à Phocensibus tunc condita, quæ proinde Græcè loquebatur, & Græcas literas in Galliam propagauit, pro Bardos, Euages, Tectosages. *Marcellinus lib. 5. Strabo lib. 4.*

Cyri victorias & fauorem erga populum Domini in Chaldæa captiuum, eo etiam nominato, prædixit Esaias annis 200. antè. *cap. 44. & 45.*

A Cyro facta est omnibus, qui vellent, redeundi in Iudæam potestas. Itaque multi, pij præsertim ac tenues ad 50. ferme millia duce Zorobabele, & pontifice Iesu filio Iosedec reuersi sunt, & Hierusalem ædibus constructis redintegrare cœperunt, *Ezræ. 1. & 2.*

Fundamenta quoque templi iecerunt anno secundo sui reditus, *Ezræ. 3.* ædificato altari, in quo sacrificarent, sed ab accolis Samaritanis interturbata est ædificatio ad secundum Darij. *Idem. 3. cap. Ioseph. lib. 1. contra Appionem.* Hinc Ioan. 2. Quinquaginta annis extructum templum. Quot reperias à secundo Cyri, ad 2. Darij Longimani.

Quod R. Selomo & alij scribunt è 4. Ezræ, Cyrum inductum per Rahum & alios consiliarios, edictum suum reuocasse, ædificationémque vrbis & templi impediuisse, non potest consistere. Quoniam Cyrus perpetuo fauit Iudæis, ac de eo insignia habet testimonia Es. 45. eo etiam nominato. 200. annis, antequam nasceretur, & alibi apud Ezram passim & prophetas.

Quod ergo Ezras cap. 4. scribit Iudæos duabus accusationibus in odium regum Persarum incurrisse, atque ita in ædificatione templi impeditos fuisse, & priorem accusationem in Assueri, posteriorem in Artaxersis tempora collocat, per Artaxersem intellige eundem Assuerum, vt ante nos R. Abraham Abben Ezra tradidit, quasi vtraque reuocatio ab eodem facta sit. Quin & fortassis duæ illæ, quæ dicuntur, accusationes sunt vnica, vt posterius more Hebraico sit posterioris explicatio.

Vti tres fuêre captiuitates, ita tres reditus. Primus duce Zorobabele (sub Cyro) secundus post 18. annos sub Dario Longimano (sed hic numerus non satis conuenit. Nam septimus Darij Longimani abest à Cyri vltimo 28. annis) duce Ezra, qui tumultuariè ædificauit murum vrbis, & adaptauit templum redeunte Zorobabele Babylonem, vbi & moritur. Tertius (sub eodem Dario post secundum annis 13.) duce Nehemia *Seder Minor.* Tres annos tantùm Hebræi tribuunt Cyro & Assuëro 14. *Ibid.*

Anni mundi.		Anni vrbis condit.
3670.	*Syracusanorum Cleandro regni conditore an. 7. deinde Hippocrate Gelæ an. aliis 7.*	
	Romæ Coss.	
	L. Æmylio Mamerco secundùm C. Seruilio Prisco.	265.
	C. Horatio Pulvillo, T. Menenio Lunato.	276.
	A Virginio, Sp. Sernilio.	277.
	C. Nautio Rutilio, P. Valerio Publicola.	278.
	L. Furio Medullino, A. Manlio Volsone.	279.
	L. Æmilio Mamerco, Opitre Virginio, siue Vopisco Iulio Tullo.	280.
	L. Pinario Rufo, P. Furio Medullino.	281.
	Ap. Claudio Sabino Ap. F. Quintio Capitolino Barbato.	282.
	L. Valerio Potito, T. Æmilio Mamerco.	283.
3670.		

Anni vrbis condit.		Anni mundi.
		3640
284	*T. Numicio Prisco, & A. Virginio Cælimontano.*	
285	*T. Quintio Capitolino, P. Seruilio Prisco.*	
286	*T. Æmilio Mamerco, Q. Fabio Vibulano.*	
287	*Q. Seruilio Prisco, Sp. Postumio Albo Regillensi.*	
288	*Q. Fabio Vib. 2. T. Quintio Capitolino 3.*	
289	*A. Postumio Albo, Sp. Furio Fuso Medullino.*	
290	*L. Æbutio Helua, P. Seruilio Prisco.*	
291	*L. Lucretio Tricipitino, T. Veturio Gemino.*	
292	*P. Volumnio Auentino, Ser. Sulpicio Camerino.*	
293	*C. Claudio Ap. F. Sabino, P. Valerio Poplicola, cui interfecto successit L. Quintius Cincinnatus.*	
294	*Q. Fabio Vibulano 3. L. Cornelio Maluginensi.*	
295	*L. Minutio Carbeto, C. Nautio Rutilio 2.*	
3670		

In primo reditu ascendunt cum magnis opibus, auro, argento, rebus aliis pretiosis, ad. 42. millia, trecentos sexaginta, è quibus sessores erant equorum, mulorum, asinorum, camelorum ad octo millia, centum triginta sex præter proselytos, seruos, ancillas, & ducentos psaltes & psaltrias, *Ezr. 1 & 2.*

Nempe triginta millia è tribubus Iuda, Beniamin & Leui, ex aliis tribubus millia alia tredecim, *Ibid. R. Selome & Seder Olam.*

Ezras cap. 2. plebeios, oriundos præsertim è Hierosolymis Bethleem & cæteris oppidis Iuda & Beniamin reuocat ad 38 millia, Clericos autem, id est, sacerdotes, Leuitas, cantores, Ostiarios, Nathineos, seruos templi ad quinque millia, viginti duos.

Cæteri per Orientis regiones partim dispersi remanserunt, partim sibi ipsis ædificarunt vrbes, pagos, Synagogas, Academias, quin & de Principum licentia sibi principem constituerunt, & Res galuta (caput exilij) Patriarchamque nominarunt, quam dignitatem Hyrcano regio temporibus Herodis capta & in Parthiam tracto vltro detulerunt, etsi eam alioqui ab illorum locorum regibus redimerent, & magno pretio conseruarent, vt de sua gente, præsertim Dauidis familia haberent magistratus, ac in exilio in sua Rep. & suis Legibus viuere viderentur, *Seder Minor, R. Abraham in Cabb.*

Hellespontia Sibylla, Solonis & Cyri temporibus, vt scripsit Heraclides Ponticus. Iisdem fere temporibus Persica, Lybica, Italica & Græcæ plures. Theognis poëta.

His annis absente Cyro in bello Scythico, regnat filius Cambyses, impedit executionem edicti à patre in gratiam Iudæorum sanciti. Ægyptum regno Persico adiecit: sed infœlicem suscepit expeditionem in Æthiopiam. *Herodot.* Eodem ferè tempore moritur, quo pater. Quare in serie Regũ ab hist. Hebr. non reponitur.

Iniquior fuit Iudæis, quia bellum Ægyptiis illatutus metuebat, ne illi Ægyptiis se immiscerent, præsertim cùm dicerentur à calumniatoribus aulicis Ægyptia orti stirpe.

Eum Cyrus pater Regem creat, cùm Regem non liceret extra regnum, cum exercitu proficisci, nisi prius domi Rege creato. *Herod. lib. 7.* Ideoque Cambysis anni quibus regnauit absente patre, Cyro tribuuntur.

Ex qua Herodoti regula duo reges erant Persarum vno tempore. Vnus domi, alter foris, id est, vnus, qui foras progrederetur ad bella, alter, qui domi interea remaneret. (q vnus Augustus, alter Cæsar) Quare Angelus Dan. 10. se dicit relictum fuisse apud Reges Persarum diebus 21. cùm tamen videatur tunc fuisse rex vnus, nempe Cyrus. Eius enim tertio hoc dicebatur ex eodem capite. Sed Cambyses erat rex Domesticus Cyro absente.

Cambyses quem domi regni vicarium pater reliquerat Sisami iniusto iudici pellem detraxit. *Herod. lib. 5.*

Etiam in Metasthene omittuntur Cambyses & Darius, quê Hydaspis filium dicunt. Ille quia regnauit vinente patre, & bellum gerente contra Scythas, tanquam vicarius, quòd non liceret Regem extra regnum proficisci cum exercitu, nisi domi prius creato Rege ad vitanda bella intestina.

Darius autem quia vel præcessit Cyrum, vel per eãdem legem, eo discedente, domi regnauit Assuërus. Ita anni septem, quibus Cambyses regnasse dicitur, & prohibuisse inchoatam ædificationem templi ob calumnias Samaritanorũ, attribuuntur Cyro. Is patre contra Scythas pugnante, Amasi moriente, Ægyptum cepit. *Diod. lib. 2. Herod. lib. 3.*

Cyri bellum aduersus Thomirim Massagetarum re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginam 630 annis post bellum Troianum. *Ex Trogo.*

Ibidem Cyrus occumbit. De hoc tamen Herodotus dubitat, cum inquit, Hęc de Cyri vitæ exitu dicta sufficiant, de quo cum multa referantur, is qui mihi maximè verisimilis videtur, à me commemoratus est. Et Xenophon eum placidè mortuum esse in complexu suorum narrat.

Eius anno primo Danielis hebdomades inchoant, quem fuisse captiuitatis septuagesimum docet Ioseph. lib. 11. Ant. cap. 1. anno post captam Babylonem vno, vt supra declaratum.

Miltiades post Marathoniam victoriam damnatus ab Athenienſibus in publicis victoriis interiit.

Cliſthenes Athenis exulans, Sicyoniorum tyrannus efficitur.

Oracula in Græcia & Africa Dodonæum, Delphicum, Hammonium, Amphiarai celebertrima. *principio Herod.* reſponſa partim erant dubia, partim à prophetis ſumpta, qui multo ante gentium & populorum varios caſus & vices prę nuntiauerant, vt Aſſyriorum Eſaias, Babyloniorum Ieremias, Macedonum *Eſ.* 23. *& Dan.* 8. Romanorum Balaam Num. 24. Daniel ſæpius. Nabugdonozoris *Eſ.* 14 *& Ier.* 23 *&c.* Cyri, eo etiam nominato *Eſ.* 45. Alexandri Magni & ſucceſſorum *Dan.* 8 *&* 10. Facile enim erat dæmonibus ingenio & ſcientia pollentibus iam dicta dicere, demere, vel addere, aliâ lingua interpretari, &c.

[Fuerunt oracula etiam teſtimonia de Deo, quamuis à malis ſpiritibus. Ipſi enim etiã veritati coguntur inſeruire, ſed malitia innata illis, publicare eam delectantur, & inuidia in humanum genus concepta veritatem reſponſorum, varie conantur obſcurare: ne illis homines in commodum vterẽtur. Michael Pſellus.]

Pſammenitus patri Amaſi in Ægypto ſucceſſit. A Perſis rege Cambyſe ſubigitur, atque ita Ægyptus Perſarum iuris fit. *Herod. lib.* 3

Cyrenæi, Lybes, Barcæi ſe dant Cambyſi, Crœſo adhuc viuo. *Ibid.*

Corax & Tiſias primi rhetoricam excitant.

Anaximenes Anaximandri ſucceſſor primus horologium ſciotericum. i. ſolare Lacedæmone oſtendit. Eo die obiit, quo Sardis capta eſt. *Laert.*

Sub Cyro 55. Olympias, quando Sardis & Crœſus capti ſunt. *Suidas in Anacreonte & Anaximandro.* Hoc ſequuntur Plinius, Solinus, Diodorus, Thallus, Caſtor, Polybius & Phlegeton, quos citat Euſ. præp. 10. cap. 3. Alij Cyrum cœpiſſe imperare Olymp. 70. ſub vrbis 260. alij Olymp. 80. ſub Vrbis 290.

Cyrus Xenophontis aliquot annis poſt, non ad hiſtoriæ veritatem, ſed ad iuſti & legitimi imperij imaginem ſcriptus. *Cicer.* Etſi alioqui optimus & pientiſſimus fuerit princeps. *Eſa.* 44. *&* 45. 2 *Paral. Vlt. Eſdræ* 1. Nam Dei Eccleſiam ab Aſſyriis primum, deinde à Chaldæis miſerè afflictam recreauit. *Ibid & Ierem.* 50.

Quo tempore Crœſus viuus captus eſt Sardi, pugna trecentorum Lacedæmoniorum cum totidem Argiuis de agro Thyrea exiit, ex quibus duo Argiui & vnus Spartiata tantùm ſuperfuerunt. *Herod. lib.* 1.

Ephori Lacedæmone conſtituuntur ad frænandam regum licentiam.

Templum Appollinis Delphici quarto incenſum anno. 11. Crœſi. *Pauſan. & Euſ.*

Athenis Hipparchus & Hippias tyranni Piſiſtratidæ. Satimi fratres Sylus, Pantagnoſtus, & Polycrates, quem Orontes Darij præfectus cruci affixit. *Valerius.* 3640

Anni mundi.		Anni vrbis cõditæ.
3640	*Q. Minucio Augurino, C. Horatio Pulullo.*	296.
	M Valerio Max. Sp. Virginio Caſimontano.	297
	T. Romilio Vaticano, Sp. Veturio Cicurino.	298
	Sp. Tarpeio Capitolino, A. Aterino Fontinali.	299
	P. Horatio Tergemino, Sex. Quintilio Varo, cui peſte morſuo ſuffi citur, Sp. Furius.	300
	T. Menenio Lanato, P. Seſtio Capitolino.	301
	Ap. Claudio, T. Genucio.	302
	Decemuiris conſulari bus creatis.	
	Appio Claudio, Sp. Poſtumio Albo, T. Genucio, Ser Sulpicio, P. Seſtio, T. Romilio, Sp. Veturio, P. Curatio, C. Iulio, A Manlio. (*Lex. 10. Tabularum ſcripta.*)	303.

Anni vrbis cõditæ.	Decemuiris Appio Claudio 2 Q. Fabio, M. Cornelio, M. Rabuleio, L. Minucio, Q. Poetilio, T. Antonio, C. Diuſio, M. Sergio, Sp. Oppio.	Anni mundi. 3640
304		
305	*Iiſdem Decemuiris per vim in hũc Annum continentibus.*	
306	4	
Ezr. 3.	d Assverus, quem noſtri Xerſem vocant Chaldæi Artaxerſem primum Darij Medi filium, annis 20.	3670
325		3690
	Ieſu filio Joſedec Põtifice	
	Zorobabele duce Iudæorum.	
	Daniele propheta.	
	Alexandro rege decimo Macedonum.	
	Lacedæmoniorũ Archidamo Zeuxidami F. an. 22.	
	Cyrenarum Arceſilao quarto rege octauo & vltimo.	
	Syracuſanorum Gelone an. 12. *deinde Hierone an.* 12.	
	Romæ Coſſ.	
306	*L. Valerio Potito, M. Horatio Barbato.*	
307	*Lare Herminio, T. Virginio Cælimontano.*	3690

Polyc rates Samum aliáſque maris inſulas & ciuitates quaſdam continentis occupat. *Vide Herod. lib.* 3.

Paulo ante hæc tempora Cleander Pataræus, regnum Syracuſanorum in Sicilia condiderat vſque ad Agatolem, qui 20. annis poſt Alexandrum Magnum viguit. Hoc autem cũ interregnis durauit annis 178.

Et Cyrenarum regnum in Remp. mutauit Arceſilao tertio Regem ſextum agente.

Paulo poſt exactos regem primum fœdus Romanis cum Carthaginenſibus & templum Ioui capitolino dedicatum. 28. annis ante primam Xerſis, id eſt, Aſſuẽri expeditionem in Græciam. *Polyp. lib.* 3.

Tredecim annis pòſt, Saturno ædes dicata & Saturnalia feſta inſtituta. *Halic.*

T. Largius primus Romæ dictator anno nono poſt exactos reges.

Sp. Caſſius primus magiſter equitum ob plebis aduerſus patritios tumultum & contra Sabinos.

Populi Romani ſucceſſio à Patribus.

Latini contra Romanos rebellant. Sed hæc ante Cyrum.

Eius autem temporibus Romæ Fabij 306. cæſi in Veientino bello. Valerius Poplicola de Veientibus, Sabinis, Hetruſcis triumphat, Veientibus inducię inanes. 40. dantur. Seditio ob legem Agrariam. Peſtis. Vrbinia Veſtalis viua defoditur. Seditio contra Patres. Bellum cum Sabinis & Æquis. Cum Æquis fœdus actum. Antium Colonia deducta. Cenſus actus, in quo cenſa ſunt ciuium capita 124 millia. 214.

P. Seruilius, L. Ebutius Coſſ. peſtilentia extincti, Æquis & Volſcis vrbem obſidentibus. Volſcum nomen ſequenti anno prope deletum. Pluit carnem. (*Diony lib.* 10.) Cenſentur ciuium capita ad 132. millia & 419. per ſeditionem Tribuni decem creati. Legati Athenas miſſi ad Solonis leges deſcribendas, ſub vrbis 300. Ludi ſæculares primum acti. Legati cum legibus Solonis ex Græcia redeunt. Decemuiri creantur annis duobus, mox Coſſ. per annos 18. Lex 10 tabularum ſcribitur, deinde duæ prioribus adduntur, & poſt duos annos in æs inciſæ publicè proponuntur.

d Cambyses non diu ſuperſtes fuit Cyro patri. Magi eius regnum dolo conſecuti ſeptimo menſe oppreſſi ſunt. Ita Aſſuẽrus Pattis Darij regnum ad Cyri familiam tranſlatum recipit, & iſtorum annum ſuis abſumit.

Hunc quidam putant eſſe Cambyſem, qui Ægyptum ſubegit, & Æthiopas fruſtra appetiit. Alij Darium Hidaſpis filium. Sed eſt Xerſes Darij filius tertius Perſarum & Medorum rex, quem voluptuoſiſſimum fuiſſe, & præmia ampla propoſuiſſe nouarum voluptatum inuentoribus ait Cicero. Quod congruit cum iis, quæ de Aſſuẽri conuiuiis, temulentia, libidine, luxu, prodigalitate, mollitie traduntur. Eſther 1. & ſeq. ne cæteras rationes repetam. Artaxerſes cognominatus, Ezræ. 2. & 6. Quod cognomen ad poſteros tranſmiſit, vt ſuum Pharao, Cæſar, Ptolomæus.

Cambyſes non numeratur in ſacris libris, quoniam viuo adhuc patre, aut ſtatim pòſt interiit, à ſe lætaliter vulneratus. Tumque Ægyptus defectione inita regem priorum aſciuit, vſque ad finem ferè huius Monarchiæ.

Cui etiam Cyrenæ paruerunt. Nam & earum regnum extincto Arceſilao rege octauo in Perſarum manum ſimul cum Ægyptio venerat.

Smerdes quidam Patizitis frater, curiæ cuſtos, dolo regnum occupat, at menſe ſeptimo tollitur. Darius autem Hydaſpis vel non alius fuit à ſuperiore Dario, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cyrum antecessit, vel non nominatur, quia eo discedente ex regno, & abeunte in Scythiam & Græciam, necesse fuit alium Regem nominari, cuius legis meminit Herodo. lib. 7. Sic Darius contra Scythas & Græcos in bellum profecturus, Xerxem filium regem fecit, & in ipso apparatu belli mortuus, totam belli Græcani ci molem filio reliquit. Vnde & Xerxes quinto anno regni cum ingenti exercitu, illud confecturus mouet. *Herod. Ibid.*

Darius ergo foris rex, Xerxes siue Assuerus domi.

Hic Esther duxit in vxorem, ex qua genuit Darium Longimanum, in Hebræis Annalibus.

Initio regni prohibuit ædificari templum, criminatione nonnullorum. Itaque restauratio intermissa est vsque ad annum. 2. Darij, *Esræ* 4. Nec ea est accusatio, qua ab Haman apud Assuërum delati sunt Iudæi, in lib. Esther. Nã tacta non est regni eius principio.

Hinc intermissum sub Assuëro fuisse opus domus Domini dicitur, *Esræ.* 4. Ipsum verò postea illius constructioni annuisse *cap. 6. hu verbu.* Constructum iubente Deo Israel, & iubente Cyro & Dario & Artaxerse regibus Persarum. Nam vt Darius iste est Longimanus, qui Assuëro successit, ita postremo loco memoratus Artaxerses est Assuerus, qui prius impeditum opus, Esther & Mardochæi causa, rebus populi fauere cœpit, vt impleretur illud Danielis 9. *cap.* quo attribuit 7. primas Hebdomadas de 70 templo & vrbi reficiendæ. Nam sub. 49. annum à Cyro Assuerus hoc iussit. Continuarunt deinde Darius & Artaxerses 3.

Distribuit regnum non in. 20. prouincias, vt putat Herod. sed. 127. Esther 1. Nisi fortasse per prouincias Satrapias intelligat.

Tertio regni conuiuium illud sumptuosum vniuerso Susarum populo & cunctis regni principibus instruit, de quo Esther primo. *Seder cap 29.*

Post quartum, sequentibus quinque, Haman molitur Mardochæi perniciem. *Ibid.*

Post bellum Græcum non diu superfuit.

Esther 3 c. sexto mentio anni eius duodecimi.

De rebus Persicis & aliis Asiaticis vix certi quicquam habet Græcorum historia, ante huius in Græciam transitum, tunc cum Gelon in Sicilia dominabatur. *Pausan. in Arcadicis Olymp. 75 Halicarnas. lib. 9.*

Post hunc nullus fuit rex apud Persas magnus (inquit Plato) nisi nomine. Ita cum eius clade cœpit, paulò post Cyrũ, imperium Persarum cadere.

A pugna Marathonia ad Xerxis transitum in Græciam an. 10. *Thucid. in Procm.*

Marathonia pugna. 16. annis posterior fuit Bruti, primi Rom Cos. funere. *Halicarn.*

Tantis classibus in Græciam transit, vt Hellesponto iuncto, Athoue monte perfosso, maria ambularit, terramque nauigarit, matia pedibus peragrans, classibus montes. *Cic. 2. de Finibus.*

Integrum quadriennium in apparatu belli consumit, collecto exercitu. 5283120. hominum. *Herod. lib. 7.* Annum egit in Europa.

Bellum à Dario patre, vt ceteri statuunt, auo, vt ego, post Hebræos, susceptum aduersus Græciam per quinquennium gessit. Bis in terra victus, tertio, sed frustra, nauale prælium instruxit.

Omnem librorum copiam, Athenarum vrbe præter arcem, ipe ensa asportauit in Persas. Quos multis post temporibus, Seleucus Nicanor referendos Athenas curauit. *Gell. lib. 6. cap vlt.* 3690

Anni mundi.		Anni vrbis conditæ.
	M. Geganio Macerino, C. Iulio.	308
	T. Quintio Capitolino 4. Agrippa Furio.	309
	M. Genucio, C. Curtio.	310
	L. Papirio Mugillano. L. Sempronio Atratino.	311
	M. Geganio Macerino 2. T. Quintio Capitolino 5.	312
	M. Fabio Vibulano, Postumio Æbutio Corniceo.	313
	C. Furio Pacilo, M. Papirio Crasso.	314
	Proculo Geganio Macerino, L. Menenio Lanato.	315.
	T. Quintio Capitolino 6. Agrippa Menenio Lanato.	316
	Trib. Mil. Conf. Potestate.	317

Anni vrbis conditæ.	*Mar. Æmilio, L. Quintio Cincinnato F. L. Iulio.*	Anni mundi.
317		3670
	Coss.	
318	*M. Geganio Macerino 3. L. Sergio Fidenate.*	
319	*M. Cornelio Maluginensi, L. Papirio Crasso.*	
320	*C. Iulio 2. L. Virginio.*	
321	*C. Iulio 3. Vel. M. Manlio, L. Virginio 2. Vel Q. Sulpicio.*	
	Trib Mil.	
322	*M. Fabio Vibulano, L. Sergio Fidenate, M. Fostio.*	
323	*L. Pinario Mamereo, L. Furio Medullino, Sp. Postumio Albo.*	
	Coss.	3680
324	*T. Quintio L. F. Cincinnato Penno, C Iulio Mentone.*	

Græci simultates belli huius metu deponunt, & Syncretismo facto petunt auxilium à Syracusano Gelone, Cretensibus & Corcyreis.

Prælium ad Thermopylas memorabile. Nam. 300. Lacedæmonij duce Leonida, circiter vicies mille Persas trucidãt. Simile narrat Gellius *lib. 3. cap. 7.*

Artabani expeditionem illam Xersis contra Græcos dissuadentis, oratio elegans apud Herod. lib. 7. vbi mentio vnius Dei ostendit Persas à Iudæis fuisse instructos.

Xersis bellum describit Herod. lib. 8 & 9.

Mardonius Assueri dux Alexandrum Macedoniæ regem ad Athenienses legat de pace, quam illi recusarunt. Cyrsilum in Salamine suadentem recipi conditiones seruitutis à Mardonio oblatas, lapidibus Athenienstum viri obruerunt, vxorem ipsius & liberos fœminæ. *Demosth. de Corona.*

Sarobarzanes & Sisinnius à Mardonio Syrię & Palestinæ præficiuntur.

Gelon Syracusanus Hieronis frater, ad quem multæ odæ Pindari, Hamilcarem cum. 30. millibus trucidat, eo die, quo ad Thermopylas, vel ad Salaminam duce Themistocle, dimicatum est. *Diod. lib. 11.*

Syracusis tyrannidem inuasit an. 85. ante Dionysium Seniorem *Dionis. Halic.* Huic successit Hieron, deinde post annos 12. Thrasibulus frater. *Diodo.*

Pausanias Lacedæm. suspectus de Xersis amicitia supplicio afficitur. Accusatus fuit ab Aristide Athenienst belli socio.

Demaratus rex Lacedæmoniorum apud Xersem exulat, Leonida in eius locum suffecto, qui in angustiis Thermopylarum Persis restitit tribus continuis diebus & quarto vicit.

Aristides summa integritate censum de tota Græcia agens & tributum singulis imponens, quo Græci quotannis ad sumptus bellicos aduersus Persas conferrent. 460. talenta, Iusti cognomen est adeptus. *Thucydides lib. 1. & Plut. in eius vita.*

Post fugam Persarum, Græci ad mutua dissidia redeunt. Hinc semper bellum Peloponnesiacum.

Ostanes primus de Magia commentatus, Xersem contra Græcos comitatus, semina artis portentosæ asperstt, *Plin. lib. 30. cap 1.*

Imarus rex Lybię Ægyptum Persis ademit cęso Achemene Assueri fratre. *Thucid. lib. 1.*

Literæ Græcæ Massiliæ vigent, vsque eo, vt Galli illorum exemplo illarum studio caperentur, iam pacta & conuenta Græcè scriberent. *Strabo lib. 4.*

Philolaus Corinthius legem proletariam Thebanis fert.

Scythis in Media belligerantibus, domi seruile bellum exurgit.

Romani, qui proximè decem viros consilio Hermotimi Ephesij in Græciam & Athenas tunc florentes miserant, vt Solonis leges decem Tabulis comprehensas describerent, his duas adiecerunt, paulò ante bellum Peloponnesiacum, an. 60. ab exactis regibus. *Cic. 2. de Finib* sub. 300. an. post vrbem conditam. *Gellius lib 20. c 1. Sol. cap. 2. Halic. cap. 2.* Earum fragmenta habes, 2. de Legibus Cic.

Heraclíti Ephesij amicus Hermodorus Ephesius, legum Romanorum interpres, ac penè auctor. *Pompo. Iurisc. de Origine iuris. Plin. lib. 34. cap. 5.*

Inde ROMÆ lex de connubio Patrum & Plebeiorum lata. Tribuni militum consulari potestate creati. A Sempronio Atratino, T. Cloelius, L. Atilius, quibus mense tertio

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.		Anni Vrbis cõditæ.
poſt magiſtratum abdicantibus facti ſunt Coſſ. L. Papyrius & L. Sempronius, vbi ferè deſinit Diony. Halicarnaſſæus. Cenſores creantur. Fames maxima, qua coacti multi ſe in Tiberim præcipitarunt. Sp. Melius ob ſeditionem à C. Seruilio Hala obtruncatur.	3680	L. Papirio Craſſo. L. Iulio.	325
Tolumnius Veientium rex Romanorum legatos interficit. Anno ſequente ab A. Cornelio Coſſo interficitur. Peſtis & terræmotus. Fidenę captæ.			
Vrbis. 322. ſeptuageſimo nono poſt exactos reges Tribuni militum ſubeunt locum Conſulum per annos. 43. ſed non continenter. Nam Coſſ. intercalati ſunt vſque ad an. 339.			
Volſci victi & vænundati.			
c TEMPLVM anno huius Artaxerſis ſexto perfectum eſt. *Ezræ* 5. annis ſcilicet quatuor. Nam cœpit ædificari anno 2. *Seder cap.* 29.			
Quod colligi etiam poteſt ex Haggæo & Zachatia. Quare verba 5. capitis tertij Ezræ, *Structuram templi prorſus eſſe per biennium vſque ad Darij regnum, quòd gentes vicinæ impedirent, ne conſummaretur ædificium omnis tempore vitæ Cyri, ſic ſunt reſtituenda. Et protraxerunt ſtructuram vſque ad ſecundum annum Darij Regis.*	3690	5 c DARIVS Longimanus Artaxerſes. 2. Pius, annis 40. Cuius annus 32. Nehem. 13. memoratur.	325
Huius autem impedimenti interuallum fuiſſe plus minus. 46. annorum rectè velut rem vulgo tritam Iudæi aiunt anno ſecundo. Nam tot exiſtunt à Cyro ad ſecundum huius Darij, & Daniel. 9. cap. ſeptem hebdomadas huic rei aſſignat.	3730		356
Septimo eiuſdem Ezras venit Hieroſolymam cum multis Iudæorum millibus. *Ezræ.* 7.			
Tamen Hebræi ſupponunt Ezram aſcendiſſe Darij ſecundo, ob captatam fortaſſe tum à Zorobabele huius rei facultatem.			
Nam Darij ſecundo, iterum Zorobabel reditum procurat hac occaſione captans facultatem, quæ per Aſſuërum ademptа fuerat. Tres adoleſcentes regij corporis cuſtodes oblectandi eius cauſa, quæſtionem poſuerunt, quænam res maioribus polleret viribus. Cum vnus dixiſſet, vinum, alter Regem, Zorobabel tertius, Mulierem, ſed ſupra omnia Veritatem: & huius ſapientiam Rex probaſſet, iuſſit, vt ille peteret, quicquid vellet. Ille autem copiam reſtituendæ ædis & vrbis popoſcit. 3 *Ezr.* 3. & 4. *Ben Gorion lib.* 1. *cap.* 12.			
Vbi qui hiſtoriam tertij Ezræ improbant obiiciunt non rectè Zorobabelem adoleſcentem dici regnante hoc Dario qui minimùm ſeptuageſimum annum ageret, ſi quidem is fuit, qui primo Cyri ad reducendos Iſraelitas dimiſſus eſt. Sed reſpondeo, ſatis eſſe per Syntheſim, vt è tribus adoleſcentibus, duo tales fuerint. Addo בחור *Bahhur* Hebr. non tam ſignificare adoleſcentem ætate, quàm vigore, id eſt, virum ætatis vitidis & florentis, quam quis ſibi deligeret, q. electum. Accedit illud R. Selomonis, 1. Par. 22. verſ. 5. Etiam filius. 42. annorum vocatur נער *puer.* Exod. 33. verſ. 11. Conſtat enim tum Ioſuë fuiſſe. 42. annorum, vel. 56. iuxta Talmudicos. Cum ergo Pueri nomen tribuatur tam prouecto, Iuuentus & adoleſcentia huiuſmodi pueritiæ incidet in 60. & 70. multo magis. Quemadmodum apud Virgilium magni anni magnos oportet procedere menſes.		*Iehu filio Ioſedec, Ioachim & Eliaſib per ordinem pontificibus.*	
Mœnibus cingitur à Nehemia Hieruſalem, Darij huius vigeſimo. *Nehem.* 5. & 6.		*Meſulam duce Iuda.*	
Eo enim tertius reditus è captiuitate in Hieruſalem cœpit, Nehemia ductore, qui aſcenderat quidem cum Zorobabele. *Ezr.* 1. ſed quia eius ductu non factus fuerat primus ille reditus, tertius duntaxat ei tribuitur.	3730	*Haggæo & Zacharia prophetis.*	

Anni Vrbis cõditæ.		Anni mundi.	
			Anno autem trigeſimo ſecundo tota exædificata eſt. *Nehem.* 5.
			Nehemias eodem anno conſtructis muris redit ad hunc Artaxerſem regem, à quo poſtea reditum impetrat in Hieruſalem. *Nehem.* 13.
	Alexandro Amyntæ filio rege Macedoniæ, deinde Perdica an. 28.	3690	Nam hunc eſſe putant Hebræi, cuius ſeptimo Ezras, & vigeſimo Nehemias aſcenderunt, in quorum libris Artaxerſes paſſim nominatur. Eſt autem hoc nomen regiæ Perſarum dignitatis. *Seder t.* 29. id eſt, non proprium ſed Commune.
			Rex Aſſur vocatur. *Ezræ* 6. Xerſis filius, *Thucidides*, id eſt, Aſſuëri. Nam ex eo & Eſter genitum Hebræi conſtanter tradunt.
	Lacedæmoniorũ Agi, Archidami F. an. 27. *deinde Ageſilao Agidis fratre an.* 29.		Cuius & ſecundum fuiſſe putant Septuageſimum captiuitatis contra ſententiam Danielis cap. 9. qui eam confert in primum Darij Medi, *de quo illic.* Quamquam captiuitatem intelligunt non tranſmigrationem ſimpliciter, ſed & euerſionem templi factam ſub Sedechia. Nam etiam illud interuallum eſt contractius.
			Vſus eſt Zorobabele conſiliario & cuſtodum regij ſui corporis principe loco Danielis. *Ioſeph. ben Gorion lib.* 1. *cap. Vndecimo.*
			Apud Profanos primus eſt Artaxerſes. Nam duos tantum faciunt Longimanum & Memnonem. Atqui Eztas Aſſuërum etiam ſiue Xerſem Artaxerſem vocat.
			Artabani ſcelus, qui victum tertio prælio Xerſem truci daret Patri ſuccedens vleiſcitur.
			Aliqui Nehemiam à conſequente Artaxerſe miſſum Hieroſolymam putant, vt illa ageret, quæ eius libro continentur. Sed perperam. Nam apertè erat pincerna illius, qui Aſſuëro ſucceſſit.
			[Quippe Ather ſatha dicitur, id eſt, à potu, vel poſt potũ phraſis Perſica, quam latini imitati ſunt.]
			Angelus precatur pro Hieruſalem & Iuda, quibus (inquit) ô Domine, iratus es his. 70. annis iamdudum exactis. *Zach.* 1. Sic enim locus debet intelligi. Nam ſeptuaginta captiuitatis anni iampridem finierant, nempe ſub imperij Cyti principium.
			Tum Zorobabel filius Salathiel, & Ioſuë filius Ioſedec, cœperunt ædificare templum Dei, & cum eis Prophetæ, maximè Haggeus & Zacharias. *Ezræ* 2. id eſt, ſecundo Darij, *Hag.* 1. *Zach.* 1. cùm antea ſub Cyro vix altare perfecciſſent. *Ezra* 3.
	Syracuſanorum Hierone deinde Traſibulo an. 1. *ſub quo Syracuſæ ſe per annos ferè 60. in libertatem vindicarunt, donec Dionyſius ſenior Remp. inuaſit.*		Ezras ab exilio reuerſus, academiam Hieroſolymis inſtituit, omni diſciplinarum genere refertam, ex qua multi inſignes viri, ſeorſum Scribæ, & legis periti prodierunt qui iidem in Euangelio videntur.
			Quin & auctor fuit primò verſuum, ſiue periodorum, & pauſarum Scripturæ. 2. Diuiſionis librorum ſacrorum, vt Legis in quinque, Prophetarum in octo, Hagiographorum in nouem. 3 Parſijoth & Sedarim, id eſt, ſectionum Legis pro numero Sabbatorum anni. 4. Paragraphorum per minuſcula ס & פ expreſſorum, in quos illas ſectiones ſubdiuidunt pro reliquorum dierum, nempe operariorum, le-
325	Rom. Coſſ. *L. Sergio Fidenate* 2. *Hoſtio Lucretio Tricipitino.*		maritanis hæreticis, & plęriſque aliis Orientis profanis populis vſurpatentur.
			Arcam priori ſimilem in templo à ſe ædificato Iudæi dedicarunt. Nam prior à Moſe ædificata ita fuit abſcondita à Ieremia, vt nunquam reperta ſit. *Eph. & trad. Hebr.*
327.	*A. Cornelio Coſſo, T. Q. Cincinnato Penno.* 2.	3730	Darius omnibus modis Iudæis fauet, fortaſſe quòd ſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

		Anni mundi.		Anni vrbis cõdita.
	lius esset Estheris, & certe eius annis Regina Esther vidua mater videtur multum potuisse, & liber Ezræ & Nehemiæ Mardochæum nominat.	3690		
	Græcis etiam, vt Suida, dicitur Artaxerses, ad quem Themistocles fugit, (*Thucidides lib. 1. Etsi Diodorus, Cic. & Valerius Max. ad Xersem dicant.*) quamuis patrem Xersem antea turpiter profligasset. Mitum est Hebræos ferè, hunc esse opinari, qui victus sit ab Alexandro.		*C. Seruilio Hala, L. Papirio Mugillano.*	328
	Iubet Iudæos repetere ædificationem & vrbis & templi, *Ezræ 6.* collatis muneribus & priuilegiis amplissimis. Hinc à fluuio Babylonis Athaua Hierosolymam Ezras scriba cum multis aliis conscendit, & ædificauit murum ciuitatis. *Ezræ 7. & seq.*		Trib. Mil.	
	Deinde à Susis castro siue vrbe munitissima post annos 13. Nehemias regius pincerna, Eliasib pontifice. *Nehem. 2. & seq.* vsque ad 12. ad cingendam mœnibus & portis vrbem, quæ ad hoc tempus pagi instar remanserat.			
	Nam anno Longimani vigesimo mittitur Hierosolymam, vt eius instaurationem iuuet. Reperit ignem, quo sacrificia incendit solebant. 2. *Mach. 1.* In Nephtar, vbi fuerat per sacerdotes sub Nabugdonozore conditus.		*T. Quintio Penno, C. Furio, M Postumo, A. Cornelio Cosso.*	329
	Cúmque sua legatione fuisset perfunctus, ad regem reuertitur, donec an. eius. 32. rediret ad corrigenda quædam peccata & corruptelas absente se subortas. *Ipse cap. 13. siue vlt.*			
	Nec verò cuncti rediere. Etenim exulum multitudo, *vt Ioseph Ant. lib. 1. 8. c. 12. & Talmud. narrant,* vrbem ad Euphratis ripam condidere, quam Chaldaica voce (paulatim enim Iudęi Babylonem abducti, ibique. 70. an. exilio & seruitute pressi, linguam Hebraicam dedidicerant, senibus vita defunctis, & pueris linguam peregrinam imbibentibus) Neardéa. q. fluuium scientiæ appellarunt.			
	Synagogis atque Academiis constructis, quæ in multa sæcula omni scientiarum genere floruerunt.			
	Vnde longo post tempore sub annum Christi 470. Talmud Babylonicum multa rerum cognitione plenum ediderunt. Ad quorum imitationem cæteri, quos in Iudæam Zorobabel, Ezras & Nehemias reduxerant, Hierosolymis gymnasia multa literarum instituerunt, Talmúdque Hierosolymitanum altero quatuor partibus minus tandem euulgarunt, per R. Iohanan centum annis antequam R. Ase vulgaret Babylonicũ, cuius contextus Misna appellatus, extabat beneficio R. Akibæ, sub Antoninis, *R. Mose in præfat. Maiemonim.*		*A. Sempronio Atratino, L. Furio Medullino. L. Quinctio Cincinnato, L. Horatio Barbato.*	330
	Diebus Mesullam ducis Iuda cœpit imperium Græcorum innotescere.		*Ap. Claudio Crasso decemuiri f. L. Sergio Fidenate, Sp. Nautio Rutilo, Sex. Iulio Iulo.*	331
	Hippocrates Pythagoræ discipulus, medicinam, quæ quingentis annis post Æsculapij mortem latuerat, in lucem reuocat. Mardochæi & Esther contemporaneus. *R. Abr. in Cabbala hist.*		Romæ Coss.	
	Vigesimus fuisse traditur per lineam paternam ab Æsculapio, per maternam decimus octauus ab Hercule. Ergo Æsculapius & Hercules non tam sunt antiqui quàm vulgo existimantur.		*C. Sempronio Atratino, Q. Fabio Vibulano.*	332
	Libros eius publicarunt duo filij Draco & Thessalus quos æquales habere potuit Socrates.		Trib. Mil.	
	Democritus ridens hominum vanitatem. Bacchilides Græcia ab extremis bellis quiescens in duas partes scissa propter Pisistratidas bellis intestinis feruet, de quibus Thucidides. Hinc bellum Peloponnesiacum sub an. vrbis Romæ trecentesimum. *Plinius lib. 30. cap. 1.* Hunc verò habuit exitum, vt tandem anno post varios casus. 27. Athenæ à Lysandro captæ muris nudarentur, & victi Athe-		*L. Manlio Capitolino, L. Papirio Mugillano, Q. Antonio Merenda, L. Seruilio Structo.*	333
			Coss.	
		3730	*T. Quinctio Capitolino N. Fabio Vibulano.*	334

nienses

Anni vrbis cõditæ.		Anni mundi.	
335	*Interregno anni vnius.*	3690	nienses Lacedæmoniis succumberent.
	Trib. Mil.		Bellum Samium, cui vt & Peloponnesiaco Aspasia Periclis amasia, & tandem vxor, quæ Rhetoricam Athenis docuit, præbuit causam.
336	*L Quinctio Cincinnato 3. L. Furio Medullino 2. M. Manlio Capitolino. A. Sempronio Atratino.*		Pericles bellum illud Peloponnesiis mouit, ne daret pœnas. 50. talentorum, quæ depeculatus fuerat, præpositus sumptibus Eburneæ Mineruæ, quam Phidias conficiebat. *Suid. in Phidia.*
337	*Agrippa Menenio Lanato, P. Lucretio Tricipitino, Sp. Nautio. C. Seruilio.*		Simonides Melicerta, Cambysis Datiique regnum & Xersis nauale pugnam describit.
338	*L. Sergio Fidenate, M. Papirio Mugillano, C. Seruilio Prisci f.*		Protagoras, cuius discipulus Ecatęus Milesius, Græcorum primus prosa oratione historiam vulgauit. *Suidas.*
339	*Agrippa Menenio Lanato, P. Lucretio Tricipitino, L. Seruilio Structo 2. Sp. Veturio Crasso.*		Eum æmulati paulò post Herodotus, Thucidides, Hellanicus, sub Amynta rege Macedonum. *Suidas. Gellius lib. 15. cap 23.*
340	*A. Sempronio Atratino 3. M. Papirio Mugillano 2. Sp. Nautio Rutilo 2. Q. Fabio Vibulano.*		Lysis Pythagoræ familiaris, Epaminondæ præceptor.
341	*P. Cornelio Cosso, Quintio Cincinnato, C. Valerio Potito, N. Fabio Vibulano.*		Anaxagoræ discipulus Archelaus Milesius, qui ex Ionia primus physiologiam Athenas & in Græciam detulit, præceptor Socratis. *Suidas.*
342	*Cn. Cornelio Cosso, L. Valerio Potito, Q. Fabio Vibulano 2. P. Postumio Regillensi.*		Peloponnesiaci belli tempore, Methio Astronomus vixit, & stultitia euasit tempestatem, in quam præuiderat casuros Athenienses.
	Romæ Coss.		Ab eo Methonis annus, quem esse aureum numerum docet. *Diod. lib. 12.*
343	*A. Cornelio Cosso, L. Furio Medullino.*		Cyclum decem nouennalem vocant Astronomi, quoniam annis. 19. luna cunctas suas varietates absoluit, & ad sua principia reuertitur. In eo descripti erant ortus omnes & occasus, item prognostica tempestatum, serenitatum, & status totius illius temporis.
344	*Q. Fabio Ambusto. C. Furio Pacilo.*		A discessu Xersis ad initium belli Peloponnesiaci anni. 50. intra quos Græci imperium suum in magnam potentiam prouexernnt. *Thucid. li. 1* à Pisistrati tyrannide an. 150. *Iust.*
345	M. *Papirio, C. Nautio Rutilo.*		Milo Crotoniates.
346	M. *Æmilio, C. Valerio.*		Alcibiades, Lysander, Thrasibulus, Conon.
347	*Cn. Cornelio Cosso, L. Furio Medullino 2.*		Architas Tarentinus, qui primus Geometriam cum Mechanica coniunxit.
			Eudoxus exemplo Architæ Mathematicus mechanicus, primus fastos & certam temporum & motuum cœlestium rationem ab Ægyptiis acceptam, Græcis tradidit.
			Cimon, Empedocles, Pericles Themistoclis successor, Gorgias Rhetoricæ inuentor, aut certè illustrator. Æschylus, Sophocles, Euripides tragici.
			Sophocles annis. 17. Socrate senior, moritur post Euripidem annis sex.
			Pindatus Empedoclis discipulus.
			Themistocles ad Artaxersem Xersis filium nuper regnare incipientem exul confugit. *Thucyd. lib. 1.*
			Superiori Darij bello militis officio functus, contra Xersem dux fuit. Quæ externi duobus Persarum regibus Dario 1. & Xersi, Hebræi vni Assuëro tribuunt, non improbabiliter. Nam hæc bella, vt audis, sese ferè attigerunt.
			Herodotus pater historiæ Ciceroni. 1. de leg. quia è primis Græcorum historicis. Quem tamen non historiam sed Mythihistoriam, id est, historiam fabulosam scripsisse censet Strabo *lib. vlt.* Eam paulò ante Cyrum incepit.
			Meminit Apryis, cuius mentio Ierem. 44 & prælij inter Necao & Assyrios, in quo Iosias interfectus. 4. *Reg.* 23.
		3730	Peruenit ad octauum Assuëri & quinquagesimum ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.	Trib. Mil.	Anni vrbis cõditæ.
bellum Peloponnesia cum. Thucydides se sub Longimano viuere scripsit. Summatim initio delineat historiam annorum. 50. ab Assuero siue Xerse, vsque ad initium belli Peloponnesiaci. Eius posteà narrationem prolixè octo libris persequitur vsque ad annum belli vigesimum.	3690	*C. Iulio Iulo, P. Cornelio Cosso, C. Seruilio Hala.*	348
Atheas fundator regni Pontici, pòst Artabazes à septem Persis oriundus. *Florus lib. 3. cap. 5.*		*L. Furio Medullino 2. C. Valerio Potito 2. N. Fabio Vibulano 2. C. Seruilio Hala 2.*	349
Socrates Ethicæ, nouæ tunc Philosophiæ, magister è statuario & lapidum sculptore, in carcere cicuta necatus, auditor Anaxagoræ, Damonis, denique Archelai.		*P. Cornelio Cosso 2. N. Fabio Ambusto, Cn. Cornelio Cosso. 3. L. Valerio Potito 2.*	350
Euclides, Phocion, Dionysius tyrannus Syracusanorum.			
Aristophanes tetrametri & octometri carminis inuentor. *Suidas in Octometro.*		*T. Quinctio Capitolino, A. Mallio, T. Quinctio Cincinnato, L. Furio Medullino 3. C. Iulio Iulo 2. M. Æmilio Mamercino.*	351
Bellum inter Thraces & Perdicam Alexandri frattem. Macedoniæ Regem.			
Sicilia à populo regitur. Post restituitur Dionysius. Hinc Dion, &c.			
ROMÆ paulò pòst Tribunos & ædiles primum per seditionem à plebe creatos, constituitur ab eadem Censores, & præfecti annonæ. *Gellius lib. 17. cap. Vlt.*		*C. Valerio Potito 3. M. Sergio Fidenate, C. Fabio Ambusto. P. Cornelio Maluginensi. Sp. Nautio Rutilo 2. Cn. Cornelio Cosso.*	352
Siccitas & fames. Romani à Veientibus fusi. Bellum contra Volscos. Seditio seruorum. Coloni Lauicos missi. Volę captæ. Postumius Regillensis propter arrogantiam à militibus damnatus.			
Fecentum captum. Pestilentia, Fames. Caruentana ab Æquis recuperata. Quæstores ex plebe creati. Dictator de Æquis & Volscis triumphat.			
Auxur captum. Stipendium primùm è publico datum. Equites primùm equis merere incipiunt. Tributum tribuni Militum ann. 355. dare prohibent. Furio Camillo se Falisci dedunt.			
Celtiberi Prætorem Romanum cum exercitu trucidant.		*M. Æmilio Mamertino 2. M. Quinctilio Varo L. Valerio Potito 3. L. Iulio Iulo, Ap. Claudio Crasso. M. Postumio, M. Furio Camillo, M. Postumio Albino.*	353.
Tribunis militaribus pro Cos. Romæ regentibus ad annum ferè conditæ vrbis 357. triginta tyranni Athenienſibus præpositi sunt, & in Sicilia Dionysius superior tyrannidem tenuit, *lib. 17. Gellius.*			
Euhemerus ex ciuitate Messana res gestas Iouis & cæterorum deorum historiam texit è titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur, maximéque in fano Iouis Triphilij. Quam historiam interpretatus est Ennius. *Cic. 1. de Nat. Deorum.* Ab Euhemero & mortes & sepulturæ demonstrantur deorum in sacra hystoria, *Sextus Empyricus lib. 4. Pyrrhonio. & lib. 8. contra Mathematicos.*		*[Vbicũque in consulibus & decẽ viris, hos numeros. 1. 3. reperias secundum tertium, hoc est tertia vice & secunda, ne à iumentoribus pro secundo & tertio accipiantur.]*	
Ex Ætna monte primum ignis erupit.			
Hoc tempore literæ & artes, etiam mechanicæ, quę sub præcedentibus sapientibus & philosophis Italicis & Ionicis fuerant hactenus infantes, incrementum penè virile adipiscuntur. Mox ita perficiuntur, vt Socrates meritò diceret. Si Bias vnus è Septem, aut Dædalus Athenienſium stupor ad nos rediret, irrideretur.		*C. Sernilio Hala 3. Q. Sulpicio, Q. Seruilio, A. Manlio. 2 L. Virginio, M. Sergio 2.*	354
Bryso Heracleotes, cum Euclide Megarensi contentiosam Dialecticam introducit. *Suidas in Socrate.*		*L. Valerio Potito 4 Cn. Cornelio Cosso. M. Furio Camillo, L. Iulio Iulo, C. Fabio Ambusto, M. Æmilio Mamertino 3.*	355
Pyrrho istorum discipulus hinc ansam arripuit dubitandi de rebus omnibus. Hinc Pyrrhoniorum secta. Nempe nimium altercando veritas amittitur, acquiritúrque incitia.			
Carthaginenses cum Syracusanis bellum gerunt. Re infœliciter gesta bellum in Sardiniam transferunt, duce Mateo. Cui Mago succedit, qui primus omnium ordina-	3730	*P. Licinio Caluo, P. Mœnio, L. Titinio, P. Mælio, L. Furio Medullino, L. Publicio Volsco.*	356
		M. Veturio, M. Pomponio, C. Duillio, Volerone Publicio, Cn. Genucio, L. Atino.	357

ta

Anni vrbis cõditæ.		Anni mundi.	
358	L. *Valerio Potito 5. L. Furio Medulino 3. M. Valerio Maximo. Q. Seruilio Fidenate 2. M. Furio Camillo 2. Q. Sulpicio Camerino 2.*	3730	ta militari disciplina Pœnorum imperium, non minus belli arte, quàm virtute amplificauit. *Iustinus.* Dionysius senior fugatis Carthaginensibus Siciliæ totius occupauit imperium. Deinde copias in Italiam traiecit contra Græcos. Locros pacta amicitia cum Gallis, qui Romam vastauerant, expugnauit.
359.	L. *Iulio Iulo, A. Postumio Regillẽsi, L. Furio Medullino 4. P. Cornelio Maluginensi, L. Sergio Fidenate, A. Manlio.*		Amilcaris Magonis filij tempore legati à Dario veniunt, afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare & canina carne vesci prohibebantur, iubebantúrque corpora potius cremare, quàm terra condere, petentes simul auxilia contra Græciam. *Iustinus lib. 19.*
			Agide Archidami F. regnante primum pecunia influxit in Spartam, per Lysandrum ducem, qui implens opulentiæ cupiditate & luxu patriam, deportansque ex præda aurum & argentum, Lycurgi conuulsit leges. *Plutarch. in Lycurgo.*
			Quo anno mortuus est Darius relictis duobus filiis, Artaxerse & Cyro, Athenis Lacedæmonij rectores 30 præfecerunt, Lysandróque Rempub. formandam tradiderunt. Siculi autem Dionysium in exilium pepulerunt.
360.	P. *Licinio Caluo*, L. *Ticino 2. P. Mœnio 2. P. Mælio, 2. Cn. Genucio 2. L. Atilio 2.*		Mortuus tamen dicitur circa finem anni septimi belli Peloponnesiaci, quo Lacedæmonij ab Athenienſibus ad Pylum ita coarctati sunt, vt pacis conditiones petierunt, à *Thucyd. lib. 4* quasi illud bellum adhuc annos viginti durauerit. Vix enim confici potuit annis 27.
361	P. *Cornelio Cosso, P. Cornelio Scipione. C. Fabio Ambusto 3. L. Furio Medullino 5. M. Valerio Max. 2. Q. Seruilio 3.*		Mortuo Longimano multi motus in Persida. Inde confusa est successio apud historicos. Nam mox Xersem & Sogdianum regnasse Eusebius asserit. Darium Thucydides.
			Ægyptus defecit.
362	L. *Furio Medullino 6. Sp Postumio, C. Æmilio, P. Cornelio 2. L. Valerio Poplicola, M. Furio Camillo.*		ſ QVIDAM (minus rectè) non superiorem, sed hunc putant esse Artaxersem, sub quo à Nehemia vrbs mœnibus cincta est, & templum ornamenta sua obtinuit. *Nehem. 2 & seq.*
	6.		Et Ezras venit in Iudæam cum mandatis ad res populi componendas, *cap. 7.* annis ante Nehemiam tredecim.
363	ſ ARTAXERSES tertius regnasse dicitur annis 49.	3730	Vtut sit, Nehemias redit ad Regem an. 32. imperij eius. Nam per annos, 12. rexit populum. *Nehem. 5.* Et rursum in fine dierum (i. extremo imperij Artaxersis) permittente Rege reuersus est Hierusalem. *Nehem. 13.* vbi & diu post hunc suum reditum, mortuo Artaxerse, siue hoc siue superiore vixit. Facit enim mentionem Darij regis Persarum (nouissimi) *cap. 12. vers. 22.*
Nehe. 1.			
412		3799	Bibliothecam insignem Hierosolymis instruit, ac libros, tam sacros quàm profanos in ea reponit. *2. Mac. 2.*
	Ioiada, Jonathan, denique Iaddo pontificibus.		In loco ignis sacri olim à Sacerdotibus recondili reperit aquam crassam, qua vsus est ad sacrificia purificanda. Ibi ob ædita miracula ædificauit templum Rex Persarum. Locum vocauit Nehemias Nephtar & Nephi. i. Purificatio. 2. *Mac. 1.* Videtur postea fuisse probatica Piscina. *Ioan. 5.*
			[Nephtar, est formæ bustar, quæ peruasit ad Pœnos ex linguæ Hebraicæ vicinia, & Naphta picem significat vel quà naphtham: cæterùm probatica piscina non ille fuit lacus, sed prope posticum Solomonis fons ille erupit, ex vaticinio Zachariæ, prophetæ, paucis annis ante aduentum Christi Domini, eo in loco vbi recondiderat Salomon cedri truncum & palmę alterum cum oliuæ stipite, quæ terræmotu, erumpente fonte, eiecta sunt ex adyto. Ea autem fuit Crucis Christi Domini materies, palma pro ipso trunco, & cedro pro transtro vtrinque cũ titulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex oliua, vt præcreditum est.]

Huius tempore viguisse Iudith (etsi ferè locetur sub Cambyse, vel Dario Hidaspis, quem Assuërum vocant) in cuius historia nominetur Nabugdonozor, idque ex Bagoa spadone, qui fuit in castris Holofernis, deprehendi: cuius quoque meminerint sub hęc tempora externi scriptores, putat Seuerus Sulpitius lib. 2. hist. Sed iam retinendam historiæ simplicitatem in Nabugdonozore docuimus.

Aristoteles præceptor Alexandri, Demosthenes, Diogenes, Æschines.

Darius Nothus res Memnonis adhuc pueri regio penè titulo administrat annis. 19. Vnde à profanis ei præponitur, quasi post Longimanum confusa sit Persicorum regum successio.

Vt autem ante hunc profani historici statuunt Darium Nothum, ita post eum Ochum an. 23. Arsamem 3. Denique Darium, quem Alexander Macedo deleuit, vt decem sint Persarum reges.

Sed ignorant historiam Persicam, quæ sic habuit. Artaxerse tertio, quem & Darium Persam nominati *Nehem.* 12. plerique putant, puero admodum à Longimano siue patre siue auo relicto, Satraparum ambitione variis casibus iactatũ est imperium, vt nescias penes quos rerum summa foret. Nam primum Darius Nothus gubernacula inuasit se pro tutore gerens, quod maritus esset Sororis Longimani.

Hinc fratribus in se inuicem armatis, Ochus, Arsamis, donec Bagoas Eunuchus Ocho & Arsami interfectis, Artaxersem iam virum omni tyrannorum metu liberaret. Hinc Philo nec Darij Nothi, nec Arsamis meminit.

Quin & isti titulo regio innotuerunt Græcis, quòd fortis bella gererent, velut Proreges, dum intus imperaret Artaxerses iuxta legem Persicam, cuius recordatur Herodotus.

Adde fuisse reges ratione administrationis, non iuris. Sic 1 Paralip. 5 interprete Kimhi, Ioatham dicitur regnasse temporibus Ieroboam filij Ioas, cum tamen Ieroboam. 38. annis mortuus sit, priusquam Ioatham fieret Rex. Nempe erat rex viuente Patre Ozia ratione administrationis, quasi prorex, quòd ea esset Pater exclusus propter lepram. Non autem Iuris, quòd non nisi obtinuit post Patris obitum.

Cyri iunioris huius tertij Artaxersis fratris ἀνάβασις, quam describit Xenophon Philosophus & Historicus.

Græcorum alij se adiungunt Cyro, vt ipse Xenophon, consulto super hoc Socrate, alij Memnoni Artaxersi.

Cyrus iunior propter insidiarum suspitionem in carcerem à fratre coniectus, post liberationem, aulicos sibi conciliabat, copias clam cogebat, literas interim ad fratrem blãditiarum & assentationum plenas mittebat, quibus vel poscebat aliquid, vel Tissaphernem accusabat, carcerem suum tefricans, redire in aulam sibi esse tutum negebat, studio matris ad id iuuabatur, quę Regi omnes suspitiones eripiebat, ita vt Rex sibi strui insidias non ante animaduerterit, quàm se numerosissimo exercitu obrui vidit. Hinc cruenta illa prælia à Xenophonte in Expeditione & Plutarcho in Artaxerse explicata, in quorum vltimo, nisi Cyrus occubuisset, Rex perierat.

Xenophon, Herodotum & Thucydidem sequutus, in

Anni mundi.		Anni vrbis conditæ.
3730	*Mesullam duce Iuda.*	
	Archelao an. 4. rege Macedonum, & per ordinem Pausania an. 1. Amynta an. 19. Perdica an. 6. Philippo Amyntæ an. 20.	360
	Lacedæmoniorũ Agesilao Agidis fratre, deinde Archidamo eius fratre an. 23. Agi Iuniore an 19.	
	Syracusinorum post regnum Dionysio Seniore an. 38. deinde Iuniore an. 22. Dione an. 12.	
	Romæ Tribunisimilitum.	
	L. Lucretio Flauo, S. Sulpitio Camerino.	363
	L. Valerio Potito, M. Manlio Capitolino.	364
	Trib. Mil.	
	L. Lucretio, L. Furio Medullino 7 S. Sulpitio, Agrippa Furio, M. Æmilio, C. Æmilio 2.	365
	Q. Fabio Ambusto, Q. Sulpitio Longo, duobus fratribus Q. Fabij Ambustis. Q. Seruilio 4. S. Cornelio Maluginensi.	366
	M. Furio Camillo Dictatore.	367
3779	*L. Valerio Publicola 2. A. Manlio. L. Virginio, L. Æmilio, P. Cornelio, L. Postumio.*	368

Anni vrbis conditæ.		Anni mundi
369.	*T. Quinctio Cincinnato, L. Æquilio Corno, Q. Seruilio Fidenate 5. L. Lucretio Tricipitino, L. Iulio Iulo, S. Sulpicio Rufo.*	3730
370.	*L. Papyrio, C. Sergio, L. Æmilio 2. C. Cornelio, L. Menenio, L. Valerio Poplicola. 3.*	
371.	*M. Furio Camillo, L. Horatio Pulvillo, Ser. Cornelio Maluginensi, L. Quinctio Cincinnato, Q. Seruilio Fidenate 6. P. Valerio.*	
372.	*A. Manlio, L. Quinctio Capitolino, P. Cornelio, L. Papyrio Cursore 2. T. Quinctio Capitolino, C. Sergio 2.*	
373.	*Ser. Cornelio Malugin. 3. P. Valerio Potito 2. M. Furio Camillo 5. S. Sulpitio Rufo 2. C. Papyrio Crasso. T. Quinctio Cincinnato. 2.*	
374.	*C. Valerio 4. L. Lucretio, A. Manlio 3. L. Æmilio, S. Sulpicio 3. M. Trebonio.*	
	[*Hic vt alibi dictum, omnes alij numeri legi debent tertium, sextum secundum &c.*]	
375.	*Sp. Papyrio, Q. Seruilio, L. Papyrio, C. Sulpicio, S. Cornelio 4. L. Æmilio 4.*	
376.	*M. Furio Camillo 6. L. Furio, A. Postumio Regillensi, L. Lucretio, L. Postumio Regillensi, M. Fabio Ambusto.*	
377.	*L. Valerio 5. L. Menenio 2. P. Valerio 3. P. Papyrio, C. Sergio 3. Ser. Cornelio Maluginensi.*	
378.	*P. Manlio. C. Sextilio, C. Manlio M. Albinio, L. Iulio, L. Antistio.*	
379.	*Sp. Furio, P. Cælio, Q. Seruilio 2. M. Horatio, C. Licinio, L. Geganio.*	3779

Hellanicis historiam bellorum Græcorum Thucydidis morte intertuptam narrat, vsque ad prælium ad Mantineam. Bellum quoque Ciuile Memnonis Artaxersis, & Cyri iunioris. Cyri partes sequutus institutionem Cyri maioris veluti recentem descripsit.

Philosophorum primus historiam scripsit, & exercitum duxit, atque adeò incolumem ex vltimis Babyloniæ finibus reduxit, asperrimis itineribus, & per barbaras gentes atque Græcis infestissimas.

Ctesias medicus captus in bello Cyri minoris ab Artaxerse, & in gratiam receptus, scribit de rebus Persicis, certius, vt ipse ait, quàm Herodotus & alij.

Aristippus, Isocrates, Polybius, Praxiteles sculptor, qui primus omnium speculum fecit. Metasthenes.

Plato apis attica, Mosis æmulus, siue Moses atticus, ex Numenio Pythagorico, qui tertius Philosophorum post Anaxagoram & Pythagoram in Ægyptum descendit, vt philosophiam, ex qua diuini cognomentum est consecutus, disceret.

Tredecim annis fuit Heliopoli cum sacerdotibus. Annos 20. habitauit cum Socrate, natus post initia belli Peloponnesiaci.

E Lycæo scholam in Academiam inter syluas transtulit. *Suidas.*

Mausolus Cariæ rex, cui ab Artemisia vxore Mausolæum extructum est, obiit, an. 2. Olympiadis 100. *Plin. lib. 36. cap. 5.*

Aristoteles præceptor Alexandri Magni, naturæ genius. 400. volumina conscribit. *Suidas.* 20. annis audiuit Platonem. *Laertius.*

[Illius scripta partim interciderunt, sed satis multa supersunt, quæ illius diuinum ingenium testentur]

Decem oratores, quorum principes Æschines & Demosthenes, qui sic Thucydidem est admiratus, vt eum totum sua manu octies descripserit. *Lucianus.*

Lacedæmonij ab Athenienses apud Corinthum, duce Phormione, superati, Imperium Græcię summum post bellum Peloponnesiacum vix tenuere an. 12. *Polyb. lib. 1.*

Thebani Lacedæmonios duce Epaminonda apud Leuctra superauerunt. Pugna Leuctrica è seminario belli Peloponnesiaci. *Gellius lib. 17. cap. vlt.*

Ab ea ad Philippi mortem an. 35.

Agesilaus rex Lacedæmoniorum in Asia contra Persas.

Circa annum vrbis 400. Philippus Amyntæ filius Macedoniæ regnum adipiscitur, simul & Alexandrum gignit. *Gellius lib. 17. cap. vlt.* Paucis inde annis pòst, Plato in Siciliam proficiscitur. *Ibid.*

Apud Cheronæam memorabili prælio Athenienses vincit, de quo mox. *Ibid.*

Anno regni eius sexto, bellum sacrum siue Phocense decennale exoritur inter Phocenses & Thebanos, ob templum Delphicum à Phocensibus spoliatum. *Diodor. Pausan.*

Dionysius iunior Syracusanorum tyrannus, apud quem Plato aliquantisper vixit, cædibus vrbem replebat, vt vinctis pater. Quare in exilium pulsus, Corinthi ludi magistrum egit, & patris sacrilegia pœnis luit. Huic Agatocles figulus tandem successit annis 7. post Alexandri Magni mortem.

Dion Platonis amicus, post. 12. annos, Dionisio in exilium Corinthium electo, Syracusas occupat. Sed paulò pòst interficitur.

His aiunt temporibus Sicambros siue Francos, armis Gothorum & Suecorum pulsos ab ostiis Danubij in Germa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam inuasisse.

Anaximenes Rhetor alter Alexandri Magni præceptor.

Demosthenes superstes fuit Alexandro, vsque ad Antipatrum, qui ipsi in regno Macedoniæ successit. *Suidas in Antipatro.*

Antisthenes Socratis discipulus, Cynicæ philosophiæ auctor. Diogenes istius successor. *Suidas.*

Græcè ciuitates dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt, & Philippi iugum subierunt.

Ochus Sidonem subuertit, Ægyptum recepit, Nectenabo Regè fugiente in Æthiopiam cum multa pecunia de quo Plutarch. in vita Agesilaï. Foris bella gerens titulo regio innotescit, cùm interim domi regnaret Artaxerses.

Prorex scilicet eius foris erat. Cuius crudelitas celebratur apud Iustinum, Ælianum, Plutarchum in Artaxerse.

In Nectenabo Ægyptiorum regnum destructum est, quod à Nabugdonozore subactum ad Cyrum peruenerat. Inde defectione inita regem asciuerat. *Euseb.*

Bagoas Spado eius, natione Ægyptius, Ochum interfecit ob irrisum Apim & contemptam Ægyptiorum religionem. *Ælia. lib. 6. Variæ hist* Anno principatus eius. 23.

Post transactum in Ægypto diuturnum bellum, plutimos Iudæorum in Hyrcaniam ad Caspium mare transfert, quos ibi vsque hodie amplissimis gentis sui incrementis constat consistere, atque exinde quandoque erupturos opinio est. *Oros lib. 3. cap. 7.*

Carthaginenses cùm eorum regnum floreret, Oceanum Atlanticum dimensi sunt, terrasque aperuerunt, in quibus erant arbores pulcherrimæ, & cœlum saluberrimum. Quare cùm multi eo nauigarent, & capti amœnitate loci non reuerterentur in patriam, eius ob bella & asperitatem pertæsi, pœna capitis cautum est, ne quis deinceps in eas terras nauigaret, nempe ne Africa habitatoribus exhauriretur. Atque ita hucusque di nauigatio desiit. *Aristot. de mirabilibus auditionibus.* Ea est America & Brasilia, quò Afrorum colonias peruenisse ex situ dubitandum non est. Hanc autem iterum auorum ætate Lusitani & Castilijan. Christi 1497 repererunt.

ROMÆ M. Furius Camillus dictator Falisços & Veios capit Aclusis cum Gallis pugnatum. Non multò post, Romanis ad Alliam Brenno duce cæsis, Galli Romam cepêre. Capitolium obsessum per sex menses, auri mille pondo pacti obsessis vendidere, & penetrata Græcia & Asia, gentibus, quę eis Taurum incolunt, impetrarunt. Trochini quidem, Hellesponti oræ, Tolistobigi Aeoliæ atque Ioniæ, Tectosagi verò mediterraneis Asiæ. Sedem autem ipsi circa Halim fluuium posuere. *Liuius lib. 48.* Has laudes impudenter Germanis quidam tribuunt, & Senones Gallos in Germanos transformant.

Gallitum Senas & Mediolanum vrbes ædificant, & expulsis veteribus Thuscis, multarum aliarum vrbium Italiæ fundamenta iecerunt. *Iustinus*, vt Papiæ, siue Ticini. *Paulus Diaco.*

Cum Dionysio Syracusano pacem faciunt. *Iustinianum, lib. 20.*

A Bythinię rege in auxilium euocati, regnum cum eo parta victoria diuiserunt, eamque regionem Gallo-Græciam & Galliam nominarunt. *Iustin. Ibid.*

Regnante Athenis Anaxierate Galli duce Brenno aduersus Græcos expeditionem susceperunt. *Pausan.*

Roma restaurata, M. Furio Camillo dictaturam continuante paulo post cœpit intra Italiam crescere, Tribun. Mil. pro Coss. creatis. Hinc Camillus Volscos cepit, &c.

Capitolium in saxo quadrato constructum.

Anni mundi		Anni Vrbis conditæ
	L. Æmilio, S. Sulpicio P. Valerio 4, L. Quinctio Cincinnato, C. Veturio, C. Quinctio Cincinnato.	
3730.		
	C. Licinio Stolone, L. Sextio, Tribunis Plebis, per annos quinque,	381 *vsque ad* 385
	Trib. Mil.	
	L. Furio, A. Manlio, Ser. Cornelio, P. Valerio, Ser. Sulpicio, C. Valerio.	386
	Q. Seruilio, M. Cornelio, C. Veturio Q. Quinctio, A. Cornelio, M. Fabio.	387
	L. Quinctio, Ser. Cornelio, Ser. Sulpicio, Sp. Seruilio, L. Papyrio, L. Veturio.	388
	A. Cornelio 2, M. Cornelio 2. L. Veturio, M. Geganio, P. Manlio, P. Valerio 6.	389
	Coss.	
	L. Sextio Laterano, primo ex Plebe consule, L. Æmilio Mamerco.	390
	L. Genucio, Q. Seruilio Hala.	391
	C. Sulpicio Petito, C. Licinio Stolone.	392
	L. Æmilio Mamerco 2. Cn. Genucio.	393
	Q. Seruilio Hala, T. Genucio 2.	394
	C. Sulpicio, C. Licinio Caluo.	395
	C. Pœtelio Libone, M. Fabio Ambusto.	396
	M. Popilio Lænate, Cn. Manlio.	397
	C. Fabio, C. Plautio.	398
	C. Marcio, Cn. Manlio.	399
	M. Fabio Ambusto 2. M. Popilio Lænate 2.	400
	C. Sulpicio Petito 3. M. Valerio Poplicola 3.	401
3779.	*M. Fabio Ambusto 3. T. Quinctio, M. Popilio.*	402

Anni Vrbis conditæ.		Anni Mundi	
	C. Sulpitio Petico 4 M. Valerio Poplicola 3.		Manlius ob regnum affectatum è saxo Tarpeio præcipitatur.
	P. Valerio Poplicola, C. Marcio Rutilo.	3779	Prænestini vincuntur sub vrbis 380. Quinquennio Roma sine magistratibus fuit, plebe renouante duos Tribunos Plebis Licinium Stolonem, L. Sextium Lateranum, qui Comitia Tribunorum militum perpetua intercessione sustulerunt, & tres leges, patribus alioqui acriter resistentibus, promulgarunt, nempe de ære alieno minuendo: De modo agrorum finiendo: De communicando consulatu cum Plebe.
403			390. Æmilio Mamerco & Sextio Laterano qui primus ex Plebe Consulatum est adeptus, duos honores sibi Patritij quæsiuerunt, pro concesso Plebi altero Consulatu. Præturam & curulem ædilitatem, sublato Tribunorum militum annuo dominatu.
404	*C. Sulpicio Petico, T. Quinctio Penno.*		Ita deinceps vsque ad Iulium Cæsarem sub Coss. Roma fuit.
405			Pestis horrenda. M. Curtius se deuouet pro Republ. T. Manlius Torquati nomen è singulari cum Gallo certamine consequitur. Brutiorum origo an. vrbis 396. è Diod.
406	M. Popilio Lænatæ, L. Cornelio Scipione.		Tarquinienses 307. Romanos milites immolarunt. post quatuor annos victi ad 348. virgis cæsi securi percutiuntur.
407	*L. Furio Camillo. P. Claudio Crasso.*		Anno sequenti, qui Vrbis erat 402, Ceritibus in 100. annos pax datur, 404. Falisci & Tarquinienses bus in quadraginta,
408	*M. Valerio Coruo, M. Popilio Lænate 4.*		411. Bellum Auruncum.
409	*T. Manlio Torquato, C. Plautio.*		g HVIVS regis meminit Dan. 8. cap. sub nomine Arietis confligentis cum hirco, id est, Alexandro.
410	*M. Valerio Coruo 2. C. Pœtelio.*		Ante hunc post Memnonem, Ochum & Arsem regnasse historici profani ferunt, ideoque fetè duos illos isti anteponunt.
411	*M. Fabio Dorsone, S. Sulpicio Camerino.*		Iam satis refutauimus eos, qui sexto hoc loco, siue post Cyrum quinto, statuunt Xersem Græciæ terrorem.
412	*C. Marcio Rutilo 3. T. Manlio Torquato 2.*		Nam iuxta sacros libros Reges Persarum non excesserunt numerum senarium. Etsi iuxta Profanos multo plures fuerint. Nempe decem per an. 230. 1. Cyrus. 2. Cambyses. 3. Darius Hydaspis. 4. Xerses. 5. Artaxerses Longimanus. 6 Darius Ochus Nothus. 7. Artaxerses Memnon. 8. Ochus. 9. Arses siue Arsamis. 10. Denique Darius.
413	g DARIVS CODOMANVS Arsami filius, quem vicit Alexander Macedo, annis 6. *Pontifice Jaddo. Duce Hanania.*	3779	Quin & aliqui interponunt post Cambysem Magos per septem menses. Post Xersem Artabanum per dies septem. Post Longimanum Xersem secundum duobus mensibus. Deinde Sogdianum mensibus septem, vt sint Reges quatuordecim. Sed hi sedecim menses & dies 7. parum ad hanc summam afferunt.
	Alexandro Macedonum rege an. 12.		Eorum historiam explicauit Diodorus, Iustinus, Eusebius, Metasthenes, &c.
	Agi Juniore Lacedæmoniorum.		Philippus rex Maced. 20. an. post victos Pœonas, Illyrium, Athenienssium Amphipolim, Potidæam, Pydnam, Olynthum, Chalchidiæ 32. vrbes Olynthiis subditas, Thessaliam, Elatæam, Athenienses denique & Thebanos qui se Amphissensibus ab ipso punitis, quòd campum quendam Templo Delphico consecratum occupassent, coniunxerant, ad Cheroneam, Imperator Græcorum contra Persas deligitur Corinthi, sed initio anni sequentis à Pausania satellite interficitur. *Suid. in Carano.*
			Illa ad Cheronæam pugna ingentes omnibus Græcis importauit calamitates. Omnes enim Græcos simul in seruitutem redegit aut ipse aut filius. *Pausan. lib. 1.*
			Perinthum atque Byzantium obsedit, ad cuius oppugnationem Cumæus Ephorus suam historiam finiit.
413	*Dione, deinde Timoleonte Syracusanorum, an. 22.*	3785.	Decimo post anno, quàm templum Delphicum spoliatum esset à Phocensibus, bello huic, quod sacrum & Phocense appellatum est, finem imposuit.
			Ante hunc nihil certi de temporibus habent Græci, vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

vix duos apud eos reperias, qui in idem tempus Cyrum, Pythagoram, &c. conferant.

Anni mundi. Anni vrbis conditæ.

Successit Alexander filius, eodem anno, quo Darius Arsami, qui primo regni anno Illyrios, Triballos, Sirmum Getarum regem vicit, Thebas ob eiectum Macedonum præsidium solo æquauit. Secundo anno exercitum in Asiam traduxit, & Persicas copias ad Granicum profligauit. Tertio expugnatis Sardibus, Mileto, Halicarnasso ad Issum in Cilicia matrem, vxorem & filiam Darij memorabili prælio cepit. Quarto post septimum mensem obsidionis, Tyrum subiugauit indéque vicinas vrbes, immunitate Hierosolymitanis ttibuta. Quinto Ægyptum occupauit, & Alexandriam condidit. Sexto ad Arbela Darium vltimo prælio planè vicit. Sex reliquis Monarchia fruitur. 3779

Alter autem Alexander Molossus, Epirotarum rex', in Italiam venit bellum populo Rom. facturus. Iam enim fama virtutis fœlicitatisque Rom. apud exteras nationes enitescere incipiebat. *Gell lib. 17. c. Vlt.* in Italia occiditur.

Thrasymachus sophista primus colon & periodum in oratione monstrauit.

Hermophilus cæcus Theopompum Geometriam sine radio docet.

Calippus Siculum regnum occupat.

Caramundus Galliæ regulus Massiliam bello premit.

Phileni fratres pro dilatando Carthaginensium imperio se vivos terra obrui à Cyrenensibus passi sunt.

Romæ Coss.

Timotheus Lyricus tempore Philippi Macedonis, chordam decimam & vndecimam adiecit, & veterem musicam ad molliores & effœminatiores modos traduxit.

Nectanabus rex Ægypti, quem Ochus in Æthiopiam expulerat, Astrologus & Magus Olympiadi Alexandri matri charus, de quo multa fabulosa. M. Valerio Corvo 3. A. Cornelio Cosso. 413

Post Xenophontem Theopompus historias scribit, sed innumerabiles admiscet fabulas, *Cic. 1. de Leg.* Percussus à Deo cæcitate, quia eis inferere tentauit sacram historiam. *Ios. contra Appionem.* C. Martio Rutilio 4. Q. Seruilio Hala 3. 414

Ephorus Isocratis auditor epitomen historiarum Herodoti, item quæ bello Peloponnesiaco gesta sunt scribit.

Pyrrhonis auditor Theodorus Athenis ἀθεότητα introduxit, & de suo nomine Theodoriam sectam reliquit. *Suidas.* Athei facile sunt adiaphoristæ, sublato rerum delectu atque discrimine. C. Plautio 2. L. Æmilio Mamercino. 415

Euagoras rex Cypri in furorem versus. T. Manlio Torquato 4. P. Decio Mure. 416

Leuco Bosphori & Ponti rex an. 40. cui successit Spartanus filius, deinde Parisades. *Diodorus.* T. Æmilio Mamercino, Q. Publilio Philone. 417

Hanno Carthaginensis affectatæ tyrannidis pœnas luit.

Romæ Bellum Samniticum. Manlius filium Victorem securi percussit. Decius se pro milite Romano deuouit. L. Furio Camillo, C. Mænio Nepote. 418

[Manlij crudelitas, etsi pro rerum Romanarū statu laudanda est, tamen in se omnino detestabilis esse videtur, etiam humano iudicio, cùm res ipsa bene gesta esset.]

h Hebræi tamen tradunt Persarum Monarchiam tantùm durasse annis 52. Nostri numerant 230. nempe quoniam multo plures, videlicet 14. reges faciunt. Sed perspicuè non plures quatuor post Darium (aut certè Cyrum iuxta R. Mosem) imperaturi affirmantur, Danielis 11. nec plures in Scriptura nominantur. Illic lege Rabbi Abraham, quem in his nominandis numerandisque suffragatorem habeo, nisi quod ex dicto R. Mose addo pro sexto & vltimo Darium Arsamis filium. Hoc Plato significat, dum scribit post Xersem à Græcis victum nullum fuisse regem Persarum magnū, nisi nomine. 3785

h *Summa. 147.*

Accedit Alexandrum non ita multo post reditum Iudæorum

MONARCHIÆ PERSICÆ SÆCVLO.

Anni mundi.

rum ab exilio res suas gessisse, vt author libri Machabæorum indicat, & Aggæus extremo suæ prophetię: Adhuc modicum, inquit, & commouebo cœlum & terram & regna subuertam, &c.

4779 Nam Nehemias qui fuit è reducibus, peruenit ad pontificem Iaddum, Nehem. 13. quem indubitatum est occurrisse Alexandro, eique de Dario promisisse victoriam, demonstrato oraculo, quod Daniel cap. 8. tradiderat. Vnde quidam verisimile putant Nehemiam & Ezram huiusce modi ingressui Alexandri in Hierosolymam interfuisse.

Præterea idem Ezras vidit duo Monarchiæ Persicæ extrema, nempe Cyrum Babylonicæ euersorem, & Iaddum, sub quo vltimus Darius & Alexander Persicæ labefactator 2. *Ezr.* 13. Fuit igitur Persarum monarchia contractior. Nam non est probabile, eundem ducentos annos excessisse.

Sed & lex Persica eos fefellit, de qua Herodotus sæpe, seorsum libri. 7. initio, non licuisse extra regnum proficisci Regem cum exercitu, nisi domi relicto vicario, cum Regis titulo & insignibus, ad vitanda bella ciuilia & intestina. Quin etiam vt Romana, ita & Persica Monarchia, eodem tempore plures potuit habere Imperatores. Denique Scriptura non plures attingit, Chronica Hebræorum qui cum eis versabantur, vt domesticis, non plures numerant. Metasthenes Persa & Philo eo alludunt. Daniel non plures significat. Ezras, Nehemias, Mardochæus, qui res gerebant sub Cyro, Assuëro, Dario Longimano & Artaxerse tertio, peruenerunt ad sæculum Iaddi & Alexandri Magni, atque hæc omnia sacris codicibus indicarunt, quę qui conciliare voluerunt cum profanis, vt Philo, Lyranus, coacti sunt dicere, Mardocheum 38. an. superasse ætatem Isaac, ducentesimum attigisse. Alexandri tempore recentissima erat Miltiadis, Themistoclis, Socratis, Herodoti, & cæterorum Græcię illustrium mors. Quin ipse Demosthenes discipulus Socratis & Thucydidis, quos sub Longimano vixisse docuimus, non modo vidit Alexandrum, sed & post eum, & quidem non admodum senex, mortuus est. Vt hæc ergo vitemus incommoda, ita de hac Monarchia constitutum esto.

Nam, vt hęc contrahamus in pauca, cogimur non plures agnoscere, primum ob Danielem, cap. 11.

2. Ob Ezram, qui vidit Cyrum, & attigit aduentum Alexandri Macedonis.

3. Ob Nehemiam, qui & ipse interfuit reuersioni sub Cyro (*Ezræ*) & vidit Iaddum (*cap. 13. sui libri*) quo pontifice res suas gessit Alexander.

4. Ob Haggæum, Zachariam, qui ita loquuntur de motibus Orientis, & Monarchiæ Persicæ casu, vt de re iamiam instante & præsente.

5. Ob traditiones Hebræorum constantes, quibus plus est fidendum, quàm Græcis, quòd Monarchiæ illius maxima fuerint pars & laudatissima.

6. Ob ipsosmet externos, in numero Regum Persicorum constituendo inter se planè discrepantes. Nam Metasthenes Persa ad nostrum numerum addit duntaxat Darium Nothum, Ochum & Arsamim, quos Philo nobiscum expungit, nulla Nothi & Arsamis facta mentione. Zonaras Nothum nescit, &c.

Monarchia Persarum destructa mansit sub Græcis vsque ad Arsacem Parthum, per annos centum, cuius posteri dicti sunt Arsacidæ. Hinc sub Parthis, &c,

Berosus Chaldæus, Sacerdos & historicus. Huius filiam Sibyllam Babylonicam fuisse ait Iustinus Martyr in Paræneticо. Seriem regum Assyriæ, & aliorum à diluuio ferè vsque ad Iosuë, item gentium origines Græcis explicauit. Chaldaï- 4783

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam suam historiam libris tribus comprehensam dicauit Antiocho Seleuci Nicanoris filio & successori. *Tatianus orat. contra Græcos*, scripsit, & de posteris Noë, quos ad Nabulassarum Babyloniorum regem Nabugdono. patrem perduxit. *Ioseph. lib. 1. contra Appionem*, Libri eius hodie minimè extant, vt appareat è fragmentis ipsius apud veteres repertis. Quare ij, quos Annius eius nomine produxit, sunt adulterini.

Anni mundi. 3779.

VB hac Persarum Monarchia, præcipuè post celebrem illam Græcorum de Persis victoriam per centum quinquaginta annos, deinceps cadentibus sensim Persicis Græcæ res mire augescunt. Quin & artes florent atque adeo ad summum perueniunt, vsque ad Alexandri tempora. *In disciplinis Mathematicis* excelluerunt Eudoxus, Euclides, Nicomachus Aristotelis filius *Philosophi* Ionici & Italici vsque ad Socratem multi, qui primus philosophiam à rerum cœlestium & naturalium contemplatione ad vitam & mores reuocauit. Hinc Plato, Aristoteles, Theophrastus, Xenocrates, Polemon, Crantor, &c. *Medici*, Hippocrates, Thessalus eius filius. *Oratores* Pericles, Gorgias, Trasimachus, Hippius, Protagoras, Isocrates, Lisias, Demosthenes, Æschines, Antiphon, Antocides, Hyperides, Dinarchus, Isæus, Demades, Demetrius Phalereus.

Poetæ tragici, Æschylus, Sophocles, Euripides. *Comici*, Cratinus, Aristophanes, Eupolus, Diphilus, Philemon, Menander. *Historici*, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Philistus, Ephorus, Theopompus, Timæus, Calistenes.

In mechanicis statuarij, Lysippus, Cares, Phidias, Polycletus, Praxiteles, Ctesias, Dinomenes, Cymon, Myrois, imò verò tunc pictura & statuariæ artes in Græcia cœperunt. *Plin. lib. 36 cap. 5.*

Plastæ, Lysistratus, Dibutades.

Pictores Appelles, Protogenes, Polygnotus, Parrhasius, Aristides Thebanus, Paralus, Xeusis qui vmbras inuenit, ex Quintiliano.

Architecti, Dinocrates, qui Alexandriam Ægypti construxit, Cresiphon Gnosius, qui templum Dianæ Ephesinæ. Philo, qui Pyreum Athenienssium.

Sculptores, Alcamenes, Agoracrites, Scopas, Bryaxis, Timotheus, Leochares, Pythis.

Musici, Aristoxenus, Timotheus, Anaxarchus, Damon.

In re militari, Epaminondas, & Pelopidas Thebani, Timotheus, Chabrias, Iphicrates Athenienses. Et paulò antè Pausanias, Lysander, Agesilaus Lacedæmonij, Timoleon, Corinthius, vt bellis Persicis aliquanto prius Themistocles, Aristides, Cymon, Miltiades, Conon, Myronides, Pericles, Gelon Siculus Diomedis filius, & aliquot alij.

Athenienses paulò ante mortem Socratis 24. litteris vti cœperunt, cùm antea duntaxat sedecim vsurparent.

Nangiacus.

3783.

MONARCHIÆ PERSARVM PER ANNOS CENTVM QVINQVAGINTA SÆCVLO.

a ERATO-

Anni vrbis condit.

Monarchia Macedonũ pãtuit à mari Adriatico in Indicum vsque, trans Gangem ad Emodios montes. Hieron. in 7. cap. Dan. quæ ærea. Daniel. 2. Incepit an. mundi 3785.

Anni mundi.

ERATOSTRATVS, vt nobilitaretur aliquo facinore, incendit templum Dianæ Ephesiæ, qua nocte natus est Alexander. Vnde vates augurati sunt illa nocte natam pestem Asiæ. *Cicero 2. de Natu.*

Alexander Illyricis, Thracibusque superatis, victa Græcia, Thebisque subuersis, traiecit in Asiam, & fugatis Darij ducibus, vrbem Sardis cœpit: posteaque capta India, & vrbe Alexandria condita, cùm triginta duos haberet ætatis annos, & duodecimum Imperij, in Babylone veneno perit. *Hieron. in Daniel. 11.*

Id vnum ei ex animi sententia non cessit, quòd Mimantem (montem opinor in Isthmo Corinthiaco) fodere non potuit *Pausan. lib 2.*

Vt olim Hebræis mare rubrum, Alexandro mare Pamphylium cessit, aliam viam non habenti, cùm eius opera Deus vti ad destruendum Persarum imperium decreuisset. *Ioseph. lib. 2. Antiq. cap. 11.*

Cum perexigua manu i. cum 32. millibus duntaxat peditum, quatuor millibus & quingentis equitibus, 108. nauibus orbem terrarum vtrum vicisse an aggredi autum fuisse sit mirabilius rectè dubitatur Tribus præliis quindecies centena milia equitum peditúmque Persarum consumpsit. *Oros. lib. 1. cap. 17.* Milites, quorum ope orbem subiecit, Argyraspides nominantur.

Regni septimo Monarchiæ Græcorum locum dedit. Eo enim occupata est Babylon, & Persepolis Persarum regia, Dariúsque interfectus, à Besso. Octauo se dat luxui & amicos peremit. Nono petram Aornon cepit & Taxilem Indorum regem. Decimo Porum regem quoque Indorum vicit. Duobus reliquis legationes omnium fermè gentium audit & moritur.

Vsque ad Hispalim in Orientem & ad Iaxartem fluuium Septemtrionem versus arma tulit, de cuius gestis omnibus Arianus & Curtius.

Concessit Manassi fratri Simeonis Iusti, vt in monte Garixim templum Hierosolymitano simile apud Samaritanos extrueret. Atque inde Schismatis implacabile seminarium.

Æra Alexandri Magni dicitur principium imperij eius, siue primus annus principatus eius, à quo ducta est plerisque scriptoribus annorum notatio.

Sic Syri & cæteri Orientales annos suos numerant, vt Moses Mardenus Masio retulit. Sic Hebræi sæpe. *Seder olam & Cabbala histo.* Eumque fuisse notant ante Christi natiuitatem. 328.

ROMANI iam in centesimo & tricesimo milliario fere ab vrbe, contra Samnites bellum gerebant.

Minutia Vestalis ab incestum viua defossa, Bellum Ausonum. Cæles colonia deducta.

170. Veneficæ deprehensæ damnatæ sunt. Priuernates ciuitate donati sunt.

Vrbis 421. Holoander *in Chronologia Consulum* interregnum vnius anni sine Consulibus statuit. Atqui neque apud Liuium, neque apud quenquam alium veterum vlla eius mentio fit.

Quin & maior summa officit collationi historiæ Romanæ cum historiis aliarum gentium, vt ante quingentesimum

415 1. Mac. 1.

a ALEXANDER MAGNVS annis sex post contectum DARIVM. Alioqui imperauit, an 12. 1. Mac. 1.

Iaddo Pontifice.

Prophetis in Malachia cessantibus.

Lacedæmoniorũ Agi Iuniore. Denique Eudamida rege vltimo vsque ad obitum Alexandri.

Siciliæ Temoleonte vsque ad obitum Alexandri, an. 22.

425

3785

3791

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbis multa consulum & magistratuum nomina perperam videantur addita, &c. Lege Brutum Ciceronis. Nisi statuas decem annos, minimùm, integros absumptos esse à fractis regũ Persicorum & Babylonicorum.

Papyrius consul Samnites cum armis argenteis congressos vincit. Cum Alexander instituere diceretur transitum ab Oriente in Africam, deinde Italiam, hunc ei opponere præcipuè Romani meditabantur.

Et certe si octogesima tertia Olympias attingit trecentesimũ Vrbis, vt vult Plinius *lib.* 34. *c.* 7. centesima decima quarta, qua Alexandrum floruisse idem ibidem ait, ad quadringentesimũ vigesimum vrbis peruenit, quãdo florebat Papyrius. Quod congruit Gellij Chronico lib. 17. cap. vlt. quando Philippum patrem regnare cœpisse ait circa vrbis quadringentesimum, moxque Alexandrum genuisse. Nam non nisi Philippus regnauit annis viginti.

Dum Orientem Alexander subigeret, Italiam, præsertim Samnites Romana inquietudo fatigabat. Agis Spartanorum rex cum rebellante Græcia Antipatri fortissimas copias, Alexander rex Epiri Lucaniam & Brutiam, Zopyrion Alex. præfectus Scythiam *Oros. lib.* 3. *cap.* 17.

Carthaginenses bella cum Siculis gerebant, quæ & continuarunt, donec post mortem Agatoclis in Siciliam à Pyrrho Epiri rege ab Italia accersito terrestri naualique certamine sæpe victi, nouissimè ad Romana bella conuersi sunt. *Idem lib.* 4. *cap.* 6.

Tum consules aut dictatores erant bellicis laudibus clari M. Valerius Corus C. Marcius Rutilius &c. *Liu. lib.* 9.

Aristoteles & eius discipulus Theodectes, ad quos Grammaticæ principia referuntur.

Aristoteles primus Philosophiam à figuris & numeris vindicauit, quibus eam Platonici & Pythagorici vetius velabant, quam docebant, ita instituta & in artem reducta logica, vt ad disciplinas clarius & aptius esset organum. Vnde Physica, Metaphysica & cætera Aristotelico more tractata figurarum & numerorum subtiliore cognitione non amplius indigent.

Metaphysica separauit à Physicis. Antea enim omnia confusè tractabantur, adeo vt Physica Metaphysicam in se quodam modo contineret.

Ante hunc insignis Geographiæ inscitia, quæ postea expeditionum Alexandri in vltimam Asiam beneficio emendata est. Vnde & ipse in Meteorologicis, & alibi de terrarum regionibus, locis, fluuiis &c. loquitur, vt cæcus de colotibus.

Minothea siue Thalestridis Amazonum regina.

Caniſtius & Philonides vno die mille ducenta stadia cucurrerunt. (i. 75. leucas) Theophrastus.

Non longe post Alexandri mortem Aristoteles Philosophus, & deinde Demosthenes orator vita functi sunt.

Bardi apud Gallos melodiarum poëtæ ad lyram & organa cantant de hominum virtutibus & vitiis. *Diod. lib.* 6.

Disciplinas nefas esse existimant literis mandari. in reliquis fere rebus, publicis priuatisque rationibus, Græcis vtuntur literis. *Cæsar lib.* 6. *de bello Gall.* Eas puto in Galliam delatas à Phocensibus, qui tempore Cyri profugerant in has partes, & Massiliam condiderant. Atque hinc Semnotheorum, Saronidarum, Druydum, Bardorum, apud nos stulta disciplina. Disciplinarũ capaces, cum non essent Germani ab octingentis annis duntaxat. i. à Carolo nostro Magno, vt ipsimet affirmant, suam linguam literis cœperunt exscribere, & cum Christiana religione musas excipere, vt non sit quærendum quibus hoc tempore tum illi literis vterentur.

Literarum

Anni Mundi

Anni vrbis condita

Romæ Coss.

C Sulpitio Longo, P. Ælio Pæto. 419

L. Papirio Crasso, C. Diuilio. 420

[Hic etiam 4. legendum est quartum non quarto neque quatuor.]

M. Valerio Coruo 4. M. Atilio Regulo. 421

T. Veturio, Spu. Postumio Albino. 422

A. Cornelio 2. Cn. Domitio. 423

M. Claudio Marcello, C. Valerio Flacco. 424

L. Papirio Crasso, L. Plautio Vennone. 425

Reliqua Consulum successio in serie Regum Ægypti, qui soli è successoribus Alexandri ad Romanam monarchiam, siue Augusti imperium peruenerunt.

Sex annis totis pugnatum de summa rei post Alexandri mortem. 426 431

Anni vrbis condita

a REGES GRÆCIÆ ET MACEDONIÆ.

1

431 b PHILIPPVS ARIDÆVS frater Alex. Mag. nothus an. 7.

2

CASSANDER, an. 18.

3.

ANTIPATER & ALEX. an. 4.

4

DEMETRIVS Antigoni, an. 6.

5

PYRHVS menses 6.

6

LYSIMACHVS rex Thraciæ, an. 6.

7

473 PTOLOMÆVS Ceraunus, mens. 3

8

ANTIPATER, an. 1.

9

SOSTHENES mens. 7.

Anni mundi.

3797

3823

Literarum secreta (inquit Tacitus) viri & fœminæ pariter illic ignorant.

Angli & Scoti absurdè Druydas suos faciunt, contra omnium historicorum fidem.

De Magia Hostanes tempore Alex. Magni scribit. Magiæ plures species constituit. Vnam, quæ vmbratum inferorũque colloquia promittit, alteram, quæ ex aqua, sphætis, aëre, stellis, pelui, lucernis, securibus multisque aliis modis diuina re docet. *Plinius.*

Apelles pictor, Lysippus statuarius, à quibus solis pingi & fingi volebat. Alex.

ISTORVM successiones præfunctoriè duntaxat memoramus, quia eorum enumeratio nihil cõfert ad Scripturæ historias. Secus habet de Syriæ regibus & Ægypti, propter gesta Machabæorum & vaticinationes Danielis.

Satis autem est nõsse Monarchiam hanc in aliquibus postetis Alexandri durasse vsque ad Iulium & Augustum Cæsares sub quibus quarta cœpit, per annos ferme trecentos.

Tum enim primum cum reliqui orbis præstantiori parte, Alexandri vniuersa posteritas imperio Romano subiugata est. Nam pridem L. P. Æmilius Perseum vltimum Macedoniæ Regem vicerat: Scipio Asiam: Lucius Sylla, Græciam: Pompeius, vt cæterorum præteream victorias, Pontum, Armeniã, Albaniã, Colchidẽ, Hemochiã, Caspios, Iberos, Parthos, Arabas atque Iudæos, cum magno sui terrore ceperat.

Ab Augusto etiam Ægyptus, & cæteræ imperij subactæ regiones in formam prouinciarum redactæ sunt, vt iuxta oraculum Esaiæ. 11. & 19. Apostolis Christi liberum iter sterneretur ad prædicandum in omnes gentes Euangelium.

Romæ sub mortem Alexandri magni bellum Samniticum infœliciter à T. Veturio & Sp. Posthumo confectum.

b ALEXANDRO mortuo, Aridæus septem an. imperium Macedoniæ tenuit verbo, cum administratio esset penes Antipatrum. Perdicca enim occiso, Antipater & Craterus se reges Macedonię gesserunt. Quibus mortuis Cassander Macedoniam occupauit interfecta Olympiade Alexandri matre, Roxane vxore cum Hercule Alex. filio capta, Cassandri filiis mortuis, posteritas Antigoni Macedoniã obtinuit, nempe Antigonus 2. Demetrius 2. Philippus, Perseus captus à Romanis.

Antigonus 1. Philippus Nothus minorem Asiam & vicinas regiones vsque ad Syriam tenuit.

Phocion iniusto iudicio Athenienſiũ Cassandro regi Macedoniæ gratificantiũ veneno sublatus est, *plutarch.* Decimo quarto anno post Alexandri mortẽ Cassander funditus tollit stirpem regiam, & Seleucus Nicanor Asia quietè potitur.

Decimo septimo apud Prolemæi Lagi Demetrius Phalereus Theophrasti disc. agit, vt Democratia reddatur Athenienſibus.

Cùm Macedones mortuo Alexandro Aridẽo regnũ detulissent (commissa tamen Antipatro regni administratione) vnde Antipatrum Alexandro successisse scribit Suidas, *in Antig.* Græci non ferẽtes diutiùs suas res à Macedonibus teneri, statim arma ceperunt, & post discrimina multa præliorũ, dominatu tyrannorum liberati sunt. *Pausan. lib.* 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c ATHENIENSIBVS Democratia reddita est ab Antigono Gonata. Nam post mortem Alexandri potentiores Græciæ ciuitates defecerũt. Primi Athenienſes adiũctis Sycioniis, Argis & Corinthiis. *Oroſ. lib. 3. cap. 21.* Huius autẽ nepotes regnũ Macedonię tenuerunt, donec ad Romanos translatum est.

Post Delphicã pugnã Galli iterum Macedoniam inuadũt.

Zeno Cittieus Stoïcorum auctor.

Cleanthes eius discipulus & successor, præceptor Chrysippi & Antigoni regis.

Epicurus Athenienſis, de quo æqualium aliqui, Cum porci loquentur eadem cum Epicuro dicent.

Neocles Epicuri frater, qui & sectam fratris similem introduxit.

Strato Lampsacenus Theophrasti successor tertius ab Aristotele. Epicuro cum suis asperis, insectilibus, leuibus & hamatis corpusculis resistit, docens omnia naturæ moderatione ferri.

Duos autem errores inter se contrarios constituerunt Epicurus & Zeno, quo tempore fermè Romani bellum cum Pyrrho Epirotarum R. sumpserunt, annis 36. post Alexand. mortem sub Olymp. 126.

Vnus enim in corpore, alter in animo summum bonum posuerunt, quod in Deo solo est.

Hac de causa Arcesilas primus occultata sententia sua nihil aliud istos, quàm refellere statuit, nouorum Academicorum auctor factus, à Platone quartus, cui Xenocrates successerat, deinde Palemon, denique Arcesilaus, *Aug. Epist. 56.*

Nucleus Sceptius Aristotelis Theophrastique bibliothecæ successor, virusque philosophi libros Scepsim comportauit. Hi deinde infossi terræ, metu Attali, qui tum undecunque comparatis libris bibliothecam Pergami instituebat, negligenterque diu habiti, tandem ab Apellicone Teio emuntur, sed carie situque exesi, ab eoque male correcti ad vsque Sylam Athenis delituerunt, donec eos à Sylla Romam translatos Tyrannion Grammaticus & Andronicus Rhodius tabulis etiam editis euulgarunt. *Plutarchus in Sylla.*

d LYRANVS in Danielem, & initio commentariorum in Machabæos secundam Alexandri successionem, Asię minoris Reges (non Thraciæ & Ponti) facit. Ego quia eosdem repetio fuisse. Asiæ & Syriæ reges, & Scipionem dictum fuisse Asiaticum, quòd Antiochum Magnum superasset, omnino censeo quaternarium Danielis replere reges Ponti.

Habuit quidem multos alios successores, nempe 12. secundum Diodorum, inter se monarchiam partientes, Alexander, qui orbem sibi in multas toparchias diuiserunt, *Iustin. hist. lib. 13.* sed tantùm quatuor, post 14. an à morte Alexandri obtinuerunt & peruenerunt ad iustum regni titulum, reliquis mutuis cædibus consumptis, *Diodor. lib. 8. 19. & 20.*

Lysimachus à rege Getico victus & captus liberaliter dimittitur, & vicissim concedit, vt ad Istrum Getę populi Asiatici sedes haberent, regi filia sua in vxorem data, *Pausan.* Túmque ad Istrum, regionem Byzantio vicinam occuparunt, & Græcis noti fuerunt.

Lysimachiam in Thracia condit.

a DVÆ autem successiones extremæ tantùm attingunt Scripturas, quoniam Iudęa Syriam ab Aquilone, & Ægyptum ab Austro habens, nunc ab huius, nunc ab illius Regibus tenebatur, & Scripturæ propositum est non externorum, sed populi Domini historiam texere.

Anni mundi	Anni vrbis cõditæ
	10.
	c ANTIGONVS GONATAS. an. 36.
	11.
	DEMETRIVS 2. an. 10.
	12
	ANTIGONVS DOSON. an. 12.
	13
	PHILIPPVS an. 42.
	14. 1. Mac. 8.
	PERSEVS vltimus, an. 10.
	Quem LVCIVS P. ÆMILIVS biennio ante principatum IVDA Machabæi vicit.
	Summa an. 147. menses 6. 585
	REGES THRACIÆ ET PONTI. 431
	d LYSIMACHVS vsque ad MYTRIDATEM, quẽ POMPEIVS MAGNVS domui. Secũda Alexãd. succeſsio.
	a REGES SYRIÆ, BABYLONIÆ, & Asiæ. Tertia Alexãdri succeſsio.

Anni vrbis cõditæ		Anni mundi	
431	*De quibus omnibus Appianus in Syriacis.*	3797	Quare sub his Iudæi multa mala toleratunt. Nam cùm perenniter Reges Aquilonis, id est, Syriæ, & Austri, id est, Ægypti (*Dan. 11.*) inter se pugnarent, Iudæi in medio positi vtrisuis vincentibus, similes erant naui turbatæ & tempestatibus fluctuanti.
			Daniel vndecimo cap. res describit Regum Asiæ siue Syriæ, & Ægypti, à Seleuco Nica. & Ptolomæo Lagi per ordinem vsque ad Demetrium Soterem, & Ptol. Euergetem Secundum. De Ant Epiphane duas visiones 8. & 11. cap. habet. Reges Aquilonis vocat reges Asiaticos, Austri Ægyptios ratione situs Iudeæ.
			Tentatum est de summa rerum, septem annis post Alexandri mortem. Tandem post obtinuit Seuleucus cum sua posteritate, & Demetrio rege Asiæ superato vnum fecit imperium Asiæ & Syriæ. *Polyb. lib. 2.*
			Secundum alios, mortuo Alexandro præfecti eius, imperij totius prouincias inter se distribuerũt, eásque nomine aliquãdiu Regis Aridęi administrarunt. Inde se reges appellarunt.
			Iudi post mortem Alexandri Sandranotto duce, Macedonum præf. ctis iugulatis iugum excutiunt. Cum eo Seleucus Nicanor pacem firmauit. *Oroſ. lib 3 cap 21.*
			Sic Græci, præsertim Athenienses & Ætoli.
			Græcorum regnum à 12. anno post mortem Alexandri, quo Seleucus Asiæ diadema capiti suo imposuit, numerare incipit Machabæorum historia. Quod in contractibus sæpe secuti sunt Iudæi. Hinc etiam Ptolo. annos secundum Chaldæos numerat. Sunt ergo anni Seleucidarum potius quam Alexandri magni. Ita fere Chronologi.
			Verùm an hoc verum sit dubito. Primùm quoniam Hebræi constanter affirmant se Æram Græcorum fixisse in eo anno, quo Iaddus Pontifex post victum Darium occurrit Alexandro (*vide Cabbalam hist R. Abrahæ*) Deinde quia annos Græcorum appellant. Quo nomine Alexandrum solent potius intelligere quàm eius successores.
			Denique quia etsi Seleucus Nicanor non statim à morte Alexandri pacificum regnum Syrię sit consecutus, at statim de eo dimicauit maiore eius parte occupata.
			Cum inter successores, Orientis regna diuiderentur, nullo Macedonum dignante Parthorum imperium, Satagenori externo socio traditum est, qui deinde à Seleuco Nicanore & successoribus eius possessi sunt vsque ad Seleucum Seleuci pronepotem. Nam tum defecerunt auctore quodam Arsace, & formidabile Romanis imperium condiderunt. *Onuph. in suo Rom. imperio.*
			A morte Alexandri Edissęni & multi Orientales sua tempora numerant. *Nangiacus.*
			Æra, quam Ptolomæus lib. 11. cap. 7. Alm. vocat secũdum Chaldæos, cum Regno Seleuci, non Alexandri incipit.
431	I.	3797	b PRIMVS in Syria post Alexandrum rex fuit, subiecta
2. Mac. 3.	b SELEVCVS NICANOR, an. 32.	3829	eidem Parthia, Babylonia & Persida. Iudæa interim paruit Ptolomæis Ægyptiis vsque ad Antiochum Magnum, qui primus eiis illam eripuit.
463	*Iaddo pontifice, deinde Simeone Prisco.*		Ab hoc Seleuco liber Machabæorum incipit annos regni Græcorum. *Euseb.*
	Ptol. Lagi Ægypti rege.		Terræ spatium inter Mæotim & Hyrcanum mare frustra tentat perfodere. Vrbes. 38. condidit, è quibus in Syria quinque Seleuciam, Pieriam, Laodiceam, Antiochiam & Apamæam, dictas ideo sorores. In eas, itémque Edessam, Beroeam, Pellam Iudæos transfert, ius eis ciuium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens. *Ioseph contra App. & lib. 12. Ant. cap. 3.*
			Tanto fuit robore, vt Taurum furentem, qui sacrificium effugerat cornib⁹ præhẽsum tenuerit, & proinde pro insigni

Universidad de Deusto
Biblioteca

cornua habuerit. Stratonicem suam vxorem filio Antonio in matrimonium stultus pater tradidit, quòd eius amore Erasistratus medicus ipsum deprehendisset ægrotare. *Suidas.*

Papyrius Romæ primum solate horologium fabricat.

Romani Samnites, Morsos, Vmbros & Pelignos superant.

Tonsores primùm è Sicilia P. Ticinius Romam adduxit.

Bactriani & Indi à Syriis debellantur.

Mago Carthaginensium dux pater Hasdrubalis.

Agatocles in Sicilia regnum occupat annis. 20. post Alexandrum, siue anno septimo post ipsius mortem. *Diod. Præf. lib.*18. cum victo Dione à Timoleonte libertati restituta floruisset an.22.

Callias ad eius gratiam scripsit, sacram historicæ libertatis veritatem primus omnium prodens. *Suidas in Callia.*

Timæus Andromachi filius contrà, Agatoclem multis criminibus onerauit. *Idem in Timæo.*

In hoc regum Syriæ catalogo Ecclesiastica ferè commemorabimus. In regibus autem Ægypti profana.

Hieron rex Syracus. post Agatoclem. *Pausan.*

Timochares Mathematicus Alexandrinus quem citare solet Ptolomæus.

Galli Senones vocati à Samnitibus annis vrbis 463. Cæcilium prætorem, septem tribunos militum, multos nobiles, & 13. millia militum trucidant. Ita quotiescunque Galli exarserunt, totis opibus suis Roma detrita est. *Oros. lib.3.cap.20.*

Appius Claudius consul Romanorum primus ob morus Tarentinorum, Carthaginensibus bellum intulit & vicit.

Pyrrhus ex Italia in Siciliam traiicit, quam Carthaginenses infestabant. Rebus compositis, Heleno filio, quem ex Agatoclis filia susceperat, regnum Siciliæ velut auitum tradit. Sed paulò post Hieron rex contra Carthaginenses creatur. Bellauit cum Romanis an.4. sub annum vrbis con. 470.

Macedoniam subegit iecto rege Antigono. Indéque Græciæ & Asiæ regna meditatur, donec saxo de muro cuiusdam vrbis occiditur.

Eo mortuo varij motus bellorum in Asia, Græcia, Italia.

Gallogræci in Macedonia res magnas gerunt.

Erasistratus Seleuci medicus. 3829

c BEROSVM ad hunc suam Chaldaicam historiam tribus libris comprehensam scripsisse iam ex Tatiano docuimus. 3848

Bellum Tarentinum Pyrrhi ductu gestum. In eo P. Valerius Leuinus. Cons. victus, exercitu ipsius noua Elephantorum acie consternato.

Nomen Romanorum post Pyrrhum clarum esse cœpit, qui cum extra Italiam nondum arma mouissent, contra Afros bellum primum suscipiunt Appio Claudio Q. Fuluio Coss. In Sicilia contra eos pugnant, Appio de Afris & Hierone rege Siciliæ triumphante.

Turrenus Tusciæ rex sub annũ vrbis 470. vrbẽ Hetruriæ Romanis dedit, & sic regnum Tusciæ finitũ est. *Cato de Orig.* Vbi & Hetruscos ait literas Latinas noluisse recipere.

d Hic aduersus Philadelphum plurima gessit bella totis & Babylonis & Orientis viribus.

Parthi ab eius interim imperio recedunt, Arsace principe, à quo reges Parthorum deinceps Arsacidæ, de quibus *Iust lib.*41. & 42. Ergo circa an.80. Alexandri Maced. (vulgo 100. 200. vitiosius habet Nicephorus) primus

Anni Mundi.

Macedoniæ Aridæo, Cassandro, Antipatro, Alexandro, Demetrio, Pyrrho, Lysimacho per ordinem regibus.

Anni vrbis cõdita.

2.

c ANTIOCHVS Soter, an.19. 463 482

Eleazaro Pontifice.

Ptol. Philadelpho Ægypti rege.

Ptol Cerauno, Antipatro, Sosthene, denique Antigono Gonata Macedoniæ regibus.

Anni vrbis cõdit. 3

d ANTIOCH. Theus an.15. 482

Menasse Pontif. 497

Arsace primo rege Parthorum, an.28.

Philadelpho Ægypti, deinde Euergete.

Antigono Gonata Macedoniæ.

Bello primo Punico.

4

c SELEVCVS CALLINICVS, an.20. 497 517

Simone Iusto pontif.

Arsace primo rege Parthorum.

Euergete Aegypti.

Antigono Gonata, Demetrio, & Antigono Dosone Macedoniæ.

5

f SELEVCVS Ceraunus, an.3. 517 520

Simone Iusto pontif.

Arsace, deinde Mithridate, qui & Arsaces 2. rege Parthorum, an.36.

Euergete Aegypti.

Anni mundi. 3848

Parthis libertatem restituit Arsaces, cuius deinceps posteri Orientis imperium tenuerunt annis amplius. 470. vsque ad Artabanum. Quem an. Domini 226. Alexandro Seuero impetatore Artaxerses Persa vicit, Persis imperij gloriam in Oriente restituens, quam annis. 400. vsque ad Cosroem regem ab Heraclio deuictum setuarunt, imo Hormisdam, quem postea Saracæni in Oriente &c.

3863 Deficiunt Parthi primo bello Punico finiente C. Atilio Regulo Manlio Vulsone Longo Coss. sub vrbis 506. Cuius defectionis impunitatem Antiochi Thei & Seleuci Callinici discordia dedit.

Nam Arsaces latrociniis clarus Parthiam patriam suam ingressus præfectum eorum Andragoram oppressit. Mox Hircanorum regnum occupauit. Cum Theodoto mille vrbiũ Bactrianorum rege fœdus ac pacem fecit. Seleucum regem contra defectores venientem prælio vicit & fugauit. *Onuphr. in suo Romano imperio.*

Romani Philadelpho auxilia offerunt.

Bos Romę locutus est.

Ingens ille Rhodiorum colossus concidit.

Spartiatæ à macedonibus bello premuntur.

M. Gerinenus Achœorum dux primus. *Polyb. lib.2.* deinde Aratus Sycionus, qui Corinthum tyrannide liberauit & Megaram ad Achœorum societatem compulit. *Ibid.*

Flora meretrix hæredem populum Roman. nominat Vnde Floralia festa, vt omnia bene defloresceret. *Plin. lib.* 18.*cap.*29.

Antigonus Athenienſibus reddit libertatem.

e ARSACES Darum siue Claram oppidum munitissimũ in monte Tabroteno condit. Persiam, Mediam & cætera Orientis regna occupat, cuius posteri multa cum Romanis bella gesserunt vsque annum Domini. 22. circa quem Artaxerses Persa victo Artabano postremo ex Arsacidarum familia Parthorum rege Persis veterem imperij gloriam & nomen reddidit.

3883 Eodem fere tempore res & potentia Parthorum, Carthaginensium & Romanorum incipit.

Eumenes Bithyniæ rex Asiam inuadit.

Lisidas Megalopolitanorum dux.

Viridomarius Galliæ rex.

Hiero Siciliæ, Orgiagontes Galatiæ.

f MACHABAEORVM historia hoc rege apud Hebræos incipit.

Inter Euergetem Ægypti & Seleucum, & Antiochum Magnum eius fratrem Gallogræcis fretum & Eumenem Bithyniæ regem varia fuere bella.

Rex Capadociæ Artamenes.

3883 g CEPIT Iudęam, vel potius Philopatori subduxit. Nam vbi Samariam expugnasset & ciuitates Syrię, quas Scopas dux Pto. Epiphanis tenuerat, Iudæi sponte ad eum venientes, omnem ipsius exercitum in ciuitate receperunt, & beneuolè auxilium præbuerunt. Vnde & ipse eis multa beneficia contulit, quæ Iosephus percenset *Ant. lib.*12. *ca.*3. 3886

Quæ omnia contigerunt fraudibus & proditione eorum, qui Oniæ pontificatum eripere conabantur. Atque hinc prima Iudæorum, sub Alexandri magni successoribus calamitas. Inde enim deinceps ad Machabæorum extrema, fuerunt sub tyrannide Regum Syriæ, cum antea vel socij vel clientes fuissent Ægyptiorum.

Ægyptum armis inuasit. Asiam cum Syria tenuit. Ob plurimorum cędes Hierax dictus.

Initia seruitutis Iudaicæ posuit, eis tamen modestè vsus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum ab eis nulla tributa aliquandiu exegit, sed veluti suarum contra Ægyptios, Romanos, Græcos, Parthos expeditionũ socios habuit. *Dan.11.*

Inde collocata Pto. Epiphani in matrimonium filia Cleopatra, partem tributorum Iudææ, dotis nomine, illi attribuit, partem sibi retinuit, cum totius regionis dominio & potestate. *Ioseph.*

Cum generi sui Epiphanis regnum obtinere non posset, vertit se in Asiam, & nauali certamine obtinuit Rhodum, Samum & alias multas insulas. Transiit in Europam contra Romanos, sub vrbis 550. excitatus partim à Thoa Ætoliæ principe, partim ab Annibale. 3886 3922

Intulit hoc bellum nimia opum suarum fiducia adductus, specie Lysimachiæ repetendæ, quam à maioribus suis in Thracia conditam Romani possidebant, statim Græcia ac insulis occupatis.

Duravit tres annos bellum. Vbi ipse in Eubœa luxuria elanguisset, hospitis sui Calcidensis filia virgine ducta, à M. Glabrione Cos. quem iuuabat Philippus Macedonum rex, primo belli anno apud Thermopylas vincitur, inde virtute M. Catonis tribuni militum electus in Asiam refugit.

Tum Aetoli Heraclæa capta fracti pacem petierunt. *Liuius, Appianus.*

Altero in ipsa Asia superatur à L. Scipione, Eumene Pergami rege adiuuante, apud Sipylum montem ad Magnesium.

Huic Romani victo ad Thermopylas stipendium imponunt, qui fauentibus Aetolis cum 60. millibus Græciam ingressus fuerat, & omnem cis Taurum Asiam detrahunt, per Scipionem fratrem Africani, qui propterea Asiaticus cognominatus est.

Euphorion præfectus bibliothecæ ab hoc Antiodio instructę. *Suidas.*

Rabbenu Haccados Antiocho charissimus, vt scribit Rabbi Leui Daniel 9. nisi mendosè nomen Antiochi pro Antonini irrepserit. Nam fuit hoc nomine chatus Seuero & Antonino Imperatorib. qui Iudæos plurimum dilexerunt, vt scribit Hieronymus in Danielis 11. cap. cuius liber à Rabbi Mose Haddarsan in Bereschit Babba ad octauum cap Geneseos citatur: vbi ille per modum Dialogi Antonino imperatori multa legis sacramenta pandit. Quod etiam innuit Rabbi Mose de Kotsis præfatione in Sepher Mizuoth. Deus, inquit, dedit gratiam magistro Haccados apud Antoninum imperatorem. Ideoque collegit vniuersos terrarum sapientes, & constituit sex ordines Misna (contextus Talmudici) iuxta præscriptum Cabbalæ, &c.

[Rabbenu haccados ideſt magiſter noſter, vir ſacratus. Bereſchith Babba. Geneſis diſtinctio. Sepher mitſtroch, liber mandatorum, Miſna id eſt Exemplar, ſiue copia. Talmud diſciplina. Cabbala. traditio.]

Arsaces Arsacis parthici imperij conditoris filius aduersus Antiochum centum millibus peditum & 20. millibus equitum instructum mira virtute pugnauit. Ad postremum in societatem eius assumptus est. *Onuph. in suo Romano imperio.*

Philopomenes Achæorum præfectus Lacedæmonis muros diruit, Lycurgi leges antiquat, quæ 600. annis steterant, Spartanos ad Achæorum mores traduxit. *Plut. in Lycurgo & Philop.*

Annibal (iunior) à Romanis victus ad Antonium Magnum se se in Asiam proripuit, ex Italia decessit post sextum decimum annum sub vrbis 547. *Liu. lib.30.* 3922

Deinde in Cretam. Mox ad Prusiam Bithyniæ regem fugit, apud quem veneno petiit ætatis 70. Quo anno duo alij insignes Imperatores in exilio mortui sunt Philopomenes Græcorum & Scipio Africanus Romanorum *Iouius lib.1. vro. illust.*

Prusias eius commento iniectis in naues hostiles fictilibus serpentum plenis Eumenem regem Asiæ vincit.

Diophanes Achæorum imperator Lacedæmonios infestat.

Romani subacta vniuersa Iberia Græcis libertatem donant.

Galatas siue Gallograecos imperatore Manlio in Asia suæ subdunt potestati, quod Antiocho Magno suppetias tulissent.

Duobus regibus Philippo & Antiocho victis haud multo post Carthaginem subactam, summa imperij, quæ fuerat per ordinem penes Assyrios, Babylonios, Persas, Macedonas, ad pop. Rom. peruenit. *Velleius lib.1.*

Ætoli Antiocho fauentes libertatem amiserunt, quam illibatam aduersus dominationem Athenienſium & Spartanorum inter tot Græciæ ciuitates retinuerant.

Græcia bellis scinditur, quæ eam perdiderunt & Romanis subiecerunt.

Gemmarum luxuria primum deuicta Asia Romam infertur.

Prusias Bithyniæ, Achæus tauri, & eius frater Attalus Asiæ reges.

Bellum sociale inter Achæos & Aetolos, *Polyb lib.4.*

Bellum Syriacum inter Antioc. & Ptol. *polyb. l.5 Iust 30.*

Quo anno terra quinquagies septies mota. *Plin. lib.2 cap. 84.*

Antiochus Scopam Aetolorum prætorem ad Iordanem fluuium vincit. *Liu. lib.4 dec.3.*

Lysimachiam dirutam restaurat. *Appia.*

Masinissa à Syphace regno pellitur. Syphax cum Asdrubale à Scipione deletur, & Romam captus mittitur.

Masinissa paterno regno restituitur.

Eumenes Attali regis frater Eumeniam condit.

h PATRI successit non testamento aut iure (nam erat minor natu) sed occasione absentiæ fratris Antiochi, qui in patet Romam obsidem miserat. 3922

Hic est Seleucus, sub quo primum Resp. Iudaica seditionibus agitari cœpta per Simonem, ob Pontificatus cupiditatem. Quæ non modo externa regum imperia mouerunt, sed & remp. & religionem funditus euerterunt.

Tum enim cœpta sunt Iudæis tributa grauia imponi, quorum initia fuerant sub patre Antiocho Magno. Quare hic Dan.11. dicitur transire faciens exactorem (ad colligenda scilicet tributa) vbi non *vilissimus & indignus.*

De redditibus suis præstabat omnes sumptus ad ministeriũ sacrorum pertinentes, 2. *Mach.* 3. Sacrificium Tyrannorum de alieno.

Cùm Onias esset pontifex, Heliodorum ad spoliandum ærarium sacrum Hierosolymam misit.

Nec attendit ad patrem, qui dum misso exercitu templum Didimæi Iouis ad diripiendum aggressus esset, concursu incolarum cum omni militia interfectus fuerat.

Simon auctor turbarum Oniæ insidias ad mortem parans &c. 2. *Mach.* 3. Eum enim accusauit. Quin & apud Seleucũ agens, pecunias sacras abditas indicauit, *ibid.*

Inde sub Antiocho successore Iason frater Oniæ, Mene-

Anni mundi. | Anni vrbis conditæ.

Antigono Dosone Macedoniæ.

6
g ANTIOCHVS Magnus frater, an.36. 520 1 Mac.8.

Onia pontifice. 556.

Euergete, Philopatore & Epiphane Aegypti reg.

Mithridate Arsace rege Parthorum secundo, deinde Pampatio siue Phaarte.12.an. Pharnace.an.17.

Antigono Dosone, deinde Philippo Macedoniæ.

Anni vrbis conditæ. | Anni mundi 3590

Bello punico secundo.

7
556 h SELEVCVS PHILOPATOR, qui & Soter an.12. 3922

568 3934

Onia pontifice.

Pharnace, an.12. deinde Mithridate 2. an.32 Parthorum regib.

Epiphane Ægypti.

Philippo Macedoniæ, deinde Perseo.

568 3634

Universidad de Deusto
Biblioteca

aus, Lysimachus &c. grandiore stipendio promisso. 2. *Mach.* 4.

Pharnaces Parthorum rex quartus Mardos validam gentem domuit. Inde Mithrydates frater rex quintus eius testamento relictus Medos, & Elimos subegit, imperium Parthorum à monte Caucaso multis populis in ditionem redactis vsque ad Euphratem proferens. *Onuph. in Romano imperio.*

Euctatides Bactrianorum rex, de quo Iust. *lib.* 41.

Mythridates quintus Parthorum rex fratri Pharnaci successit. Res magnas gessit. *Ibid.*

Anni mundi

Anni vrbis conditæ

8

1 ANTIOCHVS Nobilis siue Epiphanes traditus fuit à Magno, Romanis obses. Audita autem patris morte & inertia Seleuci fratris clam in Syriam venit, & ab aliquibus ciuitatibus receptus tandem regnum obtinuit. Vnde inter 3934 568
posteros eius & fratris longa fuit de regno concertatio successioque vicissitudinaria.

Post bellum Macedonicum Elimaidam in Persida profectus est, vt templum Dianæ expoliaret, in quo velamina aurea & loricas & scuta Alexandrum reliquisse rumor erat. Sed 3945 580
ab Elamitis fugatus, in furorem versus, agitari currum in Hierusalem præcepit. (id est, castra moueri ad obsidendam Ierusalem) In itinere horrendo morbo, qualis imminet impiis Ecclesiæ hostibus, periit.

Seditione apud Iudæos propter pontificatum orta, in qua Onias pontifex, superior fuit, Tobiæ liberi vrbe expulsi, Epiphanem aduersus vrbem duxere, iampridem consilia agitantem, vt eorum vrbe potiretur. Túmque Onias & Anias eius frater ad Ptolomæum Philometorem, qui tum ab Antiocho dissidebat, profugit & in Hieropolitatum agro vrbem aliam & templum condit, structura omni, ad eam quę Hierosolymis erat, conformata *Niceph. lib. 1. cap. 6. Ios. Antiq. lib 12. cap. 6 & 7. de bell. cap. penult.*

Veniens Hierosolymam Iasonem in exilium mittit, & Menelaum in pontificatum sufficit. Non multo pòst Menelao amato Lysimachum fratrem eius pontificem creat.

Andronico Iudæam regendam commisit, quem postea ob Oniam pontificem interfectum occidit.

Iterum veniens Hierosolymam expoliauit templum, collocato in arce præsidio Macedonum. Et quoniam aliqui ciuium philometori faucbant, intra triduum ferè octoginta millia interfecit, & quindecim millia vinxit.

Paulò pòst misit qui tributa exigerent & auferrent cultum Dei, in templum collocantes Iouis Olympij simulachrum, & suas statuas sublatis sacris vasis, altarique aheneo.

Istius persecutiones & tyrannis narrantur 1. Machab. ad caput vsque 6. in quo interiit. Sed quam misere cap. 9. lib. 2. Hebręi in Tractatu de Diuortiis, aiunt periisse Musca, quæ in eius nares inuolarat, & maximo cruciatu eius interiora sensim depascebatur.

[Muscam appellant insectum vermiculum, qui è rosæ albæ Calyculo enascitur, & narium inuadens foramen, alterutrum ipsi σπφύος τημαφόλα, cui inest olfactus infigitur tam mordicus vt inde corrupto illo sensorio, ὄζαιναν creet, cuius putore, æger cogitur animam agere.]

Idolum à se erectum Iudęos colere iussit propositis pœnis, libros sacros in publicum rogum ferre, Mosis lectione, Circumcisione, omnis religionis vsu abstinere, sese ad Gentium ritus plane componere, vesci cibis lege veritis, &c. In Iudæa Philippum ducem, in cæteris sui regni prouinciis alios præfectos reliquit, qui rem vrgerent, & delatoribus præmia ampla persoluerent. *Iosipon. & auctor libri de regibus Israel.*

Mathatia, deinde Iuda Pontif. & duce.

Philometore Ægypti.

Mithridate 2. Parthorum rege.

Perseo vltimo Macedoniæ rege.

Veteris

Anni vrbis conditæ.

Anni mundi.

Veteris testamenti Antichristus. *Dan.* 11. propter insolentiam à Græcis dictus est Epimanes. i. furiosus.

In templo Domini, Iouis Olympij simulachrum statuit. In Samaritano Iouis Hospitalis.

569 3934

Primus sacerdotium summum vendidit & contra morem viuos viuis in eo substituit.

Primus libertatem Iudæorum oppressit. Nam etsi, post Alexandrum Maced. Ægypti regibus primum, deinde Syriæ tributum pensitarent, at erant liberi, quia leges & magistratus suos habebant, non externos, obtemperabántque pontificibus suis, penes quos tum erat cura sacrorum simul & Reip.

Templum ingressus expilat altare aureum, argentum, aurum, vasa pretiosa, & thesauros occultos diripit, iisque onustus abit in terram suam 1. *Machab.*

Mille & octingentis ablatis de templo talentis velociter Antiochiam regressus est. 2. *Mac.* 5.

Toto triduo octoginta millia Iudæorum interfecit, quadraginta millia vinxit, non pauciora venundedit *Ibid.*

Per Græcas quoque vrbes repertos Iudæos sacrificare cogebat, inauditisque cruciatibus reluctantes afficiebat.

Tum plurimos puduit esse Iudæos. Vnde ædificabant Gymnasia Hierosolymis, in quibus profana Theologia & literæ docerentur. Inducebant sibi præputia herbis, medicamentis, aliisque artibus, ne circumcisio appareret.

Samaritæ, qui se antea cognatos Iudæorum fatebantur, tẽplum suum Garizim Dei esse negauerunt.

Mathatias & quinque filij hic incipiunt pro aris & religione arma capere, aras idolorum euertere, immolantes interficere, pueros nondum circuncisos circuncidere, & regnum Iudæorum exuscitare.

Eleazarus senex, septem fratres & mater Anna martyrio accensarum sartaginum, aliorúmque sæuissimorum tormentorum coronantur, diis libare, suillam edere, patriam legem deserere recusantes. Horum exempla multi sunt secuti, vide à 1. ca lib. 2. Mach. vsque ad 10. Nam etiam illo libro res istius describuntur.

Ita Iudæi libertate & religione priuati coacti sunt arma capere contra Syros, & vtramque sibi asserere, hic igitur principium rerum à Machabæis gestarum.

Vbi obseruandum duos libros Machabæorum à diuersis esse scriptos de eadem fere re. Supereſt etiam in bibliis Græcis tertius, sed is primo loco, vt primus tertio collocandus erat. Nam describit quæ præcesserunt Machabæorum tempora, annis circiter 50. sub Antiocho Magno, dum Ptol. Philopator apud Ægyptios rerum potiretur. Secũdus autẽ ideo primum præcedere debuit, vt & indicat Eus. in Chronicis, quoniam tractat propriè gesta Seleuci Philoparoris & Antiochi Epiph. Cùm primus persecutionibus tantum eorum delibatis, iam à 6. cap. ad 16. ad describendas res sex aut septem successorum Antiochi Epiphanis progrediatur.

Quartus est vmbratica & Philosophica cuiusdam Iosippi commentatio de martyrio matris Annæ & 7. fratrum &c. Eusebius autem in Chronico videtur significare se in tres primos tantum incidisse. Vbi sine iudicio quidam Germani notarunt Eusebium de nostris non locutum.

Athanasius in Synopsi hunc quartum legit, & inter Apocryphos recensuit.

580 3945

Est alius quartus, qui continet historiam, 31. annorum. i. Iohannis Machabæi, qui Hyrcanus cognominatus est eiusdẽ argumenti, ac decimus tertius Antiquitatum Iosephi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tettij, vt Canonici meminit Athanasius in Synopsi, Eusebius in Chronicis & Clemens Apost. cano. 84.

Antiochus impius vetuit legem Mosis publicè legi. Nempe antea lex pro numero ferè Hebdomadum anni distributa in 53. sectiones, siue parashot (quarum singulæ constant 136 versibus) singulis Sabbatis legebatur (*Act. 13. & 15. & Iosephus lib. 2 contra Appionem*) Cæterum tunc earum loco, decerptæ sunt è Propheticis libris totidem sectiones, quæ antiquæ diei lectioni sensu congruerent. Quare etiamnum hodie quanuis desierit Antiochi tyrannicum edictum, inter Iudæos mos perseuerat, vt Sabbathis post diei legalem sectionem, canant Propheticam: quam vocant haphtara, id est, missam siue missionem. Ea enim absoluta plebem dimittunt. *Elias in Tisbi.*

[Hæc vox *haphtarah* deducitur à *Patar*, id est mittere & missam facere quæ radix & ipse vsus missæ, ostendit esse verum sacrificium missę. Et ab illa dictione *patar*, factus est *Pater & Iopater*, pro sacerdote, quasi missam faciens, & propter longam antiquitatem, nomen sacerdotis *Iopater* est conuersum in numinis ipsius geminam nomen claturam. *Iopater* autem est Iouis ipsius sacerdos.]

Paulus Æmilius triumphat de Perseo & Macedonibus.

Popilius à Romanis mittitur in Ægyptum, qui Epiphanè iubeat Ægypto & Asia excedere.

Anni mundi. | Anni vrbis condit.

Macedonibus, capto Perseo rege, & Illyriis Romani leges dederunt, vt liberi essent & dimidium tantum tributorum, quę regibus suis soluissent, sibi præstarent. 3945 | 580
3947 | 1 Mac. 6.

k EVPATORIS in Iudæos gesta. 1 Mach. 1. 6. & sequentibus & 2. Machab. 10. &c. Hi enim duo sunt Antiochi, qui infestissimo animo Dei religionem, quod etiam Daniel præ nuntiarat, oppugnarunt. 582

In hoc adhuc puero perfidiam contra Iudæos, patrisque impietatem Deus vltus est. Nam eum Demetrius patruus Roma in regnum regressus necauit. *Iustinus & Liuius 46. in epitomis.*

Istorum temporibus regnabat apud Ægyptios Ptolomæus Philometor 2. *Mac. 9.* cuius regni anno decimo Iudas Machabęus templum, quod Gentes sub Antiocho contaminauerant, repurgauit, altari nouo nouis è lapidibus instaurato.

Deinde eius ἐγκαινισμοὺς magna lætitia celebrauit & à posteris annuatim celebrari imperauit. 1. *Machab.* 4. Quod æuo Christi adhuc Iudæi multa cum religione seruabant. *Ioan* 10.

A tempore purgati per Machabæum templi, Iudæi nunquam deinceps leguntur idola coluisse. Itaque exilium, quod miseri hodie perferunt, non suæ Idololatriæ, sed Christi impiè crucifixi peccato asscribant necesse est. *Vide Oseæ 3. cap.*

Eupator pacem cum Iudęis agitare coactus est.

9

k ANTIOCHVS Eupator, an. 2.

Iuda *Machabæo pontifice & duce.*

Philometore rege Ægypti.

Mithridate 2. Parthorum.

l SEQVENTES reges Syriæ ita bella gessere cum Iudęis, vt ad legis repudium non cogerent. Lege septimum cap. 1. lib. Machab ad finem vsque. 3947 | 3956

Demetrius occiso Antiocho Eupatore nepote suo & Lysia eius nutritio rex euasit.

Bellum gessit cum Iuda. Nam cum Alcimum Iudæum, qui ad se transfugerat, pŏtificem constituisset, in spem victoriæ ductus, bellum Iudæis intulit, atque ei sociŭ Bacchidem adiunxit.

Tum Iudæi primùm cum populo Romano amicitiam fœdúsque pepigére, auctore Iuda Machabæo, vt Romani Iudæos, Iudæi Romanos aduersus hostes suos conseruarent. Ira indictum Regi Demetrio, ne Iudæos vexaret. 1. *Mac.* 8.

10

l DEMETRIVS Seleuci Soter. an. 9.

Iuda & *Ionatha pontificibus & ducibus.*

582 | 1 Mac. 7 & 2. Mac. 14. 595

Anni vrbis condit. | Anni mundi.

Mithridate Parthorum rege, qui Arsaces, 1. Mach. 15.

Philometore Ægypti.

11

m ALEXANDER Bales, an. 10. 3956 | 3966

591. 1. Mac. 9 10.

Ionatha pŏtifice & duce.

601

Mithridate 2. Parthorŭ rege.

Philometore, Ægypti.

Bello Punico tertio.

12.

n DEMETRIVS D. Soteris filius Nicanor, an. 3. 3966. | 3969

601 Ibid. & can 11. 604.

Ionatha, deinde Simone pontifice & duce.

Mithridate 2. Parthorŭ rege.

Euergete 2. Ægypti.

Ios. lib. 12.

Rex Prusias cum filio Nicomede Romam venit anno vrbis 588.

Anno sequenti rex Eumenes. Inde lex lata, ne cuiquam regi Romam venire liceret. *Flor. lib. 45.*

Prusias rex Bithyniæ à filio Nicomede interficitur.

Ieremias & Onias Iustus dudum vita functi apparent in somniis Machabæo, orantes pro populo, 2. *Mach.* 15.

Alcimus alienus à genere sacerdotali pontifex à Dem. Sotere, contra Iudam Machabæum constituitur.

Bacchides à Ionatha ad Iordanem vincitur, & post tres annos ad firmandam pacem compellitur.

Romani contra Hispanos Celtibetos, duce Scipione Nasica. Contra Lusitanos Sergio Galba prętore.

Pseudophilippus regnans in Macedonia à Metello consule interficitur. Sic Macedonia de regno tributaria fit.

m ANTIOCHENSES adiuuantibus Pto. Philometore Ægypti, Attalo Asiæ, Ariarato Cappadociæ regibus Alexandrum Antiochi superioris suppositium filium regem suscipiunt, & in acie Demetrium obtruncant.

Alexander purpuram & coronam auream ad Ionathan misit. Addidit postea fibulam auream, consanguineorum regis insigne.

Bellum contra Demetrium successorem ope Philometoris instructum gessit. 1. *Mac.* 10.

In eo vincitur, & paulò pòst à Zabdiële Arabe interficitur. In eo etiam cecidit Philometor, & tertia die mortuus est. *Ibid. & Liuius lib 52.*

n HIC, bello in Orientem ad Tryphonem expugnandum translato, multas vrbes & regiones cepit. Tandem fraude circumuentus à Mithridate Parthorum rege in Media capitur. *Iust. lib. 58.* Sed ab eo postea dimissus, iterum regnat annis 4.

Alexandro Rege ope Philometoris subuerso regnum sibi asciuit.

Ionathan Machabæum eius partes secutum benignè habuit. Quin & vectigalium immunitate in perpetuum donauit. 1. *Machab.* 11.

Simoni Ionathæ successori propter grauia belli detrimenta quod illius causa Iudæi cum Triphone gesserant, immunitatem vectigalium & tributorum omnium concessit. Quæ fuit vltima Iudæis à Regibus Syriæ data, ob quam se in libertatem vindicantes, regnum, vt antiquorum tempore fuerat condiderunt.

Mithridates Arsaces dicitur. 1. *Mach.* 15.

o ANTE hunc Tryphon regnasse ponitur tribus annis à Iosepho lib. 13. Antiq. cap. 12. Sed illis etiam regnabat in locum capti fratris Ant. Pius, qui & Tryphonem dolo Antiochia & militibus per luxuriam Demetrij dispersis potitum oppressit.

Iudęam, Samariam, Ioppen, Galilæam, & confinia eius vexauit.

Frangens fœdera maiorum suorum cum Simone & Iudæis Achenobium, deinde Cendebeum duces aduersus eos mittit. Sed ij à Simonis filiis Iuda & Ioanne, qui patri successit, ad sua redire coacti sunt. 1 *Mach.* 16.

Arx Sion à Simone recepta & mundata. Qui inde cum Romanis fœdus renouat, eisque clypeum mille minarum mittit.

Obsedit Ioannem Hyrcanum Hierosolymis. Tempore autem obsidionis dono misit in sacrificium taurum præstantem, cornibus auro ductili obtectis, cinctum bde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liis & omni precioſorum lapidum genere, purpureo panno & ornamentis ſumptuoſiſſimis opertum, cum valis aureis & argenteis plenis aromatum. Qua pietate ab Hyrcano, & Iudæis pace agitata obtinuit, quod armis & potentia minime potuiſſet. *Ioſippon & auctor. lib. de rebus regum Iſrael ſecundi templi.* Accepta pecunia diſceſſit. *Ioſ. lib.* 13. *cap.*5. — Anni mundi 3969, 3978

Atque illud eſt, quod Iuſtinus ſcripſit lib. 36. Antiochus Iudæos, qui à Macedoico impetio ſub Demettio Patre armis ſe in libertatem vendicauerant, ſubegit.

Mortuo Mithridate Rege Parthorum bellum mouet cõtra ſucceſſorem Phraartem ad recuperandum frattem. Cum eo congreſſus in ipſa pugna interiit. *Ioſeph. lib.*13. *cap.* 16.

Poſtquam tribus præliis viciſſet occupata Babylone, & omnibus præter Parthos populis per deditionem receptis.

Antiocho ingenti exercitu dimicanti hirundines in tabernaculo nidum fecerunt, quo prodigio neglecto prælium commiſit, & à parthis occiſus eſt. *Obſequens.*

[Vide Prouerbia Eraſmi μὴ τῷ χελιδόνι ὁμωροφίων ἔχειν infauſtũ enim habebatur, eſtque ſenius fabulæ illius mythologicus, quaſi vt flet philomela, ſic nefas Progne quærat vltionem].

Circa hæc tempora Mithridates Rex Ponti moritur relicto filio Mithridate, cui ex rebus geſtis Magni cognomentum fuit. *Iuſt. lib.*37 & 38.

In hoc Antio. Pio deſinit ſacra hiſtoria. Cætera, quæ ſecuta ſunt ad Chriſtum repete è Ioſephi lib. 13. Antiq. cap. 16 & libris ſeptem ſequentibus.

Romæ puer ex ancilla natus quadrupes, quadrimanus, quatuor item habens oculos & aures, & duplicem maſculinum ſexum. — 3978

Ætna mons Siciliæ copioſos ignes vomuit in Bonienſi agro. Fruges in arboribus natæ ſunt. Hinc ſecutum in Sicilia bellum ſeruille, quo fere ſeptuaginta millia ſeruorum prætores profligauerunt, qui tandem obſidionis neceſſitate compulſi erant ad cadauerum eſum. — 3982

Bituitus Rex Aruernorum deducens contra Romanos. 180. millia armatorum in Rhodani tranſitu ſuperatur, & Romam in triumphum ducitur. *Oroſ. lib.*5. *cap.*13.

p SECVNDO regnat. Imperium enim amiſſum, captiuitate Parthica elabens, recuperauit. Sed poſt quatuor annos bello inteſtino per Euergetem conciliato, ab vxore filiiſque deſertus interficitur. Et filius Antiochi Pij, cui à Naſi magnitudine Gryppi cognomen fuit, matris factione ſuccedit, ita vt nomen regis penes filjum, ius omnis imperij penes matrem eſſet. — 3982, 3992

Poſt hunc tamen Alexandrum locat Ioſephus, *lib.*13. *Ant cap.*17.

At is ſtatim oppreſſus Gryppo conceſſit.

q REGNVM Gryppi in. 29. ann. extendit Ioſephus lib. 13. Antiq. cap. 29. Nempe quia ſimul cum Cyziceno regnauit. Inſidiis Herodiani tandem moritur.

Bella ciuilia hanc confuſionem perpererunt & regnum perdiderunt. Philometorem hunc ſæpius vocat Ioſeph.

Ad Scipionem minorem in Hiſpaniz ad Numantiam res gerentem munera miſit ampliſſima. — 3992

Alexandrum quendam ab Euergete Ægyptio excitatum adoptionis titulo regnum appetentem poſt multa prælia ſecundo anno regni cœpit & interfecit. Matrem poculum veneni, quod ipſa obtulerat, bibere compellit. — 4010

Anni mundi

Anni vrbis cõditæ

13.

o ANTIOCHVS Sedetes Pius Soter, an. 9. *Simone pontifice & duce deinde Ioan. Hyrcano.* — 604, *Ibid. & cap.* 13. 613

Mithridate 2. deinde Phraarte 2. Parthorũ rege, an. 28.

Euergete 2. Ægypti.

14.

p DEMETRIVS iterum ſecundus, an. 4. — 613, 617

Phraarte rege Parthorum 6.

Euergete 2. Ægypti.

15.

q ANTIOCHVS Grippus, an. 10. — 617, 627

Phraarte 2. Parthorum rege, deinde Artabano an. 1 Mithridate 3. an. 24.

Euergete, deinde Phyſcone Aegypti regibus.

16.

r ANTIOCHVS Cyzicenus, an. 18. — 627, 645

Anni vrbis cõditæ

Mithridate 3. Parthorũ rege octauo.

Phyſcone & Alexandro Aegypti.

17

545 ſ PHILIPPVS an. 2. — 4010

647 *Mithridate. 3. Parthorum rege octauo.* — 4012

Lathyro Aegypti.

Summa an. 216

18

t TIGRANES Rex Armeniæ an. 18. quo capto Syria Romanorum Prouincia facta eſt. — 4012

647 — 4030

665

Mithridate 3. Parthorũ rege octauo, deinde Orode, an. 18.

Anni mundi.

Phraartes Parthorum rex ſextus, primus Regum illorum amicitiam Romanam, per legatos à L. Sylla Felice Proconſule tum bellum Mithridaticum in Aſia gerente, petiit & impetrauit. Cui in bello cum Scythis geſto occiſo patruus Artabanus ſucceſſit, an. 1. *Onuphrius in Romano Imperio.*

Cyzicenus Syriam inuadit.

r ANT. Cyzicenum Ioan. Hyrcanus bello victum fugauit.

Ex hoc tempore Syria crebris motibus agitata eſt, donec in Romanorum poteſtatem venit.

Mithridates Artabani filius. 8. fuit Arſaces ſiue Parthorum rex. Ex rebus ſtrenuè geſtis cognomentum magni meruit. *Iuſtin. lib.*42.

Multos enim populos regno addidit, cum Scythis aliquoties proſperè dimicauit, vltórque parentum iniuriæ fuit.

Bellum Armenis intulit. Inde propter crudelitatem à Senatu Pharthico pulſus frattrem Orodem ſucceſſorem habuit.

Hic eſt ille Orodes, qui primus bella cum Romanis geſſit. Craſſúmque cum filio & omni ferè Romano exercitu deleuit, & Pacorum filium miſit ad reliquias belli Rom. perſequendas, donec is magnis reb. in Syria geſtis in patriam Patri ſuſpectus reuocaretur, eóque abſente exercitus Partho. rum in Syria relictus à C. Caſſio quæſtore Craſſi, cum cunctis ducibus cæderetur.

Cætera Parthicæ hiſtoriæ infrà in bellis ciuilibus Pompeij, & extremis ægyptiorum regibus, & in Auguſto. Nam hi bellis ciuilibus Pompeio contra Cæſarem, Bruto & Caſſio contra Auguſtum & Antonium miſere auxilia.

ſ SELEVCVS Gryppi filius cum Patruo Cyziceno de Syriaco imperio dimicauit victúmque acie interfecit. Sed nec propterea regnum eſt conſecutus. Nam à Patruèle pulſus eſt & à ſubditis in palatio concrematus.

Frater Seleuci collecta manu Cyziceni filium regno exuit, & in parte Syriæ regnat. Simili ratione Philippus Gryppi minimus filius in alia Syriæ parte regnat, donec poſtremo à Gabinio caperetur.

Syri principum diſcordiæ pertæſi vltro ſe Tigrani Armeniæ regi dedicerunt. *Iuſt. lib.*40.

t ATIGRANE per Pompeiũ capto ad Iulium Cæſarem anni fuerunt ferè ſedecim.

Ita à Seleuco Nicanore Regni Syriaci conditore ad Cæſarem anni 250.

Syriam tenuerunt poſteri Seleuci Nicanoris vſque ad Antiochi Pij filios. Tum enim Pompeius prouinciam illam ſub poteſtatem imperij redegit, relicto illic prætore Scauro *Plutarc. in Ant.* deinde Gabinio mox M. Craſſo, qui contra Parthos periit.

Reliquam Syriaci regni partem Parthi ad ſe tranſtulerunt, & ſic diuiſione veluti orbis cum Romanis facta, Orientis imperium tenuêre, quo tempore Romani toto Occidente potiebantur, & cum his de ſumma rerum decertarunt.

Tigranes Armeniæ rex perentibus Syris ob fratrum regum diſcordiam, rex fit Syriæ annis 18. *Iuſtin. Hiſt. lib.* 40.

Perſas ſæpe vicit, Meſopotamiam occupauit, Syriam & magnam Phœniciæ partem Philippo vltimo Syriæ regi profligato ademit, donec poſt annos. 19. in Romanorum venit poteſtatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ita imperia post mortem Alexandri Magni in mũdo præcipuæ sex orta sunt & concurrerunt, quæ in sequenti quarta eius successione percensebimus, Ægyptum, Syriacum, Macedonicum, Romanum, Carthaginense, Parthicum.

Præter Parthicum istorum omnium recentissimũ, cætera intra ducentos quinquaginta annos à Romano omnium minimo & contemptissimo absumpta sunt.

VM Magnus Alexand. nauem actuariam 12. ordinum condidisset, hic Ptol. Soter ad quindecim instituit primus. Demetrius Antigoni ad 30. Ptol. Philadelphus ad 40. Ptol. Philopator ad 50. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

In Ægypto coluit literas apud se habens Stilponem philosophum Megaricæ sectæ æmulum. Syriam regno suo adiecit, in Iudæam ascendens prætextu sacrificandi Sabbato, Hierosolymam occupauit. Deinde multos de Iudæa & Garizim captiuos traxit in Ægyptum & vendidit. *Ioseph.*

Quos tamen postea benignè tractauit. *Idem.*

Ita Iudæa post Alexandrum Magnum, primùm paruit Ptolomæo Lagi. illam armis occupanti. *Euseb. Ioseph.*

Inde Philadelpho, tum Euergeti, ad extremum Ptolemæo Eupatori. Quo tempore vnus post alterum regnarũt in Syria Seleucus Nicanor, Antiochus Soter, Antiochus. Theus, Seleucus Callinicus, Seleucus Callinici filius & Antiochus Magnus, qui primus Ptolemæo Eupatori Iudæam ademit.

Quæ partim erat tributaria, partim libera. Tributaria, quia regibus Ægypti primum, deinde Syriæ, stipendium pensitabat. Libera, quia leges ac magistratus suos habebat, non externos, suis parens Põtificibus.

Pyrrhum regem Epirotarum depulsum sub extremum régni sui tempus restituit.

Sex annis ante Nicanorem Regem Syrię & cæteros Macedonas regnasse quietè in Ægypto & sine æmulis ab aliquibus traditur. Mox scilicet post Alexandri mortem. Ab aliis non nisi sex post Alexandrum mortuum, quòd inter eius successores tandiu de rerum summa dimicatum sit, donec quisquis potuit sibi imperij partem rapuit, quòd totum obtinere non posset. Priorem sententiam esse rectiorem docet collatio historiæ Ægyptiacæ cum cæteris.

Mercurius Trismegistus Ægyptius, cuius hodie extant dialogi duo, Pœmander & Asclepius. Mihi enim videntur errare, qui eum propinquum Mosi, eundémque cum Deo Mercurio faciunt, vt Suidas, qui eum Pharaone antiquiorem prodidit. Nam Ægyptus Græcum idioma vix ante Alexandrum Magnum audiuerat, vt Græcè multa de Verbo Dei, congruentia oraculis diuinis scribere ante Græcorum cum Hebræis congressum potuerit. Deinde citatur duntaxat à recentioribus. Sed & in chartis è papyro centum & decem millibus sua de rebus diuinis & naturalibus conscripsisse à Iamblicho memoratur. Papyri autem vsus ad hanc refertur ætatem. Præterea ipse Pœmandri Dialogus Sibyllarum meminit, quæ multis post Mosem sęculis extiterunt. Denique Æsculapius siue Asclepius is, ad quem iste scribit, Phidiæ, qui Periclis ætate vixit, recordatur.

Adde quòd in Asclepio inter Heroas antiquos nominat Vranum, Saturnum, & Mercurium, quos constat extitisse paulò ante bellum Troianum.

Dies à Planetis nominauit, ordinauitque *Philastrius*. Hinc Diei Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, &c. in antiquioribus authoribus nusquam apparent vestigia. Vt rectè Dion Niceus & Xiphilinus in Pompeio, recentem dierum appellationem scribant. ex stellis erraticis dies primum disposuerunt Ægyptij. Deinde ad reliquas gentes id emanauit, nec olim quidem, sed propè ista (Pompeij) tempora, &c.

Insaniam poëticam de diis Gentium non abhorruit. *August. lib. 8. Ciuit. cap. 18. Lact. lib. 4. cap. 18.* Celtas, ad quos pertexerat, Solem adorandum docuit. *Philastrius lib. de hæres.*

Horas primus obseruasse dicitur ex vrina animalis Serapi dicati, quod duodecies diei & noctis vnius spatio vrinam emittit. *Polyd. Virg. de Inuent. rerum. lib. 2. cap. 5.* Et certè nondum Græcis & Romanis his temporibus horarum ratio nota erat & vsitata. Nam post repetta solaria apud eos obseruari cœpit. Vnde nec duodecim tabulis vsquam horas nominatas inuenies, nec Varro horarum in diei partitione meminit. *Censor. de die Natali. cap. 19.* Hebræis contrà & Chaldæis earum vsus antiquissimus, vt ex horologio Achaz, & Ezechiæ historia liquet. *Esa. 38. 4 Reg. 20.*

Thebæis anni & temporum rationem dedit. *Diod. Sicul. Strab. lib 16.*

Docuit deos gentilium fuisse homines mortuos. *Aug. lib. 8. de Ciuit.*

Sostratus Pharum Alexandrię secundum è septem mundi miraculis construxit.

Theophrastus, Zeno Cittieus Stoicæ sectæ princeps. Epicurus Epicuræorum auctor. Menander.

Euclides iunior Megarensis (alius à Megarico Socratis discipulo) auctor elementorum Geometricorum, & aliorum operum Mathematicorum sub hoc primo Ptolomæo vixit. *Proclus.*

Gallos ex Europa in Asiam transgressos Syri expellunt.

Agathocles Siciliæ tyrannus & Hamilcar Pœnorum dux Gisconis filius inter se pugnant. Ille etiam in Italiam pugnaturus traiecit. Tenuis scilicet adhuc Romanorum erat potentia & nomen.

ROMÆ Volsci, qui bellum cum Romanis sub Tarquinio Superbo inchoatum, per ducentos pro. pè annos continuarunt: postremo Priuerno capto à Coss. L. Æmylio Mamercino, & C. Plautio domãtur. *Liuius.*

Publilius Philo tribus annis post, Valæpoli capta Opicos subigit, vbi Cumæ, Baiæ, Puteoli,

Anni mundi.		An. ante Christum natum.	Anni vrbis conditæ.
	Lathyro Ægypti, denique Aulete.		
	REGES ÆGYPTI.		
3791	I a PTOLOMÆVS LAGI Soter, an. 40.	416.	
3830	*Pontifice Onia Iaddifilio, deinde Simeone Prisco, mox Eleazare.*	466.	
	Nicanore Asiæ & Syriæ rege, an. 32.		
	Arideo an. 7. Cassandro an. 18. Antipatro & Alex. an. 4 Demetrio an. 6. Pyrrho mens. 6. Lysimacho an. 6. Macedoniæ Regibus.		
3830		466	

sum

An. ante Christũ natum.	Anni vrbis cõditæ.		Anni mundi
		Romæ Coss.	3797
	426	L. *Æmilio Mamercino 2. C. Plautio Decano.* [*Numeri. 2. & cæteri legantur secundùm & c. vt supra dictum est*]	
	427	P. *Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula.*	
	428	L. *Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone 2.*	
	429	L. *Papyrio Mugillano Cursore, C. Pœtelio.*	
	430	L. *Furio Camillo 2. Iunio Bruto Scæua.*	
	431	C. *Sulpicio Longo 2. Q. Æmilio, Au. Cerretano.*	
	432	Q. *Fabio. L. Fuluio.*	
	433	T. *Veturio Caluino. Sp. Postumio.*	
	434	L. *Papirio Cursore 2. Q. Publilio Philone.*	
	435	L. *Papirio Cursore, Q. Au. Cerretano 2.*	
	436	M. *Fossio Flaccinatore, L. Plautio Vennone.*	
	437	C. *Iunio Bubulco, Q. Æmilio Barbula.*	

Anni mundi

sum potuerit. Deinde citatur duntaxat à recentioribus. Sed & in chartis è papyro centum & decem millibus sua de rebus diuinis & naturalibus conscripsisse à Iamblicho memoratur. Papyri autem vsus ad hanc refertur ætatem. Præterea ipse Pœmandri Dialogus Sibyllarum meminit, quæ multis post Mosem sęculis extiterunt. Denique Æsculapius siue Asclepius is, ad quem iste scribit, Phidiæ, qui Periclis ætate vixit, recordatur.

Adde quòd in Asclepio inter Heroas antiquos nominat Vranum, Saturnum, & Mercurium, quos constat extitisse paulò ante bellum Troianum.

Dies à Planetis nominauit, ordinauitque *Philastrius*. Hinc Diei Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, &c. in antiquioribus authoribus nusquam apparent vestigia. Vt rectè Dion Niceus & Xiphilinus in Pompeio, recentem dierum appellationem scribant. ex stellis erraticis dies primum disposuerunt Ægyptij. Deinde ad reliquas gentes id emanauit, nec olim quidem, sed propè ista (Pompeij) tempora, &c.

Insaniam poëticam de diis Gentium non abhorruit. *August. lib. 8. Ciuit. cap. 18. Lact. lib. 4. cap. 18.* Celtas, ad quos pertexerat, Solem adorandum docuit. *Philastrius lib. de hæres.*

Horas primus obseruasse dicitur ex vrina animalis Serapi dicati, quod duodecies diei & noctis vnius spatio vrinam emittit. *Polyd. Virg. de Inuent. rerum. lib. 2. cap. 5.* Et certè nondum Græcis & Romanis his temporibus horarum ratio nota erat & vsitata. Nam post repetta solaria apud eos obseruari cœpit. Vnde nec duodecim tabulis vsquam horas nominatas inuenies, nec Varro horarum in diei partitione meminit. *Censor. de die Natali. cap. 19.* Hebræis contrà & Chaldæis earum vsus antiquissimus, vt ex horologio Achaz, & Ezechiæ historia liquet. *Esa. 38. 4 Reg. 20.*

Thebæis anni & temporum rationem dedit. *Diod. Sicul. Strab. lib 16.*

Docuit deos gentilium fuisse homines mortuos. *Aug. lib. 8. de Ciuit.*

Sostratus Pharum Alexandrię secundum è septem mundi miraculis construxit.

Theophrastus, Zeno Cittieus Stoicæ sectæ princeps. Epicurus Epicuræorum auctor. Menander.

Euclides iunior Megarensis (alius à Megarico Socratis discipulo) auctor elementorum Geometricorum, & aliorum operum Mathematicorum sub hoc primo Ptolomæo vixit. *Proclus.*

Gallos ex Europa in Asiam transgressos Syri expellunt.

Agathocles Siciliæ tyrannus & Hamilcar Pœnorum dux Gisconis filius inter se pugnant. Ille etiam in Italiam pugnaturus traiecit. Tenuis scilicet adhuc Romanorum erat potentia & nomen.

ROMÆ Volsci, qui bellum cum Romanis sub Tarquinio Superbo inchoatum, per ducentos pro. pè annos continuarunt: postremo Priuerno capto à Coss. L. Æmylio Mamercino, & C. Plautio domãtur. *Liuius.*

Publilius Philo tribus annis post, Valæpoli capta Opicos subigit, vbi Cumæ, Baiæ, Puteoli,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neapolis. *Idem.*

Hernicos Anagnia capta Q. Martius Tremulus Coss. debellauit Vrbis. 447. Hinc C. Iunius Brutus dictator. Quatuor annis pòst, Æquos, qui adiunctis Volscis multa bella post exactos reges gesserant. *Idem.*

464. M. Curius Dentatus de Samnitibus, Sabinis, Lucanis triumphauit. *Orosius, Frontinus. Velleius,* de Pyrrho, sed paulò post. *Apuleius Apol.* 1. sic dictus quòd cum dentibus natus esset. *Plinius libro septimo.*

Pyrrhus Epirotarum rex, qui paulò pòst in Italiã contra Romanos venit Quem aiunt primum docuisse aciei rectè instruendæ artem, annis. 36. post mortem Alexandri Magni. Nam primus totum exercitum sub eodem vallo continere instituit. Qua ordinatione notata Romani paulatim ad hanc vsque metationem peruenerunt. *Front lib.* 4.

b ALEXANDRIAE bibliothecam. 54. millium & Octingentorum librorum Philadelphus instruit. Gellius tamen lib. 6. cap. vlt. ad millia fermè voluminum septingenta, tantùm habet ac ea omnia bello priore Alexandrino à militibus Cæsaris forte auxiliatiis incensa esse.

Iudæos ad centum viginti millia libertati restituit, & dona votiua Hierosolymam misit.

Lectos decem cum argenteis pedibus & congruentem eis supellectilem, calicem talentorum 30. purpuram, coronam decoram, stolas decem, lineas de byssо centum, Pateras, Trullam libatoria aurea, Crateras aureos duos, &c.

Bellum gessit contra Antiochum Theum, quod vt finiret, filiam suam Beronicem ei dedit, cùm iam de Laodice priore vxore duos haberet filios Seleucum Callinicum, & alterum Antiochum.

Sed inde Laodice veneno Antiochum sustulit, & Beronicen cum filio, quem ex Antiocho genuerat, occidendum tradidit, quæ prædixerat *Dan. c.* 11.

Pyrrhi cladibus & Romanorum incrementis cognitis Romam misit munera, & cum eis amicitiam societatémque iunxit. *Zonaras, Eutrop. Valerius,* qui legatos ad hunc vicissim regem Roma missos nominat Q. Fabium Gurgitem, Fabium pictorem & Q. Ogulinum.

Præceptorem habuit Stratorem Lampsacenum, quo tempore Silphon philosophus clarebat.

Vetus testamentum ex Hebræo in linguam Græcã per. 72. interpretes à Pontifice Eleazaro impetratos conuerti iussit, trecentis plus minus ante Christum annis.

Mirum autem est Talmudicos scribere septuaginta interpretes quinque duntaxat legis Mosaicæ libros conuertisse, & duobus tantum in locis, vel iuxta Iosippum initio suæ historiæ tredecim, idque consulto, à veritate Hebraica discessisse: ne Lex, gentilium opiniones videretur resipere. Sic Aristæas, sic Iosephus in præfat. Antiq. & lib. 12. c. 2. & omnis Hebræorum schola, *Hier in.* 5. *Ezec.*

Sed videntur confudisse Septuaginta interpretum versionem cum quadam alia vetustiore, quas sic distingui oportuit, vt Aristobulus Iudæus, apud Eusebium

Anni mundi	Sp. Nautio, M. Popillio.	Anni Vrbis condit.	An. ante Christũ natum.
3791	L. Papirio Cursore 4. Q. Publilio Philone 4.	438	303.
		439	
	M. Pœtelio, C. Sulpitio.	440	
	[Hic numeri aduerbialiter legãtur 2. secundum]		
	L. Papirio Cursore 5. C. Iunio Eubulco 2.	441	
	M. Valerio, P. Decio.	442	
	C. Iunio Eubulco 3. Q. Æmilio Barbula 2.	443	
	C. Marcio Rutilio, Q. Fabio.	444	
	Q. Fabio, P. Decio.	445	
	Ap. Claudio, L. Volumnio.	446	
	Q. Marcio Tremulo, P. Cornelio Aruina.	447.	
	L. Postumio, T. Minucio.	448	
	P. Semproniо Sopho, P. Sulpicio Sauerrione.	449	
	L. Genucio, Ser. Cornelio.	450	
	M. Liuio Dentere, M. Æmilio.	451	
	M. Valerio, Q. Appuleio Pansa.	452	
	M. Fuluio Pæto, T. Manlio Torquato.	453	
	L. Cornelio Scipione, Cn. Fuluio.	454	
	Q. Fabio Max. 4. Decio Mure. 3.	455	
	L. Volumnio, Ap. Claudio.	456	
	Q. Fabio Max. 5. P. Decio 4.	457	
	L. Postumio Megello, M. Atilio Regulo.	458	
	L. Papirio Cursore. Sp. Caruilio.	459	
	Q. Fabio Gurgite Maximi F. D. Iunio Bruto Scæua.	460	
	L. Postumio, C. Iunio.	461	
	P. Cornelio Rufino, M. Curio Dentato.	462	
	M. Valerio Coruino, Q. Cæditio Noctua.	463	
	Q. Marcio Tremulo, & P. Cornelio Aruina.	464	
	M. Marcello, Sp. Nautio.	465	

263

An. ante Christũ	Anni Vrbis condit.	2	Anni mundi.
263	466	b Ptolomæus PHILADELPHVS, an. 38.	3830
	505		3867
		Eleazaro pontifice, deinde Manasse.	
		Antiocho Sotere, an. 19. deinde Anti. Theo. an. 15. Syriæ regib.	
		Lysimacho, an. 6 Ptol. Cerauno mens. 3. Antipatro, an. 1. Sosthene mens. 7. Antig. Gonata, an. 36. Macedoniæ regibus.	
		Romæ Coss.	
223	466	*M. Valerio Potito. C. Aelio Pæto.*	
			3867

sebium *libro* 13. *Præp. capite septimo & lib.* 9. *capite tertio,* indicat.

Totam Scripturã Philadelphi iussu fuisse conuersam, cum ante eum, atque adeò ante Alexandrum Persarúmque imperium quinque libri Mosis in Græcum conuersi duntaxat extarent (incerto tamen interprete.)

Aristæas autem & Iosephus fortassis Legis vocabulo comprehenderunt vniuersam Scripturam veterem, vt Christus, *Ioan.* 10. & 15. Nam etiam Ioseph. sic interdum vsurpat, vt lib. 2. contra Appion.

Vel significant iussu Philadelphi Legem duntaxat conuertisse, reliqua verò per se & sua sponte antequam discederent.

Nam cætera transtulisse ex eo constat, quòd cùm nullus præter eos nominetur interpres vsque ad Aquilam temporibus Adriani Cæsaris, Apostoli & Apostolici Adriano superiores Prophetas, Psalmos, & alios Scripturæ libros citant, tanquam è Græca versione.

Quod si verum est, illorum interpretationem oportet vetustate esse corruptam, vt omnino crediderim. Non enim probabile est tot tantósque viros tam alienè multis in locis. 22. librorum deerrasse ab Hebraïcis voluminibus, & plerúmque à vero literæ sensu. Psalmos perpetuò excipio, qui vt etiam hodie extant, sententiam Hebraïcam optimè omnium referunt, & plerisque locis reddunt illustriorem, vt aliquando docebimus.

Nobis assentitur Macaritus Logothetes, in libro Metaphrasis, his verbis. Diuinus igitur Lucianus, cõspicatus sacros libros multis corruptelis infectos partim temporis longinquitate, partim continua ex aliis transpositione, & quidem nonnullis sceleratissimis, qui Græca literatura excellebãt, ipsorum sententiam peruertere tentantibus, & multas labes inferentibus, ipse eos omnes assumens, ex Hebraïca lingua, quam perfectè callebat, renouauit, in emendatione magnum perferens laborem. *Suidas in Voce* Ἰώσηπος *& in Luciani Vita.*

[Extitit tamen nostra ætate, doctor eximius Hispanus, qui sub auspiciis Regis Hispaniarum Philippi Augustissimi, defensionem. 70. Interpretum ex mente Hebraici contextus tutari, & editis suis doctissimis lucubrationibus defendere est ausus.]

Imo & ipse Hieronymus præfatione in librũ Paralip. Septuaginta (inquit) interpretes vitiatos, tres emendarunt, Lucianus, Hesychius, Origenes. Luciani emendationem sequuti sunt Christiani ab Antiochia vsque ad Constantinopolim, Hesychij Ægyptus & Alexandria, Origenis medię inter Antiochiam & Ægyptum prouinciæ.

Hanc autem emendationem interpretor mixtionem ex aliis. Miscuerunt enim cum illa relitionem quas interpretationes Græcas, vt iam Græca, quæ habetur, non sit pura illa à Septuaginta illis senioribus primum facta. Dum autem miscuerunt, sæpe, vt fit, cuiusque interpretis errorem sequi potuerunt, &c.

Hieronymus in quadam epistola ad Augustinum quæ est inter ipsius August. epistolas vndecima, narrat Origenẽ eos, dum emendare optaret, corrupisse, & alibi, ante Origenẽ, quot essent codices, tan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam fuisse diuersitatem exemplarium, quæ non modò ad sua vsque tempora perdurarit, sed & sua incude eguerit, asterisci & virgulis prænotatis.

Vnde factum, vt multi alij quondam de integro vertendi laborem susceperint, Aquila Iudæus tempore Adriani Cæsaris, deinde Theodotion Ephesinus Iudaïcæ religionis proselyta Imp. Commodo, tum Symmachus sub Seuero, postea sub Caracalla. 5. editionis Hierosolymis inuentæ, demum sextæ & septimæ auctores incerti. Nisi quod Septimam aliqui tribuant Luciano Martyri.

Ex quibus omnibus sua Hexapla conflauit Origenes. Ea enim sic appellauit, quasi sextuplicia propter 6. interpretationes in vnum volumen coactas, non à numero columnarum, quas octo fuisse constat vt duę caperent contextum Hebræum, Hebręis & Greęcis caracteribus, instar octapli Psalterij Episcopi Nebiensis. Præterea correxit, id est, corrupit, vt Hieron. interpretatur, versionem 70. quæ deinde sola videtur obtinuisse in Græca Ecclesia. *Epiphan. hæresi. 64. contra Origenianos.*

Vtut sit, non sine Dei erga Gentes, quas in suam Ecclesiam colligere paulo pòst cupiebat, mirabili prouidentia, qualiscunque seruata est, cùm reliqua Bibliotheca bello Alexandrino, quod Iulius Cæsar gessit contra Ptolomæum, vt Cleopatram ab ipso pulsam restitueret flammis concremata sit.

Sed nec dubito, eis spiritum propheticum astitisse, dum verterent, quoniam diuinissimè oracula de Christo obscuriora transtulerunt, ab Apostolis authoritatem acceperunt, ab Hebræis maxima laudis testimonia consecuti sunt, ab ecclesiæ columnis, vt prophetę commendati sunt. *Tertul. in Apol. c. 18. & 19. Iust. Mart. Orat. 1. ad Gentes. Epiph. de mens. & pond. Iren. lib. 3. cap. 25. Aug. lib. 8. de Ciu. cap. 11. & lib. 18. cap. 38. & quæst. super Gen. 169.*

Quare & eorum memoriam colebant Iudæi Alexandrini anniuersario festo. *Philo de Vita Mosis*, 8. Decembris scilicet. *in ipsorum Calend.*

[Non minus fuit diligens Synagoga, in festis suorum Sanctorum, quàm nunc Ecclesia in eorundem colendis nominibus quæ ob id voluit festis celebrari.]

Denique verterunt, prout expediebat Greęcis ad fidem suo tempore conuertendis, nonnullis de industria Deo afflante immutatis.

Propheticè & Spiritus Sancti inspiratione non tantum quędam mutauerunt, verum etiam addiderunt ex opinione veterum, etsi id confutet Hiero. præfatione in Psalmos.

Nec minore erga suos benevolentia Deus de Hieronymo posteà ecclesiæ prouidit. Is enim non modo veteres editiones, vt potuit, emendauit: sed etiam septimam, quæ mox à Sophronio Græco sermone donata est, vt pleráque alia tanti viri opera, de ipso Hebraïco multò incorruptiùs transtulit.

Ea est, qua nunc studio Damasi & sequentium Pontificum vtimur in Ecclesia, quamque editionem vulgatam nominamus, vt probat Eugubinus præfatione in suos ad Mosem commentarios vbi rectè excipit interpretationem Psalmorum quæ non potuit recipi, quod iam Veteris cantus in templis tritus esset. Hieronymiana vtcunque supereſt inter

An. ante Christũ natum.	*Anni mundi.*		*Anni vrbis cõditæ.*
	3830		
263		*C. Claudio Canino, M. Æmilio Lepido.*	476
		C. Sernilio Tucca, L. Cæcilio.	468
		Bellum Gallicum Senonicum.	
		P. Cornelio Dolabella. Cn. Domitio Caluino.	469
		C. Fabricio Luscino, Q. Æmilio Papo.	470
		L. Æmilio Barbula, Q. Marcio Philippo.	471
		Bellum Tarentinum & Regis Pyrrhi.	
		P. Valerio Læuino, T. Coruncanio.	472
223	3867		

eius

An. ante Christũ natum.	*Anni vrbis cõditæ.*		*Anni Mundi*
263	473	*P. Sulpicio Sauerione, P. Decio Mure.*	3830
	474	*C. Fabricio Luscino 2. Q. Æmilio Papo. 2.*	
	475	*P. Cornelio Rufino, C. Iunio Bubulco.*	
	476	*Q. Fabio Gurgite, C. Genucio Clepsina.*	
	477	*M. Curio Dentato, L. Lentulo.*	
	478	*Ser. Cornelio Merenda. M. Curio Dentato 4.*	
	479	*C. Fabio Dorso Licinio, C. Claudio Canina.*	3867

eius opera. Hebræi quoque, inter quos R. Ioseph Albo, R. Selomo, R. Dauid, Elias Leuita, nostræ vulgatæ æditionis interpretem Hieronymum agnoscunt, & frequenter non sine honoris titulo & præfatione citant, vt alibi docuimus.

Eleazarus Iudæorum Pontifex. Berachia Dux. Antiochus Theus Rex Syriæ Antiochiam condit.

Præter viginti duos libros sacros, alij septuaginta duo apocryphi in Ægyptum delati sunt, auctore Epiphanio in libro de mensuris, & ponderibus scripturæ. Vnde fortassis libri Tobiæ, Baruch, Iudith, & similes, qui in nostris Bibliis Græcis & Latinis hodie reperiuntur, ad nos peruenerunt. Alioqui enim apud recentes Hebræos aut non extant, aut certè non sunt Authentici. Quoniam eorum primus canon iam erat conditus ab illa magna Synodo, cuius scriba fuit Ezras, vt supra docuit, & præterea docent Hab. *Tract. de Vocis in Tal. & R. Mose de Kotsis præf. in Seph. Mizuoth. Sed est alter canon, de quo etiam suprà.*

Iesus, filius Syrach auctor Ecclesiastici, qui panaretos dicitur, id est, de omni virtute liber. Fuisse fertur vnus de septuaginta duobus interpretibus. De stirpe Iesu sacerdotis, cuius Zachar. meminit. Eius librum fuisse canonicum & sacrum Iosephus indicat lib. 2. contra Appionem pag. 948. Græci exempli, capitis. 42. sententiam citans.

Ieremiæ Prophetæ nepos creditur. Ben Sira Hebræis dicitur, cuius nomine feruntur sententiæ Chaldaïco sermone, citatæ à Tanhuma pag. 81. col. 2. vetustissimo Rabbino in Pentateuchum.

Aristobulus Agathobuli discipulus vnus fuit è 70. interpretibus. *Anatolius Laodicenus apud Euseb hist. 7. cap. penult.*

Philo Iudæus senior, fortasse & ipse è 70. interpret. quem aliqui faciunt sapientiæ Salomonis concinnatorem (Nam alter iunior vixit Caij Imperatoris temporibus.) Fuit & alius eiisdem temporibus, magni apud æthnicos nominis, de quo *Ieseph. lib. 1. contra Appionem.*

Fortasse qui Byblius dicitur, & ex lingua Phænicũ transtulit historiam Sanchuniathonis auctoris antiquissimi.

Atistæas Philadelphi cubicularius scribit historiã de 72. interpretibus.

Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus regius Bibliothecarius. Leontium docta meretrix.

Chrysippus Stoïcus, qui plura scripsit quàm cæteri possent legere. Carneades Academicus qui nihil proponebat, quod non probaret, nihil improbabat, quod nõ expugnaret. Ecateus Abderides philos. qui & librum edidit de vita Abrahæ. (*Ios. lib. 1. Ant. c. 7.*) Lycophron, è cuius tragœdiis vnica extat Cassandra, Philadelpho charus, non tam propter poësim, quàm ob Anagrammatismos.

Timochares Astronomus, Aristophanes Grammaticus, Zoilus Amphipolita Homeromastix Alexandriæ degunt, vbi musæ posthabitis Athenis suum domicilium collocarent.

Post Phaleræum Bibliothecę præfuit Callimachus. Octingentos libros scripsisse fertur. Soli autem hymni supersunt.

Coætaneos sex alios poëtas habuit, qui omnes a pleïadum numero Pleïades dicebantur: Lycophro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iem, Aratum, Theocritum, Nicandrum, Philicum, Homerum Iuniorem. Vide Tzetzem Lycophronis interpretem.			
Abhinc ferè Ægyptus Philosophari Græcè, & Græcas scholas instituere: quin etiam per totum Orientem Græcus sermo vigere cœpit. *Hieronymus in præmio lib. 2. commentariorum ad Galatas.* Metasthenes Persa historiam scribit.	An. ante Christũ natum. 203	Anni mundi. 3830	
Imò verò per Occidentem, ita vt cum Græcorum imperio, eorum quoque disciplinæ, leges & sermo in mundo, vt fit, propagata sint: sicuti attingit Cicero pro Archia. Nam etiam nostri Galli linguam Græcam coluerunt, Druidis & Semnotheis (voces sunt Græcæ originis) apud se institutis, qui rebus diuinis præessent, sacra priuata & publica procurarent, religiones interpretarentur, iuuentutem eruditent, de controuersiis publicis priuatisque responderent, præmiis pœnisque impositis. *Cæsar libro sexto de bello Gallico.*			L. Papirio Cursore, Sp. Caruilio.	Anni vrbis condita. 480
Arcesilaus auctor nouorum Academicorum, qui spem omnis scientiæ eripuit. *Seneca.*			
Zenone Stoico succedit Cleantes.			
Eidylia Theocritus, Aratus Antigoni Macedonum regis medicus scribit Phænomena, Nicander Theriaca & Alexipharmaca. Athenodorus Arati frater primus Zoilo pro Homero contradixit.			C. Quinctio Claudo, L. Genucio Clepsina.	481
Aratus ignarus Astrologiæ ornatissimis atque optimis versibus de cœlo stellisque dixit, atque conscripsit. *Cic. 1. de Oratore.*			C. Genutio Clepsina, Cn. Cornelio Blasconе.	482
Vsus papiri, qua abundant Nilus & mare Ægyptium rubrum, siue chartæ iunceæ, inuentum est, cum ab Attalo rege primo Pergami & Galatiæ membranas Philadelphus obtinere, ad parandam librorum tantam supellectilem, non potuisset. Antea scribebatur in libris siue corticibus arborum.			P. Sempronio Sopho, Ap. Claudio Caci F.	483
Huius autem æmulatione Attalus insignem, quidem, sed tamen multò inferiorem bibliothecam parat, viris doctis, quales plurimos istud ævum ferebat, è Græcia conquisitis.			M. Atilio Regulo, L. Iulio Libone.	484
Sic & reges Asiæ, quorum Bibliothecæ Euphorion ab Antiocho magno fuit præpositus. *Suidas in Euphorione.*			D. Iunio Pera, N. Fabio Pictore, Candice Cæci fratre.	485
Attalus rex aurum intexere in Asia primus docuit. Vnde textum Attalicum.			Ap. Claudio, M. Fuluio Flacco, quando, Primum bellum Punicum.	486
Contynges Nicomedis regis Bithyniæ vxor, à canibus propter lasciuiores cum viro iocos laceratur. Nicomedes Nicomediam condit.			M. Valerio Messala Max. M. Otacilio Crasso.	487
ROMANÆ *sub Philadelpho proprie incipiunt, ab an. Vrbis 466. ad 505 nam ante hoc tempus parui fuere momenti & nominis. Ideo ea nunc seorsim, non vt antea promiscuè, degustabimus.*			L. Postumio Albino. Q. Mamilio Vitulo.	488
			L. Valerio Flacco, T. Otacilio Crasso	489
ROMÆ Plebs propter æs alienum post graues & longas seditiones, ad vltimum secessit in Ianiculum. Vnde à Q. Hortensio deducta est, qui in ipso magistratu decessit, *Flor. Zonar. Aug. 3. de Ciuit.*			Cn. Cornelio Scipione Asinæ, C. Duilio.	490
			C. Aquilio Floro, L. Cornelio Scipione.	491
Plebiscita hinc lege Hortensia non minus, quàm leges valere cœperunt. *Gell. lib. 15. cap. 27.* Quæ lex ante lata fuerat Q. Publilio dictatore 414. sed fortè non obseruata.			A. Atilio Calatino, Q. Sulpicio Paterculo.	492
			Cn. Cornelio, C. Atilio Serano Regulo.	493
Bellum Gallicum Senonicum, in quo L. Cæcilius Cos. cæsus est, sequenti anno à Dolabella confectum, cunctis Gallorum reliquiis in Hetruria ad	3867		L. Manlio Vulsone Longo, Q. Cædicio. eóque mortuo, M. Atilio Regulo.	494

Varronis

An. ante Christũ natum.	Anni vrbis condita.		Anni Mundi.	
			3830	Varronis lacum deletis, ne quis extaret in ea gente, qui incensam à se Romam gloriaretur. *Florus.*
	466			Cæteris gallis tertio ante Pyrrhi in Italiam aduentum anno pax data. *Polybius.*
263				Sicque ab Æsi fluuio quondam Italiæ termino vsque ad Rubiconem Italiæ fines producti sunt.
	495	M. Æmilio Paulo, S. Fuluio Nobiliore.		Nondum Hetrusco bello confecto, cum Tarentinis & rege Pyrrho per biennium bellatum est. *Iornandes, Plutar. in Pyrrho.*
				Res contra Lucanos, Samnites, Bruticos prosperè gestæ. Vnde Tarentini & Samnites Pyrrhum ex Sicilia reuocarunt, qui sic imperium Siciliæ tam cito amisit, quàm facilè quæsiuerat.
				Sed nec in Italia fortuna meliore tertium pugnas vsus in Epirum regreditur anno, postquam in Italiam primùm venisset, quarto. *Iustinus.*
	496	Cn. Cornelio Scipione Asinæ, A. Atilio Calatino.		Bis castris exutus, bis sauciatus & victus. *Florus.*
				Ad hunc vsque annum Roma scandulis tecta fuit. *Plinius lib. 16. cap. 11.*
				Et Italia primùm vidit Elephantos. *Idem lib. 8. cap. 6.*
				Tarentini mortuo Pyrrho Carthaginenses in auxilium vocant.
				Deum Vrbis 480. bellum Samniticum & Tarentinum confectum per Catuilium & Papirium. Victis pax & libertas data.
	497	Cn. Seruilio Capione, C. Sempronio Blæso.		De Samnitibus vigesimus quartus triumphus actus. *Florus.*
				Qua victoria magna pars Italiæ in potestatem Romanorum redacta est, victis præsertim Tarentinis, Samnitibus, Lucanis, & paulò ante Hetruscis.
				Vrbis 483. ante Sempronium & Appium Claudium, Eutropius Q. Ogulinum & C. Fabium Pictorem collocat. Sic Plinius & Velleius.
	498	C. Aurelio Cotta, P. Seruilio Gemino.		484. Argento signato. 4. aut. 5. annis ante primũ, Punicum Romani vti incipiunt. *Plin. lib. 33. c. 3. Florus*, id est, denariis argenteis, *Zonaras.*
				Conduntur à Romanis Ariminum in Gallia, Beneuentum in Samnio. *Velleius lib. 1.*
				Picentini, Salentini, Brudusini portu commodo instructi ad traiiciendum in Illyricum & Græciam, vincuntur M. Atilio duce. *Florus. Zonaras.*
				Sassinates, siue Vmbri, Messapiei, & Vulsinij. *Idem.*
	499	L. Cæcilio Metello, C. Furio Pacilo.		An. 486. ante Appium Claudium & M. Fuluium Fasti Siculi Q. Fabium Max. L. Mamilium Vitulum Coss. ponunt. Sic Zonaras & Cuspinianus.
				Anno sequenti bellum Punicum primum susceptum est Appio Claud. Coss. quòd Pœni Tarentinis aduersus Romanos auxilio venissent, & Romani vicissim cum Syracusano Hierone Pœnorum hoste amicitiam iniissent. Solinus confert in Vrbis 489.
	500	C. Atilio Regulo, L. Manlio Vulsone Longo 2.		Tum quidem clarum Rom. nomen erat, at arma nondum extra Italiam mota fuerant.
				Bellum Punicum primum.
				Primo foris à Romanis gestum Appio Claudio Cæci fratre, M. Fuluio Flacco Coss. post Romam conditam annis fermè 490. *Gell. libro 17. capite 21.* Viginti post bellum cum Pyrrho sumptum. *Ibidem* 60. post Alex. mortuum. 251. ante Christum. Nam antea annis propè quingentis domi luctati tantùm fuerant, ad domandam subigendámque Italiam. *Florus libro secundo epitomes.* per annos 23. confectum.
	505		3867	

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.		Anni vrbis conditæ.
rosl. lib. 4. cap. 9.			
Iam hîc ergo Romanorum externa bella incipiũt per 200. annos gesta, quibus Africam, Europam, Asiam magnis victoriis peragrarunt.			
Carthaginensibus opem tulerunt Lacedæmonij duce Xantippo, Hispani & Gallogræci.			
Carthaginensium duces duo Hannones, Annibal senior, qui ob victam suam classem à militibus suis in crucem actus est. Duo Asdrubales, Amilcar, Barca, Bostaris.			
Censu hominum Romæ habito inuenta sunt ducenta septuaginta millia.			
M. Regulus, L. Manlius Coss. Hamilcarem in Hispania vincunt. Metellus deinde Afros in Sicilia.			
Romani obtinent Apuliam, Calabriam & Messanam.			
Cum Hierone pax facta. Afri in Sicilia victi.			
M. Valerius Messana, Catina in Sicilia capta primum horologium in publico statuit, secundum rostra in columna. *Plin lib. 7. è Varrone.*			
Hic enim cum collega Otacilio tum in Sicilia res magnas gessit. *Eutrop.*			
Hanno Carthaginensis nauali prælio victus à Duillio, Manibus ferreis ab ipso excogitatis, quos coruos nominauit. *Polyb. Front. lib. 2. cap. 3.*			
Hoc primum tempore Romani classem belli gerendi causa habuerunt. Vnde Duillius primus naualis victorię duxit triumphum, honore habito, vt reuertenti à cœna, tibicine canente funale præferretur, quasi quotidie triumpharet. *Cic. in Catone, Plin. lib. 34.*			
Is etiam Iano templum apud forum olitorium struxit. *Tacit. lib. 2.*			
Scipio Corsicam & Sardiniam capit.			
L. Cæcilius Metellus Asdrubalem in Sicilia vicit 132. elephantos cepit, hostium 20. millia apud Panormum occidit. Elephantos centum viginti, *Florus*, centum triginta, *Eutropius*, pompa maxima Romam primus in triumpho duxit, vrbis 502. *Plin. lib. 8. cap. 6.*			
Ei, vt quoties in Senatum iret, currus veheretur ad curiam concessum est, quod antea nulli contigerat. *Plin. lib. 7.*			
E duobus Coss. Pulcher Cęci nepos contra auspitia pugnans naues 170. amisit, cæsis, 8. milibus hominum & 20 captis & 20. nauibus. Alter L. Iunius Pullus naufragium passus est. *Florus.*			
C. Aquilium & L. Cornelium prętermittit Eutropius, quos hic an. 491. posuimus.			
L. autem is Cornelius Scipio de Pœnis, Sardis, Corsis triumphauit. *Eutrop.* Pœnos ita terra marique expugnauit, vt iam victoriæ nihil nisi Africa ipsa restaret. *Florus.*			
Post M. Atilium Regulum, L. Manlium Coss. Africa nullas copias Romanas vidit, nisi post annos ferè quinquaginta, cum P. Scipio traiecit. *Liuius lib. 39.*			
Tum enim Atilius victis nauali prælio Pœnis in Africam traiecerat: Vbi serpentem mirę magnitudinis, qui milites ad fluuium Bagradam aquatum descendentes deuorabat, cum maxima exercitus clade, interfecit, & eius corium 120. pedes longum Romam misit. *Florus. Gellius libro sexto, capite tertio.*			

An. ante Christũ natum.		Anni mundi.		Anni vrbis conditæ.
		3830		
263			*P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo.*	501
			P. Seruilio Gemino, C. Aurelio Cotta.	502
			L. Cæcilio Metello, N. Fabio Buteone.	503
			M. Fabio Licino, M. Otacilio Crasso.	504
			M. Fabio Buteone. C. Atilio Bulbo.	505
	3.			
		3866	C PTOL. EVERGETES, an. 24.	506
223		3890	*Simone iusto, deinde Onia Pontificibus.*	In prolog. Ecclesia. 530

Valerius

An. ante Christũ natum.	Anni vrbis conditæ.		Anni mundi.
		Antiocho Theo, mox Seleuco Callinico, an. 20. Seleuco Cerauno, an. 3. Antiocho Magno, ann. 36. Syriæ reg.	3866
226		*Antig. Gonata, Demetrio 2. an. 10. Antig. Dosone ann. 12. Macedoniæ.*	
		Arsace primo Parthorum rege, an. 28.	
		Romæ Coss.	
	506	*A. Manlio Torquato Attico, C. Sempronio Blæso 2.*	
	507	*C Fundanio Fundulo, C. Sulpicio Gallo.*	
	508	*C. Lutatio Catulo. A. Posthumio Albina.*	
	509	*Q. Lutatio Cercone, A. Manlio Torquato Attico. 2.*	
	510	*C. Claudio Centone Cæci F. M. Sempronio Tuditano.* (Cic. in Præf. Tuscul.)	
	511	*C. Mamilio Turrino, Q. Valerio Falsone.*	
	512	*T. Sempronio Graccho, P. Valerio Falsone.*	
	513	*L. Cornelio Lentulo Caudino, Q. Fuluio Flacco.*	
	514	*C. Licinio Varo, P. Cornelio Lentulo Caudino.*	
	515	*T. Manlio Torquato. C. Atilio Bulbo.*	
	516	*L. Posthumio Albino, Sp. Caruilio Ruga.*	

Valerius de miraculis.

Pœni à Lacedæmoniis auxilium petentes Ducē eorum Xantippo 30. Romanorum millia occiderunt, & Atilium Regulum ceperunt, Elephantorum maximè causa *Polybius*. Nam in his Bellis Elephantis sæpius pugnatum.

T. Coruncanus primus è plebe pontifex Max. factus est.

C SYRIAM vastat debellato Callinico, Iudæam, Siliciam, aliaque multa obtinuit. Regnauit Epiphanio an 24. aliis 26. Sororem in vxorem duxit.

Berenicis reginæ coma in cœlum à Conone Mathematico relata.

Sapientia Salomonis sub hoc tempus videtur aut condita, aut in Græcum versa.

Simon Iustus Iudæorum Pontifex.

Onias eius nominis secundus, qui Menassi successit, 11. Hebræorum pontifex Euergeti negauit tributa. Vnde consecutæ magnæ calamitates. Ioephus dux Iuda regem placauit, & præfecturam Iudææ & finitimarum regionum retulit. Cuius filius Hyrcanus fuit princeps familiæ Dauidicæ vltimus. *Iosephus lib. 12. cap. 4.* Erat è Christi maioribus. *Luc. 3.*

Iesus Sitach Nepos superioris Ecclesiasticum, quem librum Hebraicè sub titulo prouerbiorum, Missè, auus conscripserat, in Græcum vertit. ann. ætatis 38. sub Prolomæo Euergete. sic enim debet intelligi, quod ipsem et in prologo Ecclesiast. narrat, non vt indoctè Geneuenses transtulerunt, an. tricesimo octauo Euergetæ regis. Nam Euergetes annos duntaxat. 24. regnauit. Possit etiam significare se descendisse in Ægyptum. 38. anno, postquam auus ipse suam sapientiam siue Ecclesiasticum Hebraicè conscripsisset, quem nunc ex reperto exemplari emendatissimo Græcum faceret.

Eratosthenes Grāmaticus post Callimachum Bibliothecæ præpositus.

Cosmographus orbis terrarum & Plato minor dictus. Primus Astronomiam veterem correxit, & post eum Hipparchus annis circiter quinquaginta, nisi quòd Eratostenes ad 81. peruenisse dicitur, vt eum Hipparchus videre potuerit.

Apollonius Rhodius, qui scripsit Argonautica, Eratostenis discipulus. Post præceptorem præfectus fuit Bibliothecæ, in qua habuit successorem Aristonymum comicum sub Philopatore mox, in quem, vt ingratum discipulum, poēma Ibis inscriptum Callimachus condidit. *Suid.*

Cum tempore Aristotelis dubitaretur, num Africa ambiretur mari, quidam Eudoxus iram Prolomæi Euergetis fugiens à mari rubro peruenit nauigatione ad fretum Gaditanum, *Mela, Strabo.* Quod & temporibus Iosiæ & Necaoni Pharaonis contigerat.

Cleomenes rex Lacedæmoniorum re malè gesta, & Lacedæmone amissa, cum Antigono rege Macedonum ad Euergetem confugit.

Lycurgus Lacedæmoniorum rex creatur. *Polyb.*

Arsaces Parthorum regnum secundo Euergetis anno condit.

Bellum Carthaginensium contra Numidas, *Polyb. libro primo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amilcar cum exercitu in Hispaniam missus Carthaginensium imperium amplificauit. *Polyb. libro secundo.*

Hieron Siciliæ rex Romam veniens populum frumento donat. *Eutrop.*

Romana tempore Euergetis ab Vrbe 506. ad 530.

A. Posthumum Cos. quoniam & idem Flamen Dialis erat, Cæcilius Metellus pontifex Max. cum ad bellum gerendum proficisci vellet, in vrbe tenuit, nec passus est à sacris recedere.

Rebus aduersus Pœnos, à pluribus ducibus prosperè gestis, summam victoriæ C. Lutatius consul victa ad Ægates insulam classe Pœnorum, finem bello primo Punico imposuit (vrbis 508.) *Liuius lib.* 22. Nam pax inde pœnis data. *Idem lib* 30. Amilcaris scripta manu, qui erat belli vigesimus tertius, *lib.* 16.

Iis legibus, vt Pœni Sicilia & omnibus insulis, quæ essent inter Italiam & Africam excederent, duo millia & ducenta talenta in viginti annos penderent, in præsens mille. Captiuos Romanos sine pretio redderent &c. *Polybius.*

Tum Sicilia prima prouincia Populi Romani facta est, regno Hieronis Syracusani excepto. *Cic. in Verrem*: Nam non nisi bello Punico secundo captis Syracusis, tota deinde venit in populi Romani potestatem.

Idem Lutatius consul de Falisciis triumphauit, qui rebellarant. *Valer. lib.* 6.

Vrbis 509. L. Metelus pontifex Max cum templum Vestæ arderet, sacra ex incendio rapuit. *Val. lib* 1. Velina & Quirina tribus adiectæ. Spoletum colonia deducta. Floralia instituta ex libris Sibyllæ, vt omnia bene defloresceret. *Plin. lib.* 18.

Liuius Andronicus, primus poëtarum latinorum mox post pacem cum Pœnis factam, post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centum & sexaginta, post Menandri circiter quinquaginta duobus, fabulam publicauit, anno vno ante natum Ennium, qui Plauto & Næuio fuit senior, *Cicero in Bruto. Gell. lib.* 17. *cap. Vlt.* id est, vrbis quingentesimo decimo Cl. Centone Appij Cæci filio, M. Sempronio Tuditano Coss. *Ciceron præf. Tuscul.* Vbi perperam quidam corrigunt 514. Nam verè & iuxta nostram Liuianámque supputationem & vtillic legitur, Cõsulatus Centonis & Tuditani incidit in annum Vrbis 510. Tam sero Poëticam Latini acceperunt.

511. Colonia Valentiam deducta. Natus Ennius, *Gell. lib.* 17. *cap. Vlt.*

512. Bellum Gallicum contra Cisalpinos, qui cum post priores clades, 45. annos quieuissent, rursum arma mouerant, Transalpinis clam accersitis, *Polyb. lib.* 2.

Ligusticum contra Ligures, & Insubres latrocinantes in imis Alpium iugis, contra quos iam annis 80 fuerat bellatum. *Strabo lib* 4.

Q. Maximus eo confecto templum Honori dedicauit. *Cic. de nat. Deo.*

Sardoum. Tum enim Sardinia venit in Romanorum potestatem cedentibus Pœnis. Sardi autem mox rebellantes iisdem Pœnis auctoribus mox triumphati sunt. Atque ita Sardinia inter primum & secundum Punicum ductu Manlij Cos. certum

An. ante Christum natum.	*Anni Mundi.*	Gallicum Bellum.	*Anni Vrbis conditæ.*
	3866		
		Q. Fabio Max. Verrucoso, M. Pomponio Mathone.	517
		M. Æmilio Lepido, M. Poblicio Malleolo.	518
		C. Papirio Mosone, M. Pomponio Mathone.	519
		M. Æmilio Barbula, M. Iunio Pera.	520
		L. Postumio Albino Gn. Fulvio Centumalo.	521
		Illiricum.	
	3890	*Q. Fabio Max. 2. Sp. Carvilio, Max. Ruga.*	522

accepit

accepit imperium, & secunda Romani impetij Prouincia facta est. *Velleius.*

Corsicum. Quo confecto Papirius Masso primus in monte Albano non procul ab vrbe triumphandi initium fecit, quòd triumphum à Senatu in Vrbe non impetrasset, & cæteris postea exemplum præbuit, vt M. Marcello victis Syracusanis, Myrtea Corona aurea vsus. *Vol. lib. 3. Festus.*

Sic pax omnibus locis facta Vrbis 515. iuxta alios 518. ita vt Romani nullum haberent bellum, Iani gemini porta clausa, quod semel tantùm antea contigerat, Numa regnante. *Oros. libro quarto capite* 10. & 11.

Et id quidem anno vnico. Nam Iani templum eodem anno clausum & patefactum, dum sequenti bellum Gallicum exarlit. *Ibidem & Varro libro quarto de ling.*

Bellum Illyricum confectum à Fuluio Centumalo Cos. propter vnum ex legatis à Thoa rege occisum. Inde à Corinthiis in societatem Isthmorum ludorum vocati sunt Romani. Tum capta est Corcyra. *Epitoma Liuij.*

Sp. Caruilius Rugo primus diuortium cum vxore fecit anno Vrbis conditæ 523. Pub. Valerio & M. Atilio Coss. *Gell. lib. 4. cap. 3.* non sine populi odio. *Dion lib. 2.* Quæ Liuiana est & nostra supputatio, cum alij eorum consulatum conferant in 526.

Anno quarto ante initium secundi Punici secunda Gallorum in Italiam expeditio, Ariouisto & Britomaro ducibus, quos M. Marcellus vicit. *Polyb. libro secundo.*

Confectum est hoc bellum à L. Æmylio Papo cum trecentis millibus armatorum Latini nominis, citra externa vlla auxilia. Nam pro Romanis tota consenserat Italia contra ingentes Gallorum copias, quę Alpes transierant. *Eutrop. Plin. lib. 3.*

Et se non prius soluturas baltea iurauerant, quàm capitolium ascendissent. Factum est, Victas enim Æmylius in Capitolio discinxit. *Florus.*

Tum primum exercitus Romani trans Padum ducti & Galli Insubres fusi, *Orosius.*

De iis triumphauit Flaminius, qui contemptis auspiciis, quibus pugnare contra eos prohibebatur, conflixit & vicit *Oros. lib. 4. cap. 12. Plut. in Marcello.* & de torquibus Gallorum aureum trophæum Ioui erexit. *Florus.*

M. Claudius Marcellus, qui post quinquies consul fuit, & C. Cornelius Scipio, qui postea in Hispania ab Asdrubale Pœno cum Fratre P. Scipione occisus est, primi inierunt consulatum Idibus Martiis. Qui dies deinde solennis ei ineundo manfit, vsque ad Vrbis sexcentesimum. Antea ab Idibus Decembris, deinde Calendis Octobris. *Sigonius com. in Fastos Coss.*

Hic est Marcellus, qui sua manu occidit Insubriũ regem (imo & Germanorum, qui Gessatæ Polybio) Virdumarum, & tertia post Romulum Feretrio Ioui arma suspendit. *Florus. Virg. 6. Æneid.* Tunc Mediolanum Insubrum caput & Comum cum tota Insubria Romanis cessit.

Bellum Istricum multo Romanorum sanguine à *Cornelio Minucióque* Coss. confectum. *Oros.*

d CONTRA hunc Seleucum Ceraunus dein-

An. ante Christũ natum.	*Anni Vrbis conditæ*		*Anni mundi.*
225			3867
	523	*P. Valerio Flacco, M. Atilio Regulo,* Gell. lib. 4. c. 3.	
	524	*L. Apustio Fallone, M. Valerio Messala.*	
	525	*C. Atilio Regulo, L. Æmilio Papo.*	
	526	*T. Manlio Torquato 3. Q. Fulvio Flacco 2.*	
	527	*C. Flaminio, P. Furio Philo.* Gallicum alterum.	
	528	*M. Claudio Marcello, Cn. Cornelio Scipione Caluo.*	
	529	*P. Cornelio Scipione Asina, M. Minucio Rufo.* Istricum.	
200			3890

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Antiochus Magnus Syriam recuperarunt. sed cum Philopator certamen reparasset iuxta oppidum Raphan in finibus Ægypti, Antiochus omnem amisit exercitum, & per deserta fugiens penè captus est. Hinc cum Syria decessisset, ad extremum pactionibus quibusdam pugna finita est.	*An. ante Christũ natum.*	*Anni mundi.*		*Anni vrbis conditæ*
Indigna multa commisit in religionem. 3. *Machabæorum.*				
In hippodromo Alexandriæ Iudæos efferatis elephantis proterendos exposuit, cuius historiæ summam perstringit Ioseph. lib. 2. contra Appionem, annis ferè 50. ante Machabæos.	199 183	3890 3905	4 d PTOL. PHILOPATOR, an. 16.	530 *Mach. 3. lib.* 545
Iudæam fraude subactam amisit, Antiocho Magno Iudæis fauente, qui multas vrbes ei eripuit, Ægyptum etiam aggressus.			*Onia Pontifice max.*	
Patrem, matrem, sororem, coniugémque extinxit. Tryphon à luxu & deliciis cognominatus est. Nauem octuariam 50. ordinum primus condidit. *Plin. lib. 7. cap. 56.*			*Seleuco Cerauno, inde Antiocho Magno, an. 36. Syriæ rege.*	
Ab hoc, regum Ægypti & Syriæ bella varia Daniel sub nomine Regis Austri & Aquilonis prædixit. Nam Iudeæ Aquilonaris est Syria, Australis Ægyptus.				
Primus è Medicis venit Romam Peloponnensis Archagatus Lysaniæ f. L. Æmylio, M. Liuio Coss. an. vrbis 535. Tandiu enim Roma medicis caruit, & nunquam melius habuit. *Plin lib. 29. cap. 1.* centum annis amplius post Alexand. Magnum.			*Antigono Dosone, deinde Philippo, ann. 42. Macedoniæ.*	
Strabo quispiam peruidebat aliquid è 130. millibus passuum. Vt è Lilybæo Siciliæ promontorio excuntem classem Carthaginis portu, indicato etiam nauium numero. *Plin.*				
Cremona in Italia conditur. *Tacit. lib. 19.*				
Philopomenes dux Achæotum à Messaniis captus occisus est in Sicilia.			*Mithridate siue Arsace Parthorum secundo rege, 36. an.*	
Leges Lycurgi abrogauit sexcentis circiter annis postquam latæ fuissent, odio Lacedæmoniorum compellens patriam disciplinam cum Achaïca commutare. Sed aliquanto post illi, beneficio populi Romani, relictis institutis Achaïcis pristina sua repetiuerunt. *Plut. in Philopomene.*				
Achæi duce Philopœmene cum Nabide Lacedæmoniorum tyranno bellum gerunt.				
Arius rex Lacedæmoniorum, de quo in lib. Mach.				
ROMANA *tempore Ptol. Philopatoris ab vrbis 530. ad 545.*			Romæ Coss.	
L. VETVRIVS, C. Lutatius Coss. in Istros profecti cum exercitu vsque ad Alpes, citra pugnam multos sibi adiungunt *Zonaras.*			L. *Veturio Philone. C. Lutatio Catulo.*	530
L. Æmilius Paulus, Pauli illius, qui Persen debellauit pater, de Illyriis triumphauit. Belli causa fuit Demetrius Pharus rex, qui Macedonum rege consisus Illyrica oppida Romanis subiecta repetebat. *Polyb. & Iust. lib. 29.*				
M Liuium Salinatorem triumphi, & victoriæ participem faciunt Zonaras & Frontinus lib. 4.				
Demetrius ad Philippum Macedonum regem confugit. Pineus rex stipendium dare coactus est. *Epitoma Liuij 20.*	183	3905	*M. Liuio Salinatore, L. Æmilio Paulo.*	531
BELLVM PVNICVM SECVNDVM pro Mamertinis primùm sociis, deinde pro Saguntinis, auctore Annibale filio Amilcaris, qui priore bello ad Ægates insulam victus fuerat, C. Lutatio Cos.				

An. ante Christũ natum.	*Anni vrbis conditæ.*		*Anni Mundi.*
			3890
199	532	*P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo.*	
		Secundum Bellum Punicum, *pro Mamertinis, & Saguntinis.*	
	533	*Cn. Seruilio Gemino, C. Flaminio 2. eóque occiso M. Atilio.*	
	534	*T. Terentio Varrone, L. Æmilio Paulo 2.*	
		Romæ Coss.	
530		*L. Veturio Philone, C. Lutatio Catulo.*	
531		*M. Liuio Salinatore, L. Æmilio Paulo.*	
532		*P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo, quando susceptum est* Secundũ bellum Punicum, *pro Mamertinis & Saguntinis.*	
			3905
183			

Nam is à pueritia Romano odio imbutus, vbi primum per ætatem potuit, animum ad reuocandum bellum, & vleiscendum patrem adiecit.

Gestum est annis 17. (Tamdiu enim Annibal in Italia cum valido exercitu mansit) & finitum est sub vrbis 550. id est, quinquagesimũ sextum post primũ inchoatum. Cui Macedonicum successit.

Annibal à Pœnis in demortui Asdrubalis locum in Hispaniam missus, in Olcadum fines irrupit. Altheiam expugnauit. Sequenti anno in Vaccæos ducens Helmandicam & Arbocalam vrbes cepit. Carpentanos ad deditionem adduxit. Saguntum intra octo menses cepit.

Deinde traiecto Ibero Fluuio Ilergetes, Bargusios, Ansetanos, & cæteros Hispaniæ populos vsque ad Pyrenæos montes subegit, ac per Galliam ad Alpes in Italiam transgressus est.

Ita secundo belli anno P. Cornelium Cos. se ei ex Alpibus descendenti opponentem ad Ticinum, T. Sempronium iam ex Sicilia reuersum ad Trebiam acie fudit. *Polybius paulò secus ac Liuius.*

Tertio C. Flaminium, qui se ipsi primo verè è Gallia Cisalpina in Hetruriam transgresso, post Apenninum superatum, oculum etiam frigoribus amissum ad lacum Thrasimenum obtulerat, cum toto exercitu occidit. Ad quam cladem cum paucis post diebus, 4. equitum millium duce C. Centenio clades accessisset, magno terrore Vrbs ad dictatorem dicendum confugit. Nempe Q. Fabiũ Max. qui haud procul Apulia castra fecit. Eo enim iam Annibal ex Hetruria per Vmbriam & Picenum, Marsis inde ac Pelignis vastatis, concesserat.

Inde in Samnium mouit, atque aliquot oppidis captis, spe Capuæ recipiendæ oblata, Casilinum venit. Agrum sociorum in conspectu Fabij, qui per iuga montis Massici eum persequebatur, exussit. Fabij exercitum sarmentis ad cornua boum alligatis incensisque, & bubus per noctem immissis perturbauit, per Calliculæ iugum agmen traduxit, atque in Pelignos populabundus rediit.

Inde retro Apuliam vsque ad Gerunium, donec à Cn. Seruilio & M. Atilio Regulo exemplo Fabij cunctante cibi inopia pressus est, ad quam depellendam ad loca Apuliæ calidiora & maturiora messibus mouit.

Vbi prope Cannas quarto belli anno L. Paulum Coss. cum Romanorum 40. millibus, senatoribus 80. consularibus, prætoriis & ædilitiis plurimis occidit. Terentio Varrone altero Cos. cum 50. tantùm equitibus Venusiam profugiente, cæteros cepit, vt tam propter desperationem de relinquenda Italia multi nobiles consilium inirent, nisi P. Scipio Tribunus Militum, Stricto super capita deliberantium ferro, se pro hoste habiturum eum, qui id sentiret, iurasset. *Polyb. Liu. Florus.*

Post hanc Cannensem cladem defectione accepit Atellanos, Calatinos, Hirpinos, Apulorum partem, & Samnitum, Brutios omnes, Lucanos, Surrẽtinos, Græcorum omnem ferme oram, Tarentinos, Metapontinos, Crotonienses, Locros, Cisalpinósque omnes Gallos.

Inde ex Apulia in Samnium profectus Cossam deditione consequitur. Pòst Neapoli frustra

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentata, Capuæ receptus est. Deinde in agrum Nolanum exercitum traduxit. Pòst Nucetiam se ob famem dedentem incendit. Ad Nolam reuersus, quam Marcellus tenebat, tum primum à Romanis fugatus est. Itaque spe potiundæ Nolæ adempta, Acerras contendit, direptásque cremauit. Tentato Casilino in hiberna Capuam concessit, miteſcente hyeme Casilinum expugnauit.

Quinto an. à Philippo Macedonum rege legatos de iungenda belli societate excepit. Deinde ad oppugnandas Cumas tendit. Inde Nolam, vbi duobus prœliis à Marcello victus, fugatus est ad Apuliæ hiberna circa Arpos. Hierone Syracusano in Sicilia mortuo, cum Hieronymo eius nepote fœdus facit.

6. Pugnat varia victoria cum Marcello & Fabio Coss. Tum Marcellus Syracusas oppugnauit à Ro. amicitia alienatas & cum tota Sicilia ad Pœnos inclinatas. Ne eas caperet vnius Archimedis industria prohibuit. Tertio anno tamen pòst cepit. Qua victoria Sicilia tota in potestatem pop. Rom. venit atque prouincia facta est. *Velleius.*

7. In agro Tarentino æstatem consumpsit spe potiundæ Tarentinorum vrbis: per proditionem. Nam præter aream Tarentini iuuenes, qui se noctu venatum ire simularant, eam prodiderunt.

8. ad Capuam à Romanis oppugnatam æquo marte pugnat, contra Pulchrum & Flaccum Coss. M. Centenium Penulam delet. Fuluium Flacci fratrem fugat & castris exuit.

Nono, cùm Romanos allicere ad pugnam, nec per castra eorum perrumpere ad Capuam posse sensit, caput belli Romam petendi consilium cepit, atque ad tertium ab Vrbe lapidem super Anienem castra posuit. Et cum per triduum exercitus vtrinque aciem direxissent, certamen tempestas diremit. Nam cum ad castra rediissent serenitas erat. Itaque in Lucanos, atque inde Rhegium contendit.

Decimo Fuluium Centumalium proconsulem in Apulia cecidit. Sed Marcellus cum eodem ad Numistronem bene pugnauit, etsi prœliis magis tumultuosis, quàm magnis.

Vndecimo ad Canusium priore prœlio Marcellum superauit, posteriore inferior fuit. Itaque in Brutios abiit. Tumque Tarentum Q. Fabius Coss. arte punica recepit.

Duodecimo Marcellum insidiis circumuentum in Campania occidit. Quinctium alterum Cos. saucium fudit, qui postea ex vulnere mortuus est.

Tum Galba proconsul aduersus Philippum & Achæos rem regebat. *Liuius.*

Nam eodem tempore per Romanos in 4. locis pugnabatur, in Italia contra Annibalem, vbi variæ hæ vices, donec Annibal anno 17. rediit, postquam venerat. In Macedonia contra Philippum. In Sardinia contra Sardos & Asdrubalem Carthaginensium ducem, vbi vicit Mallius, captiuis & Asdrubale Romam abductis. In Hispania contra alterum Asdrubalem Annibalis fratrem, qui tandem à Romanis victus totam Hispaniam perdidit.

Tredecimo in extremum Italiæ angulum Brutios recessit, dolore perculsus ex nece Asdrubalis fratris, quem Cl. Nero & M. Salinator properantem ad se cum maximis copiis ex Hispania ad Senam

An. ante Christũ natum.	*Anni mundi.*		*Anni vrbis cõditæ*
3890			
199		*Cn. Seruilio Gemino, C. Flaminio 2. eóque occiſo, M. Atilio.*	533
		T. Terentio Varrone, S. Æmilio Paulo 2.	534
		[His ſequentibus numeris aduerbialibus.]	
		L. Poſtumio Albino 3. eóque occiſo M. Claudio Marcello 2. cui poſt abdicationem ſucceſſit, Q. Fabius Max. 3. T. Sempronio Graccho.	535
		Q. Fabio Max. 4. M. Claudio Marcello 3.	536
		Q. Fabio Max. Verrucoſi F. T. Sempronio Graccho 2.	537
183	3905		

oppidum deleuerant, capite eius ante hostium stationes proiecto. Adde paulò pòst Romanum terra marique victorem fuisse.

Quarto decimo nece fratris mœstus quieuit, sed neque à Romanis Coss. lacessitus est.

Quindecimo à Scipione Cos. fugatus est, amissis Locris. Tum Carmine in libris Sibyllinis inuento pelli Italia hostem alienigenam posse, si mater Idæa deportata Romam esset, legati, qui eam deportarent, in Phrygiam missi sunt *Liu. App.* In sequenti anno eis tradita est per Attalum regem Asiæ. Lapis erat, quem matrem Deûm incolæ vocabant. Ludi Megalenses ei instituti.

Decimo sexto Scipione in Africam cum exercitu transiato, P. Sempronium Cos. die primo repulit, postero fusus fugatúsque est, amissis quatuor armatorum millibus.

Decimo septimo reuocatur in Africam, quòd Scipio Syphacis Numidarum regis castra, qui accepta in matrimonium Asdrubalis filias amicitiæ Scipionis renuntiarat, incendisset: eaque cum Asdrubalis castris vna die deleuisset, cæsis aut haustis flamma 40. hominum millibus, captis sex. Eos iterum in magnis campis reparato exercitu fudisset indèque ciuitates circà omnes partim vi, partim metu subigeret, à Massinissa adiutus. Sicque Annibal gemens dolénsque in Africam reuertit.

Decimo octauo tentata per colloquium cum Scipione pace, nec impetrata, prælio extremo ab eo in Africa victus est. Post etiam Vermina Syphacis filius. Petentibus denique pacem Carthaginensibus, Scipio conditiones dixit, ac Romam eorum legatos ad Senatum misit. *Polyb. Liu. App.*

Anno sequenti Cornelio Lentulo, P. Ælio Pæto Coss. pax data.

Annibal tandem apud Prusiam Bithyniæ regem, cum à Romanis repoſceretur veneno se necauit.

Post hoc Punicum Romani intra. 53. annos terra marique potentissimi euaserunt, multis regnis prouinciisque incredibili fœlicitate subactis. Nam vnico conflictu Philippus pulsus fuit è Macedonia. Vnica Antiochus Magnus Asia cessit. Vnica clade Carthaginenses Lybiam amiserunt. *Polyb.*

Q. Fabius Max. quinquies Consul fuit. Primo consulatu Ligures, quorum caput Genua, subegit. Tertio & quarto Annibalem mora fregit, exercitui Minutiano ab Annibale profligato subuenit, Pater inde appellatus. Quinto Tarentum cepit ac triumphauit.

Interea res in Hispania contra Pœnos prospere à Scipionibus gestæ, tandémque Syphax Numidarum rex ad amicitiam pop. Rom. traductus est. Nisi quòd anno octauo quàm in Hispaniam venissent, ab Asdrubale propè cum toto exercitu cæsi sunt, amissa ferè Hispania.

Cúmque deinceps post duos occisos Scipiones omnes imperium recusarent, Pub. Scipio filius accepturum se dixit. Itaque eò extra ordinem pro consule missus est. Vbi & noua Carthagine vna die expugnata rem bene gessit.

Deinde per M. Silanum, Annonem in locum Asdrubalis missum, viuum cepit. Magonem fugauit. Cum Syphace Massylorum rege fœdus fir-

An. ante Christũ natum.	*Anni vrbis cõditæ.*		*Anni mundi*
199.	538	*Appio Claudio Pulchro, Q. Fuluio Flacco 3.*	3890
	539	*P. Sulpicio Galba, Cn. Fuluio Cẽtumalo.*	
		[Numeris aduerbialibus.]	
	540	*M. Valerio Læuino 2. M. Claudio Marcello 4.*	
	541	*Q. Fabio Max. 5. Q. Flauio Flacco 4.*	
	542	*M. Claudio Marcello, 5. T. Quinctio Criſpino*, Duodecimo anno belli Punici ab Annibale occisis.	
	543	*C. Claudio Nerone, M. Liuio Salinatore 2.*	
	544	*Q. Cæcilio Metello, L. Veturio Philone.*	
183			3905

Universidad de Deusto
Biblioteca

mauit. Cum Massiniſſa Maseſulorum rege & Gaditanis ſocietatem iniit. Quibus victoriis Hiſpania prima continentis prouincia facta eſt, *Liuius lib. 28. Ruſus.*

Archimedes mortalium ingenioſiſſimus machinis arte Geometrica excogitatis Syracuſas contra Romanos defendit. Collectis multorum obſeruationibus, qui Aſtronomiæ diuerſas partes & rationes notauerant, Sphæram compoſuit.

Tunc Vulcani inſula, quæ ante non fuerat, repente mari ædita, cum miraculo omnium vſque hodie manet. *Oroſ. lib. 4. cap 19.*

e M. Lepidum in Ægyptum Romani miſerunt, qui tutorio nomine regnum pupilli Epiphanis adminiſtraret, quod facta pactione inter ſe diuiſiſſe dicebantur Philippus rex Maced. & Antiochus Syriæ. Quatuor enim duntaxat annorum erat.

Contra Antiochum Magnum pugnantibus ducibus regis Ægypti Iudæa in medio poſita, in contraria ſtudia ſcindebatur, aliis Ptolomęo, aliis Antiocho fauentibus.

Antiochus Magnus Iudæam capit, & cognita Iudæorum erga ſe voluntate, magnis eos muneribus donat & per epiſtolas laudat, tandem pace inita Epiphani Cleopatram filiam locat, data dotis nomine Phœnicia, Samaria, Iudæa, Cœloſyriam aliqui addunt.

Ioſephus Oniæ pontificis nepos 22. annis tributa illarum prouinciarum diſpenſauit, Ptol. Epiphanis iuſſu. *Ioſ. li 12. Ant. c. 4.*

Cato maior orator ſeptem originum libros ſcribit. Conſul anno 131. ante Ciceronem. Nondum Græcia ſuas literas Romanis dederat. *Plin. lib. 19. cap. 1.*

Ennius poëta, qui & ſoluta oratione ſacram hiſtoriam de geſtis Iouis & cęterorum deorum ſcripſit, & de Euhemero in Latinum vertit, quam & Lactantius, Euſebius, Aug. Varro lib. 1. de re ruſtica, Cic. 1. de natura deorum citant. Sexageſimo ſeptimo ętatis anno duodecimum annalem ſcripſit ſub vrbis an. 580. *Gell lib 17. cap. Vlt.*

Nęuius, Portius Licinius, Plautus poëtæ.

Panætius, Africani minoris preceptor, Poſſidonius Panætij diſcipulus.

Theombrotus medicus.

Corbis & Orna de Hiſpaniæ regno, mutuis certant vulneribus.

Metrodorus Philoſophus artis memoriæ primus auctor. (*Poſt Simonidem.*)

Scipio minor Afric. Panætium Polybiúmque domi militiæque ſecum habuit. *Velleius lib. 1.*

Pamparius rex tertius Parthorum ad Euphratem vſque regnum propagat.

Maſiniſſa rex Numidarum poſt Syphacem. quē Cirtha oppido & integro regno Syphacis, facta cum Pœnis pace, Scipio donauit.

Cyrene multitudine Iudæorum repletur. Deo per terras eos diſpergente, vt aditum pararet futurę apoſtolorum legationi.

Hiera inſula admiratione nauigantium è profundo, cum aquis calidis de repente emergit, Vulcani inſula in Sicilia.

In Accio circąque (Nam ante hunc omnia

Anni mundi.		Anni vrbis condit.	An. ante Christum natum.
	P. Cornelio Scipione, qui poſtea Africanus dictus eſt, *P. Licinio Craſſo Diuite.*	545	
	5	546	
3905	c PTOL. EPIPHANES an 24.	1. Mac. 10 & 11 569	185 159
	Onia pontifice.		
	Antiocho Magno & Seleucho Philopatore Syriæ regibus.		
	Philippo Macedoniæ rege penultimo.		
	Mithridate, Pampatio ſiue Pharnace, an. 12. Phraarte, an. 12. Parthorum regibus.		
	Romæ Coſſ.		
	M *Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano.*	546	
	Gn. Seruilio Cæpione, C. Seruilio.	547	
	T. Claudio Nerone, M. Seruilio Pulice Gemino.	548	
	Cn. Cornelio Lentulo. P. Ælio Pato. ſub quibus finitum eſt bellū 2. Punicum.	549	
	P. Sulpitio Galba, C. Aurelio Cotta.	550	

An. ante Christum natum.	Anni vrbis condit.	Bellum Macedonicum, pro *Athenienſibus.*	Anni mundi
183.	551 552	*L. Cornelio Lentulo, P. Villio Tappulo.*	5905
	552	*T. Quinctio Flaminio, Sex. Ælio Pæto Cato.*	
	553	*C. Cornelio Cethego, Q. Minucio Rufo.*	
	554	*L. Furio Purpureo, M. Claudio Marcello.*	
	555	*M. Porcio Catone, L. Valerio Flacco.*	
	556	*P. Cornelio Scipione Africano 2. T. Sempronio Longo.*	
	557	*L. Cornelio Merulá, Q. Minucio Thermo.*	
	558	*L. Quinctio Flaminio, Cn. Domitio Ahenobarbo.*	
		Bellum Aſiaticum.	
	559	*M. Acilio Glabrione, Cornelio Scipione Naſica.*	
	560	*L. Cornelio Scipione Naſica, C. Lælio.*	
	561	*Cn. Manlio Vulſone, M. Fulvio Nobiliore.*	
	562	*C. Liuio Salinatore, M. Valerio Meſſala.*	
		M. Æmilio Lepido, C. Flaminio.	
	563		
	564	*Sp. Poſtumio Albino, Q. Marcio Philippo.*	
			5924

Romæ erant aſpera) Romana tragœdia, duleéſque Latini leporis facetiæ per Cæcilium, Terentium, Afranium, ſub pari ætate nituerunt. Hiſtoria per Catonem & quoſdam veteres & obſcuros, At eloquentia multò pòſt per Tullium, æqualéſque. *Velleius lib. 1.*

Inſubres Boij, à quibus Ticinum conditum eſt, Cremonam & Placentiam vaſtantes, tandem à Rom. oppreſſi ſunt.

ROMANA *rege Ptolomæo Epiphane ab Vrbis* 546. *ad.* 569.

P. Cor. Scipio primus nomine victæ à ſe gentis eſt nobilitatus, Africanúſque appellatus. *Liuius Florus.*

Nam Lybiæ pars illa, in qua Carthago erat, iam tum Africa præcipuè dici cœpta. *Zonaras.*

Ei de Pœnis, Annibale, Syphace rege triumphus decretus. *Liuius lib. 38.*

Bellum Philippicum ſiue Macedonicum primum cœptum quidem decem fermè annis ante, ſed triennio prius depoſitum, Aetolis & belli & pacis auctoribus. Deinde à Roman. vacuis iam pace punica ſerio ſuſceptum, precibus Athenienſium. Item quia Philippus Annibalem iuuerat. *Liuius, Florus.*

Quarto pòſt anno pax Philippo, & libertas Græciæ data.

M. Cato ex nouo homine factus Conſul. Nam ſe virtute, non genere Populo Rom. commendauit. *Cic. in Verrem.*

Annibal ſexto anno poſt pacem Pœnis datam, fruſtra in Africa bellum moliens metu Romanorum, qui legatos ad Carthaginenſium Senatum de eo miſerant, profugus ad Antiochum regem Syriæ ſe contulit, bellum contra Romanos parantem.

Quinctius Flaminius Mabidi Lacædemoniorum, tyranno Græcorum voluntate, arma intulit.

Deinde pacem dedit, Argis liberatis. *Polib.* Nam bellum Macedonicum abſoluerat.

Ludis Megalenſibus primum ante populi conſeſſum Senatui locum dedit P. Africanus iterum Conſul. Nam antea promiſcuus Senatui & populo ſpectandorum Ludorum locus erat. *Val. li. 4. ca. de Inſtitutis.*

Bellum Antiochenū contra Antiochum Mag. Syriacum & Aſiaticum dictum pro ſociis Græcis, & Ætolicum, quia Ætoli Thoa eorum principe auctore ſectam regis ſequebantur.

Cœptum à L. Æmylio Regillo, confectum à L. Scipione apud Sypilum montem ad Magneſiam, qui ne cognomine fratri Africano cederet, Aſiaticum ſe appellari voluit.

Hinc Antiochus Europa abſtinuit, Aſia omni, quæ cis taurum eſt, ceſſit Eumeni Pergami regi quæ 400. talentis prætorea ſolutis. Lyciam Cariámque vſque ad Mæandrum amnem Rhodiis attribuit.

Cæteras omnes ciuitates Attali olim ſtipendiarias eidem Eumeni cum Phrygia vtraque & Myſia reſtituit, quæ ſibi vectigales fuiſſent, liberas atque immunes reliquit.

Q. Fabius Labeo prætor ex Creta triumphauit Fuluius nobilior de Ætolis & de Cephalenia, Muſarum ſimulachris, quæ Zeuxis Figulino ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re fecerat est, Ambracio transflatis. *Plin. lib. 33.*

Manlius Volso de Gallis Asiaticis i. Gallogræcis, Pisidis, Tolistobogiis, Tectosagis, Trocmis, qui Brenno duce in Asiam transierant. *Ruf. Phil 34.*

Sic luxuriam Asiaticam Romam in triumpho duxit. *Plin. & Liuius.*

Hoc bello leges quædam regulis Gallorum dictæ, quibus pacem cum Eumene rege seruarent, & vt agrorum suorum finibus se continerent, *Liuius.*

Populus Rom. stipem spargere cœpit Sp. postumo. Q. Marcio Coss. Tanta abundantia pecuniæ erat, vt eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. *Plin. lib. 33. cap. 10.*

Iisdem Coss. clandestinæ coniurationes, in sacris Bacchanalibus factæ, deteguntur & supplicium de earum sociis sumitur.

566. Cato censor erat. Tunc mortuus est Plautus, anno vno post Scipionem Africanum maiorem. *Cic. in Bruto,*

Anno sequenti Annibal.

M. Marcellus Cos. Gallos Transalpinos, qui in Italiam transgressi oppidum in Aquileiensi agro ædificabant prouincia exegit, & Istricum bellum moliri cœpit.

f PHILOMETOR sub tutela populi Romani contra impium Antiochum Epiphanem, auunculum, qui eius regno prætextu consanguinitatis (erat enim ex matre auunculus) insidiabatur.

Post biennium rursus contra eum Antiochus Epiphanes exercitum congregauit & venit Alexãdriam, sed iussu Senatus Pop. que Romani recedere coactus est. C. Popilio legato virga eum circunscribente, ac subito responsum, quod differebat extorquente.

Matrem suam interfecit, quare per antiphrasim Philometor. i. amator matris. Præ gaudio in victoria expirauit.

Aristarcho Grammatico tradidit suum filium Euergetem 2. instituendum. *Suidas.* 3924

Eo præsente insignis quæstio tractata de vera Ecclesia inter Iudæos & Samaritanos. *Ioseph. lib. 13. cap. 6.* 3948

Fauit Iudæis contra Anti. Epiphanem, contra quem de multis Syriæ locis decertabat, Onia Iudæorum pontifice. Fauit & literatis.

Huic charus erat Hyrcanus Iosephi Iudææ ducis f Quod æmulati fratres eius, seditione mota, magnarum calamitatum toti genti causa extiterunt.

Philometoris hortatu Aristobulus insignis Hebræorum philosophus in Mosem commentatios edit. Ad eundem, librum de membris Dei scripsit, Fuit regis præceptor. Ad quem extat Senatus Hierosolymitani epistola 2. *Mach. 1.*

Historia Machabeorum hoc tempore. Nam regno Macedonum deficiente, cœpit regnum Iudæorum.

Erasistratus medicus. Leptinus Mathematicus. Crates, non ille Thebanus, sed Stoicus Polemonis successor, qui Homericus dictus est, quòd more Philosophorum illius ætui occuparetur circa Grammatica & poetica Homeri.

Contra Perseum Philippi filium Cephisodorus Athenienſis à Romanis auxilia impetrauit, cum parua suorum manu in Italiam traiicies. Romani autem exercitu & imperatore misso Macedonum vires adeo fregerunt, vt non multo post Perseum Philippi filium captiuum etiam Romam pertaxerint. *Pausan. lib. 1.*

R. Iodan, R. Ibba, R. Iohai, quorum fragmenta etiam nunc extant.

Erant tunc in Hierusalem filij Belial introducentes ritus gentium, &c. 1. *Mach. 1.*

Gens Basternarum Istrum transire volens, frigore glaciatum, sub mersa est paucis euadentibus *Eutrop. lib. 4.*

Arianates rex Thracum amicitiam Romanorum consequitur.

M anfinissa 92. anno ætatis Carthaginenses vincit. *Flor. lib. 48.*

Moriens Scipioni minori Afric. curam filiorum commisit (qui proinde inter filios eius regnum diuisit,) Africæ interiora, itemque Numidiam adhuc incultam, fructibus frugibúsque inanem, cultura fructuosissimam reddit, paulo antè bellum 3. Punicum. *Suidas.*

ROMANA *rege Ptol. Philometore ab Vrbis.*

570. *ad* 595.

SAEPIVS triumphatum per varios ex Hispaniis. Nam Celtiberi quanis occasione bellum renouabant. Item Vaccæi & Lusitani.

Gracchuris oppidum illic ædificatum in monumentum Victoriæ Sempronij Gracchi.

Claud. Pulcher Cos. vno anno duas pacat prouincias Istriam & Liguriam. Vnde de duabus simul gentibus triumphauit.

Sardos, qui defecerant Sempronius Gracchus subegit, atque inde tantum captiuorum abduxit, vt longa venditione res in proueibium abierit, Sardi vænales.

Vrbis. 573. Numæ libri repetti exusti sunt.

Censor Fuluius ex Iunonis Laciniæ templo marmoreas tegulas cùm abstuliſſet, ad tegendam Fortunæ equestris ædem & mente captus est, & amissis duobus filiis in Illyrico militantibus summo animi mœrore consumptus est. *Liuius lib. 42.*

L. Postumio, M. Lænate Coss. Floralia instituta. *Ouid. Fast. 5.*

Huc vsque plebij Consules cum patriciis. Sequenti anno primum ex plebe ambo facti sunt C. Popilius Lænas, P. Ælius Ligur.

Itaque posthac Patricij Consules ambo nunquam erunt, Plebijambo sepe, Plebeius & Patricius sæpissimè.

Cicereius ex Corsica in monte Albano, sine publica authoritate triumphat.

Perses Philippi Macedonum Regis ex concubina filius, ciuitates Græciæ aduersus Romanos sollicitat. Abrupolim regno expellit. Artetarum interficit. Auxilium Byzantiis aduersus fœdus fert. Dolopiæ bellum facit. Thessaliam & Doridem peruadit. Legatos Romanos ad res repetendas & renunciãdam ipsi amicitiam triduo regni sui finibus excedere iubet.

Hinc bellum Persicum, siue Macedonicum secundum à P. Licinio Crasso cœptum, quarto post

6

Athenienſis

Anni mundi.		Anni vrbis condit.	An. ante Christi natum.
	Appio Claudio Pulchro, M. Sempronio Tuditano.	565	
	P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licino.	566	
	Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello.	567	
	Bellum Istricum.		
	L. Æmilio Paulo, Cn. Bæbio Tamphilo.	568	
	P. Cornelio Cethego, M. Bæbio Tamphilo.	569	
3924	f PTOL. PHILOMETOR, an. 25.	570 2 Mac. 10. 595	
	Onia, Iasone, Menelao, Lysimacho, Juda & Jonatha Machabæis Pontificibus.		
	Seleuco Philopatore, Ant. Epiphane, Antiocho Eupatore, Demet. Sotere. Syriæ regi.		
	Philippo, deinde Perseo, an. 10. vltimus Macedoniæ regibus.		

An. ante christi natum.	Anni vrbis condit.		Anni mundi.
199.		*Pharnace, denique Mithridate 2. an. 32. Parthorum regibus.*	3939.
		Romæ Coss.	
	570	*A. Postumio Albino, C. Calpurnio Pisone, eóque mortuo, Q. Fulnio Flacco.*	
	571	*L. Manlio Acidino, Q. Fulnio Flacco.*	
	572	*M. Iunio Bruto, A. Manlio Vulsone.*	
	573	*C. Claudio Pulchro, T. Sempronio Gracchо.*	
	574	*Cn. Cornelio Scipione Hispalo, Q. Petilino Spurino, C. Valerio Læuino in eius demortui locum suffecto.*	
	575	*P. Mucio Scævola, M. Æmilio Lepidio 2.*	3964

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

anno à L. Æmilio Paulo, apud Pidnam confectum.

Tum enim Rex ab amicis desertus, postea apud templum Samothracum à Gn. Octauio classis præfecto captus est, & in triumphum seruatus.

Macedonia sic in populi Romani prouinciam vertitur.

Palma bis enata in Capitolio, bello Persei victoriam triumphósque portendit. *Plin.lib.17.Zonaras.*

Paulus Æmilius totam Græciam circumiuit. Græcos & Macedonas liberos esse iussit, habentes vrbes easdem, agrósque, vtentes Legibus suis, creantes magistratus, tributum dimidium eius, quod pependissent regibus, populo Romano pendentes. Leges Macedoniæ dans, vt non hostibus victis, sed sociis bene meritis dare videretur.

Triumphat per triduum. Primo enim die signa tabulæque, secundo arma pecuniæque, tertio captiui ipséque rex ante eius currum cum Alexandro & Philippo filiis transuecti.

Tanta vis pecuniæ à Paulo illata est, vt ciues vsque ad Hirtium & Pansam Coss. tributum nullum contulerint. *Plutarc.in Paulo.*

Cuius tanta abstinentia fuit, vt cum ex Macedonia & Hispania maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum eius redactum sit, vnde Dos vxori eius redderetur. *Epit. Liuij 46.*

Perseus rex cum Alexandro filio Albam in custodiam ducitur Gentius autem Illyriorum rex, de quo, L. Anitius Gallus eodem tempore triumphauit, cum coniuge & liberis Spoletum.

Cæteri captiui in carcerem coniecti. *Appianus in Illyrica.*

Illyrium in prouinciæ formam redactum. *Iornandes.*

In Annalibus inuenimus P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss. Cassini puerum factum ex virgine sub parentibus. *Gell. lib.9.c.4.Plin li.7.*

[Idem accidit in Ambianis nostris etiam temporibus regnante Henrico 2. Christianiss. Franciæ Rege.]

Bienuio post obiit Ennius, Q. Marcio Philippo, Gn. Seruilio Cæpione Coss. *Cic. in Bruto. & in Catone.*

Statius Cæcilius Comædiarum scriptor, natione Gallus, anno post mortem Ennij iuxta Ianiculũ sepelitur.

M. Marcello, C. Sulpitio Coss. (de quibus in Titulo Andriæ Terentianæ) Eumenes rex Romam venit, qui quia in Persei bello se medium egerat, ne aut hostis iudicatus videretur, si excluſus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur, lex lata, ne cui regi Romam venire liceret. *Epit. Liuij 46.*

Ex hoc loco historia Liuiana tota desideratur. Itaque recurrendum ad Flori Epitomam.

Gn Octauio & Manlio Torquato Coss. pestilentia famẽque ita laboratum, vt ex Sibillinis populos circa compita sacelláque operaturus sederit. *obsequens.*

Hic est Gn. Octauius qui nouus homo primus in eam familiam postea viris fortissimis refertam attulit consulatum, statuam habuit in rostris, do-

Anni mundi.		Anni vrbis condit.	An. ante Christũ natum.
3924			199
	Sp. Postumio Albino, Q. Mucio Scæuola.	576	
	L. Postumio Albino, M. Popillio Lænate.	577	
		578	
	C. Popillio Lænate, P. Ælio Ligure.		
	Bellum Macedonicum secundum.		
	P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino.	579	
	A. Hostilio Mancino, A. Atilio Serrano.	580	
	Q. Marcio Philippo 2. Cn. Seruilio Cæpione.	581	
	L. Æmilio Paulo 2. C. Licinio Crasso.	582	
3948			

mum

An. ante Christũ natum.	Anni vrbis condit.		Anni Mundi.
199			3939
	583	*Q. Ælio Pæto, M. Iunio Penno.*	
	584	*M. Claud. Marcello, C. Sulpitio Gallo.*	
	585	*Cn. Octauio, T. Manlio Torquato.*	
	586	*A. Manlio Torquato, Q. Cæcilio Longo.*	
	587	*T. Sempronio Gracco, M. Iuuentio Thalna.*	
	588	*P. Cornelio Scipione Nasica Corculo, C. Marcio Figulo.*	
	589	*M. Valerio Messala, C. Fannio Strabone.*	
			3964

mum in palatio præclaram quæ vulgo viseretur ædificauit. *Cic.1.Off.& 9.Philip.*

Legatus in Syria ad animos regum perspiciendos, liberorúmque populorum, maximéque vt nepotem Antiochi Magni classem habere, elephantos alere prohiberet, per Lysiam tutorem Antiochi pueri in gymnasio occisus est. *Obsequens*, vel à Leptine, Lysia eum postea sepeliente. *Appianus in Syriaca.*

Huc vsque paruerunt Valerij Messalæ horologio, è Sicilia Catina capta deportato, annis vndecentum donec Q. Marcius censor diligentius ordinatum iuxtà posuit. *Plin.lib.7.* cum alterum à climate Sicilię descriptum ad horas Romæ non cõueniret. *Censorinus.*

Signum etiam concordiæ fecit, ídque in publico collocauit. *Cic.pro Domo.*

Eodem censore primus in Italia Carbunculus væniit. *Plin.lib.26.*

Cæcilius, Accius, & eorum obtrectator Lucilius poëtæ, *Gell.lib.17.c.vlt.*

C. Fannio, Valerio Messala Coss. M. Pomponio prętori commissum, vt curaret, si è rep. fidéque sua videretur, ne Rhetores & Philosophi Romæ essent. *Gell.lib.15.Suetonius. de claris Rhethoribus.*

Lex Faunia lata de sumptibus conuiuiorum, de qua Gell. lib.2.Macr. lib.3. Athen.lib.6.

Post vndecim annos bellum tertium Punicum *Plin. lib.10. cap.5.* per quos cum Luguribus, Corsis, Lusitanis vario euentu pugnatum. *Epit.Liuij 46.*

Terentinus Carthaginensis, quem Afranius omnibus Comicis præfert, cum tamen ei Volcatius inter Comicos non nisi sextum locum tribuat postponátque Cæcilio, Plauto, Nævio, Licinio, Artilio, Mortuus Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio Coss. Vrbis 591.

Scipio Nasica censor tum primus aqua diuisit horas æque noctium ac dierum, ídque horologium sub tecto dicauit. Tandiu populi Rom. lux indiscreta fuit. *Plin.lib.7.cap.60.*

Antea autem diem diuidebant vespera, conticinio, intempesto, Gallicinio, Lucifero, die, mane ortu, occasu, meridie, crepusculo, crepero, *Seruius. Censorin.de die Natali,cap.19.*

Porticus in Capitolio fecit. *Velleius.*

Sequentibus Coss. tandem bellum Ligusticum, octogesimum post annum confectum à Fuluio Procons. vtiis qui publicè iter facerent, via ad stadia. 12. lata pateret. Nam antea Ligures iter in Hispaniam impediebant, ac terra marique latrocinia latissimè exercebant. Post autem paulò alio bello in prouinciam redacti sunt. *Florus & Strabo lib.4.* nẽpe à Q. Opimio Cos. nam in post erum videntur quieuisse.

Auri in ærario Pop. Rom. septem an. ante bellum tertium Punicum pondo 727. argenti nonaginta duo millia, & extra numerum 375. millia. *Plin.li.33.*

P. Scipione M. Marcello Coss. Carneades & Stoicus Diogenes ad Senatum publici negotij causa venerũt, *Cic.in Lucullo.* Critolaum Peripateticũ addunt alij.

Ante ætatem Lælij & Scipionis nulli apud Romanos nominantur sapientes, cum Dioge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.		Anni Vrbis conditæ	An. ante Christianum.
nes Stoicus & Carneades academicus Romam legati ab Athenienſibus miſſi ſunt. *Idem 4 Tuſcul.*	3924	*L. Anicio Gallo, M. Cornelio Cetheg.*	159	159
Sero ergo admodum, nec niſi ſub Vrbis.600. Roma literas & diſciplinas ſiue ſapientiam attigit.				
Scipio hic Naſica Coſ. Dalmatas domuit, *Epit. 46.* & Illyrios, vrbibus captis & captiuis venditis. *Zonaras.*		*Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio Nobiliore.*	595½	
g EVERGETES filiis & ciuibus Alexandrinis interfectis omnia luctu complet.				
Quis tum Romanæ Reipub. ſtatus eſſet, egregiè deſcribitur. *Machab. 8.*				
L. Cæcilio Metello, T. Q. Flaminio Coſſ. Carthago iuſſu ſenatus reparata eſt, 22. annis poſt euerſionem & ciuium Romanorum familiis repleta *Oroſ. lib. 6. cap. 11.* Vnde & deinceps illic Latinè locuti ſunt, donec ſub annum Chriſti. 700. à Saracenis & Arabibus caperetur.		*M. Æmilio Lepido, C. Popillio Lænate.*	592	
Daphnis Grammaticus ſeruus tribus millibus & ſeptingentis ſeſtertiis venditur à Gn. Piſaurenſe.		*Sex. Iulio Cæſare, L. Aurelio Oreſte.*	593	
Pacuuius Brondusius Ennij ex filia nepos tragicus, Ariſtarchus grammaticus (alter ab Homerico) huius regis præceptor.		*L. Cornelio Lentulo Lupo, C. Marcio Figulo 2.*	594	
Hipparchus Aſtrologus & Mathem. annis.165 Ptolomæo antiquior. Ptol. *Septima Almageſti.*		*P. Corn. Scipione Naſica. M. Claudio Marcello 2.*	595	
Veterum Aſtronomiam, poſt Eratoſthenem, quę videre ipſe potuit, correxit, & eius adyta multa reſeranit, excogitatis multis inſtrumentis.				
Hic primum apud probatos hiſtoricos abhorrentes à Germanorum fabulis Bituitum reperio Aruernorum Reg qui anno vrbis. 627. à Domitio & Fabio Victus triumphatúſque fuit.				
Aruernorum enim principatus primus quondam Gallis fuit (*Cæſar lib. 1. bell. Gall.*) V de & eum extendit Strabo (*lib 4.*) ad Narbonenſium Maſſilienſiúmque fines, Pyrenęos montes, Oceanum & Rhenum. Id oſtendunt Bituiti eorum regis cruenta duo prælia, de quibus ibidem Strabo & Liuius lib. 61 Alterum contra Domitium ad Sulgæ & Rhodani, alterum contra Fabium ad Tiſaræ confluentem. Poſtea exactis Aruernorum regibus ciuitas & Reſp. libera ad Cæſaris tempora permanſit, & Plinij adhuc ætate inter liberas Celtarum ciuitates conſtituitur. Quam omnium temporum gloriam & dignitatem ſupra vniuerſam Galliam retinuiſſe ad ſexcenteſimum Chriſti annum Gregorij Turonenſis & Sidonij Apollinaris ſcripta demonſtrant.	3948	7. g PTOL. Euergetes ſecundus an. 20.	596 Mar. 11 616	134 114
ROMANA *Euergete. 2. Rege ab Vrbis 596 ad 616.*	3968	*Ionatha pontif. Iudæorum.*		
Galli Inalpini & Luſitani Romanos per arma vexant. *obſequens.*				
Theatra à Meſſala & Caſſio Cenſoribus excogitata ſunt. *Valer. de Inſtitutis*, in quibus populus Romanus ſedens ſpectaret ludos. *Auguſt. lib. 1. de Ciuit.*				
Lapideum autem conſtruxerunt (*Oroſius*) à Lupercali in palatium verſus, quod P. Naſica auctore tanquam inutile & nociturum publicis moribus ex S. C. deſtructum eſt, populúſque aliquandiu ſtans ludos ſpectauit. *Epit. Liuij 48. App. libro 1.*	3984	*Alexandro, Demetrio, Antiocho Sedete & iterum Demetrio per ordinem Syriæ regibus.*		

An. ante Chriſti natum.	Anni Vrbis conditæ.		Anni mundi.
199		*Mithridate. 2. Parthorum rege quinto.*	3948
		Romæ Coſſ.	
	596	*L. Poſtumio Albino, Q. Opimio.*	
	597	*Q. Fuluio Nobiliore, T. Annio Luſco* (Epit. Liuij 47)	
		Celtibericum, & Luſitanicum.	
	598	*M. Claudio Marcello, L. Valerio Flacco.*	
	599	*L. Licinio Lucullo, A. poſtumio Albino.*	3968

Velleius lib. 1.

Palma tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſalæ & C. Caſſij luſtro, à quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo tradidit. *Plin. lib. 17.*

Bellum Celtibericum per annos. 20. geſtum, Numantiæ excidio per P. Africanum minorem finitur, *Strabo. lib. 3.*

Nam cum illis bellum gerebatur vter eſſet, non vter imperaret. *Cic. 1. Offic.*

Hoc anno quingenteſimo nonageſimo ſeptimo V. C. Conſules Cal. Ian. inire cœperunt, cùm 528. ad hunc vſque Idibus Martiis iniiſſent, propter ſubitum Celtiberiæ motum. *Epitom. 47.* Quæ noſtra eſt & Liuiana ſupputatio, cum alij Q. Fuluij & T. Annij Conſulatum conferant in V. ſexcenteſimum.

[Hæ notæ. V. C. ſeguntur Vrbis conditæ. & V. Vrbis]

Hic dies deinde ſolennis, ineundo conſulatui Rep. ſtante in perpetuum manſit.

Luſitanicum, quod Viriatus auxit. Vnde Viriatinum poſt appellatum per annos quatuordecim geſtum, cæde Viriati per Q. Seruilium Cæpionem proditoriè procurata terminatur.

Eius cauſa extitit S. Galba prætor ob. 30. Luſitanorum millia per perfidiam trucidata. *Suet. in Galba. Val. c. de Perfidia.*

598 V. C. turbinis vim in campo columna ante Iouis ędem decuſſa cum ſigno aureo, reſponderunt aruſpices magiſtratuum & Sacerdotum interitum fore, Tum omnes magiſtratus ſe protinus abdicarunt. *obſequens.*

Abinus qui cum Lucullo Conſul fuit, Græcè ſcripſit hiſtoriam. *Cic in Bruto.*

M. Marcellus pacatis Celtiberiæ populis & tributo eis impoſito. 600. talentùm, Cordubam oppidum condidit. *Strabo lib. 3.*

L. Lucullus Conſul ſucceſſor Vaccæos, Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes ſubegit.

Initio belli. 3. Punici, poſt mortem Ennij vigeſimo, Pruſias rex Bithiniæ à Nicomede filio, adiuuante Attalo Rege Pergami, occiſus eſt.

Ad quos conciliandos, cum legati Romani iuiſſent, quorũ vnus caput multis cicatricibus refertum haberet, alter pedicibus æger eſſet, tertius ingenio ſocors, Cato dixit illam legationem nec caput, nec cor, nec pedes habere. *Appia. Epit. 50.*

TERTIVM BELLVM PVNICVM anno V. 602 nempe annis plus minus. 50. poſt finitum ſecundũ. Durauit an. 4. *Oroſ. lib. 4. c. 21 & 22.*

Tunc Romanus *Seruus iam Græcis admouit acumina chartis.*

Et poſt punica bella quietus, quærere cœpit,
Quid Sophocles, & Theſpis & Æſchylus vtile ferrent,

&c. Horat. epiſt. 1. Sic Sero admodum diſciplinas & litteras Græcas Romani attigerunt.

Hoc bello exciſa eſt Carthago penitus, cum ſtetiſſet annis ſeptingentis; & ita vniuerſæ excelluiſſet Africæ, vt etiam in Siciliam cæteráſque adiacentes inſulas & in Hiſpaniam regni terminos tetendiſſet. *Oroſ. Præf. lib. 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per decem & septem dies arsit. *Idem.*

Inde Romanum imperium augeri plurimum cœpit per sequentes annos centum vsque ad Cæsarem.

Ita per annos 150 aut bellum inter Romanos & Carthaginenses, aut belli præparatio & infida pax fuit. *Velleius lib. 1.*

Asdrubal à Carthaginensibus in hoc bello contra Rom. præficitur. Qui non ferrea solùm & ænea arma, sed etiam desinente alia materia, aurea atque argentea faciunt.

Scipio à Romanis contra Pænos, qui Pauli Æmylij quidem fuit filius, sed adoptatus fuerat à L. Cornelio Scipione Africani maioris filio. Vnde & ipse Africanus minor Æmilianus appellatus est.

Crudelis fuit, vt è bello etiam Numantino, quod confecit, liquet. Vnde & in Carthaginenses atque adeo saxa eorum, barbarè fæuiit, fugitiuos bestiis dilaniandos obiecit, &c.

Africam prouinciam constituit: vt quotannis prætor eo mitteretur Senatus decreto. Ei tributum imposuit.

In triumpho Argenti quatuor millia quadringenta & septuaginta millia pondo præ se tulit. *Plin. lib. 33.*

Bellum Macedonicum tertium mox exoritur cũ Andrisco, qui Philippi nomine se perſei regis Maced. filium mentiebatur, & totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occuparat, Thracibus sibi adiunctis.

Tandem à Byze regulo Thrace Pseudophilippus proditus pœnas dedit. Nam à Q. Cæcilio Metello (qui proinde Macedonicus) victus captúsque est recepta Macedonia. *Epito. 49. Velleius lib. 1. Eutrop.*

Cato maior Vrbis 605. obiit. *lib. 19. c. 1.*

Cum septem annis postquam Galli vrbem cepissent, Romani deducere colonias incæpissent, per totam Italiam intra annos. 60. vsque ad Aquileiam & Graniscum, nunc primum extra Italiam Carthaginem in Africa primam coloniam, deinde Narbonem in Gallia, &c. condunt. *Velleius lib. 1.*

M. Portio Catone, Q. Mario Coss. Narbonem Colonia deducta est, quo anno de Dalmatia triumphatum.

Bellum Achaicum ob legatos Corinthi, Critolao Achæorum duce dubium an manu, oratione certè violatos, *Flor. Epit. 51.* confectum à L. Mummio, qui proinde Achaicus. *Plutarch. in Mario, Velleius.*

Achaiáque in deditionem accepta Corinthũ vbi legati violati fuerant, item Thebas & Calcidem, quæ auxilio fuerant diruit.

Achæorum duces Critolaus, eo mortuo Dicus & Alcamenes. Hic Corinthij cum Ætolis consPitantes exitium sibi pepererunt. Hinc æris Corinthij origo, cum incensa Corintho varia metalla liquefacta confluerent. *Iust. lib. 34. Florus.*

Græciæ tributum constitutum. Concilia eius sublata. Decretum vt quotannis eo prætor mitteretur, qui non Græciæ, sed Achaiæ præfectus appellatus est.

Anni mundi		Anni vrbis condit.	An. ante Christum.
3948			127.
	T. Quinctio Flaminio, M. Acilio Manio.	600	
	Tertium Punicum.		
	L. Marcio Censorino, M. Manilio.	601	
	Sp. Postumio Albinio Magno, L. Pisone Cæsonino.	602	
	P. Africano Minore Æmiliano, C. Liuio Druso.	603	
	Bellum Achaicum.		
	Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio.	604	
	Q. Fabio Æmiliano Maximo, L. Hostilio Mancino.	605	
	Ser. Sulpicio Galba, L. Aurelio Cotta.	606	
3968			

An. ante Chr.	Anni vrbis condit.		Anni mundi	
	607	*Appio Claudio Pulchro, Q. Cæcilio Metello.*	3948	Hoc etiam bello Epirotæ cum Achiuis, Thessalis & Macedonibus in prouinciæ formam redacti. *Iornandes, Ruffus.*
107.	608	*L. Cæcilio Metello, Q. Fabio Maximo Seruliano.*		Viriatus ex pastore venator, ex venatore latro, mox quoque iusti exercitus dux factus vniuersam Lusitaniam occupauit. Multis præliis Romanos exercitus fudit, ducibus Vetilio, C. Plaucio, Cl. Vnimano, Nigidio, &c. *Oros.*
	609	*Cn. Seruilio Cæpione, Q. Pompeio Ausidio, siue Aulo.*		Per annos. 14. suorum libertatem contra Rom. defendit. *Florus.* Sublatus à Q. Cæpione Cos. Nam legatos ad se missos pecunia corrupit, vt eum occiderent. Quæ victoria, quia empta erat, à Senatu probata non est. *Plin. de Viris Illustrib.*
	610	*Q. Seruilio Cæpione, C. Lælio Sapiente.*		Scipio minor cum L. Metello Macedonico & Sp. Mummio in Ægyptum, Syriam, Asiam, Græciámque ad regum ciuitatum & gentium animos perspiciendos missus est. Quam legationem Panætio præceptore comite obiit. *Cic. in Lucullo.*
	611	*Cn. Pisone, M. Popilio Lænate Capitolino.*		Polybius Megalopolites consiliarius & præceptor Scipionis huius, Romanam historiam 40. libris complectitur à fuga Cleomenis & Philippi Persei filij. Successioni Macedonum Romana atterens, & à primo bello punico historiam Achæorum & Romanorum tractans.
	612	*P. Scipione Nasica Corculo, D. Iunio Bruto Gallæco.*		Alter Pseudophilippus in Macedonia à L. Trebellio quæstore cum exercitu cæsus est. *Epitom. 53.*
	613	M. Æmilio Lepido, C. Hostilio Mancino.		Consulem anni. 611. non Cn. Pisonem, sed L. Calphurnium Valerius lib. 1. nominat, quo tempore C. Cornelius Hispalus prætor peregrinus Chaldæos citra decimum diem abire ex Vrbe atque Italia iussit.
	614	*P. Furio Philo, Sex. Atilio Serrano.*		Viriato interfecto, vlteriore Hispania pacata, bellum tamen in Celtiberia non omnino sublatum est. Nam cum Numantinis renouatum est, cum quibus pacem fecerat Q. Pompeius, sed sine iussu Senatus. Sic postea C. Mancinus, qui ab eis castris fuerat exutus, 30. Romanorum millibus cæsis, quem proinde L. Furius vinctum, nudúmque eis reddidit. *Cic. Off. 3. Epit. 56.*
	615	*S. Fulvio Flacco, C. Calpurnio Pisone.*		
		Bellum Seruile prius.		
	616	*P. Africano minore, C. Fulvio Flacco.*		Bellum Numantinum siue Hispanicum paulò pòst à Scipione minore magna crudelitate perfectum.
				D. Brutum & P. Scipionem Naficam Coss. C. Curatius Tribunus pl. in vincula coniecit, quòp ante factum non erat. *Cic. 3. de Leg.* quia Tribuni pl. non impetrarant, vt sibi denos, quos vellent, milites eximere liceret à supplicio.
		8	3967	D. Brutus Proc. latrones palantes atque dispersos exemplo Viriati, captis eorum oppidis oppressos exemplo Viriati, captis eorum oppidis oppressit. Primus Romanorum Lethen, Fluuium deinde Bætin victor traiecit. Lusitaniam vrbium expugnationibus vsque ad Oceanum & Gades perdomuit. *Epit. 55. & 56.*
		c PTOL. physcon. an. 17.	3984	Ful. Flaccus Consul Vardæos in Illyrico (quod cum Perse victum ad hæc tempora pacatum fuerat) subegit. *Epit. 56.*
		Simone Pontifice, deinde Jo. Hyrcano.		M. Cosconius prætor in Thraica cum Scordiscis prosperè pugnauit. *Ibid.*
			3968	Bellum in Sicilia ortum ab anno seruo natione Syro, qui contracta agrestium seruorum manu & solutis ergastulis iusti exercitus numerum impleuit. Cleo quoque alter seruus ad 70 millia ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uorum contraxit, & copiis iunctis contra Rom. bellum sepe gesserunt. *Epit.57.*

Tandem Perpenna imperatore supplicium de eis sumptum.

h In exilium tandem agitur. A ventris abdomine Physcon cognominatus est.

Attalus regnum Asiæ minoris ab Eumene patruo susceptum cẽdibus & venenis fœdat. Testamento imperium Asiæ Pop. Romano reliquit, quod tamen fuisse suppositititium & simulatum ttadit in epistola Mithridates apud Salustium.

Hinc bella Aristonici cum Romanis & regibus Nicomede Bithyniæ, Mithridate Ponti & Armeniæ, Ariarathe Cappadociæ, Philomene Paphlagoniæ, anno ab vrbe 622. *Orosius libro tertio capite octauo.*

Aristonicus Eumenis nothus regnum inuasit, & P. Crassum Cos. interemit. Regno potitur donec à Perpenna consule in Romanorum potestatem reductus est. *Florus in Epit. lib. 59.* & iussu Senatus in carcere strangulatus.

Sic Asia Romanorum facta, cum opibus suis vitia quoque in vrbem transmisit. *Plin. lib. 33.*

Antea quidem L. Scipio Africani frater eam ereptam Antiocho, sed beneficio S. P. Q. R. mox ad hoc tempus ab Attalis possessa fuit regibus *Velleius.*

Eius belli occasione Lydia sedes antiqua regnorum, Caria, Ionia, Mysia, Hellespontus ac Phrygiæ pars in populi Rom. potestatem deditione venit. *Ruffus, & Iornandes.*

Phrygiæ reliqua Mithridati patri regi Pontico, Lycaonia & Cilicia Ariarathis Capadociæ regis filiis data. *Iust. lib. 37.*

Iason Cyreneus quinque libros scribit de rebus Machab. quorum Epitome est noster secundus. 2 *Mach. 2.*

Laudoria regina Parthos debellat.

Romana *Rege physcone ab Vrbis 617 ad 635.*

Tib. Gracchus Trib. Pleb. legem Agrariam tulit ne quis plus. 500. agri iugera haberet, item vt Attali paulo antè mortui hæreditas & pecunia populo diuideretur. *Epit. 58.*

A Scipione Nasica in Capitolio occisus & à Lucretio ædili in Tiberim missus, (qui proinde Vispillo dictus est) primus fuit, qui tumultu intestino periit. Nam ab initio regni Romuli, vsque ad an. 620. nullæ in vrbe factæ sunt ciuium mutuæ cædes. *Halic. lib. 3.*

Lex hęc Agraria seminarium fuit omnium ciuilium bellorum in annos propè. 50. vsque ad Syllam, deinde in alios. 50. vsque ad Cæsarem. *App. de Bellis Ciuilibus.*

Bellum Seruile in Sicilia ortum multas infecit prouincias & vrbes, Atticam, Delon, Minturnas Sinuessam, &c. *Oros. lib. 5. cap. 7.*

In Italia multa millia seruorum, quæ coniurauerant, ægrè comprehensa & supplicio consumpta. *Obsequens.*

Tum Scipio prorogato imperio in Hispania Numantiam belli eius caput secundo anno excindit. *Idem.* Cæteras, quæ defecerant, partim vi, partim deditione in suam potestatem redegit:

Anni mundi.	Demetrio, Ant. Gryppo & Ant. Cyziceno Syriæ regibus.	Anni vrbis cõditæ.	An. ante Christũ natum
3968			107
	Mithridate 2. inde Phraarte 2. an. 28 rege Parthorum.		
	Romæ Coss.		
	P. Mutio Scæuola, L. Calpurnio Pisone Frugi.	617	
	P. Popillio Lænate, P. Rupilio.	618	
	P. Licinio Crasso Muciano, L. Valerio Flacco.	619	
	Bell. Aristonici Asiaticum.		
	C. Claudio, M. Perpenna.	620	
	C. Sempronio Tuditano, M. Aquilio.	621	
	Cn. Octauio, T. Annio Rufo.	622	
	L. Cæsio Longino. L. Cinna.	623	
	M. Æmilio Lepido, L. Aurelio Oreste.	624	
3984			

An. ante Christũ natum.	Anni vrbis cõditæ.		Annis mundi.	De his triumphum egit, 14. annos, postquam prior rem de Africa & Asdrubale egerat. *Eutrop. Oros.*
			3968	P. Rupilius ex publicano factus consul, postea 10. legatorum sententia leges Siculis, quos bello prędonum & fugitiuorum liberauerat, conscripsit. *Pædianus in 4. Verrina.*
107	625.	M. Plautio Hypsęo, M. Fulvio Flacco.		Crasso Consuli contra Aristonicum affuit Nicomedes Bithyniæ, Mithridates Ponti, Ariarathes Cappadociæ, Pylemenes Paphlagoniæ reges. Nec desiit vinci & interfici. *Val. lib. 8. cap. 6. Gell. libro primo cap. 13.*
		Bellum Allobrogicum.		Vbi eum ditissimum, nobilissimum, eloquentissimum, Iurisconsl. Pontificem Max. fuisse tradit.
	626	C. Cassio Longino, C. Sextio Domitio Caluino.		Sol geminatus est, Tuditano & Aquilio Coss. quo quidem anno P. Africanus Sol alter extinctus est. *Cic. de nat. Deor.*
				Tum seditiones à Triumuiris Fulvio Flacco, C. Graccho, & C. Carbone de agro diuidundo creatis excitatæ. Defuncto Africano triumuirales seditiones acriùs exarserunt, *Epit. 59.*
	627	Q. Cæcilio Metello, T. Quinctio Flaminio.		Angues duo nigri in cella Mineruæ allapsi ciuilem cædem portenderunt. *Obsequens.*
				Aristonicum bellum confecit M. Perpenna, qui consul fuit priusquam ciuis. *Valerius de iis qui humili loco nati clari euaserunt.* Regem enim Aristonicum cepit, & Crassianæ stragis punitor exitit, Attalicasque Gazas hæreditarias populi Romani, nauibus impositas Romam deportauit. *Iustin.*
	628	Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Fannio.		Aquilius Asiatici belli reliquias confecit, mixtis veneno fontibus, ad deditionem quarundam vrbium, quæ res vt maturam, ita infamem contulit victoriam. *Florus.*
				Tuditanus domuit Iapudas in Istria, ab Aquileia ad Titum flumen. *Appian. Alin. lib. 3.*
	629	L. Opimio, Q. Fabio Maximo.		M. Plautio, M. Fulvio Coss locustarum ingenti agmine à vento in mare deiecto, fluctibúsque eiecto odore intolerabili Cyrenis mortifero hominum 800. millia peste consumpta sunt. *Obsequens.*
	630	P. Manlio, C. Papirio Corbone.		Bellum Fregellanum, quod confecit L. Opimius Prætor Fregellis captis & excisis. Quo pacto victus est cæteros quoque Latini nominis socios malè animatos repressisse. Coniurandi causam fortasse attulit M. Fulvius Cos. qui Italicos populos primus in spem Romanæ ciuitatis erexit. *Appian. Ci. 2. Agrar. Velleius.*
	631	L. Cæcilio. L. Aurelio Cotta.		Prima trans Alpes arma Romanorum senserunt Saluij, cùm de incursionibus eorum Massilia quereretur. Allobroges deinde & Aruerni, cùm aduersus eos similis Æduorum querelæ opem & auxilium ipsorum flagitarent. *Florus.*
				Gallorum regiones, præcipuè Italicis confines primo tentatæ per Fuluium Cos. quassaræ per Sextium, ad vltimum per Fabium Max. domitæ. *Marcell. lib. 15.*
	632	M. Catone, Q. Marcio Rege.		C. Sextius victa Saluiorum Gallorum gente, Coloniam Aquas Sextias condidit: ob aquarum copiam à calidis & frigidis fontibus atque à nomine suo ita appellatas, *Epit. 61.* non longè à Massilia, *Strabo lib. 4.*
			3984	Aduersus Baleares à Q. Metello Cos. res prosperè geritur, qui proinde Balearici cognomentum retulit. *Epit. 90. Florus.* Piraticis infestationibus, quæ ab iisdem tunc exercebantur, plurima incolarum cæde

Universidad de Deusto
Biblioteca

compressis. *Orosius.*

Domitius Ahenobarbus cum Aruernis & Allobrogibus rem fœliciter gerit, *Sueton. in Nerone, Velleius,* maximè quia Elephantorum noua forma equos hostium, hostésque terruit. *Oros.*

Et Fabius Max. succedens Bituiti Aruernorum regis infinitam multitudinem ad millia centum viginti iuxta Rhodanum fluuium interfecit, & Allobrogici cognomen ex victoria sibi peperit. Ruthenos addit Cæsar lib. 1. Gall. Bituitus in Triumphum reseruatus & Albam custodiæ causa relegatus. Ita bellum Allobrogicum à M. Fuluio cœptum, à Q. Fabio Max. perfectum est.

Hoc bello Narbonensis Gallia in prouinciam redacta est, quotannis, Prætoribus in eam missis, iure & legibus commutatis. *Critognatus Aruernus in sua Oratione apud Cæsarem, lib. 7.*

Seditio C. Gracchi Tribunitii, in qua Gracchus ipse cum Fuluio Flacco consulari occisus est, quòd Agrarios concitaret. Flacci domus euersa & publicata est, in qua porticum post Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. *Cic. pro domo.*

L. Cæcilius Metellus Diadematus à Plut. de Fortuna Romanorum dictus, quòd vlceris causa diu frontem Diademate obligauerit: à Dalmatis victis Dalmaticus appellatur. Ædem Castoris de manubiis extruxit. *Pædianus in Verr.*

Q. Marcius Sarnos Gallos Alpinos expugnauit, *Epit. 62.* sibi regem statuentes, qui occisis coniugibus ac liberis in flammas se proiecerunt. *Oros.*

Nullus vel paruulus superfuit, qui non mallet mori, quàm seruire. Colonia Narbonem Marcium deducta ab ipso conditore appellata.

P. Rutilius primus gladiatoribus leges dimicandi tradit.

i PHYCONE in exilium acto Cleopatra mater regnum inuadit, matrem thoro expellit, duas filias viduas alterno fratrum matrimonio facit. Alexandro alteri filio eripere regnum machinatur, donec ab eo occupata interficitur.

Alexander à populo in exilium actus, regni Cyrenarum, quod ei pater testamento reliquerat, hærede populi Romani instituto decedit. Ptolemæus autem Physcon reuocatur. Cui mortuo mox succedit Lathyrus.

Scythæ Medos & Parthos grauissimè infestant.

Thraces à Romanis vincuntur.

Numulisintis filia Diogitidis Thraciæ regis crudelitate nobilis.

[Crudelitas illius hæc est quòd maritũ mœchum necarit, & liberos quos ex illo susceperat, in membra discepsit, Zelotypię furore acta]

Cimbri victo Carbone Cos. arma aduersus Gallos eos, qui imperio Rom. non erant subiecti. atque inde aduersus Hispanos transferunt. Galli in oppida compulsi ac inopia subacti, eorum corporibus qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam tolerauerunt, neque se hostibus tradiderunt. Itaque Cimbri depopulata Gallia magnáque illata calamitate, tandem illorum finibus excesserunt atque alias terras petierunt. *Critognatus Aruernus apud Cæsarem, lib. 7.*

Cimbri exclusi ex Gallia & Hispania in Italiam remigrarunt petentes, vt populus Romanus alii

An. ante Christũ natum.	*Anni Mundi*		*Anni vrbis condita.*
107	3983		
		L. Cæcilio, Q. Mutio Scæuola.	633
		C. Licinio Geta, Q. Maximo Eburno.	634
	3983	i PTOL. Alexander cum matre Cleopatra, an. 10.	
	3993	*Joanne Hyrcano Pontifice.*	635
	3993	*Antiocho Grippo & Ant. Cyziceno Syriæ reg.*	

quid

An. ante Christũ natum.	*Anni vrbis condita*		*Anni mundi.*
107		*Phraarte 2. Parthorum rege sexto, deinde Artabano, an. 1.*	3983
		Romæ Coss.	
	635	*M. Metello, M. Æmilio Scauro.*	
	636	*M. Manio Acilio Balbo, C. Portio Catone.*	
		Bellum Thracicum.	
	637	*C. Cæcilio Metello Caprario, Cn. Papirio Carbone.*	
		Bellum Cimbricum.	
	638	*M. Liuio Druso, L. Pisone.*	
	639	*P. Scipione Nasica, Calphurnio Bestia.*	
			3993

quid sibi terræ daret quasi stipendium. Cæterum vt vellet, manibus atque armis suis vteretur. Repulsi, quod precibus nequiuerant, armis petere constituunt. *Florus.*

Hinc bellum Cimbricum, quod diu prauè & infœliciter à Romanis gestum est.

Micipsa Numidarum rex moriens filios reliquit Adherbalem, Hiempsalem & Iugurtham, quem adoptarat. *Salust.*

Romana rege Ptolemæo Alexandro ab Vrbe 635. ad 646.

M. Æmylius Scaurus nobilis pauper, Consul de sumptibus & libertinorum suffragiis legem tulit.

Deductus ex Pado vsque in Parmensium agrum fossis, nauigationibus commodis paludes ipsas exicauit è campis.

Per Pisas & Lunam vsque Sababos viam strauit Æmiliam, & hinc per Derthonem. *Strabo 5.* de Liguribus triumphauit, *Pl. de Viris Illust.*

Pontem Æmylium fecit. *Pl. de Viris Illustr.*

Eo & Metello Coss Censores Romæ artem ludicram præter cantores & ludum talarium remouent.

Thracicum bellum etsi cœptum sit à M. Cosconio prætore viginti antè annis, tamen à Catonis Consulatu initium eius ducunt historici, quòd res antea à prætoribus gesta sit, hic autem primus Consul eo missus sit, vt ante excitatum, nunc demum grauius factum videatur.

Non fusus modo à Scordiscis, sed (simile prodigio) omnino totus interceptus est exercitus, quem dixerat Cato. At Didius vagantes Thracas repressit. *Florus, Ruffus.*

Drusus vlterius egit, & vetuit transire Danubium. *Idem.*

M. Minucius eos etiam in Hebro flumine glacie vastauit *Rufus.*

Quibus victoriis fracti per multos pòst annos videntur quieuisse.

Acilio & Catone Coss. circa solem arcus apparuit. Item, relatum lacte & sanguine pluisse. *Plin. lib. 2.*

Duo Metelli fratres sequenti anno vno die triumphant, vnus ex Sardinia, quæ sæpius rebellauit, alter ex Thracia. *Velleius, Rufus.*

Metellus enim Catoni in Thraciam successerat.

Cimbrorum arma primùm audita sunt circa an. 640. Cęcilio Metello & Papirio Carbone Coss. *Tacit. de Moribus Germ.*

Teutonúmque, qui Alpes transgressi fœdam stragem Romanorum sociorúmque fecerunt. *Obsequens.*

Quòd ab extremis Galliæ profugi, cùm terras eorum inundasset Oceanus, nouas sedes toto orbe quærerent, *Florus. Plut. in Mario.*

Cimbri gens vaga populabundi in Illyricum venerunt, & Papirium Carbonem cum exercitu fuderunt. *Epit. 63.*

Eo autem superato videntur quieuisse vsque ad Silanum Cos. qui iterum ab iis profligatus est.

Nam hi Carbone, & Cassio, & Scauro Aurelio, & Seruilio Cæpione, M. quoque Manilio fusis, quinque simul consulares exercitus Pop. Rom. abstulerunt. *Tacitus de Germ.*

Silanum quoque fugarunt in Gallis & exercitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

exuerunt. *Velleius.*

L. Piso consularis occisus postea est à Tigurinis *Orosius.* & L. Cassius consul cum exercitu in finibus Allobrogũ. Q. Publilius legatus, ne residua exercitus portio deleretur, obsides & dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo fœdere dedit. *Oros. Cæsar. lib. 1.*

P. Scipione, L. Calpurnio Coss. bellum contra Iugurtam susceptum, Micipsæ Numidiæ regis Masinissæ filij nothum, qui Hiempsalem fratrem per insidias necarat, deinde Adherbalem alterum fratrem in oppido Cirta obsessum, contra denuntiationem Senatus occiderat.

Q. Cæpione, C. Serrano Coss. nascitur Cicero, *Ipse in Bruto, & Gell. lib. 15.* id est, Vrbis 644. iuxta alios 647. quando Seruilius Cæpio legem Seruiliam tulit, qua, cum C. Gracchus iudicia antè à Senatoribus remouisset, atque ad solos equites transtulisset, ipse inter vtrumque ordinem ea communicauit.

Cæpio Proconsul. capta Tolosa centum millia pondo auri, & argenti quinquies decies centum millia è templo Apollinis sustulit. Quod sacrilegium causa excidij ei fuit & exercitui eius. Nam quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit. *Gell. lib. 3. Iustinus. Oros.*

Quin & ipse Cæpio miserè eiectus è patria fuit & turpem mortem oppetiit, & in bonorum possessionem relicti filij inter scorta ea abligurierunt & fœde mortui sunt, vt scribit Tragenes. *Strabo lib. 4.*

Romanos quoque Cimbrici belli tumultus velut vltor sacræ pecuniæ insecutus est. *Iustinus.*

Inde enim Cimbri, Teutones, Tigurini & Ambrones Gallorum gentes iuxta Rhodanum Fl. C. Mallij & Q. Cæpionis exercitum ingenti clade consumunt. Timor tunc Romę ingens, ne iterum Galli Romam inuaderent. Nam. 80. millia Romanorum sociorúmque trucidata sunt. Calonum & lixarum. 40. millia. Decem ex omni tantùm exercitu superantib. *Oros. Epit. Liuij. 67.*

Seditio ob C. Norbani trib. pl. rogationem, qua imperium Cæpioni abrogabat. *Cic. 2. de Orat.*

Q. Cæpio prætura splendore, triumphi claritate, consulatus decore, max. Pont. sacerdotio, vt Senatus patronus diceretur, assecutus: in publicis vinculis spiritum deposuit, corpúsque eius funesti carnificij manibus laceratum, in scalis Gemoniis iacens, magno cum horrore totius fori R. conspectum est. *Valer. lib. 6. Strabo lib. 4.*

Iugurtha primum corrumpit pecunia Senatum, iterum Calpurnium Cons. Tertiò M. Minutium, dictitans Romæ omnia esse vænalia, sicque bellum traxit donec per Metellum Numidicum duobus prælijs attritus est, & per Marium captus Bocchi proditione. Tum autem Numidia in potestatem populi Romani venit. *Rufus. Sallust.*

De Iugurta Afro, duobus eius filiis & Boccho Mauritaniæ rege C. Marius triumphat. Alij triumphum conferunt in secundum eius consulatum.

Cicero tertium ætatis agebat annum, gracili erat corpore & infirmo, collo procero & tenui. Vnde eum & amici & medici hortabantur vt causas agere desisteret. *Ipse in Bruto.* Sed se exercitationibus confirmauit, ab iisque quorum causas agebat nulla dona

An. ante Christũ natum.	*Anni mundi*		*Anni Vrbis cõditæ.*
107	3983	Bellum Iugurtinum.	
		Sp. Postumio Albino, M. Minucio Rufo.	640
		Q. Metello Numidico, M. Iunio Silano.	641
		Ser. Sulpicio Galba, M. Aurelio Scauro.	642
		L. Cassio Longino, C. Mario.	643
		Q. Seruilio Cæpione, C. Atilio Serano.	644
		P. Rutilio Ruffo, Cn. Mallio (alias Manlio.)	645
		C. Mario 2. C. Flauio Fimbria.	646
	3993		

aut

An. ante Christũ natum.	*Anni Vrbis cõditæ.*		*Anni mundi.*
		10.	
87	677	k PTOL. Lathyrus,	3993
	676	an. 18.	4011
		Joan. Hircano Pontif.	
		Cyziceno, deinde Philippo vlt. Syriæ rege. denique Tigrane Armenio. an. 18.	
		Mithridate 3. an. 24. Parthorum rege.	
		Romæ Coss.	
	647	*C. Mario 3. L. Aurelio Oreste.*	
	648	*C. Mario 4. Q. Lutatio Catulo.*	
	639	*C. Mario 5. M. Aquilio.*	
	650	*C. Mario 6. Valerio Flacco.*	
		Seruile bellum 2.	4011

aut muneta accipiens, rex fori euasit. *Plut. in eius vita.*

P. Rutilius primus gladiatoribus leges dimicandi tradit. Nullius enim ante se Imperatoris exemplum sequutus, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legionibus ingenerauit. *Val. lib. 2.*

k AMATRE eiectus denuo recuperat regnum.

Vrbis 654. Ptol. Apion Cyrenarum & Lybiæ rex populum Romanum moriens hæredem facit. Senatus eius regni ciuitates libetas esse iussit. *Obsequens.* Lybiæ partem prouinciam constituit. *Iustinianus lib. 40.*

R. Simeon Ben Iohai auctor libri Zoar. Quo posuit fundamenta stultæ & vanæ artis illius Cabbalisticæ, quæ languet circa literarum apices, numeros, transpositiones, anagrammatismos, vocum inuersiones, allusiones, amphibologias, homonymias. Nam eius vanitatis mysteria tribus præcipuè constant, quæ indicantur voce נגד.

[Artis est vocabulum, quo & similibus res ipse primis literis exprimuntur ἀκροστιχὶς.]

Nempe Geometria (sic imperite confuderunt Geometriam cum Arithmetica) quando literæ expenditur numerus. Notariacon, quando litera ponitur pro integra dictione. Sic autem Barbarè dicitur à notariorum apicibus. Temura. q. permutatio (elementorum) cum vna litera pro altera substituitur. E duobus primis vocabulis, quorum vnum est Græcum, alterum semilatinum, intelligis, quo tempore tam inepta ars excogitata fuerit, nihilque minus esse quam Cabbalam, id est, scientiam quæ à maioribus per manum recepta sit. Præter istiusmodi ineptias continet multa impia & ex omni hæresum furfure conflata. Constituit decem Sephiroth siue numerationes, pro suo fundamento, quas siue statuant esse essentiam Dei, siue aliquid aliud extra Dei essentiam, impiè introductas ex eo apparet, quòd in Deo numerum & multitudinem realem ponant.

Tale erat negotium vel potius otium Marini & Colorbasij discipulorum Valentini, qui cuncta suæ religionis mysteria è literis Alphabeti Græci probare conati sunt. *Iren. lib. 1. cap. 9 & 10.*

Reuclinum Capnionem tribus libris harum nugarum gustum mundo præbuisse sine refutatione: & Picum Mirandulanum se earum patronum constituisse equidem miror.

Neque enim ea est Cabbala ab eruditis patribus laudata, quæ partim historica est, partim מורה בעל פה nominatur. i. lex ore percepta, vt nec illa, quam R. Iacob Baal Hatturim sequitur, plenorum & defi-cientium rationem inquirens, quam proinde rectè Abben Ezra in Decalogo perstringit.

Hæc enim legis scriptæ pura est interpres, & simplices Synagogæ traditiones, consuetudines, ritus, maiorum explanationes continet, quarum fragmenta nonnunquam suppeditant Talmud, doctrina, Derasim, quæstiones, &c. Sed de hoc alias.

Hunc Rabbinum R. Abraham in Cabbala non hîc, sed paulò pòst excidium Romanum locat.

Gotthi Franconiam depopulantur. Diceneus Boroista eorum consiliarius & doctor, philosophiam ethnicam eos docet, sacella & ceremonias instituit. *Iornand. de rebus Getic.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aesclepiades nouam medicorum sectam introduxit, in Bithynia, vbi & florebat Theodosius Tripolita mathematicus. *Strabo.*

Mithridates Ponti rex vir incomparabilis memoriæ & 22. linguarum gnarus, quot nationibus imperabat, sex primis annis Scythas domuit. Cappadociam occupauit. Asiam animo complexus, prius vniuersè nemine sciente peruagatus omnium vrbiũ eius situm & regiones cognouit. Iuncta cum Nicomede rege Bithyniæ societate Paphlagoniam inuadit, mox Galatiam. Nicomedem in Bithyniæ, Ariobarzanem in Cappadociæ regna reductos iterum expulit. Vnde bellum ei indictum & Syllæ mandatũ.

Romanis ita per 40. annos restitit, donec tribus ingentibus prœliis fœlicitate Syllæ, virtute Luculli, Pompeij magnitudine penè consumeretur. Contra eos armarat Cimbros, Gallogræcos, Sarmatas, Basternas, Scythas & totum Orientem.

Regnauit an. 58. obiit ætatis septuagesimo quinto.

Ne veneno tolleretur, 20. rutæ folia, duas nuces & duas caricas admixto sale quotidie ieiunus capiat.

ROMANA *tempore Ptol. Lathyri ab Vrbe 647. ad 668.*

IN Gallia res gerit Marius cum Cimbris, qui ex Hispania reuersi se Teutonis, Ambronibus, Tigurinis coniunxerant, vt superatis Alpibus in Italiam traiicerent. Item cum Tectosagibus, quorum regem Copilum Sylla legatus Marij cepit. *Plutar. in Mario. Epito. 67.*

Quod bellum ab aliis Cimbricum à Cicer. de Prouinc. Coss. Gallicum. Eius metu Marius absens tertiùm consul factus est & extra ordinem. *ibidem.*

A Mario confectum est, Teutonis ad Rhodanum cum rege ipsorum Theutobocho & Ambronibus prope Massiliam victis. *Strabo lib. 4.*

Continuo triduo circa Romanorum castra pugnarunt. Quarto die rursus productæ in campum acies vsque ad meridiem penè pari discrimine. Pòst incalescente sole, vsque ad noctem cædes Gallorum potius, quàm pugna protracta est.

Ducenta millia eorum cæsa sunt, octoginta millia capta, tribus millibus vix elapsis.

Tertia Tigurinorum manus, quę quasi in subsidio Noricos insederat Alpium tumulos, in diuersa effugit & euanescit.

Piso Rhodopem Caucasúmque penetrauit post Minucianam de Thracibus victoriam. *Florus.*

Bellum Piraticum C. Mario quartùm, Q. Lutatio Coss. *Obsequens.* In Cilicia confectum à M. Antonio prætore, vnde & de eiis ouauit. *Plut. in Pompeio.*

Seditio Apuleij Saturnini tr. Pl. ob legem Agrariam & C. Memmium interfectum. Eam Marius sextùm consul oppressit interfectis Saturnino, Glaucia prætore, & Sufeio quæstore. *Ibid. Plutar.*

Seruile bellum secundum in Sicilia ab Athenione pastore motum, qui interfecto domino, familiam ergastulo liberatam & infinitos seruos sub signis ordinauit. A M. Aquilio confectum est, indèque nullum fugitiuorum in Sicillia bellum fuit. *Cic. in Verrem.*

Romæ pugnauerunt Elephanti primùm omnium in circo Claudij Pulchri ædilitate curuli M. Antonio, A. Postumio Coss. circa, an. V. 655. *Plin. lib. 8. c. 7.*

Tum Cornelius Dolabella prætor bene in Lusitania

Ante Christum natum.	Anni mundi.		Anni vrbis conditæ.
87	3948		
		M. Antonio, A. Postumio Albino.	651
		Q. Metello Nepote, T. Didio Curio.	652
		Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso.	653
		Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Cassio Longino.	654
		L. Licinio Crasso, Q. Mucio Scæuola.	655
		C. Cæcilio Caldo, L. Domitio Ahenobarbo.	656
		Bell. Mithridaticum.	
	4011	C. Valerio Flacco, M. Herennio.	657

Ante Christum natum.	Anni vrbis conditæ.		Anni mundi.
			3993
97			
	658	C. Claudio Pulchro, M. Perpenna.	
	659	L. Marcio Philippo, Sex. Iulio Cæsare.	
	660	L. Iulio Cæsare, M. Rutilio Lupo.	
		Bellum sociale.	
	661	L. Porcio Catone, Gn. Pompeio Strabone.	
	662	L. Sylla, Q. Pompeio Rufo.	
		Mithridaticum alterum Syllæ, ET Ciuile siue Marianum.	
	663	L. Cornelio Cinna, Cn. Octauio.	
		Ciuile alterum Octauianum atque Cinnanum.	

tania rebellante pugnauit.

T. Didius Cos. Celtiberos quoque pluribus prœliis vicit. *Gell. lib. 2. cap. 27. Plut.*

Duobus annis pòst Lentulo, Crassóque Coss. Senatusconsultum factum est, ne homo immolaretur, quod antea fieri religiosissimum erat. *Pl. lib. 30. cap. 1.*

Ariobarzanes Cappadociæ rex à Sylla prætore constituitur, quòd Cappadoces regem, quàm libertatem mallent, C. Cælio, L. Domitio Coss. A quo anno primum initur bellum contra Mithridatem Ponti regem. *Liuij Epitom. 76.* confectum à Pompeio pòst annos 32. Cicerone Consule. Sed alius est incipiendum. Nam Mithridates per annos 40. contra Romanos bellum gessit. *Appian.* Donec per seditionem popularem à Pharnace filio in turri obsessus venenum sumpsit.

Toto illo tempore tria Mithridatica fuere præcipua. Vnum, quod Sylla, alterum, quod Murœna, tertiũ, quod Lucullus & Pompeius gesserunt. *Appian.*

Primum à L. Sylla Arsaces (Phraartes) rex Parthorum missa legatione amicitiam populi Romani tenuit. *Rufus.*

Celtiberos pòst Didij victoriam rebellantes Flaccus Nasica repressit. Ab hoc bello vsque ad Sertorium quieta citerior Hispania fuit. *Appian.*

Gemmius prætor infœliciter contra Thraces Macedoniam vexantes dimicauit. *Epitoma Liuij 70.*

L. Plotius Gallus primùm Latinè docere incepit Cicerone adhuc puero. *Cic. de claris Orat.* Antea Græcis exercitationibus ingenia Romanorum alebantur. *Suet. de claris Rhetor.*

P. Terentius Varro in Prouincia Narbonensi natus centesimum quintum annum agens Græcas literas summo studio didicit.

Latini Rhetores nouum genus disciplinæ instituẽtes & Ludos, ad quos inuentus conueniret, sublati sunt edicto cẽsorio L. Crassi & Gn. Domitij, quod his corroboraretur impudentia. *Suet. Ibid. Cic. 3. de Orat.* Paulo ante Ciceronis tempora *Tacitus in dialogo de oratoribus.* id est Cicerone adhuc adolescentulo, necdum oratoriam exercente.

L. Marcio, Sext. Iulio Coss. in agro Mutinensi duo montes inter se concurrerunt, crepitu maximo assultántes, recedentésque, emissa flamma copiosa. *Plin. lib. 2.*

Seditio M. Liuij Drusi Tr. Pl. de ciuitate Sociis danda, de agris diuidundis, &c. Vnde origo socialis belli & exitia rerum. *Plin. lib. 33. cap. 1. Florus.*

Drusus vulneratus caprinũ sanguinem bibit, cum pallore & inuidia, veneni sibi dati insimulati Q. Cæpionem inimicum vellet. *Plut. lib. 28. cap. 9.*

Sociale bellum siue Italicum, quod non nisi quinto pòst anno à Sylla confici potuit. Eo nondum fito (Nam Sylla eius reliquias adhuc in Campania persequebatur) præcedentibus multis ostentis & prodigiis ciuilia bella secuta sunt per annos ferme 40. dum Marius belli Mithridatici gerendi, quod Syllæ mandatum erat, cupiditate teneretur.

Marsicum etiam nonnulli appellant, quòd à Marsis primùm fuerit commotum & eorum imperatore Popedio. *Strabo lib. 5.* Istud Lucullus confecit.

Capitolium custodum negligentia exuritur.

Sothymius rex Thracum Græciá ingressus cunctos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Macedoniæ fines depopulatur, donec à C. Sentio Prætore superatus cogitur in suũ regnũ redire. *Oros.*

Mithridaticum bellum foris exarsit L. Sylla, Q. Pompeio Coss. Domi ciuile à C. Mario, qui sexies consul fuerat excitatur. Vrbis 662.

Dum Sylla Cos. ciuili bello & ordinanda rep. Romæ occupatur, Mithridates Phrygiam pop. Rom. prouinciam cum exercitu intrat. Asia in potestatem redacta omnes ciues Romanos vno die interficiendos curat. Q. Oppilium Proc. & M. Aquilium legatum captos, excruciatósque necat. Rhodum, quæ sola in fide permanserat, oppugnat. Per Ariarathen filium Thraciam & Macedoniam, per Archelaum præfectum Græciam inuadit, ac Piræum atque Athenas occupat. *Plutarch.*

Marius, Cinna, Carbo, Sertorius cum suis exercitibus in Vrbem recepti, eam velut captam cædibus & rapinis vastarunt.

Hic est Marius qui Iugurtham cepit, 2. consulatu eum ante currum suum duxit. Tertiùm Consul absens creatus est. Quartùm Teutoniorum exercitum deleuit. Quintùm Consul Cimbros fugauit. Sextùm remp. turbatam seditione tribuni Pl. & Præt. qui armati capitolium occupauerant, vindicauit. Post septuagesimum annum patria per arma ciuilia pulsus armis restitutus, septimum consul factus est.

Sequentem in annum C. Marius septimùm & L. Cinna secundùm Consules nullis habitis comitiis se renuntiarũt. Primus autẽ fuit Marius, qui septimum consulatum cepit ex Plutarcho. In quo est mortuus suo bono, ne esset sectator calamitatum, quæ ciuilia bella suæ familiæ attulerunt, præsertim filio & nepoti.

Inde L. Cinna & Cn. Papirius Carbo semet hoc exemplo consules per sequens biennium crearunt. *Epito.* 83.

Quod triennium sine armis ciuilibus fuit. *Cic. in Bruto.* nisi quòd Cinna & Carbone dominantibus, maior pars nobilitatis Roma in castra Syllæ fugit, tanquam in portum quendam. *Plutarch.* ipsi bellum contra Syllam pararent. *Epito.*

Per idem tempus L. Flacco consuli in locum Matij mortui suffecto, portas tota Asia claudebat. Mithridatem autem non modo recipiebat, suis vrbibus, verum etiam vltrò vocabat.

Hoc eodem triennio Sylla in Græcia & Asia contra Mithridatem res gerebat, donec pace cum eo facta se cõtra Matij & Cinnæ factionẽ conuertit. Pacis conditiones fuêre, vt is cederet Asia, Bythinia, Cappadocia. Paternis i. põticis finibus cõtẽtus esset.

C. Fimbria desertus ab exercitu, se ipse percussit, qui paulo ante fusis aliquot copiis Mithridatis vrbẽ Pergamum ceperat, obsessúmque regem parum abfuerat quin caperet. Ilium vrbem, quæ se potestati Syllæ reseruabat deleuerat: ac magnam partem Asiæ recuperarat. Cinna ab exercitu suo, quẽ inuitũ cogebat naues conscendere contrà Syllam Anconæ interemptus est. Consulatum Carbo solus gessit.

Sylla autem compositis trãsmarinis, in Italiam reuectus, Norbanum Cos. ad Canusium vicit. Carbo Romæ Syllæ amicos hostes iudicandos curauit.

Q. Sertorius Suessa capta, rebus Marianis deploratis in Hispaniam vlteriorem confugit.

An. ante Christũ natum.	*Anni mundi.*		*Anni vrbis cõditæ.*
79	3993		
		L. Cinna 2. C. Mario 7. eóque mortuo, L. Valerio Flacco.	664
		L. Cinna 3. Cn. Papyrio Carbone.	665
		L. Cinna 4. Cn. Papyrio Carbone 2.	666
		L. Scipione, C. Norbano.	667
		Aliud Ciuile Syllanum.	
49	4011		

Sequenti anno bellũ ciuile confectum est, Mario superioris filio consule fugato, Carbone & Norbano exercitu spoliatis, recuperata republica.

Sed hanc præclatam victoriam crudelitate Sylla fœdauit. Nam octo millia deditiorum in villa publica trucidauit. Tabulam proscriptionis fixit. Vrbem & vniuersam Italiam cædibus repleuit. Prænestinos omnes inermes concidi iussit. Marium captum cruribus brachiísque fractis, auribus præfectis, oculis effossis necauit. Marium eius filium ad necem sui compulit. Carbonem per Pompeium occidit. Ita centena millia hominum Italico Ciuilique bello consumpta sunt. *Obsequens.*

Dictaturam per annos 120. intermissam sibi asciuit. Siquidẽ proximo anno, quàm Annibal ex Italia cessit, vltimus dictator fuerat creatus. *Plutar. Vellem.*

II.

I AVLETES à suis pulsus Romam venit. P. Lentulo, Q. Metello Coss. sed quia sibyllinis quibusdam versibus Romanũ mouebantur, ne regem Alexandrinum profugum cum exercitu reducerent, reditu desperato Ephesum se contulit, donec à Gabinio Syriæ præside anno sequenti, nulla neque Sibyllinorum oraculorum, neque Senatus ratione, vnius iussu Pompeij, tum consulis reduceretur. *Strabo lib. 17. Plutar. in Catone.*

Damnatus tamen Gabinius quòd contra Senatus & pop. iudicium eum reduxisset. Sic nominatus, quasi Tibicen, quod tibiis canere præter dignitatem regiam solitus esset.

Pulsus autem, propter flagitia, maximéque ob intolerabilium tributorum exactionem, quæ per vim extorserat, vt socius populi Rom. appellaretur, Archelao Berenices trium filiarum regiarum maximæ sponso in regem assumpto. Ex annuis enim vectigalibus capiebat talentorum duodena millia quingena id est, nummo nostro, scutatorum septuagies quingena millia, communi lingua, septem milliones & semis, quantum hodie vniuersi Galliarũ regni, quod omnium regnotum fructuosissimũ habetur, annua tributa non cõficiunt. *Paul. Manutius in lib. 1. Famil. Cic.*

Pompeio circa Iudæam res gerenti octona millia equitum sua pecunia toleruit, mille conuiuas totidem aureis potoriis, mutans vasa cum ferculis saginauit. *E Varrone Plinius.*

Berenice sorore eius ad regnum euecta, Ægyptij legatos & ipsi Romam miserunt, qui crimina regis purgarent, quorum alios ferro rex sustulit, alios pecunia, ne quid aduersus se agerent, corrupit.

Iudæi literas Græcas studiosè discebant. Hinc Ezechiel Tragœdiarum Poëta Græcis Carminibus exitum populi de Ægypto scribit. *Clemens Alex. Strom.*

Seorsum in Ægypto & Cilicia, vbi ab Alexandri Magni sæculo illæ literæ excultæ sunt. Hinc olim ab exteris scriptoribus Tarsus B. Pauli vrbs mater vrbium dicta est, non tam è mercimoniorum frequentia, quàm ex studiis, & Tarsense Gymnasium apud Strabonem nominatissimum, quod etiam lib. 14. Athenas & Alexandriam superasse refert, ac in eo indigenas didicisse τὴν ἅπασαν ἐγκύκλιον παιδείαν.

Orodes occiso Mithridate fratre duobus annis ante Mithridatis pontici mortẽ cum filio suo Pacoro Parthorum nonus rex euasit annos 18. sub secundum Pompei & Crassi consulatum quando Gabi-

An. ante Christũ natum.	*Anni vrbis cõditæ.*		*Anni mundi.*
79			
	668	I. PTOLOM. Auletes, an. 30.	3993
	661		4011
		Alexandra regina Iudæorum.	
		Hyrcano eius filio Pontif.	
		Tigrane Armenio Syriæ rege.	
		Mithridate 3. Parthorum rege octauo, deinde Orode, an. 18.	
		Romæ Coss.	
	668	*C. Mario, Gn. Carbone 3.*	
	669	*M. Tullio Decula, Gn. Dolabella.*	
49			4011

Universidad de Deusto
Biblioteca

nius Syriæ præerat.

Hunc Mithridatem Florus & Romanæ ferè historiæ de Pompeio, Phraatem vocant, quoniam Phraates vocabatur is, qui cum Romanis, id est, Sylla primus negotium habuit.

Rex Sueuorum Vrbis 694. Metello Celeti Cos. Galliarum præfecto Indos in suum littus tempestate proiectos dono dedit. *plin.lib.2.cap.67.*

Mithridates Cappadociam pulso Ariobarzane, Tigranis Armeniæ regis ope occupauit, quâ postea restituit, cũ Sylla Murænã à bello reuocasset. *Appiã.*

Ariobarzanes pulsus à Tigrane studiis Mithridatis Romam venit.

E Bibliotheca Apellicontis Teij plutimi Aristotelis & Theophrasti libri nunquam antea publicati, post captas Athenas à Sylla Romam deferuntur. *Plutar. in Sylla.*

Antè Peripatetici veteres Aristotelis Acroamaticis caruerunt, paucos exotericos habentes. Quare hinc deinceps posteriores Peripatetici exquisitiùs philosophari cœperunt sub Seuero Imp. Aphrodisęo, eos diligenter euoluente & commentariis illustrante. *Politia in Miscella.* Paulò ante Plotinum & nostrum Origenem.

Andronicus Aristotelem scholiis illustrat. Ante eum Aristotelica secta aruit, vigentibus duntaxat Academica, Stoïca, Epicurea.

Oroeses Albanorum rex, qui hiberna Pompeij res in Asia gerentis aggressus est.

Attoces Iberiæ rex, qui obsidibus datis, à Pompeio cum pace dimissus est.

Phraates cum Tigrane de agris Gordiuensibus disceptat. Sed hos per Afranium occupatos Pompeius Tigrani regi attribuit.

Phraates rex Parthorum iratus Pompeio, quòd cùm ad se scriberet, non regem regum vt mos erat, appellasset, transitu Euphratis impedito, in Tigranem & eius filium generum suum, mouet. deinde cum ipsis in gratiam redit. *Dionysius. Appianus.*

ROMANA *sub Ptolemæo Aulete ab anno V.C.663. ad 700.*

Vrbis 670. libri Sibyllini cum capitolio conflagarunt.

Licinius Muræna à Sylla in Asia relictus, bellum contra Mithridatem redintegrauit, suspicatus ne Mithridates in Bosphoranos verbo, re aduersus Romanos se instrueret. Victus in Phrygiam se recepit.

Mithridates pellit Cappadocia Ariobarzanem, nec eam ei restituit, donec Sylla Murænam à bello reuocasset. *Appianus, Cic. pro lege Manilia.*

Pompeius adhuc eques in Africa Cn. Domitium proscriptum & Hiarbam regem Numidarum, ad quos Carbonis mortui copiæ, ex Sicilia confugerant, intra 40. dies vicit & interemit. Inde 24. annos natus ex Africa ttiumphauit & Magni nomen à Sylla accepit. *Epitoma Liuij 89. Velleius, plutar. Cic. ibid.*

Ita primus eques, sine magistratu, nondum Senator, adhuc adolescens triumphauit.

Mytilenæ in Asia, quæ sola vrbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ, diruræque sunt. *Epito.89.*

Bellum Sertorianum tanquã Syllanę proscriptionis

An. ante Christũ natum.	*Anni mundi.*		*Anni vrbis cõditæ.*
	4011		
79		*L.Sylla 2. Q.Metello Pio.*	670
		Bellum Sertorianum Hispanienſe.	
		P. Seruilio Vatia Isaurico, Appio Claudio Pulchro.	671
		Coniuratio Cn. Pisonis.	
		M. Lepido. Q. Catulo.	672
		M. Æmilio Lepido Mamerco, D. Bruto.	673
		Ciuile Lepidi.	
49	4041	*Cn. Octauio, C. Curione Scribonio.*	674

An. ante Christũ natum.	*Anni vrbis cõditæ*		*Anni mundi.*
79			4011
	645	*L Octauio, C. Aurelio Cotta.*	
		Mithridaticum aliud Luculli.	
	646	*L. Licinio Lucullo, M. Aurelio.*	
		Bellum Piraticum. 2.	
	647	*M. Terentio Licinio Lucullo, C. Cassio Varo.*	
		Seruile Spartaci.	
	648	*L. Gellio, Cn. Lentulo Clodiano.*	
	649	*Cn. Anfidio Oreste, P. Cornelio Lentulo Sura.*	
49			4041

nis fuit hæreditas, post multos victos cęsosque Romanos duces vix confectum à Pompeio decimo anno post. Nam Sertorius à M. Antonio & M. Perpenna & aliis coniuratis in conuiuio interfectus est octauo Ducatus sui anno. Perpenna autem, ad quem imperium partim translatum erat, duobus post annis à Pompeio captus & cum reliquiis deletus. *Oros.* Sicque receptæ Hispaniæ.

Anno sequenti Sylla dictaturam abdicauit, ordinata Rep. de quo Cæsar apud Suetonium, Syllam nescisse literas, qui dictaturam deposuisset.

Sic bella ciuilia post annos fermè 40. finem habuerunt. *Oros. lib.5. cap.18.*

Quorum duo inter Marium & Syllam, Octauium & Cinnam per 10. annos tracta plusquam 150. millia Romanorum consumpserunt. *Idem lib.5. capite 21.*

Consulares 23. Senatores fermè 300. Ante prodigia dira visa sunt. *Obsequens.*

Florentia Hetruriæ vrbs à Syllanis millitibus conditur.

Hic est Sylla, qui post victoriam ciuilem se Fœlicem appellari voluit. Ludiones & reliquum instrumentum Ludicrum ex Olympia Romam traduxit Olymp. 175. quando Pompeius Magni cognomentum accipiebat.

Catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithridatem compescuit, cæsis in Thessalia hostium centum millibus castris quoque expugnatis. Renouato deinde bello iterum fudit ac exercitum eius deleuit. Athenis captis libertatem & ciuibus, quæ habuerant, reddidit Dardanos, Enetos aliosque Thraciæ populos Macedoniæ incursantes adortus multis prœliis fregit. Sociale bellum repressit. Cinnæ dominationem coërcuit. Marium proscriptum & exulem reddidit. Primus Romanorum morte mulctauit. *Appian.*

Deposita dictatura priuatus vixit, commentaria scripsit, Lucullòque dedicauit. *Plutar.*

M. Lepidus eius inimicus primus omnium, limina ex Numidico marmore in domo posuit, magna reprehensione. *plin.lib.36.*

Seditionem mouet, lege promulgata de actis Syllæ, qui proximè obierat, rescindendis.

A Catulo altero Cos. & Pompeio, qui iam Miluium pontem collémque Ianiculum cum exercitu insederat, Italia pulsus in Sardiniam refugit, vbi frustra bellum molitus, paulò pòst morbo interiit. *Appian. Plutar.*

Victores, quod non temerè in aliis ciuilibus bellis contigit, pace contenti fuerunt. *Florus.*

Appius Claud. Proconsul Thracas pluribus prœliis vicit & in Sarmatas vsque penetrauit *Florus.*

M. Perpenna iam Lepidi partibus, præsertim eo in Sardinia mortuo, fractis: ad Sertorium in Hispaniam magno cum exercitu venit.

Curio consul retulit ad Senatũ, vt legati Erythras mitterentur ad carmina Sibyllæ colligenda & Romam deportanda. *Lact. lib.1. & lib. de Ira Dei.*

Lucretius Poëta Epicureorum amatorio poculo in furorem versus, cum aliquos libros, per insaniæ interualla conscripsisset, quos Cicero emendauit, se sua tandem manu confecit, ætatis quadragesimo quarto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

	An. ante Christū natum.	Anni mundi.		Anni vrbis cōdit æ.
Hoc sæculum, philosophorum sectis præstantioribus neglectis, multos habuit Epicureos, Pomponium Atticum, Velleium, &c. Vtinam nostrum plures non habeat, dum ardentiùs Lucretius legitur, exponitur, emendatur, quàm libri sacræ scripturæ à plerisque.	79	4011		
Lucullus, Grassus, Antonius oratores clarissimi.				
L. Lucullo, M. Cotta Coss. Nicomedes rex Bithyniæ mortuus populum Romanum hæredem reliquit. Tum Bithynia in prouinciæ formam redigitur. *Eutrop.*			*M. Licinio Crasso Diuite. Gn. Pompeio Magno.*	680
Bellum Piraticum in Cilicia & Pamphylia secundum ab eo, quod antea M. Antonius Prætor confecerat, ottâ ob inquietam Mithridatis præliis Asiâ, triennio emensо confectum à P. Seruilio, qui proinde Isaurici nomen assumpsit. *Oros.*				
Seruilius Proconsul bello piratico Pamphyliam, Ciliciam, Pisidiámque deuicit fecitque prouincias. *Iornandes.* Lyciam, *Orosius.* Isauriam. *Marcell. lib.* 14. Phrygiam Cretamque Piratico bello perdomitas in eandem prouincię formam redegit. *Iustinus lib.* 14. *& Rufus.*			*Q. Metello Cretico, Q. Hortensio.*	681
Calices & Isauros, qui se piratis & prædonibus coniunxerant, subegit & viam per Taurum primus instituit *Rufus.* Præterea Olympum montem peruagatus Phaielin, Corycum, Olympum tres magnas eius terræ vrbes cepit. *Pædianus in Verrinas.*			*L. Cæcilio Metello, Q. Marcio Rege.*	682
L. Magius & L. Fannius transfugæ à Mariano exercitu, à Mithridate ad Sertorium in Hispaniam mittuntur de pacisceṅda cum eo aduersus Romanos belli societate.				
Mithridatem fœdere cum Sertorio icto, bellum nouum inferentem, Bithyniámque occupantem, Cottam apud Calcedona terra marique fundentem, vrbem Cyricum obsidentem, vt inde totam Asiam inuaderet, L. Lucullus cum maximo exercitu adueniens cohibet. *Plutarch.* cum eo bellat annis septem. *Velleius.* Fame ferróque ad centum fermè hominum millia delet, pulsúmque regem Bithynia, cogit in Pontum profugere. *Idem & Epito.* 95. túmque Tigranis Armenij generi sui & Macharis Bosphorani, filij sui auxilia implorare. *Appian.*			Bellum Creticum.	
Deiotarus Gallogræciæ tetrarches, Mithridatis quo que prefectos bellum in Phrygia mouentes repellit. *Epito.* 94.			*C. Pisone, M. Acilio Glabrione.*	683
Bellum Gladiatorium in Campania per tres annos. Aliis, Seruile tertium, siue Spartiacum in Italia. Nam 74. gladiatores ducibus Spartaco, & Oenomao & Crixo, effracto Capuæ Lentuli ludo, per Italiam vagantes, vocatis ad bellum seruis Vesuuium montem belli sedem faciunt. Cl. Pulchrum & P. Vatinium prętorem vincunt. Contra eos etiam male pugnarunt Lentulus & Gellius Coss. Q. Arius & Cn. Manlius Prætores, C. Cassius proconsul, donec à M. Crasso Prætore anno tertio post bellum inchoatum, priore prælio 35. millia eorum, cum duce Granico, posteriore quadraginta millia cum ipso Spartaco cæderentur.			Bellum Piraticum.	
			M. Lepido, L. Tullo Volcatio.	684
Cutio Scribonius Daciâ tenus venit, sed tenebras saltuum expauit, *Florus* Dardanis & Mœsiis per triennium subactis primus Romanorum ducum ad Danubium vsque pertenit. *Rufus.* Vrbis 679.	49	4041	Coniuratio Cn. Pisonis.	
Lucullus aperit Pontum & regiis quandam opibus				

An. ante Christū natum.	Anni vrbis cōdit æ		Anni mundi	
79.			4011	& natura regionis vallatum. *Cic. pro Archia.* Nam Amisum & Eupatoriam vrbes Ponticas obsidione cinxit & Themiscyram, *Appian.* 30. millibus ad Cabira cum quinque millibus cæsis Mithridatem ad Tigranem fugat. *Eutrop.*
				Marcus autem Lucullus Macedoniam sortitus ad terminum gentium lacúmque Mœotim peruenit. Per Thraciam cum Bessis primus pugnauit. Thraces montanos subegit, Eumolpidam, quæ nunc Philippopolis dicitur. Olympiadá, quæ modo Adrianopolis, Cabylem, Appolloniam, Galatiam, Parthenopolim supra Pontum posita ciuitates occupauit, Tomos ad Danubium vsque perueniens Scythis arma Romana monstrauit. *Florus.*
	685	L. *Aurelio Cotta, L. Manlio Torquato.*		Censorium nomen triste seuerúmque à sedecim annis intermissum M. Crasso, Cn. Pompeio coss. repetitur, Cn. Lentulo & L. Gellio censoribus creatis, qui asperam censuram egerunt, quatuor & sexaginta senatu motis, *Epito.* 98. *Pædianus in Verrinas.* Eorum muneris erat Senatum legere, equites inspicere, censum ciuium agere.
		Bell. Mithridaticū Pompeij.		L. Metellus Prætor in Sicilia à C. Vetre afflicta contra Piratas prosperè rem gerit. *Epito.* 98. Pergamenonem Archipiratam nauali terrestrique prælio comminuit. *Oros.*
				Q. Hortensio consuli Creta, ac bellum Cretensibus gerendum obtigit, sed is vrbe ac foro, in quo dominabatur, delectatus, Metello collegæ exercitum ac prouinciam concessit. *Xiphilinus.*
	686	*L. Iulio Cæsare, C. Marcio Figulo Thermo.*		Ob eandem caulam postea Cicero Macedoniam, quæ sibi obtigerat, C. Antonio Collegæ concessit, neque in prouinciam ex consulatu profectus est.
				Mithridates & Tigranes & L. Lucullo in Armenia victi, bellum reparant missis ad finitimos reges legatis: vbi Arsaces Parthus pacta cum Lucullo Societate, eum tamen non adiuuit. *Dio.* anno septimo & vltimo Lucullani imperij regna sua recuperant & augent. *Velleius.*
				Bellum Creticum, quòd Mithridati Cretenses fauissent, peragitur à Metello intra triennium. *Eutrop.*
	687	*M. Tullio Cicerone, C. Antonio.*		Creta prouincia facta, *Rufus. Iustin. lib.* 41.
				Piraticum siue Maritimum extrema hyeme apparatum, ineunte vere susceptum, media ętate confectum est à Pompeio, qui à Brundusio profectus, quinquagesimo die totam ad imperium Ciliciam adiunxit, omnes, qui vbique prędones fuerunt, partim cepit, partim interfecit. *Cic pro lege Manil.*
				Intra 40. diem toro mari eos expulit, & acceptis in deditionem piratis agros vrbésque dedit. *Epito.* 99.
		Coniuratio Catilinæ.		In maritima Ciliciæ ora vrbem Solos, à Tigrane deletam restituit: & Pompeiopolim appellauit *Dio.*
				In Cretam, alteram post Ciliciam prædonum arcem, multos eorum persecutus est. *Plutarch.*
	688	*D. Iunio Silano, L. Licinio Murena.*		Piratis octingentas 46. naues ademit. Acilius Glabrio successor Lucullo datus, quòd imperij diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putarent, *Cic. pro lege Manilia.*
49			4041	L. Lucullus primus imperator appellatur, Ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

menia, Mesopotamia, Nisibi cum regis Armeniæ fratre capta.

Piso, Catilina, Antronius circiter nonas Decembris parabant Cal. Ianuarij, deinde re patefacta nonis Feb. L. Torquatum, L. Cottam Coss. cum plerisque senatoribus interfiecre, ipsum Pisonem correptis fascibus cũ exercitu ab obtinendas duas Hispanias mittere. Sed coniuratio non processit signo à Catilina celerius dato. atque hîc Catilinariæ coniurationis primordia. *Sallustius. Epitome 101. Sueton in Cæsar. Cicero pro Sylla.*

Tigranis filius ad regem Parthorum transfugiens primùm vnà cum illo bellum patri intulit ad Attaxata, deinde recedente Partho à patre victus ad Pompeium se proripuit.

Pompeius cum rege Parthorum Phraate amicitiam renouauit, equestri prælio Mithridatem vicit & in Bosphoron impulit. Tigranem in deditionem accepit, eique ademptis Cappadocia, Syria, Phœnice, Sopheno, Cilicia, regnum Armeniæ restituit, & pecuniam ingentem imperauit, filium eius, qui iis, quę ipse statuerat, non stabat, in vinculis habitum Romam misit. *Epitom. 100.*

Mithridatem persequens in vltimas ignotasque gentes, Iberos Albanosque, qui transitum non dabant, vicit *Epito. 101. Appian.*

Triennio bellum istud Mithridaticum confecit, non quòd planè Mithridatem superasset. Nam is deinceps cum exercitu in Italiam transitum moliebatur, (vt olim Annibal) sed quia Pharnaces filius, Patri insidias faciens, cum septuagenarium veneno sibi mortem conscicere coegerit: quòd se permittens Pompeij potestati, regnum Patris consecuturum speraret. *Dio, Plut. Appian.*

P. Sylla & P. Antronius Coss. designati cum essent eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum, Consules creati sunt. *Pædianus in Cornelianam.*

Cicero Consul suo consilio atque eloquentia efficit, ne leges aliquot pernicioſę à Tribunis pleb. & quidem C. Antonio collega non repugnante, promulgatæ ferrentur: vt lex Agratia, de campano agro diuidendo &c. *Dion & ipsein Pisonem.*

Coniuratio Catilinæ extremo ferè anni, Ciceronis præcipuè industria, oppressa est. Coniuratoribus multis captis & extremo supplicio affectis, cæteris foris in agro Pistoriensi à C. Antonio deletis. *Sallust. Dion. Appian Plutarc.*

Mithridaticum bellum tractum fuit per 40. annos Consulatu Ciceronis & Antonij vix consumptum *Oros. lib. 6 c. 1.*

Ità Pompeius vnica profectione Armeniam Pontum, Paphlagoniam, Galatiam, Cappadociam, Bithyniam, Phrygiam, Ciliciam, Syriam, Arabiam, Albanos, Iberos, Hircanos, Scythas, Iudæos, &c. ad Caucasum montem vsque & Euphratem, Mysiam, Lydiam, Cariam, Ioniam, Asiam, quæ ad Pergamum est, atque ipsam Græciam partim recuperauit, partim nunc primùm subiecit, *Appianus.*

Tigrani Armeniam maiorem permisit, Pharnaci Mithridatis filio Bosphorum, Ariobarzani Cappadociam, Antiocho Commageno Seleuciam, Deiotaro atque aliis Tetrarchis Minorem Armeniam,

An. ante Christũ natum.	Anni mundi 4011		Anni vrbis conditæ.
79			
		M. Pupio Pisone, M. Valerio Messala Nigro.	689
		Q. Metello Celeri, Q. Afranio.	690
		C. Iulio Cæsare, M. Calpurnio Bibulo.	691
		L. Calpurnio Pisone, Au. Gabinio.	692
49	4041	Bellum Gallicum Cæsaris.	

&Galatiam,

An. ante Christũ natum.	Anni vrbis conditæ.		Anni mundi. 4011
79	693	*P. Cornelio Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote.*	
	694	*Cn. Lentulo Marcellino, L. Martio Philippo.*	
	695	*Gn. Pompeio 2. M. Crasso 2.*	
	696	*Appio Claudio Pulchro, L. Domitio Ahenobarbo.*	
49		Parthicum Crassi.	4041

& Galatiam, Attalo & Pylemeni Paphlagoniam, Aristarcho Colchidem, Palestinam Hyrcano. *Idem.*

Asiam, quæ antea Romanum imperium terminabat tribus nouis prouinciis victoria cinxit. *Etc. de Prouinc.*

Ponto videlicet, quem ille cum Bithynia iunctum vnam prouinciam fecit (*Strabo*) Syria, (*Marcel. lib. 14.*) Ciliciæ parte, quæ nondum imperio Rom. subiecta erat. Sicque Asiam, quam vltimam prouinciam acceperat patriæ, mediam reddidit. *Ipse apud Plin. lib. 7.*

De iis omnibus, Creta item & Basternis triumphauit. *Plin. lib. 7. cap. 26. lib. 37. cap. 2.* ex tot bellis per biduum vnico triumpho contentus ætatis quadragesimo quinto, *Velleius.*

Post tot victorias infœliciter res gessit, quòd indignè templum Dei captis Hierosolymis habuisset. Nam.

M. Cicerone & C. Antonio Coss. captum Hieros. templum à Pompeio. *Ioseph. lib. 14. Antiquit. cap. 8.* annis. 32. ante Augustum. 61. ante ortum Christi.

Eodem anno natus traditur Augustus Cæsar, 9. Cal. Octobris.

Apollo à L. Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe, 30. cubitorum, 150. talentis factus Romam transfertur. *Plin. lib 34.*

C. Cæsar Cons. Illyriam ac Galliam citeriorem cum tribus legionibus à populo, vlteriorem cum vna legione à Senatu in quinquennium obtinet.

Mox P. Clodius Tribunus Pl. fit, & Ciceronem vrbe pellit, quòd consul ciues Romanos Catilinæ socios necasset, domo eius incensa, area libertati consecrata, bonis publicatis, prædijs direptis, eo aqua & igni interdicto, lege lata, ne quisquam tectum intra quingenta milliapassuum ab Italia præberet, ne quis de eo ad Senatum referret, ne decerneret, ne disputatet, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset.

Cicero exulans in Macedoniam se confert. Cuius rei causa 20. hominum millia vestem mutarunt, rostra ingemuerunt, forum obmutuit. De eo reuocando Pompeius cogitat, cúmque hoc annò ab octo Tribunis Pl. de reditu eius promulgatum esset, vnius Ælij Liguris intercessione nihil perfici potuit. *Dion. Appia. Plut. Cic. pro domo.*

Sed sequenti anno Cn. Pompeio inter alios nitente. T. Annio Milone Trib. Pl. agente, P. Lentulo Cos. referente reuocatus est. Area domus eius, Pontificum sententiis, religione liberata, domo ac villis publica pecunia restitutis.

Heluetij tectis suis incensis atque relictis, cùm nouas sedes quærerent iter faciunt per Galliam Narbonensem. A Cæsare prohibiti, victi tandémque in deditionem accepti, domos suas repetunt.

Cæsar precibus Æduorum & Sequanorum, qui se ab Ariouisto Germanorum rege opprimi querebantur, in eum mouit, & fusum vsque ad Rhenum insequitur. Ità vna æstate duobus bellis confectis, in hyberna ad Sequanos exercitũ reduxit. *Ipse lib. 1.*

Sequenti anno Belgas cecîdit. Suessiones, Bellouacos, Ambianos in fidem recepit. Neruiorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentem propè ad internecionem redegit. Aduaticos in deditionem redegit. Inde per P. Crassum Venetos, Vnellos, Osismos, Curiosolitas, Sesuuios, Aulercos, Rhedones, quæ sunt matitimæ ciuitates. *Idem.*

Tertio per Titurium Sabinum & Crassum omnes ferè Aquitaniæ populos. *Ipse lib. 3.*

Quarto Vsipetes, Germanos, Tenchtheros, magna cùm multitudine Rhenum transgressos, quòd à Sueuis complures annos exagitati bello premerentur, funditus delet. Quo Germanico bello in Gallia confecto Rhenum transit, ponte in flumen facto. Sicambrorum vicis, ædificiisque incensis propter Sueuos se in insidiis expectantes, in Galliam rediit, pontémque rescidit. In Britanniam inde traiicit. Petentibus pacem dedit obsidibus acceptis. Reuersus Morinos rebellantes & Menapios sub potestatem redegit. *Idem.*

Quinto Treuiros & Germanos Transrhenanos in fide continuit. Classe iterum in Britanniam traiecit, obsidibus acceptis & tributis impositis in Galliam recessit. Castra Q. Ciceronis in Neruiis à Gallis aliquot, Ambiorige duce Eburonum, oppugnata fusis hostibus liberauit. *Ipse.*

Sexto (nam in aliud quinquennium imperium ei fuerat prorogatum) Treuiros in fugam compulit. In Germanos, qui eis auxilia dederant, ponte refecto iterum mouet. Sed cùm Sueuos sese in syluas recepisse cognouisset, in Ambiorigē Eburonum regē reuertsus, Eburones fundit & dissipat.

Septimo Galli cùm Cæsarem in Italiam profectū putarent illic retinendum vrbano motu occisi Clodij: die constituta Genabi ciues Romanos negotiantes interficiunt. Carnutes se belli principes instituunt. Aruerni & ipsi Vercingentorige duce arma capiunt, ac Pictones, Parisios, Cadurcos, Turenos, Aulercos, Lemouices, Andes, Bituriges sibi socios adiungunt. Recurrens Cæsar Vellaunodunum Senonum oppidum expugnat. Genabum Carnutum diripit & incendit. Nouiodunum & Auaricum diuturna oppugnatione capit. Gergouiam diu, sed frustrà, oppugnatam omittit, Alexiam Mandubiorum magno apparatu obsessam, dedito sibi Vercingentorige Aruerno, ad deditionem adducit. Æduos Aruernósque in fidem recepit. *Ipse.*

Octauo Carnutes est persecutus. Inde Bellouacos Cocleo duce interfecto. Per Caninium & Fabium legatos rem bene contra Pictones gerit. Vxellodunum Carnutum capit. In Treuiris per Labienum prosperè pugnat. Omnes Aquitaniæ ciuitates in fidem recipit, in Belgio ad legiones hibernat *Ipse, Hirtius, Dio.*

Nono nullum bellum gessit, sed honorificè ciuitates appellando, principes præmiis maximis afficiendo, nulla noua onera imponendo, defessam tot præliis Galliam spe meliorum, in pace continuit. Maximè quia profectionem in Italiam pararet, vt suam Antoniique petitionem commendaret.

Decimo Gallias & Britannias tributarias facit. *Rufus.*

Omnem Galliam à saltu Pyrenæo, Alpibúsque, monte Gebenna vsque ad Rhodanum, & Rhenum, circuitu patentem bis & tricies centum millia pas-

An. ante Christū natum.	Anni Mundi.		Anni vrbis cōdite.
79	4011	*Cn. Domitio Caluino, M. Messala.*	697
		Cn. Pompeio 3. Q. Metello Pio.	698.
		M. Claudio Marcello, S. Sulpitio Rufo.	699
49	4041		

suum

An. ante Christū natum.	Anni vrbis cōdite		Anni mundi	
		12.		suum: præter socias & bene meritas ciuitates in prouincię formam redegit, eíque in singulos annos stipendij nomen imposuit. *Suet.*
79.			4011	m PTOLEMAEVS DIONYSIVS à Pompeio restituitur, pro qua gratia illū è prælio Pharsalico ad se confugientem, proditoriè die post fugam octauo per Achillam occidi iussit, auctore Theodoto præceptore & Photino procuratore.
49	700	m PTOL. Dionysius, an. 2.	4041	Eum adhuc adolescentem bello Alexandrino Cæsar mersit, necauítque, regno Ægypti Cleopatræ sorori, cum qua stupri consuetudinem habuerat tradito. *Eutrop. in Cæs. Oros. lib. 6. cap. 14.*
51	702		4043	Bellis ciuilibus Romanis Parthi Pompeio contra Cæsarem, item Bruto & Cassio aduersus Augustum & Antonium misere auxilia.
		Orode 2. Parthorum nono.		Post belli finem rursum, Pacoro duce Orodis regis filio, & Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, & bello victus ad Parthos transfugerat, Syriam irruperunt, ac totam occupauêre prouinciam.
				Quos P. Ventidius Bassus cum toto exercitu ad internecionem deleuit. Aiunt autem Labienum & Pacorum à Ventidio eo potissimum die interfectos, quo antea Crassus victus fuerat, ne aliquando Romani ducis mors inulta relinqueretur.
				Nec longè post id prælium, Orodem regem à filio Phraarte occisum esse.
				Pharnaces à Pompeio Bospori Cimmerij rex constitutus, patrij regni recuperandi cupidus, Colchida, Armeniam, Cappadociæ & Ponti partem occasione bellorum ciuilium in potestatem reduxit.
				Domitium Caluinum à Cæsare missum profligauit, Inde reliquas Ponti partes, expugnata Amiso, occupauit.
				Cum Cæsare postremo congressus ad Zeliam vno prælio fugatus, ab Asandro Bosphorani tumultus auctore necatus est. *Cæsar, Hirtius, Appianus.*
				Iuba regis à Cæsare victi filius, historiam scripsit, & captiuus in triumpho Cæsaris ductus est.
				ROMANA *Ptol. Dionysio & Cleopatra regibus Ægypti ab vrbe 700 ad 707. vsque ad Cæsaris necem.*
		Romæ Coss.		Ante bellum ciuille. 320. millia ciuium censa sunt cum tribus annis pòst, Cæsare censum agente, dimidio minus inuenta sint, *Plutarch.* id est 150. reliquis bello ciuili confectis.
				Lentulo & Marcello Coss. ciuilia bella cœpta sunt, id est, belli Gallici decimo.
				Cæsar, vbi vltro citróque de pace legatis missis conueniri non potuit, traiecto Rubicone, Pisaurum, Fannum, Anconam occupat, Tignium Auximum, Asculum recipit. Consulibus, & Optimatibus Roma profugientibus Picenum percurrit. Pompeium Luceria Canusium proficiscentem, atque inde Brundusium, Brundusio autem in Epirum Dirrachium, quò consules ante traiecerant, cum omnibus copiis, relicta Italia, transgressum insecutus, custodibus Brundusio impositis ad vrbem redit.
49			4043	Pecunia ex ærario extorta, M. Lepido vrbi præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecto, qui postea triumuir, in Hispaniam, quæ à legaris Pompeij tenebatur profectus, Afranio & Petreio cum. 7. legionibus victis, Hispaniam recepit. Massilia, quæ sibi primum itinere portas clauserat, duobus prælijs naualibus potitus Romam iam à M. Lepido Dictator dictus rediit. *Ipse lib. 1. de bello Ciuil*

Magistratu initio exulibus omnibus redeundi potestatem, præterquam Miloni, concessit: Magistratus subrogauit, sacerdotes suffecit. Gallis Transpadanis ciuitatem dedit. Vndecimo inde die dictatura se abdicat & ab vrbe Brundusium proficiscitur. *Ipse lib. 3.*

In Macedonia factus consul res gerit, Seruilio collega consulatum Romæ administrante, & M. Cælium prætorem seditiones in vrbe, nouarum spe tabularum mouentem, de magistratu deiicientem, qui vrbe pulsus Miloni exuli, fugitiuorum exercitum contrahenti se coniungens, cum eo interemptus est. *Dio. Appianus.*

Exitu anni in Epirum transgressus Oricum & Apolloniam recipit, Dyrrachium petit, sed à Pompeio ad flumen Apsum occurrente ita victus est, vt ille ob rei frumentariæ inopiam castra inde in Thessaliam transferre coactus fuerit.

Cum eodem in Pharsalia subsistente extremo prælio congreditur, maximáque clade fusum ad mare compellit, vbi Pompeius naue in Ægyptum delatus iussu regis Ptolomæi antequam in terram egrederetur occisus est eodem die, quo de Mithridate & Tigrane regibus triumpharat. Cornelia vxore & Sext. Pompeio filio in Cyprum elabentibus.

Cæsar post diem tertium insecutus, cùm ei Theodotus caput Pompeij & annulum obtulisset: doluit & illachrymauit. *Appianus, Dio.*

Tertio anno Caleno & Varinio Coss. Alexandria post nonum mensem recepta, Pharnacéque in Ponto superato, Romam redit & Dictaturam inuadit: verbo, constituendæ reip. & rei gerendæ causa: re, vt omne ad se vnum ius Reip. traheret, quod ante multorum erat, quod posteri eius, sublato iam à M. Antonio Cos. Dictatoris nomine, Imperatoris vocabulo expresserunt.

Tertium & quartum consulatum titulo tenus gessit, contentus Dictaturæ potestate cum consulatibus decretæ. *Sueton.*

Veteranis cum seditione missionem postulãtibus dedit. *Epitom.*

In prælio Alexandrino regiam classem incendi iussit. Ea flamma cum partem vobis inuasisset, 400. millia librorum proximis fortè ædibus condita, exussit. *Oros. lib. 6. cap. 13.*

Quarto Africam recepit Scipione & Iuba superatis. Quinto Hispaniam victis Pompeij filiis. Deinceps res vrbanas gessit, honoratios Coss. creare cœpit, Imperator appellatus & Pontifex Max.

Ita vrbis 701. pulso Italia Pompeio, dictatura in sex menses capta, post vndecim dies abdicauit.

702. victo, occisóque Pompeio dictator fit in annum.

An. ante Christũ natum.	Anni mundi		Anni vrbis conditæ.
79	4041		
		L. Æmilio Paulo, C. Claudio Marcello.	700
		L. Cor. Lentulo, C. Claud. Marcello.	701
49	4043		702

Bell. Ciuile Cæsaris.

BELLVM

An. ante Christũ natum.	Anni vrbis conditæ.		Anni Mundi.
47		CIVILE CÆSARIS ET POMPEII.	4043
	702	n CLEOPATRA Annonij, an. 18.	4043
47	720		4061

703. Alexandrinum & Ponticum bellum conficit.

704. Africanum, Numidia, quæ in Iubæ potestate erat, in prouinciam redacta.

705 Hispaniense. Inde dictatura in perpetuũ acceptà triumphum agit, Gallicum ex citro constantem, Ponticum ex acanto, Alexandrinum testudine, Africum ebore, Hispaniensem argento rasili.

706 triumphis actis, magnis populum congiariis affecit, ludos fecit, epulum dedit, gladiatores & naumachiam ludis funebribus Iuliæ edidit, ædem Veneri genitrici prælio Pharsalico votam dicauit, forum Iulium extruxit, iudicia equitibus & senatoribus communicauit, prætoriis prouinciis annum, consularibus biennium statuit, annum ordinauit, senatum suppleuit, patricios allegit. *Plutarch. Sueton. App.*

Ex monte Albano ouans vrbem iniit, deinde interfectus est.

Annum hunc alij Vrbis fuisse dicunt septingentesimum nonum, alij 710, alij alium, secundum diuersas veterum suppurationes, de quibus post in Chronologorum scrupulis. Nos Liuium, vt Hebraicis summis congruentiorem, sequuti sumus.

Sosigenes Alexandrinus Mathematicus, cuius consilio Iulius Cæsar Pont. Max. in Ægyptum profectus, fastos siue Calendarium Numæ Pompilij nimis vndecim diebus breue, qui Lunaribus mensibus annos distinxerat, corrigit, & ad cursum solis reuocat, solares vel potius ciuiles siue vsuales menses in fastis reponens iuxta Ægyptiorum morem. *Plin. lib. 18. c. 15. Appian. in fine lib. 2 de bell. ciuil.* sub anno vrbis 708. ante Christum an. 45. Intercalati sunt dies 67. *Dion. lib. 43. & Plut. in Cæs.* vel. 68. v t annus ille confusionis vltimus in dies 443 protensus fuerit. *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 14.* constiteritque quindecim mensibus, lunaribus scilicet. *Suet.*

Cyclum decemno uennalem, qui aureus dicitur, condidit. Orbemper Geometriæ peritissimos emẽsus hæc celebriora comperit, maria 30. insulas 27. montes 40. prouincias 78. vrbes insignes 370. maiora flumina 94. Gentes 125. Ambitum vero orbis trecenties quindecies centena passuum millia continere. Longitudinem ab Oriente in Occidentem siue ab India ad fretum Gaditanum octies quinquies centum septuaginta octo milliaria, latitudinem à meridie ad Septentrionem ferè dimidio minorem quinquagesies septuaginta duo milliaria.

Maris vero profundissimum perpendiculo in quindecim stadia portendi (id est, in Gallicam fere leucam) *Priscanus.* Sed, ab eo tempore valde est aucta Geographia, Christianorum sedulitate.

n CLEOPATRA propè Vrbis septingentesimum regina Ægypti à Cæsare constituta, Ptolomæo fratre submerso,

Romam Cæsarem visit, amasium suum.

Regnum tenuit vsque ad duodecimum Augusti, quo anno ipsa cum Antonio sibi mortem consciuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

R. Nehemias ben Haccana auctor epistolæ secretorum, in qua dicebat se tantum distare. 50. annis à Christi ortu.

R. Iuda ben Simeon, qui libellum רזי תורה. i. reuelator arcanorum, M. Antonio consuli dedicauit.

Apollonius Rhodius Philosophus Rhodi docet. Illic autem literarum gymnasium erat celeberrimum.

Catullus, Sallustius, Nicolaus Damascenus histo.

Virgilius nascitur.

Seneca duodecimum annum attingit, antequam proscribatur Cicero.

Hortensius, Trebatius, Labeo, Sulpicius Iurisconsulti. Crappus Stoicus.

M. Varro Helluo librorum & literarum doctissimus, quadringentos & nonaginta libros scripsit. *Gell. lib. 23.*

Vetus paræmia fuit, eum tot tantáque scripsisse, vt nihil videatur potuisse legere: tantum è conuerso legisse, vt videretur nihil potuisse scribere.

Atticus annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit. *Cic. in Orat.*

Nam eam longius repetere non potuit, quoniam ante Olympiades nihil planè apud Græcos certum fuit. *Varro in Prolog. 3. de re rust.*

Anno ab vrbe condita. 700. plurimam partem vrbis ignis fortuitus, nempe. 15. vicos consumpsit. Hinc ciuile bellum committitur. *Oros. lib. c. 12.*

Cicero post oppressam remp. vacuus negotiis forensibus & ciuilibus multos quidem aureos libros philosophicos edidit, quos enumerat initio 2. de Diuin. sed in tribus de Natura Deorum se ipsum superauit, Deo prouidente, vt Idololatria per suos cultores oppugnaretur, quæ mox per Christum esset expugnanda & triumphanda.

Primum enim refellit Deum Epicureorum. Deinde Deos Stoicorum, planetas, &c. Denique Deos Populares, quos fabulosos vel homines fuisse contendit. Horum librorum præiudicio Ethnici, cum à nostris grauarentur: eos censuerunt per Senatum esse igni abolendos. *Arnobius libro. 3. contra Gentes.* Interficitur annis 40. ante Christi natalem.

Tyro eius libertus notarum siue abbreuiationum inuentor, quibus alias addidit Philargius Mecænatis, deinde Seneca.

Cæsar nouem annis subegit Gallias, in quibus, vt ipse de se scribit, & Eutropius repetit, ter fuit victus: semel in Aluernia præsens ad Gergouiã, metropolim regni, quod perdiu Aruerni tenuerant in Aquitaniam & partem Celticæ: bis in Germania absens.

Primus Romanorum Rhenum traiecit, & in Britanniam, quæ nunc Anglia, ita tamen vt dubium reliquerit, esséne insula an continens. Esse postea insulam sub Seuero imperatoris compertum fuit.

Bellum ciuile gessit primùm in Illyrico ad Apolloniam & Dyrrhachium, deinde in Thessalia, in campis Pharsalicis.

Bello eius Africano, Galli 30. duo millia equi-

An. ante Christũ natum.	Anni mundi.		Anni vrbis coditæ.
47	4043		702
		Orode, deinde Phraarte 3. Parthorum Rege.	
		Iul. Cæsare, an. 6 deinde M. Antonio an. 12. Imp.	
		Summa 270.	
		Romæ Coss.	
		C. Cæsare, P. Seruilio Isaurico.	702

tum

An. ante Christũ natum.	Anni vrbis coditæ.		Anni mundi 4043
47		Pharsalicum.	
	703	*Q. Fusio Caleno, P. Vatinio.*	
		Alexandrinum & Ponticum.	
	704	*C. Cæsare 3. M. Lepido.*	
		Africanum.	
	705	*C. Cæsare 4. A. Q. Maximo.*	
		Hispaniense.	
	706	*C. Cæsare 5. M. Antonio.*	
			4061
49			

tum loco pepulerunt & fugarunt.

Annis quinque, post victum Pompeium, imperat, vel tribus & mensibus aliquot, iuxta *Egesi. lib. 1. cap. 27. Ioseph. lib. 14 Antiq. cap. 19. Clement. strom. lib. 1.*

Deuictis in Africa Pompei partibus Romam reuersus à Bruto & Cassio, & reliquis coniuratoribus viginti tribus vulneribus in Senatu confoditur, cum sequenti die esset profecturus contra Parthos, die quadragesimo octauo postquam triumphans ex monte Albano vrbem ingressus esset.

Præter ciuiles victorias vndecies centum & nonaginta duo millia hominum in suis prœliis consumpsit.

Nunquam legitur vulneratus.

Primus historicorum Latinorum Germaniæ meminit. Nam reliqui eam semper habuerant inter Scythiæ regiones obscurissimas, suáque commemoratione indignas.

Expeditio eius in Galliã senatusconsulto suscepta annis ante Christum. 58.

Eius aduentu in Galliam Suessiones regem Galbam habebant, *lib. 2 cap 1.*

Sequani Catamantaledem, quem Romani amicum ac socium appellarunt, *lib. 1. cap. 2.*

Aquitani Pisonem à Romanis amicum similiter appellatum, *lib. 4 cap. 3.*

Nitiobriges Olloniconem. *lib. 7. c. 6.* Ebutones Ambiorigem. *lib. 5. cap. 8.*

Aduersus eum Aruerni cum quadringentis hominum millibus Vercingentorige Rege bellum gerunt. *Strabo lib. 4.*

Vercingentorix Aruerniæ rex, Amyntas Lycaoniæ, Arethas Arabiæ, Orodes Parthiç, Malcus Nabatheorum, Deiotatus Galatiæ, Polemon Ponti.

Galliæ status hoc tempore is erat. Capiebat gentes 315. *Agrippa rex apud Ioseph. libro secundo belli cap. 17.*

Germanos potentia & imperio permebant & feræ genti iura dabant, virtute perpetuo superiores. *Cæsar lib. 6. de Gal.*

Facundia Græci, gloria belli Galli ante Romanos fuerunt. *Sallustius.* virtute belli omnibus gentibus præferebantur. *Cæsar. ibid lib. 5.*

Augustodunum vetustissima post Massiliam bonarum artium sedes. *Tacit. lib. 3. Eumenis Rhetbor in oratione.*

Vrbes primatiæ sui iuris erant, nullius addictæ imperio, quæ populi & gentis totius nomine vocabantur. Plurimos etiam habebant regulos, quorum clientes Ambactos Cæsar vocat.

Solebant, quoties de totius gentis commodis agebatur, conuentus indicere, in quibus in tres diuidebantur ordines. Primus eorum, qui sacra tractabant Druydæ. Secundus nobilium, regulorum & principum ciuitatis ac Rerumpub. Tertius populi.

Druydæ præter cognitionem rerum naturalium, moralem exercebant disciplinam, animarum immortalitatem docebant, iustissimi erant omnium opinione. Sine his nihil siue in bello,

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue in pace gerebatur. Ideo & publica & priuata iudicia penes eos erant. *Cæsar, Mela, Strabo, lib. 4.*	*An. ante Christũ natum.*	*Anni mundi.*		*Anni vrbis cõditæ*
Semnotheis & Druydis sacrorum ministris colebant Teutatem, Hesum, siue Heum, Tarannim, Ogmium, eisque humanas hostias litabant. Qui ritus tamen ab Augusto, Tyberio, Claudio & seqq. imperatoribus sensim sublatus est. *Plin. lib. 30. cap. 1.*	47.	4043	*C. Pansa, Au. Hirtio, hisque mortuis Octauio Cæsare, & Q. Padio*	74
Contra Germani neque Druydes habent, neque sacrificiis student. De deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum apertè operibus iuuantur, Solem, Vulcanum & Lunam. Reliquos nec fama acceperunt, &c. *Cæsar libro 6.* Latrocinari virtuti ducunt, &c. *Mela, Tacitus.*				
Nulla pars Galliæ inculta iacet, excepto duntaxat, quod paludes & Syluę coli prohibent. Magis hominum frequentia, quàm diligentia incolitur. Mulieres fœcunditate & educandi studio oprimæ, viri bellorum magis, quam agriculturæ studiosi. *Strabo lib. 4.*				
Lingua eius non multum ab hodierna differebat, eiusdem significationis & prolationis, etsi fortasse rudior.				
Primò, quia nomina nationum, prouinciarum, ciuitatum, vrbium, montium, Syluarum, fluuiorum, etiam hodie retinent antiquum nomen.				
Secundò, quia apud antiquos scriptores multa extant vocabula, quibus item hodie Galli, & nulli alij, vtimur, vt leuca, Beco, Crupellarius, Carra, Bracca, Bacchinum, Soldurius, &c. apud Cæs. Ammian. Marcellinum, Suetonium, Tacitum, Gregorium Turonensem, Sidonium Apollin.				
Tertiò, quia linguæ nullis vicissitudinibus & confusionibus ita solent mutari, nisi vetusti indigenæ penitus deleantur, quin radices & fundamenta permaneant, vt apparet ex Italicis & Græcis vulgaribus, quæ magis corruptæ sunt, quã mutatæ. Hinc migrantes in alienas sedes alterum illoma potius imbibunt. Nam, vt Liuius in bello Asiatico de Gallogræcis ait, Planta facilè vertitur in id solum, in quo seritur.			Mutinense siue Antonianum.	
Germanicè non locutos apparet è sexto belli Cæsaris, vbi Ariouistus Germanorum princeps multa consuetudine Gallicam linguam didicisse dicitur.				
Non Græcè è quinto, vbi Cæsar se ad Q. Ciceronem epistolam misisse Græcis literis, ne intercepta à Gallis consilia sua cognoscerentur, & è Phauorino philosopho Arelatensi, qui apud Gellium se Gallum Græcas literas didicisse profitetur.			*M. Lepido, L. Minutio Planco.*	708
Coniecturæ, quas in contrarium affert in suo Celt-Hellenismo Leo Tripultius, hoc tantùm docent apud Gallos viguisse, literarum Græcarum studia, præsertim Massiliæ, quòd vrbs esset græcæ originis, ac doctos, præsertim Druydas, ea lingua delectatos siue scribendo, siue inter se conferendo, vt nunc Latina.	49	4061	Philippense.	
Non Britonicè, vt Rhenanus ridiculè censet.				

An. ante Christũ natum.	*Anni vrbis cõditæ.*		*Anni Mundi.*	
47			4043	Nam Britones aliunde in Galliam venerunt, nempe ex Anglia, è qua Britannicam linguam post sexcentesimum Christi annum detulerunt.
				Massilienſium lingua tunc quidem potuit esse Græca, vt Siculorum, Melitensium, partis Italiæ, quæ magna Græcia dicta est, verum id quia non erant Galli indigenæ siue aborigines. Massiliam enim Phocenses fugientes Cyri dominatum condiderant. Ex quo per hæc loca, hominibus paulatim excultis (inquit Marcellinus lib. 5.) viguêre studia laudabilium doctrinatum inchoata per Bardos, Euages, & Tectosages. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt, &c. Vbi nota Bardos originem referri ad Massilienses Græcos, contra eos, qui ante Cyrum, imò verò ab initio turris Babel, illos somniant in Galliis literas coluisse.
	709	*P. Seruilio Isaurico, L. Antonio Pietate.*		Tempore Strabonis (id est, hòc. Nam Strabo sub Augusto) Massiliæ eloquentia & philosophia docebatur, contractus Græcè scribebantur, Romani neglectis Athenis eò ad disciplinas capessendas cõfluebant. *Strabo lib. 4.*
				Franci natio Gallica, & indigena, non Germanica, non Troiana, non Scandica, non Sicãbrica, ex Ammia. Marcell multo ante declinationem imperij. Nam de rebus Iuliani Imperatoris, eos cis Rhenum locat iuxta Chamanos (qui hodie Geldrenses) lib. 21. & 17. vbi & eos Salios vocat, vnde lex Salica. Apud quem etiam lib. 15. Romani, quo tempore signa trans Rhenum inferebant, inter palatinos & prætorianos milites habebant Francos. Et Iustinianus Imperator epistola quam ad ipsos scripsit, apud Procop. lib. 1. ità eos alloquitur, ac si prouinciam Romanam minimè cepissent, sed iure eam, velut patriam, tenerent: eósque opponit Gothis, qui imperatoriæ ditionis Italiam per vim ceperant, nec restituere decernebant. Denique Agathius lib. 1. disertè eos Germanos non esse asserit. Rectè igitur eos indigenas docet Connanus lib. secundo comment. Iuris ciuil. cap. 9. Idque è Cæs. lib. 6. Liuij lib. 5. Rhenani annotat. ad Tacitum.
		Perusinum L. Antonij.		Ab iis Franconia in Germania nomen accepisse videtur, quòd à Francis scilicet olim armis occupata fuerit, vt nũc tota Gallia. Vnde & vetes Franciæ siue Galliæ reges, iidem erant & Germanię vsque ad Carolum Crassum an. 888. quo defuncto non solùm Francorum regnum, sed & imperium scissum est.
				Phraartes. 3. Orodi patri à se interfecto in regnum Parthorum succedit, Triginta fratres necat.
	710.	*Cn. Domitio Caluino, C. Asinio Pollione.*		Contra illum Antonius cum. 15. validissimis legionibus pugnat infœliciter, vnde ex Parthia magna exercitus parte amissa refugit. *Iustin. libro. 42.*
				Qua victoria insolentior factus Phraartes, cùm crudeliter multa gereret in exilium à Parthis pellitur, regnúmque eius Tyridati traditur, quod post annum, eo fugato. Scytharum ope recuperauit, deindéque cum Augusto pacem fecit.
49			4061	

Universidad de Deusto
Biblioteca

ROMANA sub Triumviris ab Vrbis 707.	An. ante Christū natum.	Anni mundi.		Anni Vrbis cōditæ.
		4043		
C. PANSA & Aul. Hirtius nouissimi sunt Consules propriè. quòd deinceps sub Triumuiris indéque sub Monarchis Reip. penitus fuerit.	47		*L. Marcio Censorino, C. Caluisio Sabino.*	711
Id est, sequentes Coss. satis superfluè numerantur. Nam omnia non ad eorum, sed ad Monarchiæ vnius arbitrium fiebant. Nisi quòd Augustus in eis studiorum populi & Senatus auctoritatis semper rationem habuerit. Nihil enim propè vnquam egit, quod non alterutrius auctoritate fieri vellet.				
Tiberius populum omni Reip. administratione exclusit, Senatum maximè veneratus est.				
Sic Claudius, Caius, & Nero, quamuis tyrannicè Imperium egerint, Senatus tamen auctoritatem minimè neglexerunt.				
Sub Galba bello ciuili inter Othonem & Vitellium, item hunc & Vespasianum Senatus potestas ita corruit, vt eum annum Reip. supremum vocet Tacitus. Nam deinceps Romani principes diuturnitate potestatis insolentiores omnia ad arbitrium, Senatus potestate neglecta, agere cœperunt, imperium in regni formam vertentes. Etsi alij aliis moderatiùs. *Onuph. in sua ciuitate Romana.*				
Ita consules Hirtium & Pansam subsecuti sunt honoratij, nec à nobis adiiciuntur, nisi vt nomen quidem processisse ad sequentia sæcula intelligeremus, at rem penes Tyrannos mansisse.			Parthicum Venditij.	
Hunc autem annum, quo Hirtius & Pansa consules fuerunt, vocant Solinus & Rufus Vrbis septingentesimum & decimum. Alij. 712. alij alium. Sed iam docuimus nos Liuium sequi, quin & monuimus ex Cicerone ad Brutum ante vrbis quingentesimum omnem eius Chronologiam esse incertam.				
Hi autem ante à Cæsare fuerant designati, quàm interficeretur, tum cùm expeditionem adornans in Parthos, in insequentes annos plures magistratus creauit.			*Ap. Claudio, C. Norbano Flacco.*	712
Antoniano bello ad Mutinam à D. Bruto contra Antonium defensam, Antonium castris exuerunt, & ad Lepidum proconsulem in Galliam profugere coegerunt. Hirtius post victoriam saucius obiit. Pansa Bononiæ item ex vulnere mortuus est.				
Bruto & Mutina obsidione liberatis, solus Octauius Cæsar, qui se consulibus adiunxerat, incolumis victoria fruitus est, & honorifice à Senatu habitus, maximè auctore Cicerone, *Dio. Velleius.*				
Qui cùm à Senatu, vt consul in locum consulum occisorum fieret, non impetrasset, reconciliatus M. Antonio & M. Lepido, contracta etiam affinitate per desponsationem Clodiæ priuignæ Antonij, exercitum Romam adduxit, consulatúmque, annos tantùm. 20. natus, inuasit, Q. Pædium sibi collegam subrogans. *Suetonius.*			*M. Agrippa, L. Caninio Gallo.*	713
Q. Pædius Cos. legem tulit de quæstione habenda in interfectores Cæsaris. Postulati ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, absentes damnati		4061		

An. ante Christū natum.	Anni Vrbis cōditæ		Anni mundi.	nati sunt.
			4043	D. Brutus, cui Senatus vt M. Antonium persequeretur mandauerat, relictus à legionibus suis in Gallia, iussu Antonij ad Aquileiam captus interemptus est.
47	713	Romæ Coss.		Octauius Cęsar M. Antonium & M. Lepidum ex Gallia in Italiã accersit In Bononiensi agro se triũviros Reip. constituendæ cum summo imperio in quinquennium renuntiant.
				Lepido Hispanias & Narbonensem Galliam, Antonio reliquas Gallias, Cæsari vtramque Lybiam cum Sicilia & Sardinia distribuunt, Magistratus, nec Senatu nec Populo consulto, quibus voluerunt, mandant. Lepidum in locum occisi D. Bruti consulem in sequentem annum creant, eúmque ad Romam ac reliquam Italiam tuendam instituunt.
				Antonium ac Cæsarem ad Cassium Brutúmque bello persequendum, & ad proscriptionem Senatus cædémque inimicorum ciuium edendam, ad quæ exequenda confestim omnes Romam conuolant.
				Inter proscriptos fuere L. Paulus frater M. Lepidi, L. Cæsar auunculus Antonij, M. Cicero, qui Oct. Cæsarem suis sententiis exuerat. Cuius occisi à Popilio legionario milite à se olim defenso & è cruce erepto, caput, cum manu dextra in rostris positum est. *Plut. Dio.*
				M. Brutus, qui tota Epiro & Macedonia in potestatem redactis, à Senatu præesse Macedoniæ iussus fuerat, inde in Asiam contrahendorum auxiliorum causa se contulit.
				In Europam tegressus Adali agrum populo Rom. ab eo moriente relictum recepit, & Bessis in Macedoniam irrumpentibus ope reguli Rascyporidis victis, Imperatoris nomen sibi peperit.
				Cassius pecuniis in Asia corrogatis Dolabellam in Laodicea obsessum, vt sibi manus inferret coegit. Rebus inde omnibus in Syria & Cilicia constitutis, Smyrnam in Asiam ad Brutum ad ordinanda belli consilia contendit, quod aduersum se à Triumviris comparari acceperat.
				Ita Cassius Thodiis & Ariobarzane, Brutus Lyciis Patareis & reliquis Asianis subactis in Macedoniam, vt ibi bellum gererent, traiecerunt, & ad Philippos castra è regione hostium posuerunt.
				Priore prælio Cassius ab Antonio pulsus, cùm Brutum in acie cecidisse metueret, sibi liberti manu mortem intulit. Posteriore paucos post dies victus M. Brutus, desperatis rebus & ipse manu Stratonis fugę comitis se transfodit. Quod idem fecerunt principum Romanorum circiter. 40.
				Q. Hortensius hîc quoque occisus est.
				Hinc Cæsar Hispania & Numidia sibi sumpta in Italiam æger reuertit. Antonius Gallia & Africa sibi assignata in Asiam ad cogendas promissas militibus pecunias profectus est.
				Perusiæ Cæsar in Etruria, L. Antonium Cos. multa contra se consilio Fuluiæ vxoris M. Antonij molitum, concluſum diu obsedit, postremòque conatũ aliquoties erumpere in deditionem cepit. Ei veniam dedit plerisque equitum & Senatorum ad aram C. Cæsaris immolatis. Perusiam diruit, Italiam totam in potestatem redegit, Fuluiam ad M. Antonium vitum cum liberis & Iulia eius matre fugauit.
714		*L. Gellio Poplicola, M. Cocceio Nerua.*		
		Bellum Siculum Sex. Pompeij.		
715		*Sex. Pompeio, L. Cornificio.*		
			4061	

Universidad de Deusto
Biblioteca

M. Antonius & Cæsar mortua Fuluia in gratiam redierunt, atque hinc Cæsar Sardiniam, Dalmatiam, Hispaniam, Galliam, Antonius reliqua omnia supra Ionium mare in Asia & Europa sortiti sunt, excepta Africa, quam Lepidus, & Sicilia, quam Sext. Pompeius tenebant. Et invrbem equis inuecti sunt, Octauia etiam Cæsaris sorore Antonio in matrimonium collocata.

Ventidius ab Antonio amore Cleopatræ in Ægypto implicato contra Parthos missus, eos tribus prœliis fudit. Labienum Pompeianarum partium ducem & Pacorum regis filium occidit. Parthos Syria & Tauro monte expulit, Palestinam recepit. Primúsque omnium de Parthis triumphauit. *Sue. Eutr. lib. 7.*

Aug. Cæsar M. Agrippam ignobili loco, bonum militia, victoriæ socium geminatis consularibus extulit Post etiam mortuo Marcello sororis filio generum sumpsit. *Tacit. lib. 1.*

Is Gallos noua molientes deuicit, & secundus Romanorum belli causa Rhenum transiit. In Aquitania rem prosperè gessit.

Eo & Caninio Consulibus Triumviti, cum quinque annis Trium viratus, in quos se crearant, abiissent, semet in alterum quinquennium prorogarunt.

Sex Pompeius minimus filiorum Pompeij, qui è Corduba, vbi obsidebatur, Iulio Cæsare Hispaniese bellũ conficiente, elapsus in Lusitaniã veniens aliquandiu latuit. Occiso iam Cæsare Hispaniam inuasit. Deinde cum M. Lepido, qui à Cæsare alteram Hispaniam obtinuerat, fœdus fecit, vt recuperato patrimonio Hispania recederet. Quod fœdus à M. Antonio Cons. confirmatum est.

Is postea iectis ex Epiro proscriptis ac fugitiuis diu in mari prædatus Messanam in Sicilia primum, deinde totam insulam occupauit.

Facta cum Triumvitis pace nec seruata, quòd rursum latrociniis mare vexaret, & annonæ subuectionem impediret, post multa naualia prælia dubio euentu commissa, tandem fugatus est.

E Messana Corcyram, inde in Cephaleniam venit, denique in Asiam ad Antonium. Et cum eum in Lesbo res malè gessisse contra Medos, audiret, ratus se Antonij imperium ad se translaturum, per M. Titium Antonij legatum, iussu eiusdem Cornificio & Pompeio Coss interfectus est. *Dio. Appianus.*

M. Lepidus pacta occulta cum Sex. Pompeio in bello Siculo iniens, post eum fugatum, Messanam occupauit, ac Siciliam sibi vendicauit, Cæsare in ius vocato.

Sed bello petitus atque à suo exercitu desertus, abrogato Triumviratus honore, supplex à Cæsare vitam impetrauit, & Circeios in perpetuum relegatus est. *Sueton.*

Sexto Pompeio in Sicilia victo, Lepido trium virali potestate exuto, Dalmaticum, siue Illyricum bellum Octauius Cæsar suscepit, multis annis cum Noticis, Pannoniis, Thetis, Illyriis, Dalmatis, Iapygibus, Liburnis, Tauristis, Mœsis, Thracibus, Vindelicis, Getis, Basternis, Getmanis, & cæteris trans Rhenanis & Danubianis, partim suo, partim Agrippæ, Vibii, Asinij Pollionis, M. Crassi, L. Pisonis. L. Lentuli, Neronis Drusi & Tib. Cæsaris ductu confectum.

An. ante Christum natum.	Anni mundi.		Anni vrbis cõdita.
47	4043		
		M. Antonio, eóque abdicante L. Sempronio Atratino, L. Scribonio Libone.	616
		C. Cæsare, L. Volcatio Tullo.	6
	4061		

An. ante Christum natum.	Anni vrbis cõdit a		Anni mundi.
47			4043
	718	*Cn. Domitio, C. Sosio.*	
	719	*C. Cæs. 3. M. Valerio Messala Coruino.*	
		Bellum Actiacum.	
			4061

fectum. Tum limes inter Barbaros & Romanos per Vindelicium, Noricium, Pannoniam & Mœsiam est constitutus.

Statilius Taurus in Africam à Cæsare post victum in Sicilia Lepidum missus, de Africa, C. Sosius, cui imperium Syriæ & Ciliciæ Antonius tradiderat, de Iudæa, quæ Romanos multis detrimentis Antigono rege affecerat, C. Norbanus de Hispania triumpharunt.

Atticus Ciceronis amicus Cn Domitio & C. Sosio Coss. moritur, *Cor Nepos.* Tum translactum est secundum quinquẽnium Triumviratus, atque ita hoc primùm anno Cæsar priuatus fuit.

Vltimum bellum ciuile Actiacum, quo confecto Romanum imperium totum ad Cæsarem, qui post Augustus est appellatus, translatum est.

Susceptum est paruis occasionibus. Antonius scilicet obiiciebat Cæsari, quòd Lepido Triumviratum abrogasset, copias eius & sexti Pompeij, quas communes esse oportebat, itémque eas, quas in Italia conscripserat, quę communis erat, vnus sibi sumpsisset.

Cæsar Antonio, quòd Ægyptum sine sorte teneret, Sextum Pompeium, cui ipse sponte ignouisset, interfecisset, Artanusdam regem Armeniorum dolo captum in vincula coniecisset, regnum eius filio suo ex Cleopatra nato destinasset, Cleopatram & liberos ex ea susceptos ingentibus muneribus donasset, séque in Ægypto cum Cleopatra sepeliri iussisset, Cleopatræ filium ex C. Cæsare Cæsarionem appellasset, & ad Cæsaris genus traduxisset.

Ad Actium Epiri promontorium multis prœliis: vno equestri, ceteris naualibus prosperè gestis, vltimo cum totis Orientis viribus, id est, Asiæ, Iudęæ, Thraciæ, Macedoniæ, Græciæ, Ægypti, Cyrenæ, regum & dynastarum omnium, à Cæsare militibus Galliæ, Italię, Siciliæ, Sardiniæ, Hispaniæ, Libyæ instructo, victus cum Cleopatra Alexandriam in Ægyptum profugit, vbi obsessus, in vltima rerum desperatione, præcipuè falso Cleopatræ occisæ rumore impulsus se ipse interemit.

Cæsar Alexandria in potestatem redacta, Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte per sibi ipsi admotas aspides defuncta, in vrbem reuersus tres triumphos egit, vnum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium de Cleopatra mortua translata.

Sícque finem bellis ciuilibus imposuit anno altero & vigesimo. Nam cæpta erant Lentulo & Marcello Coss. In monimentum victoriæ Nicopolim iuxta Actium extruxit, & Agonem Actium instituit.

Ægyptum in prouincię formam redegit, ei Cornelio Gallo præfecto. Inde in Asiam per Syriam venit, atque ibi hyemauit. Æstate autem sequentem in Italiam decedens, vrbem cum tribus his triumphis ingressus est.

Herodem etsi Antonij partem secutum regem confirmauit, addita Gadaræ, Hipponis, Samariæ, Ioppæ, & Turris Stratonis maritimarum ciuitatum ditione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

	An. ante Christū natum.	Anni mundi.		Anni vrbis codita.
AERA Augusti an. 38. ante Christi natalem, de qua suprà. Quarto eius an. *Vasæus Chron. cap. 22.* qui hæc ex Eusebij Chronico manuscripto citat. Hoc tempore Edicto Augusti Cæsaris æs in tributum & census dari iubetur. Ex quo æra collecta est. Aliis Aera numeti notam, vel supputationem designat.	47	4061	*Quarta Monarchia Romanorum ab Oceano Hispanico, vsque ad Euphratem, quæ ferrea Daniel. 2.*	
Augustus nepos Iulij Cæs. 18. ætatis an. Ciceronis opera dux aduersus Antonium destinatus est.				
Inita cum Antonio & Lepido societate extorsit, vt sibi viginti annos nato consulatus daretur. Hinc deinceps Reip. præfuit an. 56.			I.	
Quadraginta quatuor legiones ad tutelam orbis terrarum distribuit. *Oros. lib. 6. cap. 19.*		4090	a Deuicto Antonio Augusto. solus ad Christi vsque natalem imperium tenuit, an. 29.	720
Cum Phraarte Partho pacem iniit, signa, quæ sub Crasso, deinde sub Antonio capta erant, cum captiuis recipiens. *Iust. lib. 42.*	29			749
Et eius filium, quem negligentius custoditum Tyridates quidam de Parthorum regno contendens, rapuerat, & ad ipsum duxerat, vicissim reddens. *Ibidem.*			*Phraarte 3. Parthorum rege.*	
Cantabri & Astures mortalium vltimi in Rom. potestatem venerunt, & nouissimi ab eis defecerunt, adeò vt cum Gotthi Hispanis iura darent, nunquam imperata fecerint, semper suis vsi legibus. *Vasæus. Paulus Æmylius.*			Romæ Coss.	
Cantabros & Astures vltimos Hispaniæ populos Augustus debellans, Tarraconi legatos Scytharum & Indorum, eius amicitiam postulantes excepit. Ita 300. annos in Hispania decertatum est, donec tandem tota Cæsari paruit, Cantabris postremo ab ipso superatis.			*C. Augusto Cæs. 4. M. Crasso deinde in eius locum, M. Tullio Ciceronis filio.*	720
Coponium constituit Syriæ præsidem, & Quitinum procuratorem Iudææ. *Ioseph. Antiq. lib. 18. cap. 1.* Non dudum ante natiuitatem Christi, vt describeretur primum vniuersus orbis. *Luc. 2.*			*C. Cæsare 5. Sex. Appuleio, deinde Potito Valerio.*	721
Vniuersæ terræ tributum æris imponens, vt fluuiū Tyberim pontibus & tabulis æreis admodum crassis consterneret ad viginti milliaria. *R. Abraham in Cabbala historica.*			Iani templum clausum.	
Ob quem censum tumultus multi exorti, qui in Gallia vix sunt compositi. *Florus in Epito. Liuiana lib. 139.*				
Anno deinde decimo pòst, perfecta est descriptio (secunda supple) capitum & facultatum per Syriam & Iudæam ab eodem Quirino, siue Cyrenio censore ad id constituto atque misso. *Ioseph. ibid cap. 1 & 3.*			*C. Cæsare 6. M. Vipsanio Agrippa 2.*	722
Vel si vnica fuit Cyrenij descriptio, errauit Iosephus tempore.				
Carthaginem & Corinthum euersas restituit. Lugdunum Romanorum coloniam, per Minutium Plācum Ciceronis discipulum condit. *Euseb.*			Bellum Cantabricum Iano aperto.	
Quinque bella ciuilia gessit, Mutinense contra M. Antonium, Philippense contra Brutum & Cassium. Perusinum contra L. Antonium Trium-viri	29	4041		

fratrem

An. ante Christū natum.	Anni vrbis codita.		Anni mundi.	
				fratrem. Siculum contra Sextum Pompeium. Actiacum contra M. Antonium, quod inter eos exarsit anno Herodis tertio, post quod Ægyptus Romana
			4061	prouincia facta est.
29				Deinde pace terra marique parta, Ianum clausit. *Oros. lib. 6. cap. 16. & 18.* qui bis tantùm ante ipsum fuerat clausus, sub Numa rege, & pace primùm cum Carthagine inita.
	723	*C. Cæsare 7. M. Agrippa 3.*		Cùm sibi monarchiam citra tyrannidis opinionem stabilire vellet, id perfecit decenniorum & quinquenniorum rogatione. Quod secuti reliqui Cæsares, quanquam non in certum tempus, sed in totam vitam designarentur imperatores, tamè quinquennalia & decennalia celebrarunt, quasi tum imperium renouantes.
	724	*C. Cæsare 8. T. Statilio Tauro 2.*		Errorem, qui ex aunculi Iulij Cæsaris malè percepta intercalatione ortus est, Augusti sequens castigatio sustulit. *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 14.*
				Quæ hodie iam alia castigatione indiget. Nam erratum fuit singulis annis, 106. vno die. Itaque intercalādi sunt dies quindecim, qui singuli singulis, 106. annis accreuere. Quod sic rectè fiat, vt Ianuarius sit cum Capricorno, quando incipit sol ad nos redire, & dies longiores efficere. Neque enim Calendariū melius corrigi possit, quàm vt vna simul incedant menses & signa Zodiaci, Æquinoctiorum locis in primo gradu Arietis & Libræ exactè constitutis. *Postellus.*
	725	*C. Cæsare. 9. M. Iunio Silano.*		CÆTERA *illius memoriæ per consulum ordinem ab eius victoria Actiaca ad Christi ortum sic habent.*
				Quo tempore nuntiata est mors M. Antonij, in parte anni consul erat Ciceronis filius. *Dio. plin lib. 12.*
				Senatus statuas Antonij deiecit, ac decreto, ne quis ex gente Antonia, Marci prænomine vteretur, statuit. *Plutar.*
	726	*C. Cæsare 10. C. Norbano Flacco.*		Ipso Cæsare & Sext. Appuleio Coss. Cæsar victor ab oriente rediens octauo, Idus Ianuarij vrbem triplici triumpho ingressus: tum primùm Iani portas sopitis omnibus, finitisque bellis ciuilibus clausit, quo die Augustus consaluratus est. *Oros lib 6. cap. 8.* post 200. annos ex quo clausus, móxque apertus fuerat. *Ibid. cap 19.*
		Ianus secundo ab Aug. clausus.		De republica populo, Senatuíque reddenda & deponendo imperio deliberauit, M. Agrippa suadente maximè. Interim dissuadenti Mecænati assensit, sed vt magis coleretur, & volentibus ciuibus, imperium stabiliret, prouinciarum administratione cum Senatu & populo communicauit. Nam Senatui populóque Africam, Numidiam, Asiam, Græciam, Epirum, Dalmatiam, Macedoniam, Siciliam, Cretam, Cyrenem, Bithyniam, Pontum, Sardiniam & Bæticam, quæ pacatiores erant, tradidit.
	727	*C. Cæsare 11. Cn. Calpurnio Pisone post mortem A. Terentij Varronis Murenæ.*		Sibi verò sumpsit reliquam Hispaniam, & Tarraconensem & Lusitaniam, & Galliam omnem Narbonensem, Lugdunensem, Aquitanicam, Celticam, & eorum Colonias, Germaniam, Cœlem, Syriam, Phænicem, Ciliciam, Cyprum, Ægyptum. Pòst autem Cyprum & Galliam Narbonensem populo dedit, ab eo vero Dalmatiam accepit. Quæ permutatio in aliis pòst etiam gentibus facta est.
	728	*M. Marcello, L. Aruntio.*		
	729	*M. Lollio, Q. Æmilio Lepido.*	4090	Ac vt omnem de le Monarchiæ suspicionem exi

De Diecud dorny
y tabrom sich Apollo
hongarsch reformirth
& jmmer nyhen gemacht
a° anno 1582.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meret, potestatem rerum, quæ sibi concessæ erant, in decennium sumpsit, ita vt successione decennio rum perpetuo imperium administrauerit.

Quin & in Senatu se reddere remp. publicè dixit. Verum Senatorum alij, quòd fidem verbis eius non haberent, alij quòd grauiora damna ex populari statu extimescerent, alij quòd eius offensionem, si aliter facerent, metuerent, precibus coëgerunt, vt imperium solus ipse retineret, ac satellitibus custodibúsque vitæ eius stipendium duplicarunt, perinde ac si serio abire imperio voluisset.

Ipsomet Cæsare sextùm, & M. Agrippa secundùm Coss. contra Cantabros, & Asturas Hispaniæ fortissimas gentes Ianum aperuit, atque in Hispanias cum exercitu profectus est. *Oros. lib. 6. cap. 20.*

Censores longo intervallo creati desuetos creauit, qui centum quadraginta per bella ciuilia temere in Senatum ingressos senatu mouerunt, aliis quinquaginta vltro cedentibus. *Dio.*

M. Agrippa tertiùm consul Pantheon templum fecit. *Dio.*

Septa in campo Martio dedicat.

M. Crassus ex Thracia & Getis triumphat, Rholo quodam Getarum rege in potestatem adducto.

Polemo rex Ponti in amicitiam Augusti accipitur. *Dio.*

Septimus, Octauus, Nonus Consulatus ab Augusto Tarracone initur. Tamdiu enim illic mansit ad bellum Hispaniæ conficiendum *Suet.*

Túmque Aminta rege mortuo Galatia cum Lycaonia prouincia facta est: & oppida Pamphyliæ libertate donata.

Iubę, pars Getulię pro paterno regno permissa. *Dio.*

Hispani & Salassi victi. Sicque Cantabricum bellum post quinque annos confectum est. *Dio.*

Quo confecto cum bellum Parthis inferre velle videretur, tota Parthia captiuos ex Crassi & Antonij exercitu, collectos signáque militaria his erepta recepit, filiis, nepotibúsque Phraartis obsidib⁹ datis.

Apud Tarraconem etiam legatos Indorum & Scytharum excepit, & pacem cum eis firmauit. *Oros. lib. 6. cap. 20.*

Inde templum Iani, quod horum bellorum causa aperuerat, iterum claudit.

Augustam vrbem in Hispania tribus millibus Romanorum eò deductis condit. *Strabo lib. 4.*

Cantabri & Astures discessu eius rebellantes, à L. Æmilio perdomantur.

Æmilius Gallus primus Romanorum C. Cæsare decimùm, C. Norbano Coss. in Arabiam fœlicem, exercitum parum prosperè adduxit. *Dio.*

Periculoso morbo Augustus oppressus ab Antonio Musa medico sanatur.

M. Marcello, L. Arruntio Coss. Fannij Cæpionis & Varronis Mutænæ coniuratione patefacta, ædem Iouis Tonantis dicauit. *Dio.*

Dictaturam & Censuram tenuit, at tribuniciam potestatem sibi sumpsit, ipsi vndecimo consulatu delatam. *Dio.* i. 20. annis antè Christi ortum, quam per. 37. annos continuauit. *Tacit.* i. vsque ad mortem.

Quo anno Romæ fons olei per totum diem defluxit. *Oros. lib. 6. cap. 19.*

Senatum ad sexcentos redegit, in quo antea

An. ante Christum natum.	*Anni mundi.*		*Anni vrbis condit.*
29	4061	*M. Appuleio, P. Silio Nerua.*	
		C. Sentio Saturnino, P. Lucretio Cinna Vispillone, quibus sufficit Velleum M. Vinucium & Agrippam 4.	730
		Pannonicum *per triennium.*	731
		Cn. Lentulo, P. Lentulo Marcellino.	732
		C. Furnio, C. Iunio Silano.	733
		L. Domitio Ahenobarbo, P. Cor. P. Scipione.	734
		M. Druso Libone, L. Pisone.	735
		Rheticum & Vindelicum.	
		Cn. Lentulo Getulico, M. Crasso.	736
	4090	Bosphoranum.	

erant

An. ante Christum natum.	*Anni vrbis condit.*		*Anni mundi.*
		erant super mille, & quidam indignissimi per gratiam & præmium allecti, quos vulgus abortiuos appellabat.	
		C. Sentio, Q. Lucretio Coss. Virgilius moritur.	4090
		Augusto absente & Asiæ Orientisque res ordinante. Quando exarsit bellum Pannonicum à Nerone confectum.	
		Et Agrippa sacra Ægyptia repressit edicto, ne quis ea intra 500. ab vrbe passus exerceret. *Dio.* 54. quod postea Tyberius repetiuit. *Sen. Epist.* 109.	
	737	*Ti. Nerone, P. Quinctilio Varo.*	
		Garamantas Cor. Balbus subigit & primus ex his triumphauit. *Solinus, Plin. lib. 5.*	
		Cn. Lentulus Getulis victis post consulatum Getulicus dictus est.	
		Bosphoranos Asandro mortuo à quodam Scribonio sollicitatos Agrippa vicit, & signa Romana, quæ illi quondam sub mithridate fuerant, bello recuperauit. Triumphum inde decretum agere noluit, quia de rebus gestis nihil ad Senatum scripserat. Duobus annis post obit.	
	738	*M. Messala, P. Sulpicio Quirino.*	
		Pannonicum secundum.	
		Ex quo tempore reliqui exemplum eius, quasi legem quandam, secuti, neque publicè literas miserunt, neque triumphum obtinuerunt, sed triumphalia tantum ornamenta. *Dio.*	
	739	*Paulo Fabio Max. Q. Ælio Tuberone.*	
		Quirinus cum M. Valerio Messala Consul, V. C. 738. diu post in Syriam missus ad census describendos, datúsque rectos C. Cæsari Armeniam obtineti.	
		Pontificatū max. quem neque viuo Lepido Triūviri filio auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit Augustus. *Suet.* Tum ad cæteros eius titulos hic pontificalis honor accessit. *Ouid. lib. 3. Fasto.*	
		Tyberius primus (victis Pannoniis) triumphalibus ornamentis honoratus est, nouo nec antea cuiquam tributo genere honoris. *Sueton.* Dio tamen Agrippam primum hoc honore decoratum esse prodidit.	
		Sequenti anno Drusus iisdem affectus est quòd Sicambros sociósque eorum, item Gallos Rhenum trāsgressos, denique Vsipotas debellasset, Frisiis ad amicitiam Romanam traductis. *Dio.*	
		Inde L. Piso, quòd Sialetos Macedoniam incursantes vicisset triennio, cum omnibus Thraciæ gentibus atrox bellum gerens. *Florus, Velleius.*	
		Pax cum Parthis facta, *Epitoma penultima.*	
		Bellum aduersus Germanos trans Rhenum à Druso geritur. Ipse ex fractura equo super crus collapso, trigesimo post die, mortuus est. *Epitoma vltima Liuij* Nā Liuiana historia hui⁹ Drusi Augusti priuigni, quę cum filiis Germanicū Dio appellat, morte expletur.	
	742	*Druso Nerone, T. Quinctio Crispino.*	
		C. Marcio Censorino, C. Asinio Gallo Coss. mensis Sextilis in Augusti honorem dictus est Augustus: anno Augustio vigesimo. *Censor. de die Natali.* Augustium annum appellat, postquam ille Augusti nomen est consecutus.	
	743	*C. Marcio Censorino, C. Asinio Gallo.*	
		Tiberius Rhetico & Vindelico bello gentes Alpinas, Pannonico Breucos & Dalmatas subegit, Germanico 90. millia deditiorum traiecit in Galliam, iuxtáque ripam Rheni sedibus assignatis collocauit. Quas ob res & curru vrbem ingressus est, & primus nouo genere honoris decoratus. *Suet.*	
	744	*Ti. Nerone, Cn. Calpurnio Pisone.*	
		In actis temporum D. Augusti inuenitur duodecimo eius consulatu, C. Crispinum Hilarum ex ingenua plebè Fesulana cum liberis nouem, nepotibus 27. pronepotibus 29. neptibus 9. prælata pōpa, cum	
		L. Lælio Balbo, C. Antistio Vetere.	4104

Ff

Fons olei Romæ anno mortis Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus his in capitolio immolasse. *Plin. lib. 7.*

Augusto & Coruino Gallo Coss. Iulia filia ab Augusto in insulam ob flagitium relegata. *Vell.*

C. Lentulo, M. Messala Coss. Augustus templũ tertiò clausit, & sic pace per totum orbem terrarum confirmata, Dominus Pacis in terra nascitur. Quas portas æuo per duodecim fermè annos quietissimo semper obseratas, ocio ipsa etiam rubigo signauit, nec prius vnquam, nisi extrema senectute Augusti pulsaræ Atheniensium seditione & Dacorum commotione patuerunt. Eo tempore, quo natus est Christus firmissimam, verissimámque pacem ordinatione Dei Cæsar cõposuit, eóque anno Dominũ se omnium appellari non est passus, imo nec aũsus, quia verus Dominus totius generis humani, inter homines natus erat. *Oros. lib. 6. cap vlt. Irenæus lib. 3. cap. 25.*

Inde vsque ad mortem Christi per 33. annos Iudæa, cui primum & præcipuè ipse venerat ad præstandas promissiones patribus factas, sine bello perpetua pace potita est.

Eo vixdum ex humanis exempto, atrox bellum inter Herodem & Aretam Arabum regem exortum est, in quo Herodes victus est & cæsa multa Iudæorum millia. Cuiusmodi multa deinceps in ea gente exarserunt, donec tota funditus deleretur. *Ioseph.* Vnus è fructibus absentis & reiecti Christi pacis principis.

[Eum disertis verbis Esaias Propheta designat eo elogio agnoscendum: quòd esset Princeps pacis, cap. 40.]

Omnibus ad occasum & meridiem pacatis gentibus, ad Septentrionem quoque duntaxat intra Rhenum atque Danubium, item ad Oriẽtem intra Taurum & Euphratem, Nilum quoque, reliqui qui immunes imperij erant, vt Scythæ, Sarmatæ, Seres & Indi misere legatos amicitiam petentes. Parthi quoque quasi victoriæ Crassianæ pœniteret, vltro signa retulere. Sic vbique cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit aut pactio. Túmque ausus est tandem Augustus septingentesimo ab V.C. anno, Ianum geminum claudere bis ante se clausum, sub Numa rege & victa primùm Carthagine. Hinc conuersus ad pacem pronum in omnia mala sæculum, grauibus seuerisque legibus multis coërcuit. *Florus in fine lib. 4.*

Hîc Camers legendum censet, septingentesimo quinquagesimo, vel quinquagesimo secundo, vt habet Orosius libri sexti capite vltimo, sed id postea expendemus.

Hinc nascitur Christus, secundum illud Danielis cap 2. In diebus autem regnorum illorum (.i. vnius siue vltimi illorum, siue illis adhuc stantibus, necdum absumptis) suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri non tradetur. Comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. De regno Christi & Ecclesiæ, cuius initia in eius ortu.

ITA Bruto & Cassio cæsis, Sex. Pompeio apud Siciliã oppresso, exuto Triumviratu Lepido, interfecto Antonio, solus per 44. an. remp tenuit. Romano adiecit imperio Ægyptũ, Cantabriam, Dalmatiam omnem, Pannoniam, Rhetiam, Vindeliciã, Sapussos in Alpibus, omnes Ponti maritimas ciuitates,

Anni Christi.	Anni mundi.		Anni vrbis cõditæ.
1		*Augusto 12. L. Sylla.*	745
		C. Caluisio, L. Passieno.	746
		Cn. Lentulo, M. Valerio Messala, siue Messalino.	747
		Ianus tertio ab Aug. clausus in annos 12. Pax per orbem. Inde Christus pacis princeps nascitur.	
		Augusto 13. M. Plautio, indéque, C. Caninio Gallo.	748.
0	4090	b Post CHRISTVM adhuc imperat, an. 15.	
15	4105	*Phraarte 3. Parthorum rege decimo. Deinde Phraarte quarto anno 2. Orode anno 2.*	
		Romæ Coss.	
		Cosso Lentulo, L. Pisone Augure.	750
15		*Augusto 14. L. Paulo.*	751

vt Bos-

Anni Christi.	Anni vrbis cõditæ.		Anni mundi.
1.		Augusti Cæsaris gesta per Varum.	4090
	752	*P. Vinucio, P. Alpheno Varo.*	
	753	*N. Seruilio, L. Ælio Lamia.*	
	754	*Sex. Ælio Cato, C. Sentio.*	
	755	*Cn. Cinna. L. Valerio Messala Voluso.*	
	756	*M. Lepido, L. Aruntio Planco.*	
	757	*Q. Cæcilio Metello, A. Licinio Nerua.*	
	758	*M. Furio Camillo, Sex. Nonio Quinctiliano.*	
	759	*Q. Sulpicio Camerino, C. Poppæo Sabino.*	
		Bellum Germanicum siue Dacicum.	
	760	*P. Cor. Dolabella. C. Iulio Silano.*	4104
15			

vt Bosphorum, Pontirapem. *Eutro.*

Vicit Dacos, Germanos trans Albim submouit, Pannonico bello per Tyberium 400. millia captiuorum ex Germania suprà ripam Rheni in Galliã trãstulit. Armeniã à Parthis recepit, Galatiam prouinciã fecit, cum antea regnum fuisset, sic Iudæam, &c. Parthos, Indos, Seras, Scythas in fœdus recepit. *Idem.*

Cossus Lentulus Getulos accolas Syrtium compescuit. vnde illi Getulici cognomen. *Florus.*

Tib. Nero expleto suæ tribuniciæ potestatis quinquennio, priuatus Rhodi mansit. *Dio.*

Quadriennio pòst, Caïo & Lucio ex Agrippa & Iulia nepotibus adoptatis intra trienniũ defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. Hinc tribuniciam potestatem iterum accipit. *Velleius, Sueton.*

Lex Ælia Sentio fertur.

C. Sentius ex Germania triumphalia ornamenta & insignia refert. *Dio.*

Tribus annis pòst Germanicus Ti. F. ex Dalmatica victoria, quo tempore Quinctilius Varus cum legionibus in Germania cæsus est. V. 759. *Dio.*

Mœsta ciuitate clade Variana Tiberius triumphum ex Illyrico, quod intra Italiam, regnúmque Noricum & Thraciam & Macedoniam, intérque Danubium & sinum Adriatici maris patet, perdomito & in ditionem redacto in triennium distulit.

Ærarium militare institutum, & onus Centesimæ vrbi & Italiæ impositum sub vrb. 756. *Dio. lib. 55.*

Biennio pòst ab Augusto interdictum omni vaticinio & prædictione, *Dio.* quod antea Senatusconsultis factum de Mathematicis & Magis Italia pellendis, vt Vrbis 614. M. Popilio Lenate, C. Calpurnio Coss. *Val lib. 1. 721.* à M. Agrippa.

Sext. Pompeio, Sex. Appuleio Coss. Augustus Nolæ moritur ætatis 77. dempto vno mense & diebus quatuor, imperij post Actiacam victoriam 44. demptis decem diebus.

Strabo historicus & Geographus, quæ post Polybium à Romanis gesta sunt, libris 43. cõprehẽdit.

DIOSCORIDES.

Trogus Pompeius, vt è Iustino eius Epitomaste intelligitur

Diodorus Siculus 40. libris bibliothecam siue historiam mille centum & triginta octo annorum cõdit, qui terminantur Cæsaris expeditione contra Gallias. *Ipse in præfat. 1.* anno Vrbis 695. Primis fabulas tantùm exponit, quia perquisitis omnium historicorum profanorum scriptis, certi nihil de prioribus temporibus repererat. Belli autem Troiani tempus narrationis suæ exordium statuit, Apollodori & Varronis præsertim operibus adiutus.

Dionysius auctor libri de Situ orbis pocta Geographus.

Horatius, vita incontinentissimus, sententiis grauissimus. Propertius, Tibullus, Vitruuius.

Hortensia Hortensij filia, luculentam orationem ad Augustum habuit.

Messala Coruinus, orator haud vulgaris, morbo rerum omnium memoriam, sui etiam nominis, amittit.

Ouidius ad Getas in exilium ablegatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni Christi.	Anni mundi.		Anni Vrbis cõditæ.
Cotys Getarum rex literis & poëſi excultus, in cuius regno exulauit Ouidius, cui & dicauit Elegiam tertij de Ponto.	1.		*M. Lepido, T. Statilio Tauro.*	761
Cornelius Gallus Foroiulienſis poëta, qui ſe poſtea interemit. Ægypto in formam prouinciæ redactæ primus præficitur, deinde relegatur.			*Germanico Cæſare, C. Fonteio Capitone.*	762
Thebæ Ægyptiæ vſque ad ſolum ruptæ.				
Larmono cagas Indus viuens ac ridens, in ardentem pyram Athenis ſe coniicit.			*L. Munatio Planco, C. Silio.*	763
Porus rex Indiæ, Obadas Ægypti (pattem aliquã Ægypti eſſe oportet verſus Æthiopas) Lathyrus Arabiæ, Hiarbas Lybiæ, Archelaus Cappadociæ, Herodes Iudææ, Bulogeſes Beſus Thraciæ.			*Sex. Pompeio, Sex. Appuleio.*	764
Germani inter Albim & Rhenum à Tyberio Nerone & fratre eius Druſo ſuperantur, vnà cum Vindelicia, Pannonis & Armeniis.				
c PHRAARTES pacem cum Auguſto faciens filios nepotéſque obſides dederat. Huic cùm ſucceſſiſſet filius & ipſe Phraartes, & illi Orodes, Orode occiſo Legati Parthorum Romam mittuntur, qui Vononem vetuſtiſſimum liberorum Phraartis illic obſidem ad regnum paternum à Tibetio rerum tunc potiente acciperent. Sed is poſt quinquennium vi in Armeniam exactus, Artabanum ſucceſſoré accepit.		4104 4122	c Chriſtus mortuus eſt Tiberij anno, 18.	
Qui bello à Tyridate regij Arſacidarum ſanguinis, adiuuante Vitellio Syriæ legato, regno in annũ pulſus eſt.			*Orode Parthorum rege. Deinde Vonone, an. 5. Artabano, an. 30.*	
Nam mox Hyrcanorum & Caramanorum præſidiis reſtitutus eſt, Tyridate in Syriam ad Romanos fugato. Quod regnum Sinnacis proditione iterum in annum perdidit. Sed tertiùm recuperauit, donec ad extremum cum vxore & filio à Gotarze interfectus eſt.			*Druſo Iulio, C. Norbano.*	765
			T. Statilio Siſenna, L. Scribonio Libone.	766
			C. Calio Rufo, L. Pomponio Flacco.	767
			Tib. Cæſare 3. Tib. Iulio Germanico.	768
Hic eſt Gotarzes, qui ſub Cladio rex fuit Parthorum decimus nonus. Hinc Vonones 20. Vologeſes 21. qui à rerum geſtarum magnitudine in Romanorum hiſtoriis notiſſimus eſt. Nam Armeniam, Nerone imperante, eis ademit, duas legiones ſub iugum miſit, apud Cor. *Tacit. lib.* 13 14 15.			*M. Iunio Silano, L. Norbano Flacco.*	769
			M. Valerio Meſſala. M. Aurelio Cotta.	770
			Tib. Iulio 4. Druſo Iulio 2.	771
			C. Sulpicio Galba. D. Haterio Agrippa.	772
Vologeſes filius vigeſimus ſecundus, Cozroes 23. cui Trajanus Armeniam primùm, deinde Meſopotamiam & Aſſyriam excuſſit, & in eius locum regem Parthenaſpem conſtituit.			*C. Aſinio Pollione, C. Antiſtio Vetere.*	773
			Ser. Cornelio Cethego. L. Viſellio Varrone.	774
Quo pulſo Cozroes auitum recepit imperiũ. Poſt quẽ Vologeſes tertius diu regnauit, cui Marcus & Lucius Veri Imper. Armeniã, Aſſyriamque ab Adriano eiredditas bello iterum eripuerunt.			*Coſſo Cornelio Lentulo, M. Aſinio Agrippa.*	775
			C. Caluiſio Sabino, Cn. Cor. Lẽtulo.	776
Denique nouiſſimus omnium Arſacidarum Artabanus, qui cum Romanis Seuero, Antonino Caracalla, Macrino bella multa geſſit.			*M. Licinio Craſſo. L. Calpurnio Piſone.*	777
			Ap. Iunio Silano, P. Silio Nerua.	778
Nam in eo finit Parthorum hiſtoria. Eo enim ab Artaxerſe Perſa ſub Chriſti 220. victus, imperij Oriẽtis ſumma à Parthis, iterum ad Perſas tranſlata eſt.			*C. Rubellio Gemino, C. Fufio Gemino.*	779
			L. Caſſio Longino, M. Vinucio Quartino.	780
ROMANA SVB TYBERIO.			*Tib. Cæſare 5. L. Ælio Seiano.*	781
Hic eſt Tyberius Auguſti priuignus & filius adoptatus, qui quum illo viuo ſeptem triumphos meruiſſet, tribus contentus fuit, Pannonico, Germanico & Illyrico.			*Cn. Domitio Ahenobarbo, A Vitellio Nepote.*	782
			Ser. Sulpicio Galba, L. Cornelio Sylla, quibus Coſſ. Onuphrius putat Chriſtum mortuum, nempe decimo nono Tyberij non 18. contra Veterum conſenſum.	783
Vix dum ingreſſus Illyricum properis Liuiæ matris literis accitur, vt rerum potiretur, Auguſto in morbum extremum lapſo.	15	4122		
Imperium pacatiſſimum conſecutus eſt, quoad				

Christo in deserto Satan tribus vicibus tentat bella

S. Gamin Tiberij 18.

An. ante Christũ natum.	Anni Vrbis cõditæ.		Anni mundi.
		Sed ignorantia conſulatus, quo Chriſtus natus eſt, quo ſe paſſu multos coegit errare, &c. Aug lib. 2. de doctr. Chriſt. Rectius ergo Hebraicis, Eccleſiaſticiſque inſiſtitur ſummis.	
		Summa 62.	
		CHRISTI *Euangelium ſecundum & vltimum remedium aduerſus Idololatriam & impietatem omnino inueteratam & peccatum vbique regnans.*	

Chriſtus pacis princeps in humanis eſt verſatus. Eo ad imperij ipſius decimum octauum, crucifixo, mox Armenia à Parthis, Meſia à Dacis, Pannonia à Sarmatis, Gallia à Germanis, Iudæa ab Arabibus direpta ſunt. *Suet in Tib cap. 40. Ioſ. lib. 18. Ant. cap. 7.*

Cappadocas in prouinciam redegit remoto Archelao rege, Getulorum latrocinia repreſſit, Marabodium Sueuorum, Raſcupolim Thracum reges ad ſe per promiſſa attractos non remiſit.

Abiit ex vrbe in Campaniam &c. Coſſ. Sabino & Lentulo, nec rediit. Vndecim ita annos abſens fuit continuos. Vide Suet. cap. 39.

Apud Fidenas ſupra 20. hominum millia, gladiatorio munere amphitheatri ruina pereunt. *Suet.*

Imperij eius quarto Germanicus triumphauit de Germanis. *Oroſ.*

DE CHRONOLOGORVM profanorum ſcrupulis.

QVIA in annorandis annis ab vrbe condita non ſatis congruunt rationes Hebræorũ, Græcorum, Romanorum, quando inter ſe conferuntur, ne mireris ſi in eis perſequendis, non omnia ad omnium animos & ſcripta accommodatè ſcripſerimus. Nam ne ipſe quidem mihi ſatisfeci, etſi Liuianam ſupputationem ſequutus ſim.

Ea enim à Varroniana, Ciceroniana, Cenſorina, Gelliana, Pliniana, Capitolina ſiue Verrij Flacci nõ modo differt, ſed & eæ inter ſe atque à vulgatis plurimum diſcrepant. Nam verbi gratia, Gellius lib. 17 cap. vlt. Sp. Caruilium Rugam anno quingenteſimo vndeuigeſimo primum diuortium feciſſe ait. At lib. 4. cap. 3. quingenteſimo vigeſimo tertio, nobiſcum ſecutus Liuianam ſummam.

Florus narrat in 2. Epitome, ab V.C. ad 10. Auguſti, tempus eſſe propè ſeptingentorum annorum, & extremo libri quarti Auguſtum ſeptingenteſimo V. C. Ianum geminum clauſiſſe ob firmatam cum toto genere humano aut pacem aut pactionem. Cui accedit Meſſala Coruinus in libello de progenie Auguſti, dum ab vrbe C. ad depulſos reges annos 244. numerat. Inde ſub magiſtratuũ, Conſulum, Dictatorum, Tribunorum militarium ductu quadringentos quadraginta & ſeptem. Nam illi in vnam ſummam redacti non niſi 191. conficiunt.

Nondum igitur exacti erat anni 700. quando ipſe ad imperium peruenit. Atqui alij longe aliter. Nam vel illic Io. Camers Flori interpres legendum cenſet ſeptingenteſimo quinquageſimo, vel ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo vt Oroſius cap vlt ſexti habet, quòd pax, de qua illic agitur, videatur contigiſſe circa 38. imperij eiuſdem Auguſti: cum tamen hæc ſupputatio mirè cum Gellio & noſtra Chronologia, & vt reor, cũ ipſa veritate cõgruat. Ordo enim hiſtoriarũ Hebraicarum & Monarchiarũ nõ poteſt appoſitè cũ Romanis rebus comparari, ſi ſeptingentorum annorum numerũ vſque ad Auguſtũ, atque a

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo Augusti vigesimum excedatur. Et tamé alij sentiunt anno Vrbis.709.vel 710.Iulium Cæs. fuisse interfectum, alij multò posteriùs & ità de cæteris.

Quare Cicero in Bruto tradit magnam in annis ab V. C. numerandis ac digerendis inter antiquos scriptores, dissensionem fuisse. Omnis autem huius controuersiæ causam inde oriri putat Car. Sigonius pag. 20. suorum fastorum, quòd quos alij, consules & sine Coss. dictatores sæpe interserunt: eos alij omnino prætereant.

Ego etiam, quia ante quingentesimum V. annum multa illic irrepserunt fabulosa & ficta, dum posteriores, noui præsertim homines, quadam ambitione suam progeniem ad fictos antiquos consules & magistratus referre studuerunt, quemadmodum Mes. sala Augusti ad Iulum Æneæ.

Quò pertinet, quod ibidem Sigonius scribit variâ & inconstantem apud omnes esse annorum rationem, vsque ad quingentesimum fermè annum V. C. Ab eo verò litem nondum esse compositam, quoniam hoc constanter inuenitur (inquit) quòd alij alios vno, alij duobus, alij tribus, alij quatuor annis antecedunt aut subsequuntur.

Quæ commemorare voluit aduersus eos, qui putant Vniuersale Chronicon recte ab annis Vrbis cõditæ & Coss. posse deduci. Nam illa ratio est incertissima, nondúmque inter doctos constituta. Sed nec vrbis historia repeti certò potest ex scriptoribus, Liuio ducentis annis antiquioribus, ne quis nos illorum præiudicio vrgeat, vti Cicero & Velleius lib. 1. indicant.

Quin & inter Latinos ipsos de anno vrbis conditæ tanta est quæstio, vt cùm definiri non possit, oportuerit Onuphrium in fastis ex omnibus sententiis duas probabiliores colligere, & vtramque suis fastis adiungere, vt quam quisque vellet sequeretur.

Adde non facile conciliari numerationem ab vrbe condita cum Græcanicis rationibus siue Olympiadum, siue regum, etiam si illa liquido constaret. Siquidem non bene conueniunt anni integri, quales ferè sunt Coss. post exactos reges, cum fractis, quales sunt Græci, aut anni Emergentes, vt vocant, cum vsualibus. Item qui in vtraque numerandi ratione maxima existit extremorum diuersitas, minimè in principiis & finibus consentiens.

Quanquam nec apud Romanos perpetuò annus fuit integer, vel dies certus. Nam alij nouem mensium fuisse primum Consulatum Bruti, alij sedecim aiunt, item annum à Calendis Octobris ex Dionysio fuisse inceptum, alij ex Plutarcho à Calendis Ianuarij. Denique initio consulatum fuisse initium Idibus Decembris. Deinde propter rem malè ad Veios gestam, abdicatis prioribus magistratibus, Cal. Octobris, demum sub 530. V. Idibus Martiis.

Quæ omnia, vt initio habeant exiguam, at progressu maximam, valdéque notabilem differentiam efficiunt. Quod in vnius Iulij Cæsaris quinquennio apparet, cuius proinde imperium veteres annis tribus, mensibus octo & diebus aliquot definierunt, quoniam primus & vltimus non fuerunt completi, sed simul iuncti, menses duntaxat octo & dies aliquot constituerunt. Nam primus sex tantùm menses & paucos dies ante Calendas Iulias compræhendit,

An. ante Christi natum.	Anni mundi.		Anni Vrbis cõditæ.
		DE SCRVPVLIS	
		CRONOLO-	
		GORVM.	

An. ante Christi natum.	Anni Vrbis cõditæ.		Anni mundi.
		DE SCRVPVLIS	
		CHRONOLO-	
		GORVM.	

Baal Seder Olam, à mundi procreatione ad euersionem templi sub Vespasiano tantum numerat annos 3558. id est, ad Christum natum 2485. & passim 3518.

dit, circa quas Pompeium ad Pharsaliam vicit, & solus imperare cœpit, vltimus menses tantùm duos & dies quindecim, vt qui 15. Martij à coniuratis interfectus sit. Sicque in illo quinquennio, 16. menses desiderantur.

Hæc qui minus obseruant, iterum dico frustra se in Chronologia torquent, & perperam exactam omnium rationum subductionem, conciliationem, comparationem pollicentur. In his enim satis est, si probabilissimus, veróque proximus calculus teneatur.

Accedit Fastos sæpius fuisse correctos, immutatos, auctos, diminutos, multis diebus, atque adeò mensibus consumptis vel additis.

Sunt alij apud istos nodi, siue, vt vocant, scrupuli, è serie. 4. Monarchiarum exorientes, deinde ex Olympiadibus, denique ex æra Nabunazaris Ptolomæani. Itaque ne ex istorum quidem vllo confici rectè potest Chronicon. Nam de iis incertius adhuc iudicium est, & fere in radice peccat, quoniam illorum anni fere sunt fracti, incompleti & mutili. Etiam illi Olympiadum, quos tamen putant esse certiores. Olympicum enim certamen in mensem Iuniũ incidebat, & medium ferè annum dispescebat, atque ex vno anno duos quodammodo faciebat, quorum alter ad præcedentia, alter ad sequentia Olympia pertineret. Quare etsi vulgo quatuor annis definirentur, quinquaginta tamen lunares menses conclusisse ex Lycophronis interprete apparet, qui numerus quatuor annos solares viginti fermè diebus superat.

Quare Dionysius Halicarnassæus inter alia & hoc reprehendit in Thucidide, quòd euenta belli Peloponnesiaci per initia & extrema Olympiadum ita digesserit, vt exterorum gestis commodè vix adaptari possint.

Et Liuius lib. 2. ab V. C. conqueritur tantos errores tempora implicare, aliter apud alios ordinatis magistratibus, vt nec qui consules, secundũ quosdam fuerint, nec quid quoque anno actum sit in tanta vetustate, non rerum modo, verum etiam auctorum digerere possis.

Deinde, vt vrbs quingentis annis scriptoribus caruit vsque ad Catonem maiorem, qui rerum totius illius spatij memotiam colerent & literis mandarent: Ita Monarchiæ & Olympiades vsque ad octogesimam, & Ecatei, Herodotique sæculum, certis historicis carentes, è densis tenebris non possunt explicari.

Præterea, quod omnibus commune est, tanta difficultate intet se anni ex istis æris deducti coëunt, vt sex regulas à Funccio & aliquot aliis confingi necesse fuerit, & ne sic quidem coëunt. De quibus nihil aliud dicam, quàm quòd tanta facilitate reiiciuntur, quanta istis in inanem phantasiam venerunt.

Nam perpetuo primus scrupulus hærebit, in inconstanti auctorum ab Vrbe condita supputatione.

Secundus in non minus disputabili Olympiadum ratione.

Reliqui in cæteris populorum Epochis & Æris

Universidad de Deusto
Biblioteca

ion satis certo & constanter fixis.

Cuiuslibet ergo Chronici regula & mensura debet esse Scriptura, quæ tamen vt in se certa sit, non caret difficultatibus & nodis, de quibus nunc dicendum est breuiter, vt causæ, cur Hebræi, Græci, Latini, in annorum enumeratione inter se dissideant, planiùs percipiantur.

De sacrorum Scriptorum scrupulis.

HEBRAEI suis nimium addicti traditionibus, aliter numerum annorum notant. Nonnihil etiam indulgêt odio, quo Christianos hebdomadas Danielis ad Iesum Christum pertinere demonstrantes inlequuntur.

Illarum enim septuagesimam in diem, quo à Tito Cæsare euersum est templum, cadere asseuerant, & Christum, quem Daniel prædicebat post. 69. Hebdomadas occidendum, Agrippam Herodianorum postremum interpretantur.

Quare vt hoc doceant plurimos annos (quos ex aliis historicis restituimus) ab imperiis Persarum, Græcorum, & Machabæorum nobis astutè surripiunt.

b Sic Græci & Latini veteres ob corrupta Septuagintà interpretum exemplaria. Excipio Hieronymum & Bedam, qui ob veritatis Hebraicę peritiam, parum absunt à vero calculo. Recentiores minimo differunt, cuius rei ratio mox explicabitur.

Falsi autem sunt, quòd Septuag. Interp. 5. & 11. cap. Gen. pro centum, ducentos semper habeant, atque ita redundent mille fere ducentis 40. annis. *Hieron. in quæstion. Hebr.* Nam cap. 5. addunt de suo 600. an integros, & c. 11 octingentos, &c. Miror autem Iosephum Græcum hic quoque esse corruptum. Alioqui enim locis aliis se corrigit, & vsque ad Christum non multo plus numerat, quàm Hebræi.

Ita nihil necesse est aliud respondere A. Contio, qui vulgatam totius Ecclesiæ Græciæ numerationem laudat, tanquam ei congruentem, quæ in Græcorum Horologio, & Cyclo Paschali ibidem descripto notatur, & quam Cedrenus, Zonaras, Nicetas, sexta Synodus in Trullo, Nicephorus ipse Chronographus, quem luculentis notis illuminauit, & vno verbo Græci omnes hodie ita sequuntur, vt frequentiùs per hos mundi, quàm per Christi annos tempora consignent. Nam eam examinat ad corruptissima Septuaginta interpretum exemplaria. Plurimum tribuo Septuaginta interpretibus, sed incorruptos eos nobis exhibeant. Corruptos enim negare non possunt, siue quia res ipsa cum Hebraico comparata loquitur, siue quia Ecclesia editionem D. Hieronymi, vt ipsemet Cõtius fatetur, præfert: in his & aliis ab hac Græca editione mirabiliter discrepantem.

Anni mundi	Ante Christũ natum		Anni vrbis conditæ
		Talmudici ab orbe ad Christum passum an 3784. Rabbini recentiores ad natum ann. 3760. menses 4. vnde quartum mũdi millenarius ab eis in annũ Domini 240 conferetur. Quintus in an. 1240. & ita deinceps. Quod hodie vulgo Iudæi sequuntur. Fit ergo	
	a Hebræi.	*annus 1,180 ab eis est mundi 5340 ad proximum vsque Septembrem.*	
		Rabbi Nahsson in lib. de Cyclo Paschal 3740.	
		Rabbi Leui. 3786. in 12. Danielis.	
		R. Moses Gerundensis 4058 menses 5.	
		Iosephus 4192. menses sex, dies 10.	
	c Recentiores.	*Aliqui, 3974 mẽs. 6. di. 10*	
		Aly. 3954.	
		Nonnulli. 3690.	
		Quidam. 3969.	
		Marianus Scotus, 4182.	
		Alij præsinitè, 4000.	
		Arabes an. 5185. præter eos qui Mahometem volunt sexto millenario venisse, vt in Chronicis Saracenis post Alcoranum pag. 214.	
		Methodorus. 5000.	
		Eusebius 5190.	
		Theophilus Antiochenus Ad Autolichum 5476.	
		Græci vulgo 5508, vt in sexta Oecumenica Synodo c. 3. in Horologio & Cyclo Paschali.	
	b Græci.	*Nicephorus lib. 1. hist. cap. 10. 5505.*	
		Cedrenus addit vnum 5506.	
		alter tribus, alter duobus ab hac communi discedit.	
		alius 5200, vno minus.	
		Hieronymus in Quæst. Heb. 3941.	
		Augustinus. 5331	
		Isidorus 5 Ethymologiarum. 5210.	
	b Latini.	*Orosius Eusebium sequitur.*	
		Beda cap. 22. lib. de rat. temporum 5952.	
		Astronomi. 5328.	
		Alphonsus. 5584.	
406		*Dionys. Abbas. 4203.*	

DE SCRVPVLIS

Ante Christũ natum. | Anni vrbis conditæ. | Anni mundi.

Præterea veteres labuntur, quia annos Hebræorum supputarunt quasi lunares, vt Iunius Africanus lib. 5. de ratione temporum, Hippolytus Martyr in temporum canonibus, *Euseb. lib. 8. de Demonst. Hieronym. in 9 cap. Dan. Aug. epist. 78. Beda in comment. 2. lib. Esr. cap. 16.*

Noster calculus qui est an. 4121. mensium 6. dierum 16. hos superat vno centenario & paucis aliquot, quoniam (vti antea dictum est) simpliciter accipimus locum Exodi cap. 12. quo dicitur Iacobæos in Ægypto mansisse. 430, an.

c RVRSVS causa controuersiæ, quæ inter Hebræos, Nos, & recentiores Latinos cernitur, pendet ex. 70. annis captiuitatis Babylonicæ & Hebdomadis. 69. Danielis, dum alij aliunde illas incipere coguntur, quòd secuti vitiosas discrepantésque Græcorum & Latinorum historias, 200. & amplius annos falsò, vt supra docuimus, imperio Persarum tribuant. Hoc enim constituto, compelluntur multò post Cyrum Hebdomadas auspicari, vt illæ præfinitè cadant in necem Christi.

R. Iacob posteriore tomo sui Talmud. pag. 10. col. 4. has & alias supputationis Hebraicæ causas aperit, vbi & quartum mundi millenarium in annum templi euersi 142. qui est nati Dom. 215. confert. Quod congruit calculo Seder Olam.

Ob eas igitur causas tot ferè inuenies de annis mundi sententias, quot sunt scriptores. Sed comparanti loca scripturarum, quæ annotauimus, spero nostram habitum iri omnium simplicissimam & maximè semotam ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ μαχῶν τομαχῶν.

Vbi mihi non displicet Philastrius, qui in hæreticis numerat eos, qui tempus annorum mundi ab orbe condito certo constare pronuntiant, perinde ac istos, qui asserunt illorum numerum penitus esse incertum. Nam quod patum distat, distare non videtur.

De quare Diodorus Cyzicenus tempore Iuliani & Valentis Impp. librum scripserat, εἰς τοὺς παρ' ἡμῖν χρονικὸν διαβὰς μόνον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου καὶ Παμφίλου περὶ τοῦ χρόνου. *Suidas in Diodoro.*

Quod sic planiùs mecum inductione per singulas. 6. ætates discurrens concipies.

In prima ætate, quæ est mundi Originarij nullus est nodus propriè. Nam quod ei superaddunt Græci annos 700. plus minus, corrupta illorum exemplaria nihil debent veritati Hebraicæ decerpere.

In secunda Diluuij scrupus etiam nullus hæret, nisi iuxta eosdem Septuaginta, qui pro annis. 292. iuxta eosdem Septuaginta habent corruptè 1170. alias 942. Nam in exemplaribus Græcis est magna numerorum corruptela, vt proinde variæ colligantur supputationes. Sed is error apertè corrigitur, per certa & distincta Patriarcharum tempora, *Gen. 5. 7. 11 & 12.*

Aliqui temere addunt scrupulum de natiuitate Arphaxad, detrahentes annum vnum, de quo pag. 29. & Abrahæ, superaddentes annos 60. de quo pag. 37.

Circa tertiam Patriarcharum vnica versatur quæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, de tempore habitationis Israelitarum in Ægypto, quæ continet differentiam annorum ducentorum. Nam vulgo aiunt Israelitas duntaxat mansisse in Ægypto an. 130. Alij, quos sequor, 430. vt verba scripturæ Exod. 12. penitus retineantur, & tempus habitationis, à descensu Iacob in Ægyptum numeretur, non à prima Abrahæ migratione è Charan.

Quartà Iudicum nullum quæstionem recipit, quia diserte 480. annis. 3. *Reg.* 6. concluditur, nisi in subductione membratim demonstranda.

Quinta Regum nullam etiam, vel perexiguam admittit, eámque exotientem è collatione Regum Israel cum regibus Iuda, quoniam certissima serie, sine vllis ambagibus & interuallis, deducitur per Regum Iudæ tempora libris Regum & Paralip. definita. Quare indoctè Shubertus quidam Spirensis minister nodum in scirpo quærens, seriem annorum ab ædificatione templi ad destructionem eiusdem, reponit inter Chronologorum scrupulos. Apertè enim Scriptura docet quandiu quisque regum illorum regnauerit vsque ad vndecimum Sedechiæ, quo æquatum solo tradit templum, nempe anno. 430. mense 6. postquam fuisset constructum. Philo quidem 440. numerat, Eusebius 442. Iosephus 470. aliqui 427. sed differentia non est tanta, vt propterea deductus è scriptura Calculus dubitationem debeat gignere. Deinde potuerunt labi subducendo, potuerunt & eorum libri corrumpi, vt in numeris solet facilè accidere.

In sexta captiuitatis duplex inest scrupulus. Prior vbi septuaginta anni captiuitatis debeant incipere an à Iechonia, vt ego contendo, fretus simplici Ieremiæ & Matthæi authoritate, an ab vndecimo Sedechiæ, vt plerique, quod tamen discrimen est duntaxat annorum vndecim. Posterior vbi & ipsæ Hebdomades Danielis debeant initium figere. Est quidem simplicius & Danielis loco propinquius, vt à primo Cyri anno incipiant, ilico post septuagesimum illum captiuitatis annum, eodem ferè tempore, quo Angelus Danieli apparuit, & tam suaue sacramentum reuelauit.

At non desunt qui interuallum multorum annorum constituant inter finem captiuitatis Babylonicæ, & promulgationem edicti de vrbis reædificatione, atque initium earum sumant à 20 anno Artaxersis Longimani.

Eo enim anno etiam exiit sermo, vt reædificaretur vrbs, 2. *Esr.* 2.

Alij à secundo eiusdē Longimani, alij à septimo eandem ob causam. Alij à quarto Sedechiæ, omnium quidem alienissimè: sed tamen etiam superiores potius confusam & suppositiam seriem regum Persicorum & opinionem è profanis historicis anticipatam sequuntur, quàm veritatem.

Qui scrupulum mouent de mensibus, inscitè faciunt.

Etsi enim menses Scripturæ Lunares sunt, eius tamen anni in Solaribus haberi debent. Nam etiamnum hodie Hebræi, tertio quoque anno & interdum secundo, quando vsus exposcit, vt ratio Lunæ, motui Solis respondeat, vnam Lunam siue Lunarem mensem, intercalant: illúmque annum

Anni Christi. | *Anni Mundi.* | *Anni vrbis cōditæ.*

CHRONOLO-

GORVM.

Nos ad Christum { *natum* 4090 / *passum* 4122.

Anni Christi. | *Anni vrbis cōditæ.* | *Anni mundi.*

DE SCRVPVLIS

CHRONOLO-

GORVM.

mensium tredecim, extremo (quem Adar nominant & in nostrum Februarium ferè incurrit) cum hac copula, *Veadar*, repetito faciunt. Quamquam etiam primus potest repeti, vt mensis intercalaris, siue institutius sit *Venisan*, qui & Martius. Ita enim solebant veteres dicere, vt Talmuditæ narrant.

Nisan autem idcirco in Martium confero, quia initium eius aliquando præcedit, aliquando sequitur æquinoctium vernum, in nostris Fastis, 21. die Martij fixum, quatenus scilicet annus Embolicus propè vel longe fuerit. Alioqui eius pars & quidem maior, aliquandò in Aprilem cadit.

Vt & alij eorum menses duobus nostris respondere solent eodem modo & ob eandem causam, nempe Iiar, Siuan, Tammuz, Ab, Elul, Tizri, Marhesuan, Kisleu, Teuet, Sheuet, Adar.

Sic Arabes apud Ioan. Leonem in descriptione Africę pa. 42. Nam sex menses habent triginta dierum, sex. 29. qui reddunt dies. 354. Qui numerus à nostro solari anno, superatur diebus vndecim.

Qui quidem vndecim dies tertio quidem anno coniuncti conficiunt triginta tres, at eorum tres seruantur & reiiciuntur in sequentes annos, quousque Luna & Sol decimo nono an. redeant ad idem punctum per sex alios embolismos, siue per sex alios menses intercalatos annis 6. 8. 11. 14. 16. 19. enim sunt embolici.

Atque ita Hebræi septem embolismos singulis nouem decim annis constituunt, nempe tres singulis octo annis. Nam in circulo decemnouennali embolismus est septem mensium.

Quod à patribus acceptum esse, satis ex Noë historia intelligitur. Vbi enim traditum est Noë integrum annum egisse in arca, mensibus duodecim Lunatibus, adduntur reliqui dies, qui vocantur ἔπαγόμενοι. *Ingressus est* (inquit) *Noe in arcam mense secundo, die decimo septimo.* Deinde vbi nominatim facta esset mentio septimi mensis & postea decimi, & post hunc, dierum quadraginta & amplius, ac denique primi mensis. *Egreditur* (ait) *ex arca rursus mense secundo, die vigesimo septimo.* Interea igitur exacti sunt menses duodecim, & accedunt dies decem, qui ter sumpti, mensem integrum, id est, decimum tertium anno tertio reddunt. Quemadmodum nos solemus quarto cuique anno inserere vnum diem ad sextum Calendas Martij, quem ob id bissextum appellamus.

Sed hac de re scribentem in Genes. primum caput Iunilium Episcopum Africanum audi. Luna cum duodecies spatia sui cursus peregerit, annum facit communem dierum 354. & vt anno Solari possit concordare circuitus, tertio cuique vel secundo anno, tertium decimum addit mensem, quem Embolismum vocant nostri calculatores, & fit dierum trecentorum octoginta & quatuor. Atque hæc quidem ille præclarè.

Etenim, nisi hæc fieret intercalatio, cùm per legem debeant 14 die mensis Nisan festum paschæ celebrare, necesse esset, vt sequenti anno diebus vndecim, pascha ipsum anteuerterent. Tertio anno aliis vndecim, atque ita retrorsum versus, quousque in Augusto vel Septembri celebrarent.

	Anni Christi.	Anni mundi	Anni vrbis condit.
Falsi igitur sunt Iulius Africanus, Eusebius Cæsariensis, August. epist. 78. & plerique veterum, qui ex eo, quòd menses Hebræorum Lunares erant, existimauerunt ipsorum quoque annos esse lunares, qui solaribus vndecim diebus contractiores sunt.			

CHRONOGRAPHIÆ GENEBRARDINÆ
Libri Secundi Finis.

GILB. GENEBRARDI
THEOLOGI PARISIENSIS,

DIVINARVM HEBRAICARVMQVE LITERARVM PROFESSORIS REGII, CHRONOGRAPHIÆ PARS altera de rebus à Christo nato ad nostra vsque tempora, id est, an. 1584, in duos libros distincta, & è D. Arnaldi Pontaci Vasatensis Episcopi Chronologico opere locupletata.

PRIOR DE REBVS OCTINGENTORVM ANNORVM vsque ad nouum Caroli Magni Imperium, & Leonem III. Pont.

Posterior de aliis octingentis ferè annis ad vsque Gregorium XIII.

His Centuriatorum impietas, mendacia, impostvræ coarguuntur & doctrinæ Catholicæ continuatio ad singulorum sæculorum coronidem ostenditur.

PARISIIS,
Apud Ambrosium Drouart, sub scuto Solari via Iacobæa.

1600.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CLAVDIO BVRGESIO

CONSILIARIO REGIO, SVMMI SENATVS APVD DIVIODVNENSES PRAESIDI GILB. GENEBRARDVS *Theologus Parisiensis, Diuinarum Hebraicarúmque literarum professor Regius.*

PROFERIMVS etiam, ornatissime BVRGESI, duobus libris alteram partem de nouo Testamento recentioribus historiis, satis pro nostro instituto copiosam & locupletem: ac eam pro tua candida erga nos voluntate & studio, pro tuo item erga religionem & literas ardore dedicamus. Illam quidem ante annos sedecim magna sui gloria & facultate Arnaldus Pōtacus familiaris olim meus & studiorū comes, hodie Vasatēsis Episcop. venerabilis miraculo ingenij & literarum, venerabilior virture & moribus cōstruxit, & ita constructit, vt in eo genere, nihil queat inueniri, perfectius. Verum quoniā aliud est Centuriatorū vestigia carpere, vniuersum Theologicæ historię & doctrinæ corpus ab istis deprauatū restituere, singulari istorū peruersitati aduersis rationibus & modis occurrere, aliud breuē Chronologiā scribere, simplicémque rerū à Christi ortu actarū faciem proponere, hāc ei palmā deferens, me ad illa confero, formā scribendi immuto, Methodū meo proposito seruiente capto, cuius ideo gustū initio operis præbui, nouam materiā adhibeo, animū cōuerto ad præstigia Cēturiatorum dissoluenda, quòd meo consilio id putem commodius, nostrísque studiis congruentius. Quo autē illi suus cōstet labor, & fœlicia ipsius scripta fructū perpetuū rei Christanæ afferāt, ad quam tuēdam se procreatū & Episcopū cōstitutum meminit, eū obtestor, vt suū opus ab omnibus vehementer expetitū, diu à bonis & doctis expectatū, à me maximi semper factū, primo tēpore emittat, neque tādiu post tot editiones desiderari patiatur. Ego interim cōtra Magdeburgēsiū venena, Historiarū, Chronologiæq. studiosos muniā, ne eorū potionibus imbuātur, néve priusfalsis & fabulosis corrūpātur, quàm vera, genuináq. dēgustēt. Si quid cōpendij inde in Ecclesiā redūdet, mihi planè satisfactū existimabo. Neq. enim soleo scribere, vt mihi nomē parē, quo nihil sēper duxi ingenuo homine indignº, nihil turpius, animiq: magis angusti & parui, sed vt tempus mihi à Deo tributū collocē in his diuinis studiis, quę tū mihi ædificando, tū alteri iuuādo prosūt. Cùm præsertim incidisse nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

videā in luctuosissima tempora, quibus nullus virtuti locus, nullus eruditioni honos, nullus Dei metus, nullus religionis amor, nulla pietatis ratio, quódq. lōgè est tristissimū, nulla meliorū siue spes siue species, hæreseon, Simoniarum, perduellionū, ambitionū, omnis generis scelerum furiis omnia peruadentibus, vt bonis & fortibus viris sit optanda mors, vel certè, si ita viuendū est, sint omnia pro sola Dei gloria, Ecclesiæ ornatu reposita in cælis spe, simpliciter susc ipienda Nam profectò si tāta animorū cōtētione impij hodie studēt indoctis libris, turbulentis, vanis, futilibus scriptis & studiis mortaliū mētes corrūpere, quo nòn ardore, quo nō studio & conatu debemus contēdere, vt ad solida scripta & vtilia homines cōuertamus, & ingruentē Dei irā à nobis auertamus. Nolo hāc querimoniā lōgius producere, ne istos offendā, qui quicquid de pietate, artibus & disciplinis disseritur, in earū cultores peruersè regerūt, id in suā contumeliam dictū, scriptū, actum interpretantes, ad quod minime possūt præ socordia & voluptatibus, quibus omnino immergi ac obedire statuerunt, pertingere. Satis est, vt lectores, si qui futuri sunt intelligant, me in priore parte laborasse, vt verba & sensa sacrorum codicum sequerer, minusque longè ab eis abirem, qui vni & soli tot veterum sæculorū obliuionē atque tenebras depellere potuerunt. Posteriore autem studui, vt purè & fideliter præcipuas res Ecclesiæ atque adeo Mundi degustarem, ac recentium scriptorum, Germaniæ præsertim Theatra, Chronologias, Hæreseologias, Centurias magna ex parte mendaces, fabulosas, ex hæretico corruptóque ingenio dictatas abolerem, & quæ duntaxat isti inchoant, perficerem. Quod non factu difficile mihi semper ipse persuasi, quoniam Chronologię præsertim, quas nobis magno fumo vendunt, ingentes quidem sunt mole & numero foliorum, at varietatis rerum inanissimæ, paginis ferè constantes candidis, solo atramento vel minio deliniatis. Hinc quicquid per tot chartarum spatia offerunt, duobus aut tribus plenis ternionibus facilè comprehenderis, vt ipsos appareat vel pauca de antiquitate tenuisse, cuius præcones se nobis futuros pollicentur, vel profecto studuisse, vt tabulas Mathematicas repræsentarent, in quibus multæ pinguntur lineæ sine re, aut papyros bene puras & candidas pueris, quò discant primos scripturæ tractus ducere, emendas exponerent. Cuius rei interdum causam prætendunt non suam insc itiam. (Nam omnium rerum scientissimi haberi volunt) sed sæculi infœlicitatem, quòd fuerit exhaustum hominibus illustribus & scriptis factisque posteritatis recordatione non admodum dignis. Cùm contrà, illa sæcula, quæ vocant infœlicia, sæpe reliqua & magnitudine gestorum, & summorum virorum multitudine, & ingeniorum admiratione, & vicissitudinum insolentia superent. Si non apud Nostros, qui aliqua tempestate segniores esse potuerunt, at apud Græcos, Hebræos, Arabas, Persas, Indos, quorum commentarios prius debuerant consulere, quàm ita audacter pronuntiare. Prętereà istorum fabri, vt sunt hæretici, ita præ fastu

nullos

nullos alicuius notæ, vel pauciss imos, idque contemptim & perfunctoriè legunt, sunt indocti & inelegantes, & si cum minimo Catholico cōferantur, qui dextrè hęc tractare valeat, plusquam pueri, quemadmodum iam contra quendam apostatam Schekium planissimum feci, & superiore biennio cuidam Lamberto Danæo olim Caluini, hodie reliquorum Ministellorum parasito ostendi, qui, dum iuxta Michęæ verbū, propter panis buccellam & vini pateram stillat, dum suæ sectæ hominibus virulentiam suam ad blasphemandum conducit, dum denique in cælum ponens os suum & linguam per terram traducens, etiam in S. Trinitatem furit miser, id quodam fætido & Sabellium putenti ad me responso inficiari ausus est. Quòd cuiusmodi sit ex eo odorari potuisti, quòd vix quinque quaterniones capiat, & tamen ad fabricandum omnium Ministrorum symbolo, nouem continuis annis, & mensibus quatuor opus habuerit.

Verū de hoc nuper satis Franc. Iordanus Theologus Parisiensis, qui ipsum cum vniuerso Caluinolatrarum grege manifestissimo Sabellij furore agi docuit, Geneua in Belgium depulit, spe succedendi Bezæ, qui censeri Sabellianus nullo modo sustinet, deiecit. Interim quia Chronologia non ad plenam historiæ scriptionem pertinet, sed est potius quædam historiarum imago & breuissima temporum commemoratio, quemadmodum Cassiodorus vir vario doctrinarum genere insignitus libro de institutionibus diuinarum literarum retulit: ista aduersus istos tractare, qui vniuersam penè antiquitatem ignorant, ac in eo suæ insc itiæ non obscura argumenta iamdudum præbuerunt, an sit operosum, ipsimet loquantur ac videant. An verò consequar, tu integerrime Burgesi, cæterique eruditi Catholici censete, & si commodum duxeritis, mutate, addite, demite, ornate, perficite. Etenim aliorum censurę nihil me sollicitant. Hæc autem omnia ad te idcirco Lutetia in Burgundiam transmittimus, quoniam te nostræ musæ oblectant, ac vt tuarum ad me suauissimarum literarum verba vsurpem, eas communi illo studio, quod veluti virtuti & doctrinæ debetur, diligis. Denique quoniam amoris hisce annis inter nos diuina, opinor, virgula excitati, quotidiéque occulta quadam flammula crescentis symbolum cœlatum, signatúmque in posteritatem extare cupio. Quem quia perpetuum tibi polliceor, tu me eo vicissim in sempiternum etiam atque etiam complectere, vt vel ipsa mors, quæ piis est ad beatam immortalitatem transitus, tam sanctum mutuæ nostræ charitatis vinculum, in cæleste domicilium secum portet. Vale, & Deum vniuersi conditorem semper habe propitium. Lutetia,
Calend. Februarij.
1584.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libri Tertij Periocha.

a HOc primo centenario per orbem Euangelij lata propagatio.

Iudæorum calamitates variæ.

Eius Pontifices post Christi mortem quatuor, vsque ad Clementem Romanum.

Imperatores Augustus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, Otto, Galba, Vitellius, Vespasianus, Titus, Domitianus, Nerua.

Præcipui scriptores sacri, Apostoli, Euangelistæ, Clemens, Linus, Hierotheus, Dionysius Areopagita, Ignatius, Martialis, Hermes, Polycarpus, quibus accedunt Philo, Iosephus, &c.

Profani. etiam sua serie infrà per Chronographiã memorabuntur.

Hæretici. Simõ Magus primus hæresiarcha, Pseudoapostoli, Sacramentarii, de quibus Ignatius ad Trallianos, citante Theodorito, Menandriani, Ebionitæ, Cherintiani, Nicolaitæ, Alexander, Philetus, Hymeneus.

Cum Simone Mago, Pseudo apostolis, Sacramentariis Caluinitæ aliqua habent communia.

[Hæ scilicet cum Simone, quòd sacra profana reddant impio suo ausu, & tractatione scripturarum ex sensu & iudicio suo defœdata. Cum Pseudo apostolis, in eo quod donum sacri ordinis auersentur, & missionem inconsulto Apostolo, sibi temerè arrogent. Cum sacramentariis, quando quidem ipsi omnes veteres sacramentarios, errorum suorum absurditate intolerabili superent, cùm ne sacramentum quidem aliquod retineant, sed sublato sacro ordine, & aliis quatuor sacramentis, duo tantùm nomine tenus habeant, vt prætendunt, Baptismum, & sacram vt vocant cœnam: quæ ambo sacramenta etiam nuda signa esse garriant: vt sunt reuera quoad se, sed hæc in Dei contumeliam, & S. M. Catholicæ Romanę Ecclesiæ proferentes: inde est vt omnino & iustissime apud Deum & homines, se damnabiles reddant.]

b PERSECVTIONES exardescunt Traiani Adriani, Antoniorum, &c. Literæ florent, præcipuè Philosophia, Mathematica, Medicina.

Pontifices vndecim vsque ad Victorem Afrum.

Imperatores. Traianus, Adrianus, Antonini quatuor, Pertinax, Iulianus, Seuerus.

Secundi seculi scriptores præcipui. Iustinus Martyr, Rhodo, Asianus, Modestus, Melito, Philippus Cretensis, Musanus, Dionysius Corinthius, Athenagoras, Appollonius Senator, Irenæus, Theophilus Antioc. Egesippus, Appollinaris Hieropolitanus. Victor Pap. Agrippa, Castor, Pantenus philos.

Heretici, Saturninus, Basilides, Carpocrates è quo, Gnostici. Iudaizantes, Nazatæi, Cerdon, Archontici, Valentines, Ptolomæus, Marcus, Marcion, Hermogenes, Apelles, Bardesanes, Colobarsus, Ophita, Cainitæ, Sethiani, Lucianus,

Anni mundi.

Anni Christi.

SEPTIMA ÆTAS siue vltima Christi & Ecclesię. Nam posteriora hæc à Christo tempora, Scriptura vocat nouissima.

A Nato Dom. ad hæc tempora numerãtur anni 1584. Summa ergo annorum ab orbe condito ad annum Dom. 1584. quinque mille sexcentorum septuaginta trium. 5673.

Hanc vltimam ætatem in duos libros distinguimus. Prior historiã octingentorum annorum vsque ad Carols Magni imperium perstringit. Posterior totidẽ ferè reliquorũ curriculum delibat ad nos vsque. Octingentos primos sic persequimur, quòd singulis centum annis insignes vices Mundus habuerit.

Primi sæculi initium.

a *A Christo nascente ad primum Traiani principatum & Ioannis Euãgelistæ mortem an. 100.* 1.

Secundi sæculi initiũ.

b *Annus Dom. 100, quo Traianus init imperium & Ioannes Euãg. moritur.* 100.

Anni Christi. *Anni mundi.*

Tertij sæculi initium.

c *Annus Dom. ducẽtesimus, quando primum post Apostolorum tempora concil. Cæsariense in Palæstina coiit. & Artaxerses Persa nouum apud Persas imperium cõdidit sublato Parthico, vsque ad Saracenos.* 200

cianus, Seuerianus, Tatianus, è quo Encratitæ, Adamiani, Ascodrogitæ, Alogi, Montanus, è quo Cataphryges, Hemouiastæ, Valesij, Falsi martyres, Pepuziani, Prodicus, Angelici, Quintiliani, Artotyritæ, Quartodecumani.

Iudaïzantibus & Nazaræis, Caluinitę in aliquibus assentiuntur.

[Caluinitæ Iudaïsant in eo, quòd asserunt Christum Dominum, sacramenta sua non instituisse ea vi prædita vt salutem conferrent: sed tantùm vt vmbrarum legalium instar, nobis quasdam rerum ipsarum figuras repræsentarent. Cum Nazaræis verò, quia ferulæ se subducentes, arbitratu suo viuere volunt: & in miserrima ἀναρχία secum ipsis, digladiari & suos errores portentosos inuicem committere.]

c FACTIONES, Bella ciuilia in orbe Rom. Persecutiones Seueri, Maximi, Decij, Valeriani, Aureliani, Diocletiani, Maximiani in Ecclesia.

Multi motus in orbe Persico.

Pontifices quindecim vsque ad Marcellinum.

Imperatores, Caracalla, Heliogabalus, Alexander Mammeæ, Maximinus, Pupiennus, Balbinus, Gordianus, Philippi, Decius, Hostilianus. Volusianus, Valerianus, Galienus, Claudius, Aurelianus, Tacitus, Florianus, Probus, Cari, Diocletianus, Maximianus.

Tertij sec. scriptores præc. Clemens Alex. Caius, Origenes, Terrullianus, Ammonius, Minutius Fœlix, Greg. Neocæsarienſis, Tryphon, Hippolytus, Iul. Africanus, Cyprianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Dionysius Papæ, Dionys. Alexandrinus, Methodius, Malchion Presbyter, Dorotheus Presbyter, Pamphilus, Arnobius Lactantij præc.

Heretici, Proclus, Apostolici, Beryllus, Arabici, Sampsæi & Helcesaitæ, Theodotiani, Meletiani, Noetiani, & Nouatiani, siue Cathari. Sabelliani siue Patripassiani. Pau. Samosatenus, Manichęi, & Cubrici, Apocratitæ, Dicaritæ, Catharistæ, Abstinentes, Donatistæ, Hieracitę, Ecetæ, Gnosimachi, Thnetopsychi, Christolyri, Ethnophrones.

Aliquot errores Procli, Nouatianorum, Sabellianorum, Samosatenorum, Manichæorum, Donatistarum Caluinitæ renouant.

[Id testantur disputationes Abbanæ nouorum Arianorũ in Polonia. Et Puritanorum impia professatio in Anglia olim Petri Apostolorum Principis dinastra. Nec non horrendæ Caluini ipsius, in sua quam impiè vocat institutione, blasphemię contra Dei prouidentiam, probra denique in Ecclesiæ majestatem putidè obiecta. Et obstinata rebellionis sectariorum eiusmodi peruicacia.]

Quarti sæculi initiũ.

d *An. Dom. CCC. quo Constantius Constantini Mag. Pater Cæsar est constitutus.* 300

d CONSTANTINI magni conuersio.

Romanum imperium ex persequente Christianum.

Christus vbique floret, etiam in Indiis.

Ecclesię de Idolis triumphus.

Diaboli Zizania hæreses. Doctores innumerabiles.

Pontifices decem vsque ad S. Syricium Damasi successorem.

Imperatores. Constantius, Constantinus Mag. Eius filij, Iulianus, Iouinianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, Valentinianus 2. Theodosius maior.

Quarti sæc. Scriptores præcipui. Athanasius, Lactantius Emisenus, Iuuencus poëta, Ioa. Clymachus, Epiphanius, Damasus, Gregorius Nazianzenus, Greg. Nyssenus, Basilius, Eusebius Cæs. Hieronymus, Cyrillus Hieros. Hilarius, Theophilus Alex. Palladius, Pacianus, Fœbadius, Philastrius, Optatus, Amphilochius, Didymus, Ruffinus, Ephrem, Eutropius, Prudentius poëta & alij innumerabiles.

Hæretici, Coluthiani, Parermineutæ, qui perperam scripturas interpretantur. Eustachiani, Messaliani, siue Euchitæ, An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

thtopomorphitæ, Asteriani, Ariani, Macedoniani, Luciferiani, Marcellus, Photiniani, Aërius, Apollinaris, Iouinianus, Seleuciani, Aëtiani, qui & Eunomiani & Anomæi, Priscillianistæ, Vigilantius, Martianus, Heluidius, Collytidiani.

Caluinitæ in multis communicant cum Arianis, Eustachianis, Aërio, Iouiniano, Messalianis, Vigilantio, Martiano, Heluidio.

[Id arguunt vrbium solemnium ludibria, sanctorum calumniæ, & ipsius sacrosanctæ virginis diffamatio impudentissima, quæ omnia Lindanus piissimè iuxtà ac doctissimè est persecutus.]

c IMPERII per Barbaras nationes laceratio, Gotthos, Vãdalos, Francos, Hunnos, Burgundos, &c.

Variorum regnorum origo.

Pontifices, duodecim vsque ad S. Anastas. Gelasij successorem.

Imperatores. Arcadius, Honorius, Theodosius minor, Valentinianus 3. Martiauus, Leo, Maiorianus, Zeno, Anastasius.

Quinti sæc. doctores præcipui, Augustinus, Chrysostomus, Innocentius, Cyrillus Alex. Synesius, Marcus Eremita, Theodoritus, Possidius, Hesychius, Iunilius, Leo Mag. Gelasius, Primasius, Eucherius, Prosper, Salonius, Sedulius, Hilarius Arelat. Vincentius Lirinen. Paulinus, Sulp. Seuerus, Cassianus, Maximus Taurinens. Socrates, Sozomenus, Orosius, Chromatius, Petrus Chrysologus, Proclus Constant. Paschasius, Idacius, Gennadius. D. Benedictus, Marcellinus comes, Saluianus.

Hæretici, anno 400. Pelagiani, Abeloitæ, Nazaræni, Prædestinati, Nestoriani, Pseudomoses Cretensis, Eutychiani, Gainitæ, Ibas, Diacrinomeni siue hęsitantes.

Caluinitæ in aliquibus capitibus sequũtur Pelagianos, Prædestinatos, Nestorium.

[Quippe volunt opera nil ad salutẽ conferre, & liberum arbitrium tollunt, dicunt aliunde prædestinatis sua etiam peccata ad salutem prodesse. Christum negant esse dignum adoratione, quatenus homo est.]

f DEI flagella per Romanum imperium, Totilas, Saiui, de quibus Saluianus.

Monachorum doctoribus succedentium sanctitate illustrium sæculum.

Pontifices quatuordecim, vsque ad Gregorium Magnum.

Imperatores. Iustinus senior, Iustinianus, Iustinus iunior, Tyberius, Mauritius.

Sexti seculi scriptores præcipui. Symmachus pont. Fulgentius, Auitus, Ferrandus, Alcimus, Maxentius, Hormisda, Boëtius, Euodius, Cassiodorus, Iustus Orgelitanus, Fortunatus, Sidonius Appollinaris, Greg. Turonensis, Greg. Magnus. Olympiodorus, Andreas Hierosol. Gildas, Rusticus, Iornades Gotth. Episc. Euagrius, Procopius, Victor Vticensis, Faustus Rhegiensis, Theodulus, Thalassius, Nicephorus Cattophylax, Michael Syngelus.

Hæretici. Eutychianorum sectæ duodecim. Seueriani, Tritheitæ, Theopaschitæ, Xenaias, Acephali, Aphthartodocetæ, Monophysitæ, Sadducæi, Anabaptistæ, Agnoetæ, Iacobitæ, Cononitæ, Gaiani.

Caluinitæ accedunt ad Xenaiam, Agnoëtas, Monothelitas.

[Et ad tritheitas dum tres deos esse aiunt, & ad Acephalos quia neminem pro capite agnoscere volunt. Et in Christi vna quia neminem pro capite agnoscere volunt. Et in Christi vna
g MAHOMETIS & Saracænorum Apostasia orbem terrens.

Anni mundi.

Quinti sæculi initiũ.

c *An. Dom.* CCCC. *quo præfinitè Arcadius & Honorius adeunt imperium, Ambrosius moritur, Chrysostomus & Augustinus fiunt episcopi.*

Sexti sæculi initium.

f *An. Dom.* CCCCC. *quo S. Symmachus pontificatum summum adit, & Tamud à Rabbinis absoluitur.*

Septimi sæculi initiũ.

g *An. Domini* DC. *quãdo Phocas imperium suscipit, & iuxta quosdã, infœlix Mahometes nascitur.*

Anni christi.

400

500

600

Anni Christi.

Octaui sęculi initium.

h *An. Dom.* DCC. *quãdo Arabes capta Africa imminent Hispaniæ & Occidentalibus Europæ regnis.*

700

Noni sæculi initium.

i *An. Dom.* DCCC. *quo nouum Occidentis imperium Carolus Magnus condit, & Egbertus regnũ Anglicum.*

800

Quæ sic membratim demonstrari possunt.

Anni mundi.

Germania & vicinarum gentium Septentrionis conuersio tentata per Columbanum, Gallum & eius instituti socios.

Pontifices viginti vsque ad S. Sergium Antiochęnum.

Imperatores. Phocas, Heraclius, Constantinus eius f. Heraclonas, Constans, Constantinus Pogonatus, Iustinianus 2. Leontius siue Leo 2.

Septimi sæculi scriptores præcipui. Ioannes Constant. Isidorus Hispalensis, Clemens Arelensis, Adelmus, Iulianus Pomerius, Ildephonsus, Cæsarius Arelatens. Theodorus Cantuariẽs. Mandulphus Scotus, Leo. 2. Sophronius Hieros. Simon Metaphrastes.

Hæretici. Monothelitæ, Chazinzarei, Theodosiani, Tetraditæ. Armenij, Mahomet Pseudoproph. Baïras, Theocatagnostæ, Agarẽni, Charurgitæ, Lampetiani, Agonichytæ, Aginnenses, Maronitæ.

Caluinitæ. Tetraditarum, Mahometis, Lampetianorum aliquot errores amplectuntur.

[Nimirum Mahometen laudant, quòd Ecclesiam diuiserit cum Imperio, cuius etiam tyrãnidem vnus ex illis, verum imperiũ appellitare publico scripto, & quibus potuit persuadere non dubitauit. Tetraditæ autẽ sunt cùm nolunt aliter personas cum essentia in Trinitate attendere, quàm vt sit essentia aliquid per se extra personas existens.]

h TVRCARVM in Asiam, Arabiam, Africam, & insulas maris Med. infusiones.

Mahometis secta mirè augetur.

Octaui sæculi pontifices tredecim vsque ad Leonem tertium.

Imperatores. Absimarus, Iustinianus 2. iterum, Philippicus, Artemius, Theodosius 3. Leo Isaurus, Copronymus, Leo eius f. Irene cum filio Constantino.

Scriptores præcipui. Beda, Ioan. Damascenus, Maximus Monachus, Gregorius Cyprius, Germanus Constant. Cosmas Hierosol. Ioan. Hispalensis, Tharasius, Vvalafridus Abbas, Albinus, siue Alcuinus, Aponius, Bonifacius Mogunt. Paulinus Aquileiensis, Paulus Diaconus, Zacharias pap. Theophylactus Antioch. Isuardus, Vvalafridus, Carolus Magnus, Ambrosius Ausbertus.

Hæretici. Iconomachi, siue Iconoclastæ. Fœlix Vrgelitanus & Eliphandus Toletanus, è quibus Fœliciani, Paulicianisiue Pauliioannitæ, Athingani, Gnosimachi.

Caluinitæ sunt Iconomachi. Catholicos cum Paulicianis vocant Romanos, se verò Christianos siue Euangelicos.

[Hoc magno suo malo, nimis verum experta est Gallia, cùm istæ furiæ sacras ædes cum imaginibus Dei sacræ Virginis & sanctorum, impotentissima rabiè euerterunt: ac igni crematas ex hominum memoria quantum in se fuit deleuerunt.

i Hoc nonum sæculum ad sequentem librum pertinet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GILB. GENEBRARDI
THEOLOGI PARISIENSIS, DIVINARVM Hebraicarúmque Literarum Professoris Regij Chronographiæ Liber tertius.

CHRISTVS Dominus è tribu Iuda nascitur in Bethleem Iudæ, anno Mundi 4089. 8. Calendas Ianuarij media nocte, anno imperij Augusti 41. completo, & 42. ineunte, Herodis 33. Baazenæ Æthiopum regis primo. Vrbis 752. Coss. C. Cæsare Octauio & M. Plautio Syluano, quo Iani portæ tertio sunt clausæ & orbis nunquam extitit pacatior. Æra 38. Indictione 4. (*Beda & Dionys.*) an. 4. & vltimo Olympiadis 194. Clogij Sycambrorum seu Orientalium in Germania Francorum Regis anno 10. *Tritemius, & Ansel.* Patitur Tyberij 18. Olymp. 202. anno quarto. Vrbis 784. Mundi 4121. mens. 6. die 16.

Æternus sacerdos & rex Iudæorum ac gentium à Deo promissus, à Mose figuris plurimis præsignificatus, à Prophetis ac Sibyllis prænuntiatus, à sanctis & piis pro salute hominum expectatus, Dauidis regis filius secundum carnem per virginem de stirpe Nathan filij ipsius (*1. Par. 3.*) per patrem adoptiuum Iosephum de Salomonis regis progenie.

Est ergo ille summus pontifex in æternum, semetipsum quotidie offerens pro nobis, per se quidem in cælo, per suos verò ministros in terris. Quare non habet successores, quòd in æternum maneat Heb. 7. At habet vicarios & ministros, inter quos primatum obtinet Petrus & Petri successores Romani pontifices, vt tota, nemine dempto, sensit & consensit antiquitas. Tertull. in Apolog. pag. 105. Paulum Christi vicarium appellat, qui tamen Petrum habuit vel æqualem, vel certe superiorem. Qua propter nos multo magis eum Christi vicarium appellabimus, eiusque successionem recensebimus ad sæculorum extremum duraturam, vt vnam è certis Ecclesiæ dotibus (ita eius notas vocat Optatus) quæ nos in Catholicæ gremio iustissimè teneat. *Aug. contra Manich. fundamentum. cap. 4.*

Cuius causa veteres Romanum vocant Pontificem Maximum, Episcopum Episcoporum, bonum pastorem, Benedictum Papam, Apostolicum, &c. Sic Tert. lib. de pudic. his omnibus titulis eum insignit. cap 1. 13. 21.

Hierusalem primarium Ecclesiæ suæ thronum minimè constituit, primùm quia propter huius populi perfidiam & scelera, eam paulò pòst à fundamentis euersurus erat. Hoc enim citra dispendium nouellæ plantationis vix potuisset contingere.

2. Quia primatus sacerdotij Leuitici illic locatus erat. Nam quoniam hoc genus sacerdotij tollebatur & Ecclesiasticus veteris populi ordo, ceremoniæ, ritus, liturgia commutabantur, locum etiam mutatum decuit, vt cuncta essent noua, nec Synagogæ magnum superesset vestigium.

3 Nec Ecclesiæ, locus videretur necessario Iudææ fixus & alligatus.

4 Ne gratia conclusa & circumscripta putaretur, vt olim Iudææ limitibus, sed potius sparsa per vniuersum orbem, gentibus eius participibus atque cohæredibus

5 Vt implerentur prophetiæ canentes Deum suo Christo daturum gentes in hæreditatem & in possessionem terminos terræ, efficiendo Ecclesiam è Iudaïca Catholicam, id est, vniuersalem.

Romæ autem potius, quàm alibi collocauit, primùm vt Ecclesia magis esset Catholica siue vniuersalis. Tum enim Roma communis etat vrbs orbisque epitome, vt à Dione scriptum est, ac eius imperio, iure, vel fœdere orbis terrarum gaudebat penè vniuersus, saltem cognitus & perlustratus. *Florus sub finem. lib. 4.*

2 Vt de mundo mundíque principibus victoria esset nobilior & illustrior. Roma enim tunc caput erat mundi, præcipua Idololatriæ propugnatrix, Sataníæ sedes primaria, ex qua manabant edicta aduersus Ecclesiam & regnum Christi. Magna igitur victoria, vt vbi Satanas, idololatria, peccatum præcipuè regnabant, illic potissimum vincerentur. Vt vbi hostes Christi potentia & opibus valebant, illic ponerentur scabellum pedum eius, vt vbi Christus persecutionem patiebatur præcipuam, ipse in eorum medio dominatum figeret.

3 Vt vbi superabundauit peccatum, ibi superabundaret & gratia.

4 Quia sub eius imperio fuerat natus, conuersatus, passus, cęteráque humana molitus.

5 Quia eius imperio successurum erat regnum Ecclesiæ siue Christi. *Dan. 2. & 7.* quod proinde quintum regnum Danielis rectè appellatur à D. Thoma.

6 Quòd Petrus, caput Ecclesiæ ministrum constitutum, illic martyrium fecerit, moriénsque sui muneris prouinciam Clementi, Lino, Cleto, eius cathedræ non alterius ministris, reliquerit.

7 Ob loci opportunitatem. Illuc enim ad necessitates Ecclesiasticas facile terra marive perueniri potest, è singulis Ecclesiis per orbem sparsis.

Die Natiuitatis Christi mandauit Augustus, ne quis Dominum se vocaret, sentiens, credo, verum orbis principem natum fuisse, Dei enim cognomentum est. *Oros. libro sexto capite 22.*

Profana siue humana Christi tempore.

Pantomimorum saltatio prius incognita in vsu esse cœpit, Pilade & Bathyllo primis eius auctoribus Augusti tempore. *Zosimus lib. 1.*

M. Agrippa diagramma terrarum vniuersale publicauit primus.

Athenodori Stoici consiliis parebat Augustus. *Ibidem.*

Arminius rex Cheruscorum, tres Romanas legiones cum Varo Quintilio in saltu Teutoburgensi occidit. Quam postea iacturam M. Lollius Germanis domitis reparauit.

Mimatius Plancus Ciceronis discipulus, dum comatam Galliam regeret, Lugdunum condidit.

Tyberius Augusti priuignus mox gener. postremo adoptione filius Armeniam occupat, Vindeliciam, Pannonias, & ceteras Thraciæ vicinas Romanas facit prouincias, Germaniã partim subigit, partim vastat.

Imperator factus, vsque ad imperij sui circiter vigesimum pace potitus est. Nã fine bellis internis & externis ab Augusto sub imperij eius 38. imposito, indéque Iano vltimũ clauso,

Anni mundi.	SEPTIMÆ ÆTATIS,	Anni Christi.
	Quæ incipit anno mundi 4089. pars prior, à Domini ortu ad nouum Caroli Magni imperiũ per an. 800.	
	PRIMVM SÆCVLVM.	
4089 siue 4090	a CHRISTVS IESVS Pontifex Maximus & Æternus, vixit, an. 32.	
4121	Mens. 3. dies 10.	32.
	Octauio Augusto & Claudio Tyberio an. 23. ex ordine successionis imperatoribus Romanis.	

Anni Christi.		Anni mundi.	
	Phraarte 3. Phraarte 4 an. 2. Orode an. 2. Vonone, an. 5. Artabano, an. 30.	4089	3. 4. 5.
	Baazena Æthiopum rege an. 27. Deinde Lacasa siue Candace filia eius, an. 10.		2. 3. 4. 5.
	Euangelium secundũ & vltimum generale remedium aduersus idolatriam & peccatum vbique regnans, quo.		6. 7.
	Regnum Dei & Christi per orbem efflorescit multis rerum discriminibus & periculis.		

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi æuum ab illis omnibus quietum mansit, propter Christi viuentis præsentem maiestatem & reuerentiam, etsi id nō cogitaret mundus.

Annī mundi.

Repentinis responsionibus melior, quàm meditatis. Tam rigidis digitis & articulatis, vt malum recens terebraret. *Suet.* vltimo eius anno visa est Phœnix. *Dion.* alij sub Claudio. 4089

Eius temporibus mota quæstio, cur oracula deficerent. *Plut. libro de ea re, se causam veram non attigit, nempe aduentum Christi.*

C. Asinius orator Asinij Pollionis f. cuius meminit Virg. diris supplicijs à Tyberio necatur. Sic Setanus, qui aliquando restiterat, ne Christus inter deos referretur.

Vonones obses à patre Phraarte Parthorum rege Romanis datus, in regnum reposcitur, mox spretus à suis ab Artabano regno exuitur. *Tac. lib. 2. Ioseph. lib. 18 c. 7.* an. Christi nati. 18.

Parthi etiam Phraartem alterum filium Roma reposcunt, cui in Syria mortuo subrogant Mithridatem Iberum. Hinc bellum inter Parthos, Armenios & Iberos. *Tac. lib. 5* sub finem Tyberij, anno Christi, 37.

Titus Liuius historiographus Patauij quarto Tyberij obiit (*Euseb. in Chron.*) Historiam annor. 750. ab vrbe condita ad 41. Augusti, siue ad Christi vsque natalem scripsit libris 140. vel iuxta alios 142. de quibus duntaxat supersunt 45.

Pompeius Trogus.

Dionysius Halicarnas. Diodorus Sicul. Valerius Max. Augusto charissimus. Corn. Nepos, Dionysius Afer, Cor. Gallus, Strabo. Xistus Pythagoricus nascitur.

Ouidius poëta quinto Tyberij anno, Feneſtella historicus obierunt. *Euseb. in Chron.* Socion philosophus Alexandrinus Senecæ præceptor.

Asinius Pollio primus Romæ bibliothecam publicauit.

* Primùm in Christianos bellum (vt Optatus li. 3. loquitur) seu persecutio mota à Scribis, in qua Stephanus moritur primo Ascensionis Domini anno. *Act. 6. Euseb. lib. 2. cap. 1.* Nam secundo Paulus conuertitur. *Isuardus.* 4121

Quanquam persecutiones vltatiùs appellatæ sint, cùm publico imperatorum Romanorum edicto aut iudiciis, aut tormentis, aut vltimis supplicijs diuexati sunt. Cuiusmodi alij nouem commemorant. *Vt Sulpitius lib. 2.* Neronis, Domitiani, Traiani, Hadriani, Antonini, Seueri, Decij, Valeriani, Diocletiani, quę & Maximiani, & Decimam Antichristi.

Alij rectiùs vndecim, *vt Aug. lib. 18. Ciuit. cap. 52.* Neronis, Domitiani, Traiani, Antonini, Seueri, Mazimini, Decij, Valeriani, Aureliani, Diocletiani & Maximiani, vndecimam Antichristi.

Nam perpetuo, post Romanas hanc subiiciunt. Quoniam exinde tranquillis rebus, pace perfruita est Ecclesia, neque vlteriùs persecutiones fore credimus, nisi eam, quam sub fine iam sæculi Antichristus exercebit, Etenim sacris voluminibus, 10. plagis mundum afficiendum pronuntiatum est, &c. *Sulpitius lib. 2.* nisi quòd Aug. 19. Ciuit. cap. 2. in medio hoc reliquit, neutram partem quæstionis, Sint ne aliæ Antichristinam præcessuræ, astruens.

Lacasa regina Æthiopiæ quatuor annis Christo superuixit. A nostris Candace, quod nomen deinceps, multis reginis Æthiopiæ commune fuit ex *plin. lib. 6 cap. 29.* Celebris apud Abissinos, quòd Christum publicè, & Eunuchi à Philippo baptizati prædicationem receperit. *Act. 8.*

Nam sic Æthiopia præuenit, siue prætendit manus suas Deo. Ps. 67. 1. prima gentium credidit.

* Christi Principes ministri & Vicarij visibilem Ecclesiæ vnitatem & Monarchiā constituentes hi sunt. 32

Anni Christi. | Anni mundi.

1.

32 b Martyr Petrvs Bethsaidensis, Galilæus: primus Ecclesiæ pontifex Hierosolymis sedit, an. 5. quandiu ferè Christo Tyberius superfuit. 37 — 4125

44 Antiochiæ an. 7. — 4133

Romę denique an. 24. mens. 5. dies 12. id est, in vniuersum, 70 an. 36. mens. 5. dies 12. — 4158

b Negare non potes, scire te in vrbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput. *Optatus lib. 2. contra Parmenianum.* Fœlix Ecclesia Romana, vbi Petrus Passioni Dominicę adequatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur. *Tert. de præscript. Ambros. epist. 5.* Denique veteres omnes, quare Caluinus lib. 4. Inst. cap. 6. sect. 15. Propter hunc (inquit) consensum non pugno, quin Romæ mortuus fuerit, &c.

Paulus in Epistolis nomen Iesu quingenties vsurpat. Vsque adeo ei erat amabile & suaue. Cætera de Paulo lib. superiore pag. 221. & 222.

Simon Magus, primum baptizatus à Philippo, inter alias hæreses negat liberum arbitrium. (*Clemens recogn. libro tertio.*) fons, radix, atque pater omnium hæreticorum Romam venit sub Claudio. *Iustin. in Apologetico, Irenæus, libro primo, capite 19. & 20. præf. lib. 3. Tertul. lib. de hæres.* Aiebat nos sola fide iustificari. *Iren. lib. 1. cap. 29.*

Secvndvm bellum in Christianos excitatur à Nerone, in eo Petrus & Paulus occubuerunt Romæ eodem anno & die. Philippus crucifigitur Hieropoli. *Egesip. lib. 3. cap. 2. Euseb. 2. cap. 25.* Tunc Christiani Romani incendij insimulati miseris mortibus insontes conficiuntur, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, vbi defeciisset dies, in vsum nocturni luminis vrerentur. *Tacit. lib. 15. Suet. in Nerone, Pagini & Epicurei.* Per omnes prouincias pari persecutione imperata. *Oros.* Qua Sanctus Martialis Lemouicum, Eucherius Treuiros, Fronto Petragorios, Sabinus & Potentianus Senonas ad prædicandum Euangelium à Sancto Petro missi, passi dicuntur. *Turonenses in Historia.*

Petrus post Christum anno 37. vixit *D. Thomas in Ioan. 21.* Claudio imperante Euodium in Antiochia per manus impositionem episcopum vrbis designauit. *Suidas in voce* Εὐάγριος. Nempe mansit in Iudæa post mortem Domini annis quinque, septem deinde sedit Antiochiæ, vsque ad secundum Claudij, quo in Vrbem sedem fixam & immobilem transtulit. Hos annos 12. sic numerabis. Tyberius fuit superstes Christo annis ferme sex. Caligula annis 4. successit. Hinc duo Claudij Reliquos 25 Romæ degit, nisi quod interdum Hierosoly. & alio se conferebat, prout Ecclesię vsus postulabat, & tum fortasse, quando Claudius Iudæos de Christo tumultuantes Roma expulit. *apud Sueto.*

Nam etiam decimo quarto anno, primo vltimo Neronis Sacerdotalem cathedram tenebat. *Hiero in Catalogo.* Etsi Epiphan. duodecimo hæresi 27. Eusebius & Prudentius penultimo velint, vt eodem quidem die, quo Paulus, sed anno innouato & vertente martyrium fecerit.

Vnus vtrumque diem pleno tantum innouatus anno
Vidit superba morte laureatum, &c. περὶ στεφάνων, pag. 257.

Petrus in Italia, Paulus in Græcia, Andreas in Achaia, Ioannes in Asia, Philippus in Phrygia, Iacobus in Iudæa, Bartholomæus in Scythia, Thomas in India, Matthęus in Æthiopia, Simon in Persia, Taddæus in Mesopotamia, alter Iacobus in Hispania, Matthias in Palestina (præsertim

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet) verba Dei intonuit. *Honorius in Psalm.18. Orig. Hom. 12. in Genes. ad vaum omnes. Trapezuntius, libello de hoc dicto. Si sic eum volo manere quid ad te?*

Petrus Romam venit secundo Claudij ad expugnandum Simonem Magum. *Hier. in Catal.* Negat tamen Caluinus in acta cap. 8. Magum istum Romæ vnquam fuisse contra omnem antiquitatem, seorsum Augustino, libro de hæres. Tertullianus in Apolog. Eusebium, qui & meminerunt statuæ ipsi Romæ collocatæ.

Petrus Roma multos è suis discipulis factos Episcopos, prædicandi gratia in diuersas prouincias, seorsum in Galliam dirigit.

Paulus an. 58. D. Romæ primum prædicauit.

Iacobus frater Domini, & Marcus Euangelista Aquilegiæ (quæ secunda Roma quondam dicebatur, vbi rogantibus Romanis suum Euangelium conscripsit Græcè, siue etiam Latinè, vt volunt Rodulph. *Armacanus lib. 9. de quæst. Vorag. serm. de S. Marco, & Syri vniuersi*, vt taceam eos, qui Latinum archetypum adseruati putant Venetijs in Marcianis thesauris) deinde Alexandriæ Episcopus, ann. Christi 63. martyrio coronantur.

Præter Ioannem Euangelistam Apostoli ad vnum omnes martyrio vitam finierunt. *Trapezuntius vt supra.*

Matthæus octauo anno ab Ascensione scripsit Euangelium, Marcus duodecimo, Lucas decimo quinto. Ioannes omnium postremus trigesimo secundo post aliorum Euangelistarum mortem. *Theophyl. præf.* in Euang.

Solus autem Matthæus Hebraicè, non Syriacè, vt aliqui, non Græcè vt Caluinus impudenter sentit, primùm quia veteres omnes ita tradiderunt. 2. quia fragmenta, quæ ex eo Hieronymus citat sunt purè Hebraica.

Quia non tantùm Iudæis & Syris scribebat, sed Orientalibus omnibus, quorum vel vltimi Indi ea lingua vt docta & Grammatica vtebantur, & ad hunc vsque diem vtuntur, Missam etiam Hebraicè canentes, vt ob eam causam Diuus Bartholomæus videatur, Matthæi Euangelium secum in Indiamprę cæteris detulisse, cuius exemplar Pantenus Origenis coęuus eò profectus in Ægyptum retulerit. *Eusb. libro quinto, hist. cap.* 10.

Quarto, vt inseruiret Æthiopibus, quibus se datum Apostolum intelligebat. Æthiopes autem Syriacè nesciebant, minus Græcè, cùm interim in puerilibus ludis, vt & hodie, Hebraica discerent, quemadmodum nos Latina & Græca. Sic enim Eunuchus sedens super currum dicitur legisse Esaiam Prophetam Act. 8. *Hæc contra turpem ἀκαταληψίαν Caluini.*

Petrus Romam venit, Christi quadragesimo quarto, nempe pòst Ascensionem eius vndecimo (completo.) *Eusebius.* Inde quadriennio pòst Hierosolymam rediisse traditur, quinquagesimo autem sexto Romam repetiuisse, vbi in crucem sublatus sit sexagesimo nono, qui erat Neronis decimus quartus.

Simonem Magum Romæ expugnat, cùm primùm in eam venit (circiter ann. Dom. 46.) *Eusebius* vel paulo ante mortem suam & Pauli. *Aug. & multi alij.*

Paulo Apostolo maior, *Theophyl. Gal.* 1. Sanctorum Apostolorum dux, ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἡγούμενος Πέτρος. *Cyril. homil.* 8 ἐν ταῖς ἑορταστικαῖς ὁμιλίαις, discipulorum vertex (principalis) τῶν μαθητῶν κορυφαῖος *Dionys. Eccl. Hier. cap.* 5. *pag.* 157. κορυφαιότατος τῶν ἀποστόλων *Epiph. in Ancborato pag.* 473. Apostolorum Pontificúmque præsul, *Marcellinus comes sub finem Chron.*

Apostolorum primus. *Aug. libro* 1. *contra Iulianum cap.* 2. primum vniuersale membrum, Paulus autem, Ioannes,

Anni mundi.		Anni Christi.
4121	*Patriarchis.*	32
	Alexandriæ Marco Euangelistæ, an.6. Anniano an.22.	
	Antiochiæ, post septennem D. Petri Cathedrã, Euodio, an.23. Ignatio, an.40.	
	Hierosolymis, Jacobo iusto. an.30. Simone Cleophæ, an.46.	
4158		70

Andreas

Anni Christi.		Anni mundi.	
32	*Principibus.*	4121	Andreas singularium plebium capita, *Greg. lib. 1. Epist. 38.* Apostolorum caput. *Opt. lib. 2.*
	Tyberio, Caio Caligula, ann.4. Claudio ann.13. Nerone an.14. Romanis imperat.		Pedes Apostolici tunc in veneratione fuerunt, quòd scrisisset Esaias 52. Quàm speciosi pedes Euangelizantium bona. Vnde act. 4. & 5. ad pedes Apostolorum ponuntur agrorum pretia. Act. 10. procidentem ad pedes suos Cornelium Centurionem Petrus erexit, summissiùs quidem se gerens, licet Apostolica maiestas sit cæteris dignior, quàm Helisæus, qui Sunamitidem ad pedes suos dimisit. 4. *Reg.* 4. quàm Daniel, qui se adorari permisit. *Dan.* 2. quàm Ioseph, qui sæpius se à fratribus adorari fiuit *Genes.* 42. 43. 50. quàm Iaddus Aaronius Pontifex, qui Alexandrum Magnum equo desilientem, séque ad ipsius pedes reuerenter abiicientem sustinuit: summissiùs inquam se gerens, sed tamen relinquens vestigium osculationis pedum pontificiorum, quam Romanis Pontificibus vel potius sacræ ipsorum vnctioni atque ministerio (docente Apostolo 1. *Corint. capite quarto* quia Deus reuera sit in vobis) à prima piorum memoria exhibitam, vt hæreticos nostri æui exulcerem, doceo.
			[Disertis verbis Apocalip. 3. Versu 9. legitur *Ecce faciam illos, vt veniant, & adorent, ante pedes tuos: & sciant, quia ego dilexi te.*]
			Philippus primus Imp. Christianus se Fabiano reuerenter prouolui sub an. 250. *Niceph. lib. 5. cap. 25. Euseb. lib. 6. cap. 26.* Constantinus Magnus primus post eum, Christum professus tenens frænum equi Syluestri, vsque ad Lateranum propter reuerentiam & venerationem Beati Petri, stratoris officio functus est. *Photius in Nomocanone.*
			Est autem strator, qui dominum in equum attollit. Græca sic habent, καὶ κρατοῦντες τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν προσκύνησιν καὶ τὸν φόβον τοῦ ἁγίου πέτρου, σεβαστὸς ὀφφίκιον ἐποίησαμεν. Quæ & Theodorus Balsamon citat, vt doceat suum Constantinopolitanum patriarcham multa habere ex priuilegio, quę ex iure Romanus Pontifex, propterea quę Constantini donationem studiosè in Constantinopolitanorum archiuis seruari.
			Iustinianus & ipse Magnus ann. 535. Agapetum adorauit. *Naucl. lib. 2. Gener. 18.* Iustinianus 2. Constantinum Papam huius nominis primum Constantinopolim accitum non modo amplectitur, sed & venerabundus eius pedes exosculatur. *Blondus lib. 10. Platina in 90. Papa.* siue iuxta Cuspinianum huic ceremoniæ infestum, venerabundus sese ad pedes eius demisit. Pipinus Stephano Papæ obuiam factus, eius pedibus oscula impressit, frænóque, Pontificis equum in regiam, duxit. S. *Anselmus Lucensis libro primo Collectaneorum.* Carolus Magnus priùs pontificis (Adriani) pedes osculo contigit, quàm se illi complectendum daret. Carolus idem Stephani 2, Adriani 1. Leonis 4. & omnes qui prope aderant morem antiquum seruantes, (*Nota*) pedes exosculati sunt, *Platina in Papa 94. 95. 96.*
	Artabano. Deinde an.3. Gotarzi Parthorũ rege Vonone 2. an. vno, mox Vologese an. 34.		Sic Henricus quartus Benedicti tertij, & Paschalis 2. *Idem in 105. & 107.* Crescentius Romanæ vrbis consul Ioannis. 17. pedes osculatus cum omnibus seditionis auctoribus. *Idem in 144.* Leo supplex Gelasij secundi, Fredericus Alexandri. 3. *Idem in 167. 168.* cui & dixerit, non tibi, sed Petro, *Reginaldus Polus pro vnitate Ecclesiæ libro secundo.* Richardus Hannibal ob Cardinales in carcerem conjectos interdictus ad Matthæi Vrsini Card. à Martino quarto de legati pedes prouolutus, laqueum collo gerens, in maximum pœnitentiæ signum absoluitur. *Platina in Papa*
70		158 4	177. & 196.
			Sigismundus Imp. in Concilio Constantiensi Martinum quintum prostratus veneratur. *Idem in 214.* Eundem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota quanta reuerentia vsurpârit sanctus Romanus Pontifex.

Brachius tyrannus & Ioannes vigesimus tertius, in Concilio eodem antè abrogatus, prouoluti salutarunt. *Idem in 215.* Albertus Occidentis Imp. & Ioannes Palæologus Orientis, ante Eugenij quarti sacros pedes in Concilio Florentino se præbuerunt, *in 216.* Reges Francorum & Angliæ Papæ Alexandri, *Sigebertus an. 1163.*

Anni mundi 4121

Anni Christi 32

Quod etiam in aliis obseruatum. Leontius Antiochenus apud Suidam ad Euscbiam Constantij imp. vxorem, rogantem vt se viseret. Si me vis (inquit) ad te venire, seruato mihi reuerentiam Episcopis conuenientem, vt ingrediar quidem ego, tu verò mox è celso tuo solio descendens, cum pudore mihi occurras, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ σχῆ ταῖς ἐμαῖς χερσὶν, εὐλογιᾶν ἀξιώμενη. & caput supponas meis manibus, benedictionem postulans. Deinde sedeam quidem ego, tu autem stes reuerenter, nec sedeas, dones signo iubeam. Si his parere vis, visam te. Sin minus scito te non obtenturam, vt nos τὴν πρεσβυτέρους τιμὴν τοῖς ἐπισκόποις καθυφιέμενοι, vt nos inquam honorem Episcopis debitum prodentes, in diuinum Sacerdotum ius (θεσμὸν) simus iniurij. *Suidas in Leontio.*

Nam osculum manuum, capitis demissionem & alia eiusmodi Episcopis fuisse exhibita ex his etiam liquet. Ad ecclesiam curris, Episcopum videre desideras, ad eius pedes volutaris, *Aug. de Verbis Apost. ser. 18.* Regum colla & principum submittuntur, genibus sacerdotum, & exosculatis eorum dextris, orationibus eorum, se credunt communiri. *Ambros. de dignit. sacerd. cap 2.* Valentinianus Imp. obtestatur Episcopos, vt Mediolani talem eligerent episcopum, cui sincere capita submitterẽt. *Theod. lib. 4. cap. 5 Trip lib. 7. cap. 8.* Denique oscula manibus episcopi fuisse impressa è Paulino Nolano in vita D. Ambrosij perspicitur. Quidni igitur hæc aut etiam maiora episcoporum episcopo, vt Romanum appellat Tertullianus, exhibeantur?

Addo verba Lasicii Sarmatæ Lutherani è libro de Theologia Moscouitica Spiræ impresso annis 1582. pag. 142. Adorari reges atque magistratus non nescimus, quippe qui propter ipsam maiestatem imperij, qua conseruant & regunt cœtus humanos, inter deos referantur *Psalmus. 82. 138. Exod. 21. & 22* eámque ob causam in solio Dei, quasi eius in terris vicarij sedere dicuntur. *1. Paral. 28.* Merito hæc igitur de illo scripta, incuruauerunt & adorauerunt Dominum ac regem. *1 Paral. 29.* & de Iosepho altero Ægypti rege *Genes. 42.* vt plura præteream. Item Regino lib. 2. de Carolo Magno anno Domini 801. Carolus rex à Leone Papa coronatus die natalis Domini post laudes more antiquorum principum adoratus est. Iustinus quoque libro sexto. Persas suos reges adorare solitos esse scriptum reliquit. Idem ego vidi in Anglia. (*tu ergo hæretice probas adorari reginas fœminas, & non sustines pedes viri, Dei vices expressius agentis osculari*) Et hic quidem cultus communis est illis cum Deo, cæteri minimè, de quibus Cœlius Rodiginus libro 22. *Hactenus* vbi obserua cæcitatem merito adorari principes & magistratus laicos atque adeo fœminas, & hoc in sacris magistratibus & pontificibus Dei vicariis expressioribus detestari. Quamquam nos non pontifices adoramus vel adorandos docemus, sed osculamur, vel oscula eorum pedibus figimus.

Tu ergo hæretice tuos adorato principes, more persico, nos nostros non adorabimus, sed mitiore vocabulo honorabimus, osculabimur, & cum pacis osculo monebimus. Reges gentium dominantur, vos autem non sic. Quanquam velim eos id, pro Apostolica modestia, negligere, multo minus, saltem extra solennes conuentus, exigere.

4158

70

Cãdace siue Lacasa Regina Æthyopũ. Hinc Baazena filia an. 10. Mesue filio an. 6. Sectua an. 9. Adgala an. 10.

Marcomiro, Clodomero. Antenore per successionẽ Francorum Ducibus.

Anno Chr 48 vbi vide retro 60 nisi 61.

Nota Sanctum Romanum abbinc semper sequi, ac etiam nunc ista Cathedra.

Anni Christi. 44.

Anni mundi 4121

Virgo Sacratissima Dei Mater immaculata migrat in cælum sub Claudio imp. post passionem filij sui Domini nostri & saluatoris Iesu Christi decimo quinto, ad eam è diuersis locis Apostolis conuenientibus. *Dionys.*

Interea audi, quàm rectè Ecclesia etiam tunc fuerit Catholica, id est, non vnius aut alterius gentis, sed omnium. Intra. 20. aut 30. ad summum annos euangelium, Romanorúmque (nota hæretice) fides per vniuersum orbem diuulgata erat, etiam apud Scythas & quasque nationes remotissimas planéque Barbaras. *Rom. 1. Col. 1.* Inductione id docent Iren. lib. 1. Iustinus Martyr contra Tripho. Clemens in protrep. & Strom. & cæteri istorum sæculorum, qui vel Apostolos viderant & audierant, vel Apostolorum proximos discipulos. Deinde Origenes homil. 9. in Genes. hom. 4. in Ezech. hom. 6. in Lucam. Tert. lib. de præsc. ad Scapulam, & contra Iudæos. Cypr. cum reliquis huius alterius sæculi. Quod pro summo miraculo annotat & contèplatur Chrys. in 24. Matth. Quare *Euseb. lib. 8. cap. 1.* rectè ostendit ante persecutionem sub Diocletiano motam, pietatis doctrinam apud omnes mortales cum Græcos tum Barbaros viguisse. Hoc prædixerat Esaias 66. cap. Quis audiuit talia & quis sic vidit? An parturit terra vno die? An gens genita est nixu vno? Itaque deinceps in docendo, quo tempore plærique de omnibus gentibus fidem receperint non laborabimus (Nam viuentibus adhuc Apostolis istud vbique per totum orbem contigit) sed quo totæ gentes vniuersè, publicè & palam ad eius publicam professionem peruenerint.

* *CONCILIVM primum Hierosolymitanum ab Apostolis ipsis celebratum de lege Mosis abroganda & prohibendis Idolothytis, sanguine, suffocato, scortatione. Act. 15.*

* Inter medias persecutiones successio etiam & Hierarchia, trium aliarum Apostolicarum sedium Orbis Christiani matricum, seruata est integra. Quæ quoniam toto orbe summum erga populum Dei beneficium, prouidentiam, & gratiam ostendit, eam prætermittere nec potuimus, nec debuimus. Deinde hoc facit ad pleniorem rerum Ecclesiasticarum historiam & comparationem, quando Sedi Petri sæpe cum illis negotium fuit, & hæ ad illam, vt ad matricem & sacram anchoram, in necessitatibus Ecclesiasticis passim confugerint & etiamnum hodie confugiant.

Denique cum memoria iusti in benedictione conseruari debeat, *Pro. 10.* & profanos, atque adeo impios imperatores & reges simus propter Chronologiæ cohærentiam commemoraturi, hos noluimus non recolere, per quos Christiani nominis & religionis vnitas, ac communio per totum terrarum orbem vsque hodie resplendet: etiam si principio multarum rerum & librorum conferendorum difficultas nos deterruerit.

Quod etiam hodie in Oriente viget ex Leone Imp. const. 52 Anno Do 886. & Balsamone in can. Apost. 63. & alii. In Occidente, sedem vsque ad annum 1114: Nã historici scribunt tempore Calixti Pomeranis ad fidem tum conuersis tantũdem, ne quid immundum comederent, non morticinum, non suffocatum, non Idolothytum, non sanguinem animalium.

Petrus an. Domini 44. Romæ sedere cœpit. post. ss. Petrum Romæ sedit annis 5. & Romæ annis 7.

Marcus Euangelista Alexandriæ an. 39. quatuordecim annis scilicet post cathedram Apostolicam Romæ fixam & constitutam.

Cuius successores hodie Cairum sedem transtulerunt propter loci dignitatem, & Alexandriæ vastitatem.

Euodius Antiochiæ ann. 44. Postquam annis 7. Ecclesiam Petrus illic administrasset, & Romam sedem Apostolorum primariam transtulisset.

Ignatius D. Petri discipulus.

Cuius successores hodie Damasci residunt ob Antiochiam dirutam & in pagum redactam.

Iacobus iustus Apostolus, Domini frater Hierosolymis anno 34. proximè scilicet Christi Domini nostri mortem per annos 29. Vnde & ei D. Petrus superuixit annos circiter 7.

70

4158

His Cathedrarum quatuor Apostolicarum fixis initiis & tanquam æris, Patriarcharum in illis sedentium successio sic, vt fecimus, facile continuabitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anno 37

ANNO quarto post Christi Domini nostri ascensionem primùm concilium celebratum, non vt vulgo 17. vel 18. quòd post Paulus iniusto Portij Festi iudicio oppressus Cæsarem appellarit, ac Romam propterea missus sit, Incarnationis 58. Ascensionis 25. At hi ὕστερον πρότερον non vident passim in Scripturis. Alioqui non omnes Apostoli ei interfuissent, vt qui iam essent dispersi ab anno septimo. Nec iuuantur eo, quòd Paulus. 1. & 2. Gal. tertio quidem anno suæ conuersionis se venisse ait Hierosolymam, at neminem Apostolorum illic vidisse præter Petrum & Iacobum fratrem Domini, mox verò venisse in partes Syriæ & Ciliciæ, deinde post annos quatuordecim iterum ascendisse Hierosolymam cum Barnaba & Tito, quasi πάλιν illic significet secundam vicem, non, rursum. Nam non animaduertunt, Paulum quidem narrare se post 14. annos eo venisse, sed non negare, quin quarto & aliis intermediis etiam venerit, nempe propter quæstiones in Antiochia Syriæ motas de legalibus. *Act.* 15.

Diuisio Apostolorum ab inuicem anno à Passione septimo, vel iuxta Bedam duodecimo.

Secundum concilium extare dicitur apud Æthiopes Abissina eorum lingua. De quo accipiendum illud Rufini, siue Cypriani initio com. in Symbolum. Tradiderunt maiores nostri, quod post ascensionem Domini, Apostoli ad singulas singuli discessuri nationes, normam prius futuræ prædicationis in commune constituerunt, ne forte alij ab aliis abducti diuersum aliquid exponerent. Omnes ergo in vno positi & spiritu sancto repleti breue istud futuræ prædicationis iudicium componunt, atque hanc dandam credentibus esse regulam statuunt.

Tertium, Ascensionis decimo quinto, quando diuinitus conuenerunt Apostoli è variis orbis partibus, vt Assumptioni siue emigrationi D. Virginis interessent è D. Dionys. de diuinis Num. c. 3. de rebus à se per orbem actis.

Humana siue Profana D. Petro Pontifice.

CAIVS Agrippam regem Iudææ facit, Herodem Lugdunum relegat, Pilatum ad sibi manus inferendas præ malorum magnitudine cogit. Iudæos vexat.

Claudius primus imperium mercatus est, promissis vnicuique militi 250. coronatis.

Romani imperij fines ampliores reddidit. Britanniam, quam post C. Cæsarem Romanorum nullus adierat, adiecit, insulas Oceani Orcades vltra Britanniam subegit, anno Domini 46. *Eus. Eutrop.*

E Germania Vespasianum in Britanniam transtulit, qui 32. validissimas gentes & Vectam insulam in deditionem accepit. *Suet.*

Iudæos Roma pellit impulsore Chresto tumultuantes. *Sueton.* Christianos vulgo intelligunt. ✣

Anno 800. Vrbis Claudij principis censura, Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. affertur ex Ægypto Phœnix in Vrbem & in comitiis proponitur, aquilæ magnitudine, collo instar auri fulgente, reliquo corpore purpureo, plumeo capitis apice, & cristaro, cæruleam caudam roseis pennis distinguentibus. *Auctor citatur Cornelius Valerianus, Plinius, Dio, Solinus.* At Tacitus lib. sexto duobus annis ante, L. Vitellio scilicet & Paulo Fabio Coss.

Nero cladem Britannicam accersiuit. Armeniam amisit legionibus Romanis sub iugum Parthorum missis. Pontum Polemaicum concedente rege Polemone prouinciam fecit. Item Alpes Cottias rege Cottio defuncto. *Suet. Eusseb.* de tragica eius nece lege. *Suet.*

Anni mundi. 4121

Anni Christi. 23

[*Quatuor Concilia Apostoli celebrauere. Primũ Electionis. Act. 1. de Matthia suffecto in locum Iudæ. Secundum dispensationis in Diaconorũ institutione Act. 6. Tertiũ de ritibus Mosaïcis. Act. 15. Quartum vero de votis liberij. Act. 21. sed tamen communi omnium consensu, est illud primum, quo de quæstionibus abextra & foris allatis disceptatum est scilicet tertium. Ipsum ergo primum iure censeri debet ex dignitate rerum quæ in eo tractatæ fuerunt.*]

CONCILIVM Apostolorum alterum in Iudæa sub Apostolorum dispersionem in quo Symbolum conditum, & liturgia siue Missa disposita apud Clementem lib. 8. const. Apost. cap. 12. Græci exemplaris 16. Latini, Canones & constitutiones Apostolorum institutæ, quas idem Clemens octo libris complexus est.

Aliud è Dionys. Hier. Eccl. c. 3.

Ann. Christi		Anni mundi.	
			Primus Romanorum Impp. in Christianos sæuire cœpit. *Tert. in Apol. Euseb. lib. 6. Oros. lib. 7.* Christi sexagesimo quinto vsque ad mortem suam, quæ 69. contigit. i. per quadriennium.
			Immanium bestiarum fœdissimus, dignus, qui primus in pios persecutionem inciperet. Nescio an & postremus expleturus sit, siquidem opinione multorum receptum sit ipsum esse Antichristum venturum. *Sulpitius. libro. secundo.*
			[Conueniebat vt primus persecutor Christi, esset verus Antichristus in suis moribus.]
			Matrem & præceptorem Senecam occidit. Se Pythagoræ cuidam in matrimonium tanquam fœmina dicauit. Cætera eius probra Sex. Victor & Suetonius pagani diligenter explicuerunt, vt dignus fuisse videatur, qui primus esset pietatis insectator. Nam vt quisque pessimus est, sic acerrimo odio in optimum quodque fertur.
			Neroni in expensas centena millia aureorum, decreto senatus singulis annis subministrantur.
			Eodem ferè tempore cœpit Neronis in Christianos persecutio & bellum Iudaicum. *Tacit. lib. 15.* siue Simonis magi causa, qui in Neronis amicitiam sese insinuauerat. *Egesip. lib. 3. cap. 2.* siue quia Christiani in numero Iudæorum ponebantur, *Rutilius Gallus in Itinerario.*
			Vologeses Radamistum Iberorum regem regno expellit, & Tyridatem fratrem suum in Armenię regnum deducit. *Tacitus.* bellum gerit contra Domitium Corbulonem Neronis ducem, in quo captus Tyridates coram Neronis effigie cõstituitur. *Idem.*
			Tribus annis post diadema recipit. *Idem.*
			Sido & Italicus Sueuorum reges. *Idem.*
			Cottio rege defuncto Alpes prouincia Romana fiunt.
			Viginius. 20. millia Gallorum, & Germanorum trucidat.
			Iudæi à Claudio Roma pulsi sunt. (*Suet.*)
			Persius, Sillius Italicus, Lucanus poëtæ, Seneca, Columella, Pomponius Mela, Probus Gram. Statius Tholosensis Rhetor Latini & Ethnici scriptores florent. Crinas & Carnus medici, Cornutus phil.
			Thessalus Methodicorum princeps apud Plinium, in cuncta maiorum placita & omnis æui medicos perorat.
			Euax Arabum Rex de medicina ad Neronem scribit.
			Andromachus Cretensis Theriacæ inuentor. Marinus Tyrius Geogtaphus.
			Botarzes decimus octauus Parthorum imperium tenuit occiso fratre Bardane siue Artabano. *Tacit. lib. 11.*
			Christi 49. Annis scilicet duobus. Nam illo mortuo Vonones sub Claudio Parthis regnat, & mox Vologesis filius an. 34. *Idem.*
			Gotarzes Meherdatem à Claudio Imp. ad Parthicum regnum obtinendum missum vicit, captumque auribus præcisis incolumem seruauit.
			Ei successit vigesimo ordine Vonones Medis tum præsidens, qui regnum Vologesi paulò pòst moriens reliquit, rerum gestarum magnitudine in Romanis historiis notissimo.
			Vologeses, de quo Tacitus accuratè lib. 13. 14. 15. Armeniam Neroni ademit, duas legiones sub iugum misit, &c.
			Adgala rex Æthiopum videtur esse Hirtacus ab impietate in historia D. Matthæi Æthiopum Apostoli notissimus.
2 c 70 81	M. Linvs Tuscus sedit an. 11. mens. 3. dies. 12.	4158. 4169	
	Patriarchis.		
	Alexandriæ Aniano.		
	Antiochiæ Ignatio.		
	Hierosolymis Simone Cleophæ.		

Universidad de Deusto
Biblioteca

Francorum Reges isti vsque ad Pharamundum, qui non rex, sed prædonum Franconiæ ductor erat, mihi suspecti sunt. Nominauimus tamen, vt iis satisfaceremus, qui Trithemij de origine Frãcorum somniis delectantur. Nam puto nobilitatem Gallicam esse aboriginem, nec ortam è tam impuro Francorum sanguine, de qua re alias.

c PETRI res gestas, maximè cum Simone Mago descripsit. Cathedram Apostolicam, D. Petro absente & sese per vices in Asiam & alias regiones ad constituendas Ecclesias conferente; eius Chorepiscopus & coadiutor, administrauit.

Illius meminit Paulus. 2. Timoth. vlt. Petrus quidem Clementem ordinârat, sed huic Linus & Cletus in catalogo episcoporum præponuntur, quòd eos Petrus sibi Chorepiscopos siue coadiutores asciuisset.

Quare quattum à Petro Clementẽ facit Hieronymus in Catalogo. Sic Epiphanius *hæres.* 27. Nempe Clemens est secundus Petri ordinatione, non Ecclesiæ. Nominationis Petri iure, non functionis & administrationis, quam Lino, deinde Clero detulit, non tam modestia, quam Domini consilio, ne huius nominationis exemplum transiret ad posteros, & liberæ Ecclesiæ prouidentiæ in deligendo sibi præsule decerperet.

Quod in idem recidit. Nam qui Clementem secundum faciunt, ei annos Lini & Cleti tribuunt, vt scilicet fuerit annos circiter 33. & Linum ac Cletum Petri, deinde Clementis chorepiscopos siue coadiutores vocant. Qui quattum, singulis suos, vt hîc, assignant.

Onuphrius in Epitome Romanorũ Pontif. multò aliter. Nam putat Linum sedisse quidem, seu potius vixisse in põtificatu an. 11. mens. 3. dies 12. Sed id viuo Petro, vt eius nõ fuerit successor siue Papa proprie, sed Papæ coadiutor, siue Episcopus, qui Romanam sedem rexerit, Petro extra vrbem proficiscente. Nam mortuum ait à Petri nece, altero mox mense, & die 26.

Hinc proxime Clementem suggerit an. 9. mens. 4. die 6. 26. ab impetio Neronis vsque Vespasiani vltimum.

Tertio loco Cletum à Clementis obitu an 6. mens. 5. à Tito ad Domitianum, qui quidem Cletus fuerat Petri in suburbiis (vt Linus in vrbe) coëpiscopus tot annos, menses & dies, quot Linus. Deinde Clementis vsque ad eius obitũ, cui deinde superuixerit in pontificatu annos 6. m. 4. d. 26. Verum hæc noua sunt, nec congruunt summæ Chronologicæ.

Apostolici viri per vniuersum orbem discurrunt. *Euseb. lib. 3. hist. c. 37. Niceph. lib. 4. cap. 2.* Hinc templa propè iam desolata & sacra (Gentilium) solennia diu intermissa, *Plinius Traiano lib. 10. Epist.*

Profana.

Post Neronem tres imperium simul arripuerunt, Galba in Hispania viuente Nerone, Christi 69. sequenti Otho Romę Vitellius in Galliis, sed fraude & seditionibus intra annum interierunt. Nam Otho à suis interfectus, &c.

In Nerone progenies Cæsarum deficit.

Vespasianus & ipse à suis militibus Imperator appellatus imperium inuasit, ac bellum Vitellio per duces intulit, eóque occiso post. 6. menses solus imperauit, ac Titum Domitianúmque filios Cæsares appellauit. *Suet. Tacit.*

Prouincias facit Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samũ, quæ liberæ antea erant ciuitates. Thraciam, Ciliciam, Thrachæam, & Comagenem, *Sueton. Eutrop. lib. 9.*

Eos, qui de domo Dauid essent conquiri iubet. Hinc magna

Annis mundi.		*Annis Christi.*
4158	*Principibus,*	70
	Galba mens. 7. & dies totidem. Othone mens. 4. Vitellio mens. 8. Vespasiano an. 10. & Tito, ex ordine Impp.	
	Vologese,	
	Deinde Pacoro siue Vologese 2. an. 22. Parthorum Rege.	
4169		81

Annis Christi.		*Annis Mundi.*	
			magna Iudæis persecutio exoritur. *Eusebius lib. 3. Histor. cap. 12.*
			Vrbem ingreditur, inter. 320 triumphos, qui ab Vrbe cond. acti fuerant, eximium agens triumphum, in quo pater & filius Vespasiani vno triumphali curru vecti, honorificam de iis, qui Deum Patrem & Filium offenderant victoriam reportarunt, *Orosius lib. 7. cap. 6.*
			Eius. 2. ferè completo, qui erat Christi 71. 8 Septembris capitur Hierosolyma per Titum filium ipsius. *Iosi. lib. 7 Belli cap. 17. Tacit, lib. 2. Niceph. in Chron.* Cuius obsidio cœperat die Paschæ. Vndecies centena millia fame & gladio perierunt. Alia centum millia publicè venumdata sunt, sexcenta interfecta. *Iosippus & Iosephus lib. 2.*
	Adgala Æthiopiæ Belul, siue Pretioso, deinde Agba mens. 6. Mali an. 4. Akle an. 13.		Eodem die dant pœnas, quo icelus in Christum admiserant, nam diebus Azymorum capta est vrbs, *Glycas. 3.* aut potiùs obsideri cœpta.
			Pacorum Parthorum regem Alani in Medorum regionem irrumpentes pellunt, omniaque vsque ad Armeniæ fines vastant.
			Polemus Indiæ rex, Tyridares Armeniorum, Gaudiophorus Albaniæ, Beor Ægyptiorum, Ægyppus Æthiopum & Hyrtacus.
			Sauromatæ Istrum transgressi sæuissimè in vicinos furunt.
	Rhatero seu Dathero Francorum duce.		Plinius maior, qui vt fuerit Atheus, hoc tamen vnum diuinissimè, quod ad sternendam idololatriam, Nostri vrgebant, Matrimonia quidem inter Deos credi, tantóque æuo neminem ex his nasci, & alios esse grandæuos, sempérque canos, alios iuuenes, atque pueros atricolores, aligeros, claudos, ouo editos, & alternis diebus viuentes morientésque puerilium propè est deliramentorum, sed super omnem impudentiam est, adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia & odia, atque etiam furorum esse & scelerum numina *lib. 2. cap. 2.*
			Plutarchus Chæronensis, Higinius, Lucanus, Probus Grammaticus satis noti auctores. *Tacit. lib. 15. & Eutrop. lib. 8.*
			Reges vel potius duces hi Francorum nominantur è libro Trithemij de regibus Franc. Fides penes auctorem esto, quem credo è suo cerebro istos esse commentum *supra.*
	3		d DE Cleto Philipp. 4 vt summa imprudentia Funccius contra omnem antiquitatem affirmet eum nunquam in rerum natura extitisse. Errant etiam qui, decepti fortasse affinitate vocabuli, confundunt cum Anacleto: quem ex Damaso, & ipsiusmet Decretal. certum est successisse Clementi.
81	d M. CLETVS siue Clytus Romanis sedit, an. 12.	4169	
93	mens. 1. dies 11.	4181	Nisi, vt videtur è catalogo Hieronymi in Clemente, & Ignatij epist. ad Trallianos Cletus Anacletus quoque vocatus fuerit.
	Vacat sedes Pontificia dies 20.		Primus literis Apostolicis salutem & benedictionem Apostolicam inscripsit.
			Hermes apostoli Pauli discipulus, qui & Pastor de libri nomine, visiones suas exarat, quas agnoscunt veteres & citant, vt Orig. lib. 4. de Princip. c. 11. &c.
	Patriarchis.		Dionys. Areopagita Romam Athenis, vbi constitutus fuerat Episcopus, veniens, vt Petrum (quem iam martyrio functum ignorabat) videret, in Galliam ad Parisios, tandem Clementis suasu proficiscitur. *Hildeuinus in Areopagitica.*
	Alexandriæ Anniano, deinde Albilio an. 13.		Libros, quos habemus & multo plures, scribit. *Idem, Suidas Michael Syngelus & alij.*
			Crescens iam in Galatiam venerat, 2. *Timoth. 4.* id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Galliam. *Epiph hæres.* 51. Nam & Clemens *lib.* 7. *Apost. Cōst. cap.* 46. à Petro eum ordinatum Galliæ Episcopum testatur. Sic Eus. lib. 7 hist. cap. 3. & *Hieronym. in Catalog.*

Humana.

Asconius Pædianus Tito Vespasiano familiaris, Serapion philos. & orator. Flau. Iosephus, cuius libros manu sua descriptos Titus in Romanam bibliothecam reposuit. *Niceph. lib.* 3. *cap* 11. & Iosippus filius Gorionis Iudæi historici. *Ios. prolog. lib. de bello Iudaico.*

Titum adhuc spirantem Domitianus frater succedendi cupiditate in loculum misit. *Niceph. lib.* 3 *cap.* 11.

De Gothis & Dacis triumphauit. Bellum ciuile à L. Antonio superioris Germaniæ præside motum confecit. *Sueton.*

Multos Senatorum interfecit, partem magnam in exilium relegauit. *Idem.*

Templum sine admixtione lignorum constituxit. *Euseb.*

Primus se Dominum & Deum appellari iussit. *Cassiodorus.*

Eos qui de genere essent Dauidis conquiri & interfici iussit. *Euseb. lib.* 3 *cap* 19.

Picti Rhoderico duce è Scythia nouas sedes quærentes in Britanniam primùm venerunt Domitiano Imp.

Quintilianus ex Hispania, primus Romæ scholam publicam aperuit, & stipendium è fisco accepit. *Euseb. & Cassiod.*

c D E Clemente, *Philip.* 4.

Primus ex gentibus & Græcis in Christum credidit & fuit è 70. discipulis. *Dorotheus.*

Multa scripsit. Inter ea epistolas ad Iacobum fratrem Domini, vt apparet è Damasi pontificali, Russino præfat. in libros recognitionum, Ioan. Patriarcha Antiocheno libro de potestate generalis concilij supra Papam, vt Sextus Senensis citat pag. 91. Item ex iis quæ inde ad verbum excepta sunt dist. 2. 5. 13. 38 & 2. q. 1 & 7. 11 q. 3. 12 q. 1. 16 q. 7.

Scripsit & libros octo de constitutionibus Apostolicis, quos Æthiopes inter sacros reponunt, & Epiphanius, totaque antiquitas veneratur, vt Turrianus probat.

Horum libri octaui extrema pars sunt Apostolorum, qui inscribuntur, canones. Hi enim non sunt scriptura Apostolorum, sed traditiones eorum sine scripto, scripti verò ab alio, nempe à Clemente. Vnde & eos antiqui omnes Patres, vt veré Apostolicos, recipiunt, atque ad illos ceu normas & regulas, omnia in Ecclesia, ad ejus decorem, honestatem & ordinem exigunt.

Literis Schisma Corinthiorum composuit. *Eus. libro* 5. *cap.* 6.

Constituit, vt per regiones essent notarij, qui gesta martyrum conscriberent, quorum istis sæculis prouentus extitit vbertimus.

Ebionitarum & Nicolaitarum hæreses, variæque aliæ hæreticorum turmæ. *Iren. 1. cap.* 21. 22. *& seqq. Hilari. lib.* 1 *de Trinitate.*

Exoriuntur autem partim è Circumcisione, partim è schola Pythagoræorum & aliorum philosophorum, vt proinde Tertullianus philosophos patriarchas hæreticorum dixerit.

Ebion legalia Euangelio miscens ab animatis & carnibus, omnique edulio ex carne facto abstinendum, & pleraque alia docebat. *Epiph. hæres. lib.* 30.

TERTIVM bellum, siue secunda Romanorum persecutio auctore Domitiano. an 97 *Euseb.* 3. *cap.* 12. *Eutrop. lib.* 9.

Anni mundi.		Anni Christi.
4169	*Antiochiæ Ignatio.*	81
	Hierosolymis Simone Cleophæ.	
	Principibus.	
	Tito an. 2. *& postea Domitiano an.* 15. *Impp.*	
	Pacoro Parthorum.	
	Akle Æthiopiæ, deinde Didima an. 10.	
	Rabero Franc. duce.	
	4	
4181	e M. CLEMENS Romanus, sedit an. 9.	93
4190	mens. 6. dies 7.	102
	Vacat sedes dies 13.	

De

Anni Christi.		Anni mundi.	
93			De tristi & misera Domitiani nece. *Suet.*
	Patriarchis.	4181	In ea Ioannes Apostolus in Pathmum insulam relegatur, Domitiani scilicet decimo quarto, vbi ille sibi arcanis mysteriis reuelatum librum Sacræ Apocalypsis scripsit, quam interpretatus est Iustinus Martyr. *Hier. in Catalog. Sulpit. lib.* 2. *hist. & ante eos Irenæus lib.* 5.
	Alexandriæ, Albilio, deinde Cordone an. 10.		Nerua primo suo edicto cunctos exules reuocauit. Vnde & Ioannes rediit Ephesum.
	Antiochiæ Ignatio.		Nam adhuc erat in viuis, regens Ecclesias Asiæ, quas Paulus fundauerat, interea dum ipse Virginem sibi à Domino pro matre commendatam domi curaret. Ephesi dictat Euangelia & Epistolas Ebionitarum causa, &c. *Iren. lib.* 3. *cap.* 3.
	Hierosolymis Simone Cleophæ, deinde Zachario an. 1.		Post mortem Petri & Pauli relicta Iudæa se totum ad gentes contulit, & Ephesi propriè sedit.
			Centesimum Christi Domini nostri nati annum clausit sua morte D. Ioannes Euangelista.
	Principibus.		Nam 60. anno post passionem Domini, suæ ætatis 99 mortuus est Ephesi. *Hieron. in Catalog. & Sophron.*
	Domitiano, Nerua, an. 2 *& Traian. an.* 19. *ex ord. Impp.*		Quibus adde. 32. vitæ Christi, Domini nostri, & existent centum. Sæculum verè Apostolicum. Ita non nisi vno anno Christo fuit iunior. Idem etiam annus est memorabilis primo Traiani principatu.
			Ignatius Ioannis Euangelistæ discipulus, primus instituit Antiphonos Hymnos in Ecclesia, ex visione Angelorum per responsoria S. Triadem canentium. Quem canendi modum Antiochenæ Ecclesiæ suæ tradidit, vt vbi nomen Christianorum ortum fuerat (Decimo sexto an. post Domini Ascensionem) illinc manaret Christi & Dei canendi mos. *Socrat lib.* 6 *cap* 8 *Trip. cap.* 9. *Niceph.* 13 *cap* 8.
	Vologese Pacoro, deinde Parthorum.		Vnde & ipse Chori meminit in epist. ad Romanos. Quæ ratio in duos Choros diuisa in omnes Ecclesias deriuata est, Constantij temporibus. *Basilius quadam epist. ad Neocæsarienses.*
	Cozroe an. 5.		Antea communiter canebant, vno præcinente, cæteris de Ecclesiastico gradu succinentibus. *Dionys. de Eccl. Hierar. cap.* 3.
			Humana.
	Richimero. Franc. duce.		Iuuenalis, Martialis, Stella, Publius Statius Poëtæ. *Volateran.*
			Statius Sursulus Tolosanus in Gallia Rhetoricam docet. Sic Gabinius Rhetor.
			Sextus Empiricus Philosophus nepos Plutarchi.
	Didima Æthiopum.		Marinus Tyrius cosmographus, Andromachus Cretensis Theoricarum inuentor. Menelaus Geometra. Serapion. Apollonius Tyaneus, Euphrates philosophi. Cornelius Celsus, Langus medici.
			Apud Domitianum Apollonius Tyaneus postulatur de Magia. Sic sub Antonino Pio Apuleius apud Africæ præfectum.
			Onkelos (Aquilam nonnulli putant è vicinia nominis) filius Sororis Titi Imp. qui templum vrbémque vastauit. Pentateuchum Mosis Chaldaicè repræsentat. Eius etiam translationem in Hagiographa & Propheras citat Elias in Methurgheman Radicis נעה. Sed non extat.
			Apud Hebræos scribebant Ioseph Ben Gorion. R. Gamaliel Maior, R. Eliezer. R. Iohanan Ben Zachai, Iosippus & alij plærique.
102		4190	

Post exilium moritur D. Ioan

ANNVS Dom. centesimus, quo Ioannes Euang. Ephesi moritur, & Traianus adit imperium, Hoc primo centenario doctrina sana, cui hodie hæretici aduersantur (nam de alia est notius) promulgatur, vel potius è veteri Testamento accepta continuatur libris noui Testamenti, quadruplici Missa, Apostolorum, quæ Græcè superest, nostrę simillima, cum Canone penè cum nostro eodem apud Clementem lib. 8 const. c. 16. 17. & seq. & citatur à Grçcis, vt Bessarione, Marco Ephesio, Nicolao Methonensi, è qua manarunt deriuatæque sunt cæteræ, quæ per orbem terrarum deinceps sunt peractæ, quotidièque peraguntur, vt in sequentibus sæculis ostendam. *Iacobi fratris Domini*, Græce vbique venali & in concilio 6. Oecumenico Constantinopoli. c. 32. recepta. *Matthæi*, quæ & Æthiopica lingua & Latina interpretatione prostat ac Corbon. 1. oblatio inscribitur, item Canon vniuersalis. *Marci Euangelistæ*, quam in partibus Alexandriæ vsurpari refert Marcus Patriarcha Alexandrinus, qui eam celebrabat an. 1203. in suis ad Græcos interrogationibus pag. Græca. 238 Iuris Orientalis. *Traditionibus Apostolicis*, quas, ne è memoria exciderent, in libros retulit Clemens Apostolorum discipulus. Canones enim Apostolorum ab ipso publicati, nō eorum sunt scriptura, sed traditiones sine scripto in Ecclesia ab eis relictæ. (sic eos appellat Synodus Gangrensis in peroratione) de quibus & idem Clemens octo libris constitutionum Apostolicarum citatus ab Epiphanio & veteribus, inter sacros libros relatus ab Abyssinis, Dionysius libro integro de Eccl. Hier. Philo, &c. *Quadragesima*, cano. Apost. 68. & 69. Clemens constituit. lib. 5. cap. 13. & lib. 7 cap 23. Ignat. ad Philippenses. Hermes Pauli Discipulus lib. Similitud. quem Clemens Alex in stromatibus citat. *Delectus ciborum*, Act. 15. à sanguine, suffocato & Idolothytis, Can. Apost. à carnibus feria 4. & 6. nisi quòd feria quarta apud occidentales contra quosdam Iudaizantes in Sabbatum translata est. Cætera constant, vt de Monachismo, Precibus pro mortuis, ieiuniis, ceremoniis, ritibus, sacris vestibus, &c. octo lib. de constitutionibus Apost. & aliis scriptis Ignatij, Martialis, Hermetis, Dionysij Areopagitę, Philonis quantumuis Iudæi & à nobis alieni. *Missam esse Sacrificium*, Canon. Apost. 3. & 4. Dionys. de Eccles. cap. 3. *Vna hostia salutaris*, Martial. ad Burdeg. Ignatius ad Smyrnenses, denique in superioribus quatuor Liturgiis, siue Missis. *Verum illic esse corpus Christi*, Ibidem & in nobili illo Ignatij fragmento, quod ex epist ad Smyrnæos profert S. Theodorit. lib. 5. Polymorphi. Εὐχαριστίας καὶ προσφορᾶς οὐκ ἀποδέχονται διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. Dionys. de Eccl. Hier. c. 3. pag. 150 Græci expositores per quæ (Symbola) Christus significatur καὶ μετέχεται participatur, siue vnà habetur, &c. & sub finem illius capitis nonnulla alia eodem pertinentia. *Templa*, Philippus & Bartholomæus templa in Asia superiore, & Syria, construxerunt, Sacerdotésque & Episcopos eis præfecerunt, ex hist. Niceph. lib. 2. cap. 39. Thomas in Indiis, ibid. c. 40. & Abdias Babylonicus de viris Apostolorum. Conseruabant & dedicabant Philo, & Clemens. Basilicas appellabant maiores Ecclesias & Deo dicabant, eáque Dominica dicebant. Sequentibus sæculis etiam Martyribus, & Martyria nominabant. *Crux, Crucis signum*, Dionys. cap. de defunctis. Martialis ad Burdegalenses, cap. 8. Crucem Domini semper in mente, in ore, in signo tenete. Crux enim est armatura vestra, &c.

Imagines, Imago Christi fusilis à muliere posita, quam Christus à sanguinis fluxu sanarat apud Eus. lib. 7. cap. 18. exem. Græci. Theophyl. in 9. Matth. quam euersam à Iuliano Apostata Christiani in Ecclesiam retulerunt ex Zoz. lib. 5. cap. 21 Imago Christi, quam Agbarus Mesopotamiæ regulus, exprimandam curauerat apud Euagrium lib 4. hist. cap. 26. Damasc. lib. 1. Apol. & lib. 4. Orth. cap. 17. Greg. lib. 7. epist. 63. Eus. lib. 1. Augustinus de doctrin. Christiana. Syn. 7. actione 5. Et quam Nicodemus habuit, Athan. libr. de Passione Christi & in 7. Synodo. Imago Christi & Virginis, quam D. Lucas pinxit, ex Aug. de Doctrin. Christian. Damasc. libro 4 c. 8. Niceph. libro 14. cap. 2. Petrus & Paulus pluribus locis cum Christo picti, item Apostoli alij, ex Augustini libro 1. de consensu Euangelistarum, cap. 10. *Ceremoniæ* multiplices apud Clementem & Dionys. inductæ ab Apostolis: primò vt essent retinacula pietatis, secundò in solennitatem & decus sacrorum, tertiò ad Theoriam.

Primatus Petri, Ibid. Dionys. cap 5. pag. Græca 197. Ignatius in inscript. epist. ad Rom. Clem sæpius, Linus lib. de Passione Petri & Pauli. *Martyrium magni esse meriti*, Ignat. epist. ad Smyrnenses, Antioch. Polycarpum, Ephesios. *Virginum institutum*, Idem ad Antioch. Heronem, Tarsenses, Philo lib. de vita cont.

Monachismus, Philo ibidem, & Dionys. de Eccl. Hierarch. *Ordines Ecclesiæ septem*, Clemens in Const. & Can. Apostol. Ignatius & Dionys. passim. *Preces pro defunctis* Iacobus ter in Liturgia, Matthæus in Missa Æthyopum, & Apostoli in cæteris Liturgiis. Hermes visione 3. Petrus lib. 3. recognitionum Clementis, Clemens lib. 8 Const. c. 41. Dionys. Eccl. Hierar. c. de defunctis, Græci exempl. pagina 217. 218. & in Theoria pag. 222. deinde pag. 227 quid huiusmodi precatio impetret, nempe vt adipiscantur, quę à Domino promissa sunt, remissionem peccatorum & sacrum præmium. *Purgatorium*, Ibidem Hermes visione 3. Dionys. in Eccl. c. de defunctis. *Diuorum inuocatio*, In Liturgiis superioribus. Quin & Angelica Virginis salutatio nominatim in missa Iacobi & Marci ponitur. Reliqua iidem & cæteri huius sęculi Apostoli & auctores probant. Quod centuriatores ipsi agnoscunt, nec se aliter explicant, quàm arguendo Apostolos & Apostolicos. Verbi gratia, Centuria 1. libro 2. cap. 10. arguunt Ioannem Euang. quòd voluntariam pauper-

tatem doceat & cuidam inculcet. Item quod spatium aliquot dierum proponat ad pœnitentiam Thomam, quòd Diacono caput totonderit item septem dierum ieiunia indixerit, & ad omnia, crucis signum expresserit. Quæ si ab eo facta sunt, res videri volunt superstitiosas. Andræam, qui dies ieiuniis assignasse & quibusdam peccatoribus proposuisse scribatur. Matthæum, quòd Mariam seruandæ virginitatis votum Deo primum vouisse prædicauerit, de meritis credentium docuerit, Ieiunium Quadragesimæ commendauerit, Virginem Deo consecratam nefas esse nubere affirmauerit, Ducentas amplius Virgines consecrauerit in cælibatu, & velamen eis sacrum imposuerit, quòd denique Missam populo Æthiopico dederit. Et quod proiectioris est impudentiæ, ibid. c. 4 col. 54. v. 5. & seqq. Diui Iacobi epistolam adulterinam affirmant, non authenticam, neque Apostolicam, (vt & B. Iudæ v. 41.) Nam (*inquiunt.*) ab analogia doctrinæ Apostolicæ haud mediocriter aberrat in materia iustificationis & legis, in modo docendi, dum de fide in Christum, de beneficio & opere eius prorsus muta est. Non est igitur absimile vero eam à quodam Apostolorum, sub finem huius sęculi aut inferiori tempore scriptam esse. An illud est Apostolicam doctrinam venerari & colere? An purum aliquod sæculum, siue, vt loquuntur, centuriam constituere? Si non parcunt Apostolis & Apostolorū discipulis, quid de puritate sequentium centuriarum siue sæculorum ab illis expectare debes? Verum ea suo loco. Primum autem hoc sæculum vere Apostolicum & proinde maculis & næuis purum. Nam ab Apostolis non modo est emensum, verum etiam superatum. Ioannes enim præfinitè obiit anno centesimo. Simon autem Cleophæ Iacobi & Iudæ Apostolorum frater (alius à Zelote) peruenit ad Traiani persecutionem, quæ sub eius medium imperium incidit. In ea enim cruce affixus memoratur ab Attico consulari, cum annum 120 ageret. D. Iudas, vt ex eius canonica colligitur, circa eadem tempora migrauit ad Dominum, Nam scripta & prædicta Apostolorum reliquorum, vt iam defunctorum, citat.

Anni Christi. | *Anni mundi*

SECVNDVM
SÆCVLVM.

5.
102. f M. ANACLETVS 4190.
Athenensis, an. 9.
112 mens. 2. dies 10. 4200

Vacat sedes dies 13.

Patriarchis.
Alexandriæ Cordone, de Primo an. 12
Antiochiæ Ignatio, deinde Heroe, an. 20.
Hierosolymis, Simone Cleophæ, deinde Iusto an. 4.

Principibus.
Traiano Imp. an. 19.
Cozroe, deinde annis 4.
81 *Parthenaspate Parthorum.*
Didima Æthiopū, dein-

f ANACLETVS Irenæo & Græcis. ...us supersunt epistolæ tres *Tom. 1. Concil.*

QVARTVM bellū Christi 108. motum per Traianum, & aliquandiu per Adrianum continuatum: in eo occubuerunt Romæ Anacletus, Ignatius Antiochenus, alibi Publius Athen. Simeon Cleophę *Plin. epist. lib. 10. Euseb. lib. 3 cap. 20. 27 & 29 Oros. lib. 7. cap. 12.* Tertia persecutio à Tertulliano & Aug. nominatur.

Vixit tunc Papias Hierapoleos Episc. *Plati. & Trith.* Phocas Ponti episcopus miraculis clarus. *Ado.* Polycarpus. Lucianus apostata & atheos.

Plinius Iunior, cuius monitu Traianus, qui tertius à Nerone Christianos persequebatur, temperauit persecutionem. *In eius epist. lib. 10.*

Traiani primus, Christi fuit centesimus.

Decimo eius anno magnam senatorum partem & Hermetem præfectum cum tota domo, admodum numerosa familia, & Quirinum Tribunum cum suis domesticis Romæ conuersum ferunt, quos Adrianus Imp. postea cremauit per Aurelium comitem.

Summam religionis Christianæ hanc esse comperit, adhibitis etiam quæstionibus, Plinius Iunior Bithyniæ Proconsul. quòd essent soliti stato die ante lucem conuenire, carménque Christo quasi Deo dicere secum inuicem, seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursúsque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium. *Ipse lib. 10. epist. ad Traianum.*

Hac de causa Traianus motam, P. Tarquinij sacrorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

principis & Mamertini vrbis præfecti consilio, persecutionem cohibuit *Ipse ibid epist. sequenti.*

Iudæi bellis & seditionibus imperium turbant circa 18. Imperij Traiani. *Euseb lib. 4 cap. 1. Eutropius.*

Ioan Euangelista post restitutionem suam sub Traiano factam ad vicina quæque gentium loca exiuit, vt ibi ecclesias & episcopos constitueret. *Euseb. lib. 3. ca. 22. ex Clement. Nerua potitur. Nam paulo ante mortuum docuimus.*

Romani pontifices huius ætatis plures ad diuersa loca episcopos ordinarunt. *Platina & singularum Ecclesiarum archiuæ.* Hinc Innocentius in sua epistola, dist. 11. occidentales omnes Ecclesias, itémque Africanas vel à Petro, vel ab eius aut successorum suorum discipulis, propagatas esse rectè narrat.

Traianus & Adrianus persecutionis quartæ auctores, miserabili & tristi morte interierunt. (Sanguinis effusi pœnas in sanguine soluunt.) *Dio. Spartianus.*

HVMANA.

Sub Traiano, quod inertia superiorum principum consenuerat, reuiruit. *Florus.*

Is Romam multis restitutis ruinis & aliis ædificiis auxit, addito vbique suo nomine, quod ad eius vanitatem coarguendam, Herba parietaria, falsè dictum est. Pater patriæ dictus, primus Imp. alienigena & non Italus, *Dio in Nerua.*

Cozroë expulso, annos tres regnum Parthorum tenuit, donec Partenaspem regem eorum designauit: & Diademate ornauit.

Daciam, Scythiam, Syriam, Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam in prouincias redegit. Imperium valde auxit, sibi Iberos iuxta Euxinum, Sauromatas, Agarenos, Arabes & Colchos subiiciens, præter vrbes Seleuciam, Ctesiphontem, Babylonem. *Dion. Eus. Volater.* Finem Romani imperij voluit esse Euphratem. *Eutrop.* imò Tigrim, *Alij.*

In mari rubro classem ita parauit, vt per eam Indiæ fines vastaret. *Cassiodorus.*

Eius. 18. an. Iudæi cœperunt ita furere, vt qui Cyrenem incolebant, Andrea duce, Romanos & Græcos sine discrimine obtruncarent. Similiter in Ægypto & in Alexandria, apud Cyrenem & Thebaidem. *Dio.*

In Cypro Artemione duce, circiter 240. millia hominum obtruncant. Sed eos Martius Turbo in Ægypto & Lybia profligauit. L. Quietus in Cypro. *Idem.*

Plinius minor, Plutarchus, Malleus, qui stellas spectabat ante Ptolomæum annis. 41.

g PRONVNCIAVIT, connubium esse incestum, quòd sacerdos non consecrasset, aut parentes non approbassent. *tom. 1. Conc.* Idem Soter censuit. *Platin.*

Presbyteris Romanis (qui in Cardinales abierunt) titulos attribuit, & septem Diaconos, qui concioni interessent, ordinauit. Cætera infrà in Dionysio an. 267.

Scripsit duas epistolas, vnam ad Episcopos Africanos, alteram ad Ægyptios, quæ extant, *tom. 1. Concil.*

HVMANA.

Philo Iudæus moritur. *Hier. in Catalog* Iulius Celsus, Salluius Iulianus, & Neratius Priscus iuris consulti *Spart.*

Solinus. Cornelius Tacitus historiam annorum. 56. scribit sæpe ἐπιτάφιον, vt cum lib. 14. sine cura Deûm euenire multa ait. Suetonius an. 144. i. duodecim Cæsarum. Lucius Florus. 700. *Ipse lib. 1.*

Parthi repudiato Partenaspate, res suas prisco instituto administrare incipiunt. *Dion.*

Anni mundi.		Anni Christi.
	de Autete, an. 2.	
	Alda, an. 30.	
	Richimero Franc. duce.	
	6.	
4200	g M. EVARISTVS, seu Eucharistus, natione Græcus, Patre Bethlehemita, vnde à quibusdam Bethlehemites dicitur, an. 9. mens. 10. dies 2.	112.
	Vacat sedes dies 19.	
	Patriarchis,	
	Alexãdriæ primo, deinde Iusto, an. 11.	
	Antiochiæ Heroe.	
	Hierosoly. Iusto, deinde per ordinẽ Zacharia, an. 1.	
	Tobia an. 2.	
	Beniamin, an. 2.	
	Ioanne, an. 2.	
	Matthia, an. 1.	
	Principibus.	
	Fisdem, & Ælio Adriano Imp. an. 21.	
	Cozroe iterum Parthorum, an. 34	
4210	*Alda Æthiopiæ pretioso.*	122

Anni Christi.		Anni mundi.
	Interim ipse vicinis Euphrati regionibus regnat.	
	7	
122	h M. ALEXANDER l. Romanus, an. 7. mens. 10, dies 2.	4210
129		4217
	Vacat sedes dies 25.	
	Patriarchis,	
	Alexandriæ Iusto.	
	Antiochiæ Heroe.	
	Hierosolymis Philippo. an. 3.	
	Seneca an. 2.	
	Iusto 2. an. 1.	
	Leui an. 2.	
	Principibus.	
	Ælio Adriano, Traiani consobrino Imp.	
	Cozroe primo Parthorũ rege 25 & antepenultimo.	
	Alda Aethiopiæ.	
	Odemaro Francorum Rege.	

h DECREVIT, vt aqua misceretur in sacramento altaris (iuxta Apostolicam traditionem teste Iust. *Apol. 2. ad Anton.* & Cyp. 2. *epist. 3*) *to. 1. Concil. Plati.* item vt Aqua lustralis in templo & domibus priuatis ad recolendam S. Baptismatis memoriam, apprehendendam fide sanctificationẽ, fugandos Dæmones, morbósque pellendos seruaretur. *Sigeb. in Chron. in Serg. 3. Cap. aquam, de consecrat. dist. 3. & tom. 1. conc.*

[Hinc est quod ad exemplum Mosis, aqua illa singulis dominicis diebus renouatur, vt aspersione illius omnes mũdentur à suis peccatis, cuius rei argumentum in Epist. D. Pauli ad Heb. 10. Vers. 22. ostenditur, cùm ait Apostolus *ablati corpus aqua munda, aspersi corda à conscientia mala.*]

Idque constitutione Apostolica apud Clemen. lib. 8. Cõstit. cap. 17. ῥάσον hodie Græci appellant.

De cuius effectu *Epiphanius hæres. 30. de Ebionitis. Theod. lib. 5. c. 21. & in historia relegiosa de S. Macedonio, Greg. Magnus lib. 1. Dialog c. 10. Niceph lib. 12. c. 27.*

Scripsit epistolam eruditam ad omnes Orthodoxos. *tom 1. Conc.*

Iudæorum dux Barcozbas, qui sub an. 135. Christianos ditis cruciatibus perimit, quòd subsidium ipsi contra Imp. Rom. detrectassent, nec fas sibi esse crederent Imperatori, tanquam sublimiori potestati resistere, vel cum impijs sese coniungere, & cum Rom. bellum gerit infœliciſſimum. *Dion. Spartia. Iustinus, Euseb. &c.*

Vsque ad vltimam hanc cladem, quæ sub Adriano facta est, quindecim fuerunt Hierosolymorum Episcopi, Hebræi omnes origine. *Eus. lib. 3 cap. 5.*

Marcus primus ex Gentibus, *cap. 6. lib. 4.*

HVMANA.

Adrianus gloriæ Traiani inuidens, ab Armenia & Mesopotamia exercitus reuocauit: & prouincias illas Cozroë Parthorum regi reddidit. *Volat. lib. 23.*

In Lybiam Iudæorum bellis totam penè vastatam, colonias deduxit. *Euseb. Dion in Traiano.*

Reliquias Iudæorum quinquaginta duobus annis post Titum transfert in Hispaniam. *Iosippus.*

Grauius eorum res afflixit, quàm vel Nabugdonozor vel Titus. *In hist. Hebr. de rebus Romanis.*

R. Akiba Barcozbam Messiam esse credidit, seque eius armigerum constituit. *Ibid.*

Ab Adriani Cæs. temporibus, vsque ad imperium Constantini: per annos circiter centum octoginta, in loco resurrectionis simulachrum Iouis in crucis rupe, statua ex Matmore Veneris à Gentibus posita. *Hieronimus ad Paulinum.*

Adrianus Hierosolymis deletis vrbem, porco inporta scalpto instauratam Æliam de suo nomine appellauit, quod nomen ei remansit in canonibus & historiis Ecclesiasticis. Totum Imperium Romanum perlustrauit *Dion, & Spartian.*

Existimans se fidem Christianam loci iniuria peremptrum in loco passionis simulachrum Iouis consecrauit: & Bethlehem Adonis Veneris Amasij fano profanauit. *Paulin. epist. 11. ad Seuerum.* Seuerus ipse Sulpitius lib. 2. Dio, Eus. Epiph.

Templum quoque Domini ad tollendam religionem terra obruit, ac templum aliud Veneri dedicauit, mansitque eo modo vsque Constantinum. *Idem.*

Athenis miram bibliothecam struxit.

Vno tempore scripsit, dictauit, audiuit, cum amicis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fabulatus est. *Spart.*

Reduxit antiquum morem alendi barbam. *Dio in Traia. Xiphilinus.*

Antiqui enim nutriebant barbam & capillitium, vt ex eorum statuis apparet, vsque ad Vrbis. 454. quando Romam primum tonsores venerunt. 4217 4227

Ab Aristide philosopho Athenienſi, Quadrato Athenienſi antistite Apostolorúmque discipulo, & legato apprime nobili Sereno Grannio persuasus, Christianos persequi desiit. *Euse. lib. 4. c. 3. 8. & 9. & in Chron. Iustin. Apol. Hiero. de viris illustr.* Cogitabat Christo templum facere, eúmque inter deos referre. *Lamprid. in Alex.* quippe qui Deos omnes vnus omnia religiosissimè coluit. *Paus. lib. 1.*

Per epistolam Minutio Fundano Asiæ Proconſ. præcipit, ne cui liceret sine obiectu criminis & probatione Christianos damnare. *Euseb. & Oros.*

* SIXTVS continuit Gallos in fide. Duæ eius epistolæ extant *Tom. 1. Conc.* Ecclesiam piis statutis ornauit. In Ecclesia Trilagion canendum instituit.

[Atque ita conſpectu venerabilium imaginum, vagam humanæ mentis obuersationem, ad pietatis officia confirmauit.]

Marcus. 16. Hierosolymæ reparatæ Episcopus, at primus ex gentibus an. 137. *Eus. lib. 4. cap. 6.*

Finitio bello Iudaico, quo Iulius Seuerus in Iudæam missus arces. 50. diruit. 980. vicos ferro & igni vastauit. 50. millia Iudæorum cæcidit, Adrianus Iudęos ingressu Hierosolymæ prohibuit. Vrbem muro cinxit. Suem ex marmore factam portæ, quæ ad Bethlehem vergebat, affixit. Vrbem Æliam capitolinam appellauit. *Dion. Oros. libro 7. cap 13.*

Atque hoc fuit vltimum Iudæorum excidium, siue decima captiuitas, quibus pulsis & penitus oppressis ann. 137. Hierosolyma conceditur Christianis. *Eus. lib. 4. c. 5. Dion. Cass. in Adrian. Pausa. lib. 1. Hugo. Floriacens. lib. 4. Lyran. in 27. Esa.*

Quos Iudæos in eo bello Adrianus cepit, in Hispaniam exulatum misit vsque ad Ferdinandum 5. Hispaniæ, & Emmanuelem Portugaliæ, qui sub an. 1500. eos inde expulerunt. *Pasæus in Chron. Hispan.*

HVMANA.

Legem tulit, ne cui è gente Iudaica liceret in agrum Hierosolymitanum accedere. *Dio. Eus. Chrys. in Lucam.*

An. 136. vrbs Hierusalem capta & solo æquata veteribus templi reliquiis igne deletis. Túmque vox Domini impleta. Non remanebit lapis super lapidem, &c.

Immanitas sacrificandorum hominum Adriani principatu ita dissoluta est, vt tamen reliquię permanserint apud Celtas. *Eus. lib. 4. Præp. cap. 7.*

Adrianus miserabili omnium ferè membrorum cruciatu confectus est, adeò, vt sese interficiendum ministrorum fidissimis offerret, ac ne in semetipsum sæuiret, custodia chatissimorum seruaretur. *Dio. Spartian.*

Phauorinus, Palæmon, Dionysius Milesius, Heliodorus insignes Rhetores. *Dion.*

Ælius Phęgon Trallianus libertus Adriani hist. 4227

QVADRAGESIMAE ieiunium iam ab Apost. traditum. (*Can. 69. Apost. & apud Clementem lib. 5. & 7. Const. & Ignat. epist. 4. ad Philip. veteres denique omnes.*) sed à multis fortassis propter persecutiones neglectum, nouo edicto restaurauit. *Plat. to. 1. concil. Cap. statutum, dist. 5.* 4238

Nam vagum, neque cohærens apud omnes cum Pascha te fixit, & ve proximè ante Pascha obseruaretur in-

* M. SIXTVS siue ZISTVS Romanus, an. 10. mens. 13. dies 21. Anni Mundi. Anni Christi.

Vacat dies 4.

Patriarchis,

Alexandriæ Iusto, deinde Eumene an. 13.

Antiochiæ Heroe, deinde Cornelio an. 13.

Hieroso. Leui, Ephraim, an. 3.
Iosepho, an. 3.
Iuda an. 2.
Marco primo ex Gentibus, an. 8.

Principibus.

Ælio Adriano Imp.

Cozroe Parthorum.

Alda Æthiopiæ.

Odemaro Franc. duce.

9

1 M. THELESPHORVS Græcus Anachoreta, an. 11. mens. 3. dies 22. 139 150

stituit

Anni Christi. 139

Vacat sedes dies 4. Anni mundi. 4227

Patriarchis,

Alexãdriæ Eumene, deinde Marco, an. 10.

Antiochiæ Cornelio, deinde Heroe 2. an. 27

Hierosolymis, Marco primo ex Gentibus, deinde Cassiano, an. 4.
Publio an. 1.

Principibus.

Adriano, T. Aurelio Fuluio Antoni. Pio Imp. an. 23.

Cozroe Parthorum rege antepenultima.

Alda Æthiopiæ pretioso, & mox Zeahin de Rama, an. 8.

Marcomero. 4. Francorum duce.

250 4238

stituit. *Ibid.*

Proparentes Baptismi constituit, aut potius constitutos & in vsu habitos imperauit. Nam eorum meminit Dionys. in Eccl. Hier. & ἀναδύσεις nominat.

Quinquagesimam induxit, vt sublatis octo diebus Dominicis, & 5. & 7. feria vltimæ Hebdomadæ, (quibus nefas erat ieiunare) quadraginta dies pleni ieiunio dicarentur. *Carol. Mag. in fragmentis de Ritibus veteris Ecclesiæ.* quam additionem solis Clericis indixit. *Damas. in pont. & ipse epist. Decret.*

Scripsit epistolam ad vniuersos. *Tom. 1. conc.* Decorandi Christianismi gratia rem diuinam auxit, triplicis in Natali Dominico Liturgiæ ad maiorem tanti festi solennitatem & Doxologiæ in ea concinendæ institutor. Ad hunc vsque omnes Rom. Pont. ob Christi confessionem martyrio esse consumptos tradit Damasus.

[Trina hæc missæ celebratio ostendit in natali Domini, completas esse tres leges, Naturæ, Mosis & Euangelij.]

Quoniam fuit Anachoreta, apparet in prima Ecclesia aliquos huius sancti instituti fuisse sectatores, aduersus eos qui monasticæ auctorem D. Antonium sub Constantino Magno faciunt. Hoc enim etiam tempore, multi Eremum incolebant metu persecutionum, & multo antè Dionysius Areopagita tres epistolas ad tres Monachos dedit. De Ecclesiastica Hierar. Ecclesia nascente de ordine Monastico tractauit, eum putissimam Christianorum partem, & è tribus à se memoratis primam pronuntiauit, Monachos θεογνώστας θεοδόκτους dictos ab Apostolis docuit, à precandi assiduitate & conscientiæ puritate. Philo Alexãdrinus Apostolorum æqualis de his libtum de vita contemplatiua scripsit, quòd nihil haberent proprium, perpetuo precarentur, literis sacris vacarent, castè viuerent, monasteria sua domicilia appellarent, non modo Alexandriæ, sed & in diuersis mundi prouinciis, vt proinde D. Hieronym. in Catalog. tradiderit Marcum Euangelistam huius vitæ fuisse apud Christianos auctorem & caput. Nam apud Hebræos origo repetitur ab extremis temporibus. Nú. 6. &c.

Basilides Alexandrinus hæresiarcha (qui multa deliramenta de Christi natiuitate commentabatur, plures deos, metempsycosim, fidémque naturalem esse asserebat) Saturninus Syrus, Carpocrates Alexand. (qui dicebat solam fidem iustificare. Iren. 1. cap. 24.) hæretici. *Tertul. de hæres. Iren. lib. 1. cap. 22. Euseb. lib. 3. cap. 8. Epiph. hæres 29. Euseb. in Chron.* Deo exosas scholas aperiunt. *Niceph. libro 4. cap. 2.* Sic Valentinianæ scholæ meminit, *Clem. in Strom.* & Bardesanes Syrus è schola Valentini fuisse dicitur. *Eus. lib. 4. cap. 29.* sed resipuit. *Epiph.*

Aquila Ponticus (quem quidam ex vicinitate Heb. nominis eundem esse putant cum Onkelos Chaldæo illo interprete Pentateuchi) ex Christianismo recedens circumciditur, & Sacra Biblia ex Hebræo in Græcum primus post septuaginta interpretes conuertit. *Epiph. libro de mensur. & pond.* E conuerso Hiero. in epist. ad Pammachium, Christianum effectum ex Iudæo scribit, vbi & contentiosum vocat interpretem, nec verba solum, sed & etymologias verborum transferre conatum. Quare iure reiici. Item diligentem & curiosum interpretem. *in 2. cap. Oseæ & epist. ad Damas.*

Non est ille, apud quem Scenofactoriam artem D. Paulus diuertens exercuit.

Ex Ecclesia pellitur ob Astrologiam iudiciariam, quòd genitarum inspectionibus & natiuitatum diuinatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus vacaret. *Ibid. Epiph.*

Agrippa Castor, qui contra Basilidem scripsit. *Euſ. lib. 4. cap. 8. Hieron. in Catal.* — 4238

HVMANA.

Arianus Nicomedienſis, Maximus Tyrius, Philoſophi & præceptores Antonini Pij Imp. Ptolomæus Alexandrinus Mathematicus, Phauorinus Philoſophus, Aulus Gellius, Euſtathius, Epictetus, Oppianus poëta, *Eutrop. lib. 10. Caſſio. Suid. Dion.* — 4242

Tum etiam Diogenes Laërtius videtur Philoſophorum vitas & alia ſcripſiſſe.

Ptolomæus Alex. poſt Milleum Mathematicum annis 41. poſt Hipparchum 265. ante Alphonſum. 1119. ferè.

Ant. Pius Adriani gener tantæ fuit æquitatis & gratiæ, vt plurimæ nationes, quæ Romanam prius à ſe vim repulerant, & Traiano mortuo à Romanis deſciuerant, ſua ſponte ſe ei ſubiecerint. *Iul. Cap. Euſ.*

Solus fuit principum ſine ciuili ſanguine, etiam ſi Caſſius quidam eius tempore tyrannidem arripuerit. Satiùs enim putauit vnum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes perdere, *Spart.*

Indeque Pius cognominatus eſt.

Quin & Chriſtianos vehementer obſeruauit, *Xiphilinus ex Dione Euſ.*

Orbem nullo bello per an. 23. authoritate ſola rexit. *Dion.* — 4242

In iudicando Vlpium Marcellum, & Iabolenum I. C. adhibuit.

Eo imperante pax Eccleſiis fuit. *Sulpitius lib. 2.* — 4251

Ad eum Indi, Bactri, Hyrcani legatos pacis miſerunt.

k SCRIPSIT duas epiſtolas, vnam ad omnes Chriſti fideles, alteram parænetica ad Athenienſes. E numero martyrum eum eximit Onuphrius *in Platinam*, quòd Ant. Pius æquus fuerit Chriſtianis, & in eos perſequutiones coluuerit. *ex Xiphilino in Dionis epit.* Sic ante Syluestrum, ad quem vſque tamen vulgo traditur omnes martyrio vitam finiſſe, excipit Anacletum, Pium, Eleutherium, Zephyrinũ, Anterum, Dionyſium, & Miltiadem, eos confeſſiones dũtaxat nominans, quòd & ſi morte violenta non deceſſerint, multa tamen à furente plebe & magiſtratibus paſſi ſint.

Diuulgantur hæreſes Valentini & Cerdonis, cuius fuit diſcipulus Martion.

Valentinus Ægyptius veniens Romam vixit vſque ad Anicetum. *Iren. lib. 3. cap. 4. Euſeb. lib. 4. 11.*

HVMANA.

Galenus Pergamenus medicus. *Eutrop. lib. 10. Euſeb. in Chron.* Pauſanias Cæſarien. L. Apuleius Madaurenſis magus & philoſophus Platonicus, qui poſtulatus eſt de magia apud Claud. Maximum Africæ præfectum.

Iuſtinus Trogi epitomiſta. Nam Antonino Pio ſuam hiſtoriam dedicauit. Contemporaneus fuit Iuſtini alterius Philoſophi & martyris.

l P. IVS hic Aquileienſis inter Confeſſores, non Martyres ab aliquibus reponitur, & ſub Antonino Vero, qui Ant. Pio eſt proximè ſequutus. Scripſit duas Epiſt. Ritus quoſdam pios adhibuit ad decorum Baptiſmi & Euchariſtiæ.

Reſurrectionem Domini die dominica celebrari iuſſit. *Euſ. in Chron.* Hermes paſtor, Pij Pont. frater *Damaſ.* aliis familiaris tantum. Pauli diſcipulum facit, *Volat.* — 4169

Martion Ponticus, qui docebat legem non eſſe bonam, materiam rerum eſſe malam, & alia abſurda, & Gnoſtici

Anni Chriſti.		Anni mundi.
	10	
150	k M. HIGINVS Athenienſis, an. 4. menſ. 3. dies 4.	
154	Vacat ſedes dies 4.	
	Patriarchis,	
	Alexãdriæ Marco, mox Celadio an. 10.	
	Alibi iiſdem patriarchis & principibus.	
	11.	
154	l M. PIVS. I. Aquileienſis, an. 9.	
163	menſ. 4. dies 3.	
	Vacat dies 4.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Celadio.	
	Antiochiæ Heroe ſecũdo.	
	Hieroſolymis Iuliano an. 2.	
	Caiano an. 2.	
	Iuliano ſecundo, an. 1.	
	Symmacho an. 1.	
	Caro an. 1.	
	Iuliano 3. an. 5.	

81

ſtici

Anni Chriſti.		Anni mundi.
	Principibus.	
	Fuluio Antonino Pio Imp.	4121
	Cozroe, deinde Vologeſe 3. an. 40. Parthorum.	
	Gafele æthiopum pretioſo, an. 26.	
	Clodomero 4. Franc. duce.	
	12.	
163	m M. ANICETVS Syrus, an. 9.	4251
172	menſ. 4. dies 13.	4260
	Vacat ſedes dies 17.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Celadio, Agrippino, an. 12.	
	Antiochiæ Heroe 2. deinde Theophilo, an. 8.	
	Hieroſolymis Iuliano tertio, Capitone, an. 3. *Maximo, an.* 3.	
	Principibus.	
	Marco Ælio Aurelio Antonino Vero philoſopho, an. 18. *cum fratre L. Commodo Vero Antonino Imp.*	
	Vologeſe Parthorum.	
	Gafele Æthiopum.	
	Clodomero 4. Francorum duce.	4158

ſtici auctore Prodico orti, qui ſibi ſummam quandam notitiam & perfectionem, licentiámque quidlibet agendi vindicabant & turpiſſimè viuebant, ſuum virus dilatant. *Iren. lib. 3. cap. 4. Clem. Strom. 2. & 3.*

Martion docuit Chriſtum ſaluaſſe patres ante ſuum aduentum. *Clem. Alex. lib. 2. Strom.* tandem ſub Eleuthero palinodiam cecinit. *Tert. de præſcri.* Sectatores Carpocratis, ſe quoque falſo nomine Gnoſticos appellarunt, hæreſim tetram & monſtroſam condentes ex Simone Mago, Menandro, Nicolao, &c. *Epiph.*

HVMANA.

Taurus Berythius Platonicus, Meſomedes Cretenſis Lyricus poët. Apollonius Stoicus, & Baſilides Syropolitanus philoſophi & Veri Cæſ. præceptores.

Rabbi Hakadoſch ſummi apud Hebræos nominis. *Seder Olam.* Scripſit ad Antoninum Higgeret Haſodor, id eſt, epiſtolam myſteriorum. Ab vrbis ſuę excidio, an. 120 primus ad Moſaïcæ legis explanationem Miſna perſtrinxit, quod Iudæi velut ore Moſis traditum amplectuntur.

Eum ſecuti ſunt Bar Cappara, auctor libri, qui inſcribitur Toſaphta, R. Haia, R. Oſena R. Simeon auctores librorum, qui appellantur Biriethoth & Mechiltoth. *R. Abraham in Cabb. hiſtor.*

[Legi etiam poteſt, *Barienoth*, & *Mechiltoth*. id eſt extranea, & aduentitia.]

Poſt Cozroem Vologeſes filius regnum Parthicum diu tenuit, cum quo Marcus & L. Verus Imperatores multa bella geſſerunt, eíque Aſſyriam & Atmeniam ab Adriano relictas eripuerunt.

m SCRIPSIT epiſtolam ad Galliæ Epiſcopos, *Tom. 1. concil.* Clericos comam & barbam raderein clericatus inſigne iuſſit. *C. prohibere diſt. 24. Polyd. Virg. lib. 4. cap. 8. de innuent.* Hoc tamen inſtitutum Anacleto tribuit Nauclerus. Martyrio vitam finiit. *Damaſ.*

QVINTVM bellum ſeu perſecutio Chriſtianorum in Aſia & Galliis, per M. Antoninum & L. Commodum Ver. Impp. tunc martyrium paſſi ſunt Polycarpus Ioan. diſcipulus & Smyrnenſis Epiſcopus, an. ætatis 80. qui Romam veniens hæreſes Valentini & Cerdonis repreſſit & extinxit. In Gallia plurimi, inter quos, *Iuſtinus* philoſophus & martyr, Apollonius Græcus, Apollonius Senator, qui primus latinorum pro Chriſtiana religione ſcripſit, Potinus primus Lugdunenſis Epiſcopus, *Euſebius 4. cap. 13. & libro 5. Gregorius, Tur. lib. 1. cap. 29.*

Aliis quarta perſecutio. Actum primum intra Gallias martyria viſa. *Sulp lib. 2.* quæ qualia fuerint narrat Euſebius ex literis Eccleſiarum Gallicarum ad Aſianas.

Fuit enim Ant. Philoſophus, qui quartus à Nerone perſecutus eſt Chriſtianos. Quem vltus eſt Deus, quamquam eius temporibus duntaxat commota fuerit, exercita verò à L. Vero Commodo eius fratre & collega.

Nam prope nihil, quo ſummis angoribus atteri mortales ſolent, aut dici aut cogitari queat, quod nõ illo imperante fœlicitas, aut dici aut cogitari queat, quod nõ illo imperante fœluerit. Quippe ab armis nuſquam quies erat, pérque totum Orientem, Illyricum, Italiam, Galliam arma ſeruebant, terræ motus non ſine interitu ciuitatum, inundationes fluminum, lues crebræ, locuſtarum ſpecies agris infeſtæ &c. *Lampridius.*

Ipſe verò præter publicas calamitates, apoplexia correptus, cum per triduum mutus languiſſet, tandem extinctus eſt in Pannoniis. Sic & L. Commodus frater tragico exitu ictu ſanguinis, imperij vndecimo periit, de quo hiſtorici.

Apollonius ſenator primus Latinorum pro Chriſtiana re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligione scripsit *Hier. in Cat.*

Egesippus historicus apud Rom. pontificem Anicetum viuit. *Euſ. lib 4 cap 11.* Theophilus Antiochenus, Modestus, Apollinaris Hieropolitanus episc. qui fuit in hæresi Chiliastarum, & scripsit contra Montanos, Musanus Philosophus Cretensis. doctores Ecclesiastici. *Euseb. lib. 4. cap. 7. Niceph. lib. 4. cap. 9. 10. & 11.*

Isidorus Basilidis filius, Ptolemæus, Secundus, Heracleon, Isidorus Basilidis filius, Colobarsus, Marcus Valentiniani, Lucanus Marcionis hæreles reluscitant. *Iren. lib. 1. Aug. de hær. Epiph hæres 32 & seqq.*

Carpocratiani, qui vxores faciebant communes. Docitæ Cassiani cuiusdam sectatores, qui phantasticũ corpus Christo tribuebant. Antitactæ, qui Legem secundi Dei esse dixerunt, ideóque pietatis esse putarunt legi resistere scelerate viuendo, vt sic primo Deo gratificarentur, *Clemens Alexandr. stro 2. & 3.*

Athenagoras Philosophus Christianus, Asianus & Apollinaris Hieropolitanus Episcopus, qui Apologetica Antonino obtulerunt. *Euseb.*

HVMANA.

Fronto orator, Marci in Latinis literis præceptor, Appianus Alexandrinus historicus, Athenæus, Macrobius.

Initio imperij Marcus Philos. qui Pio successit, collegam creauit nouo beneuolentiæ genere fratrem Lucium Verum, Actum primum regnare duo Augusti cœperunt. Post hos plurima monstra imperio sunt potita vsque ad Constantinũ, Deo iram suam io imperium impium portendente.

Tum ergo primùm, Romanum imperium duos tulit æquo iure imperantes, cum antea singulos semper habuisset Augustos Nam Ant. Philos. inter se & fratrem imperium æqualiter partitus est. *Eutrop lib 8 Iul. Capitol. in M. Antonino, Oros. lib 7 cap 18*

Mauri, omnes prope Hispanias vastarunt. *Iul. Capitol.*

Bellum Parthicum cum Vologese, de quo Marcus & Lucius Veri triumpharunt.

* SCRIPSIT duas epistolas, prima est de fide. *Tom. 1. Concil.* Restituit (Nam Anacletus iam instituerat) vsum solemnis copulationis desponsitorum, quę fit benedicente sacerdote. Eius martyrij nulla mentio apud Damasum.

[Noua non fuit Anacleti institutio, cùm nuptiæ fierent ante D. Christi manifestationem: inde est quod Sanctissimus Papa Anacletus hunc ordinem sacrum benedicendi desponsatos Romæ publicari voluerit, quia Christiani malè de coniugio audiebant: cùm ad se desponsandos nequaquam Romanum morem obseruarent. Ita igitur illis cauere voluit, & Ecclesiæ aspersam labem eluere. Interea semper fideles ab initio, ante hanc publicationem, in Ecclesia publicè benedicebantur. sed cùm lateret hi congressus Ecclesiastici Romanam plebem, à plærisque pro incestis Christiani habebantur]

Eum mirè laudat à beneficentia erga pauperes & hospites, itémque doctrina Dionysius Corinthius in Epist. ad Romanos scripta. *Euseb. lib 4.*

Circa annũ Domini 178. Indi ad Demetrium Alex. Episcopum nuncios ablegarunt, petentes vt doctores ad se mitteret. Mittitur Pantænus, qui ibi Euangelium Diui Matthæi Hebraïcis literis à Diuo Bartholomęo descriptum inuenit, & Alexandriam deportauit. *Hieron in vita Panteni.*

Apud Bracmanes & circum ea loca Pantænus religionem docuit *Hier. epist. ad Magnum*

Aurelius Antoninus philosophus ex pluuia miraculosa & fulmine precibus Christianæ legionis, quæ postea fulminatrix ab eo dicta est, impetrato, in bello Marcomannico siue Germanico, persecutionem inhibuit. *Tertul. in Apolo. cap. 5. & ad Scapulam. Euseb. lib. 5. cap. 5. & in Chron.* Eam tamen victoriam ethnici scriptores inuidia in Christianos vel incantationibus magicis: *vt Dion.* vel Antonini precibus tribuerunt: *vt Iul. Capitol. & Claudian.*

Anni mundi.		Anni christi.
	13.	
4260	* M. SOTER (Sotericus Nicephoro) Fundanus, Cápanus, an. 9. mens. 3. dies 21.	172
4269		181
	Vacat sedes dies 21.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Agrippino.	
	Antiochiæ Theophilo, cuius extant aliqua opera, deinde Maximo, an. 13.	
	Hierosol. Antonino, an. 4	
	Valente, an. 1	
	Dulichio, an. 2	
	Narcisso, an. 1	
	Principibus.	
	Solo M. Ælio Aurel. Antonino Vero.	
	Vologese Parthorum penultimo rege.	
	Gafele Æthiopum.	
	Deinde Bese Seoch, an. 4	
	Faraberto Franc. duce.	

Commodus filius, quòd Marciam quandam concubinam, quæ Christianis fauebat, amaret: in pace reliquit Ecclesiam. *Xiphilinus.*

Egesippus in itinere, quod Romam versus ex Asia habuit, plurimos episcopos conuenit, & eandem fidei apud omnes doctrinam deprehendit, *Euseb. lib 4. cap. 21.* Insignis Dei benedictio. Librum scripserat in quo omnes actus Ecclesiasticos à Passione Domini, vsque ad sua tempora complectebatur. *Hier. in Catal.*

Eusebius asserit eum suo tempore omnium manibus fuisse tritum. Sic suo idem Hieron.

Christianos sub Antoninis consueuisse celebrare memorias Sanctorum martyrum, ageréque annuos & solennes cõuentus ad eorum sepulchra, apparet ex *Euseb. lib. 4. cap. 15.*

[Hoc ipsum iamdudum antea, illis insinuarat B. Paulus. ad Hebræos, dum ait. cap. 13. Vers. 7. *Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.*]

Symmachus ex Samaritano Iudæus & Ebionęus, sacra Bibli a tertius post 70. interpretes in Græcam linguam transtulit. Nam vixit sub M. Antonino Vero, cùm Theodotion circa initium Commodi secundi non nisi agnitus sit. *Epiph. lib. de pond. & mens.* Nonnulli quidem Theodotioné Symmacho præponunt. Sed veteres hunc seruant ordinem in nominandis versionibus, vt *Euſ. lib. 6. cap. 16. & 17.* Hieron. passim.

HVMANA.

Bellum Marcomannicum. *Oros. lib. 7. cap. 5. Tertull. in Apologet. cap. 15 Iulius Capitol.*

Bese Seoc Regem Abissinorum, venisse ex Oriente tradunt Annales Æthiopici.

n VNICA eius extat epistola ad Galliæ prouincias. Effecit vt magna Britanniæ pars ad Christum accederet. Eius martyrij non meminit Damasus.

Eius tempore paulisper persecutio conquieuit.

Sub eo etiam multi scriptores contra hæreses dimicarunt.

Lucio Britannorum regi doctores Fugatium & Damianũ destinauit. *Beda hist. lib. 1. cap. 5.*

Hæresim Encratitarum damnauit.

Prima Christianorum siue fidelium schola apud Alexandriam, quam tum temporis, scilicet sub Commodo, moderabatur Pantænus, ex eo quod antiquo (i. ab Ecclesiæ crepundiis) sacrarum literarum doctrina & exercitium illic vigebat. Pantæno successit Clemens Alex. Deinde Origenes. *Niceph. lib. 5. cap. 18. Euseb. lib. 5. cap. 9. & Hieron in catal.* Ad eius instar institutæ censentur Ecclesiæ collegiatæ.

Marcus quidem Euangelista instituerat, vt illic essent perpetui doctores. *Hier. in Catal.* Sed hoc intelligitur de catechistis, qui simpliciter summam & elementa fidei docebant. Nam Pantænus philosophus Stoicus cœpit fusiùs de Theologia disputare aduersus Hęreticos. Deinde Clemens Alexand. & Origenes. In ea docebantur Symbolum, Decalogus, oratio Dominica, *Tertul. libro quarto, contra Martio.* Socrates in histor.

Irenæus Lugdunensis Episcopus Fotini successor. *Euseb. libro quinto, cap. 6. & ipse, libro tertio, cap. 3.* Quem Græce scripsisse testatur Hieron. in 36. Ezech. & inter auctores Græcos

Anni christi		Anni mundi.
181	14.	
196	n M. ELEVTHERVS Nicopolitanus Græcus, an. 15. mens. 3. dies 2.	4269
		4284
	Vacat sedes dies 5.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Iuliano an. 10. *Demetrio an.* 43	
	Antiochiæ Maximo, deinde Serapione, an. 22	
	Hierosolymis, Narcisso, deinde Ælio, an 2	
	Germanio, an. 4	
	Gordio, an. 5	
	Narcisso iterum, an. 20.	

Universidad de Deusto
Biblioteca

connumerat.

Dionysius Corinthius. *Hieron. in catal. cap. 37. Euseb. lib. 4. cap. 22.* qui omnium doctrinarum curiosissimum vocat. *Tert.* Theophilus Theol.

Melito Sardensis Frontonis oratoris discipulus, qui Marcum Imp. literis eruditus, pro Christianis librum Antonino obtulit. Æglogas scripsit, *ex Euseb. Sophr. Hieron. Eusebio, libro secundo, cap. 22. & 23.* Philippus & Pinytus Cretensis, Bacchylus Corinthius. *Idem.*

Theodotion Ponticus (siue Ephesinus, vt ait Trithem.) primum Marcionista, demum è circuncisione Iudæus vniuersa Biblia sacra ex Hebræo in Græcum quartus post 70. transtulit. *Epipha. lib. de mens. & pond.* Quidam ex nominis significatione eundem putant cum Ionathan Chaldæo paraphraste, sed Achronologicè [id est, sine Chronologia & temporis calculo.]

Lucius Rex Britanniæ insulæ primus omnium Regum prædicationibus Fugatij & Damiani eò à Pont. missorum fidem Christi amplectitur. *Damasus, Beda lib. 1. hist. cap. 5. Naucl. & Polyd. lib. 2. de Angl. rebus.* Inde Britannia omnium regionum prima publicè Christo subdita est (inquit Tertul. libro, contra Iudæ.) ad Diocletianum Imp. vsque, sub quo omni ferè religione exuta, ad idololatriam rediit.

Montanus & Apelles (quem Theodotion nominat maximum hæreticorum) cum Priscilla & Maximilla Cataphrygum hæresim spargunt, Negantes Christum verum hominem, matrimonia dissoluentes, &c. *Eusebius quinto, cap. 15. & 18. Augus. in Catal. hæret. Epiph. in Panario.*

Erubescentes confiteri peccata sacerdotibus, quasi iusti essent. *Hieron. ad Marcellam.*

Montanus tres quadragesimas nouo more & noua ieiunia introduxit *Theod.* cum vna quadragesima esset Ecclesiæ. *Hieron. ad Marcell.* Centuriatores cent. 2. cap. 5. pag. 105. insigni impostura eius hæresim in eo constituunt, quòd leges ieiuniorum primus præscripserit, quasi antea essent libera.

Hæresis Encratitarum, id est, continentium, prohibentium nubere, vt antea Saturninus. *Iren. lib. 1. cap. 22.* iubentium abstinere à carnibus & vino, Tatiano & Seuero auctoribus. de quibus intelligendum est cap. 4. Pauli Tim. 1. *Euseb. lib. 1. cap. 6. Epp. hær. 45 Hieron. in Amos.*

Rhodon. *Euseb. lib. 5. cap. 13.* Zeticus, *cap. 16.* Miltiades *cap. 16.*

Bibliotheca magna nostrorum sollicitudine composita, capitolio fulmine icto, dum L. Ant. Commodus imperaret, conflagrauit. *Honorius.* Ita in mediis crucibus nostri bibliothecas instruebant, è quibus Clementis, Iustini, Ignatij, Egesippi, Irenæi & aliorum Sanctorum opera accepimus.

HVMANA.

Sine seditione mansit Imperij administratio ab Augusto ad Marcum Antoninum per annos 200. Postquam autem Commodus eius filius improbitate sua imperium commaculauit, insidiis non tantùm de medio sublatus est, sed & seditiones continentes exiterunt. *Suidas in Cæsare.*

Anno 188. absoluta est pars illa Talmud à Iudæis, quæ Mitna inscribitur, altera perficietur, an. 505. quæ Ghemara. [*Misna*, id est, duplicata, vel copia, Exemplar *Ghemara*, id est, complementum, vel propriè coronis.]

Misnæ (contextus Talmudici) sapientum primus fuit Simeon Iustus, qui Christum vnis excepit. Postremus iam R. Hakkados Antonino Charus. *Elias in Tisbi.* Qui Ribbi nomine intelligitur in Talmud *R. Mose.*

Quo & mortuo defuit Sacerdotiũ. *Fasciculus Myrrhæ. Gen. 6.* Eum appellans, *Gen. 9* R. Simeon ben Iohai, cuius ætate iustitia m

Anni mundi.		Anni Christi.
4269		181
	Principibus.	
	M. Aelio Aurel. Antonino cum fil. L. Antonino Commodo 2. postea solo Commodo Imp. an. 13.	
	Vologese Parthorum.	
	Azgua Æthiopum, an. 77.	
4284	*Faraberto Franc. duce.*	196

Anni Christi		Anni mundi.
	15.	
196	o M. VICTOR I. Apher, an. 10	4284
206	mens. 3. dies 10	4294
	Vacat sedes dies 21.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Demetrio.	
	Antiochiæ Serapione.	
	Hierosolymis Narcisso iterum.	
	Principibus.	
	Solo Commodo Imperatore decimo octauo, P. Ælio Pertinace Di. 85. Did. Juliano mens. 7. L. Septi. Seuero, an. 18. qui quintus à Nerone Christum est persecutus, ex ordi. successio. Impp. an. 18.	
	Artabano Parthorũ vltimo, an. 34. vsque ad Christi, 226.	
	Azgua Æthiopum pretioso.	
	Sunno Fran. duce.	

stitiam perfectè viguisse ait eodem capite R. Selomo Iarhi.

Hinc cœperunt doctores, qui Amoriam, quorum primus Rabba, postremus Rab. Asè, an. 426. *R. Mose.* Hinc Rabbenu Hakkados Misnæ, Rab. Asè Ghemarę scriptores & auctores dici solent.

Volusius, Metianus, Saluianus, Iulianus, Scæuola Iurisconsulti. Iulius Pollux, Aphthonius, Philostratus.

o VICTOR Latinorum secundus post Apollonium multa scribit. *Hieron. in Catalog.* Eius extant duæ epistolæ, vna parænetica ad Afros, altera ad Theophilum Alexand. Martyrio vitam finiit. *Damasus.*

Sextus & Iudas Chronographus Theologicè scribunt.

Prima inter Ecclesiam Romanam & Asianam siue Orientalem dissensio atrox, propter diem Paschatis, & ieiunij, in qua Asiana tanquam hæretica à corpore vnitatis per Victorem scissa iudicata est. *Eusebius 5. cap. 23. & 24.*

Inde Quartodecumani hæretici habiti. *Tert. lib. de præscrip. Conc. Antioch. cap. 1. Aug hær. 29. Theodorus, libro tertio, capite vltimo Hær. Fab.*

Prætendebant quidem Asiani Apostolorum Ioannis, Philippi traditionem, sed non obseruabant, eos propter Iudæos hoc vel constituisse, vel potius tolerasse, quòd Synagoga esset cum honore sepelienda. Mirum autem est Centuriatores ita esse desperatos, & planè spiritu Satanæ possessos, vt S. Victorem, quem Deus ipse martyrij palma honorauit, hîc mysterium iniquitatis prouexisse, ac filium perditionis constituisse atque formasse blasphement. Præterea quanti est flagitij, propter odium Romanæ & Christianæ sedis, suscipere defensionem Asianorum Iudaïzantium, qui publicè in concilio Nicæno & aliis, quæ ipsi se recipere dictitant, damnati sunt. Est etiam impietas plusquam Diabolica centuria sexta & septima hoc solo nomine laudare Anglos & Scotos, quòd ob hanc, quam sciunt esse Quartodecumanorum hæresim, anathemati à prædicto concilio subiectam, sese Episcopis cum Diuo Gregorio & aliis Rom. pont. sentientibus opposuerint. Nam illud est tenebras dicere lucem, &c. Deinde quorsum isti Quartodecumanos laudant, quando nec 14. luna cum ipsis more Iudaïco post æquinoctium vernum, nec cum Catholicis Dominico proximo sequente celebrent?

[Tale est hęreticorum ingenium vt quod nolis vtro appetant, quod impensius ab illis petas ipsi contrà insolentius contradicant.]

Pantænus Stoïcus à Demetrio Alexandrino Episcopo in Indiam mittitur, vt Christum apud Bracmanas, Gimnosophistas & alios gentis illius philosophos philosophus ipse prędicaret, apud quos cum Euangelium secundum Matthæum Hebraïcis literis scriptum prædicaret, ipsum reuertens Alexandriam secum detulit.

Nota in hoc primo Christiano post Apostolorum tempora concilio enituisse Romanæ Ecclesiæ supra omnes primatum. Nam in epistola Theophilus Cæsarienſis Episcopus, qui præfuit cum Narcisso Hierosolymorum, recitat se accepta authoritate à pontifice Ro. concilium conuocasse.

Victoris authoritatem prætendebat Artemon hæreticus. *Euseb. libro quinto, cap. 28.* sed falsò. Nam Theodorum coriarium Byzantinum eadem cum Artemone docentem, ab ecclesia statim eiecerat. *Idem.*

Gallia tota fere Christiana efficitur, sub Seuero Imp. Vniuersæ enim multitudines & domus totæ ad fidé accedebant, quiduis facere & pati paratę. *Niceph. lib. 5. cap. 2.*

An. 203. Scotia Christum profitetur Donaldo rege cum liberis, coniuge & nobilitate, legatis Victoris Papæ exceptis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hector. Boet. lib. 6. hist. Scot.

HVMANA.

Commodus hostis deorum, paricida Senatus. *Lampridius.*

Pertinax fortunæ pila appellatus, nam ad imperium proiectus, cum esset origine gentis sordida & doctor literarum, quæ à Grammaticis traduntur, &c. *Victor.*

Post eum multis vulneribus à Iuliano obtruncatum, Iulianus ipse Didius primus data pecunia imperium mercatur. Qui proinde ad prætorium deductus est nec Senatu præeunte nec alio legitimo satellitio, sed iis duntaxat militibus, qui eum in honore constituerant, per vim palatium illi cum omni eius penu tradentibus, qui & eum postea sustulerunt. *Zosimus lib. 1.*

Seuerus Angaro Oxroënorum rege & libeis eius in deditionem acceptis Arabiam Felicem vastat, Adiabenis vincit, fortuna magis quam consilio ad Parthorum fines nauibus delatus Artabanum Ctesiphonte expulit, vrbem cepit *Herodia.*

Seuerus Ctesiphontem, Babylonémque cepit & Arabiam vniuersam subdidit. *Ibid.* Iudæicum quoddam bellum confecit, & Iudæos sub graui pœna fieri vetuit. *Eusebius Chron. Spartia.* Seueri filio Senatus Iudaïcum triumphum decreuit. *Spart.*

Contra eum Niger & Albinus imperum inuadunt *Zosimus lib. 1.*

Anni mundi.		Anni Christi.
	PRIMVM post Apostolorũ tempora concilium Cæsariense in Palestina à Theophilo & aliis Episcop. de die Paschatis. *Euseb. 5. cap. 22. & seqq. sub Ælio Pertinace. Beda in Chron.*	196
	Deinde Romanum. Gallicanum. Ponticum. Æthiopicum. Ibidem.	
4294	ANNVS Domini ducentesimus sub dimidiatum Victoris pontificatum, quando primùm post Apostolorũ tempora Concilium Cæsariense	206

in Palestina: & sub Artaxerxis Persæ æuum, quando Artabano Partho necato, Persis gloriam imperij, qui ab Alex. Magno ceruerant, restituit, vsque ad Saracenos, qui Hormisdam, an. 623. interfecerunt, Heraclio imperante.

Hoc secundo centenario superiores doctores Doctrinam sanam, quam hodie hæretici oppugnant, continuarunt. *Missam.* Iustinus Martyr Apol. 2. post Dionys. Areopag. Eccl. Hier. cap. 3. & Irenæus lib. 4. cap. 34.

Liberum Arbitrium. Iust. quæst. 103. Iren. toto. cap. 72. lib. 4. Theophylus lib. 2. ad Autoly. Athenag. Clemens Alexand. In patænetico, Stromat. lib. 2. *Gratia Dei, Iustificatio, fides.* Clemens Strom. lib. 1 3 4. In pedagogo & cæteri, qui vbique Christi meritum extollunt. *Opera.* Clemés lib. 5. Strom. Gratia saluamur, sed non absque bonis operibus, lib 7. Quando audimus: Fides tua te saluam fecit, non accipimus eum dicere absolutè eos saluos futuros, qui quomodocunque crediderint, nisi facta quoque consequantur. Theoph. lib 2 ad Autoly. Tatianus.

Pœnitentia. Clemens Strom lib. 2. & in Paænetico. Alij vbique. *Alienam fidem in baptismo prodesse.* Iust. in Respons. *Missam esse sacrificium* Iren lib. 4 cap. 32. Iust. contra Tripho. Alex. pontifex in sua decretali. *Virginem esse aduocatam.* Iren. libro 5. *Sancti.* Iust quæst. 28. Quin & in 2. Apol. apertè fatetur Christianos colere totum exercitum bonorum angelorum. *Primatus Romani pont.* Iren. lib. 5. Episcopi illius temporis in historia Victoris apud Euseb. lib. 5. hist. Eccles. & in concilio Palæstino. *Signum crucis.* Iust. contra Trypho. & quæst. 118. *Martyrium magni esse meriti.* Clemens in Stromat. est expurgatorium peccatorum. *Virginitas.* Dionys. Corinthius apud. Eus. lib. 4. cap. 23 *Missæ ritus.* Iust. 2. Apolog. Clemens Strom. lib 7. *Veritas Eucharistiæ. Transubstantiatio:* Ibid. Iustin. Iren. lib. 4. cap. 34. *Baptismi Crisma & ceremoniæ.* Iust q 136. Iren lib. 1. cap. 18. *Preces pro mortuis, Purgatorium.* Irenæus & qui receptaculum animarum, in quo dormiant, constituere, non satis explicantes Purgatoriumne esset pœna aliqua corporea, an nudum à Deo exilium, vsque ad Origenem, qui sequenti sæculo illud illustrauit. De hoc purgatorio Origenes. *Delectus ciborum, quadragesima.* Montanus hæresin condit contra quadragesimã, pro vna tres inducens. Quartodecumani hæresin de paschate, quibus resistunt Irenæus, Victor Papa, &c. Prætereo summorum Pontificum Anacleti, Eutharisti, Alex. Sixti, Thelesphori, Higini, Pij, Anicetj, Soteris, Eleuthetij, Victoris, qui in hanc centuriam cadũt testimonia vt hæreticis suspecta; quorum epistolæ suum habent locum, tom. 1. Concil. & à Turriano doctissimè contra Centuriatores authentica demonstrantur. Cætera ab istis improbata probant omnes huius sæculi doctores, vt non rogati Centu. confitentur, Cent. 2. cap. 4. de doctrina col. 56 & seqq cap. 6. de ceremoniis & ritibus col. 109. & seqq. cap. 10. de Episcopis & doctoribus, columna 196. & seqq nisi quod, vt conscientiæ furias placent, inclinationem doctrinæ, næuos, incommoda opiniones, stipulas & errores doctorum huiusmodi fuisse scribunt. Denique qui hac ætate Sacramentarios, Simonem Magum, & veteres alios hæreticos refellunt, abunde Caluinitis respondent.

Anni Christi.		Anni mundi.
	TERTIVM SÆCVLVM.	
	16.	
206	P M. ZEPHYRINVS (siue Seuerinus) Romanus, an. 7	4294
214	mens. 7. dies 10.	
	Vacat sedes dies 6.	4302
	Patriarchis. *Alexandriæ Demetrio.* *Antiochiæ Serapione.* *Hierosolimis Narcisso iterum, deinde Alexandro, an.* 39	
	Principibus. *L. Septi. Seuero cum fil. P. Septimo Geto & Aurelio Bassiano Antonino Caracalla Imp.* *Artabano Parthorum vltimo. Azgua æthiopũ. pret. Ioso. Sunno Franc. Duce.*	

PELIQVIT duas epistolas, vnam ad Episcopos Siciliæ, alteram ad Ægypti. *tom. 1. Conc.* Rei magis diuinæ, quam humanæ intentus. *Platin.* canones tulit de annua saltem, laicorum communione circa Paschatis festum. Eius martyrij nullam mentionem facit Damasus.

Statuum fecit, vt omnia vasa Ecclesiæ essent vitrea. *Damasus, Valafridus & Radulphus Tungrensis,* aut Stannea *addit Martinus Polonus.* Vnde Tertulliano, qui viuebat hoc tempore lib. de Pudicitia, calices frangi faciles.

Verum non multò post etiam argentea & aurea vasa in vsu fuerunt, vt apparet è passione D. Laurentij apud Amb. lib. 2. Off. cap. 18. Item ex Optato Mileuit. lib. 1. & Aug. contra Cresces. Grammat. lib. 3. cap. 29.

[Hęc differentia materialis vasorum, nil addit aut minuit circa sacramenta. Imo quæcunque splendidissima ornamenta magis conueniunt ipsi diuino cultui, vt nascente Christo Domino preciosa quęque oblata & consectata fuere à Magis ipsum adorantibus.]

SEXTVM bellum per Seuerum & Aurelium eius filium, an. 205. in quo patiuntur Leonides Orig. pater, Calixtus PP. & plerique alijn Africa & Ægypto maximè. *Spart. Tertul. ad Scapulam.*

Quintam persecutionem vocat Orosius lib. 7. cap. 17. At Eusebius lib. 6. cap. 1. & Aug. sextam.

Interiectis deinde annis ab vltimo Seueri, vsque ad primũ Decij per annos 38. aut etiam plures pax Christianis fuit, nisi quòd medio tempore Maximinus nonnullarum Ecclesiarum clericos vexauit. *Sulpit. lib. 2.*

Imperatores motæ persecutionis pœnas luunt discerpti à militibus. *Victor. & Capitol.*

Hippolitus, Clemens Alexandrinus Pantæni discipulus, Ammonius philosophus ad mortem vsque Christianus, duo Origenis præceptores. Victor Capuanus. *Euse. lib. 6. cap. 2. 10. 14. 15. & 16. Niceph. lib. 4. cap. 12.*

Gaiana hæresis in Africa negat baptismum nos abluere à peccatis. *Tert. de bapt.*

Heraclius in Apostolum composuit enarrationes, *Hier. in Catal.* Primus id argumenti genus aggressus est. *Niceph. lib. 4. cap. 35.*

Maximus, Candidus, Appion, Sextus, Iudas scriptores Christiani. *Hieron.*

Natalius confessor, quem Zepherinus excommunicauit, quòd se adiunxisset Asclepiadoto & Theodoto hæreticis. *Euseb. lib. 5. cap. 28.*

HVMANA.

Seuerus Byzantium, quam postea Constantinus Magnus restaurauit, euertit & in pagi formam redegit, *Herodia.* vallũ in Britannia per 132. millia passuum à mari ad mare, per vniuersam insulam duxit. *Euseb. chron.*

Christianos sub graui pœna fieri vetuit. *Spart.* Octo primis annis Imperij, non solùm æquus & beneficus Christianis fuerat, sed etiam vulgo in eos furenti palam restiterat. *Tert. ad Scapulum, qui liber est de hac 6. persecutione.*

Motæ persecutionis pœnas luit. Nam membrorum omnium, maximè pedum, dolorem dum pati nequiret: veneni vice, quod ei negabatur, cibum grauis ac plurimę carnis aui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus inuasit, quem cum conficere non posset, cruditate expirauit. *Victor.*

Tunc primùm tres Augusti simul fuerunt.

Papinianus cognomento Asylum iuris à Caracalla occidi iussus, quem ipsi & Getæ filiis suis, Seuerus reliquit. Cassius & Marcellus Iurisconsulti. Velleius Paterculus historicus.

Cùm militibus lege vetitum esset, ne haberent vxorem ex Dione, lib. 60. Primus Seuerus videtur eos ad vxores admisisse, ex Herodia. lib. tertio. Tertullianus tamen, qui sub eo vixit, in exhort. ad Castitatem, suo ævo, milites ostendit etiam fuisse cælibes. Itaque locus Herodiani est aliter accipiendus, nempe quòd eos admiserit ad concubinatum, non nuptias.

Artabanus Parthorum rex à Caracalla victus, deinde ab Artaxerse Persa. *Herodian.*

Artaxerses siue Assuerus imperium Persarum restituit sub Antonini Caracallæ posteris, quod denuo per Ismaëlitas defletum fuit. *R. Abra. in Cabb. hist.* 4302

q RELIQVIT duas Epistolas decretales. *Tom. 1. Conc.*

Primus Ecclesiam in honorem B. Virginis ædificauit in Transtyberina regione. *Polyd lib 5. cap. 6. & 8. cap. 1. Plat. Sabell.* 4308

Eo loco, quo nocte natalis Dominici è terra oleum fluxisse memorabatur.

Ieiunia quatuor temporum, in quibus ordines sacri conferrentur, instituit: cum antea in anno semel tantùm, id est, mense Decembri clerici promouerentur. *Plati. Polyd.*

Quod tamen aliqui referunt ad Calixtum 2. de quo interpretantur cap. Ieiunij, dist. 76.

Tertullianus Centurionis proconsularis filius D. Cyprianо Latinorum scriptorum princeps. *Niceph. 4. cap. 12. Iorna. de temp.* Origenis æqualis, tertius è Latinis scriptoribus. *Hiero in Catal.* Nempe ante eum scripserant Latinè Apollonius senator & Victor Pontif.

Νομικὸς Eusebio. i. iurisconsultus. Papiniani fortasse discipulus. Nam inter eos nominatur aliquis Tertullianus. Quare & nostri stylus abundat iuris formulis & dictionibus.

Se initio à Montanistis, quorum magna erat pietatis species, decipi passus est. Vnde & contra Ecclesiam 4. libros scripsit, De Monogamis, De cibis Iudaïcis, de Ieiunio contra Psychicos (sic Catholicos nominans) De pudicitia, De fuga in persecutione: verum pòst, Ecclesiasticæ præscriptionis vi considerata, resipuit & Montanum eiusque æmulos in Hæreticis numerauit, libro De præscriptionibus.

Origenes secundus Ecclesiæ magister post Apostolos. *Hiero.* cuius scripta corrupta ab hæreticis. Vnde illa dissensio inter Chrysostomum & Theophylum Alex. Sex millia librorum scripsit. *Epiph.*

Caius Orig. discipulus, quem Zephyrini Pont. tempore contra Proclum Cataphrygarum hæresis ducem scripsisse tradit. *Niceph. lib. 2. cap. 27.*

Homousiastę animas humanas eiusdem cum Deo essentiæ esse contendentes. *Orig. cap. 38. Comment. in Iob.* contra quos referendum illud eiusdem, cap. 37. Neque ergo Homousion aliquid Dei est. Nam non Patrem intelligit, ad quem collatus Filius & Spiritus Sanctus eiusdem sunt cum ipso substantiæ, sed Deum simpliciter, cum quo nulla omnino res condita, eandem substantiam habet. Huius autem Hæresis auctorem facit Theodor. lib. 1. fabul. Hæret. Marcionē. Marcionitarum itaque genus erant Homousiastæ, siue vt in Græco Origenis ὁμόσπλαι.

HVMANA.

Artabanus nouissimus omnium Arsacidarum vigesimo sexto

17.

q M. CALIXTVS I. 214
ann. 6
mens. 1. dies 10. 220

Vacat sedes dies 6.

Patriarchis.

Alexandriæ Demetrio.

Antiochiæ Asclepiade, an. 11

Hierosolymis Alexandro.

Principibus.

L. Seuero.
Aurelio M. Bassiano Antonino Caracalla, an. 6. post eum Opilio Macrino mens. 14. Impp.

Artabano Parthorum vltimo.

Azgua Æthiopum, pretioso.

Hilderico Franc. Duce.

18.

220 * M. VRBANVS I. 4308
Romanus, an. 4
mens. 10. dies 12 4312
224 Vacat sedes mens. 1.

Patriarchis.

Alexandriæ Demetrio.

Antiochiæ Phileto.

Hierosolymis Alexandro.

Principibus.

M. Antonino Bestia Cog.
Heliogab. Imp. an. 4
Artabano Parthorum vltimo.
Azgua Æthiopum pretioso.

[Præ-jozo, est legendum distinctis vocabulis, significat *Præcentor mone*, quia Æthiopes hoc suis Regibus deferunt: vt sint diuinorum officiorū præcentores, ac φώναυκοι. Eadem forma dicuntur *Cachammi* Imperatores Tattarorum, id est, *sunt sapientes*. pari ratione ac prosophis veteribus, maluit Pythagoras se Philosophum appellare.]

Hilderico Franc. Duce.

19

224 r M. PONTIANVS 4312
Romanus, an. 9
menses, 5. dies 2 4312
234 Vacat sedes dies 10.

Patriarchis.

Alexandriæ Demetrio.

Antiochiæ Phileto, deinde Zebenno, an. 10

Hierosolymis Alexādro.

Principibus.

Aurel. Alexand. Seuero fil.
Mammęæ Imp. an. 13.

sexto loco imperium Parthorum tenuit, an. 34.

Cum Seuero, Antonino Caracalla, Macrino imperatoribus multa bella vario marte gessit.

Postemo Alexandro Romanis imperante ab Artaxerse Persa triplici prælio victus est, regno vitaque priuatus.

Sicque imperij Orientis summa à Parthis iterum ad Persas translata est anno à primo Arsace, 473.

* EPISTOLAM ad vniuersos episcopos reliquit. *Tom. 1. Conc.* Martyrio absumptum esse ipsa tempora, quæ Christianis horribilia fuere, tum omnes penè historici declarant.

Tryphon Origenis auditor.

Sub Vrbano primùm, Ecclesia Rom. prædia possidere cœpit: quorum prouentibus alebat Ecclesiæ ministros, & eos, qui martyrum gesta conscribebant. *Petrus de Natal.* Ea qui violasset vel alienasset, excommunicationi subiecit Vrbanus. *In eius epist. decretali.* Vtendum in sactis, vasis argenteis & patenis, quæ prius erant vitrea, sanxit, *Damas.*

[Ratio vitreorum fuit, vt aliquo modo gloria Dei, per speciem illam repræsentaretur, ad imitationem illius chasmal quod vidit Ezechiel Propheta, cap. 1. Ratio autem aureorum hæc fuit, quòd aurum ipsum sit propius chasmal, id est, Electrum: quòd cùm sit metalli genus eximium, inde est quòd omnia metalla ad ipsum tendāt. Hæc omnia vt aliquo modo, ima summis respondeant.]

Minutius Fœlix. Rom. causidicus. *Sabell. Hierony.*

HVMANA.

Antoninus iste Heliogabalum (Deum à se fictum, à quo & cognomentum retulit) in Palatino monte consecrauit, eique templum fecit, studens in illud omnia Romanis veneranda transferre, præterea Iudęorum & Samaritanorum religiones, & Christianorum deuotionem eodem transferre cogitans, vt omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret, omnes deos sui dei ministros esse dicens. *Lampridius.*

r HVIC thesauros suos legasse ferunt Alexand. Seuerum, qui ita piè sentiit de Christo, vt eum inter Deos referret, ac templum ei consecrare statueret. *Lamprid. in eius vita.*

Reliquit duas epistolas ad vniuersos fideles. *Tom. 1. Conc.* In exilio Sardiniensi extinctus est.

Mammæa mater Alexandri Imp. ab Origene Antiochiæ religione Christi imbuitur. *Suidas in Orig.*

Arabia publicè fidem recipit. Nam Origenes literis Principis Arabum à Demetrio Alex. episc. postulatus aulam Ducis conuertit. *Euseb. libro 7. cap. 5.*

Mammæa Alex. Imp. mater Christiana, saltem Christianis fauet & ab Origene in fide confirmatur. *Idem, lib. 6. cap. 21.*

Alexand. Seuerus in larario suo maiore, sacra facere erat solitus, inter statuas suas, Christi & Abrahami imagines habens, in minore autem Virgilij, Ciceronis, Achillis, & magnorum virorum. *Lampridius.* Iudæis, quibus etiam faucbat, priuilegia sua reseruauit. *Idem.*

Cyriacum Pontiani successorem aliqui faciunt, an. 1. mens. 3. dieb. 13. quem & ideo sublatum narrant de pontificum ordine, quòd inuito Romano clero, Episcopatu cesserit, & cum exercitu. 11000. Virginum Coloniam Agrippinam profectus sit, ibi martyr cum illis factus (*in persecutione fortasis Decianа*) *Fascic. temp. Nauclerus, Bergomensis, Henricus Erford.* Has tamen virgines, si quidem illæ sunt de Britannia profectæ cum Vrsula Coloniam, in Attilæ expeditione cæsas memorat, ann. 453. Leone 1. Pont. & Martiano imp. *Guilel. Nangiac.*

HVMANA.

Alexander Māmææ, in Persas profectus de Artaxerse, siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abagaro primo Persarum rege triumphauit, túmque Persæ primùm serui apud Romanos fuerunt. *Lamprid. Herodian.*

In aula sua doctissimos fouebat. *Idem.* Pueros alimentarios Mammæos & Mammæas è mattis nomine instituit. *Lamprid.*

Vlpianus eius consiliarius & scrinij magister, Pomponius, Gordianus, Sabinus, Hermogenes, Aphricanus, Modestilius, Celsus, Marcellus omnium optimus, Iul. Paulus, Venatus, Alphænus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Venuleius, Triphonius, Metianus, Proculus, Seuerus omnium doctissimus, Seuerianus omnium sanctissimus, insignes iurisconsulti, quondam auditores Papiniani, Alexander Aphrodiseus philosophus. *Spart.*

Dion Cassius Nicæus, historiam annor. 981 ab Vrbe ad Christi 231. contexuit. Improbus fuisse videtur. Nam infensus Senecæ, Ciceroni, Cassio, omnibúsque bonis. Ex eius 80. libris tantùm 25. supersunt, continentes seriem annorum 121.

Artaxerses clade Parthorum, Orientis regno potitus se regem Magnum primus appellauit, duplicique diademate vtens, Persis antiquum imperium restituit. Quare non amplius deinceps Romani cum Parthis, sed cum Persis bella gerent ab ann. Christi 226. ad 634. per ann. 410. Quo tempore rerum summa penes Saracenos esse incipiet.

Ita Persæ sub Alexandro Macedone, imperio Orientis dejecti, nuncillud sub Alexandro Romano recuperant. *Zosimus, lib. 1.*

Alexandri tutor Vlpianus, collegit veterum principum aduersus Christianos edicta, vt rabiem iudicum aduersus eos inflammaret *Lactant.* In Mauritania Tingitana, res fœliciter gesta per Furium Celsum, in Illyrico per Varum Mactinum, in Armenia per Iunium Palinatum. *Lampr.*

§ RELIQVIT rescriptum ad Episcopos Beticæ, & Toletanæ prouinciæ. *Tom. 1. Conc.* per notarios res martyrum accuratè descripsit & in Ecclesiæ ærarium reposuit. E quo fonte hausta ferè sunt, quę hodie de Martyribus gesta nouimus. *Vuicelius in Rom. pont. Epitome.* Martyrio vitam finisse, vt & sequentes, Fabianum, Cornelium, Lucium, Stephanum & Xistum ipsa persecutionũ tempora & omnes penè historici declarant.

SEPTIMVM bellum in Christianos, præsertim doctores, Episcopos, & cæteros Ecclesiæ præsides per Maximinum, cuius cum imperio cœpit & desiit. *Eus. lib. 6. c. 19. Oros. lib. 7. c. 19. Iud. Capitolin.* Luit Deo pœnas. Nam cùm vix triennium in imperio cõpleuisset, à militibus iugulatur (*Victor*) ad Aquileiã.

Ita Maximinus à Netone sextus Christũ persequitur. ficta acta Christi & Pilati vulgat, quæ in scholis docerentur. *Euseb.*

Eius persecutionem, non per totum mundum, sed localem fuisse, Firmilianus Capadocię Episcopus apud Cyprianum Epist. 75. docet. Vnde apud Eusebium iussit solos Ecclesiarum præsides, tanquam auctores doctrinæ Euangelicæ neci dari.

Iulius Africanus historicus *Euseb. lib. 6. cap. 2.*

Gemianus siue Geminus. *Hieron. in Catal. Eus. in Chr.*

Heraclas Origenis discipulus. *Euseb. lib. 6.*

Eusebius Alexandrinus Homiliarum vetus scriptor, vt de die Dominico, vt de Sanctis colendis. Quem Antherus in sua Epistola translatum scribit è parua ciuitate in sedem Alexandrinam.

HVMANA.

Primus Maximusè corpore militari, sine Senatus authoritate Imperator factus est. *Iornand.*

Germanos vicit, amicos Alexandri crudeliter necauit.

Anni mundi.		Anni Christi.
	Artabano Parthorum vltimo.	
	Artaxerse Persarum Rege primo, ann. 15	
	Azgua Æthiopum pretioso.	
	Hilderico Frãcor. Duce.	
	20.	
4322	§ M. ANTHERVS Græcus, an. 5	234
4327	mens. 1. dies 12.	239
	Vacat sedes dies 13.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Heracla, an. 14.	
	Antiochiæ Zebenno.	
	Hierosolymis Alexandro.	
	Principibus.	
	Seuero imperatore vigesimo quinto, & postea Jul. Maximino, an. 3. cum filio Imp.	
	Artaxerse Persarum primo,	
	Azgua Æthiopum pretioso.	
	Hilderico Franc. duce.	

CONCILIVM *Carthaginense 1. circa hæc tempora, de baptismo hæreticorum. Cypr. epist. ad Iubaianum. August. lib. 4. de baptism. cap. 6.*

Anni Christi.		Anni mundi.	
	21.		Quin & eius odio præcipuè persecutionem excitauit, quòd in Alexandri familia complures fideles & Christiani versarentur.
239	† M. FABIANVS Romanus mirabili electione, *Euseb 6. cap. 20.* (Græcis Flauianus) an. 13.	4327	Motæ persecutionis pœnas luit. Nam vix triennio in imperio cum filio adhuc puero completo, à militibus discerpitur, conclamantibus cunctis ioco: Ex pessimo genere ne caulum quidem habendum. Postea omnes, qui quoquo modo se eiadiunxerant, & amici fuisse videbantur, capti, occisi, tracti & in cloacas abiecti sunt. *Victor & Capitol.*
252	dies, 11.	4340	Duo Gordiani in Africa Impp. facti à Capelliano Maurorum præfecto cæduntur. Hinc mox Pupienus & Balbinus à senatu creantur, addito Gordiano iuniore puero annorum 13. ad sedandam populi seditionem.
	Vacat sedes dies 6.		Censorinus scribit librum de die natali, *ipse cap. 15. libri sui.*
	Patriarchis.		† TRES reliquit epistolas. *Tom. 1. Conc.* ad eum scripsit Origenes pœnitentiam agens, quòd multa malè scripsisset, & causas temeritatis in Ambrosium referens, quòd secreto edita & non satis expensa in publicum protulisset. *Hier. in Apologia ad Pammac. & Ocean. Vbi Origenis errores recitat.*
	Alexandriæ Heracla, deinde Dionysio, an. 17		Martyrologia conscribenda curauit. Martyribus cœmeteria parauit, Ritum sacri Chrismatis disposuit, alioqui ab Apostolis institutum. *ex Diony. de Eccl. Hier.* nempe vt quotannis, vetere combusto, renouaretur. sub Decio patitur. *Onuph.*
	Antiochiæ Zebenno. deinde Babyla, an. 12		[Chrisma est ab Apostolo Petro Antiochie institutum, vt legis vnctio sacra ad ipsum Euangelium referretur: ac vt Christiani sic dicti, verè Christum ipla vnctione repræsentarent. Ex Cyrillo in Catechesibus.]
	Hierosolymis Alexandro.		Philippus Arabs, primus Imperatorum Christianus, baptizatur simul cum filio & Seuera coniuge. In vigiliis Paschæ ab Ecclesia repulsus ab Episcopo, nec prius admissus, quàm peccatum homicidij, vt videtur, confessus, inter pœnitentes staret. *Sabell. Enn. 7 lib. 7. Eus. 6. cap. 14. Oros. cap. 20. & Cass.* Gazas Imperatorias tradidit Fabiano, qui idcirco à Decio Imperatore interfici iubetur. *Io. Mairius tract. schis. Sabel. & Bergomensis lib. 8.* Imperij Philip. an. 2. completus est annus 1000. Vrbis, quo seculares ludi, ea pompa & magnificentia, qua antehac nunquam, celebrati sunt *Pompon. Lætus. Iul. Capitol.*
	Principibus.		Anno 1000. vrbis religionem profitetur, vt & millesimus annus vrbis conditæ non Idolis, sed Christo consecraretur. *Phreculphus in Chron.*
	Iul. Maximio vigesimo sexto, & post eum Pupieno, Balbino, an. 1. & Gordiano Juniore, an. 6. simul Imp. postea Philippo cum fil. Imp. an. 5. & tandem Decio Imp. trigesimo. ann. 2		Sapori Persæ Armenia maiore, quæ magna ex parte Christiana erat, cessit. Fugato rege Tyridate & liberis eius in deditionem acceptis. *Pomponius.* Vnde Armenij religionis ergo à Persis multa passi, Gregorio pontifice.
	Artaxerse, deinde Sapore an. 31. Persarum.		Quirinus Philippi f. instituit Episcopatum Laureacensem in Austria ad Anasum fl. quem postea Attila euertit. Tandémque ob confessionem Christi temporibus Diocletiani submorgitur. *Prudent. περὶ στεφάνων.*
	BELLVM PERSICVM.		OCTAVVM bellum seu persecutio Christianorum à Decio religionis face fœuissima in odium Philipporum excitatur (Septima aliis dicitur) quanquam eius edictum anno vno præcessisset & durat vsque ad Galienum: obierunt Fabianus, Cornelius, Serapion, Macatius, Babylas, Methodius Tyri Episc. Alex. Hierosolymitanus qui Bibliothecam nobilem Hierosol. construxit. (*Euseb. lib. 6. cap. 21.*) Theophilus Antiochenus, Agatha, Saturninus Episcopus Tholosæ ac infiniti alij toto orbe. *Euseb. 6. cap. 28. & 30. Eutrop. lib. 9.* & iuxta quosdam Tert. Hanc Opt. lib. 3. comparat Leoni Danielis cap. 7. Eam Deus vltus est pestilentia per vniuersum Imperium Romanum in 10. vel. 15. annos immissa. *Eutrop. lib. 9. Cypri. lib. de mortalitate.*
	Azgua Æthiopum, pret-Ioso.		Quin & ipse Decius cùm ne biennium quidem integrum
	Hilderico Franc. Duce.		
	CONCIL. *Philadelphiæ in Arabia contra Beryllum. Trip. lib. 6. cap. 20.*		
	Arabianum, cui vt superiori interfuit Orig. Eus. lib. 7. cap. 37.		

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperasset, mox vna cum liberis in barbarico bello occiditur. *Eusseb. lib. 7. cap. 1.*

In prælio aduersus Gothos. *Pompo. Letus.* Sic Gallus, qui persecutionem per manus acceptam continuabit, biennio nondum exacto cum Volusiano filio à militibus trucidabitur. *Eutrop. Letus.*

Babylas Antiochiæ Decium Imp. cæde & sanguine Christianorum madentem: & mysteriis eorum interesse cupientem animosè prohibuit. *Chrys. lib. contra gentiles. Suid.*

Ex ea persecutione agitari cœpta est quæstio de lapsis contra Nouatianos.

Arabiana hæresis, contra quam Synodus coacta est. *Eusseb. lib. 6. c. 37.* Helcesaitarum siue Elceseorum ab Elceo in Arabia Moab. *Idem cap. 38. Epiph. August.*

HVMANA.

Odenatus Palmyrenorum rex.

Argunthis Scytharum rex Romanorum fines vastat. *Iul. capit. in Gordiano.*

Artaxerses vt vetus atque integrum imperium Persarum restitueret, superatis Tigris ripis ac Romani imperij finibus, excurrit per Mesopotamiam & Syriam, omníque Asiæ mari Ægeo ac freto Propontidis terminatæ ceu veteri Persarum possessioni minitatur, & sic decedens filio Sapori imperium relinquit.

Gordianus aperto Iano contra Persas bellum mouet. Saporem regem vincit. Vrbes plurimas recipit. *Iulius Capit. Eutrop. lib. 8.*

Philippus cum Sapore pacem firmat. *Zosim. lib. 1.* Vrbem in Thracia de suo nomine condit.

Sub eo magna vrbis pars in ludis sæcularibus propter nocturnos ignes conflagrauit.

Plotinus Ammonij discipulus, Amelius & multi Platonici.

Herodianus historiam 60. annorum conscribit.

Valens Lucianus Romanus imperium arripit. *Aurelius Victor.*

Gothi sub Decio primum Romanis bellum intulerunt. In quo Decius submersus, filius occisus. *Iornand. Cassiod. Oros.*

Cum his Gallus, Hostilius, deinde fœdus icit, tributum eis pendens. *Pomp. Blondus.*

u A DECIO, qui septimus post Neronem Christianos est infectatus, crudelissimè necatur. A Gallo & Volusiano. *Onuph.* Reliquit Duas epistolas decretales. *Tom. 1. Conc.* Alias scripsit. Ad hunc extant epistolæ D. Cypriani.

Cornelius, non, vt quidam vim facit, vt Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, vt Episcopatum acciperet, cùm Fabiani locus, id est, locus Petri & gradus Cathedræ sacerdotalis vacaret. *Cypri. 4. epist. 2. ad Antonianum.* eo tempore sedens, quo Tyrannus infestus sacerdotibus Dei, fanda atqtte infanda comminaretur, multo patientiùs & tolerabiliùs audiens leuari aduersum se æmulum principem, quàm constitui Romæ Dei sacerdotem. *Ibid.* Corpora SS. Petri & Pauli tot annis sepulta transtulit. *Damasus.* Multas epistolas contra Nouati hæresin scripsit. *Hier. Eusseb. Theod. lib. 3. hæret. Fab.* Pauperes & viduas supra mille quingentos aluit. *Eusseb. lib. 6. cap. 43. ex ipsius ad Fabium Antioch. epist.*

Contra hunc & eius successores diu in Schismate Nouatianus S. R. E. presbyter Romæ Episcopus fuit, deinde Nouatiani in Episcopatu successores, qui Romæ vsque ad Cælestini Papę pontificatum permanserunt, à quo deinceps publicè episcopum habere prohibiti sunt. *Onuphrius è Socrate. lib. 7. cap. 11.*

Anni mundi.		Anni Christi.
	Carthaginense Episc. 90. contra Priuatum, hæreticum, qui ob multa & grauia delicta fuit condemnatum. Cyp. lib. 1. epist. 3.	
	Romanum contra Helchesaitas Christum in tormentis sine peccato negari posse affirmantes.	
	22.	
4340	u M. CORNELIVS Romanus, an. 2 mens. 2. dies 3	252
4342		254
	Vacat sedes men. 1. dies 5.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Dionysio.	
	Antiochiæ Fabio, an. 1. Demetrio, an. 7	
	Hierosolymis MeZabene, an. 14	
	Principibus.	
	Decio Imp. trigesimo.	
	Sapore Persarum, secundo rege.	
	Azgua æthiopum pretioso.	
	Barthero Franc. Duce.	

Quæstio

Anni Christi.	*Schisma primum.*	Anni Mundi.
	NOVATIANVS Presbyter Romanus & hæresiarcha ope Nouati presbyteri Carthaginensis (quem Theodoretus lib. de Fabul. hæreti. & sæpe Epiph. Eusseb. ac plerique alij confundunt cum Nouatiano) creatur in Antipapam. Cypr. epist. ad Iubaianum & ad Pompo. Hiero. in Catal. Contra eum acta sunt duo Concilia. Romanum episcoporum 60. cũ Presbyteris totidem & plurimis Diaconis. Plat. Eusseb. 6. cap. 43 & Carthaginense. Cypr epist. ad Cornel. Negabat requiri Oleum siue Chrismæ in confirmatione. Theod. de fab. hær. Reiiciebat satisfactiones propœnis peccatorũ. Cypr. lib. 4. epist. 2. Peccatoribus post baptismũ & lapsis pœnitentiam denegabat, Chry. hom 20. Heb. Cypr. li. 2. ep. 2. Amb lib. de Pœn. c. 6. Primus reprobauit confessiones Soc. lib. 5 cap. 19 Secundas nuptias damnabat, baptizatos à Catholicis rebaptizabat, Idem.	
	TRIA Concilia celebrantur Carthagini. Cypr. ad Iubaia. Celeberrimum fuit contra negantes infantes baptizandos ante 8. diem. Cypr. lib. 3. epist 8. August. epist. 48. Cætera apud Cyp. li. 1. epist. 2. & 4.	
	Conc. Antiochenum. Eusseb. lib. 6. cap. vlt.	
	23.	
254	x M. LVCIVS I. (*Lucianus Niceph.*) Romanus, an. 3. mens. 3. dies 3.	4345
257	Vacat sedes mens. 1. dies 5.	
	Patriarchis,	

Quæstio inter Romanam & Aphricanam ecclesiam, num hæretici rebaptizandi essent. *Eusseb. libro 7. cap. 2. & seqq.*

Nouatianorum siue Catharorum hæresis. *Eusseb. 6. c. 43. & 44. Cypr. libro 2. ep. 10. lib. 3. ep. 2 & 3. lib. 4. ep. 2.* Etiam istorum Lutherani & Caluinitæ spurij sunt. Nam eorum erant capita, nullum esse in Ecclesia pœnitentiæ sacramentum, nullam debere fieri Sacerdoti exomologesin, siue peccatorum confessionem, &c. *Ibid. Cypr. & Pacianus lib. contra eos peculari.* Non vnum esse (Romanum) in Ecclesia episcopum è quo cæteri pendeant. *Eus. libro 6. cap. 43.* contra quod dogma Cypriani multæ epistolæ & totus liber de vnitate Ecclesiæ, quem & proinde aliqui inscripserant de Simplicitate prælatorum. Item Decretales pontificum illius sæculi Epistolæ. Nouatianus scilicet exciderat spe Romani pontificatus potiundi, quem magno ambitu petiuerat. *Cypr. Ibid. Cornelius Fabio Antioch. lib. 6. Eus. cap. 43.*

Eos semper proprium habentes episcopum perdurasse Constantinopoli, vsque ad illius excidium per Turcos mentiuntur Magdeburgenses Cent. 3. cap. de Hereticis.

Hæretici & Schismatici, qui reuertebantur ad Ecclesiam, cum hac fidei professione in Africa & Romæ, vbi maximè Nouatiana hæresis grassabatur, recipiebantur: Vnum Deum, Vnum Christum Dominum, Vnum Spiritum sanctum, Vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere. *Cypr. lib. 3. epist. 11. Cornelius apud Eus. ibid.*

HVMANA.

Pestilentia toto orbe grassatur, maximè Alexandriæ & in Ægypto. Qua occasione Cyptianus librum de mortalitate scribit.

Gothi siue Getæ prouincias Romanas ad Danubium tũc primò inuadunt.

Decius in Barbarico bello inter confusas turbas gurgite paludis submersus est, ita vt nec cadauer eius inueniri potuerit, filius vero eius interficitur. *Victor.*

Mox Sapor Persarum rex Romanis penè exitialis fuit. Nam his in Mesopotamia profligatis, & Mesopotamiam eis eripuit, & Imperatorem ipsorum Valerianum viuum cepit, nec vnquam reddidit.

x Ad Hunc quoque Cypriani extant epistolæ, scripsit epistolam ad Episcopos Galliæ & Hispaniæ consolatoriam. *tom. 1. Conc.*

A Valeriano martyrio consumitur. *Damasus.*

Moritur Origenes 70. ætat. anno. *Eus. 7. c. 1.* annis. 150. ante Hieronymi ætatem. *epist. ad Pammac.* Sena millia librorum scribit. *Epiph. hæres. 64.* Auctor fuit ecclesiarum, vt vocant, collegiatarum. *Hieron.*

Intra spatium 12. annorum totam sacram scripturam interpretatus est, stando libros componens. *Suidas.*

Opera eius trifariã secta in Scholia, Homilias, & Tomos. *Hier. prolog. Homil. Orig. in Ezech.*

y PRIMVS vestes sacerdotales & regumenta altarium instituit. *Isidor.* vel potius instituta ab Apostolis commendauit. Nam Petalo mitræ quodam genere in re diuina vsum fuisse D. Ioan. Euangelistam Polycrates apud Eusebium testatur. Vestis splendida sacrificantium apud Clem. lib. 8. Cõst. c. 16. vestis pura pontificum apud Dionys. in Eccl. Sacratæ pallæ in vetere Canone Soteris. Eucharistiæ operta velatáque apud Orig. hom. 5. Num. & alibi. Ornamenta, cum Optato lib. 3. Instrumenta Dominica, cum Aug. epist. 165. intellige-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant autem vasa, & vestimenta & eiusmodi quæ ad ministerium Dei consecrabantur, *vt ait Iustinian. §. sacræ, de rerum diuisio. & leg. Sancimus. Cod. de sacrosanctis Eccl.* & quæ ad cultum Dominicæ passionis pertinẽt, ex consortio corporis, & sanguinis Domini veneranda, *vt Hieronymus inquit epistola ad Theoph. Alex ante libros Paschales.*

Hoc vero decretum Stephano tribui videtur, quia sacrata & Ecclesiastica vestimenta, in vsu quotidiano non habenda decreuit. *Ipse epist. 1. Damasus ca. 24. Beda & Ado in Martyrologio.*

Reliquit duas epistolas decretales, *tom. 1 Conc.* Inter Missarum solennia occiditur, *Platina.* Sub Valeriano martyrio afficitur. *Damasus.*

Ad hunc scripsit Cyprianus, seorsum lib. 3. epist. 13. qua eum rogat, vt faciat plenissimas literas ad coëpiscopos in Galliis constitutos, vt Martianum Arelatensem, à sua communicatione segregent, & alias dirigat in Prouinciam, & ad plebem Arelate consistentem, quibus abstento Martiano, alius in locum eius substituatur. Audis authoritatem Romani Pont. in Gallos, dum eorum Episcopos abstinet (id est, abdicat & deponit.)

Quæstionem an hæretici sint rebaptizandi decîdit, *Euseb. lib. 7 cap. 2.*

Qui propterea Heleno, Firmiliano & cunctis per Ciliciam, Cappadociam, Galatiam & vicinas gentes Episcopis excommunicationem minatus est. *Ibid. c. 5.*

Noëtij & Sabellij hæresis oritur apud Ptolemaida Pentapoleos, *Lybiæ Theod. Euseb. 7. cap. 4. & 5. Hilar. libro 6. de Trinit. Basil contra Sabel. Epipha. in pana.* Tamen Caluinus in Institu. *libr. 1. cap 13. sect. 4* scribit hunc post Arrium vixisse, magna antiquitatis, vt aliarum rerum, ignoratione.

[Mirum non est Caluinum fuisse omnium rerũ ignarum quia nusquam studuerat Theologiæ, nisi per biennium, apud Martinum Bucerum apostatam ac ex augustinensi monacho, Lutheranum factum.]

Sabelliani inter cætera culpabãt Catholicos, quòd eorum multi fierent Monachi. *Bas epist. 63.*

Emetserunt & alij hæretici aquam vino in Eucharistia non miscentes. *Cypr. lib. 2. epist. 3.* 4345

Floret impius ille philosophus, nomine Malcus, cognomento Porphyrius, Plotini discipulus. *Ipse in vita Plotini, Euse. 6. c. 14.* Scripsit in Christianos 14. libros. *Suid. & Hieron. in Daniel.* 4351

NONVM bellum in Christianos per Valerianum Imp. *Euseb. 7. cap. 9. & seqq. Oros. 7. capite. 22. Pompon. Latus in Valer.*

In eo Cyprianus truncatur capite, Lucius, Stephanus, Sixtus PP. Hyppolytus, Laurentius Diaconus vno mense ante Cyprianum, & alij quamplures martyres occubuerunt *Eus. in Chron. Amb. 1. offic cap. 41.*

Valerianus ergo octauus post Neronem Ecclesiæ hostis fuit, vnde & eius persecutio octaua dicitur à Sulpitio, Eus. Aug. Orosio.

A Sapore captus ignominiosa seruitute, deinde morte consenuit. Tam claro Dei iudicio tertius Gallienus pacem Ecclesiis trepida satisfactione restituit. *Oros. libro. 7. cap. 15*

Sicque pax fuit Ecclesiis per annos fermè quinquaginta. *Sulpit lib. 2.*

Impia illa persecutio effecit, vt Valerianus ad bellum Persicum profectus, in manus Saporis Pers. regis viuus venerit. A quo captus scabelli loco Sapori fuit in equum ascensuro, ad mortem vsque. Neque enim vnquam à filio Gallieno redimi

Anni mundi.		Anni Christi.
	Alexandriæ Dionysio.	
	Antiochiæ Demetrio.	129
	Hierosoly. Mezabenne.	
	Principibus.	
	Gallo Hostiliano cũ fil. Volusiano, an. 2. vsque ad Valerianum & Gallienum Impp.	
	Sapore Persarũ secũdo.	
	AZgua Æthiopũ pretioso.	
	Barthero Fran. duce.	
	24	
4345	y M. STEPHANVS I. Romanus, an. 7.	257
4351	mens. 5. dies 22.	264
	Vacat sedes dies 2.	
	Patriarchis,	
	Alexandriæ Dionysio.	
	Antiochiæ Demetrio, deinde Paulo Samosateno Hæresiarcha, an. 11.	
	Hierosolymis Mezabenne.	

Anni Christi.		Anni mundi.
	Principibus.	
	P. Licinio Valeriano cũ fil. Cornel. Licinio Gallieno Imp. an. 4. deinde Solo Gallieno, an. 11.	
	BELLVM PERSICVM	
	Sapore Persarum 2.	
	HHerch Æthiopũ pretioso, an. 21.	
	Bathero Franc. duce.	
	CONC. Carthaginense Episcoporum Africanorũ præsente Cypriano contra baptismum hæreticorum Cyp. ad Stephanum. Sed iidem patres sententiam mutarũt, & contrarium decretum emiserunt. Hieron. contra Luciferianos. Vnde Aug. epist. 48 istud cõciliũ ait vel fuisse fictum, vel mutatum.	
	25.	
264	z M. SIXTVS II. Athenienſis Philosophus, an. 2.	4352
267	mens. 10. dies 23.	4355
	Vacat sedes mens. 1. dies 5.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Dionysio.	
81	Antiochiæ Paulo Samosateno.	

dimi potuit. *Aurel. Victor.*

Quin & tandem excoriatus saléque conditus. *Euseb. in sermone ad conventum Sanctorum.*

Præterea filio Gallieno miserum imperium attraxit. Sub eo enim nulla resp. pars fuit integra, triginta tyrannis exortis, qui vno tempore alij in aliis terris exercuere imperium, in quibus etiam fœminæ Romano illuserunt imperio. *Trebellius, Vopiscus. Eutrop.*

Dionysius Alexandrinus Origenis discipulus. *Euseb. lib. 6. & 7.* qui præter alia multa, scholia in opera D. Dionysij Areopagitę, quæ extant, scripsit. *Anast. Anthioche.* ἐν ὁδηγῷ. Ea citat Maximus antiquissimus eiusdem Areopagitæ interpres, *prima annotat. in 5. cap. de cæleſt. Hierar. & alibi.*

HVMANA.

Cilicia, Syria, Cappadocia à Sapore vastantur. Alemanni Galliis hostiliter vexatis in Italiam transgrediuntur. Gotthi Pontum, Græciam, Asiam populantur. Quadi & Sarmatæ Pannonias occupant. Germani in Hispania Taraconem oppugnant. *Eus.*

Imperium Romanum tunc cadere cœpit, exortentibus vbique tyrannis, quos. 30. Gallienus partim occidit, partim debellauit, vnde nonnulli hic constituunt interregnum. *Treb. Pollio, Oros. lib. 7 cap 22.*

Omnibus ferè prouinciis odio Gallieni deficientibus. Quæ imperij perturbatio durauit annos plus 15. vsque ad Probum, qui omnes tyrannos sibi nomen & insignia Imperatorum sumentes oppressit.

Porphyrius, Iamblychus & similis farraginis Platonici.

z EPHILOSOPHO Pontifex. Duas reliquit epistolas, quarum prima est de Trinitate, 1. *tom. Conc.*

Huic Laurentinus Diac. inseparabiliter adhæsit vsque ad extrema vitæ supplicia. Ecclesia tum auro & opibus in vsum ministrorum & pauperum abundabat. *Amb. libro de officiis.*

Sub Valeriano martyrium facit. *Damasus.*

Post eius mortem ob persecutionis atrocitatem sedes annos duos vacauit, decerptis. 15. diebus quanto tempore Romani presbyteri, vacanti Ecclesiæ præfuerunt. *Damasus.*

Platina triginta quinque dies tantùm numerat, quod hic secuti sumus.

Finita persecutione Gallienus edicta pro Christianis facit, inter ea, vt loca τῶν καλουμένων κοιμητηρίων, Cœmeteriorũ, quæ vocabantur, reciperent. Eus. libro 7. c. 13. pag. 75. exẽp. Græci. Ita à prima Ecclesia eorum fuisse solennem vsum & nomen audis, ad quæ propterea persecutionem renouans Iouius Maximinus, conuentus fieri alio edicto post vetuit, *Idem lib. 9. c. 2. pag.* 101. In his quid fieret lege apud Greg. Turonensem lib. de Gloria confessorum. c. 63. nempe frequens occulti psallentij mysterium. Sic enim appellat mysticam mensam pro Defunctis.

Sic pax Christianis reddita per annos 40. vsque ad 19. Diocletiani, adeo vt facultas regendi prouincias & iurisdicendi Christianis concessa fuerit, vrbes integræ Christum profiterentur, &c.

Victorinus Pictauiensis, Tryphon, Phileas Thebaidæ, Archelaus Mesopotamiæ, Eusebius Laodiceæ Episcopi, & Melchior Antiochenus Presbyter, contra hæreses & in sacra Biblia scribunt. *Hieron. in Chron Thrith. descripsit. Eccl.*

Nepotiana hæresis. *Eus. lib. 7. c. 23.* à Nepote episcopo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ægypti, qui & laudatur alioqui ab instituta quadam Psalmodia. *Ibid. cap. 2.*

Paulus Eremum primus colere incipit. Hinc Eremitarum origo. *Hieronymus in vita.* suprà tamen audiuimus è Damaso, Thelesphorum nonum à Petro Pontificem fuisse Anachoretam. Nempe Anachoretica vita potest transigi, extra deserta & inculta loca.

HVMANA.

An. 265. Germani vlteriores Hispaniam, præsertim Terraconensem per. 11 ferè annos deuastant. *Oros. lib. 2. cap. 15. Rhenanus lib. 1 rerum. Germ.*

a HVIVS origo ignoratur. Hoc tantùm scitur fuisse Monachum *Damasus.*

Vnde apparet in prima Ecclesia inter medias persecutiones, extitisse qui hoc S. institutum profiterentur, hoc enim etiã tempore Paulus cuius vitam scripsit Hieronymus, Eremum incolebat siue metu persecutionum Decij & Valeriani, siue Sanctæ Philosophiæ studio.

Scripsit epistolam ad Seuerum Cordubensem, *Tom. 1. Conc.*

Presbyteris Romanis (qui Cardinales postea appellati sunt) parœcias vrbis distribuit, itémque Episcopis Dioceses, vt se quisque certis contineret limitibus. Tale aliquid accidit in vetere Synagoga, scribente Iosepho lib. 7. cap. 9. Ante Dauidem quisque leuita vndecumque veniisset Hierosolymam, quolibet tempore habebat potestatem ingerendi se ministerio citra discrimen (è Deut. 18. v. 7.) Sed postea Dauid in 24 ordines ministros templi distinxit (1. Paral. 24.) vetuitque ne alij aliorum ordinem perturbarent. In quo cum Mose pugnabat. *Hæc ille.* Pugnare autem intellige non contra Mosem decernere, sed præter Mosem, vel non Mosem, sed abusus è Mosis lege ortos corrigere. Quod de reliquis similiter cẽsendũ, quæ legimus ab Ecclesia Ecclesiæve pontificibus ad superiores ætates addita. Nã Ecclesia perpetuo proficit, & pro natis occasionibus noua aliqua pietati commoda profert. Sic Salomon minimè contentus Mosis & superiorum temporum simplicitate, ad illius exemplar, quantumuis à Deo præscriptum, innumera adiecit, de quibus sup. pag. 115. & seq.

Primus consecratus fuit ab Ostiensi Episcopo Maximo, atque hinc deinceps statutum, vt Papa ab Ostiensi deinceps consecraretur. *Sigibert in an. 1181.*

Amplificauit Ecclesiam Catholicam. Cui non defuit sedes Hierosolymitana, Antiochena & Alexandrina, multis vbique subortis hæresibus. Extat epistola Antiocheni concilij ad ipsum, & ad alios episcopos contra Paulum Samosatenum apud *Eus. lib. 7 cap. 26.*

Tunc obiit Dionysius Alexand. Origenis olim auditor. *Eus. 7. cap. 25.* Postquam apologiam edidisset ad Dionysium pap. & sibi falsò obiectos errores refutasset, ac docuisset filium Dei Patri esse consubstantialem, non opificium. *Athanas. ep. ad Arianos, & in Synodo Arim. Niceph. ex Basilio lib. 6. c. 25.*

Floret Gregorius Neocæsariensis Ponti Episc. à Latinis magnus, à Græcis mirabilis seu mirificus ob crebra miracula cognominatus, dictúsque Theodosius. *Euseb. 7. capite. 24. Plati.*

Paulus Samosatenus Artemonis & Ebionitarum hæresim resuscitat, Christum à sola Maria ortum docens. *Euseb. 7. cap. 23. & lib. 5 cap. 27.* Eam cum Arriana confundit Caluinus contra libel. de offi. pij viri.

Anni mundi.		Anni Christi.
	Hierosolymis Mezabẽne, deinde Hymeneo, an. 31.	
	Principibus.	
	Eisdem Jmpp. & regn.	
	HHerch Æthiopum.	
	6	
4355	a M. DIONYSIVS Græcus ex monacho PP. primus, an. 6.	267
4361	mens. 2. dies 4.	273
	Vacat sedes dies 6.	
	Patriarchis,	
	Alexandriæ Dionysio, mox Maximo, an. 18.	
	Antiochiæ Paulo Samosateno, deinde Domno, an. 3.	

Anni Christi.		Anni Mundi.	
	Hierosolymis Hymeneo.		Ab eo Paulianistæ, c. 19. Niceni concilij, siue Pauliani apud Aug. de Hæres.
267		4355	Malchion linguæ Græcæ professor, scholæ Antiochenæ præest. Samosatenum expugnat. *Euseb. lib. 7. c. 29.*
			HVMANA.
	Principibus.		Zenobiam Persæ, deuictis Romanis, Syriæ & Phœniciæ gubernatricem dant. Quę quia eum Iudęis sentiebat, facile Paulo Samosateno gratificata est. *Theodor. de hæres.*
	Solo Gallieno (qui aliquã pacem dedit christianis edicto publice persecutionem amouens Euseb. 7. cap. 20.) & post eũ Flauio Claudio Imp. an. 2.		Gallienus pacem nostris concedens, permittit recipere, quæ prius amiserant, cœmeteria. *Euseb. libro 7. cap.* 13. aduersus Posthumium, qui. 7. annis iam imperatorium nomen tenebat in Gallia, exercitum mittit & Francos Rheni accolas sibi adiungit. Atque hîc primùm Francorum mentio in Romanis bellis.
			Victorinus, quem consortem imperij Gallici Posthumius fecerat, Lolliano posthumij percussore cæso, solus illic Imperat. deinde Marius Faber ferrarius triduo, mox Tetricus. Quo victo Aureolus pacem cum Gallieno facit. Qua, cæde Gallieni, soluta à Claudio Imp. vincitur & imperio exuitur.
	Sapore Persarum secũdo, deinde Ormisda, an. 1. *d.* 10.		Sapores rex Persarum secundus, qui antea à Gordiano victus fuerat, Syriam, Ciliciam, Capadociam populatus, Valerianum Imp. capit. *Eutrop. Iulius Capitoli.*
			Odenatus Palmyrẽnorum rex Orientis imperium occupat Sapore cęso, & castris ad Ctesiphontem locatis. *Treb. Pollio.*
			A Gallieno in regni consortium assumptus Augustus dicitur. Mox insidiis consobrini sui Mæonij cum Herode filio suo occiditur.
			Zenobia eius vxor cum filiis Herminiano & Timolao regnum Orientis administrat. Palmyræni Sabba & Timogene ducibus bellum Ægyptiis inferunt. *Trebel.*
			Tetricus inuasit Hispanias & Gallias, vires & neruos imperij. *Ibid.*
			Claudius Imp. 320000. Gothos, Pontum, Græciam, Macedoniam, Illyricum, & Italiam vastantes occidit. *Trebell. Pol. in Claud.*
	HHerch Æthiopũ pretIoso.		Fratrem Quintillum collegam habuit diebus. 17.
	Bathero Franc. Duce.		b FOELIX tres reliquit epistolas, tertia est erudita de fide. Nam tum Ecclesiam vexabat Satanas & ferro tyrannidis & Stylo hæreseos. S. Martyres in Ecclesiæ diptyca reposuit. Martyrio coronatur. *Damasus.*
			DECIMVM bellum seu persecutio per Aurelianum Imp. qui primus Imp. diadema capiti imposuit, *Vsperg. Eus. 7. cap. 25.* vbi tamen meditatum persecutionem solum, non executum, Aurelianum videtur significare. Quo facit, quòd Eutropius, Vopiscus & Eus. in Chronico prodiderunt, Aurelianum posteaquam persecutionem decreuisset, fulmine subitò territum, paulò pòst interfectum esse. Quare à paucis nominatur inter persecutiones.
	CONC. *Romanum de filij cõsubstantialitate, Athan. de Syn. Arimini & in epist. contra Arianos de sententia Dionys. Alex.*		Manichæorum hæresis à Manete siue Manichæo Persa sumit originem. *Epiph. Euseb. 7. cap. 26.*
			Negebat liberum Arbitrium. *Augustinus libro de Libero Arbitrio.*
			Rex Persidis ei cutem detrahi iussit, & ita interfici. *Epiph. hæres. 66.*
273		4361	Asserebat, Baptismum in aqua nihil cuiquam salutis afferre *Aug. de hæres. cap. 46.*
			Error eius de duobus diis, bono & malo, quorum malus res istas inferiores moderetur, bonus nihil hic agat, ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

die perdurat in Perſide, Indiis & cæteris Orientalioribus Prouinciis. Quare & Idolum in ſuis fanis habent ei prorſus ſimile, quo noſtri pictores Diabolum exprimunt, nigrum, cum cornibus, dentibus aliquot recuruis ex ore prodeuntibus, ſimum, &c. *Oſorius de Emmanuele.*

Vnde inter mundi legiſlatores reponitur ab Hebræis, quibus res Orientis non fuerunt ignotæ. *R. Abraham in Cabb. El. in Tisbi.*

Adam diſcipulum in ſuperioris Orientis partes emiſiſſe fertur. *Epiph. in Pan.* 4361

Vnde fortaſſe fabula Adam in Indiæ aliqua parte ſepultum, eiúſque ſepulchrum ab Indis celebrari & coli, apud hos, qui de rebus Portugalenſium hodie ſcribunt. 4365

De eo ſic Cabbala hiſt. Heb. Diebus Saporis regis Perſarum prodit in mundum Manes, contendens duos eſſe deos, Vnum viuificantem & efficientem bona omnia. Alterum interficientem, & omnis generis mala inferentem. Legem ſui cerebri Magis perſuaſit, euaſitque in gentem magnam. Sed interemit eum Sapor aſtu. Et, *Elias in Tisbi*, ab hoc hæreticos appellamus Minim ſiue Mineos.

Cyrillus Antiochenus Epiſcopus, Dorotheus Eunuchus doctus in Hebraicis & Græcis, Anatolius Laodicenus theologiæ ſcriptores. *Euſeb. in Chron. & hiſt. Eccleſ. 7. cap. 32.*

Anatolius, ſcholæ Ariſtotelicæ Alexandriæ præficitur. *Euſeb. lib. 7. cap. 32.* multa ſcripſit *Hiero.*

Aurelianus initio Chriſtianis ita æquus, vt ſuam etiam in frequentiſſima contra Paulum Samoſatenum Synodo, Antiochię authoritatem interpoſuerit, & Samoſatenum de Eccleſia cedere nolentem exire manu publica compulerit, præcipiens epiſcoparum tradi, quibus Italiæ Sacerdotes & Romanus Pontifex, quem Chriſtianorum ſummum eſſe intellexerat, ſcriberent. *Euſ. lib. 7 cap. 25.*

Quare Domnus Samoſateno eſt ſubſtitutus. *Ibidem.*

Hac enim etiam ætate celebris & florens erat Petri & Romanæ Eccleſiæ primatus poteſtatibus inferni terribilis. Nam & eum prædicabat Porphyrius Ethnicus in libris contra Chriſtianos, vt inuidiam D. Paulo conflaret (*Hieronym. in 2. Gal.*) Tertul. lib. de Pudicitia proximè ſcripſerat Claues Soli Petro commiſſas & Eccleſiam ſuper ipſo extructam eſſe *lib. de Præſcr.*

De monogamia & alibi Romanam Eccleſiam fœlicem, Eccleſiarum matricem, &c.

Cyprianus nouiſſimè martyrio coronatus, *lib. 1. epiſt. 3. & in tractatu de Vnitate Eccleſiæ, ſiue de ſimplicitate prælatorum.* Principalem Eccleſiam Petri Cathedram, à qua vnitas ſacerdotalis exoriatur. Ibidem, Eccleſiam ſupra Petrum eſſe fundatam, vt alibi paſſim, vt lib. 4. epiſt. 9. Tract. 2. De habitu Virg. in epiſt. ad Iubaianum, epiſt. ad Quirinum, Serm. 3. de bono patientiæ. Lib. autem. 1. epiſt. 8. Vnum eſſe Deum, & vnum Chriſtum, & vnam Eccleſiam & Cathedram vnam ſuper Petrum Domini voce fundatam, aliud ſacerdotium conſtitui non poſſe, &c. libro 3. epiſt. 11. Vnum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere, è quo cæteri pendeant. lib. 4. epiſt. 8. Romanam Eccleſiam (hîc temetipſum prodidiſti Centuriator, 3. Cent. pag. 84.) ab omnibus aliis pro matrice & radice Catholicæ Eccleſiæ eſſe agnoſcendam. Et ex Græcis eiuſdem ſæculi Origenes ſecundus Eccleſiæ magiſter poſt Apoſtolos (ſic enim eum vocauit Antiquitas) ſuper Petrum ædificatam eſſe Eccleſiam, in Pſal. 1. citantibus Euſeb. lib. 6. hiſt. cap. 18. Niceph. lib. 5. cap. 16. Petrum

Anni Chriſti.		Anni mundi.
	CONC. *Antiochenum contra Pa. Samoſatenum, Euſeb. 7. cap. 23 & 25.*	
	27.	
	b M. FOELIX I. Romanus, an. 4.	273
	menſ. 3. dies 15.	
		277
	Vacat ſedes dies 5.	
	Patriarchis,	
	Alexandriæ Maximo.	
	Antiochiæ Domno, deinde Timacho, an. 6.	
	Hieroſolymis Hymeneo.	
	Principibus.	
	Claudio trigeſimo quarto, Imp. deinde Aureliano an. 5 menſ. 6.	
	Varabane, an. 5.	
	HHerch Æthiopũ pretioſo.	
	Clodio Franc. Duce.	

Anni Chriſti.		Anni mundi.
	CONC. *alterum Antiochenum contra eundem Samoſatenum Euſ. lib. 7. cap. 25.*	
	Vtrumque Aurelianus Imp. initio Chriſtianis æquus ſentiens à Rom. Pontifice approbari ratiũ eſſe inſtit. Theod. de fab. hæret.	
	28	
277	x M. EVTYCHIANVS Lunenſis. Tuſcus an. 1.	4365
278	menſ. 1. dies 1.	4366
	Vacat ſedes dies 8.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Maximo.	
	Antiochiæ Timaco.	
	Hieroſolymis Hymeneo.	
	Principibus.	
	Eiſdem Imperantib. Varabane 2. Narſeo Perſarum Imp. an. 16.	

Eccleſiæ eſſe fundamentum & petram ſolidiſſimam, ſuper quam Chriſtus fundauit Eccleſiam, *hom. 5. in Exod. & tract. 5. in Matthæum.*

Petrum Apoſtolorum eſſe principem. *homil. 17. in Lucam.*

HVMANA.

Aurelianus Sueuos & Sarmatas vicit. *Trith.*

Marcomannos ad Placentiam, & Barbaros in Illyrico & Thracia. Hinc ad Orientem mouens multa amiſſa recipit.

Zenobiam Palmyræ, Antiochiæ & multarum regionum Orientis reginam cepit, & in triumphum catenis aureis vinctam poſt ſuum currum traxit.

Primus Diadema apud Romanos capiti innexit, gemmiſque & aurata omni veſte, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, vſus eſt. Porcinæ carnis vſum populo inſtituit. *Sextus Victor.*

[Neque in eo Moſis ſtatuto cõtrauenit, ſed tantùm mentem Spiritus Sancti & Apoſtolorum Act. 15. explicauit vt nil dicatur commune quod Deus ſanctificauit Act. 10. Deinde ceſſante cauſa ceſſare debet effectus, & cauſa erat ſeminis canéda puritas, quæ in Chriſto Domino complementum accepit.]

Aureliam Galliæ vrbe ſtruxiſſe dicitur, & de ſuo nomine appellaſſe.

Sæuus & ſanguinarius omni tempore, etiam filij ſororis interfector, ab amicis interfectus eſt in itinere medio inter Conſtantinopolim & Heracleam. *Victor.*

c MARTYRES Chriſti 342. ſuis manibus ſepeliuit, conſtituens ne vllus Martyr ſine Dalmatica, aut collobio ſepeliretur. *Damaſus.*

Duas reliquit epiſtolas. Prima eſt de veritate Dominicæ incarnationis, ad Iohannem & omnes Beticæ Epiſcopos, 1. *Tom. Conc.*

Martyrium patitur. *Damaſus.*

Eius decreta habentur apud Gratianum 20. q. 2. c. Statuimus.

Quidam inter hunc & Fœlicem, numerant Marcum confeſſorem, quem dicunt ſediſſe 8. an. M. 2. D. 10. eúmque ſolum martyrium poſt tot continuas perſecutiones euaſiſſe: quod ex veteribus hiſtoriis & ratione temporum conſiſtere nequit. *Faſcit.*

HVMANA.

Septimus apud Dalmatas Imperator effectus, mox à ſuis obtruncatur. *Victor.*

Monetarii in vrbe rebellantes, vltima crudelitate ab Aureliano afficiuntur. *Idem.*

Tetricus quoque in Galliis Imp. factus, ab eodem eorrector Lucanię deſignatur cũ ioco: Sublimius habẽdũ regere aliquam partem Italiæ, quam trans Alpes regnare. *Idem.*

d EXTAT eius epiſtola de veritate incarnationis. Inter martyres à Damaſo reponitur.

Sacros ordines quatuor minores, duos maiores ante ſacerdotium inſtituiſſe fertur. *Volater.*

Sed falſo & indoctè. Caius quidem in ſua epiſtola hos gradus enumerat & commendat, ac iis ad Epiſcopatum conſcendi docet: verum ante eum id fecerat Cornelius epiſtola ad Fabianum Antiochenum apud Euſeb. lib. 6. cap. 43. qui ſe Romę inter medias perſecutiones habere aſſerit Presbyteros 46. Diaconos, Sub-Diaconos 7. Aco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lythos 42. Exorcistas cum lectoribus & ostiariis 52. Et Cyprianus ad eundem Cornelium Papam initio epist. 55. se Saturum Acolythum habuisse narrat, quem in lectorem ordinatum dixerat epist. 24. ad Presbyteros & Diaconos fratres. Et epistolarum exemplaria quædam mittit, ad eundem Cornelium per Messium hypodiaconum & Nicephorum Acoluthum, ep. 42.

Et sursum versus Ignatius in fine epist. ad suos Antiochenos, gradatim eos nominat & salutat. Clemens epist. 3. denique Apostoli ipsi Can. Apost. 42. & 43, quem quidem canonem semper habuisse vim Chrys. docet ho. 53. operis Imperf. in Matth. Vt omittam Ambrosium illud Eph. 4. *Dedit quosdam Apostolos*, de hotum. 7 ordinum officiis interpretantem, & Hieronymum, Onesimum Pauli Acolythum vocantem, prolog. epist. ad Thess. & Synodum Carth. 4. cui subscripsit August. eorum antiqua ministeria exponentem.

Hierarchitarum siue Hieracitarum hæresis. *Epiph. August. de hæres.*

Archelaus Mesopotamiæ & Titus Bostrę in Arabia episcopi Manem oppugnant. *Hier. in Catal. Niceph. libro 6. capite 32.*

Theonas Alexan. qui ob elegantiam & eruditionem Origenes Iunior nominatus est. *Hiero. in Catal.*

HVMANA.

Tacitus, cum sex menses vacasset Imperium, ex S. C. Imperator euadit. Cui post. 6. alios menses mortuo cum succedere esset conatus Florianus frater, tandem Probus ab exercitu eligitur.

Florianus post 60. diem, quasi per ludum Imperio vsus, incisis à semetipso venis, effuso sanguine consumptus est. *Victor.*

Demetrius Probi Imperat. frater Episcopatum gerit Byzantij & pro successore Probum filium ordinat. *Nicph. lib. 8. cap. 6.*

Francorum, qui à Probo Imp. sedes obtinuerant, quidam Græciam, Siciliam, Africam populantur. *Zosim lib. 1.*

Probus receptis à Barbaris 60. nobilissimis ciuitatibus, in prouinciam Germaniam totam redegit. Geticos populos aut in deditionem aut in amicitiam recepit, Blemyas subegit. Pacem cum Persarum rege Narseo fecit. Gepidos, Gautumos & Vandalos per totum pene orbem pedibus & nauigando vagantes, diuersis vicibus & victoriis oppressit. *Vopiscus.*

Alemannos vicit. Ac hîc primùm Alemannorum mentio. Hauriam liberauit. Saturninum in Oriente Imperium affectantem, Bonosum stupenda bibacitate celebrem, & Proculum in Gallia idem molientes, Britanniásque, Hispaniam & Galliam vendicantes oppressit. Hispanos, Gallos & Pannonios vineas habere permisit, & vinum conficere. *Vopiscus, Eutrop.*

Ob præclaram vocem occisus est Syrmij in turri ferrata, Non fore opus militibus, cùm hostes deessent. *Victor.*

Carus omni Parthorum regione vastata, occupata Persidę, Seleuciam & Ctesiphontem vrbes, cum Mesopotamia recipit. *Vopisc.*

Ictu fulminis apud Ctesiphonta interiit. *Victor.*

Nam capitale ferè fuit vltra Ctesiphontem progredi

Nemesianus Olympius Poëta, qui de Venatione scripsit.

Anni mundi		Anni Christi.
	HHerch Æthiopũ pret-Ioso, deinde Besasene m. 1. Guachena dieb. 2. Hadas mens. 4.	
	29.	
4366	d M. CAIVS (*Optato Gaius*) Dalmatæus de genere Diocletiani Imp an. 11. mens. 4. dies 12.	278
4377		289
	Vacat sedes dies 11.	
	Patriarchis,	
	Alexandriæ Maximo, deinde Therna, an. 16. *Antiochiæ Timacho, deinde Cyrillo, an.* 20.	
	Hierosolymis Hymenæo.	
	Principibus.	
	Aurcliano trigesimo quinto, Tacito, mense 6. Floriano, Probo, an. 7. Caro cum filiis Carino, & Numeriano, an. 2. *Diocletia. ordine successionis Jmpp.*	
	Varabane Narseo Persarum.	
	Saghel Æthiopũ pret-Ioso an. 3. deinde Affe, an. 14.	

c METV

Anni Christi.		Anni mundi
	Clodio Franc. Duce.	
	30.	
289	c M. MARCELLINVS Roma. an. 6. mens. 2. dies 16.	4377
295		4383
	Vacat propter atrocitatem persecutionis sedes an. 7. mens. 5. dies 25.	
	Patriarchis,	
	Alexandriæ Theona.	
	Antiochiæ Cyrillo.	
	Hierosolymis Hymenęo, deinde Labdo, an. 3.	

c METV mortis coluit idola, sed postea cum cilicio & cinere, in Sinuesano concilio suum agnoscens peccatum, liberè aliquantò pòst martyrium passus est. *Plati. & Nicol. Pap. epist. ad Michaelem.*

Ei alij assignant annos nouem, alij duntaxat sex. Fortasse quia tribus annis non est habitus pontifex, ex quo in Synodo. 300. Episcoporum & 30. presbyterorum damnatus est, vel potius pœnitentia ductus se ipse damnauit, quòd Idolis thurificasset in Isidis & Vestæ, necem fugiens, donec denuo fortissimè pugnauit accepta Martyrij laurea. Vnde & septem annos sedes vacasse fertur, id est, 4 post eius martyrium.

In hac Synodo Primatus & prærogatiua sedis Apostolicæ confirmata sunt. 1. *Tom. Concil.*

Reliquit duas epistolas, vnam ad Salomonem episc. de diuinitate filij, alteram ad episcopos Orientales. *Tom. 1. Conc.*

VNDECIMVM bellum omnium grauissimum à Diocletiano in Orient. & Maximiano in Occid. excitatur, adeo sæuum, vt legio Christianorum Thebanorum duce S. Mauritio, à militibus Cæsarianis iugulata sit, & 17. Christianorum millia intra. 30. dies variis cruciatibus perierint. *Beda, Euseb. 8. cap. 1. & seqq. Orosius 7. cap. 25. Hieronym. Damas.*

Decima persecutio ab aliis, quoniam Aureliani persecutio fuit potius cogitata, quàm executioni mandata. Eam autem aliqui inchoant Christi Domini 303. & finiunt. 312.

Nocte natalitiorum Domini Christi, 20. millia Christianorum in templo comburuntur. *Niceph. 7. cap. 6.*

Integra vrbs in Phrygia, cuius magistratus & ciues omnes erant Christiani, militibus circundata incendio cum cunctis habitatoribus cremata est. *Ibid. c 20.*

Propterea lues & fames maxima fuit per vniuersum orbem diuina vltione, *Euseb. 9. cap. 8.*

Martyrium patiuntur Marcellinus Pap. Sebastianus, Serena Dioeletiani ipsius vxor, Lucianus, qui septimo loco in Græcum vetus testamentum conuertit. Vincentius, Christophorus, Blasius, Geruasius, Protasius, Cosmas, Damianus, Quintinus, Gorgonius, Agnes, Lucia, Pantaleon, Bonifacius, Methodius Tyri, qui multa scripsit, Clemens Ancyranus, Euphemia, Georgius Cappadox Tribunus Militum, Barbara aliique infiniti. *Euseb. libro 8. cap. 14. Niceph. libro 7. c. 7. & seqq.*

Nullo bello maior vnquam numerus hominum deletus est, nec Christiani maiore vnquam triumpho vicerunt, quàm cùm decem annorum stragibus vinci non potuerunt.

Dioeletiani persecutio nouennis, in qua subuersæ sunt per totum mundum Ecclesiæ, & cunctæ sacræ scripturæ, quæ inueniri poterant in plateis exustæ, omnes ordines Christianorum trucidati: ita vt nullum Christianitatis vestigium, in nonnullis prouinciæ locis appareret. *Gildas de excidio Britanniæ.*

Aliis Decennis. Alioqui toto Imperij sui tempore, infesti fuere Impp. Christianis, sed anno decimo nono infestissimi.

Die Sancto Paschæ Diocl. & Maxim. qui decimi post Neronem Christi Domini nomen extinguere conati sunt, vel die Dominicæ Passionis, vastari Ecclesias trucidarique Christianos præcipiunt. *Euseb. libro 8. cap. 2. Trip. libro 10. cap. vlt.*

HVMANA.

Maximinianus Herculius Amandum & Ælianum

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.	Principibus.	Anni Christi.
Burgaridæ factionis (turba Rusticorum sic se nominauerat) principes celeriter deleuit. Gallias pacauit, Gentianos vicit in Africa, nempe milites quingenarios aut vltra, qui regnum in Africa stabilire conabantur. *Pomp. Lætus.*	4377		289
Carausius Britanniam occupat. an. 7. frustra oppugnatur *Eutrop. donec* insidiis Allecti occiditur, qui vbi regnum tenuisset an. 3. ab Asclepiadoto vincitur, redacta in Romanorum ius prouincia.			
Narses Persarum rex Mesopotamiam & Armeniam premit. Gallerius posteà cum eo confligitur primum infœliciter, sed refectis copiis ingenti victoria potitur, Ctesiphontem expugnat, totam Assyriam, & quinque prouincias trans Tigrim subigit. *Pompon. Eutrop.*		*Diocletiano cum M. Valerio Maximiano Hercul. an. 20. Imp. quadragesimo.*	
Veterius magister militum Christianos milites persequitur. Paulatim ex illo iam tempore persecutione aduersum nos incipiente. *Euseb.*			
Carpocum & Basternarum gentes in Romanorum solum transferuntur, *Euseb.*			
Diocletianus à sui principatus initio, annos signari voluit. Vnde Aëra Diocletiani appellata, quæ viguit annos 248. Vnde Epiphanius & Ambrosius sic aliquando notant suas epistolas. Sublata autem fuit an. D. 532. quo anno Codex Iustiniani promulgatus est. *Beda in Iustin.*		*Varahane Narseo, deinde Varanane 3. Seganesna, mens.* 4.	
Post triumphum de Persis actum adorari voluit, pedésque sibi osculari, auro & gemmis calceamenta exornans. *Pomp. Lætus.*			
Cùm sola trabea purpura antè, Romani principes à priuatorum habitu differrent. *Isidorus in Chron.*			
Primus adorari se iussit cùm ante eum cuncti imperatores salutarentur. *Oros. lib. 9.*			
Quod Ioan. Cuspinianus & aliqui alij, vt inuidiam osculis pedum Romani Pontificis conflent, intelligunt, de adoratione siue osculatione pedũ Diocletiani, vt hic mos à Diocletiano acceptus in communem vsum Christianorum peruenerit.		*Narse, an. 8. Persarum.*	
Atqui Diocletianus non primus fuit Imp. nec postremus, qui pedes suos osculandos præbuit. Seneca lib. 2. de Beneficiis cap. 12. Caius Cæsar dedit vitam Pompeio Pœno, si dat qui non aufert, deinde absoluto & agenti gratias, porrexit ad osculandum sinistrum pedem. Zonaras in vita Caligulæ, τοῖς δὲ ἄλλοις ὑ τῶν ὑελευτῶν, ἢ τὴν χεῖρα, ἢ τὸ ἱππάδα ὤρεγε προσκυνεῖν. Aliis senatoribus vel manum, vel pedem porrexit adorandum, siue osculandum.		*Asse Æthiopum pret-Ioso, deinde Azgheba, an.* 23.	
Et apud alias gentes Euripides in Hecuba, Ἀχιλλέως ἱκετεύσασ τῶν δὲ γονάτων, ὑ σὰ γενείου, δέξιάς τ' εὐδαίμονος Agamemnon supplex obsecro te per hæc tua genua, & per tuum mentum, & per tuam dexteram beatam. Homer. *Iliad. Ψ.* Χεραὶν ἀχιλλῆος λάβε γούναθ', ὑ κύσε χεῖρας. Manibus, Achillis genua apprehendit, & osculatus est manus.		*Claudio Franc. Duce.*	
Apud Persas hæc consuetudo, à priscis illis temporibus deducta in communi versabatur vsu. *Iust. lib. 6.*			
De qua ttita est Themistoclis historia è Plutarcho in eius vita. Quam Alexander, ne formam imperij immutare videretur, retinuit, vt & Purpura & reliqua Persica ornamenta. *Curtius lib. 3. & 6. Plutarch. de Fortuna Alexandri.*			
Apud Iudæos cadebant super faciem suam, coram rege & adorabant, 2. *Reg.* 14. 3 *Reg.* 1. imo & coram prophetis, 4 *Reg.* 4. & quibuslibet superioribus, *Gen.* 23. 27. 33 43. 49. 50	4390	CONC. *Romanum contra Marcellinum ipsum* 300. *Episc. & 30. Presbyt.*	302
Post Diocletianum verò Christiani etiam Imperatores id retinuerunt. Britannio magister equitum, plebeio habitu pedes Constantij amplexus est. *Zonar. tom.* 3. Be-			

Anni Christi		Anni mundi.	
Duo Concilia, Sinnesanum in Capania Episc. 180. siue 190 Ancyranum (Gratiano Anchyritanum, aliis Anquiranũ) 1, cõfirmatum in Trullo cã. 2. Isidor. tom. 1. Concil. Plati.		4667	lisarius Gilimero Vandalorum regi capto persuadet, vt humi procumbat, ὑ τῷ βασιλεῖ ἀπιέναι τὸν προσκυνήσιν. ὁ δὲ ἐποίει τὸ προσταττόμενον, καίτοι μέγιος δακρυσι. ὑ αὖθις δὲ ὁ βελλισάριος προσώδισε αὐτὸ ἐνδεικνύμενος τῷ Γελίμερι, ὅτι ὐχ ὡς ἀχιλλέως ἐκεῖνος τὸ τὸ ποιῆσαι ἀπαίτητο, ἀλλ' ὅτι ὅτω νενόμισται προσκυνεῖσθαι τὸν ῥωμαίων τὸς βασιλέας, οἷονεί κἀφίζων αὐτῷ τὸ δυτο χαμαι. & ita Imperatori adorationem deferat. Cui paret quidem, sed profusus lachrymis. Procubuit autem etiam Bellisarius humi ostendens Gilimero, quòd non fuisset iussus hoc facere, quasi captiuus, sed quia moris esset adorare Imperatorem Romanorum, veluti eius calamitatem subleuando.

Cætera supra pag. 365.

[Huc iterum referenda sunt de Apocalipsi cap. 3. vbi dicit spiritus faciam hostes tuos, vt adorent ante pedes tuos. Et sanè is honos etiã omnibus piis ac fidelibus pastoribus debetur, sed προσκυνῶ vni sanctissimo D. Petri successori defertur ob dignitatem Apostolicæ successionis.]

ANNVS Christi CCC. *quo Constantius Constantini magni pater Cæsar est constitutus, ardente Diocletiani persecutione & Romana sede vacãte propter persecutionis atrocitatẽ.*

Hoc superiore tertio centenario doctrina sic continuatur. Missæ descriptio. *Clemens lib. 7. Stromat. Tert. Fusè in Apolo. Cyprianus passim, vt ad Cæcilium ep. 63. cuius meminit Aug. lib. 4. de Doct. Christ. c. 21. Orig. sæpius.* Continere verum Christi corpus. *Cypr. Ibid. & lib. de Cœna. & sæpius alibi. Tert. lib. de Resur. carnis.* Eucharistiam esse sacrificium. *Cypr. ex professo ad Cæcilium epist. 63. vbi verum & plenum sacrificium. & de Cœna, sacrificium perpes & semper permanens holocaustum. Tert. lib. de cultu fœmi. Orig. ho. 13. in Leuit.* Baptismum conferre gratiam. *Cypr. lib. 1. epist. 12. vbi baptizans spiritum sanctum confert & baptizatum intus sanctificat. Orig. passim. Tertull. lib. De baptis. quo loco disputat contra eos, qui baptismum Christi & Ioannis eiusdem docent esse virtutis.* Baptismi vnctio, & cæremoniæ. *Cypr. lib. 1. epist. 12. & de duplici Martyr. & lib. de Bapt. Cornelius apud Eus. lib. 6. cap. 43. Tert. de Coro. Mili. de Resurr. carnis, & lib. 1. contra Maritio. & lib. de Bapt.* Purgatorium. *Tertul. lib. 4. contra Martio. temporale animarum receptaculum. Et lib. de testimonio animæ. Cui gratiam debes, ossibus & cineribus eius refrigerium comprecaris, & vt bene requiescat apud inferos cupis. Cypr. lib. 4. epist. 2. Emundari & purgari peccata diuigne. Orig. multis locis, hom. 6. in Exod. hõ. 12. in Hiere. 14. in Lucã, & 3. in Psal. 36. lib. 5. & 6. contra Celsũ. in Iosue ciuitates refugij illud adũbrasse. Hinc orationes pro defunctis apud Tertul. lib. de Corona militis, de Monog. de anima. &c. Arnobius sub finẽ lib. 4. cõtra Gẽtes his verbis. Cur immaniter nostra cõuenticula meruerunt diruí? in quibus sũmus Deus oratur, pax cũctis & venia postulatur magistratibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitã degentibus & resolutis corporũ vinctione.* Confirmationis Sacramẽtũ. *Tert. de Coro. militis, & de Præscript. Tinxit & ipse quodã, vtiq; credentes & fideles suos, signant & illi in frontibus milites suos, celebrãt & panis oblationẽ. Nã dũ ait, in frontibus signant, clarè ostendit se non de baptismo, in quo vertex signatur, sed de cõfirmatione, in qua frons inũgi solebat, agere. Deinde cùm ait* milites suos *alludit ad vsum confirmationis, quæ est militẽ Christi roborare. In lib. de Baptismo, Deinde manus imponitur. statim post baptisma, &c. Et de Resur. carnis, Caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima cõsecretur, Caro signatur, vt & anima muniatur, Caro manuũ impositione adũbratur, vt & anima spiritu illuminetur, Caro corpore & sãguine Christi vescitur, vt & anima de Deo saginetur. (Nam olim vno eodémq; planè tẽpore, vt hodie etiã apud Græcos tria simul Sacramenta conferebantur Baptismus, Confirmatio, Eucharistia) Cypr. de Vnctione Chrismatis, & aliis Sacramẽtis. Quin & epistola ad Stephanum Pap. Confirmationẽ appellat sacramentũ manus impositionis.* Primatus Petri. *Tert. de Pudicit. & in Præscr. & cõtra Martion. Cypr. li. 1. epist. 8. lib. 3. epi. 11 li. 4. epist. 8. vbi nominatim ait Romanã Ecclesiã ab omnibus aliis pro matrice & radice Catholicæ Ecclesiæ esse agnoscẽdã. lib. 1. epist. 3. & in Tract. de simpl. Prælat. principalem Ecclesiã vocat Petri*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cathedrã, à quâ vnitas sacerdotalis exorta sit. Et li.1.epist.3.lib.4.epi.9. Tract.de.habit.Virg. Ser.3. de bono patient. & epist. ad Quirinũ, super Petrũ fundatã esse Ecclesiam. Orig. tract. 5 in Mat. hom.17.in Lucam, &c. Denique patres in historia Marcellini Pap. Coniugiũ est Ecclesiæ sacramentum. Verba Tert. de Monog. Pœnitentia. Orig. ho.11. in Leuit. Cypr. ser. de Oratio. & Serm. de Eleem. Tert. lib. de Pœnit. Hinc satisfactio pro peccatis. Ibid. Cypr. & li.1. epist.3. & li.3.ep. 14. & vbicumque impugnat Nouatianos qui sacramentum pœnitentiæ abolebant. Tert. lib. de Ieiun. & de Pudic. Orig. ho. 6. in Exod. ho.15. in Leuit. ho. 3 in Iud. Contritio & Confess. Tertull. lib. de pœnit. vbi exomologesim pœnitentiæ ministerium vocat. Cypr. serm.5. de lapsis, lib.3.epist.8.14.16.18 lib.1.ep.3. & Orig. ho.2. & 3. in Leuit. & in Psalm.37. & alij isdem locis. Indulgentiæ Pontificiæ. Tert. statim initio lib. de Pudic. Sanctorum auxilia, preces, inuocatio. Orig. sub finem lib. 2. in Iob, vbi hanc formulam præscribit: ô beate Iob ora pro nobis miseris, &c. ho. 16 in Iosuam, vbi hoc probat testimonio senioris alicuius magistri. ho.1. in Ezec. Potamiana martyr apud Euseb. lib.6. hist. c.5. Cypr. lib.3. epist.15. & 18. & serm. de Stella & Magis Liberum arbitrium. Tert. lib. 2. contra Marc. & initio libri de exhort. castitatis & lib. de Monog. Orig. hom.9.nu.12.20.hom.6. Iud. & alibi. Cyprian. lib.3 epist.3 & lib 3. ad Quirinum. Methodius Ser. de Resurrect. Iustificatio Orig. ho.in canticum, Ratio fidei primus habeatur salutis gradus. vbi duplicem facit, vnam primam fidei, alteram secundam operum, quæ nihil aliud est, quàm primæ iustificationis incrementum. Sic Cypr. vbique extollit meritum Christi, propter quod iustificemur, & cæteri huius ætatis. Opera bona requiri ad salutẽ. Orig. lib.1.in Iob 1. tract 32. in Matt. Ter. lib. de Patient. Cypr. lib.3.epist.25. disciplina custos spei, retinaculum fidei. Imagines, Christi, quarum vnam habebat Alexander Mammeæ in suo larario apud Lampridium, Cassiani Martyris super memoria eius. Prudent. περὶ στεφάνων. Quadragesima. Delectus ciborum. Tert. lib. de Ieiunio contra Psychicos. Cypr. de Ieiunio & tentationibus. Origenes contra Celsum, &c. Cætera ab istis impugnata confirmant iidem & cæteri huius sæculi scriptores, vt etiam non inuiti conficentur Centuriatores cent. 3. c. 4. de doctr. col. 76. & seqq. c. 6. de Ritibus & cæremoniis col. 120. & seqq. c.7. de Gubernatione Ecclesiæ c.149 & seqq. c. denique 10. de Episc. & Doctor col. 215 & seq. Nisi quod inclinationem doctrinæ, incommodas opiniones, stipulas, nævos, errores doctorum huius sæculi esse dicunt: Prætereo qui refutarunt hoc sæculo Proclum, Nouatianos, Sabellianos, Samosatenos, Manichæos, Donatistas, eadem opera aliquot blasphemias istorum refutarunt.

Anni mundi.

Anni Christi.

FVNC omittunt Euseb. in Chron. Theodor. & alij Græci, fortasse vicinitate nominum Marcelli & Marcellini decepti. Vnde Augu. vitumque distinguit lib. de vnico baptismo ca.14. & 16.

4390 Duas reliquit epistolas, quarum 4395 secunda est ad Maxentium Tyrannum, à quo tandem est mactatus.

Titulos Cardinalibus diuisit è Gratiano.

Lucinia virgo potentissima & diues admodum, illi omnia sua bona legat. Polyd.6.de inuent.cap.Vltim.

Maxentius Romæ tyrannidem gerit. Mitior deinde in Christianos factus persecutionem prohibet. Optat.lib.1.

Pãphilus Martyr magno studio & diligentia Bibliothecam Cæsareæ instruxit, æmulatus Alexandrum, qui Hierosolymis idem fecerat, vndique collectis, Caij, Hippolyti, Berilli & superiorum Ecclesiasticorum scriptis. Euseb.lib.6.cap.21.& 32. Scholam Philosophicam & Theologicam Cæsareæ instituit. Niceph lib.5.cap 37.

Iacobus cog Sapiens, Arnobius Afer Lactantij præceptor, Lucianus Ecclesiastici scriptores.

Iulianus Antiochenus monachos magno numero colligit,

QVARTVM SÆCVLVM.

31.

f M. MARCELLVS Romanus, an. 6. mens.5. dies 21

Vacat sedes dies 20.

Patriarchis.

Alexandriæ Petro an.12
Antiochiæ Tyrannio an.14.

Anni Christi.

Hierosolymis Hermone, an. 14

Principibus.
Diocletiano in Ori. & Valer. Maximiano Herc. in Occid. Imp. & postea Constantio Chloro, an.12. & Galerio Cæsaribus.
Narse, deinde Misdate an.8. Persarum.
Azkeba Æthiopiæ, an.23. Vvatero Franc. Duce.

CONCIL. *Cirtense in Numidia, de absoluendis reu proditorum gentilibus SS. librorũ. Opta lib.1. August. lib.3. contra Cresc. cap.27. in Persecutione Diocletiani, quæ cæpit Diocletiano 9. Maximiano 8. Coss. Aug. in Breuic. c. 5. in qua & subuersæ sicut quasi per totum mundum Ecclesiæ, & cunctæ sacræ scripturæ, quæ inueniri poterant, in plateis combustæ.*

32.

307 g M. EVSEBIVS Græcus medicus, an.4
311 mens.1. dies.3.

Vacat sedes dies 1.

Patriarchis.

Alexandriæ Petro.

Antiochiæ Tyrãnio.

Hierosolymis Hermone.

Anni mundi.

ligit, tandémque martyrio tollitur. Metaphrastes.

Primus an. Constantij Constantini magni patris, trecentesimum Christi attigit.

HVMANA.

CVM priores Augusti, vt consules salutarentur, primus Diocletianus voluit vt Deus adorati, velut in ipso esset cælestis maiestas, fratrem solis & lunæ se nuncupans. Pomp. Lætus. Euseb in Chron.

Solus omnium priuatus (Nam dudum imperium deposuerat) inter deos à senatu refertur.

Maximianum Herculium regni socium assumpsit, deinde vterque generum suum. Diocletianus quidem Maximinum Galerium, Maximianus verò Constantium Chlorum, anno Imperij Diocletiani quarto, Cæsares fecerunt propter Achilleum, qui Ægyptum inuaserat. Euseb. Letus.

Carnusius Britannias occupat, quę demum anno decimo recipiuntur, quando Narseus Orienti bellum intulit, Idem. Achilleus Ægyptum obtinuit, at Alexandria octauo obsidionis mense recuperata est, cæsis vbique defectionis auctoribus, Euseb. lib.7.cap.32. & in Chron.

Achilleus bestijs dilacerandus opponitur. Pomp.

Galerius, quæ Narsus in Oriente occupauerat, recepit Assyriam prætetea & prouincias quinque trans Tigin subiecit, quæ à Traiani tempore à Romanis defecerant. Euseb. & Lætus. Sic Imperij fines ab ortu ad Indos vsque propagati sunt, à meridie vsque ad Æthiopas, qui per legatos accessere, ab Aquilone vsque ad barbaras ferásque Sarmatarum nationes, ab occasu vsque ad Gensoriacũ, simul & Britannicum Oceanum, vt tam amplum imperium ad vnum Constantinum magnum delaberetur, sub quo Dei religio & cultus publicè, liberè, securè, latissimè, longissimèque propagaretur & Idolorum impuritas letale vulnus acciperet.

Iulius Capitolinus, Ælius Lampridius, Flau. Vopiscus, Trebel. Pollio, Ælius Spartianus, historici Romani.

g EX LAICO factus fertur Papa. *socr.* Tres scripsit epistolas. Eius tẽpore Christi crucẽ Hierosolymis repertã nonnulli tradidere, sed rectius sub Syluestro, an. 323. ex Euseb. Onuphrius.

Donatus Numida sectæ suæ initium dat in Africa, indignatur, quòd Cæcilianus in Episcopatu Carthaginensi sibi fuisset prælatus. Deinde schisma in hæresim conuertit. Hiero. in Catal. August. de hæres. Obiecit cum suis Cæciliano, quòd in persecutione sacros libros gentilibus cremandos tradidisset, vt & multa alia, quibus, septem annis pòst, ad se relatis Constantinus iudices Episcopos Romæ dedit Miltiadẽ, Marcum &c.

4395 Euseb. lib. 10. cap 5. Opt. lib. 2. Deinde propter prouocationem Donatistarum alios Arelati. Denique ipsemet postremò Mediolani Cæcilianũ absoluit. Augu. ep. 162. & lib.3. cõt. Cresc. c.71.

Vnde & posteà Cæcilianus Niceno concilio interfuit. In actis conc. Et quidem solus ex tota Africa, cùm tamen ex Libia & Thebaide plures eò venissent. In actis quintæ Synodi.

Ecclesiam Catholicam de toto orbe periisse, & apud se & suos solũ remansisse idem Donatus docuit. August. hær. 69. & contra Epist. Parm lib.3.cap.2.

[Eadẽ opinione falsa sui huiusce seculi nouatores suffarcinati iactant se esse reformatos, quamuis Ecclesiã esse Romæ non negent, sed corruptam esse audent blatetare.]

Græci istius hæresis, prætet Theodoritum de fab. hæret nihil meminerunt, fortasse quia Italiam, Hispaniam, Africam, Galliam duntaxat peruasit, quod significat, Aug. lib.1.cont. literas Petilia.

Maiorinus primus Donatistarum Episcopus, cui successit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Donatus alter, qui hoc schisma valde confirmauit.

DVODECIMVM bellum per Maximinū Imp. in Oriēte: in quo occubuit Miltiades PP. Pamphylus martyr & plerique alij. *Euseb.8.cap.17.Oros.7.cap.28.*

Ab aliis nō separatur ab vndecima siue Diocletiani, quoniā tanquan eius fuit hęreditas & continuatio.

In ea Miltiades nō videtur consumptus. Nam sub Constantini principatu, post Maxentij & Maximini obitum Romę vixit è *Russino lib.1.hist.c.5.& Opt.lib.1.*

Vnde ab ipso Constātino iudex datus est, cum quibusdam aliis Episcopis in causa Cæciliani Episco. Carthaginensis. *Nouę*, quæ postea tamen decisa est à Rithero Augustoduno Episcopo, eodem iubente. *Aug.lib.1.contra Iulianum.cap.2.tom.7.*

Nam sub eo Constantinus se Christianū profitetur, anno Domini 312.

In Gallia, Germania, Hispania & Britannia, quas regebat Constantius, à persecutione pax fuit. *Euseb. lib.1. de vita Const. Sozom lib.1.cap.6.*

Tam propè excepit hæc persecutio vndecimam Diocletiani & Maximiani, vt hunc multi cum Maximino confundant, & Epiph. lib. de mens. non videatur diuidere. Nam Diocletianeam durasse ait vsque ad septimum Constantini Mag. Sed fuit duplex. Inchoatam enim persecutionem persetisunt & absoluerūt per octo annos Maximinus in Oriente, Maxentius in Italia, Galerius, deinde Licinius in Illyrico, Maximiani & Diocletiani successores. *Eus.lib.8.cap.17. Spencæus cent 2 apophthegm.4.*

Pax duntaxat Christianis in illa imperij parte, quam Constantius Constantini pater fuerat sortitus. *Ibidem, Apophthegm.9. è Sozom lib.1.cap.6.* — 4399

Fames, Pestis, & omnis generis miseriæ, crudeles Christianorum neces consequuntur. *Eusebius libro 9. capite octauo. historiar.*

Vbi Diocletianus & Maximian⁹ Herc. vel ob ætatis defectū, vel perturbatione animi, eodē die, hic Mediolani, ille Nicomediæ, vltro purpura depositā imperio se abdicassent, Cōstātius, & Galerius Impp. facti, ita imperium diuiserunt, vt Constantius Galliæ, Hispaniæ, Aphricæ, Italiæ & Occidenti præesset, Galerius Illyrico, Græcię & Orienti. Postea Constantio Imperium Aphricæ & Italiæ recusanti & Galerio relinquenti Galerius Seuerum filium adoptiuum illis præfecit, & Maximinum Orienti. Demum audita Seueri morte, collegam sibi adiunxit Licinium. *Eusebius octauo, cap.15. & 16. Oros. libro 7. cap.25.* — 4403

Diocletianus, qui in Oriente persecutionem exercuerat, latrans vt canis, *Niceph.lib.7.cap.20.*

Maximianus, qui in Occidente, testi se interemit, vndecimæ persecutionis auctores, quæ est à Nerone decima. Aurelius Victor vtrumque miserè interisse etiam fatetur.

Cœlus siue Coyllus Asclepiadoto cæso Britanniam occupat, pace à Constantio obtenta. Constantius enim Helenam ipsius filiam vxorem habebat, ex qua Constantinum magnum genuerat.

Sapor secundus huius nominis Christi Domini 310. in vtero matris coronatus est, & annis 70 regnauit. Cum Constantino Magno, Constantio & Iuliano Impp. Continua bella gessit. Sibi reddita Nisibi & Mesopotamiæ parte, ad turpe fœdus adegit Iouianum, imperij quàm gloriæ cupidiorem.

h SCRIPSIT epistolam de Sactamento confirmationis. *Tom.1.Conc.*

Primus constituit, vt nulla ratione in prima vel quinta feria Quadragesimæ siue Sexagesimæ quis ieiunare præsumeret. *Carolus Magnus in fragmento Veteris Eccles. & c. Ieiunium, de*

Anni mundi. | *Anni Christi.*

Principibus.
Eisdem Imp. & post eos Constantino Mag. Occi. an. 31. Maximino Galerio, an. 2. Orientis Imp.
Misdate Persarum rege octauo, deinde Sapore. 2. an. 70.
Azgheba Æthiopiæ pret-Ioso.
Valtero Franc. Duce.

CONCIL. *Ancyranum 2. in Galatia Episc.18 Celebratum quoque est concilium Carthaginē. Episco. 70. indignum quod referant Magdeburgenses inter concilia Ecclesiastica, & fingant fuisse Carthaginense 1. cum August. in Breuiculo & Opt. lib.1. illud iniustum & iniquum pronuncient.*

33.

h M. MILTIADES siue Melchiades Apher, an. 4. mens.7. dies 9. — 311 — 315

Vacat sedes dies. 7.

Patriarchis.
Alexandiæ Petro Achille, an. 12.
Antiochiæ Tyrannio, Vitali Apollinarista, an. 5.
Hierosolymis Hermone, mox Macario, an. 20.

Principibus.
Constantino Magno Occid. an. 31.
Maximino Gale. cum Licinio Orien. Impp. & tyrannis. Maxentio in Italia (quem vicit Constant.) Maximino (quē duobus præliis Licinius debellauit) in Orientis & Ægypti partibus.

Anni Christi. | *Anni mundi.*

Sapore Persarum nono rege (qui in vtero matris an.310. coronatus est) an. 70. Nicep. lib. 7. cap. 20.

Azgheba Æthiopiæ pret-joso.

Degemberto seu Dagoberto Franc. Duce.

CONCILIVM *Neocæsariense Episc. 17. confirmatū in Trullo. Isid.tom. 1. Concil.*

Indictiones Constantinianæ quæ pertinent ad Iustiniani tempora. Illis enim sunt imperatæ.

34.

i *Sanctus* SYLVESTER I. Romanus, an. 23. mens. 10. dies 11. — 315 — 338 — 4403 — 4426

Vacat sedes dies 15.

cons. dist. 3. id est, die Dominico siue Solis, & Iouis, quòd ij dies ieiuniis essent sacrati apud Paganos. *Damas. in Pontif.* Ferias esuriales appellat Plautus & Græci νησίμους ἡμέρας.

Donatus à quo Donatistæ siue Donatiani Numida (Nam alius fuit Carthaginensis 2. Episcopus Donatistarum) suum virus ex schismate in hæresim paulò pòst versum dilatat, quod sub ann. 305. cœperat excitare, occasione edicti Diocletiani de comburendis libris Christianorum. *August. lib.3. contra Cresc. cap.27. & lib.7. de Baptis. cap.7.*

Theophilus Gothorum vlteriora Istri tenentium primus Episcopus, qui Concilio Niceno interfuit. *Soc. lib.5. cap.38.*

Vnde liquet falsum esse, quod aiunt Gothos vsque ad Valentis tempora Christum penitus ignorasse.

HVMANA.

Indictiones, quæ 15. annorum spatio definiuntur, & sunt temporum indicationes & notæ, incipiunt anno Domini 313. Constantino, 11. & Licinio 11. Coss. *Onuphrius libro secundo Fastorum.*

Sunt autem institutæ, ne tributorum soluendorum memoria laberetur. *Sacrobos. in computo.* Nam indictio certi tributi genus. *Pædianus in 4. Verrinam & lib.7. Codicis.*

Finis persecutionis anno, 312. Tum enim Constantinus Magnus ex Galliis Romam profectus, Maxentio tyranno extincto, Christianum se apertè professus est. Neque vlterius persecutionem (vniuersam) fore credimus, nisi eam, quam sub fine iam sæculi Antichristus exercebit. *Sulpit. discipulus D. Martini lib.2. hist.*

313. Galliam, Hispaniam, & Britanniam à patre Constantio acceptas retinens, Italiam & Africam Maxentio ademit, & Constantiam Sororem Licinio in matrimonium tradidit Mediolani.

Sic Licinius primum Constantini gratia Christianis pepercit, & communibus armis Maximinum sæuientem deleuit, sibique Orientem vendicauit.

Inde subortis simultatibus, à Constantino Illyrico spoliatur, prælio ad Cibalas in Pannonia superatus.

Inde 319. vt Constantinum exacerbaret, Christianos cogere ad sacrificia cœpit. Itaque 323 & 324. bello à Constantino in Thracia & Bithynia victus imperio primùm, deinde vita exuitur. *Ex Eusebio, Zosimo & aliis.*

Maximinus à Licinio superatus, Tharsi viscerum morbo obiit. *Eusch. lib.9. hist.*

Sextus Anienus Rufus Poëta, qui vertit Arati Phœnomena & Dionysium de situ orbis. *Vasæus in Chron. Hispan.*

i FESTVM ad vincula Christi Domini, rogatu Constantini instituit. *Polyd. lid. 6. inuent. cap.8.*

Primus altare lapideum Chrismate delibutum (vt Iacob Gen. 35.) erexit, ac vt deinceps super lapideo celebraretur, instituit. Antea enim ligneum vsurpabatur, vt tempore persecutionum facilius transferri posset.

Antiquum autem & primum altare D. Petri ligneum in Lateranensi Ecclesia recondidit, in quo, venerationis causa, solus summus pontifex celebrat.

Immobilem, credo, Ecclesiæ sedem fore illic deinceps prophetans, quicunque tandem casus exorirentur. Eodem enim spiritu Salomon post quadringentos annos Tabernaculum, arcam, propitiatorium, Cherubos, Altaria, mensas, Candelabrum, & alia Mosaica fixit, ac ex motoriis & portatilibus ratione temporis stataria & immobilia fecit, lignea & leuioris materiæ in lapidea solidaque conuertens.

Ritum dedicandi & consecrandi templa illustrauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Constantinum baptizauit. *Cedrenus, Zonaras initio Tom. 3. Niceph. lib. 7. cap. 35. & ante eos Theophanes Graptus in sacra histor.* Alioqui Constantinus minime potuisset sacris quotidianis interesse, à quibus nondum initiati baptismo excludebantur, cùm tamen ea etiam in castris peragi quotidie sibi præsenti curaret, aram & templum motorium circunferens. *Euseb. de vita Const.*

Eusebius tamen lib. 4. de vita eius, ita obscurè de quodam eius Lauacro (Nam baptismum non appellat, & an intelligat iure dubites) loquitur, vt de eo planè incertus fuisse videatur.

Huic & eius successoribus Constantinus Imp qui se iam Christianum professus ante triennium fuerat Miltiade pont. dono dedit Romam & omnia imperatoria indumenta ac ornamenta: veluti sceptrum & Diadema, vt manifestè probat Eugubinus duobus libris, & testatur Photius patriarcha Græcus, itémque Theodorus Balsamon, tit. 8. Nomocanonis Photij cap. 1. Reliquit tamen diadema aureum sibi à Constã. oblatum. *Sabel.*

Ego semper negaui hanc consequentiam. Aliqua sunt ficta & addita ad Donationem Constantini, ergo omnia sunt ficta. Nam certum est Constantinum multa donasse Romanæ Ecclesiæ, alia & multo plura aliunde accessisse, siue largitionibus principum & diuitum, siue testamentis piorum, siue acquisitione Pontificum, permutatione, &c. quod pluris facio, diuina prouidentia & dispensatione, vt alicubi visiblis Ecclesiæ Monarchia aduersus tyrannorum, hæreticorum & inferni potestatẽ figeretur, iuxta Prophetarum oracula, &c.

Quare hæreticis eam prorsus labefactare conantibus vnum id respondeo, quod Iephte, *Iudicum vndecimo*, Regi Ammonitarum sibi reddi terram Galaad postulanti. *Quod Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedet possessionem. Nisi fortasse dicere potes, quod quispiam de ea iurgatus sit per 300. annos* (hic per mille & amplius) *quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentasti.* Quibus hæc addo. In fundis præscriptio aliquot annorum sufficit. Deinde arma, legitima successio, populi consensus fat dant iuris Regi Francorum, vt Frãcia iustè potiatur, & consensus Italiæ, atque adeo Ecclesiæ, totiúsque orbis, ad idem ius dandum Pontifici non valebit? Præterea hinc apparet non sine Dei numine Constantinum imperij terrẽni sedem Constantinopolim transtulisse, vt regnum Ecclesiæ à Daniele prædictum Romæ haberet sedem, quòd mox Occidentis Cæsares, Constans & cæteri, qui per aliquot sæcula sunt consecuti, Roma semper cesserint, & imperij Occidentalis sedem alibi locarint, vt Mediolani, vt Rauennæ, &c. Quòd denique Constantius Heraclij nepos, Michaël & aliquot alij eam voluerint Romam rursum quidem inferre, sed non potuerint. Nempe, quoniam Romanus Pontifex, nec armis nec vllo alio studio, ipsorum conatibus occurrebat, Deus suæ Ecclesiæ agebat causam, cuius interest principem aliquem ministrum esse, qui Tyrannos, Hæreticos, Schismaticos, &c. diuina authoritate coerceat, terreat, fulminet, in ordinem redigat.

Zosimus ista quidem dolet, sed interim significat, quod Caluitiæ inficiantur. *Constantinus (inquit) cessit Roma, & Constantinopolim à se maiestatem Imperij transtulit, quod se Romanis seiret tantisper ob mutatam religionem.* Cessit, cui? Non Senatui, non populo, nam nemo id scripsit. Sed nec senatus populúsve de eo vnquam mouit litem. Pontifici igitur, qui vt suam ab eo tempore possidet, seruat, de ea antiquas habet tabulas, testimonia & census.

S. Damasus, qui Constantinum vidit, de ea scripsit, vt vel Centuriatores affirmant cent. 4. cap. 7.

Anni Christi.	Anni mundi.		Anni Christi.
		Patriarchis.	
	4403	*Alexandriæ Achille, Alexandro, an. 7. Athanasio, an.* 46.	315
		Antiochiæ Vitali Apollinaristæ, Philogonio, an. 5. Paulino, an. 1. Eustathio, an. 7. Euliano Ariano mens. 1. Euphronio Cæsariensi Arian, an. 1. Placido Arian. an. 3.	
		Hierosolymis Macario, deinde Maximo tertio, an. 16.	
		Constantinopoli Alexandro primo Patriarcha, an. 23.	
338	4426		338

Anni Christi.	Anni mundi.		
			Calcondylas Græcus auctor lib. 1. de gestis Turcarum apertè agnoscit his verbis. Romani cùm nacti essent imperium in orbe longè latissimum, commiserunt Romam Pontifici maximo, (*audi*) ipsi verò transierunt in Thraciam, Bizantium, quæ nunc Constantinopolis est, Thraciæ metropolim constituentes.
315	4403	*Principibus. Constantino Magno Occid. & Licinio Oriẽt. Postea solo Constantino Imp. quadragesimo sexto.*	Eò etiam pertinet edictum Donationis Constantini à B. Isidoro editum, è cuius Donationis actis, pars citatur in Synodo Nicena 2. generali de imaginibus SS. Petri & Pauli Constantino à Syluestro ostensis, & de eius baptismo. Item ea quæ (ex iisdem haud dubiè actis) tradunt Greg. Turonensis lib. 2. hist. Beda in Chronicis, Adrianus Papa ad Constantinum & Irenen. Niceph. lib. 7. cap. 33. & 35. & lib. 8. cap. 3. & 54. de curata lepra Constantini & eius baptismo. Item Theophanes Nicææ Episcopus, Georgius Cedrenus Zonaras Tom. 3. & Theodorus Balsamon. Ammianus Marcellinus Ethnicus tale aliquid innuit, dum de opibus & potentia Rom. Pontificis conqueritur & dolet, libro 27. Iustinianus Imp. centum pòst annis, illam Donationem confirmauit: deinde Theodoricus siue Arithbertus Longobardorum rex, Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, Ortho denique Magnus in publico Rauennatensi concilio, vt etiam Centuriatores totidem verbis referunt Cent. 10. cap. 10. pag. 538. in Leone 8. & Ioanne successs. ex authentica fortasse Iustiniani, Vt Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione, &c. Radulphus item Halpurgius contra eos, qui istud factitant commentum esse Nicolai & Clementis Pontificum. Hinc cap. Ego Ludouicus, dist. 63. in Decretis Gratiani, vbi non donat primus Romam Pontifici, vt nonnulli calumniantur, sed sicut (ait) à prædecessoribus vestris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis & dispositis. D. Gregorius sub ann. 600. iii Epistolis patrimonium Ecclesiæ amplissimum & per Occidentem latè patens, quo ipse frueretur, demonstrat. vt infrà suo dicam loco. Quo tempore D. Isidorus in historia sua, vt Nauclerus citat generatione. 11. Chronic. *Constantinus*, inquit, *vrbe cessit Pontifici, ornamentisque imperialibus, diademate videlicet, & albo equo, quo vectabatur.* Planè vt Photius constant. Romanæ sedis alioqui æmulus, qui in Nomo canone nuper à quodam Henrico Hæretico verso & typis Oporini publicato, sub an. 860, integrum eius exemplar ab interitu vindicauit. Nicephorus lib. 7. cap. 49. *Lateranense Palatium Christo sacrauit & dedit* (quod antea artigerat D. Hieronimus, Tom. 1. Epist. ad Oceanum, & vsque hodie experientia probat, dum ea est præcipua Rom. pontificis sedes) Et cap. 46. *Ex ærario suo dotauit omnes orbis Ecclesias & Episcopatus pro ratione & dignitate cuiusque.* Multo igitur magis Romanam, quàm Eugubinam, &c. Consule & lib. 8. sub finem cap. 3. & 4. lib. 10. cap. 5. Hinc lib. 1. Iuris Orientalis in constitutionibus Leonis Iconomachi est caput περὶ παρεμπωνίων τῆς ἐν ῥώμῃ ἁγίας, quorum pecuniam Leo, odio Romanæ Ecclesiæ in ærarium publicum conferri iussit. πιττάκιόν (inquit) τῶν ἐκρεμμενῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ κορυφαίων, ἕκπαλαι τελοῦμενα τάλαντα, τρία ἥμισυ τῷ δημοσίῳ λόγῳ τελεῖσθαι προσετάξεν. Patrimonia quæ dicuntur Romæ templorum SS. Apostolorum & præsulum, talenta tria semis quæ iam olim pendebantur, publico ærario pendi iussit. Per Apostolos Pontifices Apostolorum successores, per Coryphæos Cardinales videntur significari.
338	4426	*Degemberto, Clodio II. & Clodomero Francor. Duc.*	

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuo in Pannonia circ.ann.1110.ex Priuilegij formula quę-dam citat Gratianus, circa 1150. dist. 46. cap. Constantinus, & 12.quæst.1.cap.Futuram.Bartolo.Picernus & plerique alij vel totam vel partes proferunt.

Hugo Floriacensis lib.5.Antiquit. cap.4. Vincentius Bellouacensis historiæ suæ lib.13.cap.54.55.56. vocans illud Epistolam Constantini ad omnes Episcopos.

Suffragantur Hebræi, seorsum R. Abraham Leuita in Zikron Dibrē Romt חוא רצא סרומי ונחות לבופרי אדום עיר הדום חזהובכה מריכת קפשיטה כוכרל ;

Ipse exiit Roma & dedit eam sacrificis Idumæorum (sic Christianos appellant) ad hunc diem, ædificata Constantinopoli. Abben Ezra in 11. Danielis, ad illud. *Et super Vlum Deum non intelliget.* אבו וחשעם שכ.בוכר פקום רומא שהוא יבנו והנחה לעזן הנקרא Sensus (inquit) est, decorauit locum Romæ, quę, erat sedes eius & reliquit eum iniquitati, (sic impiè de sanctis Apostolis loquuntur) quę vocatur Petrus.

Nec obstat,quòd per aliquot annos ea plenè non sunt potiti Pontifices. Nam iniuria Principum iusto rerum dominio & iuri neutiquam detrahit. Christo solium Dauid debebatur, eius tamen possessionem non adiit statim, &c.

[Si maxime deesset omne aliud testimonium,de illa donatione Constantini: tamen hoc prouidentię nutu geritur,in hunc vsque diem: vt pontifices Roma sua iure proptio potiantur.]

Constantinus imp.fit Christianus visione ignea crucis,cuius signum primus in militaria vexilla transformat,& nummos eo obsignari iussit, quod deinceps à Christianis obseruarum fuit. *Euseb.9.cap.9.Sozo.1.cap.3.* Diem Dominicam & alios dies festos Ecclesiæ ex constitutione veteris Ecclesiæ à iudiciis & laboribus sanctos ipsis etiam paginis esse iussit. *Eus. lib.4. Const.cap.18. & 23. L.omnes iudices, C. de fer. Histor. trip. 1. cap.9.* Templa idolorum claudi mandauit. *L.1. de paga. Cod.* Tradit Hieronymus senem eum,idque ab Arrianis fuisse baptizatum,sed deceptus est vicinia nominis, & falso rumore: sibi enim in terræ angulo posito (vt loquitur) multa ignota esse potuisse fatetur lib. de Vir.illustr. Itaque quod de Constantio filio dicebatur id traduxit ad patrem: ille enim in extrema ætate fuit rebaptizatus, & vt ait Damas. ab Euseb. Nicomediensi Arriano.

Edicta, ad omnes gentes imperij mittit, vt repudiatis idolis Christianam religionē ampłecterentur. *Theod.lib.1.cap.16.* Imperatorum maximus, Gregis nostri Zorobabel.Illius enim instar vniuersam piorumcaptiuitatem reduxit ab exilio,& diuina templa humi disiecta, in altum erexit. *Theod. in religiosa historia.* implens illud Apocal. 12. *Nunc facta est salus,&c.* Contra Senatus & pop. Rom. voluntatem ab vltimis Britanniæ oris in Italiam venit, Romanos Impp. Maxentium, Maximinum Iuniorem:& Licinium armis fregit pietate munitus, religiones ac instituta maiorum aboleuit, Christi nomen colendum proposuit, imperij sedem Byzantium deportauit, pauco tempore Remp. totam mutauit. In rebus gerendis mirè felix,haud dubiè,quòd fidei esset studiosus, bonas artes coluit, &c.

Pri'cum filium, quòd rem cum Fausta nouerca habere diceretur, interfecit, Faustam autem balneo supra modum accenso suffocauit. Antēne conuersionem an post, ista fecerit sciri negat, *Suidas in Crescente.* Creberrimis legibus omnibus interdicebat, ne idolis sacrificarēt, ne vaticinia scisciterentur, ne simulachra erigerent, ne sacrificia occulta facerent, ne ciuitates singulatium certaminum cædibus polluerent, ne Ægypŭj fluuium per vitos effœminatos colerent, ideoque

Anni mundi.		Anni Christi.
4403	S. PRIMVM vniuersale Concilium Nicenum, pro diuinitate Christi contra Arium siue iam mortuū, vt vult Epipha. hær. 68. & 69. & colligitur ex epist. Synodica lib.5. Socrat.cap.9. siue auditum & præsentem, vt aiunt Socr.lib.1.cap 14. Theod.hist trip'li. 2.cap 5. Ruffinus, Hieron.contra Luciferianos & alij, nam quòd duo essent Arij huius hæresis auctores vt ex Sulp.lib.2.& veteribus liquet facere fuit falli. legatis Rom. Pontif. Vincentio, Victore seu Vito siue Vitali presbyteris. Eus. 3.de Vita Constant. Soc Hist. trip. lib.2.cap. 1. Niceph. 8. cap. 14. Epist.318. Epiph.hær. 69. & lib. Ancorat. Rufin.1.cap.1. Niceph. 15.c.2 Theoder.1.c.7. Iustinian. leg 4.de sum Trin. & ferè alij.sic Epi.320.Sozom.1. cap. 17. Eus. lib 3. de Vita Const.ait pluresfuisse 250.quod repetit Socr. 1. cap. 8. In literis Imperatoris apud Socr.1. cap.9.leguntur effuisse plures 300. idem Nicep. 8. cap. 14. hist. trip. 2.cap 1.In scriptis.Eustachij Antiocheni apud Theod.1.cap.8. perhibentur.270. & apud Niceph. 8. cap.21.fere 270. Nam certum numerum in tanta multitudine reperiri non potuisse fatentur. Ille autem exhibitus est quotidie comeatus & victus ab ipso Imp.honesta & liberali mensura, Euseb.lib.3. de Vit.Const.	320
4429		338

vniuersum

Anni Christi.		Anni mundi.
	Quatuor concilia prouincialia. Isid.tom.1.Concil.	
320		4403
	Romanum Episc.278.seu. 275.	
	Romanum aliud Episc.75.	
	Elibertinum prope Granatam in Hispania Episc.19. seu Illiberitanum ad radices montis Pyrenei, cui interfuisse Helenam matrem Const. cum Constante nepote ait Ioha.Gerundensis.	
	In hoc Hispania in quinque prouincias distribuitur,& singulis prouinciis assignantur Episcopi Metropolitani.	
338		4429

vniuersum Androgynorum genus, tāquam adulterum,è vita tollerent. *Euseb.lib. 4. de Vita Constant.*

Prouinciarum præsidibus legem dabat, vt Dominicum diem obseruarent,& martyrum dies honorarent. *Ibid.*

Templa vbique terrarum ædificauit, primùm quidem manibus suis Romæ in Lateranensi palatio describendo conformauit.Quod sane palatium ipse quoque ingentibus impēsis magnificè ædificauit,& Christo sacrauit. *Niceph. lib.7. cap. 49.* Norate Luterani canes & illum Græci locum perlegite, qui perspicuè Romanæ ecclesię (cuius vetus sedes est Lateranense templum atque palatium) doratorem indicat, ne pureis, quæ fecuntur de Constantini donatione, penitus fuisse à Latinis conficta, de qua paulò ante.

Ex publicis tributis per singulas ciuitates vectigal certū deduxit,ac cuiusq; loci ecclesiis & clericis depurauit,eamq; munificentiam firmā ac perpetuā haberi lege statuit *Sozo lib 1.c.8. & lib.5 cap.5.*& donationem validam in perpetuum esse sanciuit. *Trip lib 1 cap.9.* Obsecro, lector, an in ea lege prætermisisse tibi videtur Romanam Ecclesiam, qui secundum Deum, suam omnem salutem & beatitudinem (fuit enim à Syluestro conuersus) debebat?

Prouocationes à ciuilibus iudiciis ad Episcopos concessit, sed & potiores eorum,quam aliorum iudicum sententias esse voluit.*Sozo.lib.1.cap 9.* Iudicium & iurisdictionem in clericos eisdem mandauit. *Niceph lib.7. cap. 46.*

Vbique locorū sacerdotibus immunitatem concessit. *Sozo. Lib.1. cap. 19.* quam legem confirmant Constantius & Constans. *lib.3.cap.17.* Ioui nianus & reliquit. *Theod.lib.4 cap.4 & 11.Sozo.lib.5.cap.5.* Literis fauit, institutis multis scholis & bibliothecis,& earum professores multis priuilegiis, immunitatibus, stipendiis,& honorariis donauit. *Le. Medicos, Cod. de professoribus & Medicis.*

Iudæos templum suum Hierosolymis restaurare nitentes grauiter mulctauit. *Chrys. orat.2. in Iudæos.*

Hospitia pauperum, puerorum, senum,ægrorum, infirmorum, rogatu Episcoporum per totum imperium primus constituit,de ea re latis legibus & edictis. Atque hinc deinceps Xenodochia, Prochodochia,&c. *In cod. Theodos. & Iustin. lib.1.& 2. de mendicantib.*

Hæreditates confessorum exulum & martyrum, qui in fidei confessione obierant, modo nullus supereſſet sanguinis propinquitate coniunctus, ab Ecclesiis adiri iussit. *Eus. lib. 2. Const.cap 21.36.* Hinc magnæ opes Ecclesiis partæ.

Quamuis tantus esset, non tamen canum, Paganorúmque linguas effugere potuit, (vt Zosimi,&c.) à quibus sic memorię proditum est. Decem primis annis præstantissimus, 12. sequentibus latro, 10. nouissimis pupillus ob immodicas largitiones. (Ecclesiis certè & Christianis facta) *Egnat.*

Pacauit orbem Romanum, sibi Scythas subiiciens, Indos & Persas amicos faciens. Cum Persis dimicans secum habebat sacerdotes & tabernaculum speciem gerens Ecclesiæ. Vnde Missæ castrenses, ex quo tempore Romanorum cohortes, Numeri nuncupatæ, singulæ fecerunt sibi templum motorium,illicque sacerdotes & diaconos habuerunt. *L. omnes iudices C.de feriis.Trip lib.1.cap.9.*

Athanasius Alexādrinus, qui mense 5.post concilium Nicenū Episcopus ordinatur Arnobius presbyter præceptor Lactantij, Iuuencus poēta Hispanus, *Ruff. 1. cap. 19. & 20. Hieron. in Chron.*

Eustathius Episcopus Antiochenus post res Concilio Niceno cōstitutas scriptum edit in quo *consubstantialem* Patri filium defendebat.Cui Ariani responderunt,& cōcilio Antiochiæ habito eum & Athanasium Catholicorū principes fictis

Universidad de Deusto
Biblioteca

criminibus traducunt, hunc etiam obiecto adulterio Ecclesia depellunt.

Athanasium verò Constantinus aduersus falsa eorum crimina defendit. Quem tamen tandem (an.340.) relegauit in Galliam Treuitos, vt pacem Alexandrinæ Ecclesiæ daret sed moriens paulò pòst eum restitui iussit.

Lactantius Firmianus Crispi Cæsaris magister, adeo in hac vita pauper, vt plerúmque etiam necessariis indiguerit. *Euseb. Chron.* Nazarius Rhetor, cuius filia Eunomia virgo Christiana, in eloquentia pattem æquat.

Festum exaltationis crucis Hierosolymis cœpit. *Niceph. 8. cap.29.* id est, Festum inuentionis crucis. Nam quod *liber 1.* Conc. in epist. Eusebij, tribuit eius institutionem Eusebio Papæ constare non potest.

Ab Imperio Constantini, Hierosolyma à Christianis ornari ædificiis cœpta. *Zosimus lib 5.*

Helena Imp. mater à Syluestro Rom. conuersa *Nicep. lib. 7. cap.40.* Niceno iam Concilio celebrato lignum crucis à se Hierosolymis cum multis miraculis inuentum thecis argenteis exornat. an 326.(Onuphrio 323.) *Euseb. de vita Const Ruffin. lib. 1. cap.7. & 8 Tripar. 2. cap. 18. Amb. de obitu Theod. Eutrop. lib. 2. Paulinus epist. 2. Sulp. lib. 2. Socr. 1. cap. 17. Euseb. in chron. Theod. 1 cap. 18. Sozom. 2. cap. 1. Vt D. Hieron. & cateros prætream, qui omnes singularis impudentiæ arguunt Magdeburgenses, Cent. 4. cap. 13. hanc inuentionem inficiari ausos.* Macarius Hieros. erat Episcopus.

Eusebius, ob arctam necessitudinem cum Pamphilo, cognomento Pamphili, Cæsariensis Episcopus, annos 25. complexus, à Christo ad Constantinum Magnum historiam Ecclesiasticam conscripsit ex Philone, Iosepho, Clemente Alexandrino, Egesippo, Hyppolyto, Papia & aliis, *Niceph. 1. cap. 1.*

Arianismum ante Synodum redolebat. *Theod. lib. 1. cap. 6. Hier. in Apolog.* Et fortasse pòst. Nam in multis locis parum orthodoxè sentit. Vt de Demonst. lib. 4. cap. 2. Filium vocat Patris διακόνημα, item ὑπηρέτην, atque à Patre suffectum fuisse, vt per eum tanquam per organum quoddam omnia digererentur. *lib. 5 cap. 1.* secundam causam vocat Filium *& cap. 6.* secundum Dominum, vbi eum etiam inferiorem Patre esse probare nititur. *& cap 4.* secundas honoris partes consecutum esse, vbi & vnum solum verum Deum, qui ita appelletur, esse Patrem, secundum autem, hoc est, Filium, participatione duntaxat veri societatem consecutum esse. *Et mox.* Eum post Patrem tanquam Deum honorandum esse, propter inhabitantem in ipso Deum. *Et paulò post*, Eum solum proprie Deum dici posse, qui Deitatem à nemine acceperit, & Filium propter Patrem θεοποιεῖσθαι, Deum effici.

Cap.8. Patrem Filij esse deum ac dominum. *cap. 11.* Præstantiorem quidem esse omni angelica natura, at minorem prima causa. *c.17.* Dei nomen soli ingenitæ naturæ conuenire. *In præf. lib. 6. Vt & lib. 5. cap 5.* filiũ esse patris ὑπάρχῃ & δευτέραν μετὰ τὸν πατέρα θέσιν. *& lib. 5. cap 3.* Patrem dominum esse Filij & Filium dominum Spiritus sancti quem locum proinde Latinus interpres noluit vertere.

Chronicum ab orbe cond. vsque ad annum Christi 300. condidit, cui Hieronymus adiecit annos 50. Prosper Aquitanicus 60. Palmerius Florent. 1040 Palmerius Pisanus 30. ita totum desinit, an. 1480.

Nicenum concilium cœpit 14. Sylvest. *Euseb. in Chro. Plati. in Syluestr. Regino & plerique alij.* Quidam volunt sub Iulio. *Sozom. 1 cap. 18. Histor. Trip. 2. cap. 1. Niceph. 8. cap. 14. Platina in Agathone. Beda in Chronolog.* Durat 3. an. & paulò plus. *Niceph. 8. cap. 26.* Eius initiũ variè à scriptoribus traditur. Nam eũ annum

Anni mundi.		Anni Christi.
4403		320
	Gangrense 1. in Paphlagonia in Trullo confirmatum, contra Eustathium Sebastiensem Episcopum & eius sectatores, Aerium & alios. Eodem ferè anno quo Nicenum. 1. To. Conc. de traditionibus & ceremoniis Ecclesiæ, vt ieiunijs statis, orationibus pro mortuis, locis & Basilicis martyrum, eorum reliquijs & memoria.	
	Arelatense. 1. & 2. in Gallia, vbi causa Cæciliani est indicata. cõtra Donatistas. Aug. epist. 162. ad Primum conuenisse 600. Episcopos tradit Ado, quinque aut sex annis ante Nicenum. Secundum continet plures canones Nicenos, præterillos 20. qui extant.	322
	Quidam addunt Aurelianense 1. præside Episcopo Martino, quod fortasse, est illud, quod ex Episcopis omnium mundi partium sub S. Martino celebratum fuisse ait Arelatense 2. cap. 18.	
4426		338

alij

Anni Christi.		Anni mundi.
		alij dicunt esse Christi 322. alij *vt Euseb. in Chron.* 324. alij 325. alij 326. alij 328. quidam 330. quidam, vt plerique Græci, 333. quidam 338. *vt Volater. & Beda.* Alij Consulatum Paulini & Iuliani. qui fuit an. Christi 325. id est, 17. siue (vt alij volunt) 18. Constanti. Mag. *Socrat. 1. cap. 13. Niceph. 8. cap. 26.* quorum ille ad. 20. diem Maij, hic ad vndecimum, Onuphr. ad Aprilem. alij ad 19. Iunij conferunt. Tanta est annorum à Christo incertitudo, quod veteres per annos, coss. & imperatorum numerarent, non Christi: qui mos, vt censent aliqui, tantùm ab anno eius circiter 600. inualuit.
315		4403
334	*Cæsariense conciliabulum, in quo Athanasio manum mortuo Arsenio defecisse, sacrum calicẽ confregisse, & stuprum commisisse Ariani obiecerunt, & absentem damnârunt, quod citatus non affuisset. Athan. in Apologia, Socrates & alij.*	
		Ei Victor & Vincentius Romani presbyteri, quos nunc Cardinales appellamus, & Hosius Cordubẽsis loco Syluestri præsederunt, *ex præfat. Sardicensis concily.*
		Arius Alexandriæ mulieres castitatem profitentes septingentas veneno suo infecit, quæ vnà cum illo vrbe expulsæ sunt. *Epiph. hæres. 69.*
		Cœpit suum virus, an. 319.
		Istius libros præcepit Constantinus cremari, & eum, qui eos celare deprehensus fuisset, capitali supplicio affici. *Socrat. lib. 1. cap. 9.*
		Arium cum suis asseclis in exilium misit. *Ruff. lib 1. cap. 5.*
		Quos, subdola ipsorum confessione deceptus, postea ab exilio reuocauit, *Socrat. lib. 1. cap. 27. 31. & 38.*
		Niceni patres, cum totì essent in refellendis Arianis, Donatistas missos fecerunt nisi quod reprobarunt Carthaginenses concilij & Cyprianì decretum de rebaptizandis hæreticis, quo isti nitebantur, *Aug. lib. 2. de bapt. cap. 9.*
		Romanæ Ecclesiæ supra reliquas eminentiam & inspectionem, quam antea consuetudine & iure Apostolico acquisierat, confirmarunt, *6. can. apud Ruff. lib. 1. cap. 6. Vt & fatentur Centuriatores cent. 4. cap. 7. pag. 550.*
		Quinque mensibus post concilium Nic. moritur Alexandrinus patriarcha, Arij mastix, cui Athanasius ille magnus succedit, Antonio Magno Monachorum in Africa patre cõfirmante, atque aduersarios eius omnes oppugnate, vna cùm Marco, Iulio & Liberio Rom. pontif.
		Lactantius senex in Gallia docet, vbi & Magister Crispo Constantini filio præficitur. *Hieron.*
		317. primus Patriarcha Constantinopolitanus Alexander, an. 23. Ante hunc quidem ab Andræa Apostolo 23. recensẽt Nicephor. Constant. in Chronologia Tripartita, at illi Patriarchæ titulum non sunt consecuti, sed Byzantinorum Episcoporum duntaxat. ab agro fortasse Byzantino, potius quàm vrbe, quæ in ruderibus iacebat.
		HVMANA.
335	*Hierosolymitanum contra Marcellum Ancyræ Episc. ad Sabellij hæresim accedentem. Quod inde Constantinopolim aduocatum est à Constantino, vbi & Ecclesia spoliatur & loco eius, Basilius Ancyram mittitur.*	Constantinus cum Licinio & Maximino imperauit annos circiter sex, solus 26. Nisi verũ sit, quòd aliqui scribunt Licinium vsque ad 324. Christi annos 14. Orientes imperium tenuisse. Nam si tunc eo deleto Orientem sibi adiunxit, cùm morte oppetierit, an. 341. non nisi solus 18. annos imperare potuit.
		Ludos Olympicos & rationem numerandi per Olympiadas abrogauit. Indictiones inchoauit ab eo anno & die, quo Maxentium prostrauerat, & pacem Ecclesiæ attulerat, à septimo scilicet imperij sui anno, Christi. 316. & 8. Cal. Octob. *Onuph. in Fastis.*
338		Licinium, cui vitam donarat, sub custodia Thessalonicæ viuentem, quòd Barbarorum multitudinem mercede conducere clam conatus esset, vt bellum restauraret, occidi iussit 4426
		Niceph lib. 7. cap. 45.
		Eo deleto in Bithynia, & Oriente sibi adiuncto, ex Tracia in Asiam & Ægyptum transiit victor ad illas prouincias ordinandas, vbi cum tumultus graues cœptos an. 319. accepisset, ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syluestri authoritate concilium Niceam indixit, an. 324. sequenti verò, conuenientibus Episcopis, 318. aperuit. Nam his vehicula & iumenta ad celeritatem itineris suppeditauit.

Inde templum magnificentissimum, in monte Caluariæ ad sepulturæ & resurrectionis loca ædificat.

Sic mater Helena alterum in Bethlehem loco natiuitatis, alterum in monte Oliueti ad Ascensionis locum, an. 326. Actum S. crucem inuenit. de quo suprà.

Vandali à Gothis in Romanum solum pulsi à Constantino Poloniam accipiunt, vbi commorantur vsque ad. 13. Arcadij & Honorij.

Clodomerus Francorum rex, an. 326. cepit Turingiam, Galliam inuasit, Sueuis iugum Romani imperij excussit, cum superiores duces Franc. Zelandiam, Holandiam, Sycambriam & Traiectum incoluissent. Fides esto penes *Irenitum lib 3. Exegeseos Germ. cap. 76. Nam Constantinus potentissimos quosque domuit, nedum regulos.*

Anni mundi. 4426

k Hic Papa Nicenum symbolum inseruit Missæ, in locum Symboli Apostolorum. *Plati.* primus constituit, vt Hostiensis Episcopus pallio vteretur, & ab eo pontifex Romanus consecraretur. *Volater. August. in Breuiculo cap. 1.* sed iam ab anno, 267. hunc morem inualuisse docuimus.

4429

Eum Græci ferè omnes prætermittunt, cùm tamen Trip. lib. 4. cap. 1. quæ sub eo acta sunt, narret.

Misit ad Athanasium & Episcopos Ægypti, 70. Niceni Con. canones fideliter descriptos ex exemplaribus, quæ Syluester Romæ reliquerat, è quibus 20 duntaxat hodie extant, Arrianis igne in eos sæuientibus, nisi quòd in Arelatensi 2. eorum aliqui insunt.

Paulus Constantinopolitanus eiectus à Constantino. *Niceph. in Chron.*

Hyberni, siue Scoti prædicationibus S. Patricij (qui anno vitæ suæ 122. obiit) fidem Christi recipiunt. *Ruff. 1. cap. 11. Niceph. 8. cap. 34. Sigeb. in Chron. Sabell.* Iberi vltra Atm enios ad Aquilonem per captiuam. *Ibid. Ruff. cap. 10. Socrat. lib. 1. cap. 20.* Indi interiores miro modo, per Edisium & Frumentium iuuenes. *Ruff. 1. cap. 10. Socrat. 1 cap. 19.* Item Armenij. *Suid.*

Vlteriores Galli, Itali & Britanni paulò post sub Constantij imperium, qui propagationem ita curauit & iuuit: item ij, qui circa montem Pyrenæum ad Oceanum vsque Occidentalem habitarunt. *Sozom. lib. 1. cap. 6.*

Currebant assiduè omnes nationes ad fidem Christi & baptizabantur, patria simulachra conquassantes, adductæ miraculis sacerdotum, qui sub Gallieno captiui facti erant. *Diaco. lib. 11. in Constantino.*

Ariani ad superius dogma adiecerunt alia, negando descensum Christi ad inferos. *Amb in Rom. 5.* Ridendo miracula edita per inuocationem sanctorum. *Idem serm. 91.* pronuntiando in Christo non fuisse animam, sed corpus expers animæ, quod verbo Dei animaretur. *Atha. Dial. 4. de Trinit. Aug. ad Quod vult Deum, cap. 49. Cyr. lib. 5. Thes. cap. 6.*

Aëtius Arrianus primus damnat orationes pro mortuis, & ieiunia certo tempore statuta, presbyterum æquat Episcopo, ac immutat antiquas Ecclesiæ ceremonias, *August. lib. de haref. cap. 53. Epiph. hæref. 75. Socrat. lib. 2. cap. 35.*

Catholicos vocabat Antiquarios *Epiph.*

Donatus Grammaticus, quem cum patente vtroque martyrio sub Iuliano functum refert Gigas in temporum floreto, Marius Victorinus rheror præceptores Hieronymi, Maximus Alexandrinus, & Methodorus Philosophi, Marcellus, D. Nicolaus Myrensis (errant enim qui putant eum vixisse sub Iustiniano, nam interfuit concilio Niceno) Episcopi. *Hieron. in Catalog. Niceph. 8. cap. 14.*

35.

k M. Marcvs Romanus, an. 2. mens. 8. an. 20.

Anni mundi. 4444

Vacat sedes dies 20.

Patriarchis.

Alexandriæ Athanasio.

Antiochiæ Placido Arriano.

Hierosolymis Maximo. 3.

Constantinopoli Alexandro, deinde M. Paulo, an. 9.

Principibus.

Constantino Magno Imp. & Cæsarib. eius filiis.

Sapore Persarum rege nono.

Aiba Æthiopiæ, deinde Stenden, an. 37.

Clodomero Franc. Duce.

Anni Christi. 338

Anni Christi. 341

Concil. *Carthaginense 1. Tom. 1. Concil.*

Arij subita & horrenda morte multi, qui ab eo decepti fuerant, conuertuntur. *Athanas. epist. ad Serap.*

Hvmana.

Tunc primùm res Romana sub vno Augusto & tribus Cæsaribus esse cœpit. *Eutrop. lib. 10.*

Circa an. 340. R. Ioseph cæcus maximam partem Hagiographorum, ex Hebræo in Chaldaïcam linguam vertit.

Reliqvit epistolam ad Episcop. Orientales pro Athanasio. *Tom. 1. Concil.* vnam ad Dionysium Corinthi Episcopum Eutychiani supposuerunt, qua Eutychianorum & Apollinaristarum dogmata confirmaret. quam esse suppositiam docet Leontius Græcus lib. de sectis.

Cœmeteria fieri iussit.

Arianos & Athanasium, de eorum dissidio cogniturus, Romam citauit, propter sedis authoritatem omnium cura ad se pertinente. *Sozom. lib. 3. cap. 8.* propter Romanæ Ecclesiæ prærogatiuam. *Socrat lib. 2. cap. 15.* Nam Ariani Episcopi, an. 341. Antiochiæ conuocati Athanasium Ecclesia depulerunt, quòd iniussu Episcoporum ad illam se recepisset.

Orientales obiurgauit, quòd se non præmonito iudicium de Marcello & Athanasio Episcopis fecissent. An ignari (inquit) estis hanc consuetudinem esse, vt primùm nobis scribatur, vt hinc quod iustum est definiri possit? *Athanas. Apolog. 2.*

An. 342. Marcellus Ancyranus Romam profectus, Iulij pont. literis Ecclesiam suam recuperauit.

344. Photinus Sirmiensis Marcelli discipulus, hæresim ad Paulianam siue Samosateni accedentem induxit. Marcelli autem propius ad Sabellianam vergebat.

352. Vrsacius & Valens Pannoniæ Episcopi principes Arianorum, cùm post Synodum Sardicensem viderentur à communione secreti, coram positi veniam à Iulio pontifice poposcerunt. *Sulp. lib. 2. Athan. in Apolog. & Socrates.*

Paulo Constantinopolitano clam sub altari, in Eusa ciuitate suffocato iussu Constantij, in eius sedem transferuntur Ariani, Eusebius videlicet Nicomediensis, Macedonius, Eudoxius, Demophilus, Euagrius in annos circiter 32. vsque ad Damasi Pap. & Theodosij Imp. tempora, donec à Gregorio Nazianzeno eiusmodi erroribus & schismate fuit purgata & Catholicis reddita.

Contra Athanasium Alexandriæ in Schismate sederunt Ariani Eusebius an. 1. Gregorius an. 1. Georgius an. 20. Lucius an. 19.

Contra Cyrillum Hierosolymis sederunt Ariani Heronnius an. 3. Heraclius mens. Hilarius, an. 14.

Decimvm tertium bellum in Christianos in Persside per Saporem impulsoribus Magis & Iudæis. *Sozom. 2. cap. 8. Ammianus Marcellinus lib. 25.* Ibi numerosissimę erant Ecclesiæ. Nam Persę ab initio Christiani fuerunt, præsertim verè Diabenorum regio. *Sozom. lib. 2. cap. 12.*

Ibi Martyrium faciunt Ctesiphon, Dausas, Gabdiaba episcopi, *cap 13.* Vstazades Eunuchus Saporis & Simeones primus Persarum Episcopus.

Eusebius Emissenus Arrianorum signifer multa conscribit. *Hieron. in Chron.*

Tunc vixit Ioan. Clymachus, Didymus, cuius auditor D. Hieronymus Alexandriæ.

Aëtius Arianam Anomœorum sectam introducit, trecentis argumentis è philosophia præsertim Aristotelica deductis: tantum mysterium nimis subtiliter & irreuerenter tractando, non modo veritatis lucem amisit, sed & in Atheismum incidit. Vnde & Atheus cognominatus est. Eius sectatores

Anni Christi.		Anni mundi.
	36.	
341	I S. Ivlivs I. Romanus, an. 15 mens. 2. dies 6.	4429
356	Vacat sedes dies 2.	4444
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Athanasio.	
	Antiochiæ Stephano Ariano, an. 3. Leontio Ariano, an. 11.	
	Hierosolimis Maximo tertio, deinde Heraclio mens. 1. Cyrillo, an. 39.	
	Constantinopoli M. Paulo, deinde Eusebio Ariano, an 1. Macedonio Hæresiarcha, an. 8.	
	Principibus.	
	Constantino patre & filus.	
	Constatino 2. in Galliis, Hispanis, Alpibus & Britannia.	
	Constantio Arriano ann. 24. cum Dalmatio patruo in Oriente.	
	Et Constante, an. 13. in Italia, Græc. Illyrico & Aphrica Impp.	

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc Ætiani, nunc Eunomiani dicti sunt. *Suidas. Epiph. hæres. contra Anomæos.*

Impietas Arriana Canstantij præsidiis fulta, exiliis, carceribus & variis tormentorum modis Catholicos persequitur. *Athanas. &c.* per 40. cõtinuos annos adeo in Christi Ecclesiam debacchata, vt cuiuis superiorum persecutionum vel temporis diuturnitate, vel suppliciorum magnitudine comparari possit. *Onuph. in Plati.* — Anni mundi. 4429 — Anni Christi. 341

Georgius Cappadox canones Nicenæ synodi combussit. *Athanas. epist ad Orthod.*

Hoc iam aggressus erat sub Marco pontifice, vt ad Marcum ipsum, quem & Vniuersalis Ecclesiæ Papam nominat, scribit priuata epistola Athanasius. In Athanasij locum ab Imp. Cõstantio & Arrianis substitutus est.

Sed eum tandem plebs petit, raptúmque diuersis mulctandi generibus proterens deuaricatis cruribus conculcauit, &c. *Am. Marcell. lib. 22.*

Paulinus Treuirorum in Gallia Metropolitanus, vir sanctus imprimis & eruditus Athanasij amicus.

Hilarius Pictauorum Episc. hymnum Angelorum ab Apostolis continuatum apud Clementem lib. 7. const. cap. 47. in Latinum conuertit, & in Missam includit. Vnde & eum huius hymni auctorem faciunt. *Hug. Victorinus lib. 2. de sacra. parte 2. Cassander in Liturgicis pag. 42.*

Tribus libellis Constantinopoli publicè Constantio datis audientiam popposcit, vt de fide coram aduersariis disceptaret. Itaque quasi discordiæ seminarium & perturbatio Orientis, post quadriennium exilij redire ad Gallias iubetur absque exilij indulgentia. *Sulp. lib. 2.* — *Sapore Persarum.*

Sub an. 392. reuersus non solum Catholicam fidem Ariminensi concilio infirmatam & perturbatam restituit, sed Principes etiam Arianorum, Episcopos Galliæ Ecclesiis deturbauit, vt Saturninum Arelatensem & Patronum Petragorensem, cæteris venia data. *Ruf. & Soro. lib. 5.*

Sardicense Con. rogatu Constantis, & permissu Constantij agitur, an. 10. post mortem Constantini patris: Confirmatum est in Trullo, vt Catholicum. — *Sthenden Æthiopiæ pret. Ioso, an.* 27.

Damnatum tamen in Syrmiensi eo nomine, quòd Athanasium absoluisset. *Sulp. lib. 2.*

Nam astutè Ariani innoxium Athanasium in illo criminosis Marcello & Photino miscuerunt, ne putarentur perperam de Athanasio iudicasse, qui de Marcello & Photino vera sensissent. *Ibid.*

Quin & erat Arianum. Nam in eo tres fidei formulas episcopi protulerunt, in quibus diuersis verbis, remota *Substantiæ* mentione filium Patri similem affirmarunt, nondum ausi dissimilitudinem asserere. Hi cum verbis ab Ario dissentirent dissimilitudinem inducente, sed re consentirent, Semiariani dicti sunt. *Epiph.*

Alexandrinum con. videtur esse illud, de quo Sulp. lib. 2. Moxin Ægypto octoginta Episcopi congregati Athanasium iniustè condemnatum fuisse pronuntiant. — *Richimero Franc. Duce.*

Hymni & carmina in laudem Dei & diuorum composita, ab Hilario & Ambrosio Episcopis: per totius Occidentis Ecclesias cantari incipiunt. *Isid. de diuinis Officiis.*

HVMANA.

Constantinus, cùm superiores Impp. sacros libros plurimos exussissent, impensis maximis bibliothecas instaurauit. *Socr. lib. 1. cap. 9.* — 4444 — 356

Romanæ vrbis inhabitatores annuis muneribus testamento honorauit, filiis vero imperij hæreditatem tribuit. *Eusebius lib. 4. Vitæ.*

Anni Christi. / Anni mundi

Eius filij paternis legibus astipulati sunt & proprias adiecerunt, contra eos, qui vel sacrificare, vel idola colere, vel ethnicam superstitionem exercere præsumerent. *Sozo. lib. 3. c. 17.*

341 — 4429

Constantius aram Magnæ Deæ, è curia Romana auferri iussit. *Amb. ep. 31.*

Sapor anno. 10. imperij Constantij, Christi. 350. Nisibin obsidet. *Hieronym. in Chron.*

Constans Francos vicit. *Socrat. lib. 2. c. 13.*

Constantini fratris mortui partem obtinuit. Sic enim à patre diuisum imperium acceperant, vt auitam sortem obtineret natu maximus, Orientis principatum alter, medium tertius. *Euseb. lib. 4. de vit. Const. Socr. lib. 1. c. 38.*

Constans Imperij sui decimo tertio à Magnentio Tyranno magno Catholicæ Ecclesiæ damno: interfectus est, Christi 353. Nam eius morte Constantius audacior factus Arrianam impietatem prouehit. Interim 70000. hominum copias aduersus Magnentium educens, eum ad Mursam in Pannonia vicit. Deinde Lugdunum fugientem sibi ipsi mortem consciscere compulit. *Zosimus.*

Hymni & carmina in laudem Dei & Diuorum composita, ab Hilario & Ambrosio Episcopis: per totius occidentis Ecclesias cantari incipiunt, *Isidor. de diuinis Officiis.*

CONC. *Romanum ep. 116. Isid.*

Hieroſol. hist. Trip. 1. cap. 33. Theod. 1. cap. 30.

Antiochenum confirmatum in Trullo Episc. 90. Isid.

345 — 4433

Agrippinense, Coloniense contra Euphratam, qui negabat Christum Deum, isd.

Sardicense in Illyria, siue Dacia Mœsiæ, quo Nicenum confirmatur Episc. 300. Sozom. 3. cap. 11. seu Episc. 250. Theod. 2. cap. 7. Trip. lib. 4. c. 21. In eo Athanasius & Marcellus ab Arrianis damnati absoluuntur. Photinus vt verè hæreticus condemnatur.

Syrmiense in Pannonia contra Photinum. Niceph. 9. c. 31. Socrat. 1. ca. 29. Sozom. 4. c. 6. Imperatore Constantio cogente & præsente.

Alexandrinum. Athan. initio Apologiæ 2. Socrat. lib. 2. c. 26.

m HVNC immerito inter PP. adnumerari, quòd cùm Arianis subscripsisset, censet Platina, post Hier. de Vir. Illustr. & Sozom. lib. 4. cap. 11. Marcel. comitem in Chron. At eum optimum & beatissimum prædicant Basil. epi. 74. Ambros. lib. 3. de Virgin. Epiph. hæres. 75. Quin & Athanas. *Apolog. 2.* Theodor. *lib. 2. cap. 17.* Socrat. *lib. 4. cap. 11.* eum liberant ad Arriana labe. Imò & Occidentem semper ab ea liberum fuisse narrat. Theod. lib. 5. cap. 6.

Quin & de eo falsum illum rumorem, ab Arianis profectum testantur, Sozom. *lib. 4. cap. 15.* Theod. *lib. 5. cap. 6.* Niceph. *lib. 9. cap. 57. & lib. 1. cap. 27.*

Post mortem Constantij sub Valente, fuisse Catholicissimum constat è Socrat. *lib. 4. cap. 11.*

Authoritate, qua potiuntur æternæ vrbis Episcopi, damnari Athanasium (quiam à Sinodo Arrianorum damnatus erat) desiderio nitebatur ardenti (Constantius Imp.) quo non impetrato, Liberius ægrè populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate, noctis medio potuit exportari. *Amm. Marcell. lib. 15.*

Sed paulò pòst vrbi redditur, ob seditiones Romanas. *Sulp. lib. 2.*

Nam sequenti anno, cùm Mediolano Romam venisset Constantius, Matronæ Romanæ à vitis suis impulsæ rogarunt, vt sibi Liberium Pont. redderet. *Socrat. Sozom. Theod.*

Post Meletium Antiochiæ fuit schisma. 30. annorum, in quo Arriani sederunt, Euzoius an. 10. Dorotheus an. 10. &c.

Paulus, & Ammon eremitæ. *Sozom. 1. cap. 14.*

Obiit S. Antonius eremita anno vitæ. 105. Christi Domini 358. *Sozom. 1. cap. 13. Ruffi. 1. c. 8. Naucl. & Beda.*

Hilarius Pictauiensis. Lucifer Calaritanus.

Proiectus Aruernorum Episc. in Aquitania Martyr. Constantij tempore.

Arriana hæresis scissa est in Eunomianos, Macedonianos, Eustathianos, Meletianos. *Basil. contra Eunom. Hist. trip. 5. cap. 15. Epiph. hæres. 76. & 68.*

Eunomius monachus discipulus & notarius Aëtij, inter alias hæreses negat Virginitatem maioris esse meriti quàm coniugium: Relicto monachatu (*Aug. lib. 3. peccat. mer. cap. 7*)

Universidad de Deusto
Biblioteca

seduxit virgines sacras, vt nuberent. Fidem sine operibus docuit sufficere, nec opera esse ad salutem necessaria. *Aug. lib. de hæres. cap. 54. Hieron. Osee.*

Templa martyrum non ingrediebatur, ne cogeretur Sanctos (vt dicebat) adorare. *Hieron. in Vigilant.*

Nam eorum & Sanctorum reliquiarum honorem impugnauit.

Marcellus Ancyræ Episcopus hæreticus, docet regnum Christi Domini finem habiturum, *Nicephor. 11. cap. 48. Bonfin. 2 dec. 1.*

Photinus eius discipulus nunc Sabellium, nunc Paulum Samosatenum olebat. *Epiph.* in Syria & Cilicia Apollinarius vterque pater & filius. *Epiph.* consuetas ecclesiæ preces in cantiunculas à se conditas commutarunt. Vnde & viri interpotandum & operandum, mulieres in textrinis illas psallebant. *Sozom. lib. 6. cap. 25.*

Versus ille, Gloria Patri, & Filio, cæ. (à Flauiano Antiocheno, adiutore Chrysostomo compositus. *Niceph.* 18. *cap. 51 & lib. 9. cap. 24*) aliter à Catholicis Græcis in fine Psalmorum canebatur, aliter ab Arrianis. *Sozom. 3. cap. 20. Theod. 2. cap. 24. Niceph. 9. cap. 24.* postea consilio Hieronymi in Ecclesia Latina, additur fini Psalmorum à Damaso. *Hieron. epist. ad Damas.* vt errent, qui hoc tribuunt Gregorio. I. PP.

Chorus in duo diuisus Cæsare Constantino (quasi antea alternis minimè caneretur) *Suidas in Voce.* Χορός.

Nam Flauianus & Diodorus primi, in duos choros Psallentium diuidentes, ex successione Dauidicam melodiam cantare docuerunt. *Theod. lib. 2. hist. c. 24. Trip. lib. 5. c. 32.*

DECIMVM quartum bellum seu persecutio Christianorum per Iulianum Imp. Apostatam. *Ruff. 1. cap. 32. & 36 Ammia. lib. 20. Eutrop. lib. 10.* In eo cecidit Dorotheus Tyri episcopus anno vitæ 107.

Iouinianus hæresim suam spargere incepit, *Sabell lib. 8. Sept. Enn.*

Potentinus, à quo hæresis Potentinorum, Tropici hæretici.

Conflagrauit Antiochena bibliotheca.

Post concilium Mediolanense, principes Catholicorum in exilium pulsi sunt. Eusebius Vercellensis, Lucifer Calaritanus, Dionysius Mediolanensis, Paulinus Treuirensis, Hilarius Pictauensis, Hosius Cordubensis, Rhodianus Gallicanus epis. Tandemque Liberius Papa, quia damnationi Athanasij subscribere noluerunt. *Athanas. ad Solitarios, Apol. ad Constantium, & lib. de fuga sua. Ruffi. Sulp. Socrates. Sozom.*

Tum Italiam corrumpere conatus est Maxentius Dionysio Mediolanensi successor datus. Illyricum. i. Pannoniam, Dalmatiam & Græciam Valens & Vrsacius. Gallias Saluonius Arelatensis ep. Hispanias aliqui alij abutentes Hosij ætate, propter cuius infirmitatem (Erat enim centenario maior) à Catholicis defecisse spargebatur.

Eusebius Vercellensis cauea conclusis Scythopolim missus dicitur in eius vita, atque ibi ab Ariomanitis crudelissimè cruciatus. Vnde scripsit Epistolam ad Patrophylum, quę extat, miserias narrans suas. Rediit post cum Hilario & Athanasio per indulgentiam noui principis. i. Iuliani Apostatæ, qui se initio Christianis æquissimum præbuit. *Hieron.*

Constantij vltimo omnes pene toto orbe, Ecclesiæ sub pacis & regis nomine, Arianorum consortio pollutæ erant. *Hieron. in Chron.*

HVMANA.

Iulianus à Libanio sophista & Maximo philosopho, qui

Anni mundi		Anni Christi.
	37. in S. LIBERIVS Romanus, dictus Leo, an. 12. mens. 3. dies 4.	359
4444		
4456		368
	Vacat sedes dies 6.	
	Patriarchis,	
	Alexãdriæ Athanasio.	
	Antiochiæ Leontio Arriano, Eudoxio Arria. an. 3. Aniano mens. 4. Meletio, an. 2. Paulino, an. 27.	
	Hierosolymis Cytillo.	
	Constantinopoli Macedonio Hæresiarcha, deinde Eudoxio Arriano, an. 10.	
	Principibus.	
	Constantio Arriano quadragesimo septimo Orient.	
	Constante Catholico Occid. Iuliano Apostata, an. 2. & postea Iouiano seu Iouiniano Catholico m. 8. Oriẽ. et Occidẽt. Impp. Sapore Persarum rege 9.	

postea

Anni Christi.	BELLVM PERSICVM	Anni Mundi	
356	*Sthendem Æthiopiæ pret-Ioso.*	4444.	qui postea, ob magiam interfectus est, corruptus in ethnicam impietatem labitur. Malignitatis argumenta Athenis in eo adhuc puero animaduertit Greg. Nazianzenus ceruicem rigidam, humeros iactatiles, oculos currentes, & inconstantes, pedésque furiosè respicientes. Fratrem suum Gallum & imperio & vita priuatum à Constantio, vlcisci velle simulans, arma in Constantium cepit.
	Theodometo Franc. Duce.		Magiam exercuit inspectis mulierum interioribus. *Eutrop. Nazan.* bello aggreditur Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo, apud Toxiandriam habitacula sibi præfigere prælicẽter. *Ammian. Marcel. lib. 17.*
			Viennæ agens, vt omnes nullo impediente ad sui fauorem illiceret, adhærere cultui Christiano fingebat, à quo occultè iam pridem defciuerat, arcanorum participibus: aruspicinæ augurijsque intentus, & cæteris, quæ Deorum semper fecêre cultores. Et vt hæc interim celarentur, die, quem Christiani Epiphaniam dictitant, progressus in eorum Ecclesiam, solenniter numine orato discessit. *Amm. Marcell. Pagan. lib. 21.*
	CONC. *Mediolanense, præsente Constantio, episc. plus 300. propter Athanasiũ. Socrat. 2. c. 36. Theod. 12. cap. 15. Hist. Trip. 2. c. 36. Ruff. 1. c. 10. Hoc in concilio Ariani quoque fuere victores, principibus Catholicorum in exilium pulsis.*		Vbi abolitis, quæ verebatur: adesse sibi liberum tempus faciendi, quæ vellet, aduertit decretis aperiri templa, arisque hostias admoueri & reparari Deorum cultum statuit. Vtque dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat, vt ciuilibus discordiis consopitis, quisque nullo vetante religioni suæ seruiret intrepidus. *Id. libro 22.*
			Pulchrum nostris politicis exemplum, vt mixtis in eodem regno religionibus vel regnum perdant, vel ad alienam stirpem transferant. In Gallia Christum negauit, & postea se pontificem nominauit, ad templa Paganorum veniens & cæteris idem præcipiens. *Hieron. in epit. Nepot.*
	Alexandrinum. Rufin. 1. c. 28.		Quoscumque audiebat esse Ecclesiæ hostes, vel apostatas, fouebat. Quare Donatistis Basilicas restituit, quas Constantinus antea abstulerat, Iudæis, &c. *August. lib. 2. contra Petil. cap. 92. Opt. lib. 2.* à quibus Donatistis fuerat appellatus & laudatus. *Idem. epist. 148. 166. epist. Opt. lib. 2.*
			Iudæi à Iuliano Imp. persuasi templum Hierosolymis restaurare nituntur, sed igne & prodigijs inhibentur. *Theod. lib. 3. cap. 20. Ammian. Ibid.*
	Ariminense 400 Episcoporum. Socr. 2. c. 37. Sozom. 4. c. 17. Hist. Trip. 5. c. 20. Damnatur ab Ambr. epist. 32. Quamquã octoginta in eo duntaxat essent Episcopi Ariani, Homiousion. i. similitudinẽ substantiæ profitẽtes, alij Catholici Homousion. i. vnitatem substantiæ, bono initio, fœdo exitu consummatum. Sulp. lib. 2.		Christi imaginem fusilem à muliere, quam Christus sanauerat, positam apud Eusebium. *lib. 7. cap. 18. Trip. lib. 6. c. 41.* & Theophy. *in 9. Matth.* euertit. Sed eam Christiani in Ecclesiam retulerunt, *Sozom. lib. 5. c. 21. Socrat. lib. 3. cap. 24.*
			Periit incerto ictu in bello Persico, postquam annum vnum, & menses septem imperasset. *Lætus.*
			Cum Delphos misisset consultum de belli Persici euentu, templum Delphicum tetræ motu & fulminibus deletum est. Reditus ecclesiis concessos eripuit, ioco addens se facere expeditiores ad regnum cæleste, quoniam in ipsorum libris scriptum esset, Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Ibid*
			Iouianus Imperij noluit prius insignia suscipere, quàm milites vno ore se Christianos profiterentur: negans se Christianum Paganis imperare posse. *Niceph. lib. 10. cap. 28. Ruff. 2 cap. 1.*
			Idololatricas vanitates à Iuliano restautatas destruxit, quas postea Valens permisit. *Theod lib. 4. cap. 24.*
		4456	Turpem pacem cum Persis agitare coactus est, ob res ab Apostata Iuliano infœliciter & Deo sinistro gestas. *historici, præter Zosimum, qui Apostatam extollit.*
368			Franci, Saxones & Alemanni. 40. vrbes ad Rhenum

Universidad de Deusto
Biblioteca

siras capiunt, quòd causam præbuit Constantio Iulianum Cæsarem constituendi & præclara aduersus eos gerendi. *Zosim lib 3.*

Bellum Persicum, in quo temeritate militum ad Singaram prærepta fuerat palma Constantio, & amissa Singara & Amida, deinde cum Sapore Nisibim iterum per tres menses obsidente pax tandem inita, iterum sub Iuliano rectudescit. *Pompon. Eutrop. lib. 10.*

Iouianus Athanasium & cæteros Episcopos, qui à Constantio electi fuerant, ab exilio reuocat & vniuersa Gentilium templa claudit. *Socrat. lib. 3 cap. 24.*

Solam Christianam fidem profiteri subditos iussit: bona Ecclesiis & clericis ab antecessoribus surrepta reddidit. *Sozom. lib. 6 cap. 3.*

Sarraceni cum Zocomo principe, paulò antè imperium Valentis religionem publicè suscipiunt. *Sozo lib. 6. c 38.*

* Hvnc Marcellinus comes in Chron. tanquam hæresis suspectum præterit. Schismaticum & illegitimum pontificem facit Onuphrius. Nam ei superstitem fuisse Liberium, atque ita throni Apostolici administrationem solum consecutum, *quod etiam narrat Sozom. lib. 4. cap. 15.*

Alij rectius. Quare & extat vna eius epistola ad Athanasium, alios Ægypti Episcopos. Et factione Arianorum, cum multis aliis Catholicis, per martyrium sublatus est. *Sozom lib. 4. cap. 15.*

Fuerat quidem ab Acacio Eusebij Cæsariensis discipulo & successore, in Liberij locum constitutus, velut Arianus. *Hieron. in Acacio de Viris Illustr.*

Sed tanta vis fuit Cathedræ Apostolicæ, vt martyrem potius, quàm hæreticum, vel hæreticis fauentem pontificem sustinere potuerit.

Vlphilas Gothorum Episcopus Arianus, qui Vlteriora Istri tenebant, Gothicas literas inuenit & scripturas diuinas, in Gothicam linguam primus transtulit. *Socrat. lib. 4. cap. 33. Sozom. 6 cap. 34. Trip. 8 cap 13 & 5. cap. 36. 38.*

Hosius centenario maior moritur, de quo hæc feruntur.

Concilium Nicenum propè auctoritate sua confecit, Sardicensi quoque illud confirmanti egregiam operam præstitit. Sirmiensi vi adesse coactus, Arianæ formulæ verberibus compulsus subscripsit. Mediolanensi ab Hilario confirmatus non cessit. Inde ætate vacillante similitudinem substantiæ, non vnitatem in Hispania docuit. *Sulpitius & Isido. lib de Viris Illustr.*

Hinc fortasse Hosij deliramenta, apud Hilarium contra Constantium.

Valens Catholicam fidem Constantinopoli extinxisse videbatur, at vbi Greg Nazanzenus eò, è suo Episcopatu translatus est: pro paruo oratorio, in quo conuentus primum habuit, maximum accepit, & Ecclesiam latentem, quanta esset, ostendit. *Sozom. lib 6 cap. 17. Socrat. lib. 5. c. 7.*

Lucifer Sardiniæ Episc. schisma in Ecclesiam de non recipiendis Arianis in Sacerdotium, post eiuratum errorem cõtra DD. Hilarium & Damasum excitauit, non hæresim. *Aug. de hære. Gennad.*

Eius magna erat authoritas, vt qui se nunquam Ariani alicuius communione polluisset. *Hieron.*

Audæus anthropomorphita, *Epiph.*

Hvmana.

Valentinianus militum consensu factus Imp. post. 30. dies, Valentem fratrem consortem imperij & Augustum

Anni mundi.		Anni Christi.
4444		356
	Romanum, in quo Fœlix electus est Papa, & aliquot ab Ecclesia separati. plat. Isid tom 1. Conc Ab Arianis tamen fuisse creatum volunt. Ruf. & Hieron. in Acacio de Vir. Illu. & Marcell. comes contra Niceph. 9. cap. 35.	368
	Romanum aliud 48. Episc. Omnibus Episcopis esse ad concilium veniendum.	
	Seleucien se in Isauria contra Arianos eodem tempore ab Orientalibus Episcopis actum, quo alterum Arimini ab Occidentalibus in Italia. Socrates & Sulpitius lib. 2.	
	Hilarius quartum iam exilij annum in Phrygia agẽs interfuit. Duo salutaria obiens, vnum quòd Occidẽtalibus suspitionẽ Sabelianismi, ob Arianorũ falsos rumores laborãtibus, testimoniũ fidei rectæ perhibuit, alterum, quòd in refellendis Arianis socium se acrem exhibuit.	
	Biterrense contra Ariminense Concilij formulam, præside Hilario Illatum si ab exilio reuerso sub Iuliano Apostata Ipse lib. de Synodis.	
	38	
4456	* M. Foelix II. Romanus, an. 1.	368
4457	mens. 4. dies 2.	369
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Athanasio.	
	Antiochiæ Paulino.	

nominat.

Anni Christi		Anni mundi.
	Hierosolymis Cyrillo.	
	Constãtinopoli Eudoxio Ariano.	
	Principibus.	
	Valente Ariano, an. 13. Ori. & Valentiniano Catholico Occid. Impp. an. 11.	
	Sapore Persarũ nono rege	
	Sthẽden Æthiopiæ pret. Joso.	
	Clogio. Franc. Duce.	
	Conc. Laodicenũ contra Arianos cõfirmatum in Trullo. Isid. tõ. 1. Conc.	
	Lampsacenum. Eutrop. lib. 10. Niceph. 11. cap. 3. Hist. trip. lib. 7. cap. 12.	
	39.	
369	n S. Damasvs Lusitanus, an. 19.	4457
388	mens. 3. dies 11.	
	Vacat sedes dies 11.	4476
	Patriarchis,	

nominat. Repressit Alemannos & Saxones, quorum primùm hic fit in bellis mentio. Regnat annos. 11. Et circiter triennium Valens superstes fuit, in tugurio à Gothis concrematus.

Post eius mortem Gratianus & Valentinianus. 2. filij è Cæsaribus Augusti facti sunt, sed imperij sexto, ille Lugduni à Maximo Galliæ præfecto: hic Viennæ insidiis Arbogasti Gothorum ducis interfectus est. Ita vtrique eodem anno Theodosius Mag. quem Gratianus, dum viueret in imperij societatem asciuerat, successit.

n Pontificvm Romanorum vitas conscripsit, & opus ad sua vsque tempora perduxit, quas alij deinceps continuarunt. A Damaso ad Nicolaum primum Anastasius S.R.E. Bibliothecarius. A Nicolao. 1. ad Alexandrum 2. Guillelmus alter bibliothecarius. Ab Alexandro. 2. ad Honorium 2. Pandulphus Pisanus. Ab Honorio 2. ad Honorium 4. quidam anonymus ex Martini Poloni opere de vitis pontif. Ab eodem. Honorio vsque ad Vrbanum 6. Theodoricus Niem Germanus. Ab Vrbano 6. ad Martinum vsque quintum alius quidam incertus. Quousque Damasi liber, vt circumfertur, est perductus.

Multa alia scripsit. Extant aliquot eius epistolæ, ad Athanasium & alios episcopos Ægypti, ad Paulum Antiochenum, ad tria concilia Africę, Professio fidei Catholica &c.

Per seditionem obtinuit pontificatum contra Vrsicianum. *Ammi. Marcell. lib. 27.*

Vnde & sanguinariam eius ordinationem obiectant Augustino Pelagiani. *lib. 6. contra Pelagianos.*

Iudicio tamen Dei electum ait Ambrosius, *Orat. contra Symmachum.*

Bibliis SS. à Hieronymo versis primus dedit auctoritatem, cùm prius septuaginta interp. versionis vsus esset *Plat.*

Quod non obtinuit in psalmis, quoniam Clerus inueteratum cantum dedisce noluit. *Plat.*

Symbolum Constantinopolitanum in locum Niceni, cantari iussit ad Missarum solennia: quod vsque hodie perdurat. *Sigeb. Rupert. lib. de diuin. offic. cap. 21.*

In principio sacri, vt Confessio diceretur, instituit. Epistolas & Euangelia, vt nunc annuatim in Ecclesia leguntur, (per Hieronymum, *infra*) collegit. *Honorius lib. 1. cap. 88. citante Cassandro in Liturgia pag. 44.*

Ita desiit vetus versio, quæ erat 70. cœpit noua, id est, Hieronymiana. *ex D. Gregorio præfat. in Iob.* Hieronymi enim, qui de Hebræo in Latinum eloquium sacras scripturas tantummodò conuertit, editione generaliter omnes Ecclesiæ vsquequaque vtuntur, pro eo quòd veracior sit in sententiis, & clarior in verbis. *Isid. lib. de officiis.*

Eius tempore fuisse Cardinales docet Volater. lib. 22. Anthropologiæ. Innenio (ait) in antiquis tabulis apud Ecclesiam Aretinam Donationis cuiusdam Zenobij senatoris Romani, eidem Ecclesiæ vsque à tempore Damasi Pont. factæ, vbi est huiusmodi subscriptio, Et ego Io. S.R.E. Diaconus Cardinalis ex parte Damasi pont. laudo & confirmo. Itaque non video cur D. Hieronymus Damaso charus, non fuerit R.E. Cardinalis presbyter. nisi quòd non magnos habebat reditus, non onerabat Ecclesiam nimiis sumptibus, nõ erat &c. Non ergo placet, quod quidam scribunt nomen & dignitatem fuisse conditam à Benedicto 8. sub an. 1033 Nam & D. Gregorius Cardinalem sacerdotem commemorat, qui & Episcopus esse non desinit. l. 2. epist. 52 & 25. huic & dans vsum pallij lib. 7. epist. 5. Multa addere

Universidad de Deusto
Biblioteca

possem contra hæreticos, sed non sunt Chronologię. Aliud est insignia esse recentiora, vtpotè illis addita circa illum annum, deinde amplificata circa annum. 1250. ab Innocentio quarto, aliud Cardinalium rem & nomen veteribus fuisse incognitum. *Anni mundi* 4457.

Chorepiscopos sustulit, quos nunc suffraganeos, vel Episcopos portatiles appellamus. Episcopos, qui eis vtuntur, epist. 4. meretricibus docens esse similes, quæ statim (ait) vt pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti infantes suos, id est, populos sibi commissos istis educandos tradunt, vt pro suo lubitu voluptatibus sæcularibus seruiant, &c.

Chorepiscopos autem Onuphrius in Epitome Romanorum Pont. interpretatur coadiutores, vt Linum & Cletum ait fuisse Chorepiscopos, siue coadiutores Petri. Et sic sumere videntur Græci, vt Basilius Epistola ad Chorepiscopos, & Canon Nicenus & Antiochenus decimus & Synodus Neocæsarienſis.

Damasum rogauit Theodosius, vt alicui viro docto officium Ecclesiasticum committeret ordinandum, atque ita Hieronymo commendauit, qui Psalterium per ferias distinxit *Beletius ex hist. Longobardica.*

Cùm antea recto ordine diceretur, non habita ratione dierum & materiæ.

Atque hinc fortasse Canonicarum horarum institutionem ei, & D. Hieronymo & Ambrosio assignant Sigebertus in Chron. & Radulphus Tungrensis, quod & confirmet Psalmorum per totam Hebdomadam iam inde tum in Romana Ecclesia, tum in Mediolanensi distributio.

Sed refragatur ipse Hieron. qui epistolis ad Lætam & ad Demetriadem, eatundem horarum vsum non nouum, tum fuisse disertis verbis ostendit.

Quare & constitutio Apostolica memoratur apud Clementem, *lib. 8. const. c. 40.* & Cyprianus multo antè, earum institutionem confirmauit sub finem libri de Oratione Dominica, & Athanasius lib. de Virginitate, & Basilius in regulis fusiùs disputatis interrog. 37. & in Asceticis pag. 381. Græci exemp.

Gregorius Nazianzenius cog. Theologus, qui Constantinopolitanam sedem ab Arianis Episcopis purgauit & Catholicis reddidit in annos. 45. sub quinque aliis pontificibus Catholicis, Nectario an. 16. Chrysostomo 6. Atsacio 2. Attico 20. Sisinnio vno, vsque ad Nestorium.

Basilius Cæsariensis, qui sub annum. 379, Deo agit animã, quo obeunte Ambrosius Episcopus Mediolanensis fit in annos. 30.

Cæsarius Nazianzeni frater, Greg. Nyssenus Basilii, Euseb. Samosatenus.

Euseb. Vercellensis. Theotimus Scytharum Episcop. Timotheus Alexand. Cyrillus Hierosolym. Philaster, Eustachius, Exuperius, Ambrosius Mediola. Martinus Turon. de quo Niceph. lib. 9. cap. 16. Sozo. lib. 3. cap. 13. S. Romanus Gal. Vegetius, Eutropius, Themistius Philosophus, insignes scriptores.

Hilarius Phrygius vates.

Effrem eremita, qui circiter trecentas versuum myriadas composuit, ad Rythmos & numeros Harmonij hæretici, quæ in templis postea Syrorum cantari consueuerunt. *Sozom. libro 3. cap. 16. Theod. lib. 4. cap. 29. Niceph. lib. 9. cap. 16.*

Ambrosius ritum Antiphonarum, seu responsoriorum hymnorum, à Græca ecclesia in Latinam transtulit. *Sigeb. in Chron. Naucler. Isidor. lib. diuin. Off.* 4476

Alexãdriæ Athanasio deinde Petro 2. an. 7. Timotheo an. 7. Theophilo an. 27.
Antiochiæ Paulino.
Hierosolymis Cyrillo.
Constãtinopoli Eudoxio Arriano, mox Euagrio D. 1. Demophilo an. 10. Gregorio Nazianzeno an. 4. Maximo inuasore an. 1. Nectario an. 17.

Principibus.

Valentiniano quinquagesimo, Valẽte, an. 3 et eo exusto, Theodosio. 1. Magno an. 27. Orient. Gratiano & Valentiniano. 2. fratrib. an. 6 Occid. Impp. Sapore Persarum reg. Artaxerse 2. an. 4. Sapore 3 an. 5.

Sthenden Æthiopiæ, deinde Zacham, ann. 9. inde San. an. 13.

Clogio, & post eum, Marcomero Frãc. Duce. 388

Anni Christi. 383

CONCIL *Romanum de S. Spiritu contra Arium, Macedonium. Photinum, Auxentium, Mediolanensem & Appollinarem Hieron. in Chron. Isid. in Damas. Hist. trip. 9. c. 5. 12. 13. 14 16. cui interfuisse Theod. Imp. significatur apud Theod. lib. 5. c. 9. & D. Ambrosium, ibid. & ipse epist. 90. In eo additur Niceno symbolo, FILIOQVE, contra eos qui dicebant S. Spiritum esse filium filij, nepotem Patris; vt legi in quodam manu scripto libello Græco anonymo de S. Spiritus à filio processione à me verso sed nondum edito, quod conuenit cum Huz. Etteriano lib. 3 de process. Spiritus Sancti, ca. 16. Et cum Magist. Sent. lib. 1. dist. 11. Erat enim Beza, qui in suo nouo Testã. inter ea, quæ à Synodo Constãtin. symbolo Niceno addita fuerũt, hanc dictionem reponit, summa antiquitatis ignoratione.* *Anni mundi* 4471.

hymnorum, à Græca ecclesia in Latinam transtulit. *Sigeb. in Chron. Naucler. Isidor. lib. diuin. Off.*

Illorum primus auctor apud Græcos creditur fuisse Ignatius. *Socrat. 6 cap. 8. Niceph. lib. 13. c. 8.*

Orientis Episcopi Apostolicę sedi, tanquam filij debitam reuerentiam præstant. *Theod. lib. 5 c. 9. & 10.*

Sine Romani Episcopi, cuius ante omnia sententiam cognoscere oportet, neque Vincentij, quem ad Synodum Ariminensem loco sui miserat, consensu, Synodi nullam habent firmitatem. *Theod. lib. 2. cap. 22. in epistola Romani concilij.*

Diodorus Tarsensis Episc. Chrysostomi præceptor, neglectis allegoriis, simplicem rationem interpretandi scripturas celebrem reddidit. *Soc. lib. 6. c. 3. Sozo. lib. 8. c. 2.*

Scripsit præter innumera alia Chronicon, corrigens errorem Eusebij Pamphili de temporibus. *Suidas.*

Gratianus Imperator Episcopos Catholicos à Valente electos, ab exilio reuocat, Arianos sacris ædibus expellit, *Theod. lib. 5. cap. 2.* legem fert, vt cuncti subditi eam religionem retinerent, quam Damasus Rom. Pontifex & Petrus Alexãdrinus custodirent. *Sozom. lib. 7. cap. 4. l. Cunctos populos. C. de summa Trinitate, & fide Catholica.*

Pontificis Max. titulum sibi ab imperio oblatum recusauit, quòd penes ciuilem magistratum ius sacrorum esse negaret. *Zosim.*

Arianas de Deo disputationes lege vetuit. *Sozo. libro 7. cap. 6.*

Theodosium consortem imperij nominat, & cum eo. 4. regnat. Lugduni à Maximo interficitur. Hinc Maximus imperij vsurpator eos motus excitat, quos Ambrosius apud ipsum legatione fungens, Valentiniani nomine, explicat, epist. 27.

Moritur Athanasius an. 377. cum Episcopatum Alexandrinum pace belloque gessisset annis 46. post multiplicia illa pro Ecclesia certamina, quorum similia Episcoporum aut doctorum Ecclesiæ, neminem sustinuisse vnquam legimus. *Nazan. Socr. Sozo. Hier. in Chron.*

Nam præter quotidiana & continua exilia sub Constantio, latuit in puteo aquam non habente, in quo nunquam solem aspicere posset, sex totis annis, vbi suum Symbolum condidit. (*Naucl. 12. generat*) Toto ferè Iuliani imperio Alexandriæ occulitur, cùm per orbem ad necem conquireretur. Sub Valente continuos. 4. menses in paterno delituit sepulchro, &c.

Hieronym. Epistolas & Euangelia, vt hodie habet Ecclesia, colligit & ordinat Damasi iussu *Radulphus de canon. Obser. cap. Vltim. Belethius ration. diuin. cap. 57. Berno libr. de Missa.* cùm prius ex institutione Alexandri Epistola & Euangelium satis incertum legeretur. *Honorius lib. 1. c. 88. citante Cassandro in Liturgicis pag. 44.*

Extat liber, qui Comes dicitur à Pamelio magna diligentia vulgatus. Hoc verissimum ex eo intelligitur, quòd antea Patres vetustiores lectionum duntaxat meminerunt in genere, vtriusque testamenti, post Damasum etiam certarum lectionum Apostolicarum & Euangelicarum, vt Ambrosi. Aug. Leo Pap. Saluianus, Cæsarius, Chrysologus, quorũ etiam quatuor posteriores translatione D. Hierolymi vsos constat.

Hieronymus aliqua alia in ecclesia instituit, vt etiam ipse D. Gregor. notat epist. 1. ad Ioan. Syracusanum, quam citat Amallaricus, *lib. de officiis Ecclesiæ. 4. cap. 33.*

In chartis Ecclesiasticis iuuit Damasum, & Orientis atque Occidentis consultationibus respondit, *Ipse epist. ad Geruntiam.*

Illyricum, de Trinitatis vnitate, Theod. 4. cap. 9. Hist. trip. 7. c. 8. 377 4463

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romam cum Paulino Antiochię & Epiphanio Cyri Epiſcopo, eum traxit eccleſiaſtica neceſſitas. *Ad Paulin.*

Auctor fuit nouæ Latinæ editionis, quam & ipſi Hebræi fatebantur eſſe veracem. *Auguſt. lib. 18. de Ciuitat. cap. 43.*

Quam Apoſtolica ſedes iam inde à Damaſo vulgatam fecit, cum antea varia è. 70. interpretibus expreſſa conuerſio in pretio eſſet. *Platina in Damaſo Greg. præfat. in Iob, & lib. 20. in Iob. c. 23. & præf. Moralium. cap. 5. & lib. 11. Sic Iſid. lib. 2. & 6. Etymol. cap. 5.*

Vnde eius præfationes & argumenta, ſingulis libris præfiguntur huius editionis, propter quam & cum qua cõſcripta ſunt. *Ipſe ad Auguſt. epiſt. 11. inter epiſtolas Auguſtini.*

Quare & illam ei tribuunt Hebræi, R. Selomo ſæpius, nũquam eum ſine laudis præfatione nominans, & interdum ad locorum aliquorum explicationem allegãs, titulo חכם הסדרים *Sacerdotũ.* R. Ioſeph Albo lib. 3. hikkarim, 25. eum חכם הפרשן *ſapientem tranſlatorem* appellans. R. Kimhi in Pſalm. 110. Elias in Tisbi, & in Rad. שוע apud Kimhi ſub nomine חכם תרגומינו *ſapientiũ vel docti Hieronymi.*

Damaſi decimus annus, fuit & vitæ & imperij Sapotis Perſarum regis noni ſeptuageſimus & vltimus.

Saracæni & Gotthi fiunt Chriſtiani. *Socrat. 4. cap. 33. & 36.* & lab untur in Arianiſmum. *Iornand. de reb. ceti. & Ab. Vſpergenſis.*

Meſſaliani, qui Pſalliani, Euchitæ q. orantes & Enthouſiaſtæ. i. Deo afflati, vocantur, negant carnem Domini prodeſſe vel obeſſe ſumptam in ſacramento Euchariſtiæ. *Theod. 4. cap. 11.* ſemper orant, docent Baptiſmum non conferre gratiam, nec expiare peccatum, nec opus eſſe ieiunare, & à cibis quibuſdam abſtinere. *Hiſt. trip. 7. cap. 11. Damaſce. de hæreſ. Auguſt. hær. 57. Theod. lib. 4. fab. hær.*

Vocantur & Valentiniani, quòd his Valentini & Valentis temporibus pullulauerint. Item Bogomili. *Hermenopolus. lib. de ſectis.*

Vigilantius & Iouinianus hæretici, ille SS. venerandos & orandos, eorum item reliquias oſculandas & ſepulchra veneranda negat: ceremonias eccleſiæ, vt cereorum accenſionem, ieiunia (Hieron. ad Ripatium) deſpuit: continentiam hæreſim, pudicitiam libidinis ſeminarium eſſe (libro contra Vigilantium) hic damnat delectum ciborum: monachis & monialibus poſt votum nuptias permittit: aſſerit peccata omnia eſſe æqualia: virginitatem eiuſdem eſſe meriti cum coniugio: liberum eſſe hominem poſt Baptiſmum ad bene agendum, ſed non ad peccandum: nullam meritorum diſtantiam fore in futuro ſæculo: eum ideo anathematizat *Aug. de temp. in feſto Trinit. ſerm. 3. & lib. de hæreſ. in eos ſcripſit Hier tom. 2. & ad Ripar.*

Heretici Neſtoriani negabant Corpus Chriſti eſſe in ſacramento, niſi in ipſo vſu. *Cyril. epiſt. ad Cacoſyrum, & Tho 3 par. q. 72 art. 10.*

Heluidiani Virginitatem D. Mariæ oppugnantes *Aug. de hær. Hieron.*

Nihil in doctrina Catholica à tempore Apoſtolorum ad hanc vſque ætatem immutatum fuit, maximè Romæ. *Io. Caluinus Inſtitu. Gallic. lib. 4. cap. 2. ſect. 3. & epiſt. ad Sadoletum.*

Statue tibi quæſo (inquit) ob oculos veterem illam Eccleſiæ faciem, qualem Chryſoſtomi aut Baſilij ætate apud Græcos, Cypriani, Ambroſij, Auguſtini ſæculo apud Latinos extitiſſe: ipſorum monumenta fidem faciunt.

HVMANA.

Athanaricus, anno primo Damaſi. i. 369. electus dicitur in regem

Anni mundi.		
4471	*Aquilienſe, præſente D. Ambroſio contra Palladiũ & Secundinũ Arianizantes, (quod Beza & alij perperam exiſtimant fuiſſe Vniuerſale.) Ex Gallia & Italia.*	
	Valentinum in Gallia, epiſc. 30. ſub Gratiano, cui Fagadius, ſiue Sabadius ep. Agẽnenſis præfuit. Iſid.	
	Mediolanenſe paucorum Epiſcoporum, contra hæreſin Iouiniani, qua negabat Mariam in partu fuiſſe Virginem. i. peperiſſe Chriſtũ integris virginalibus clauſtris. Ambroſ. epiſt. 80. & 81. Aug. de hæreſ. c. 82. & lib. 1. contra duas literas Pelag. cap. 2.	

Anni Chriſti.		Anni mundi.	
	Cæſarauguſtanum in Hiſpania cõtra Priſcillianiſtas. Sulp. lib. 2. hiſt.		regem Gotthorum ſiue Getarum. A quo rerum Hiſpanicarum ſcriptores Gotthorum reges numerare incipiunt, anno. 5. Valentis. *Iſid.* qui Chriſtianos crudeliſſimè eſt perſecutus, vt eorum plurimi in Romanum ſolum fugerint, tanquam ad fratres. *Oroſ. lib. 7. cap. 19.*
	Schiſma 2.		Rebus deinde inter ipſum & Fridigernum diuiſis, Gotthi ſe mutuis cædibus attriuerunt.
	Vrſinus, ſiue Urciſcinus ſedit in ſchiſmate contra Damaſum. Ruf. 2. cap. 10. Ammia. Marcell. lill 27.		Athanaricus autem rerum potius, à Valente miſſis ſacerdotibus hæreticis Arianiſmo cum tota ſua gente imbuitur, quo gens infecta fuit per 213. annos, id eſt, vſque ad Ricaredum à Leandro Hiſpalenſi conuerſum, *Iſid.*
	40.		Tranſito Danubio, Valenti ſe dedentes Gotthi, Thraciam habitandam accipiunt, ſed ſeruitutis impatientes mox rebellant, & Valentem bello ſuperatum in villula exurunt.
388	O S. SYRICIVS, alias VrſinusRomanus, an.	4476.	Terentio Duci Maximo, à victoriis ex Armenia reuertenti, Eccleſiam vnam Antiochię Catholicis petenti, Valens denegat, atque aliud petere iuſſit. *Niceph. libro Vndecimo capitel. 11. cap. 49.*
403	15. menſ. 11. dies	25. 4495	Gotthi ab Hunnis gente Scythica ſuis ſedibus expelluntur. *Niceph. lib. 11. cap. 48. Bonſi. 2. dec. 1.*
	Vacat ſedes dies 20.		Hunnorum gens Barbara prius incognita, ſubito Valente Imperatore emerſit, ex Aſia tranſiens in Europam, Cimmerio Boſphoro è limo, quem Tanais fluuius conuehebat, terra conſtrato, Scythas trans Iſtrum habitantes inuaſit, id eſt, Gotthos, Taifalos, &c. *Zoſim. lib. 4.*
	Patriarchis,		Valens & Valentinianus ſtudiis religionis, ſæuiente Arianiſmo inter ſe diſcordant, vt paulò antè Conſtantius & Cõſtans, & mox Valentiniani filij Gratianus & Valentinianus minor.
	Alexandriæ Theophilo.		Nam Catholici fuêre Conſtans, Valentinianus maior, Gratianus.
	Antiochiæ Paulino, deinde Flauiano, an.	34.	An. 385. Maximus militum præfectus Gratiani Imp. in Britannia militari fauore imperator aduerſus Gratianum ipſum appellatus, tantas mox opes adeptus eſt, vt ex Britannia in Galliam penetraret, ac Gratianum Treuiris fugientem, apud Lugdunum occiderit, & Gallias Hiſpaniáſque ſibi adiunxerit. *Sulp. lib. 2.*
			Apud quem legationis munere fungitur, nomine Valentiniani Iunioris Ambroſius, *ipſe epiſt. 27. & ſeq.*
			Occidentis imperium occupauit annis quinque, ſequenti obiit Damaſus.
			Valentinianus. 2. à ſuis cubiculatiis Viennæ Gallorum occiditur.
			Theodoſius à Gratiano imperator Orientis creatus, à Miletio Epiſcopo Antiocheno, faſcibus imperialibus exornatus eſt & Diademate coronatus. *Sigeb. in Chronico.* Vel potius à Paulino.
			Certè apud Zonaram ex verbis Ambroſij, quibus Theodoſium, cùm Synagogam conſtrueret, aggreſſus eſt colligitur, ab aliquo ſacerdote diademate fuiſſe decoratum.
			Atque hîc primùm hunc morem coronandi Romanos principes reperio, niſi quòd Ambroſius epiſt. 33. ex veteri iure donata à Sacerdotibus imperia, non vſurpata teſtatur.
			Hinc Alanos, Gotthos & Hunnos vicit, fudítque. Cum Perſis pacem pepigit. Maximum tyrannum apud Aquileiam extinxit, Victorem eius filium necauit. Eugenium alterum tyrannum atque Arbogaſtem oppreſſit. Optimis legibus imperium rexit, vt cum lege miniſteria laſciua, pſaltriaſque comeſſationibus adhiberi prohibuit. conſobrinarum nuptias vetuit. Sícque in pace vtrumque imperium Arcadio & Honorio reliquit, corpore eius Mediolano, vbi exceſſerat, Conſtantinopolim tranſla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to Augusto, Traiano & cæteris principibus melior, &c. *Ex Sexto Victore Pagano.*

Gothi mortuo Athanarico, illius ditioni se subdiderunt. *Oros & Isidor.* — Anni Mundi 4476.

Sed post Alaricum regem creant, de quo mox.

Romani Gallique Franconiam inuaserunt. Clodio in prælio cecidit. *Eut lib 10. Tritte.*

Ammianus Marcellinus historiam Romanam ab anno Christi. 98. vsque ad. 382. pertexit. Sextus Aurelius Victor ab Augusto, vsque ad mortem Theodosij siue annum Christi 400.

o QVATVOR reliquit epistolas, quarum vna damnat Iouinianum.

Priscillianistæ in Hispania præsertim, quorum auctor sæculi gladio percussus est. *Sulpicius. Hier. in Chron.*

Heluidiani siue Antidicomarianitæ. *Augustinus de hæres. Epiph.*

Dorotheus hæreticus, à quo Pfatyriani, siue Gotthiani, Meliuiani, Patriciani, & Symmachiani. *Epiph.*

Priscillianus in Hispania, Gallęcia ex Manichæorum & Gnosticorum dogmatibus hanc sui nominis hæresim condidit. *Prosp.*

Magicas artes ab adolescentia nouerat Præcipuè autem mulieres deprauauit, quòd rerum nouarum studiosæ, quòd fide imbecilla & curioso ingenio sint. *Sulp. lib. 2.*

Romam venit cum turpi fœminarum virorúmque comitatu, Damaso se purgare cupiens, sed ne in conspectum quidem eius admissus est. Regressus Mediolanum æquè sibi aduersantem Ambrosium reperit. *Ibid.*

Eius sectatores ad occultandas contaminationes, & turpitudines suas habebant in suis dogmatibus hæc verba *Iura, periura, secretum prodere noli. Aug in lib de hæres.*

Verbum perfectionis & scientiæ sibi vendicantes, soli cum solis clauduntur mulierculis, & eis inter coitum, complexúsque decantant, &c. *Hier. contra Pelagian.*

Abylæ fuit Episcopus, non Phœnices in Syria, vt putauit Erasmus in Epist. Hieron. ad Ctesiphontem, sed Hispaniæ, vt ex Aug. patet.

Damnatus prouocauit ad Maximum tyrannum, auditus Treueris, eius gladio punitus est. *Hier. in Chron.*

Epiphanius Salminius in Cypro. Theophilus Alexandrinus, Synesius Cyrenaicæ Episc. Optatus. *ipse lib. 2.* Hychius presbyter, Paulinus cognom. Humerius, Pacianus Barcinonensis, Fœbadius Agennensis, Delphinus Burdegalensis, Pontius apud Ausonium. Claudianus poeta. Exuperius Tholosanus.

Iussu Theodosij fana Paganorum à Iuliano Apostata & Valente aperta clauduntur, & sacrificia prohibentur, pecunia, quæ ad ea è fisco ministrabatur, denegata. *Zos. lib. 4. Theod. li. 5 ca. 20.*

Ad senatum, qui patriis sacrorum ritibus inhærebat, orationem habuit, vt Christianam fidem amplecterentur. *Ibid. in fine.*

Arianos, cum per annos. 40. oratoria Constantinopoli tenuissent, vrbe expellit. *Socr. lib. 5 ca. 7.*

An. Christi 400 præfinitè D. Ambrosius mortuus est, quo anno etiam D. Ioannes Chrys. Patriarcha Constantinop. creatus est. Quare putarim ex Ambrosio, Chrysostomum sua commentaria in epistolam ad Hebræos deduxisse, non contrà.

Per Iouium & Gaudentium comites, omnia Idolorum templa spoliata Theodosij imperio. Symmachus reiectus, qui aram Victoriæ in senatu restitui procurabat. *Prosper parte. 3 de promiss.* — Anni Mundi 4491.

Hierosolymis Cyrillo, mox Ioanne 2. an. 29. — Anni Christi. 388

Constantinopoli Nectario, deinde Ioanne Chrysostomo an. 6. mens. 3. dies. 26.

Principibus.

Theodosio Mag quinquagesimo quarto cum Valentiniano 2. an. 7. post necem Maximi in Imperium restituto, & eo mortuo cum filiis Honorio & Arcadio Impp. an. 3.

Satore 3. deinde Varanane an Cog. Cermasat. an. 11. hinc, Isdigerde an. 21. Persarum. — 403

Anni Christi. 388

San Æthiopiæ, deinde Igga an. 18.

Marcomero Franc. Duce.

CONC. Carthaginense 2 in Trullo confirm. in quo canones 12. editi sunt.

Romanum.

Burdegalense contra Priscillianū præsente S. Martino. Sener. lib. 2. Prosper in Chron.

Telense contra Iouinianum. Isid. Tom. 1. Conc.

Carthaginēse 3. Episc. 44. in quo can. 49 cui interfuit Augu Prosper in Chron. confirmatum in Trullo. — 403

Anni mundi. 4476

Promiss. ca. 38.

Nectarius Constant. patriarcha sustulit Pœnitentiarios, quorum scilicet munus erat publicam & solennem pœnitentiam iniungere, abrogans pœnitentiam publicam, id est, publicam confessionem & satisfactionem, occasione cuiusdam mulieris, quæ iussa cum ieiúnijs & oratione in Ecclesia permanere (id est, publicè pœnitentiam agere) vitiata fuerat. Sicque publicam confessionem & satisfactionem in priuatam vertit. *Hanc interpretationem probat Spenceus cen. 7. Apophtegmatum è sotio. libro 7. cap. 16. Socr. libro 5. cap. 19. Niceph. libro 12. cap. 28.*

Eam Confessionem quod imitatus Leo magnus in Occidentis partibus paulo pòst, sufficit (inquit) deinceps reatus conscientiarum solis sacerdotibus indicare confessione secreta, & remoueatur tam improbabilis consuetudo &c. Epist. ad Episcopos per Campaniam & Piscenam.

Sub an. 400. obit D. Martinus tot miraculis in Gallia clarus, vt veteres Galli ab eius obitu passim annorum suorum enumerationem duxerint.

Eodem anno moritur D. Ambrosius, cui succedit Simplicianus, quem Augustinus initio sui Episcopatus consulit de Iacob electione & Esaü reiectione, contra Pelagianos. *Prosper respon 1. ad excepta Genuensium.*

Augustinus deinceps viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei Pelag Catholicam aciem duxit. *Idem præf. lib. de Gratia contra Collatorem.*

Hinc min ster Gratiæ & admirabilis gratiæ prædicator, ab eodem passim dicitur.

Præter Pelagianos confecit Manichæos, Donatistas & Arianos. Nam eius cùm adhuc esset presbyter conflictatio fuit publica duobus diebus cum Fortunato Manic. in vrbe Hipponensi, adhibitis notariis, qui singula exciperent, in qua infœlix Fortunatus non fuit conuersus, sed tantum perculsus. Altera in eadem vrbe, tribus diebus cum Fœlice Manichæo, sed exitu fœliciore. Tertia fuit celebrior in eodem etiam loco, cum Maximiano Ariano, sed nullo successu. Extant harum collationum acta apud Aug. Quarta Carthagini cum Pascentio comite Ariano, vbi Laurentius iudex epistol. 174. & 178. Quinta cum Donatistis de Ecclesia, quam, Balduinus emendatam & illustratam edidit. Sexta cum Fortunio Episcopo Donatista, &c.

HVMANA.

Theodosius senior exemplo Constantini magni Cyclum Paschalem ordinandi curam mandat Theophilo Alexandrino Episcopo & mathematico: & inter Mathematicos, qui in Ægypto erant celebertimi, versanti. Ille Cyclus dicitur Alexandrinorum & Græcorum, cui dum non acquieleret Innocentius in Epist. ad Aurelium Carthagi. Episcopum tempore Augustini, Dionysius Abbas Romanus, item Mathematicus, ad suum, quem tamen paucis mutatis ex illo Alexandrino duxerat, paulò post rempore Leonis Magni, vel iuxta alios Bonifacij nostros auslucfecit. *Ex Stofiero & computorum Eccl. auctoribus.* Ea Theodosij ætate Olympiades desierunt celebrari, & earum loco substitutæ sunt Indictiones. *Cæsenus.* Ex constitutione Constantini, *suprà.*

Rei militaris duces, tribunos, cæteróſque præfectos duplo plures constituit. Vnde factum, vt fiscus nimis annonis grauaretur. Nam quilibet eorum non partem suam, sed lucrum integrum, ac si pauciores fuissent, col

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligere volebat. *Zosimus lib 4. Si impio credendum* Cum contra grauationes subditorum veritus, multis è suo restituit. *Victor & ipse Paganus.*

Postremus Romanum Imperium integrum, in Occidente & Oriente tenuit. — Anni mundi. 4476 — Anni Christi. 388

In schola Romana tres Oratoriæ, decem Grammatices, quinque Sophistas siue logicæ professores, vnum Philosophiæ, duos iuris & legum doctores instituit. *leg Vniuersos, Cod. de studiis liberalibus vrbis Romæ.* Edictum hortatu Amphilochij Episcopi conscribit, quo Ariani ex vrbibus eiiciantur. *Theod. lib 5. c. 16.* — *Carthag. 4. cui subscripsit Aug. Tom. 1. Cōc. habet can. 104. confirmatum in Trullo.*

Leges scripsit, quibus mandabatur lucorum Idolis dicatorum destructio. Constantinus enim sacra dęmonum prorsus sustulit. Fana tamen non subuertit, sed inaccessa esse iussit. Quod continuarunt filij. Iulianus impietatem renouauit. At Iouinianus paulò post Imperium adeptus, rursum simulachrorum cultum prohibuit. Quibus legibus Valentianus Europam gubernauit. Valens verò cunctis aliis, quam delegissent religionem, permisit, cum solis autem Catholicis bellare nunquam cessauit. Toto igitur ipsius Imperio, in aris ignis ardebat, simulachra libationibus ac sacrificiis honorabantur, in foro publicæ epulæ dabantur, initiati orgiis Bacchi cum parmis cursitabant, canes discerpentes, insanientes, bacchātes, & alia idololatrica peragebantur. Huic succedens Theodosius, ista omnia funditùs euulsa sempiternæ obliuioni tradidit. *Theod. lib. 5 c. 20.*

Idolorum ergo cultus, qui Constantini constitutione deinceps negligi & destrui cœperat, Theodosio imperante collapsus est. *Ruff lib. 2.*

Isdigerdes persecutionem decimam quintam mouet in Perside, quæ annos 30. durauit. Nam continuatur à Gororane filio. *Theod lib. 5. c. 39.*

Symmachus vrbis præfectus Idolorum pontifex minor, & quidam Romani Gentiles veterem religionis vsum fieri, aram Victorię quam Gratianus euerterat, in curia Romana restaurari, vestales de fisco ali postulant apud Valentinianū. 2. His respondet Ambrosius duabus epist. 30. & 31. & obtinet. Relationē suam orationē siue epistolam vocabat Symmachus.

Theophilus Alexandrinus præter cæteta, Cyclū de obseruatione Paschæ, per cētū annos digessit: & Laterculū inscripsit.

Idque propter exortas de celebritate Paschæ, inter Latinos & Græcos controuersias, quòd Latini iuxta Conciliū Cæsareæ Palestinæ nollent vnquam Pascha excedere vigesimum primum Aprilis: ne illud celebrarent mense immundorum, id est, secundo. Cum enim æquinoctium à Patribus Nicenis esset fixum. 21. Martij, & inter. 21. Martij & 21. Aprilis sit mensis integer, id est, dies 30. quicquid illum limitem excedebat, contendebant ad secundum ab Æquinoctio mensem, in lege immūdis ad celebrandū Pascha assignatum, pertinere.

Quæ interim contentiones, etiam si interueniset Ambrosius epist. 83. per hunc Theophili Cyclum non ita sunt oppressę quin adhuc renatæ sint sub Innocentio, Hilario, Leone, donec res composita per Dionysij Abbatis Cyclum, de quo suo loco.

Idque, quia intercalationes non fiebant apud vtrosque eodem modo & anno. Quod fere bis recurrebat intra 19. annos, dum in Aurei siue Chaldaici numeti dispositione inter se differrent. *E Stoflert Romano Calendario.*

Marcomerus Francor. Rex Gallias inuadit, ac omnia loca quæ Maximus occupare creditur præter Armoricaam siue Britanniam minorem, quo cæso à Valentiniano regnum penes duces aliquandiu fuit. — 4491 — 403

Anni mundi. 4476

ANNVS Domini CCCC. quo præfinitè Arcadius & Honorius, & apud Persas, Isdigerdes adeunt imperium, D. Martinus & Ambrosius moriuntur, Ioann. Chrysostomus pontificatum Const. Augustinus Hipponensem suscipiunt.

HOC quarto sæculo continuatio doctrinæ sic habuit. Missæ Basilij, Ambrosij, Cyrilli Hierosolymitani, Damasi, & Hieronymi in libro, qui inscribitur Comes, eius ritus apostolici apud Basil. cap. 17. de Spiritu sancto. liberum arbitrium. Athan. contra gentes. Basilius lib. 3. contra Eunomium, Nazianzenus oratione coram Gregorio patre habita. Epiph. lib. 1. Panarij, manifestum est clarúmque ac minime ambiguum, quòd liberum arbitrium exhibuit nobis Deus, &c. Hieron. Epist. ad Ctesiphontem, ad Demetriadem. In Es. lib. 3. & alibi, qui tamen cōtra Pelagianos scripsit. Nyssenus lib. peculiari, de lib. arbitrio. Lactantius & cæteri. Iustificationē non excludere præsentē dispositionem, vel futura bona opera. Ephrem lib. de vera pœnitentia. Hier. lib. 8. com. in Esaiam & in 4. Daniel. Hinc bona opera partes iustitiæ, Nyssenus orat. 2. de amandis pauperibus vocat. Præstandum enim aliquid esse ex proprio, Hilar. cap. 7. in Matt. & in præf. in Psalmos. Nazianz. orat. de pauperum cura. Amb. epist. 82. Bona opera. castitas, continentia, humilitas, obedientia, cæteræque virtutes animæ pennæ sunt, quibus ad Deū subuolat, Ephrē lib. de beatit. animæ c. 2. & in lib. de extremo iudicio, & Ser. de virginitate. Athan. Apol. ad Constantium. Basilius Ser. exhortatorio de renuntiatione huius sæculi, & lib. de virginitate & in Asceticis: Theophil. Alex. lib. 3. Pasc. Denique tota hæc ætas sanctis operibus plurimum tribuit. Imagines, Prudent. Περὶ στεφάνων carmen de Casiani imagine posita, super memoria martyris. Nazianzen. 40. epist. ad Olympium exempl. Græci. 49. Latini, tempore suo templa statuis (ἀνδριάσι) exornata fuisse. & lib. de insomnio de Anastasiæ Ecclesia σὺν τοῖς γὰρ μεγαλαυχῆ ἕδος ζείσιο μαθηταῖς, πλευραῖς τετρορύποις τέτρυχα τεμούϑιον. Cum quibus etiam est superbum templum Christi discipulorum, lateribus crucis pictura figuratis quadrifariam insectum. de imagine Crucifixi Athanasius librum edidit. Imaginem Christi à Iuliano Apostata euersam, Christiani in Ecclesiam referunt. Sozo. lib. 5. cap. 21. Constantinus signū Crucis sibi monstratum in cœlo in militaria vexilla transformat, in dextra sua signum aliud crucis ex auro fabrefecit. Eus. 1. vitæ eius. Probiano nolenti crucem adorare, Deus apparens signum monstrauit crucis: quod erat positum in altari eiusdem Ecclesiæ. Idem lib. 2. Crucifixi imago in aditus imperatoris posita cum gemmis &c. lib. 3. Nyssenus orat. in Sanctum Theodorum imagines esse idiotis & simplicibus instar librorum, quod Gregorius magnus apud Latinos repetiuit lib. 7. epist. 104. ad Serenum, De Sancta Cruce. eius inuentio fuit huius sæculi, Ruff. lib. 1. cap. 7. & 8. Amb. de obitu Theod. Euseb. in Chron. & de vita Const. Hieron. Indéque distributio in maiores partes, ad quas adorandas semel in anno vndique concurrebatur, præsertim Hierosolymam, Paulinus Nolanus epist. 11. ad Seuerum Sulpitium. Item in particulas, adeo vt ligno S. Crucis tota continens repleta sit, Cyrillus Hierosolym. catech. 4. propter tot per orbem fragmenta credita se multiplicare, & habere imputribilem virtutem & indetribilem soliditatē, Paulinus Ibid. Cætera Prud. Hymno ante Somnum. Ephrem de armatura spirituali c. 2. & lib. de pœni. c. 3. &c. Primatus Romani Pontif. Ambrosius 1. Tim. 3. vbi Damasum vocat rectorem eius Ecclesiæ, quæ Domus Dei & Columna & firmamentum ab Apostolo dicitur (. i. vniuersalis) nam talem illo loco describit Apostolus. Hiero. passim. Concilium Nicenum, &c. De pœnitentiæ partibus, Exomologesi, contritione, satisfactione. Ephrem. lib. 2. de compunctione cordis c. 3. Hilar. in Ps. 118. ad illud, Exitus lachrimarum transierunt oculi mei. Pacianus ad Sempronianū. Epiph. in Panario & quotquot scripserunt libros, sermo, tractatus, homilias de pœnitentia & aduersus Nouatianos & Meletianos, qui negabant sacramentum pœnitentiæ esse in Ecclesia. Veritas corporis & sanguinis domini in Eucharist. & transfubst. Athan. lib. de Christi imagine. Nyssenus in orat. catechetica, qui & tractatum scripsit de trāsmutatione corporis & sanguinis domini apud Niceram lib. 18 orthodoxiæ Cyrillus in mystagogicis. Et quotquot illa ætate huius mysterij meminerunt, quorum testimonia Garetius in librum collegit, Tonstallus & plerique alij. Missam esse sacrificium. Nazian. 1. in Iulianum. Mox sacrificij incruenti oblatione manus commaculat. Amb. ep. 33. Missam facere, offerre, offerre sacrificium. Item precatione prima præparatis missam. lib. 4. de sacram. lib. 1. offic. 48. Athanasi. q. 34. ad Antio. Euse. lib. 1. cap. 10. de Demonst. Concil. Nicenum 14. can. Hieron. epist. ad Heabiam & ad Euagrium. Tota denique illa ætas, vt Roffensis, Sanctius, Canisius & alij demonstrarunt. Missarum solennia & ritus. In Liturgia Basilij. In Missa Ambrosij, libris eiusdē de sacra. & de præparat. ad Missā. in Comite D.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni Christi.

Hier. Apud Basil. c. 27. lib. ad Amphiloch. de spirit. S. quod caput veteres Ecclesiæ traditiones multas complectitur, *Cyrill. Hieroso. in Mystagogicis, cum cæteris, quorum sententias collegerũt Cassander & Pamelius in Liturgicis.* Confirmationis sacramentum. *Amb. lib. 3. de sacram. c. 2. sequitur spiritale signaculum, quod audistis, hodie legi: quia post fontem (baptismatis) superest,* 447 *vt perfectio fiat, quando ad inuocationem sacerdotis, Spiritus Sanctus infunditur, spiritus sapientiæ &c. Septem q. virtutes spiritus, &c. Istæ sunt virtutes, quando consignaris.* Inuocatio sanctorum. *Athana. de incarnatione verbi & in Euang. de S. Deipara, & de interpr. Psalmorum. Basil. oratio. in 40. martyres. Nazian. in fine orat. in laudem Basilij & orat. in Cyprian. Vbi & virgo quædam amata à Cypriano tunc Mago, inuocatione D. Virginis ab eius amore seruatur. [Quidam negant D. Cyprianũ illum fuisse cui crimen illud magiæ tribuatur, sed alium quendam.] Amb. in lib. de viduis. & in precatione 2. præparantis Missam. Prudentius in hymno Laurentij, de 18. martyribus, de Vincentio, de Cassiano. Hierony. de ea scripsit contra Vigilãtiũ, &c. Ephrem. lib. de compunct. cordis. 1. c. 13. Totum denique illud sæculum, vt Esselsius docuit lib. peculiari, Canisius in maiore Catechismo & alij.* Mortuis viuorum preces prodesse, & purgatorium. *Epiph. hær. 75. contra Aerium, qui id negabat. Lact. li. 7. c. 21. Prud. in Hamartigenia. Hiero. lib. 18. com. in Esaiam & lib. 4. c. 4. & Marc. 9. Nyssenus lib. de anima & alibi, Chrysostomus & Basilius in Liturgiis & alibi. Athanasius librum peculiarem condidit de dormientibus citatum passim à Græcis, vt Damasc. libro eiusdem tituli. Basil. com. in 9. Esa.* purgatorius ignis, *item expurgatio. Denique, quoniam hæc ætas præcipue abundat libris & scriptoribus omni exceptione maioribus, ex hac maximè decerpitur, quicquid facit ad doctrinæ veteris contra nouam, confirmationem. Quod & Centuriatores cum magno pudore & conscientiæ fremitu confitentur Cent. 4. c. 4. de doctrina, colũ. 291. & seqq. c. 5. de hæresibus, seorsum Donatistarũ, col. 376. Aerianorum 401. & c. c. 6. de Ritibus & ceremoniis. col. 406. & seqq. per totũ. cap. 7. de Politia & gubernatione Ecclesiæ col. 483. & seqq. aliis. cap. 9. de Synodis. col. 610. & seqq. c. 10. de Episcoporum & doctorũ vitis col. 881. & seqq. cap. 11. de Hæreticis co. 1338. vt in Vigilantio, Aerio pugnarũt Arianos, Eustachianos, Aerianos, Iouinianum, Messalianos, Vigilantium, Martianũ, Heluidium* isti *s Centuriatoribus & Caluinitis planè sunt doctores papistici.*

Anni mundi

RELIQVIT epistolam ad Episcopos Germaniæ & Burgundiæ. *Tomus primus Concil.*

Instituit vt sacerdotes, quoad Euãgelium recitaretur, non recti, sed curui siue cernui starent. *Vualphridus l. de rebus Eccles. gest.* 4491

Hieronymus à Petro Apostolo incipiens & in semetipsum desinens, 135. virorum illustrium ecclesiastica volumina contra Porphyrium & Iulianum Augustum descripsit apud Bethlehem, qui imperitos dicebant Christianos. hoc opus deduxit vsque ad 14. Theodosij. 4494

Eò Paula Hieronymum secuta, in Syria tria monasteria Virginum, & vnum virorum, cui ipse præfuit, condidit.

Apollinaris Laodicenus Antiochiæ tanta laude docet, vt à S. Hieronymo iam sene discendi causa adiretur. *Hieron. epist. ad Pammachium.* sectam introducit, quæ filium Dei assumpsisse animam rationalem negaret. *Tripart. lib. 5. c. 44. & 9. cap. 3.*

HVMANA.

Arcadij & Honorij primus est Domini quadringentesimus.

Ruffinum Arcadio, Stiliconem Honorio tutores adiunxit Pater moriens, Gildonem Africæ præposuit, qui regni cupiditate ad perfidiam impulsi, tandem interempti sunt.

QVINTVM SÆCVLVM.

41.

* S. ANASTASIVS I. Rom. an. 3. dies 10. 403

Vacat sedes dies. 21. 406

Patriarchis.

Alexandiæ Theophilo.

Antiochiæ Flauiano.

Hierosolymis Ioanne secundo.

Constantinopoli Ioanne Chrysostomo.

Principibus.

Arcadio imperatore Orien. quinquagesimo-quinto, an. 13.

Anni Christi

Honorio, an. 31. Occid. Imp.

Isdegerde, an. 21. Persarum.

Igga Æthiopiæ pret. Ioso, an. 18.

Dagoberto Franc. Duce.

Anni mundi.

Stilico affectans filio suo Eucherio imperium, omnes barbaras nationes ei infudit, & lacerationis eius auctor fuit. Solus Zosimus eum à crimine liberat, quòd Paganus Eucherio Paganis addicto fauerit.

Cum Honorius & Arcadius Getis siue Gotthis stipendia à patre constituta, qui eis vsus fuerat contra Maximum & Eugenium, pendere nollent, Ragadaisus ducenta eorum millia in Italiam duxit. Stilico Henetus contra eos attraxit Burgundos, Sueuos, Alanos & alias gentes mari Baltico vicinas. Captus igitur Ragadaisus ad Fesulas strangulatus est, captiuorum greges singulis aureis venditi sunt, reliquiæ regem creant Alaricum, cum quo pacisciturSilico, vt in Galliam transeat.

Per totum imperium Idolorum templa dirui Arcadius, Honorius, Theod. Impp. præcipiunt. *Sigeb. & leg. 3. 4. 5. & 8. cod. de Paganis.*

Ragadaisus Gotthorum rex cum suis, 200. armatorum millibus in Fesulanorum montium verticibus intercluſus, consumptus est, captus & interfectus. *Isidor.*

Honorius templa omnia Idolorum, cum suis adiacentibus spatiis Ecclesiis cõtulit, simúlque eorum simulachra confringenda in potestatem dedit. *Prosper part. 3. de promiss. capite* 38.

Arcadius, ne traderet ad se confugientes Armenios, propter Persarum persecutionem, bellum cum Persis confecit. Antequam potiretur victoria, iam coëuntibus in prælium militibus aëriæ cruces in vestibus apparuere. Vnde etiam victor auream monetam cum eodem crucis signo fieri præcepit, quę in vsu totius orbis, & maximè Asiæ hodiéque persistit. *Idem cap.* 34.

404 CONCIL. *Alexandrinum contra Origenem, Ab. Vsper.*

Cyprium sub Epiphanio contra Origenistas.

Carthaginense, 5. Episc. 73. Tom. 1. Concil. sub hoc & Innocentio. Prosper in Chron.

Toletanum 1. confirmatum à Leone PP. Episcoporum 18. siue 15. in quo anathemate feritur error Priscillianistarum iam sæculi gladio perempti. Isid. tom. 1. Conc. In eo sunt can. 20.

Taurinatense. lib. Concil. confirmatum in Trullo.

Hipponense. Prosp. in Chron.

42.

P S. INNOCENTIVS I. 406

Albanus, siue Scotus, an. 15. 421

mens. 2. dies 25.

Vacat sedes dies 22.

Patriarchis.

Alexandriæ Theophilo deinde Cyrillo, an. 34.

Antiochiæ Flauiano, deinde Porphyrio, an. 2. Alexandro, an. 3. Theodoro, an. 4.

p MVLTAS epistolas reliquit eásque eruditas. 24. est ad Synodum Toletan. 16. ad conc. Mileuitanum, &c. 4494

Arcadium & Eudoxiam excommunicat. *Niceph. lib. 13. cap. 34. Georgius in Vita Chrysostomi.* In qua epistola Eudoxia de gradu & maiestate imperij deiicitur. Ergo pontifices Romani, Reges & Imp. deponebant.

Primus Nouatianos vrbe pellere cœpit, multásque Ecclesias eis ademit. *Socr. lib. 6. cap. 9.*

Ad eum Augustinus cum 50. Episcopis concilij Mileuitani epistolam 42. scribit, & cum Episcopis Synodi Carthaginensis de actis aduersus Pelagium & Celestium, epistolam, 90. 4494

Hæreses Abeloitarum, Nazaræorum, Prædestinatorum, Aduersariorum Legis & Prophetarum.

Vincentius & Paternus hętetici, è quibus Vincentiani & Paterniani. 4505

Pelagius Britannus, Heluidius, Bonosus hæretici. *Aug. de hær. Chrys. & Isido.*

Idacius ad Deum conuertitur anno Honorij decimo. i. sub an. Christi 417. *Ipse in Chronicis.* (410. *malim.*)

Cassianus & Euagrius monachi, Primasius, Orosius, Tiberianus, Maximus Taurinensis, Faustinus presbyter, qui Lucifero fauit, *Gennad.* scriptores Ecclesiastici. Ausonius Burdegalensis, Prudentius & Sedulius Poëtæ. Vincentius Lirinensis, quod monasterium erat in Aluernaria, vt Sidonius Apollinaris in epist. indicat. tamẽ alij dicunt esse S. Honoratum in Prouincia, Isidorus senior Episcopus Cordubensis, Palladius, Hilarius Arelatensis, Polybius.

Escicius Nazianzeni discipulus, bibliothecam Origenis & Pamphili Martyris Cæsareæ longo corruptam tempore, multo labore restituit. *Bergom. lib. 9.*

Olympius, Audentius, Ithacius Hispanus, qui in Priscillianum scripsit Apologetici specie. *Hieron.* alius ab Idacio Chronico. *contra Thritemium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

	HVMANA.	Anni mundi.		Anni Christi.
	Prima Romæ per biennium ferè obsessæ direptio, an. 413. 8. seu 9. cal. Septemb. vsque ad sextum diem (Nam ibi vltra sex dies non sunt commorati) per Gothos duce Alarico siue Athanarico (qui fuit secundus rex Gothorum, primus Hispaniæ. *Ritius lib. 1. de Reg. Hisp.*) *Procop. lib. 1. Cuspinia. in vita Cæsar. Æmyl. lib. 1. Sozom. 9. cap. 8. Oros. lib. 7. cap. 38.*	4494	*Hierosolymis Ioanne secundo, deinde Paraylio, an. 7.*	406
	Crudelitatem huius describit Hiero. in Marcellæ Epitaphio & Viues in libros Aug. de Ciuit.			
	Sacris interim vasis abstinuit Alaricus, & rapta magna cum reuerentia restitui iubet, se testatus cum Romanis bellum gerere, non cum Sanctis & Apostolis Dei. *Orosius.*			
	Hinc cœpit Imperij dilaceratio. Nam in illud posteà barbaræ nationes Septentrionales sese infuderunt, de quarè libri Blondi de inclinatione Imperij & Pij 2. in Blondi Epitomen Imperio hæc laceratio vtilis fuit. Primò bellis ciuilibus ferè finem imposuit, deinde penitùs Idololatriam sustulit, quam ne Christiani quidem imperatores radicitùs extirpare potuerant. Inde denique Christiana multa regna & Imperia exorta sunt, quorum vnumquodque pro suo modulo religionem propagauit. Maior erat imperij moles, quàm vt principes eius saluti, itémque vni rei Christianæ possent intendere.		*Constantinopoli Ioãne Chrysostomo, deinde Arsacio, an. 1. mens. 4. dies 15.*	
	Adde destructum imperium propter maiorem tranquillitatem, pacem & tutelam Ecclesiæ, in solatium videlicet & requiem piorum, propter tyrannides & persecutiones Monarcharum, vt si vno in loco non liceat piè & Catholicè viuere, aliò migrent. Nam cùm imperator erat paganus, cùm hæreticus, negotium toti penè Ecclesiæ fiebat, vt sub Constantio, & Iuliano apparuit. Nec antea Deus constituerat tam magnas Monarchias, nisi vt Dei Verbum facilius curreret ex Esa. Quo perfecto nihil opus fuit tanta imperij mole ad pietatem. Nec Turca eam reparat, nisi propter peccata, & vt perficiatur mysterium iniquitatis de Antichristo, vbi vltima & ferocissima persecutio existet.		*Attico an. 19. mens. 7. dies 5, 10.*	
	Sicque impletum illud Apocalypsis 17. Decem cornua, quæ vidisti in bestia, odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt, &c.		*Principibus. Eisdem Imp. & post mortem Arcadij Theodosio 2. iuniore Orie. Imp. an. 42.*	
	Hinc his mille annis totæ nationes Europę mutatæ sũt, deinde Africæ, postremò Asiæ, Turcis, Tartaris, Saracænis & Mauris in eam inundantibus. *de quo libri Blondi de declinatione imperij.*			
	Tunc Prouinciæ Romani imperij occupatæ aut à barbaris rebellibus, qui Rhenum transierant, Vandalis, Sueuis, Frãcis, Burgundionibus, qui Galliam, Hispaniam, Africam tenuerunt, aut à Gothis, qui pacis specie se Valenti Imper. dediderant, quando eius exercitu deleto, Illyricum, Pannoniã, Græciam inuaserunt, ac demum se in Italiam ipsam, Galliam & Hispaniam intulerunt.		*Isdigerte Persarum rege 13.*	
	Tunc etiam Vasconia nomen hoc à Vvisigothis sortitur, si Blondo creditur. At contrarium infrà docebo. Nam multo pòst hoc nomen in Aquitania auditum est, & illuc translatum à Vasconibus Pyreneorum montium antiquissimis habitatoribus apud Prolom. Plinium, Tacitum, in illas Galliæ partes infusis.		*Igga Æthiopiæ, deinde Alamida, an. 10.*	
	Occasione tutelæ Theodosij Iunioris à Persarum rege administratæ, induciisque in 100. annos factis, latè Christianismus in Perside propagatur. Sed Satanas inuidens excitauit persecutionem, 30. annorum per Idigertem regem & tutorem imperij Orientis. *Histor. tripart. lib. 10. cap. 30. 33.* quam Ecclesiasticum bellum vocat Theod. *lib. 5. cap. 39.*	4505	*Athanarico siue Alarico Gottho primo Hispaniarum Rege, deinde Ataulpho, an. 6. Sigerico, an. 1. Vuallia, an. 22.*	
			Genebaldo Franc. ad Mœnum & Salam Duce.	
			Imperij per Barbaros Laceratio anno D. 413.	421

Anni Christi		Anni mundi.	
	SYNODI *Constantinopolitanæ duæ contra Ioan. Chrysostomum.*		Hìc Chronica regum Hispanię propriè incipiunt. Nempe ab Ataulpho propinquo & successore Alarici, qui dux fuit exercitus Gothorum apud Theodosium contra Eugenium, & sub Honorio Romam quidem cepit, sed in gratiam Apostolorum delere noluit, eam duntaxat thesauris publicis & priuatis spolians, à sacris interim abstinens.
413		4497	Scriptores tamen Hispani reges suos numerare incipiunt ab Athanarico, qui Gothorum rex creatus est anno quinto Valentis sub 370. *Tarapha.*
	CONC. *Constantinopolitanũ Ephesinum.*		At primus Ataulphus ab illo rex tertius, primus in Hispaniam ipsi ad habitandum ab Honorio assignatam descendit, Narbone Placidia Honorij sorore in vxorem ducta. *Vaseus.*
	Alexandrina duo.		Ante eius in Hispaniam ingressum, Constantinus, Constans filius Maximus tyrannus eam occupauerant. Deinde Vandali, Alani, Sueui.
	COLLATIO *Carthaginensis inter 286. episc. Catholicos, & nõnullos Donatistas, iussu Honorij, & studio Augustini habita. August. epist. 68. & in Breuiculo.*		Honorius cum Arcadio imperat an. 13. cum Theodosio Arcadij filio an. 19. quorũ 1. anno statim post Arcadij mortẽ Vandali, Alani, Sueui, Scythicæ originis populi à Gothis pulsi, tribus annis in Gallia exactis, Hispaniam inuadunt, biennio post Romam captam. *Seuerus.* inter se diuidunt, annis ferè, 30. incolunt. *Sigeb. Procop. lib. 3.* Sola Celtiberia in fide imperij permanente, eam defendente Constantio Patricio, *Chronica regis Alphonsi.*
			Vandali & Sueui Galleciam possident, Vandali Siliagi Beticam. Alani Lusitaniam & Celtiberiæ partem. *Vaseus in Chron. Hisp.*
	CONCIL. *Toletanum, ad cuius episcopos Innocentius epistolam decret. dẽ scripsit (eius nulla mentio in Tomis conciliorum.)*		Vandali relicta Hispania metu Gothorum 19. anno, quam in eam venerant in Africam concedunt. Sic duo regna tantùm in Hispania fuere Gothorum & Sueuorum, qui à Gothis deleti sunt sub tempora Gregorij Mag.
			Gotthi in Ostrogotthos & Visegotthos diuiduntur, id est, Orientales & Occidentales Gotthos. Visegotthi per Italiam in Galliam, inde in Hispaniam venêre, atque in ea regnum per annos plus minus 386. possederunt, donec à Mauris, penè vsque ad vnum omnes deleti sunt. Ostrogotthi autem tempore Zenonis in Italia regnare cœperunt.
	Carthaginense contra Pelagium, in quo canones 15. editi.		Placidia Honorio fratri, post mariti mortem: à Vallia pacem expetente, reddita Constantio comiti nupsit & Valentinianum 3. peperit Honorij successorem. *Orosius Prosper. Sigeb.*
			Hieronymus Paulianum fratrem, post vastatam à Gothis patriam Stridonem, eò remisit: vt si qua remansissent de parentum possessione venderet. *Ipse ad Pammachium & in scripto contra Ioan. Hieros.*
	Mileuitanum in Numidia contra Pelagianos & Donatistas, cui interfuit Augustinus, & approbatum est ab Innocentio. August. epist. 92. & 157.		Franci accersiti à Senatore, cuius vxorem rapuerat Lucius præses Romanus, traiecto Rheno iterum Gallias incessentes, Treuerim vrbem incendunt, & magnam Galliæ partem occupant. *Sigeb. Æmil. lib. 1.* Primùm sedes habuisse dicuntur inter Noricum & Vindelicos. *Strabo.* Inter Saxones & Alemannos gens nõ tam lata, quàm valida. *Hieronymus in Hilario.* Imo gens erat Gallica, trans Rhenum propè Geldrenses.
			Germaniæ perpetua domitrix. *Ammia. Marcelli.*
	Cirtense in Numidia contra Donatistas.		Franci anno 7. Imperij Honorij & Arcadij apud Treuiros, Mediomatrices & Tullenses confederunt, quos Sueuis, dum erant in Gallia, ob vetustas simultates instigantibus, Vandali, Burgundiones, & Alani Rhenum per vim & arma transire compulerunt. Quibus pulsis Vandali Sueui & Alani ad vastandas Gallias profecti sunt. *Blond. lib. 1.*
421		4505	Eraclianus consul in Aphrica, cum incredibili classe 3070. nauium, quantas nunquam habuit Xerses, vel Alexander, contra Romam venit. *Sigeb.*
			Burgundiones innotescunt à Burgis limitum castellis. *Oro-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per quæ ſtiſtributi fuerant à Druſo & Tyberio Auguſti tempore poſt ſubactam Germaniam interiorem. Gotthis erant vicini, vnde eos inter extremos Septemtrionis populos recenſet Sidonius Apollinaris ad Maiorianum, & Gotthicam ſobolem appellat Agathius circa Mæotidē paludem. Ammianus Marcell. 18. eos locat ad Capellatium vel Pallam prope Alemanos, quam quidem hodie dicunt eſſe Palatinorum comitum ditionem circa Hildebergam.

Hinc hoc tempore. (Nam Burgundica hiſtoria incipit circa annū Domini 412. Arcadij autem & Honorij 12.) pattem Galliæ ad Rhenum occupant. *Sabell.* vel potius hoſpitalitatis iure accipiunt partim ab Hunnis pulſi, partim à Gallis vocati aduerſus imperij iugum & factiones. Nam non vt hoſtes, ſed vt hoſpites in eam veniſſe & certos agrorum fines inter Romanos, dono poſſediſſe lego in ipſorum legibus pag. 63. cap. 55. id eſt, tertiam agrorum partem à Romanis conſecutos eſſe, cap. 57.

Vbi Romani appellantur toto illo opere Galli illius partis, quibuſcum habitabant, vt qui eſſent de imperio, & eius legibus, non barbaricis viuerent.

Quod idem de reliquis barbaris, qui in noſtra Gallia conſederunt, exiſtimauerim. Eos ſcilicet veniſſe accerſitos contra imperium, & à noſtris in hoſpites & leges patriæ aſſumptos ad ſe tuendum, aſſignato agro: non quòd vi Monarchiā conſtituerint. Nam Gotthi, Vandali, Hunni, qui in ipſos inuitos inuaſerant, breui repulſi ſunt, & alio terras quærere coacti.

Vexati ergo ab Hunnis in Galliam tranſierunt, ac mox pietatē Chriſtianam receperunt: à quodam Epiſcopo baptizati, indicto ipſis octo dierum ieiunio. *Caſſiodorus.*

q Hic videtur Zoſimus, de quo Baſilius quadam epiſt. ad Papam Innocentium, *Onuph.* reliquit duas epiſtolas. *Tom. Conc.* Nouatianis eripuit aliquas Eccleſias. *Socr. lib. 7. c. 11.*

Benedictionem ceret Paſchalis induxit. *Carolus Magnus in fragmentis.*

Prædeſtinatorum hæreſis ex libris D. Auguſtini male intellectis cœpit, an. 415. Omnia prædeſtinationi & reprobationi ita tribuit, vt negaret opera vel prodeſſe vel obeſſe ad ſalutem. *Sigebert. in Cron. Lut Zemburg. de hæreſ.*

Hieronymus corpore defecto, cum è lecto ſeſe erigere nō poſſet, niſi apprehenſo fune, qui de trabe pendebat, obiit in Bethleem anno Chriſti 421. & ætatis ſuæ 91. *Proſper*, vel 98. *Diacon lib. 14. & Sigeb. in Chron.* vel etiam 99. *Trithemius.*

Ante eum ſex erant veteris teſtamenti, de Græco in Latinū conuerſiones. De Hebræo autem in Latinum eloquium, ſolus ſacras literas conuertit, cuius editione generaliter omnes Eccleſiæ vſquequaque vtuntur, pro eo, quòd veracior in ſententiis, clarior in verbis. *Iſid. lib. de offic. & libro ſexto Ethymol. cap. 3.*

Eudocia Leonis Athenienſis Philoſophi filia & Theodoſij iunioris vxor ὁμηροκέντρεια ſiue Homerocentonas contexuit, ex Græcis Homeri varios vtriuſque teſtamenti locos deſcribens vel exponens. Quod paulo ante fecerat è Latinis Virgilij carminibus, Proba Falconia Adelphi proconſulis vxor: in ſuis Virgilicentonibus.

Iſidorus ſenior Cordubenſis.

Chronicon ſcripſit à primo Theodoſij conſulatu vſque ad ann. 490. quod auſpicatur à D. Ioanne Chryſoſtomo.

HVMANA.

Sub Honorio Romani à Britannia propter potiora Reip. negotia ſponte receſſerunt. Vnde Scotis & Pictis ad prædam

Anni mundi.		Anni Chriſti.
	43	
4505	q S. ZOSIMVS ſiue Sozimus Græcus, an. 1. menſ. 3. dies 12.	421
	Vacat ſedes dies 11.	
4507		423

Patriarchis.

Alexandriæ Cyrillo.
Antiochiæ Theodoro, an. 4.
Hieroſolymis Paralio.
Conſtantinopoli Attico.

Principibus.

Theodoſio 2. Orien. & Honorio Occid. Imp. 56.
Varanane, 5. an. 20. Perſarum.
Alamida Æthiopiæ, an. 30.
Genebaldo Franc. Occidentalium duce, Faramundo Marcomeri filio Orientalium in Francoma Germaniæ duce primo, mox Francorum rege.
Vallia Hiſpaniæ.

Anni Chriſti.		Anni mundi.
	CONCIL. *aliud Carthaginenſe, nempe ſextum ſub Innoc. Zoſimo, & Bonifacio, ſiue vt loquitur Aug. prouincia Carthaginenſis præſule Aurelio Epiſcop. 217. nobiliſſimum contra Pelagianos, confirmatum in Trullo, cui potuit Aug. intereſſe. Aug epiſt. 87. 94. 95. & 106. Eſt fortaſſe Cæſarienſe, e quo poſtea in Vita Aug. In ejarienſem (ait) ciuitatem eum venire cum alijs Epiſcopis Apoſtolicæ ſedis compulerunt.*	expoſiti, regem Vvorlegirnum creārunt, ac Saxones & Anglos duce Hengiſto, acciuerunt in inſulæ perniciem. *Cron. Angl.* A Maximo Tyranno, qui eam militibus exuerat, vt imperium occuparet eius calamitatem repetit Gildas. Ex eo enim tempore nunquam ſe tueri potuit, Scotis ſiue Hibernis è Circio, Pictis ex Aquilone erumpentibus. *Gildas ſapiens de Britannię excidio.* Tanti mali cauſam videtur facere Pelagij hæreſim.
423	*Telenſe contra Iouinianum.*	
	44	
	r S. BONIFACIVS I. Romanus an. 3 menſ. 8. dies 7.	4507
426		4510
	Vacat ſedes dies, 9.	

Patriarchis.

Alexandriæ Cyrillo.
Antiochiæ Theodoro, deinde Ioanne, an. 18
Hieroſolymis Paralio, deinde Iuuenali, anno. 39
Conſtantinopoli Attico.

Principibus.

Eiſdem Imp.
Alamida æthiopiæ.
Faramundo tam Galloſrancorum quam Germano francorum conſenſu, Duce, an. 11
Vallia Hiſpaniæ rege 4.

CONCIL. *Carthag. ſeptimū 28. Epiſco Africanum contra Pelagianos. Aug. epiſt. 47. confirmatum in Trullo.*

Galli tum Rempublicam conſtituunt excuſſis Romanis, Alarico res in Italia gerente. *Zoſ. lib. 6.* Hinc apparet Gallos euocaſſe Francos ad ſe in libertatem aſſerendum.

Vallia Hiſpa. rex Genſericum & Vandalos Hiſpania expulit. Hi tranſierunt in Africam, annuente Bonifacio Comite, D. Auguſtini amico. Pace facta cum Valentiniano, eam 96. an. tenuerunt vſque ad Belliſarium.

Ab Imper. ob res bene geſtas ſecunda Aquitania & ciuitatibus aliquot vicinis donatus eſt. i. Tholoſa vſque ad Oceanum *Idacius.*

r VIGILIAS nocturnas ad ſepulchra martyrum ſuſtulit, ieiunia retinuit.

Ad eum quatuor libros contra duas epiſtolas Pelagianorū, dirigit D. Auguſtinus examinandos & emendandos: Apoſtolicæ ſedis correctioni ſe ſuaque committens.

[Si vel ſola conſideretur poteſtas, neceſſe eſt ad vnum aliquem referri: niſi perpetuas eſſe velimus ac irreconciliabiles diſcordias.]

Florus Monachus ex libris Auguſtini contra Pelagianos gratiam Dei ita extollebat: vt negaret liberū arbitrium. *Auguſt. de gratia & lib. arbit.*

Paulus Oroſius hortatu Auguſtini, contra Paganos imperij laceratione Chriſtianis temporibus tribuentes, 7. libris hiſtoriam ab initio mundi, ad vſque Valliam Gotthorum in Hiſpania regem tertium: ſiue vſque ad annum 421. ſcribit.

HVMANA.

Conſtantium in patritium, ob egregia ipſius in Imperium merita, ſibi collegam aſſumpſit Honorius: qui è Gallia Narbonenſi, Vandalos & Alanos expulerat in Hiſpaniam. *Proſp.*

Chronica Francorum, ab hoc Faramundo, qui an. 420. dux fit Francorum, Reges enumerare incipiunt. Præcedentium regum nomina, quæ à Trithemio afferuntur, videntur ficta. Præſertim cum Germanicæ nationes ad hæc vſque tempora ſemper fuerint barbaræ, ſine imperio, ſine certis regibus, legibus, &c. Si tamen Franci, qui regno Gallorum indiderunt nomen, Germanica ſit natio, & non potius indigena,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ vt ex Procopio Cæsarienſi narrat Zonaras tom. 3. circa Rhenum & Rhodanum & vicinas paludes olim habitarit.

Franci, antequam ad fidem conuerterentur, legem Salicam dictant, per suæ gentis proceres, qui tunc temporis ipsam regebant. *Author præfationis in legem Salicam, Sigeb. in Chron. an. 422. Otto Frising. lib. 4. cap. penult.*

Vvandali è littore maris Germanici, vbi nunc Meldeburgenses & Pomerani, (*Plinius*) Alani, Sueui, siue Alemani, in tria regna Hispaniam diuidentes, intestino bello inter se colliduntur: contra quos mittitur ab Honorio Castinus dux. *Sig. in Chron.*

Orosius Valliam Gotthorum regem 3. facit. Illum tamen Ataupho Gotthorum primo, subrogant Prosper & Seuerus.

Vallia pacem cum Romanis confirmat datis obsidibus. *Oros. in fine.*

Anni mundi.

4510 ſ EIVS epistola extat ad Galliæ Episcopos contra Pelagij errores. *Tom Concil.* Cyrillum Alexandrinæ ciuitatis episcopum, pro tempore vicarium in Ephesino Conc. denuntiauit. *Verba Marcellini comitis in Chron.*

Constantinopolitana cathedra per Nestorium ab Ecclesia separatur. Quæ secunda Græcorum diuisio dicitur. Nam prima extitit sub Iulio per Arianos. 4517

Magna pars Occidentis, tum Christo sociata.

Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, Eusebij historiam continuantes tempus ferè, 140. annorum pertexuerunt. *Niceph. 1. cap. 9.*

Inter eos Socrates Nouati perfidiam olet, vt lib. 4. cap. 23. lib. 6. cap 3 10. 14 17. Vnde non modò oblata, sed etiam quæsita occasione, in Nouatianorum laudes multa commemorat: quibus etiam falsò miracula tribuit, lib. 1. cap. 9. lib. 7. cap. 17. nullius Catholici testimonio atque authoritate confirmata, & lib. 7. cap. 1. Romanorum Pontificum potentiam exagitat, quia cap. 9. ab Innocentio, & 11. à Zosimo Nouatianis ereptæ quædam essent Ecclesiæ.

Burgundi & Occidentalium magna pars fidem Christiana recipiunt. *Niceph. 12. cap. 40. Socr. 7. cap 30.*

Germanus Altisiodorensis, & Lupus Trecassinus Episcopi, Britannos à Pelagianismo ad veram fidem reuocant. *Prosp. in Chro.* Palladius à Celestino PP. in Scotiam missus Christum ibi docet. *Maior lib. de reb. Scot.* Primus fuit Scotorum episcopus. *Prosp in chron.*

HVMANA.

Clodius Franc. Rex Thoringiam Germaniæ inuadens, Dispergum castellum occupat, vbi sedem regni aliquandiu constituit. *Sigeb. in Chron. Greg. Turonens. lib. 2. cap. 9.*

Ex Augustini libris, præsertim epistolis, istius sæculi Africana historia ferè tota confici potest, quam dum non intelligeret vanissimus ille doctorum censor Erasmus, in suis censuris simpliciter confictas pronunciauit epistolas Bonifacij comitis ad Augustinum & Augustini ad eundem Bonifacium. Nam primùm ante hæc etiam tempora, erant qui dicerentur comites, vt ex Ammiano Marc. claret. Deinde Augustinus cogebatur de iis rebus ad Bonif. comitem Africæ præfectum cui erat amicissimus, scribere: quoniam Vandalos ipse certis conditionibus euocauerat in Africam, vt se de Honorio vlisceretur, qui sibi Catholico dabat hæreticum successorem, &c. *Fius 2. & Blondus lib. 1. de inclinat. Imperij.*

Bonifacius comes Africæ, cùm conditiones à Barbaris iam in Africam sua euocatione infusis violari & communionis Catholicæ ædes sacras profanari cerneret, tædio animi paulò post D. Augustinum interiit. *Idem.*

Anni Christi.

Hipponense contra Arianos à S. Augustino collectum.

Schisma 3. Eulalium in schismate contra Bonifacium electum, ab Honorio expellitur. Plat.

45

ſ S. CELESTINVS siue Celestius, Campanus, *seu vt alij volũt, Romanus*, an. 8. mens. 10. dies 17. 426 433

Vacat sedes dies 21.

Patriarchis.

Alexandriæ Cyrillo.

Antiochiæ Ioanne.

Hierosolymis Iuuenali.

Constantinopoli Sisinnio, an. 1. mens. 9. d. 25. deinde Nestorio Hæresiarcha, an. 3 d. 29. Maximiano, an. 2. mens. 5. dies. 19.

Principibus.

Theodosio 2. Orient. Honorio Occid. & post eum Valentiniano 3. an. 30. Imp. quinquagesimo octauo.

Anni Christi.

Persarum Gorrane, siue Varanane.

426 *Alamida Æthiopiæ.*

Faramundo & postea Clodouæo, an. 18. siue Clogione, siue Clodio Crinito siue Capillato Francogallorum Duce.

Vvallia Hisp.

S. TERTIVM Oecumenicũ conciliũ Ephesinum contra Nestorium vocem Θεοτοκὸν. i. Deiparæ auersantẽ: pro vna persona Christi, Episc. 210. in quo nomine Celestini præfuerunt Cyrillus Alexãdrinus & Arcadius Episc. Euag. l. c. 4. Socra. 7. c. 34. Hist. trip. 12. cap. 5. Tom. 1. Conc. Plati. Hinc Verba Marcellini comitis in Chron. Cælestino Cyrillum Alex. ciuitatis Episcopum pro tempore vicarium constituente. Niceph. lib 14. cap. 34. vbi ait, celebratum, an. 41. post Constantinopolitanum.

46.

434 ſ S. SIXTVS 3. Rom. an. 8.

442 dies. 18.

Patriarchis.

Alexandriæ Cyrillo.

Antiochiæ Ioanne.

Hierosolymis Iuuenali.

Constantinopoli Proclo Chrysostomi discipulo an. 12.

Principibus.

Theodosio, 2. Orient.

&

Valentiniano, 3. Occident. Impp.

Gorrane siue Varanane Persarum 15. deinde Varanane 6. an. 17. mens. 4.

Alamida Æthiopiæ.

Anni mundi.

4510

4518

4526

Cum 205. Episcopi Afri interfuissent Carthaginensi concilio, vix quinque supererant in tota Africa ann. D. 1020. *Leo 9. epistola ad Thomam Carthag. Episc.*

An. 433. (alij 427.) Genericus partim à Bonifacio, Aëtij fraudulentis consiliis à Placidia & Valentiniano Imp. abalienato inuitatus, partim Gotthos veritus, cum Vandalis & omnibus eorum familiis in Africam traiecit, & eam prouinciam cum successoribus miseris modis afflixit. De qua re. *Victor Vticensis.*

Africæ partem primùm cum imperatoris consensu, deinde Carthagine capta, omnem inuasit, atque Romano imperio eripuit per annos 80. vsque ad Iustinianum Imp.

Hinc piraticam in mari exercentes Vandali, Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Italiam latrociniis & prædis vexarunt, vrbémque ipsam 14. diesum interuallo expoliarunt. *Onuph. in Romano imperio.*

Eodem anno mortuum D. Augustinum tradit Prosper in Chronico, de quo mox.

Apud Hebræos, an. 426. Rab Ase doctorum, quos vocãt Amoraim, postremus.

ſ EXTAT eius epistola erudita ad Episcopos Orientales.

Religiosus dotator & ditator Ecclesiarum.

Moritur magnus ille Augustinus Hypone non ann. Christi 440. *Sigeb. in Chron.* vel 446. *Bed.* sed, 432. *Diac. lib. 14.* siue 433. *Prosper in Chron.* anno autem vitæ suæ 73. & Episcopatus, 40. *Sigeb.* siue vitæ suæ. 76. *Diac. lib. 14. Prosp in Chron. Possid. in eius vita.* siue vt alij 83. Baptizatur ann. 30. ætatis, fuit Manichæus ferè 9. annis, vt ipse testatur lib. 2. de morib. Manich. *cap. 19. & lib. 1. de morib. Eccles. Cathol. cap. 18.*

Genus vitæ monasticæ instituit, *Ipse & Possidius*, cuius causa se vituperatum asserit à Petiliano *lib. 3. contra eum cap. 40.* & sorori persuasit. Quare ad eam præpositam virginum scribit & instruit epist. 108. totidem ferè verbis, quibus postea collecta est, regula, quæ dicitur Augustini in tomis posterioribus.

Iunilius discipulus Aug. Isidorus Peluſiota. Leporius, Thalassus Afer, Marcus Eremita monachi docti.

Eudoxia Imperatrix festum ad vincula Petri, celebrari Cal. Augusti obtinuit à Sixto, maximè vt populum à gentilitate reuocaret, qui eo die recolebat festum pro victoria Octauij Augusti, de Antonio & Cleopatra. *Sigeb. in Chron.*

HVMANA.

Britanni cùm Pictorum & Scotorum impetus amplius ferre non possent, Æthnicam Anglorum gentem, id est, Saxones ad sui defensionem inuitarunt: quibus tantum terræ datum est, quantum corium tauri per corrigias potuit extendi, *Sigeb. Krantz. lib. 1. cap. 18. Polyd. in hist. Angli. lib. 3.*

Cum eis Aëtius Romanus opem ferre non posset, aliis barbarorum eruptionibus distentus, nefandi nominis Saxones, Deo hominibúsque inuisos vocant. Tum tribus Cyulis longis nauibus venit, certo apud eum præsagio per vates decantato, quod ter centum annos Britanniam obtineret. 150. id est, dimidio temporis vastaret. *Gildas sapiens in lib. de excidio britanniæ.*

Aborigines huius gentis erant ex Britannia Gallicana. Nam insula à solis Britonibus ex Armoricano tractu aduectis habitata est, donec tandem Picti & Scoti partem eius Septemtrionalem desertam occuparunt, & denique Angli vel Saxones se parti Australi infuderunt. *Beda.*

In Armoricis enim populis Britones quosdam antiquiùs appellatos, ac quasdam illic ciuitates incoluisse apud Plinium

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Strabonem videre est. A quibus fortasse nomen regio Gallicana deinceps fortita est, non à Britannis insulanis.

Bononiensis Academia instituta olim à Theodosio Imp. floret *Volaterr.*

An. 436. Bagaudarum factio Attone duce, Galliam totam aduersus Romanos turbat. *Sigeb.* (ex quo intelligimus Francos & Barbaros populos à Gallis principibus excitos, studio recuperandæ libertatis) Quæ postea ab Aëtio deleta est, id est, 441. annis pòst quinque. *Idem.*

Valentinianus. 3. propriè vltimus fuit Occidentis Imp. vsque ad Carolum Mag. Nam licet interea aliqui pòst seditiosi, Imperatores nominari voluerint, at hi vix exiguam Italiæ partem obtinuerunt.

An. 439. Theodoredus Aquitanico regno non contentus, tupto fœdere Narbonensem agrum inuadit. *Prosper.*

Pax cum Genserico à Valentiniano confirmata, & certis spatiis Attica inter vtrumque diuisa est. *Isidorus, Prosper.*

t DOCTRINÆ & vitæ præstantia magnus, doctè multa scripsit. Primus omnium pontificum Rom. in Basilica Vaticana sepelitur. Ad eum Theodoritus prouocauit, & absolutus est.

Columna Orthodoxiæ, *Nicolaus P. in epistolis pag. 76.* Vnde & eum in sacris diptychis, Concilium, 2. Constantinopolitanum reposuit & consecrauit. *In epist. Concilij ad Ioannem Constantinopolitanum.*

Concilio Chalcedonensi auctoritatem tantam solus dedit, vt cùm ei totus ferè orbis resisteret, vbique receptum sit, celebrata eius epistola, quam Græci Tomum D. Leonis appellant, & fidei columnam. *Leontius de sectis.*

Restitit Anatolio Constant. qui sedium cæterarum priuilegia, & earundem Episcoporum consecrationem ad se vnum reuocare, eosque sibi subdere, vrbis magnitudine & potentia fretus, conabatur, vt epist. 51. 52. & 53. ad Martianum Imp. & Pulcheriam August. scripsit. Et sic res composuit vsque ad Pelagium 2. & Gregorium Magnum, quando illa ambitio Constantinopolitanorum iterum exarsit.

Abrogauit in Occidente (nam idem antea Constantinopoli fecerat Nectarius) publicationem peccatorum, quæ post priuatam confessionem solebat fieri à Sacerdote in Exomologesi. *Ipse epist. 78.*

Attilæ occurrit cum clero, prælata argentea cruce & placauit. Vnde iocus inter milites, Attilam nihil vnquam timuisse præter Leonem & Lupum. Nam eum etiam Lupus Trecensis episcopus, ne Trecas vastaret, placauit. *Michou de Sarm. Ionas de Vir. Illustr.*

Tertia Græcorum diuisio ab Ecclesia, quæ fuit generalis & communis Ecclesiarum Orientis propter Eutychen, dum post mortem S. Cyrilli Alexandrini Dioscorus, sedem eius consecutus, iugulato Flauiniano sancto episcopo Constantinopolitano Anatolium suæ factionis in Const. Patriarcham consecrat, & Maximum æquè hæreticum in Antiochenum, Iuuenalem autem Hierosolymitanum in omnibus consentientem habet. Nam sic Orientales omnes Ecclesias sibi cõcilians, schisma in Ecclesia contra Pontificem excitat, donec Synodo Calcedonensi eius furor repressus est, quę toleratis tribus Patriarchis, Constantinopolitano scilicet, Antiocheno, Hierosolymitano, solum Dioscorum deiecit.

Hæsitantes siue Διακρινόμενοι hæretici, qui hæsitabant, an Synodus Calcedonensis esset recipienda. *Leontius de sectis.*

Flauianum Constant. deiecit Dioscorus in illa insidiosa Synodo Ephesi.

An. 451. in Africa Vandalorum exarsit persecutio, adeò vt diuinos libros exurerẽt, & de sacris palliis ac vestimẽtis vestes

Anni mundi.		Anni Christi.
	Clodio Franc. Duce.	
	VVallia, deinde Theoredo Hisp. Rege. an. 14.	434
	CONC. *Regiense epis.* 13. *de ordinationibus & aliis quibusdam muniis episcoporum.* *Agathense in Gallia Narbonensi epist.* 35. *permissu regis Alarici, de disciplina & ordinationibus Clericorum.* *Romanum epis.* 56. *Sigeb. vel* 57. *Plati. & Tom.* 1 *concil. in quo Sixtus* 2. *absolutus fuit, contra Bassum.* *Romanum* 2. *Hierosolymitanum.* *Armeniacum contra Nestorianos.*	435
	47.	
	t S. LEO I. cognom. Magnus, Tuscus, *siue iuxta alios Romanus,* an. 21.	442
4518		
4519		
4526		
	mens. 1. dies 13.	463
4551	Vacat sedes dies 8.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Cyrillo, deinde Dioscoro Ariano an. 4.	
	Proterio, an. 6.	
	Timotheo 2. *Hæresiarcha, an.* 4.	
	Timotheo 3. *an.* 22.	
	Antiochiæ Domnio, an. 7.	
	Maximo, an. 5.	
	Basilio, an. 5.	
	Acacio, an. 1.	
	Martyrio, an. 8.	
	Hierosolymis Iuuenali.	

Anni Christi.		Anni mundi.
	Constantinopoli Proclo, deinde Flauiano, an. 3.	
442	*Anatolio, an.* 9.	4526
	Gennadio, an. 13	
	Principibus.	
	Eisdem Impp. deinde Martiano Imp. 59. *an.* 7. *qui primus à Patriarcha Anatolio coronatus est, & posteà Fla. Leone Magno, an.* 16. *Orient.*	
	Valentiniano 3. *inde Auito, an.* 1.	
	Maioriano, an. 5.	
	Occid. Impp.	
	Goranane sexto Persarum, deinde Peroze, an. 23.	
	Alamida Æthiopiæ, deinde Achinna, an. 3.	
	Abraham & Azba fratribus, an. 27.	
	Clodio, Merouæo, an. 18.	
463	*Childerico per ordinẽ, Franc. Ducibus.*	4551

sibi facerent. *Sigeb.*

Acephaleorum hæresis docet Christum in vna substantia adorandum, & vna natura ex Deitate & humanitate mixta constare. *Plati. & Honor. in Catal. hær.* Sic dicti, quòd sine auctore & quasi capite essent. *Idem.* Vel potius, quòd Patriarchã suũ minimè secuti, seorsum cõmunicarẽt. *Leontius de sectis.*

Possidius (vulgo Possidonius) Apher, Eucherius Lugdunensis. *Gennad in Catal.*

Asymo Curiensis primus Episcopus Rhætorum. Prosper Aquitanicus. Genouefa. *Sigeb. in Chron.*

Theodoretus adhuc, Philippus Sidites, Ioannes Cassianus Scytha, Ianuarius Aquileensis, Cyrtempus nobiles scriptores.

Basilius Isauriæ, Memnon Ephesinus, Eusebius Dorylei, Ibas Mesopotamius Idissenus.

Persecutio Christianorum in Persida, per Varananem regem, quæ durat, an. 30. *Sigeb. Abbas Vsperg.*

Dionysius Exiguus abbas Romanus auctor nostri computi Ecclesiastici, *Sabell. Enn. 8. cap. lib. 2. Diac. lib. 1. de Longobard.*

Eius cyclum paschalem completum esse septimo Iustini Iunioris an. narrat Iuo, *In vita Iustin.* quare & eum aliqui statuunt an. 532. sub Bonifacio 2. & Iustiniano Imp. At suum dedicauit librum Leoni Papę. *Tritem.* authorem notandorũ temporum ab incarnatione Domini fuisse colligunt ex Beda, *cap. 47. lib. de natura rerum.*

Lucidus lib. 1. de emendatione Temporum hîc incarnationem sumit pro conceptione Domini, & rixam mouet Dionysio, qui tamen simpliciter natiuitatem intelligere voluit. Nam & natiuitas quędam est incarnatio. Præsentiam dixit Philastrius, à qua numerat libro de hæresibus multo ante hunc Dionysium.

Ante illum Romana Ecclesia à Passione numerabat, præcisis interim 33. annis, qui ab eius incarnatione ad passionem decurrunt. Nam, 701. Dionysij erat Romanis, 668. *Ibid. Beda.*

Sic à passione numerabat Hieronymus in Catalogo & in primum cap. Sopho. &c. Isidorus multis historiæ locis, Turonensis, qui modo à Passione, modo à Resurrectione, vt aliqui à Natiuitate & à Circumcisione vicinis inter se rebus, numerat.

HVMANA.

Post 305. Olympiadem, id est, annum Christi 446. nulla fit mentio Olympiadum, in probatis historiis. Indictiones Romanorum mox cœpere. Cętera infrà an. 532.

An. 444. Scoti ex hibernia irrumpentes in Britanniam, ibi tandem regnum constituunt, cum iam Romani Britanniæ curam abiecissent.

Fergusius Scytha & Christianus rex Scotorum in Albionem postliminio redeuntium efficitur contra Romanos Palladio euangelizante, qui quidem è Prospero in Chron. Scotorum primus episcopus fuit, & quidem eò à Cælestino Papa paulò antè Leonem Mag. missus.

449. Hengistus Anglorum Dux Orientalem Britanniæ partem occupat, regnúmque constituit Anglorũ anno 463. *Beda.* Quare quæcunque de Arturo Rege & eius successoribus eorúmque prophetis Merlino, Teliesino, &c. hic substituit Galfridus quidam & Baleus, planè sunt anilia & fabulosa.

Túmque ea insula à Pictis, Scotis, Anglis & Saxonibus populis littora Germanici Oceani incolentibus occupata est, viuo adhuc Valentiniano tertio. Fuitque primo sub quatuor regibus vel quinque. Quot enim gentes fuerũt, quæ eam diripuerunt, tot etiam reges erant, donec progressu temporis in duos redacta est. Nam is, qui antiquæ Romanorum Prouinciæ præest, Anglorum rex, qui antiquis barbaris, Scotorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellatur. *Onuphr. in Romano Imp.*

Anno 149. Angloſaxones ex Boreæ Germaniæ partibus adnauigantes Ducibus Hengiſto & Horſo, irruptiones Pictorum & Scotorum pro tempore è Britannia inſula depulerunt. Poſtea rupto fœdere indigenis profligatis, reliquias, quę Vualenſes appellantur in inuiis montibus & ſalubus coarctarunt. *Polyd. lib. 3. Ang.* — Anni mundi. 4526

Roma iterum an. 457. Vuandalis in prædam expoſita eſt duce Genſerico, iam Carthagine ab eis expugnata & Aphtica ſubacta. *leg. 1. C. de offic. pratorio Aphricæ* poſt primam direptionem, an. 44.

Flectitur à Leone Pap. & Eudoxia imperatrice, ne vrbem incendat. Dies tamen 14. direptioni tribuit. Sic capta eſt bis Roma intra 44. annos.

Tum Vuandali omnia imperij Occidentis ornamenta in Africam tranſtulerunt. Quare quidam hic interregnum Romani imperij incipiunt, quaſi infra ſcripti Imperatores inane tantum nomen habuerint.

Attila, flagellum Dei, à Genſerico Vuandalo contra Gothos in Hiſpaniam ex Pannonia per Germaniam & Italiam attractus cum 500. millibus Hunnorum ſiue Chunorum vniuerſam ferè Europam depopulatur. *Bonfi. 3. deca. 1. Callimach. in Attic. Blond. 1. dec. lib. 1.* Tholoſam vſque, vbi ſumma clade affectus eſt.

Theoredo Hiſpan. deinde Turiſmundo, an. 1. Theodorico, an. 7

Theodoricus Rex Hiſpaniarum quintus apud Arelatam Narbonenſis Galliæ ciuitatem, in campis Catalaunicis, dum aduerſus Attilam pugnat pro Romanis, occumbit. *Ritius.* — 454

In quo prælio ad centum & octoginta hominum millia vtrinque ceciderunt ab hora nona diei, tota nocte, vſque ad ſequentem diem.

Aëtius, qui Narbonenſem Galliam regens non eum tantum ad ſocietatem belli contra Genſericum & Attilam aſciuerat, ſed & Merouęum Francum, paulò poſt iuſſu Valentiniani interficitur, quòd effugij locum Attilæ, quem debellare poterat, dediſſet. *Iſidor.*

An. 456. clarus trium præſtantiſſimorum principum obitu, Attilæ, Toriſmundi Viſigotthorum regis, Aëtij Romanæ militiæ magiſtri, in quo res Romana ingens detrimentum in Occidente patitur. Franci enim, Senonum, Aurelianorũ, Pariſiorum ciuitates occupant. *Æmilius.* Quin Romani eius tempore nihil adhuc cis Ligerim perdiderant.

Valentinianus à duobus Aëtij militibus interficitur. Maximus qui eos ſubmiſerat rapit imperium. contra eum ab Imperatrice Eudoxia accerſitur ex Africa Genſericus, ſed ante ipſius aduentum, ab Vrſo milite Rom. perimitur.

Poſt Maximum Occid. Imp. Senatus Auitum Senatorem de ciuitate Aruerna (id eſt, Claromonte) Sidonij Apollinaris ſocerum creat, ſed eum anno nondum expleto Richemerus Gotthus apud Placentiam cepit. Tunc Maiorianus Imp. factus eſt, qui bellum Vuandalis in Africa inferens quarto imperij anno, ſiue poſt Valentinianum quinto mortuus eſt.

Auitus deiectus Placentinus epiſcopus factus eſt.

490. Maiorianus Imp. Francos Gallias inundẽtes ad vicum Helenam in tertis Atrebatum fudit. *Sidon. Apollinaris in Panegyrico Maioriani.*

S. QVARTVM generale concilium Chalcedonenſe contra Eutychen & Dioſcorum hæreticos, pro duabus naturis in Chriſto & proprietatibus: in quo Paſchaſinus, Lucentius epiſcopi & Bonifacius preſbyter nomine Leonis PP. præfuerunt. Euagr. 2. cap. 2. & 4. epiſcop. 630. Marcelli. comes. Niceph. 15. cap. 2. Sigeb & Plati Quidam 830. aly 600 Tirius lib. 2. c. 12. 636. Vix adhuc ſub Gregorio Magno erat receptum in Gallijs. Ipſe epiſt. ad Brunichildam & alios.

Leo Conſtantinopoli ſenatus & exercitus ſuffragatione imperium conſequitur.

Omnia loca Galliæ, quæ tenebat Merouetus Franc. Rex Clodij fil. ſeu, vt alij volunt, conſanguineus, Franciæ nomine vocari cœpta ſunt. *Æmil. lib. 1.* — 455

Ab hoc Franci Merouingi dicti ſunt. *Gagui lib. 1.*

Clodius Francos à Francfordia in Gallias traduxit vſque ad vrbẽ Cameracum, exinde ad Somenam ſuę Sumonã fluuium

CONCIL. *Arauſicanum ſiue Aſuriſcanum, ſiue Auraicenſe primum, in quo Canones 18. de diſciplina Eccleſiaſtica.*

Et ſecundum de libero arbitrio, & de gratia Dei, contra Pelagianos, in quo can. 25.

Valenſe ſeu Vaſenſe primum in Galliis epiſc. 18. de quibuſdam ritibus Eccleſiaſticis, deinde 2. — 463

omnia

Anni Christi. | Anni Mundi

442 | 4526 — omnia loca occupat: *Maſſe. & Gualel. Nangiacus. Greg. Turon. lib. 2. cap. 10.*

Apud Tholoſam ex eius medio tota die ſanguis largiſſimo fluxit riuo. *Sigeb.*

Carpentoraſtenſe. — Germania, Dacia, Sarmatia, & cæteræ prouinciæ ad Danubium & Rhenum ſitę, Hiſpania etiam vlterior, & Aquitania omnino ab imperio Romano deficiunt. *Blond. lib. 2. dec. 1. Irenic. lib. 3.*

Franci magnã Galliæ & Germaniæ partem tenent. Oſtgotti Pannoniam, Vveſgotti Hiſpaniam, Vuandali Africam.

Arelatenſe 3. epiſ. 35. ſiue 34. — Attila Bleda fratre, qui ad Budam Hungariæ regnum ſibi cõdiderat, trucidato, per Noricum, Vuindeliciam, Rhemorúmque fines irrupit in Galliam, ſed in Catalaunicis campis Aëtij virtute repulſus eſt in Hungariam. Vnde poſt aliquot annos per Carnicas Alpes in Italiam ſeſe effudit. Tunc metu incolæ in proximas Adriatici maris paludes confugere coacti admirandæ vrbis Venetiarum fundamenta iecerunt. Eſt enim inſula factitia, munitiſſimo inter plaudes ſitu. *Ionus lib. 1. de viris illuſtrib.*

Romanum contra Eutychem. Niceph. 15. cap. 4. — Venetiæ ergo metu Attilæ in inſulis intimi Sinus maris Adriatici an 456 conduntur, nomine inſulis illis Venetiarum impoſito, quod olim erat regionis. Regio vero mediterranea partim Lombardia, partim Marchia Tarviſina, partim forum Iulium, partim Iſtria appellatur. *Blond. dec. 1. libro tertio.*

Conſtantinopolitanum aduerſus eundem. Euagr. 2. cap. 9. ſub Flauiano inſertum actioni, primæ Chalcedonenſis. repetitum in Trullo. — Anno 458. Agrippinus comes Narbonem Theodorico regi Hiſp. qui cum exercitu in Galliam Gotthicam reuerſus erat, prodidit. *Iſid.*

u EPISTOLAS de fide Catholica per vniuerſum Orientem ſparſit, confirmans tres vniuerſales Synodos, Nicenã, Epheſinam, Chalcedonenſem. Extant & duæ eius epiſtolæ. *Tom. Concil.*

Aliud ſub Anatolio Patriarcha. — Duas bibliothecas inſtruxit, templa ornando ditauit, eleemoſynas hilariter diſperſit.

Procopius Gazeus ſophiſta, qui Octoteuchum ex Rapſodiis innominatorum patrum expoſuit apud Græcos, ſic Eucherius apud Latinos Geneſim, libros Regum, &c. eodem ferè tempore.

Epheſinum hæreticorum, quo Flauianus Conſtantinopolitanus & Dominio Antiochenus depoſiti, in exiliũ acti ſunt. Sed contra illud Romanum. — Victorinus in Aquitania, qui Cyclum Paſchalem 532 annorum ſcripſit, Saluianus Maſſiliæ, Chryſologus Epiſcopus Rauennæ, Proſper Aquitanicus Reginenſis, *Gennad. in catal. & Palmer. in Chron.*

Euſtatius Berytius, Maximus Taurinenſis, Nilus Monachus. *Fulgentius.*

Tyrium. Beritenſe. } *Inſerta actionib. 7. 9. & 10 Concilij Chalcedo. lib. eõc.* — Iulianus Pomerius Maurus. *Tritbe.*

Sed non ſatis aptè. Nam, vt infra, vixit ſeptimo ſæculo.

Abraham & Azba fratribus apud Æthiopas regnantibus, Chriſtiana religio per omnem Æthiopiam diſſeminata eſt, poſt decimum, ſcilicet, ſeptimum regni eorum, *Marius Victorius de Reg. Ethiopiæ.*

Alexandrinum contra Eutychianos. — Eutyches & Dioſcorus cum ſuis nolentes ſtare Synodi Chalced. decretis ſe in duodecim ſectas diuidunt, inter quas fuit Iacobitarum, quæ nomen genti reliquit in Oriente, à Iacobo quodam Syro, & Diacrinomenon ſiue hæſitãtium (an ſcilicet concilium deberent recipere) apud Leontium de ſectis.

463 — Acephalorum & Armeniorum hæreſes.

Venetiarum. — 465 Aiax Gallus Arianum virus in Sueuos Hiſpaniæ ſpargit, ex Gallica Gotthorum gente delatum. Quo infecti manſerunt an. 90. vſque dum regnante Theodomiro Catholicã fidem amplexi ſunt. *Iſidorus, & Lucas Tudenſis.* — 4551

467 pictoris cuiuſdam, cum Saluatorem pingeret Iouis

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie, arcfacta est manus, sed eum peccatum suum confitentem sanauit Gennadius patriarcha Constant. *Abbas Vsperg.*

Faustus ex abbate Lyrinensi episc. Reginesis in Gallia inciderat in Pelagij errorem, sed emendatus à Fulgentio scribit de libero arbitrio, & gratia Dei.

Ei olenti Pelagium Mamercus in nonnullis respondet, scriptis subtilissimis libris de Anima siue de statu Animæ.

Mamercus (quem Trith.) vocat Claudium, alij Claudianum) episcopus Viennensis in Galliis vtilissimo experimento, reuerendissimo exemplo primus inuexit solennitatem Rogationum (quas hodie Christiani Syri vocant Niniuitarum ieiunium) in quibus ieiunatur, oratur, psallitur, fletur, *Sidonius lib. 5. epist. 14. Carolus Magnus in fragmentis de Ritib. pag. 53.* Ratioinnē institutiadfert Greg. Turon. *lib. 2. cap. 34.* quòd Viennæ assiduus terræ motus contingeret, lupiq; ac aliæ feræ syluestres vrbem ingredientes homines deuorarent. Igitur qui cum Polyd. *lib. 5. de inuento. rer cap. 10.* tribuit Leoni, 3 PP. institutionem litaniarum trium dierum ante Ascensionem, vel errant, vel illum significant statutum tempus præfixisse.

HVMANA.

Aëtio non longe post victum Attilam in campis Catalaunicis, à Valentiniano Imp. occiso, imperium Occidentis concidit. Nam eius cæde cognita barbari, qui eius virtutem veriti, intra suos fines quieuerant, sub an. 460. vndique excitati cœperunt.

Siquidem Hunni reparatis viribus Italiam inuaserunt. Picti, Scoti, Angli & Saxones, qui littora Germanici Oceani incolebant, Britanniam, Franci & Burgundiones Gallias Rheno propinquas, Gotthi Aquitaniam, atque ita breui Romanorum in Gallis imperium defecit. *Onuphr. in Rom. Imp.*

Sub Maioriano, post mortem Valentiniani cum omnia Romana in potestate Barbarorum iam essent, Gotthi & Franci cum Burgundionibus inter se decertare cœperunt. Gotthi à Francis è Gallia exacti Hispanias occuparunt. *Ibid.*

Vandali à Gotthis ex Hispania electi in Africam, Carthaginem ceperunt, & totam Prouinciam Romanis eripuerunt. *Ibid.*

Franci & Burgundiones Gallias in deditionem redactas diuiserunt, vt Burgundiones vicinias Rheni regiones tenerēt, Franci interiorem Galliam, quam, Barbarorum nouissimi ad nostra vsque tempora possident. Obtinuerunt verò Gallias omnes pacificè sub suis regibus Childerico & Clodouæo circa an. 480. *Ibid.*

Childericus enim primus à Francis & Gallis publico gemellę & consociatæ gentis concilio rex Franciæ, ceu Francogallię creatus est.

Maiorianus in Hispaniam venit, vt inde parata classe Vandalos adoriretur, sed consilio eius detecto in Italiam reuertitur, & à Patritio occiditur. *Rhoderic. Toletan.*

Seuerus eius successor quarto pòst anno veneno quoque Romæ nulla re gesta memorabili tollitur.

An. 469 absolutum à Iudæis Talmud Hierosolymitanum. R. Iohanan operi præfuit, qui illam doctrinam totidem ferè librorum inscriptionibus, quot Babylonica continetur, libris tamen multo contractioribus, construxit. *ex Chron. Heb.*

Eradicus frater Theodorici Regis Hisp. pugnans cum Francis iuxta Ligerim. fl. occiditur. *Seuerus.* 4558

Genfericum Vandalum iterum in Italiam nauigantem

Anni mundi.		Anni Christi.
	48.	
	uS. HYLARIVS Sardus, an. 7.	
4551	mens. 3. dies 10.	463
4558	Vacat sedes dies 10.	470
	Patriarchis,	
	Alexãdriæ Timotheo 3.	
	Antiochiæ Martyrio, deinde Petro Gnapheo Eutychiano, an. 1.	
	Juliano, an. 6.	
	Hierosolymis Iuuenali, deinde Theodosio Schismatico, an. 1.	
	Anastasio, an. 6.	
	Constãtinopoli Gennadio.	
	Principibus.	
	Leone Orient. sexagesimo.	
	Maioriano, & post eũ Seuero seu Seueriano, an. 4. *Occid. Jmpp.*	
	Peroze Persarum, an. 4	
	Abraham & Azba fratribus Aethiopiæ an. 27.	
4558	*Childerico an.* 26. *Franc. Duce.*	470

Basilicus

Anni Christi.		Anni mundi.
	49.	
470	x S. SIMPLICIVS (Sulpitius *Palmerio*)	
485	Tiburtinus, an. 15.	4558
	mens. 1. dies 7.	4573
	Vacat sedes dies 26.	
	Patriarchis.	
	Alexandrię Timotheo 3. deinde Ioanne 1. mens.	
	Athanasio 2. an. 10.	
	Antiochiæ Iuliano, deinde Petro 3. an. 3.	
	Ioanne 2. mens. 3.	
	Stephano 2. an. 2.	
	Stephano 3. an. 3.	
	Ioanne 3. mẽs. 1. Calendio an. 5.	
	Hierosolymis Anastasio, deinde Martyrio, an. 2.	
	Salustio, an. 8.	
	Constantinopoli Gennadio, deinde Acacio hæretico, an. 14.	

basilicus patritius nauali acie vincit. *Matt. Palm.*

Genseticus autem curauit, vt Orientale Imperium Ostrogotti, Occidentale Visegotthi vastarent, vt ipse quietus in Africa regnaret. Regnauit autem annis 40.

Theodoricū Erricus frater Tholosæ occid. *Seuer. Sigeb.*

Initio regni Lusitaniam deprædatur, Pampelonem, Cæsaraugustam, Tarraconensem regionem, Hispaniam denique superiorem subigit. *Isidor.*

Riothimum Britonum regem, ad defensionem Galliarum Romanis venientem contriuit. *Sigebert.* sed de eo paulò pòst.

Regni decimo quarto Aruernā vrbem (. i. Claromontem, siue Gergouiam) Romanis, Decio senatore Auiti olim Imp. filio frustra defendente, cum tota Aruernia eripuit, eique Victorinum comitem præfecit. *Turon.* nempe circa an. 474.

Mox Arelatum & Massiliam, totam denique Prouinciam, Nepote & Augustulo in Occidente imperantibus, regno suo Vvisigotthico adiecit. *Isidor.*

x SVIS scriptis Ecclesiam illustrat. *Trith.*

Tres reliquit epistolas, *Tom. conc.*

In earum vna factum Nundinarij Episcopi Barcinonensis & Siluarij Calagurritani, qui sibi designarant successores, cum Romana Synodo improbat, & Episcopos subrogatos cedere iubet.

Remigius Rhemensis, Eugenius Carthaginensis Ecclesiæ episcopus, quæ 24. an. episcopo destituta fuerat.

Cerealis Castellensis, Salonius Viēnensis, Sidonius Apollinaris, Rusticus Diaconus Romanus.

Contra Ioannem & Athanasium. 2. Alexandriæ sedit Petrus Moggus an. 4.

HVMANA.

Romanum Occidentis imperium sub hoc in Augustulo defecit circa an. Dom. 475. Vrbis 1221. *Diac. lib. 16.* deinceps barbaris & peregrinis dominis Italiam occupantibus annis. 325. vsque ad Carolum Mag. ex quo vsque in hunc diem Imperium manet stabile. *Niceph. 15. c. 11. Palmer. in Chrō. Blond. lib. 2. dec. 1. Diac. lib. 16.*

Odoacer se regem Italiæ post depositum ab Augustulo imperium eodem anno. 470. appellauit.

Childericus, qui patri succedens ob scottationes regno pulsus fuerat, Egidio Romano in eius locum suffecto, reuocatus Alemannos vicit & Francis subdidit. Cum Odoacro, qui Galliam ingressus Aureliam & Andegauum occuparat, pacem fecit.

Quicquid fere supererat de Gallia, Romanis eripuit: & è regio genere hinc inde subregulos, in maioribus vrbibus constituit. *Trith.*

Alioqui Gallia isto tempore sic erat lacera, vt, præter Romanos, quorum nomine Egidius Prouinciam Suessionensem, Paulus comitatum Andegauensem administrabat, eius partem sibi vendicarent Burgundi, partem Britones, partem Franci, partem Vvisigotthi siue Vascones.

Seuerianus Damascenus, Marinus Neapolitanus, Procli philosophi discipuli. *Suid.*

An. 32. post ingressum Anglorum in Britanniam, Ella austrialium Anglorum regnum inchoat, cui ordine successerunt Sisca, Edeluachius, Berutius & Aldinus, donec ab Ino ad Occidentalium Anglorum regnum adiunctum est. *Polyd. l. 4.*

Anthemius à Leone in Italiam mittitur, vt sit Imp. Col-

Universidad de Deusto
Biblioteca

legam facit Richimerum Gotthum, socerum suum, qui eum anno.4. imperij interfecit, bonis ciuium Romanorum direptis.

Richimerus 40. die post Soceri mortem extinguitur.

470. Anthemius Imp. à Riothimo rege Britonum opem, contra Erricum Vvisigotthorum regem implorat.

Hunc Riothimum Britanniæ Galliceæ regem primum nominatum repertas. Fortasse ab Armoricis populis electus fuit studio defendendæ libertatis: cùm post Aëtij mortem, nihil sibi amplius à Romanis præsidij expectarent.

Quia autem Riothimus fortassis erat ex illis Armoricis populis, quos antiquitus Britones appellatos Plinius & Strabo tradiderunt: inde fortasse tota regio Britanniæ siue Britoniæ nomen est deinceps consecuta, non ab aduenis Britannis, quos ex insula ab Anglis fugientes Gildas sic describit, vt Armoricorum in se miserationem conuertisse potius, quàm vi & bello, cum ipsis coiisse ostendat.

Hic ergo Britonum historia, siue illi sint aduenæ, siue antiquiores & indigenæ incipit.

Huic successit Olybrius septem menses.

Glycerius Rauennę imperator post Olybrium creatur. Sed eum cùm non totum annum imperasset, imperio spoliat Iulius nepos & episcopum facit in Dalmatia.

Orestes tribunus militum Rauennæ, Augustulum filium adhuc adolescentem ad imperium euehit: fœdere cum Vuandalis in Africa agitato.

Augustulus victo patre ab Odoacro fugiens, imperio se abdicat: & in Campania exulat.

Plures eiusdem nominis regna & impetia erexetunt, ac eadem labefactarunt. Darius primus cum Cyro capta Babylone Imperium Persarum constituit, Darius Arsamis filius penitus amisit: Constantinus Magnus primus Imperator Constantinopolitanus, Constantinus vltimus Imperium cum vita perdidit: Balduinus primus ex Francis Imper. Constantinopolitanus, Balduinus illius abnepos vltimus: Vrbano 2. PP. Hierusalem est recepta, Vrbano 3. recidit in seruitutem: Augustus Romanum Imperium condidit, cum Augustulo viro ominosi nominis, Romanum in Italia ruit Imperium.

An. 471. Genserico Patri succedit Honoricus, qui multo crudelius Catholicos est persecutus, quamuis Valentiniani & Eudoxiæ filiam vxorem haberet.

Annis ferè octo Vuandalorum Rex Arianus, 434. *Beda.* siue vt ait Sigeb. 444. Catholicos per speciem Sinodi euocatos Aphricæ episcopos mittit in exilium. *Diac. in Odeac. li* 16. *Ab Vsperg in Zeno.* (mirum tot olim fuisse vnius regionis episcopos) verùm biennio post corrosus à vermibus misere periit. *Procop. lib. 3. de bell. Vuand. Sigeb.* cunctis interioribus effusis. *Isid.*

Quater mille nongentos septuaginta sex in exilium misit. *Sigeb.* Plebem variis affecit supplicijs, & innumeris linguas abscidit, qui perfectius locuti sunt. *Isid. Beda.* Talis miraculi meminit Iustinianus Imp. & oculata fide sibi constare testatur. *Cod. de offic. pras.*

Eugenium Carthag. cum clericis suis plus quingentis post varios cruciatus in exilium misit. *Isidor.*

475. Franci Coloniam Agrippinam, sequenti Treuerim Romanis adimunt.

An. ab euerso templo 436. id est, Christi 476 vel 478 Simplicio Pontifice, Zenone autem Orientis, Augustulo Occidentis imperatore, post mortem D. Hieronymi an. 56 (nam obiit Christi 422.) Iudæi Tyberiadis Palestinæ indicto concilio, ad quod Babylonij confluxerunt,

Anni mundi		Anni Christi.
	Principibus.	
4558		470
	Leone Imp. sexagesimo, & eo mortuo, Zenone Isauro hæretico Ariano, an. 13. *iuxta alios* 17. *Orient.*	
	Seuero Anthemio an. 5. *Olybrio 7 mẽsibus, Glycerio, an.* 1. *Nepote dieb.* 56 *Momyllo Augustulo, an.* 1 *Occid. ex ordine successionis Impp. vsque ad Odeacrũ Turcilingorum & Italiæ Regem.*	
	Peroze, deinde Valentẽ, an. 4. *Cauade Persarũ, an.* 41.	
	SS. Abraham & Azba fratribus Æthiopiæ pret-Iosis, deinde solo Abraham, an. 14.	
	Childerico Frãc. Duce.	
	Errico Hispaniæ 8. *deinde Alarico, an.* 23.	
	CONCIL. *Carthaginense Arianorum & Catholicorum sub Hunericho.*	
4573		485

primatiis

Anni Christi.		Anni Mundi
	50.	
485	y S. FOELIX III.	
	Romanus, an. 6.	4573
492	mens. 11. dies 17.	
	Vacat sedes dies 5.	4580
	Patriarchis,	
	Alexãdriæ Athanasio 2.	
	Antiochiæ Calẽdio, deinde Palladio, an. 10.	
	Hierosolymis Sallustio, deinde Elia, an. 23	
	Constãtinopoli Flauita Ariano mens. 3.	
	Euphemio, an. 10.	
	Principibus.	
	Flaui Zenone Isauro, seu Isaurico Orien. Imp. Odeacro, an. 14. *Italiæ.*	
	Cauade Persarum Rege 18.	
	S. Abraham Æthiopiæ pret-Joso.	
	Childerico Franc. Duce, vsque ad Clodouæum.	
	Alarico Hispaniæ octauo.	
377	CONC. *Romanum* 1. *&* 2. *de causa Acacij Constantinopolitani.* *Tarraconense episc.* 10. *Aurelianense &* 1. *Francicum episc.* 30. *siue* 33 *iussu Clodouæi.* *Gerundense in Hisp. Lib. concil.*	

primariis eorum R. Ben Aser, & R. Ben Nephtali, notulas, quibus hodie Iudæi vtuntur vice vocalium & accentuum, ad lectionis facilitatem repererunt. *Elias sect. 2. lib. accentuum.* Alij putant puncta inuenta Babylone, sed falluntur. Quare אנשי טבריא punctatores dicuntur. *id est Viri Tyberiadis Elias in præf. Maso.*

Aaron ben Aser, Iacob Ben Nephtali fuêre punctatorum principes, qui dum inter se de aliquotum vocabulorum, & versuum lectione, notulis, accentu, distinctione dissentiunt, maximè in Decalogo, duplicem signandi & distinguendi modum Iudæis reliquerunt. Hinc prioris lectionem Iudæi Occidentales hodie sequuntur, posteriorisOrientales, præcipuè Babylonij, ad fluuium Neardea. Kimhi *in Psalmum.* 60.

Nec tamen illi vel accentuum vel punctorum traditionem quotuplicem habemus ediderunt, sed qui eos secuti sunt Rabbini inuentis pulchrè rebus facilè addentes.

Nam septem motionibus Masorethæ contenti fuêre, comprehenso sub camets, camets hatuph, sub hirec, vtroque hirec, sub surec, etiam Kibbuts. Quod attinet accentus. 23. tantum posuere, cùm recentiores decem motiones faciant, & accentus. 27. aut etiam. 29.

y DVAS scripsit epistolas Decretales. Celebrior est illa ad Acacium Constant. in qua eum deponit & Eutychianorum communionem damnat.

In Dogmatistas & Simonistas sua authoritate vtitur.

Sidonius Apollinaris episcopus Claromontensis in Aluernia. Epiphanius Ticinensis, Fulgentius Carthaginensis, Ruspensis episcopus.

Petrus Cnaphæus tertiò irrepit in Antiochenam sedem.

Theodomirus Ostrogottorum Rex, ad Catholicam fidẽ conuertitur.

Abraham & Azba fratres, qui Æthiopiæ imperium, quod hodie Presbyteri Iohannis dicitur circa an. 460. susceperunt per annos 27. defẽsores Christianæ religionis & illustratores fidei cognominantur. Inde Abraham in Sanctorum catalogo, apud eos ascriptus: solus regnauit an. 14. *Mar. Victorinus in Reg. Æth.*

[Ecce apud Æthiopas, sanctorum memoria & honor.]

Horum temporibus, nempe anno ipsorum decimo septimo, per vniuersam Æthiopiam religio propagatur. *Ibid.*

HVMANA.

Idem Abraham diuino somnio admonitus, ad vicanda posterorum suorum de imperio bella intestina, magnum, prę ruprum, & prę altum Æthiopiæ montem munit, vt in eũ præsidiis appositis liberi regij relegarentur, solúsque in aula remaneret, qui esset successurus. *Aluaresius hist Æthiopicæ* 58.

Et vt ex eo educerentur qui electi essent ad regnum, si rex sine maribus moreretur. *Ibid. c.* 59.

Odoacer Rugianus exercitu in Italiam ducto Orestem Ticini obsessum capit, Placentiam adducit, ibique spectante exercitu interficit. Romam ingressus regem se vrbis & Italiæ nominat, triumphans in capitolium ascendit, magnas cædes Romæ & alibi facit, agrorum tertiam partem suis attribuit.

Theodoricus Gotthorum rex à Zenone in Italiam missus tanquam vicarius duobus magnis prælijs Odoacrum vincit, & post Rauennæ triennem obsidionem interficit. Potitus Italia vrbem Senatui regendam committit, sui regni sedem Rauennæ collocat. Symmachum & eius generum Boëthium senatores nobilis. quòd Arianis templa concedi impedie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant, necat bonis publicatis.

Honoricho Vandalo succedit Guntamundus an. 12. qui restitura pace Catholicos ab exilio reuocauit. *Isidor.* deinde Trasimundus frater an. 27. *Idem.* 4580

Eugenij Episcopi Carthag. suasu, Guntamundus tandem post decem persecutionis annos, Catholicis Episcopis dudum clausas ecclesias, reddita pace, restituit. *Cassiod. de Coss.* 4586

Trasimundus Anastasio Imp. fuit charissimus, Vandalorum rex quartus in Africa, Christianos non pœnis, sed præmiis à fide abducere conatus est. *Procop.* nisi quod 220. episcopos in Sardiniam relegauit, clausis eorum ecclesiis. *Beda.* Isidorus tantum ponit 20.

Goderet Comes Gotthorum, Hispanias per Pompelonem, Cæsaraugustam & vicinas vrbes obtinuit. *Idacius Seuerus.*

Heldefredus cum Vincentio Hispaniarum duce obsessa Tarracone, maritimis vrbibus potitus est. *Idem.*

Euricus rex Hisp. Gotthis primus leges dedit scripto. Vnde à Sr Isidoro inter legislatores ponitur. *Alphonsus, Burgensis.*

Egressus in Gallias, persecutionem in Catholicos mouit *Turon. lib. 2. cap. 25. Sidon. epist. ad Basilium.*

Ostrogotthi, id est, Orientales Gotthi Zenonis Imp. tẽpore in Italia regnare incipiunt, Theoderico principe, qui pro nepote etiam regnauit in Hispania an. 15. *Vasæus.*

490. Siagrio Ægidij Suessionum præfecti filio, securi à Clodouæo Francorum rege percusso, imperij Romanorum in Gallia fuit finis, annis circiter 537. post Iulium Cæsarem.

Hinc firmanda potentiæ suæ causa, principes affinitates vndique contrahebant.

Reliquiis discipulorum D. Augustini fuisse fertur hereticorum acer expugnator, qui ex Africa propter Vandalicas persecutiones Romam se receperit: & genus vitæ monasticæ à suo præceptore institutum in ædem Lateranensem induxerit.

Eum esse Scholasticum, quem Canonis Missæ auctorem facit D. Greg. lib. 7. epist. 63. putant. Appellabatur nempe, ante quam esset Pontifex, Scholasticus à dignitate, quam apud Romanum pontificem obtinebat. Nam Schola significabat cœtum eorum, qui erant ex aliquo corpore & collegio in comitatu Imperatoris, vel episcopi. Vnde scholæ Quæstorum apud Iurisco. & Scholasticus nomen illius dignitatis. Quatione Euagrius se scholasticum appellat. Etat enim in consortio Antiochæni patriarchæ dignitate conspicuus, scholasticus videlicet & quasi protonotarius. Sic sæpe in epistolis D. Gregorij, Paulus scholasticus, &c. Si ergo Gelasius, dum adhuc esset scholasticus, hanc precem composuit, de Canone est intelligendum, qualem nunc habemus, non simpliciter. Quare & Greg. non ait canonem composuisse, sed precem, quasi vnam precationem adiecisse tantum significet. Nam multas & præcipuas illius partes ab Ecclesia vsurpatas & receptas satis constat ex Ambrosio lib. 4. de Sactam. cap. 5. & 6. Cypriano lib. 4. epist. 5. Optat. contra Parm. vbi legitimum appellat, legitimum (inquit) mutare non ausi estis, &c. Aug epistola 57. & de spiritu & litera, cap. 13. Imò verò inter preces Apostolicas magna ex parte totus reperitur Græce apud Clementem lib. 8. const. Apost. cap. 16. & Latine apud Amb. vbi supra. Quod Paschasius tempore Bertrami ante 700. annos scriptum reliquit li. de Corpore & Sanguine Domini. Respice in sacramentorum libro,

Anni mundi. *Anni Christi.*

51.

Z S. Gelasius I. Alpher, doctissimus, an. 5. mens. 8. dies 17. 492

Vacat sedes dies 7.

Patriarchis.

Alexandriæ Athanasio 2. deinde Ioanne 2. an. 9.

Antiochiæ Palladio.

Hierosolymis Elia.

Constantinopoli Euphemio, deinde Macedonio 2. an. 16.

Principibus.

Anastasio cognom. Dicorus, hæretico Eutychiano, an. 26. Orient. Imp. 62. 498

Caua de Persarum 18. deinde Zambase, an. 4.

Asfa Æthiopiæ, an. 7.

Theoderico Arriano, an. 37. Italiæ.

Clodouæo an. 30. Franc. rege primo. 4558

Alarico Hispaniæ octauo. 485

instituente

Anni Christi. *Anni mundi.*

instituente B. Petro (vt credimus) quid orat sacerdos in Canone, &c.

Collectas etiam Ecclesiasticas concinnauit, & plærasque composuit Gelasius ad totius anni Missarum solennia. Vnde & earum auctor fertur. *lege Espenceum in commentario libri de collectis Ecclesiasticis.* Quamuis principium ab Apostolico sæculo repeti debeat Orig. enim hom. 11. in Ieremiam ad eas respicit, vbi inquit, frequenter in oratione dicimus: Da omnipotens, da nobis partem cum prophetis, da cum Apostolis Christi tui: Tribue, vt inueniamur ad vestigia Vnigeniti tui, &c.

Lupercalia sacra reclamantibus multis Romanis sustulit. *Onuphr. in ciuitate Rom. pag. 324. ex antiquo Romano Registro.*

Canonicos regulares ordinis S. Augustini Laterani primus collocauit, qui ibidem vsque ad Bonifacium 8. permanserunt. *Onuphr. ex Archiuis Ecclesiæ Lateranensis.*

Manichæos libris eorum combustis proscripsit. Eius duæ supersunt epistolæ decretales, & multa alia opera.

Anastasius de Magia & Manichæa hæresi suspectus, consecutus Imperium multas alias hæreses amplectitur, & Catholicos persequitur. *Zon. Niceph. & Euagrius.*

Hinc turba hæresiarcharum Seuerus, Xenaias, &c.

Euphemius Patriarcha nunquam eum purpura ornare voluit, donec conceptis verbis religionem tetaturum, & edito chirographo fidem Catholicam se tuturum compulit. *Euagr. lib. 3. c. 32.*

Tum enim demum περιέθηκε αὐτῷ, eum coronauit *Zonar. tom. 3.* quasi iam tunc à pontificibus reges & imperatores coronarentur, & eorum sacro ministerio imperia susciperent.

Xenaias siue Philoxenus Hierapoleos episcopus Eutychianus, primus euomuit Christi & Sanctorum Imagines venerandas non esse. *Niceph. 19. cap. 27. & Cedrenus.* sub an. 494. *Funccius h ereticus pag 135.* Vbi & improbitatem hominis describit Presbyterum se esse mentitum, cùm nondum esset baptizatus, & impiè pleraque alia, &c.

Remigius & Patricius Suessionensis Episcopus fratres, Vedastus Attebatensis Episcopus, Auitus Viennensis, qui Gallias ab Ariana hæresi defendit, & multos Iudæos conuertit, Epiphanius Ticinensis, Fulgentius Rupensis Episcopi Idacius, qui Chronica sua à primo Theodosij consulatu, siue à Ioan. Chrysostomo vsque ad an. 490 perduxit. *Sigeb. in Chron.*

Cassiodorus monachus ex senatore, circa finem Imperij Anastasij. *Pomerius.*

Gennadius Massilienses. Hesychius Milesius.

Immireni Perthiæ populi olim Iudæi, postea verò gentiles sub Anastasio Imp petito Episcopo fiunt Christiani. *Theodorus lector lib. 2. Niceph. 16. 37.*

Alamundarus Saracenorum princeps, cum populo suo baptizatur. *Paul. Diac. 15. Zonar. tom 3.*

Sabbas & Theodosius abbates in Palestina florent. *Niceph.* in eorum monachos Seuerus hæresiarcha crudeliter sæuit. *Tom. 2. concil. ex libello ab eis scripto.*

Sed Iustino seniori pœnas dedit. *Euag. lib. 4. c. 4.*

Cabades Persarum rex, imitatione Anastasij Christianos persequitur. *Niceph lib. 16. c. 3.* & Thrasimundus Vandalorum in Africa. *Regino lib. Diac lib. 15.* Et Theodo Boiorum princeps qui Ratisbonę & in vicinis regionibus Herculis & Æthnicorum superstitiones erexit, an. domini 508. *Auent. lib. 3. annalium Boiorum.*

Concil. Epaunense epis. 70. in quo 40. canones

Romanum contra Acacium Constantinopolitanum.

Romanum alterum pro absolutione Miseni Episcopi.

52.

* S. Anastasius II. Romanus, an. 1. mens. 10. dies 24. 4586 4588.

498 500

Vacat sedes dies. 4.

Pp

Universidad de Deusto
Biblioteca

	HVMANA.	Anni mundi		Anni Christi.
	Hic multa Galfridus & Balæus vanissimè de suis Britannis confingunt, vt regni cuiusdam noui iaciant fundamenta, quod antiquitate & nobilitate cum Francico & Hispanico certet, imò superet.	4586	*Patriarchis.*	498
	Arcturum magnũ, qui nunquã extitit, vt ex Beda potest intelligi, tempore Clodouæi profligasse Saxones, mirabiliora gessisse per totum ferè orbem, quàm Alex. Mag. Christianum fuisse. &c.		*Alexandriæ Ioanne secũdo.*	
	Eius tempore viguisse Thelesinum Helium ex Bardorum genere, philosophum, Mathematicum, primum poëtarum suorum. Huius auditorem fuisse Metlinum siue Melkinum ex patre incubo Vatem, & astrologum, qui cometarum effectus, & planetarum motus monstrabat. Anglicas & Gallicas regiones peragrabat. De regni Anglici & religionis mutatione sub finem mundi ventura prædicebat. *Naud. vol. 2. gener. 17.* hæc & alia mendacia refellit in proëmio rerum Anglicarum Guillielmus Nembrigensis & quidem Anglus.		*Antiochiæ Palladio.*	
	Burdenellus tyrannidem vsurpat eius Hispaniæ partis, quæ Romanis parebat: à Gothis captus & Tholosæ tauro æneo impositus viuus crematus est. *Fasaus.*		*Hierosolymis Elia.*	
	* Hvnc aliqui recensent inter hæreticos propter communionem Acacij & Photini, vt Gratianus c. Anastasius. dist. 19. &c. dictum est, 1. q. 1. quasi illi fauerit & in sedem Constant. reuocare voluerit. Atqui Anastasium Imper. excommunicauit propter Acacium & Eutychianistas *Plati. Symmachus in Apolog.*		*Constantinopoli Macedonio secundo.*	
	Vnde & Symmachum successorem Orientalis Ecclesia scripsit, vt illos ab illa excommunicatione absolueret.		*Principibus.*	
	Quin & Acacius obierat, ante quàm Anastasius sedẽ Apostolicam conscendisset.		*Anastasio Imp. sexagesimo secundo.*	
	Scripsit ad Anastasium Augustum.		*Zambase Persarum 18.*	
	Ferrandus Diaconus Carthaginensis, Alcimus, Auitus Viennẽsis episcopus varia, etiam contra hæreticos prosa & versu emittunt. *Ado. Gennad.*		*Asfa Æthiopiæ.*	
	HVMANA.			
	Gens Bulgarorum ignora, in Illyriam & Traciam impressionem facit, Romanos fundit ad vnum ferè omnes, & ibi sedes locat. *Zonar. tom. 3.*			
	Heruli demigrant in Italiam & ab Anastasio imp. benigne admittuntur, *Procop. lib. 2. bell. Gothor.*			
	Clodoueus primus Ducum Francorum fit Christianus, regni sui decimo quinto, & baptisatur à S. Remigio Rhemensi Archiepiscopo, qui ei Ludouici nomen & regis titulum imposuit. *Greg. Turon. lib. 2. cap. 30 & 31. Æmil. lib. 1.*		*Theodorico siue Dietherico Ostrogothorum ac Ital. rege primo.*	
	Quicquid Galliarum à Rheno ad Ligerim sub iure erat Romanorum, ad ius Francorum iam transtulerat. *Sigebertus.*			
	Siagrio Ægidij filius è Suessionensi prouincia pulso. *Turon.* Regni fines à Rheno ad Sequanam dilatarat, deinde ad Ligerim. *Annon.*			
	Alemanniam in ducatus formam redegerat, complectentem Sueuiam, Alsatiam, partem Heluetię & vicinas alias regiones, vbi Bauariæ regem Theodonem, Ducem duntaxat nominari voluit, vt se Regis Franciæ clientem esse sciret. *Rhenatus, Auentinus, Munsterus.*	4588		500
	Delatum fuit oleum cœlitus per columbam, super Clodouæum regem primum Christianum: inter reges Francorum			

Anni Christi.		Anni mundi.	
498	*Clodoueo Franc. rege primo.*	4586	corum, quo rex præfatus à B. Remigio fuit inunctus, & inũguntur posteri, signis & portentis & variis curationibus in eis ex vnctione prædicta apparentibus. *D. Thomas lib. 2. de Regimine principum cap. Vlt. significat autem strumarum curationem.* Delati illius vasis chrismate pleni per columbam, meminere Henricus Erphordiensis & Annonius de gestis Franc. lib. 1. cap. 16. Diuinæ gratiæ & odoris in templo collocati & Balsami Greg. Turon. li. 2. cap. 31.
			Cum superiores duntaxat Ducis titulo insignirentur, hic primus propter sacrum oleum sibi & posteris regium meruit.
	Alarico. Hisp. octauo. *Annus domini 500. 5. Symmachus Pontificatum adit & Flauianus 2. Patriarchatum Antiochenũ & Rabbini Babylonicum Talmud absoluunt.*		Prima Christianorum pugna contra infideles Vuisigothos, qui Engolismam & Burdegalam tenebant: & Tholosam pro regia, fœliciter confecta per Clodouæum. *Sabell lib. 2. Ennead. 8.* ita gens Francica prima omnium pro religione signa cum Christi hostibus contulit. *Æmil lib. 2.*
			Gothis Arianis ex Aquitania pulsis, Franci Catholici successerunt. *Iuo in Chronico.*
			Proclus Philosophus specula vstoria caua ex ære fabricat, ad arcendos de muro Constantinopolitano hostes. *Zonar in Anastas.* ab his speculis radij solis accensi vicinas naues Vitaliani, Archimedis exemplo, incenderunt.

QVINTO sæculo cõtinuata est doctrina Missa, *Chrisost. Gelasij* Liberũ arbitriũ. *Passim Chrys. eius patronũ agit, vt ho. 8. ad Philip. ho. 9. in 1. c. Iohan. hom. 45. & 46. in 6. Iohã. Augustinus ipse Gratiæ præco cõtra Pelagianos vehemẽtissimus l. 1. ad Simplicianũ q. 2. & in solutionibus quæstionũ q. 1. Neque enim (ait) voluntatis arbitriũ ideo tollitur, quia iuuatur, sed ideo iuuatur quia non tollitur, &c. Idem de spiritu & litera c. 33. velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius præuenit nos. Consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, propriæ voluntatis est, &c. Prosper. Cyrillus 3. & 8. contra Iulian. & alij omnes huius ætatis, quibus alioqui pugnandum erat pro diuina gratia in Pelagianos eius inimicos.* Secundã iustificationem requirere opera. *Chrisost. hom. 6. in 1. Ioan. Et in dictum ad Rom. 3. Iustificati gratis, Augustinus nihil aliud intelligi docet, per vocem* Gratis, *quàm quòd iustificationem opera nulla præcedunt, de spiritu & litera c. 25. Prosper, lib. 1. de vita Conc. c. 19. Hesych. in c. Leuit. 4. & 5. Sedulius in c. 4. Rom. in 5. Philip.* Non solam fidem ad salutem sufficere. *Cyrill. Alex. lib. 10. c. 18. in Ioan. S. Leo sermo. 3. de Epiph. Sic Primasius in 2. c. Galat. Quæritur, vtrum sola fides sufficiat Christiano: fides sufficit, vt primò credentem & iustum efficiat, si deinceps in iustificatione permaneat. Cæterum sine operibus mortua est. Item in c. 4. Gal. & in 3. Heb. Saluianus lib. 4. de Prouid. Hæc sit hominis Christiani fides fideliter Christi mandata seruare. Quare & ipse Aug. Pelagianorum præcipuus infectator bonis operibus multum tribuit, lib. 2. de peccatorum meritis c. 3. 4. & cap. 15. probat multis scripturarum testimoniis mala opera damnare. bona vitam æternam mereri.* Intercessio sanctorum. *Chrysost. hom. 1. & 44. in Genesim, & passim alibi. Augustinus lib. de cura pro mort. c. 16. & passim Theodor. q. 1. in Leuit lib. 8. de curatione Græca, qui de Matyribus inscribitur. Totum denique hoc sæculum, vt Esselsius libro peculiari docet.* Imagines, *Petrus & Paulus cum Christo pluribus locis picti. Augustinus 1. de consen. Euang. c. 10. Apostoli in pictis parietibus. Ibid. Earum primus oppugnator hoc æuo exoritur Xenaias siue Philoxenus Hierapoleos Episcopus sub an. 494. contra quem multi Purpura cælatur áque crucis in purpuris, in diadematis, in precibus, in armis, in mensa sacra & in toto orbe apud Chrysostom. lib. Christum esse Deum. vbi & bestiarum etiam corpora malè affecta, crucis forma signari. Super altare Michaelij (templi cuiusdam) posita crux. Sozom. lib. 2. cap. 3. Trip. lib. 2. cap. 19. Néve quis ignoret speciem Crucis esse colendam, quæ Dominum portauit ouans, ratione potenti. Sedulius. Cyril. lib. 6. contra Iulianum Apostatam.* De Pœnitentia & eius partibus, præsertim confessione. *Chrysost. hom. de lapsu primi hom. hom. 3. in 2. co. 2. hom. 3. Matt. Hesychius lib. 7. in ca. 27. Leuit. de duobus annis remissionis scilicet & iubilæi, quorum vnus (inquit) baptismum apertè insinuat, alter pœnitentiam. Eucher. lib. 4. in libros Reg. Leo epist. 91. 69. Cyrill. lib. 3. in Leuit. Aug. ho. 49. lib. 2. de visitatione infirmorum c. 4.* Veritas corporis & sanguinis in Eucharist. & Transsubstantiatio, & oblatio. *Chrys. in Liturgia, hom. de*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eucharist. hom. de Psal. 115. hom. 83. in 26. Matth. ho. in. 1. cap. Ephes. hom. 84. in Ioan. 19. Hom. de proditione Iudæ. hom. de resurrectione. hom. 21 in Act. hom. 6. ad popul. Antioch. lib. 6. de sacerd. Euch. lib. 1. in Genesim. Aug. epist. 111. & 118. quæ ad Ianuarium, vbi sexies offerendi verbo vtitur absolutè, pro Missam celebrare. lib. 2. cont. Petilianos c. 37. Hom. 2. in Psal. 33. Psalm. 37. vbi, Christus ferebatur manibus suis &c. in Psal. 119. Sermo. 28. & 40. de verbis domini. Hom. 16. Serm. 38. ad fratres in Eremo. sermo. ad Neophytos. De ciuit. lib. 21. cap. 25. quod sacrificium esse *docet in Enchir. in Psal. 33. lib. 9. conf. c. 13. epist. 59. lib. 10. de ciuit. c. 6. epist. ad Bonifacium 23. & lib. de spirit. & litera c. 11. verissimum & singulare sacrificium vocans. Cyrillus Alex. in Ioan. lib. 3. 4. 10. Conc. Ephes. & Chalcedon. & cæteri huius ætatis. Recurre ad Garetium & Tonstallum. Nam omnibus memorandis essem prolixior.* Preces pro mortuis & purgatorium. *Aug. in Ench. c. 10. & 69. in Psal. 6. & 37. de cura pro mort. cap. 1. 5. & q. 11. ad Dulcit. ser. 34. de verb. Apost. de spiritu, & anima c. 29. Chrysost. in liturgia & ad Phil. 1. iuuari eos non tantùm precibus, sed & eleemosynis & sacris oblationibus. Cyrillus &c. & reliqui huius ætatis dempto nemine.* Primatus Petri. *Cyrillus lib. 2. in Ioan. c. 12. August. lib. 1. retract. c. 21. & in Ps. contra Donatum. sermo. 124. de tempore. Sozo. lib. 3. c. 7. Chrys. ho. 83. in Matt. &c.* Cæterorum *capitum memoriam ex plurimis huius sæculi scriptoribus, colligarunt innumerabiles nostri temporis viri eruditi: vt ea nihil necesse fuit retexere. Addendum duntaxat Centuriatores fateri totum hoc sæculum, sibi etiam hostiliter aduersari, Cent. 5. cap. 3. de Persecutione & tranquillitate Ecclesiæ col. 25. sparsim. cap. 4. de doctrina, per totum maximè illa parte, quæ inscribitur, Inclinatio doctrinæ complectens incommodas opiniones, stipulas, & errores doctorum huius sæculi. col. 496. & seqq. cap. 5. de hæresibus col. 529. sparsim. Per totum cap. 6. de Ceremoniis & ritibus Ecclesiæ col. 641. & seqq. Per totum cap. 7. de Politia & Gubernatione Ecclesiæ col. 733. & seqq. cap. 9. sparsim col. 808. De Synodis, cap. 10. de episcoporum & doctorum vitis col. 958. & seqq. cap. 11. De hæreticis sparsim, prout cum illis colludit, col. 1453. denique sparsim, cap. 12. de miraculis col. 1470. Adde eos, qui isto æuo scripserunt de hæresibus. Item contra Nouatianos, Manichæos, Donatistas, Vigilantios, Aerianos Pelagianos, Iouinianistas, Prædestinatos, Nestorianos, Eutychianos: simul istos eadem sentientes oppressisse.*

Anni mundi.

ANNVA subsidia, vestes & pecunias præbet Eugenio Carthaginensi & 220. Episcopis, quos in Sardiniam relegarat Trasimundus Vandalorum rex. *Diaco. in Anast. lib. 15. Guil Nangiac. Beda lib 2. de ratione temp.* 4588

Manichæorum, quos vrbe in exilium expulerat, libros & Simulachra in vestibulo Constantinianæ Basilicæ publicè igni tradit. *Sabell. lib 2. Ennead. 8. Platina.* 4603

Pauperibus habitacula condidit & de victu eis liberalissimè prospexit.

In quatuor Romanis Synodis ob schisma causam dixit, sed in quarta, quæ ideo vocata est palmaris, absolutus est an. 504. In quinta librum Enuodij Diaconi pro defensione sua scriptum, vim Synodalium decretorum habere obtinuit. In sexta de Ecclesiæ reformatione egit. *lib. 1. Concil.*

Innumeras basilicas construxit vel reparauit, eas multo auro & argento dotans. Apologeticum conscripsit.

504. Lutetiæ templum D. Petri, in D. Genouefæ honorem dedicatur. *Iordan. in Chron.*

Egesippus Theologus alius ab historico, S. Seuerinus Treuerensis, S. Eleutherius Tornacensis Episcopi. Boëtius mathematicus, philosophus & poëta, Chiterini musici instrumenti inuentor *Supple. Chron.* Symmachus exconsul, Patricius Romanus eius socer, Martyres. Quintianus Rutenensis Episcopus. Ioan. Maxentius Pictauensis

Anni mundi.

SEXTVM SECVLVM.

53.

a S. SIMMACHVS Sardus an. 15. mens. 6. dies 22.

Vacat sedes dies 7.

Patriarchis,

Alexandriæ Ioanne 2. deinde Ioanne 3. an. 11.

Antiochiæ Flauiano 2. an. 13. deinde Seuero Hæresiarcha an. 6. mens. 1.

Hierosolymis Elia, deinde Ioanne. 3. an. 13.

Anni Christi. | Anni mundi

500 | 4588 *Constantinopoli Macedonio 2. deinde Timotheo Theopascita an. 7.*

Principibus.

Anastasio Diocro Eutychiano an. 26. Orientis Imp.

Iisdem alibi imperantibus & regn.

Cauade iterum an. 16. apud Persas.

Alarico Hispaniæ octauo, & per ordinem Sisalitto an. 4. Theodorico 2. an. 15.

Schisma 4.

LAVRENTIVS in schismate contra Symmachum Papâ designatur: sed Symmachus in concilio Rauennate præsente Theodorico cõfirmatur Diac. in Anast. lib. 16. Blond. 3. dec. 1. Platin. Greg. dial. 4. cap. 40. vbi de Paschasio Diacon. loquitur.

Laurentius post abdicationem, Episcopus Nucerinus.

CONC. *Rauennense, quo Symmachus in pontificatu confirmatur.*

Ilerdense, Episc. 8. in Hispania. in quo canones 16.

Valentinum Episc. 6. in Hisp.

Romanum Episc. 122. lib. Concil.

Alia 5. Concilia Romæ celebrantur. Lib. Concil.

Agathense in Gallia Narbonensi in quo can. 71.

515. *Sidonense in Syria cui præfuerit Æneas Hieropolitanus & Soteri cus Cæsariensis hæretici.*

4603

uensis Abbas, *Sigeb. Trith. Procop. lib. 1.* Paschasius Diaconus libros de S. Spiritu scribit. *Greg. 4 Dialog. ca. 40.* Fulgentius Hispalensis Episcopus. *Diacon. lib. 17.* Paul. Ægineta. *Trith.*

HVMANA.

Clodouæus Franc. Rex à Rheno ad Sequanam vsque regnum dilatat. *Guilel. de Nangiaco.* & paulò post vsque ad Ligerim, Burgundiam sibi reddens tributariam. *Sigeb. Æmil lib. 1. Blond. lib. 3. dec. 1.* Lutetiam Parisiorum sedem regni, constituit suasu Clotildæ vxoris. *Turon. libro, 2. c. 38 Plati. & Chron. Francorum.*

Pictauis bellum intulit, quia ibi Ariana hæresis vigebat; eáque occasione suum regnum dilatauit, *Turon. libro. 2. cap. 37.*

In eius Decimum quintum Christi quingentesimus incidit quo & susceptro baptismate Christianus efficitur. Quindecim alios annos deinceps regnaturus, & mira contra Arianos gesturus, & totam Galliam sibi subiecturus præter Prouinciam & Gotthiæ partem.

Ita. 500. an. Francorum gens, aduena rege viam pra monstrante, Christianus mysteriis initiatur, cũ antea sibi Syluarum atque aquarum, auium, bestiarúmque & aliorum quoque elementorum formas fingeret, ipsásque vt Deum coleret, eisque sacrificia delibare consueuisset. *Greg. Turon. lib. 2. hist. Franc. cap. 16. pag. 70. & Greg. Magnus in epistolu.*

Cùm antiquiores regionis habitatores 1. Galli. ab anno Christi 200. iam publicè religionem excepissent.

Allarico Vvisigorthorũ Rege, vita cũ vniuerso regno, cuius regia erat Tholosa, expoliato, & Apolliuare Aruernorũ præfecto incampis Voglatensibus cæso, Franciũ regnum ad Pyreneos vsque montes extendit, & à Ligeri ad Rhenum fluuium, qui erat limes regni Vvisigorthici. *Sigeb. & Guilel. Nangiacus.* Inde Anastasius Imp. titulum & insignia consulatus ac patriciatus ei contulit, quòd Gothos seu Vvisigothos Arianos ab vtraque Aquitania expulisset. *Turon. ibidem. Æmil. lib. 1. Sigeb. in Chron.*

Hoc bello vouit Lutetiæ templum SS. Apostolis Petro & Paulo, quod nunc S. Genouefæ. *Paulus Æmil. Turon. lib. 2. cap. 37.*

Carcassonem obsedit, in qua erat Salomonis pretiosissima supellex, è Hierosolymis à Romanis quondam aduecta. Sed aduentante Theoderico Ostrog. in Italia Reg. obsidionem soluit. *Procop. lib. 1 belli Gotth.*

Theoderico contra ipsum octoginta armatorum millia mittente Francorum 20 millia perdidit, Prouincia amissa, & Vvisegothis reddita. *Vaseus in Chron. Hisp.*

Diadema aureum vnionibus & gemmis pretiosissimum, sibi ab Anastasio Imper. missum Ecclesiæ D. Petri offerendum Romam misit. *Anno. lib. 1. c. 24. Ado.* Ita cùm fundamẽtis regni Gallici obseruantia, in sedem Apostolicam regum nostrorum coaluit. Vnde & nostrates omnes, Vvisigotthi Romanos è Grego. Turonensi appellabant. Nota Caluiniane regnum tuum fuisse fundatum cum sedis Apostolicæ veneratione & obseruantia.

505. Gundebaldus Burgundionum rex leges Burgundionibus præscribit, quibus Romanorum. (.i. Gallorum regni incolarum) securitati cauebat & prospiciebat. *Turon.*

Eodem anno 505. absolutum est à Mar filio & discipulis Rab Ase Talmud Babylonicum. Nempe ea pars, quam appellant Ghemara, 100. circiter annis post Talmud Hierosolymitanum, post Misna priorem partem an. 317. post puncta annis. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hanc editionem anteceſſerunt auctores Midras hot, Mecilta, &c. ſunt conſecuti Geonim, ij ſcilicet, qui Talmud illuſtrarunt, quaſi Iuris profeſſores, & interpretes. *Maiemonim in præf.* — *Anni mundi.*

Sub annum 508, Alla primus Noxthumbrię rex in Deira Angliæ. — 4603

Cabades rex opera vxoris è vinculis ereptus Hunnorum auxilio, regno Perſarum reſtituitur. Mox Armeniam diripuit, Amidam Meſopotamiæ cepit. Sed eam biennio poſt Anaſtaſius recepit, & in 7. annos cum Perſis inducias fecit. *Agat. Procop.* — 4612

Theodericus vrbem reædificauit, victis Bulgaribus Sirmium recepit. Pannoniam & Noricum regno ſuo adiunxit. *Blond.* Vaſconiam Francis, qui eam Vveſtgotthis ademerant, eripuit. *Procop. lib. 1. de bello Gotth.*

b AMANICHAEIS vrbem purgat palam eorum combuſtis codicibus. *Diacon. lib. 14.*

Reliquit multas epiſtolas decretales. *1. Tom. Conc.*

Sub hoc Hormiſda beatus Petrus multa dona conſecutus eſt. *Anaſtaſ. Bibliothecarius.* i. Eccleſia Romana magnis multiſque opibus aucta eſt.

Timotheus Conſtantinop. Epiſcopus inſtituit, vt in ſingulis Liturgiis recitaretur Nicenum Symbolum, cùm quidem prius ſingulis annis tantum ſemel prælegi ſoleret, nempe Paraſceue Paſſionis, quando Epiſcopus catechizabat. *Theod. lector lib. 2.*

Fortunatus Catinenſis, Euodius Ticinenſis Epiſcopi proſa & verſu Theologica multa ſcribunt.

Ad hæc vſque tempora Acatianos & Arianos in Oriente templa & publicos conuentus habentes, Iuſtinus pius Imp. exterminauit. *Dia. lib. 17.* ſicut Eutychianos & Neſtorianos. *Æmil. lib. 1. Blond. lib. 3. dec. 1.* Et Manicheos, libris eorum publicè combuſtis. *Sabell. lib. 2. Enne. 8. Plati.*

HVMANA.

Quatuor filij Clodouæi regnum inter ſe diuidunt, Lotharius ſeu Clotarius ſedem regni ſui habuit apud Sueſſionem, Theodoricus ex concubina filius Methis, Clodomirus Aureliæ, Childebertus Lutetiæ Pariſiorum. *Sigeb. in Chron.*

Pacem cum Amalarico Alarici filio firmant data illi in vxorem ſororeClotilde, Tholoſatiumque præfectura reddita. *P. Æmylius.*

In Alexandria multi vtriuſque ſextus dæmoniaci, quaſi canes, latrabant. *Sigebert.*

[In Pyreneo ſaltu, is morbus permultos inuaſit: poſtquã religio Catholica, inde exulauit iuſto Dei iudicio.]

Alaricus 1. Hiſpaniæ & Aquitaniæ Rex Amalaſuntham Theodorici regis Italiæ filiam in vxorem duxit. Huic, vt ſupra dictum eſt, peremptо in agro Volgodenſi Clodouæus ademit, quidquid Galliarum Gotthi poſſidebant, cum hactenus reges Gotthorum in Narbona & Tholoſa Galliæ ciuitatibus, ſedes tenuiſſent. Theodoricus ſocer Vaſconiam recepit, & pro Almarico Alarici filio, donec adoleſceret, gubernauit. *Tarapha de regibus Hiſpa.*

Amalaſuntha ita Græcis & Latinis literis imbuta, vt cum quouis docto diſputaret. Linguas barbarorum callens, ſine interprete his omnibus loquebatur. *Idem.*

Almaricus Totillam Clodouæi regis filiam duxit, qua Arianiſſimum detrectante, proindeque indignè habita bellum inter Childebertum Francum & Almaricum exarſit, in quo Almar. interficitur. *Idem.*

Cabades Perſ. rex Chriſtianos perſequitur. *Nicephor.*

54.

b S. HORMISDA Fruſiuonius Campanus, an. 9. dies. 18. — *Anni Chriſti.* 515

524

Vacat ſedes dies. 6.

Patriarchis.

Alexandriæ Ioanne 3. *mox Dioſcoro 2. an.* 7. *Timotheo 4. an.* 17. *Antiochiæ, Paulo 2. an.* 3. *Euphraſio an.* 6. *Hieroſolymis* Ioanne 3. *Conſtãtinopoli Timotheo Theopaſchita, deinde Ioanne 2. an. 2. Epiphanio an. 14.*

Principibus.

Anaſtaſio imperat. Oriẽ. 62. & poſt. eum, Iuſtino Seniore an. 9. *Gabade Perſarũ an. 16. Sahal & poſt eũ Adaana. an. 14. Æthiopiæ regg. Theodericoſ Italiæ & Hiſpaniæ Nepotis loco reg. Clodouæo Francogallorũ rege 1. & poſtea Childeberto an. 45. (aliis Childerico) Francor. Reg.*

CONCIL. *Romanum contra Eutychianos, Scueritas & Neſtorianos. Blond. lib. 3. dec. 1.*

Aurelianenſe 4. Clodouæo rege. Tom. 2. concil. aliũ primum.

Anni Chriſti. — *Anni mundi.*

517 *Cæſarauguſtanam Epiſc. 12. lib. Conc.* — 4612

517 *Gerondenſe in Hiſp. epiſcoporũ 7. 1. Tom. concil.*

516 *Taraconenſe 10. Epiſcoporum, in quo inter alia ſtatutum, Vt obſeruatio Dominici incipiat à Sabbato. Vnde hodieque Hiſpani ceſſant die Sabbati ab omni opere ſub horã veſpertinam. Vaſæus 1. Tom. cõc.*

55.

524 c S. IOANNES I. Tuſcus, an. 2 — 4612

527 menſ. 8. dies 28. — 4615

Vacat ſedes menſ. 1.

Patriarchis.

Alexandriæ Timotheo 4.

Antiochiæ Euphraſio, deinde Ephraimo. an. 18

Hieroſolymis Joãn. 3.

527 *Conſtantinopoli Epiphanio.* — 4615

Manichæos in regno ſuo trucidat. *Diaco. li. 15. rerum Rom.* Pacem cum Iuſtino facit. *Ibid.*

Childericus Honorici ex Valentiniani 3. Imp. filia filius Vandalorum rex quintus, ann. 7. menſ. 4. in Africa à matre fide recta imbutus Catholicos ab exilio reuocat. Eccleſias ſacerdotibus reſtituit. *Iſido.* poſt annum 74. hæreticæ profanationis. *Beda.*

c RELIQVIT duas epiſtolas.

Conſtantinopolim ingreſſus dexter dextro inſedit ſolio, diémque Domini noſtri reſurrectionis, plena voce Romanis precibus celebrauit. *Sub finem Chronici Marcellini comitis qui ſub Iuſtiniano ſcripſit.*

Iuſtinus primus omniũ Imperatorum coronatur à Roma. Pontifice. *Blond. lib. 3. dec. 1. Tom. 2. Conc.*

Hunc alij Iuſtinianum maiorem appellant. Ad reges Francorum ſcripſit de bello, quod Oſtgotis regibus, qui Theodorico ſucceſſerant, religionis nomine indixerat. quarto menſe ante mortem imperatorem creat Iuſtinianum ſororis ſuæ filium.

Hunc PP. quòd à Iuſtino honorificè ſuſceptus eſſet, vel quod Arianis templa nollet concedere, Theodoricus carceris afflictione peremit. *Diaco. lib.* 17. qui 98. die poſt ſubita morte obiit.

Ferreolus Vticenſis Epiſcopus ſcribit. *Turon. lib. 6. c. 8.*

Ad Africanas eccleſias Epiſcop. 220. è Sardinia reuocat Childericus Vandalorum rex Arianus annitente Iuſtino ſeniore, poſtquam eccleſiæ illic an. 74. ab Arianis fuiſſent vexatæ. *Diac. lib. 14.*

Childericus Vand. rex ob reuocatos ab exilio epiſcopos interficitur & Gillimere duce in Orthodoxos excitatur perſecutio, in qua eorum linguæ radicitus exſcinduntur. Nec tamen deſierunt loqui. *Greg. lib. 3. Dial. cap. 32. Iuſtinian. ipſe lib. 1. cod. de off. præf. prat.*

Iudæus quidam Homerita, qui ſe Moſis filium eſſe gloriabatur, in Negra fœlicis Arabiæ vrbe, interfecto Aretha vrbis Epiſcopo: in Chriſtianos ſæuiit. *Nicephor. lib. 7. cap. 6.*

S. Brigida, ſiue Brigita, ſiue Pyrgita, virgo Scotica, S. Patritij familiaris. Fuit alia à Brigita vidua, cuius extant vaticinia & precationes, duciſſa Neritiæ in regno Suecorum, quæ & erexit in Patria Monaſterium Vvaſte, cuius prima abbatiſſa fuit D. Catharina ipſius filia. Floruit enim in Suetia & Romæ, temporibus Magni Sineech Sueciæ regis, obiitque circa ann. 1363. Vtraque à Platina & Volat. vitioſè confunditur.

Duo SS. Germani, alter Pariſienſis Epiſcopus, alter Capuanus, Arator ſubdiaconus poëta, Priſcianus grammaticus Cæſarienſis apud Conſtantinopolim. *Diacon. lib. 18. Palmer. in Chron.*

Acephalorum hæreſis. *Sigeb.* hos Ruſticus Diaconus eleganti ſcripto refutat.

S. Benedictus Nurſinus monaſterij montis Caſſini Abbas, cum ſorore Scholaſtica, miraculis & prophetiæ ſpiritu clarus, ordinem Benedictinorum inſtituit: & monachos paſſim diſperſos æmulatione D. Baſilij in vnum contraxit. *Sabell. En. 8. lib. 2. Iuo in chron. Diac. lib. 19. Palmer. Greg. lib. 2. dialog. cap. 1. & 33.* obiitque ann. 543. vt ſcribit Fauſtus eius diſcipulus.

Pſalterium in ſeptem horas diuiſit, vt ſingulis hebdomadis Pſalterium recitaretur. *In regula cap. 16. & ſeqq.*

Regulam ſcripſit diſcretione præcipuam, ſermone luculentam. *Greg. Magn. in dialo.* quam Concilia deinceps conſulerũt. quando actum de Monachorum quibuſlibet ordinibus cenſendis ac reformandis. 12. monaſteria conſtruxit. Paulo ante mortem Maurum, Fauſtum atque alios in Gallias mittit, vt ibi ſui ordinis monaſteria propagarent. *Hoſtienſis in Chron. Caſſi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nensi lib.1. cap. 1. quæ tandem numerata sunt in diuersis orbis partibus ad 33. millia Abbatiarum, & quatuordecim millia Priorat uum.

Ex eius discipulis 24. extiterunt Rom. pontifices, ducenti ferè Cardinales, Archiepiscopi in diuersis ecclesiis mille sexcenti, Episcopi 4000. Abbates eruditione & scriptis celebres 15700. *Trithemius & Sabell. Ennead. 8. lib. 2.*

HVMANA.

Slaui gens Scythica Historiam, primásque Veneti anguli fauces inuaserunt. Vnde postea Mauricij tempore in Boëmiã & Poloniam sunt delati. *Sabell. Ennead. 8. lib. 2.*

Histri Slauonico tumultu territi in insulam transiuerunt Capratiam, vbi Iustinopolim condiderunt. *Ibid.*

Vandili ex Lybia in Italiam excurrunt. *Greg. Dial.*

Hunibaldus 18. libros de Francorum regibus per an. 926. scribit. Sex primos à Troianorum temporibus vsque ad mortem Antenoris, sex sequentes vsque ad Ferdinandum, vltimos sex ad vsque Clodouæi tempora & penè per 400. annos Francorum reges ante Clodouæum adducit. *Irenicus & Trithemius.* fabulosum interim scriptorem esse puto. Nam neque Francos à Troianis ortos, neque cætera gesta esse aliunde liquet.

Herminfredus Thuringorum rex à Clotario & Theodoro Francorum regg. victus, cuius neptis Radegunda Clotario nupsit. *Turon. lib. 3. hist. cap. 4.*

Longobardi seu Langbardi Pannoniam occupant expulsis Hunnis & Ostrogotthis. *Diacon. lib. 18. Bonfin. decad. 1.*

An. 523. Theodoricus Amalarico nepoti iam adulto Hispaniam post 15. annos reddit cum Gallia Aquitanica, atqui in Italiam reuersus ob instauratam Romam, & redintegratos illius muros, auream statuam à Senatu meruit. *Isidor.*

Manichæi in Persia iugulantur à Cabade. *Sigeb.*

Gilimer Ilderichum Vandalorum regem quintum in vincula cum filiis coniicit, & regnum Africæ inuadit. *Isid. Beda.*

Eum Iustinianus soluto bello Persico adoritur, quod bellum Procopius duobus libris prolixè describit.

* RELIQVIT eruditissimam epistolam ad Petrum Antiochenum Episc. (vel potius Apameæ) qui addebat in Trisagio, *crucifixus propter nos*, quasi Trinitas fuisset crucifixa. Item de errore Tredeitarum, qui tum incipiebat. Illa in. 5. Concil. Constantinop. Oecumenico est lecta & laudata. 4615

Montanus Toletanus *ex S. Alphons.* Aprugius Pacensis Episc. qui sacras literas ita ingeniosè exposuit, vt veteres præ illo non videantur exposuisse. *Isido. de viris Illust.* 4619

Axumitæ vltra Ægyptum & Homeritæ, vbi multi erant Iudæi, Rege Adad episcopos & doctores à Iustiniano per legatos impetrantes, fiunt Christiani. *Paulus diac. lib. 16.*

Helliseus in Æthiopia rex pietatis studiosus, qui contra Iudæos & Paganos Homeritas classem instruxit. *Procop. lib. 1. Persici belli.*

Gethes Herulorum incolarum Istri, Gorda Hunnorum ad Bosphorum reges, & Boazer regina vidua cum centum millibus gentis suæ, Christianam fidem amplectuntur. *Procop. lib. 2. de bell. Gothorum, Otho Frisingensis li. 5. cap. 4.*

Abasgi & populi ad Tanaim, à Iustiniano episcopos & doctores petunt. *Euag. lib. 4. cap. 22. & 23.*

Vandalis per Bellisarium tertio mense deuictis.

Iustinianus, ex Lybia & Carthagine potissimùm, pellit Arianos, Christianis templa eorum, iuxta vaticinium Cypriani martyris, denuo restituit & instaurat. *Procop. lib. 3. de bello Vandalico.*

Anni mundi.

Principibus.

Fla. Anicio Justino Imp. sexagesimo tertio.

Cabade Persarum rege decimo nono.

Theodorico Ital. & Hispaniæ, quam postea reddidit Amalarico.

Childeberto cum Clothario Frãc. rege secũdo.

CONC. *Ilerdense ad 8. episc. sub Sergio illius ciuit. episcopo. 1. to. Concil.* 525

Eodem anno Conc. Valentinum 2. sex episcopo. Ibid.

56.

* S. FOELIX 4. Samius, an. 4 — 527

menses 2. dies, 3. — 531

Vacat sedes dies 13.

Patriarchis.

Alexandriæ Timotheo quarto.

Antiochiæ Ephraimo.

Hierosolymis Petro tertio, an. 20

Constantinopoli Epiphanio.

Anni Christi.

Anni Christi.

Principibus.

Eisdem Imperantibus & regnantibus vsque ad Iustinianum Imper. & Alaricum Ital. reg.

Cabade rege Persarum decimo nono.

Amalarico Hisp. an. 5.

530 CONCIL. *Tolet. 2. Episco. 8. tom. 1. Conc. sub Amalarico rege, cap. Vt. de veteribus canonibus renouandis & nouis ad disciplinam Ecclesiasticam condendis.*

57.

531 d S. BONIFACIVS 2. Romanus, an. 2.

533 dies, 2.

Vacat sedes menf. 2.

Patriarchis.

Alexandiæ Timotheo quarto.

Antiochiæ Euphraimo.

Hierosolymis Petro tertio. Constãtinopoli Epiphanio.

Principibus.

Anitio Iustiniano an. 39

Imp. sexagesimo quarto.

Cabade Persarum.

Asfa Æthiopiæ.

Adelricho, seu Athalarico, siue Alarico cum matre Amelasinuta Ital.

Childeberto cum Lothario Franc Reg.

Anni mundi.

Ariani Africam tenuerant. 95. annis. *Euag lib. 4. cap. 16.*

Samaritani Iudæi, qui creato sibi rege Iuliano, deinde Syluano in Palestina Christianos trucidauerãt, & cum Saracẽnis fœdus percusserant, à Iustiniano profligantur. *Niceph. lib. 17. cap. 24. Hermanus Gigas in Iust. histor.*

Iustiniano vixdum rerum potito Seuerus & Iulianus Eutychiani Alexandriam fugiunt & scindunt, dum Iulianus diceret Christi corpus fuisse ante resurrectionem incorruptibile, Seuerus negaret. *Leontius de sectis.*

Gaiani & Theodosiani, quorum illi Iuliani sententiam, hi Seueri sectabantur. Agnoëtæ, qui Christum horam iudicij ignorare contendebant. Tritheitæ. *Ibid. Leont.*

HVMANA.

Amalarius apud Narbonem victus à Francis, fugiens ab exercitu occiditur. Clotildis autem vxor, cuius causa excitatum fuerat prælium, quod à viro Ariano indignè esset cæta, dum à fratre Childeberto reducitur, in itinere obit. *S. Isido.*

Toletum à Francis expugnatum, & multa inde vasa sacra templis Franciæ distributa. *Gaguinus, Turon. lib 3. cap. 9.*

Ab hac Amalarici clade & cæde ratiùs deinceps erit negotium Francis cum Vvisigotthis siue Hispanis, vt iam eorum historia ad Gallicam minus pertinere videatur. Nam Childebertus in suo reditu Vasconiam, & reliquas Galliæ prouincias Vvisigotthis obsequentes sibi susíque supposuit, Vvisigotthis Cispyrenæis se cum familiis in Hispaniam recipientibus. *Procop.*

d DVÆ eius decretales epistolæ habentur in Tom. Conciliorum.

Reliquit quosdam Canones.

4619 Iustinianus ex tribus codicibus Hermogeniano, Gregoriano, & Theodosiano nouum Codicem ex suo nomine Iustinianeum fieri curauit per Tribonianum, Theophilum & Dorotheum. *Cod. tit. De. nouo Cod faci. & tit. de Iust. Cod. confirmando.* Duo ferè per eosdem librorum millia in 50 digessit, & absoluit, an. 533. vnde Digesta siue Pandectæ. Nam ipse alioqui ἀναλφάβητος & ἄμυθος. *Suidas.* & sub vitæ finem Eutychianus. Quare diuino iudicio in furorem & insaniam actus expirauit. *Euag lib. 4. c. 29. Niceph lib. 17. Zonar. 15.*

4621 Platina tamen in hoc Bonifacio Iustinianum pie & eleganter de Christi incarnatione scripsisse narrat.

Dionysius exiguus Abbas Romanus hoc tempore (id est, ann. 532. Iustiniano inchoante suum imperium) paschalem calculum composuisse. (*Diaconus lib. 17.*) ab aliquibus dicitur, & perfecisse ob sæpius oborientes quæstiones inter Latinos & Græcos de vero die celebrandi Pascha, iuxta decretum cõcilij Niceni, & Cæsareæ Palestinæ. *Stoflerus in Calendario Romano.*

Reuocasse item & explanauisse Cyclos Theophili Alexandrini, à quibus Latini sæpius propter diuersam Emboliſmorum rationem dissidebant. *Ibid.*

Túmque cœptum esse numerari ab incarnatione Domini. *Ibid.* Sed de eo suprà in Leone 1.

Nam seriem Olympiadũ durasse vsque ad hunc annũ 532. scribunt, quo scilicet hic Dionysius Paschalem circulum instituerit, & tempora à natiuitate Christi primus numerare docuerit, cum à prima Olympiade vsque ad vltimam essent elapsæ 327. i. anni 1308.

S. Arnolphus seu Arnaldus & Vedastus primus Atrebatensis Episcopus, discipuli Remigij. *Sigeb.*

Iustinianus edixit, ne is ordinaretur Episcopus, qui habet vxorem & filios, cùm anteà ex concilio Niceno posset

Universidad de Deusto
Biblioteca

tales ordinari, modo abstinerent à thoro. *Const. 6.& 137. in Nouellis.*

HVMANA.

Cum Cabadee Persarum rege, ea bella per Bellisarium gessit, quæ de bello Persico describuntur à Procopio.

Eo bello soluto Vandalos & Maurusios, qui se gloriabantur de genere Gergeseorum & Iebuseorum, vicit: ibique 150. ciuitates collapsas renouat. *Euag. lib. 4. cap. 18.* Gothos post bellum, 18. annorum Italia expellit, cum ibi regnassent 58. an. *Procop. lib. 1. 2. 3. Goth.*

In eo fœlix, quòd fœlises & industrios duces sit nactus, per quos imperium in Asia defendit, alibi recuperauit, Bellisarium, Iohannem, Narsem.

Ad Æthiopas legatos mittit, vt ipsi Seticum ab Indis emptum Romanis reuenderent, & magna pecuniæ Romanæ vi fruerentur, ne ipsi suas pecunias ad hostes Persas transferre cogerentur. *Suidas in voce* σηρικὰ.

Vandalis victis, Africa omnis imperio Orientali restituta est, vsque ad Leontij imperium, quo tempore ab Arabibus erepta, ab eis hinc vsque in plures regulos distincta possidetur. *Onup. in Rom. imp.*

c CÆCVM illuminat. *Greg. lib. dial. cap. 2.* Epistolam decretalem relinquit de æqualitate Patris & filij. *Tom. Concil.* Ad eum Iustinianus mittit fidei suę formulam, suo Chirographo cœlatam: per Episcopos Acacium & Demetrium. *Plat.*

[Hinc apparet, non esse nouum, vt Principes fidei suæ ἐξομολόγησιν coram SS. Pontificibus Romanis profiteantur.]

Cabades rex Persarum, cùm ad id vsque tempus Iudæi & Manichęi sedes primarias illic obtinuissent, supremæ dignitatis prærogatiua Episcopum cohonestauit, qui Synaxi & conuentu Ecclesiastico dæmones profligauerat asseruantes Thesauros in oppido Tzundadaero Indos à Persis dirimente. *Diacon. lib. 15. Theod. lector lib. 2. Niceph. lib. 16. cap. 35.*

Dux Lazorum Persiæ populorum ad Romanos deficit, & cum suo populo fit Christianus. *Diacon. lib. 15. Zonar. 3.*

HVMANA.

533. Cæso Amalario à Childeberto & Clotario, Vvisigothi, qui cis Pyreneum in Gallia supererant, cum vxoribus & liberis ad Theodim in Hispania regnantem se conferunt.

Bellisarius Persas repressit, pace cum iis facta, in Africam missus Carthaginę cepit, capto Gilimero Vãdalico rege totã Africam recuperauit, traiiciens in Italiam contra Gothos, per quinque annos res magnas gessit. Neapolim, & vrbes Campaniæ atque Apuliæ, tandem Romam obtinuit, 60. annis postquam ab Odoacro expugnata esset, Luderum Gothorum Ducem Constantinopolim mittit, Bittigem eorum regem eò trahit. Ac hic Gotthici belli finis fuisset, ni Totilas reliquiis collectis singulari fœlicitate res erexisset, ac Italiæ magnam partem recepisset, anno 7. post huius discessum.

Bellisarium à Francis in prælio extinctum refert Annon. li. 2. cap. 23. alij à Iustiniano indignè necatum, &c.

Iohanni Post Bellisarium egregio duci, dignitatem & opes eripuit Iustinianus, qui postea victum mendicando quæsiit, insigni fortunę inconstantiâ. *Procop.*

Hunni vastant magnam Thraciæ partem & Pannoniam recuperant domitis ibi Gotthis siue Getis. Et quia coniuncti erant Auares, ex vtrisque nomen Hungarorum factum est, q. Hunniarorum *Iornandes.*

Aphrica tum redacta in ditionem Imper. victis Vvandalis

Anni mundi.		Anni christi.
	Amalarico, deinde Theodio Hispan. an. 17. Schisma 5. Dioscorvs in schismate contra Bonifacium sedit dies. 58.	
4621	c S. IOANNES 2. Romanus an. 2. mens. 4.	533
4623	Vacat sedes dies, 6. *Patriarchis. Alexandriæ Timotheo 4. Antiochiæ Euphraimo. Hierosolymis Petro tertio. Constantinopoli Epiphanio. deinde Anthemio Eutychiano mẽs. 10.* *Principibus. Iustiniano Imp. sexagesimo quarto. Cabade Persarum deinde Cozroe, an. 48 Asfa Æthiopiæ & post eum Azba, an. 16. Alarico Ital. Childeberto Franc. secundo. Theodio Hisp. Reg. an. 17.*	
	59.	
4623	f S. AGAPETVS I. Romanus. mens. 11. dies 19.	535
4624	Vacat sedes mens. 1. dies 29. *Patriarchis. Alexandrię Timotheo 4. Antiochiæ Ephraimo. Hierosolymis Petro 3. Constantinopoli Anthemio mox Mena. an. 17.*	536

105. ann.

Anni christi.		Anni Mundi.
	Principibus. Eisdem Imp. & regn. & Amalasuenta cum Theodato Gotthorum & Ital. regina.	
	CONCIL. *Constantinopolitanũ 1 & 2. Prouinciale aduersus Anthemium Const. Seueris Antioch. Petrum Apamensem, & Zooram Monach. Syrum. Niceph. lib. 17. cap. 9.*	
	CONCIL. *Hierosolymitanum 2. de quo actio 1. Constantinopol. 2.*	
	60.	
536	* M. SYLVERIVS (Palmer. Liberius 2.) Campanus doctissimus, an. 1.	4624
537	mens. 5. dies 12.	4625
	Vacat sedes dies. 6. *Patriarchis. Alexandriæ Timotheo 4. Antiochiæ Euphraimo. Hierosolymis Petro, 3. Cõstãtinopoli Mena.*	

105. ann. ex quo eam occuparant. *Diac. lib. 17. & leg. 1. Cod. de offic. præ. prat. Afri. Procop lib. 1.*

f SCRIBIT eruditam epistolam ad Anthemium Constant. De duabus naturis in vno Christo. *Tom. Conc.* Quem & propter hæresim Eutychis deponit.

Mutum & claudum sanat administratione Corporis Christi *Greg. lib 3. dial. cap. 3.* Diebus dominicis circumire templa minori processione instituit. *Platin. & Vola. lib. 16.*

Iustinianum Imper. ab Eutychiana hæresi reuocauit, quem prius cùm videret non flecti rationibus, Christiana audacia in hæc verba prorupit: ego ad Iustinianum Imperatorem Christianiss. venire desideraui, sed Diocletianum inueni. *Diacon. lib. 17.*

Eum Agathonem appellat Nicephor. lib. 17. cap. 25. & 26.

Alibi Agathonem Agapeti successorem facit. *libro Eodem, cap. 9.*

Childebertum regem Francorum, Clodouæi filium excõmunicauit, quod sua manu in templo Galterum Iuerotensem occidisset, ac Galteri successores è iure regum Franciæ exemit. Quocirca ad hunc vsque diem, Iuetotense solum in media Normania regni titulo gaudet. *E. Francicis histo.* Vsque adeò ab ipsis regni cunabulis, huius sedis authoritas in Francos reges vigebat. Quòd & supra in Clodouæo regni conditore monstrauimus.

Narses ob beneficia à Venetis accepta in eorum vrbe D. Theodorico martyri delubrum, vbi nunc est S. Marci templum, & ibidem aliam Ecclesiam in honorem S. Mennæ & Geminiani, ex Gotthorum manubiis posuit. *Supl. Chronic. lib. 9.*

Gotthi deos sacerdotes Arianos, ad Chostoem Medorum regem mittunt: vt eum contra Iust. imperat. impellant. *Procop. lib. 2. de bell. Gotthorum.*

HVMANA.

Tribonianus cum aliis 16. Iurisconsultis Instiniani mandato, ex immensa legum multitudine, quæ in librorum duo millia, & versuum trecies centena millia excreuerat 50. libros Pandectarum seu Digestorum spatio triennij per titulos ordine digessit. *Proem. Digest. & Proc. lib 1.* eosque, an. 533. absoluit. Anno seq. Codicem Iustinianeum edit è tribus codicibus Hermogeniano, Gregoriano, Theodosiano confectum. *Tit. de nouo Cod. facien. & Tit. de Iustin. Cod. confirmando*

Non tantùm Pandectarum, sed & Institutionum præcipuus fuit architectus. Omnis religionis contemptor. Qui & persuasit Iustiniano ipsum non morituram, sed cum carne in cælum assumptum iri. *Suidas.*

* SYLVERIVM Antonina Bellisarii vxor ficto crimine, quòd Romam Gotthis prodere voluisset, in Pontiam insulam deportari curauit. Vera causa erat, quòd Theodora Impera. vxor hæreticum Anthemium Constant. ab Agapeto depositum non reuocari doleret. *Diacon lib. 16.*

Sub hoc Neapolis capitur & Bellisarius Romæ præficitur.

HVMANA.

Chosroë Persa Ciliciam & Syriam grauissimè ob Christianissimum affligit. *Proc. lib. 2. bell. Pers.* cœpit anno quinto Iustiniani regnare. Cum eo pacem in 110. annos fecit, At post aliquot annos fide fracta Ciliciam, Syriámque inuasit, Antiochiam cepit. *Procop.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

		Anni mundi.	Principibus.	Anni Christi.
536	belli Gotthici initium octauo Iustiniani contra Theodatum Italiæ regem, Vittigem, denique Totilam: nam non nisi post annos 18. confectum est.			
	Damascius Stoicus & Simplicius Platonicus, & Peripateticus Phryx sub Iustiniano florent. *Suidas in Damascio.*			
	Theodatus Theoderici Ostrogott. regis armiger pietatis oblitus, Amalasuntã, cui debebat regnũ, in balneo strangulari facit. Male confunditur à Iornande cum Theodio Gothorum in Hispania & Aquitania rege. *Vasæus.*		*Eisdem Impp. & regnant.*	
g	FACTIONE Theodoræ Augustæ Eutychi Arianisque aduersans, flagris Constantinopoli expirauit. Vel iuxta Blondum lib. 7. dira ab Imp. propter Theodoram Augustam vrgentem Anthemij reuocationem passus, in exilium actus est.		*Bellum Gotthicum.*	
	Reliquit epistolam contra Priscillianistas & alios hæret.		CONCIL. *Bracarense. Chron. reg. Alphonsi.*	
	Iustinianus diem festum hypapantes Domini (, id est, occursus, qui dicitur dies Purificationis, quo Simeon occurrit Christo, qui in templo præsentabatur) ob mortalitatem magnam insurgentem, an. 541. composito Tropario, siue Modulo de Christi duabus naturis & vnica persona, vbique celebrari instituit. *Nicephorus, libro 17. cap. 28. Diaco. libro 16. Rom.*	4625	61. g M. VIGILIVS Roma. an. 18. menses 6. dies, 26.	537
	Eam cereis illustrauit Sergius Papa cui propterea alij tribuunt festi institutionem. *Durand.*	4643	Vacat sedes mẽs. 3. di. 5	555
	[Hæc cereorum gestatio est ab antiquissimo populi Israëlitici more inde vsque à primo sacrificiorum initio, de quibus ait Domin°. Nu. 14. omnis victima igne & sale cõdietur. Tũc autẽ vniuersalis naturæ humanæ in Christo Domino victima oblata fuit: vnde omnes cereum pro se ipsis, in tanti beneficij memoriam præferre & offerre tenentur Dco.]		*Patriarchis.*	
	Constantinopoli quintum Oecumenicum Conc. celebratur de tribus capitibus 1. de scriptis Theodoreti Cyri Episcopi. 2. Theodori Mompsuestiæ 3. de epistola Hyberæ ad Marim Persam. *Tyr. lib. 14 cap. 12.* vbi addit perperam Hierosolymitanum Episcopum tunc primò factum Patriarcham. Nam in Concilio Niceno, &c.		*Alexandriæ Timotheo quarto deinde Gaianico, an. 1. Paulo mens. 4. Zoilo, an. 7. Apollinari, an.* 19.	
	Acta Concilij quinti Constant. Oecumenici non fuerunt publicata, fortasse propter Iustinianum, qui Eutychianis fauebat. Vnde nec extant Græcè inter impressas Synodos.		*Antiochiæ Ephraimo deinde Domnio, an.* 14.	
	Iornandes siue Iordanus Gothorum Episcop. & historicus ex vltima vetustate originem, migrationes, familias regũ & bella præcipua gentis suæ vsque ad annum 550. explicauit, siue vsque ad Iustiniani an. 25.		*Hierosolymis Petro tertio, deinde Macario, 2 an.* 31.	
	Procopius Cæsar. historiam annorum 142. pertexuit vsque ad an. Christi 554. à quo Agathias eodem tempore suam historiam deduxit ad an. 566.		*Constantinopoli Mena, deinde Eutichio, an.* 13.	
	Marcellinus Comes etiam desiit in anno 556. continuato Chronico D. Hieronymi ad suum vsque tempus.			
	S. Mauritius obiit in Dalmatia. *Sabell.*		*Principibus.*	
	Sub an. 537. Rupertus Francorum Episcopus Boios siue Bauaros cum Theodone, Vlone, Theodoualda regulis ad Christum perduxit. *Aucturium lib. 3. Annalium Fuldorum.*		*Eisdem Impp. & reggi. que ad Bittigem, Tendibaldum, Totilam, siue Badiullã, ex ordine successionis Gotthorum & Italiæ Reg.*	
	Childebertum Francorum regem, Theodelinda regina Longobardorum ad pia multa hortatur. *Diacon. lib. 4. cap. 2. de Long.*			
	Iustinianus Valentinus, Iustus Vrgellitanus, Nebridius Agragensis & Elpidius episcopi frattes scriptis clarent *Isid. de Viris Illust. cap. 20. & 21. Tribe. Honor. Augustod. de scriptoribus Ecclesiasticis.*			
	Ann. 542. Childebertus eiúsque frater Clotharius & tres alij Francorum Reges Cæsaraugustam deficere ab hæresi Ariana cogunt, plurimásque vrbes in Hispania expugnant. Præda onusti redeunt. Tunicam Vincentij Martyris exportant,			

Anni Christi.		Anni Mundi.	
			tant, eíque ædem suburbanam extruunt, quæ nunc D. Germani à Prato dicitur. *Vasæus, annales Francici.*
537		4625	HVMANA.
			Theodericus nostros Aruernos Childeberti clientes bello vexat. *Turo. lib. 3. cap. 12.*
			Iustinianus partem Galliæ concessit Germanis. *Prot. lib. 39.*
			Refenderatiorum magistratuum ordinem primus constituit. *Auth. de referendariis, & Gomesius lib. de compend. Vtriusque signaturæ.* Tamen Granatius antiquiorem esse contendit.
	Azba Æthiopiæ, deinde Albamedan, an. 7.		Gothi duce Totila Romam capiunt, Lucanos, Campanos, Siculos & Brutios subigunt. Ciues captiuos in Campaniam abducunt. Ita tum vibs plusquam diebus 40. deserta mansit *Procop. lib. 3. Diacon. lib. 17. Palmer. in Chron.*
	Cozroe Persarum vigesimo.		Crudelitatem erga Catholicos narrat Gregor. libro 2. dial. cap. 3. & lib. 3. cap. 13. His tamen pepercerunt, qui ad Ecclesias confugissent.
	Theodio Hisp. deinde		Vrbem solo æquant & incendunt, omnium ciuium multitudinem per alia oppida dispergunt, ne quis extremis patriæ cineribus dare posset lachrimas. Ita intra annos 142. multos iudiciorum Dei casus Domitrix illa humani generis atxque omnium gentium Roma sustinuit, vt ad manus Ecclesiæ, cuius debuit esse caput, serio laberetur, in eúmque vsum à fundamentis restauraretur. Nam postquam Alarici ductu, Roma
	Theodisco, an. 1.		
	Aguila, an. 5.		
	Attanagildo, an. 14.		
552	QVINTVM *Generale concilium Constantinopolitanum 2. Episc. 165. præsidente Vigilio Vnacũ Eutychio & Apollinari Alexand. Patriarcha, ait Zonaras (nã Euagr. lib. 4. cap. 38. putat Vigilium abfuisse) contra Anthemiũ Constant. & Theodorum Mopsuestbenum hæreticos post Nestorium negantes D. Virginem esse Deiparam, & ad confirmandas 4. Generales Synodos, contra etiam Origenem, Didymum & Euag. Gregorius lib. 3. epist. 37. Plantin. & lib. Cõ. confirmatum à Greg. 1. & sexta Synodo in Trull.*	4640	sæculo Hieronymi & August. direpta esset, mox à Vandalis post ann. 44. vastata est, deinde post 22. ab Odoacro & Herulis, rursum post 14. à Theoderico & Ostgotthis, præterea post 50. à Belisario capta, tandem in hanc miseram conditionem per Totilam & Gotthorum reliquias venit post annos duodecim.
	CONCIL. *Antiochenum contra Petrum Seuerum, & Anthemium hæret. lib. Con.*		Theodiscus Hisp. cum mulieres suæ libidini minimè consentientes occidi fecisset, apud Hispalim orta seditione, obtruncatus est. *Ritius.*
	Aurelianense 2. & 3. aut iuxta alios 5. & 6. tempore Childeberti regis.		Agila Hispa, ad Cordubam à Romanis occupatam cæsus est, filio trucidato, magnáque suorum strage. *Ritius.*
	Aruernense rege Theodeberto.		Athanagildus eius successor Brunichildam filiam Sigiberto Mediomatricum in Francia regi elocat. *Ritius.*
	62.		Romanorum & Græc. Auxilia, quæ ad detutbandum regno Agilam à Iustiniano Imper. poposcerat, submouere postea Hispania non potuit, quin aduersus eos variis postea casibus conflixit. *Isido.*
555	h S. PELAGIVS I. Romanus, an. 6. mens. 10. dies 28.	4643	Fidem Catholicam occultè coluit, Catholicos omni fauore amplexus. *Luc. Tudensis.*
562	Vacat sedes mens. 3. dies 26.	4650	534. cum Decius Theodorus Paulinus fuisset vltimus consulum Romanorum, impedientibus Gothis Romæ, sicque in Occidente creari consul desiisset.
			Septem annis pòst in Oriente, nempe sub an. 542. qui vrbis conditæ erat 1292. vltimus consul creatus est Basilius iunior, qui eum magistratum administrauit, an. 18. Hinc Coss. finis. Nam post illum solus Imperator consul factus est, dum sequentes imperatores (Mauricio excepto) consulatum semel in vita inire cœperunt, à cuius anno numerarétur anni imperij. *Onuphrius in Commentar.*
			Sub an. 550. Lechus & Cechus fratres Polonis atque Boëmis (qui etiam Cechi lingua Slauonica vocantur) principes præfuere. Inde sumitur initium rerum Polonicarum. *Cromer. & Herburt. in Chron. Polon.*
			Tanta fames per vniuersum orbem maximè apud Liguriã & Italiam, vt matres cogerentur vesci carnibus filiorum. *Diacon. lib. 17. Procop. lib. 3.*
			h FERTVR instituisse septem horas Canonicas. *Polyd. libro 6. de Inuento. rer. c. 2.* Alij hoc tribuũt Pelagio 2. præcessori

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorij Mag. Quod de commendatione interpretandum est. Nam hic septenarius horariarum precum iam inueteraue-rat, ex Athanasio de Virginit. Hieron. ad Demetriadem, ad Lætam, & in 6. Daniël. Basilio in quæst. fusius explicatis in-terrog. 57. D. Benedicto, cap. 16. Regulæ, &c.

Totilam flexit, ne Romam euerteret.

Ab Euagio omittitur.

S. Medardus Nouionensis, & Gildardus Rhotomagensis Episcopi & fratres eodem die nati, Pontifices consecrati, & mortui, an. 559. *Guliel. Nangiacus & Sigeb. an. Chron.*

[Hæc historia non vna est eo in Genere admirabilis, cùm Quintilianus in suis declamationibus, idem de Geminis do-ceat: vbi tamen multa de vanitate astrologica disserit: & mul-ta tamen consideratu dignissima depromit: si quis hac par-te physices, quæ est Astrorum contemplatio sobriè & cum ti-more Dei, in iis quę ad corpus spectant, vtatur.]

Medardus S. Radegundam vxorem Lotharij, assensu viri, in monialem consecrauit. *Petr. de Natal.*

Nicetius episcopus Treuerensis Nestorij & Eutychis hære-sim scriptis oppugnat.

Phreculphus historicus ab orbe condito ad annum Christi. 560. Chronica digerit. Fortunatus poëta, clarere incipit. *Trith. Plat. Sigeb.* Hermolaus grammaticus. *Suid.*

Theodolus poëta. *Henricus Erphord. cap. 51. de Iustiniano.*

Datius episcopus Mediolanensis scribit historiam de obsi-dione vrbis à Vitigete factа. Diac. *lib.* 16. Fœcundus Harmia-nensis episcopus, contra Eutychianos. *Isidor. de Vir. Illustr. cap* 19. & 24.

Armenij iterum fidem Christi publicè suscipiunt. *Sigebert. in Chron. & Plat.* Legatos ad Iustinianum mittunt, vt Roma-norum imperio subiicerẽtur, & liberè Deum colerent. *Euag. lib.* 5. *cap.* 7.

Iudæi & Samaritæ in Palestina ecclesias incendunt, & ob-uios quosque Christianos interficiunt. *Diac. lib.* 16. *cap.* 1. Sed Iustiniano, misso Adamantio militum præfecto, pœnas dant. *Agath lib.* 5.

Eruli incolæ Istri, fidem Christi suscipiunt accepta ob id pecunia à Iustiniano. *Euagr. lib.* 4. *cap.* 20.

Dracontius Hexaemeron componit. *Isid.* Arator Subdia-conus R. E. Acta versibus reddit.

HVMANA.

An. 555. Gothorum regnum, nomen & imperiũ Teia R. interfecto in Italia deletur, 78. anno, ex quo eam occupauer-ant, per Narsetẽ, qui postea in odium Augustæ Longobar-dos gentẽ Germaniæ, in Italiam vocauit: quã inter Alpes & Apenninum tenuerunt, 204. annis sub. 23. regibus primus eo-rum rex fuit Alboinus, *Procop. lib.* 3. *Æmil. lib.* 1. *Elati. in Adrian.*

Ab istis tunc primùm inuentus est vsus Feudorum in Ita-lia. *Molineus, lib.* 1. *Com. de Consuet. Parisiens.*

Narses Persamenus 16. an. Italiam rexit & ex magnis cala-mitatibus eam recreauit. Longinum successorem habuit fa-ctione Iustini & Augustę. Longobardos, vt se vlcisceretur, Italiæ infudit. Priuatus vixit Neapoli, donec illic moreretur.

Initium Exarchorum & initium regum Longobardorum in idem tempus incidit, id est, in 2. an Iustini. Ex quo miser Italiæ status, vtrisque se mutuo oppugnantibus.

559. à Clotario Saxones domantur, cuius imperio, Childe-berto Parisiorum rege sine liberis mortuo, Francogallica res tota rursùm coiit.

Et partem tertiam reddituum Ecclesiasticorum exigẽti In-iurioſus Archiepiscopus Turonẽsis constantissimè restitit, & regem cœptis desistere compulit, *Turonens.*

Totilas à Visigottis indignatis, Vitigem regem suum sese & Rauennam Bellisario dedisse: & ad Iustinianum trium-phali spectaculo ductum esse: post Teudebaldum, deinde Atharicum, rex nominatus Italiam recepit: tandémque Ro-mam, Romanorum familiis in Campaniæ oppida relegatis: ita tamen vt Pelagio Pontifici pro salute pub. deprecanti obedierit, & in mœnia tantùm sit grassatus his præcipuè par-cens, qui in templa confugissent. Tandem in Vmbria à Nar-sete Eunucho cæsus est, postquam. 11. annos regnallet. *Ionius lib.* 1. *Vir. illustr.*

i NARSETI Eunucho amicissimus. Cui & consulatum impetrauit. Extat eius epistola ad vniuersos Galliæ & Germa-niæ episcopos, in qua damnat Chorepiscopos.

Contra Macarium Hierosolymitanum, per Schisma sedit Eustachius, an. 18.

Ecclesiam Græcam Ioannes episcopus legendo, disputan-do, scribendo, monendo, docendo regebat. *Plat.*

563. Iustinum Iuniorem primum coronauit. *Onuph. lib.* 2. *Romanorum principum, qui tamen in libro de Comitiis, sub Iustinia-no, cui hic successit, vel saltem post eius obitum, hunc morem coronan-di inductum memorat.*

Atqui iam sub an. 493. Euphemius patriarcha Anastasium imp. coronauit *Zon. tom.* 3. *Euagr. lib* 3. *cap.* 32. & sub an. 381. Theodosium seniorem Meletius patr. Antiochenis. *Sigeb.* Quod apud Zonaram ex verbis Ambrosij, quibus Theodo-sium cùm Synagogam construeret, aggressus est, colligitur.

Guntrannus Aureliæ rex ad Ioannem Papam, Saloniũ & Sagittarium episcopos, Synodo Lugdunensi depositos: cum literis commendatitiis misit, & absolutos recepit. Nam Papa literas ad regem direxerat, in quibus eos locis suis restitui iu-bebat (audi antiquam Romani Pontificis authoritatem) *Tu-ron. lib.* 5. *cap.* 20.

An. 565. Monothelitæ emergunt.

Franci & Hispani de Paschate celebrando dissentiunt, Hispanis. 12. Calend. April. Francis 14. Calend. Maij Pascha celebrantibus. *Sigeb.*

Photinus Bellisarij priuignus ecclesias Ægypti, hæresi im-buit. *Diac. lib* 16.

Cozroë Persa Armeniæ ecclesias vexat. *Euagr. lib.* 5. *cap.* 7. & *seqq*

Alboinus Longobard. rex, voto Christianos in Italia & Si-cilia interimit. *Turon. lib.* 4. *cap.* 41. *Diac. lib.* 2. *cap.* 12. Ipse paulo post miserè interficitur. *Ibid. cap.* 1. 14. & 15.

Eloësbaas Æthiopum rex, Iustino Imper. comitante, Du-nuam Pseudo-Moysem, crudeli tyrannide Christianos Ne-græ Arabiæ opprimentem: extinxit. *Niceph. lib.* 16. *cap.* 6. Vi-detur esse Azba nostri contextus.

HVMANA.

An. 562. in Gallia Gothica, mons Rhodano imminens, per multos dies tauri mugitum edens: ab alio monte conti-guo diuellitur, domibus, Ecclesiis, hominibus ac iumentis subrutis. *Sigeb.*

Narses Bultinum & Leutharem fratres, Francorũ principes Italiam appetentes perdidit. Ita Francorum & Gotthorũ do-mitor Italiam multis malis tandiu fessam recreauit: nisi quòd post eius mortem Longobardi Alboïno rege, quem sub vitæ finem ab imperatore & Sophia Augusta, lęsus è Pannonia ac-cersiuerat: rursum eam inuaserunt. *Ionius lib.* 1. *Vir. Illustr.*

Longinus Græcus primus Italię Exarchus, constituitur Ra-uennæ ab imperatore. *Blond. dec.* 1. *l.* 8. Nã non assentior Pal-merio scribẽti id sub Gregorio accidisse, & Patriciũ Romanũ

Anni Christi		Anni mundi.	Anni Christi.
	63.		
562	i S. IOANNES III. Romanus, cognom. Catilina (ait Euagr.)	4650	562
576	an. 12. mens. 11. di. 26.	4663	
	Vacat sedes mens. 10. dies 3.		
	Patriarchis.		
	Alexandriæ Appollinari, deinde Ioanne 4. *an.* 9.		
	Antiochiæ Anastasio, deinde Gregorio, an. 23.		
	Hierosolymis Macario 2.		
	Constantinopoli Eutychio, deinde Ioanne, 3. *an.* 11.		
	Principibus.		
	Iustiniano 2. *siue Iustino,* 2. *Iuniore. an.* 11. *(pelagiano Imp.* 65.)		
	Cozroe Persarũ Rege 20.		
	Ghebez Æthiopiæ, deinde Sekul, an. 1.		
	Azba, an. 3.		
	Alboino Clephe Longobardorũ & Ital. reg.		
	Heriberto, an. 9. *cum fratribus & postea solo Hilperico, an.* 14. *Franc. Reg. quinto.*		

regem cœptis desistere compulit, *Turonens.*

Totilas à Visigottis indignatis, Vitigem regem suum sese & Rauennam Bellisario dedisse: & ad Iustinianum trium-phali spectaculo ductum esse: post Teudebaldum, deinde Atharicum, rex nominatus Italiam recepit: tandémque Ro-mam, Romanorum familiis in Campaniæ oppida relegatis: ita tamen vt Pelagio Pontifici pro salute pub. deprecanti obedierit, & in mœnia tantùm sit grassatus his præcipuè par-cens, qui in templa confugissent. Tandem in Vmbria à Nar-sete Eunucho cæsus est, postquam. 11. annos regnallet. *Ionius lib.* 1. *Vir. illustr.*

i NARSETI Eunucho amicissimus. Cui & consulatum impetrauit. Extat eius epistola ad vniuersos Galliæ & Germa-niæ episcopos, in qua damnat Chorepiscopos.

Contra Macarium Hierosolymitanum, per Schisma sedit Eustachius, an. 18.

Ecclesiam Græcam Ioannes episcopus legendo, disputan-do, scribendo, monendo, docendo regebat. *Plat.*

563. Iustinum Iuniorem primum coronauit. *Onuph. lib.* 2. *Romanorum principum, qui tamen in libro de Comitiis, sub Iustinia-no, cui hic successit, vel saltem post eius obitum, hunc morem coronan-di inductum memorat.*

Atqui iam sub an. 493. Euphemius patriarcha Anastasium imp. coronauit *Zon. tom.* 3. *Euagr. lib* 3. *cap.* 32. & sub an. 381. Theodosium seniorem Meletius patr. Antiochenis. *Sigeb.* Quod apud Zonaram ex verbis Ambrosij, quibus Theodo-sium cùm Synagogam construeret, aggressus est, colligitur.

Guntrannus Aureliæ rex ad Ioannem Papam, Saloniũ & Sagittarium episcopos, Synodo Lugdunensi depositos: cum literis commendatitiis misit, & absolutos recepit. Nam Papa literas ad regem direxerat, in quibus eos locis suis restitui iu-bebat (audi antiquam Romani Pontificis authoritatem) *Tu-ron. lib.* 5. *cap.* 20.

An. 565. Monothelitæ emergunt.

Franci & Hispani de Paschate celebrando dissentiunt, Hispanis. 12. Calend. April. Francis 14. Calend. Maij Pascha celebrantibus. *Sigeb.*

Photinus Bellisarij priuignus ecclesias Ægypti, hæresi im-buit. *Diac. lib* 16.

Cozroë Persa Armeniæ ecclesias vexat. *Euagr. lib.* 5. *cap.* 7. & *seqq*

Alboinus Longobard. rex, voto Christianos in Italia & Si-cilia interimit. *Turon. lib.* 4. *cap.* 41. *Diac. lib.* 2. *cap.* 12. Ipse paulo post miserè interficitur. *Ibid. cap.* 1. 14. & 15.

Eloësbaas Æthiopum rex, Iustino Imper. comitante, Du-nuam Pseudo-Moysem, crudeli tyrannide Christianos Ne-græ Arabiæ opprimentem: extinxit. *Niceph. lib.* 16. *cap.* 6. Vi-detur esse Azba nostri contextus.

HVMANA.

An. 562. in Gallia Gothica, mons Rhodano imminens, per multos dies tauri mugitum edens: ab alio monte conti-guo diuellitur, domibus, Ecclesiis, hominibus ac iumentis subrutis. *Sigeb.*

Narses Bultinum & Leutharem fratres, Francorũ principes Italiam appetentes perdidit. Ita Francorum & Gotthorũ do-mitor Italiam multis malis tandiu fessam recreauit: nisi quòd post eius mortem Longobardi Alboïno rege, quem sub vitæ finem ab imperatore & Sophia Augusta, lęsus è Pannonia ac-cersiuerat: rursum eam inuaserunt. *Ionius lib.* 1. *Vir. Illustr.*

Longinus Græcus primus Italię Exarchus, constituitur Ra-uennæ ab imperatore. *Blond. dec.* 1. *l.* 8. Nã non assentior Pal-merio scribẽti id sub Gregorio accidisse, & Patriciũ Romanũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

primum talem magistratum suscepisse. Durauit illa dignitas annis 164. siue vt alij volunt 124. Eius erat confirmare electionem Roma. Pontific.

Multas clades tum Italia perpessa est, irrumpentibus in eam barbaris. *Plat.*

Lothario Franc. Rege mortuo, filij regnum diuidunt: Hilpericus Suessioni sedem regni habuit: Heribertus Lutetiæ, Guntrannus Aureliæ, Sigebertus Metis. *Sigeb.*

Heribertum Parisiorum regem, filium Lotharij ob iniustum diuortium, & incestas cum duabus sororibus nuptias: Germanus Parisiensis episcopus (qui obiit an. 570.) excommunicauit. Ita ille iusto Dei iudicio percussus, mortem breui obiit *Regino lib. 1.*

Guntranus rex per triduum, in Paschate eleemosynas distribuit. *Turon. lib. 9. cap. 22.*

Maglorius Dolensis archiepiscopus, sanctus vir in Britannia. S. Amandus nascitur an. 571. Merlinus Caledonius: S. Leonardus. S. Goar. *Sigeb. Volater. Ab. Vsperg.*

An. 563. Theodomirus in Gallicia Sueuorum rex, ex Ariana hæresi primus ad Catholicam conuertitur. *S. Isidorus.*

* Hvivs temporibus gens Longobardorum, totam Italiam inuasit, simulque fames tanta, vt militum magna pars se eis dedere coacta sit. In his calamitatibus Benedict⁹ moritur.

Epistolam reliquit ad Dauid Beticæ episcopum mysteriis plenam de Trinitatis vnitate.

Gildas Badonius cog. sapiens sub. an. 580. de excidio Britanniæ patriæ suæ scribit. Proprius Gentis Britannicæ historiographus de Britannis scripsit, quòd nec in bello fortes fuerint, nec in pace fideles. *Beda.* docet totam insulam in varia regna fuisse distributam, quorum regulos nominat Constantinum quendam, Aurelium Conanum, Vortiporium. Cuneglosum, Maglocurum, &c. quos de ritu gentis suas ditiunculas pariciduis, adulteriis, scortationibus repleuisse, & rem Christianam parum curasse conqueritur.

Post hunc ante Bedam Heluodugus, & quidam Anonymus historici illius gentis nominantur.

Præcepta Iustini ad Tyberium quouis digna principe apud Euagr. *lib. 5. cap. 13.* Niceph. *lib. 17. cap. 40.*

Tyberius Mauritium aduersus Persas mittit. Ei post receptam Mesopotamiam victósque Persas, Constantinam Iustini filiam vxorem dat.

Anno Tyberij Imper. secundo ex Aruernensium (id est, Claromontanorum in Aruernia) Iudæorum Synagoga ab episcopo Auito, vltra quingentos conuertuntur: reliqui vrbe pulsi, Massiliam profecti sunt. *Turonens. lib. 5. cap. 11.* De qua conuersione Diuum Gregorium admonuit Fortunatus, *lib. 5.*

Similiter Hilpericus Francorum rex multos Iudæorum baptizari iussit. *Idem lib. 6. cap. 17.* bella gerit cum fratribus Sigeberto & Guntranno, anno secundo & tertio huius Tyberij. *Ibidem lib. 4. cap. 48.*

Cosroë primum Christianorum infectator, extremis vitæ diebus ad Deum conuertitur. *Euag. lib. 4. cap. 28.*

Ad Circesium proficiscitur, vt Christianorum Deum inuocaret. *lib. 6. cap. 17. & Niceph. lib. 18. cap. 22.*

Antiochiam in templum S. Sergij mittit aureas cruces duas aliaque ex præda accepta, item discum & thuribulum & alia penitus aurea. *Euagr. lib. 6. cap. 21.*

Seuerus Malacitanus contra Vincentium Cæsaraugustanũ, in hæresim Arianam lapsum scribit. *Isid. Trith.*

Leander Hispalensis episc. Seueriani nouę Carthaginis ducis filius: cõtra Arianos scribit, & Vvisigothorũ totam gentẽ, per Hermingildum Leonigildi filiũ, deinde per Recaredum regem conuertit. *Idem & Greg. lib. 1. epist. cap. 41. & lib. 4. cap. 9.*

Anni mundi.		Anni Christi.
	Attanagildo Hisp. decimo quinto, mox Luiba, an. 1.	
	Leouigildo, an. 17	
	Bracarense 2 præsidente S. Martino Dumiens. Isid.	564
	Lucense sub Theodomiro rege Sueuorum in Gallicia recens conuerso. Vasæus.	
	Aurelianense 6 sexto anno Gũtranni regis contra Saloninum & Sagittarium episcopos de grauibus criminibus accusatos. Tom. conc. At Lugdunense fuisse ait Turonen lib. 5. cap. 20.	
	64.	
4663	* S. Benedictvs I. (Bonosus Euagrio) Romanus, an. 4.	576
4667	mens. 1. dies, 28.	580
	Vacat sedes mens. 2. dies 10.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Ioanne 4. deinde Eulogio, an. 27.	
	Antiochiæ Gregorio.	
	Hierosolymis Macario secundo, deinde Joanne, 4. an. 26.	
	Cõstãtinopoli Ioanne, mox Eutychio iterum, an. 4.	

Anni Christi.		Anni mundi.
	Principibus. Tiberio Pio Anicio Constantino, an. 7. Imp. 66.	
	Cozroe Persarum, deinde Homisda, 2. Reg. an. 10.	
	Abra & Adakana, an. 16. Æthiopiæ.	
	Antharo Ital.	
	Hilperico Franc. reg. quinto.	
	Leonigildo Hispaniæ, decimo septimo.	
	Concil. *Constantinopolitanum 3. contra Monothelitas episcopi. 150. lib. Concil.*	
	65.	
580	k S. Pelagivs II. Romanus, an. 10.	4667
	mens. 2. dies 10.	
590	Vacat mens. 10. di. 10.	4678
	Patriarchis.	
	Alexandiæ Eulogio, an. 27.	
	Antiochiæ Gregorio.	
	Hierosolymis Ioanne. 4.	
	Constãtinopoli Eutychio deinde Ioanne 4. Ieiunatore, an. 16.	

Martinus Dumiensis vel Mandoniensis episc. Mironem Sueuum Galliciæ regem Theomiri successorem conuertit, ei dicat librum de Christiani principis institutione. *Taraph.* multa scribit. *Isid.* In compendium contraxit concilia Orientalia. *Tom. 1. conc.*

Donatus Monasterij Seruitani conditor, primus in Hispaniam Monasticæ professionis vsum & regulam induxit. *Vasæus ex D. Alphonso.*

Brunichildis inter alia multa in suburbano Laudunensi, Monasterium S. Vincentij construxit *Ann. lib. 4. cap. 1.* Et S. Medardi Suessione in registro Greg. *lib. 12.*

Hvmana.

Leonigildus Hisp. rex reliquias Sueuorum, ex Hispania eiecit rege Andeca superato, qui regnum semel in Hispania constitutum per annos 177. tenuerant. *Isid.*

Hermingildum primogenitum, quod ab Ario ad Catholicam conuersus esset, manibus suis securi percussit. *Taraph. Sigebert. Æmil. lib. 1. Gregor. 3. dialogo cap. 31. Bead.*

Iustiniani milites, quos Athanagildus auxilij causa euocauerat, profligat, amplificato Hispaniæ regno, in qua Gothi antea finibus concludebantur. *Lucas Tudens. Vas.* Extinctis vndique tyrannis & occupatoribus Hispanię. *Vasæus.* Partem Vasconiæ occupat, & Victoriam ciuitatem condit, *Inem.*

Primus ærarium de rapinis Ecclesiæ ac ciuium locupletauit. Primus solio ac purpura regali vsus est, cùm ante ipsum Gotthorum reges, & consessum & vestitum haberent: cum aliis nobilibus communem. Leges ab Entico latas emendauit. Sub mortem præcepit filio Recaredo, vt episcopos Catholicos ab exilio reuocaret: & Leandrum coleret, vt patrẽ. *Vasæus ex Isidor. Lucas, Tudensi & D. Greg.*

k Ante hunc Euagrius post Bonosum, nominat Ioannẽ alterum à præcedenti.

Absque Imp. authoritate, quæ solebat interuenire, per modum approbationis, pontifex est creatus, quòd Longobardis Romam obsidentibus, non liceret Constantinopolim mittere. Postea misit D. Gregorium, qui principem placauit.

Scripsit epistolam contra Ioannem Constant. qui generale concilium conuocarat. Reliquit tres alias. *Tom. conc.*

Ab eo referunt institutum, vt non modò in Ecclesia canerentur septem preces horariç, vt iam à principio Ecclesię fiebat: sed & quotidie à Presbyteris priuatim recitarentur, qui abfuissent. *Pamelius in Cypr. de oratione Dominica.*

Sub eo Ioannes, & qui ei successit Cyriacus Constant. aduersus sedem Apostolicam insurgũt, vniuersalis episcopi sibi nomen, & primum in ecclesia locum assumere conantes. Eis Pelagius, deinde Gregorius restitit, cuius in registro de hac controuersia grauissimę sunt epistolæ lib. 4. epist. 76. 78. 80. & lib. 6 epist. 168. 169. 170. Sub Bonifacio. 3. res composita, vt secundum locum obtineret. *Beda de ratione temp.*

Hoc tempore primum Constantinopolitani Schisma excitarunt contra Ecclesiam. Nam Ioannes loci episcopus, sibi titulum arrogabat vniuersalis Patriarchæ: annuente Mauricio Imp. cui se opposuit Pelagius, deinde Gregorius multis literis hinc inde scriptis. Sed tandem cùm Ioannes subita morte periisset, dissidium istud paulatim cessauit. *Sigeb. & Simoneta.*

Mauritius Assumptionis siue Dormitionis Virginis festum 15. die Augusti celebrari præcipit. *Niceph. lib. 17. cap. 28.*

Euagrius Epiphaniensis prætor, historiam suam orditur, vbi desinit historia Tripartita, vsque ad Iustini ætatẽ, id est, an. 595. tempus annorum circiter 140. complectens. *Niceph. lib. 1. c. 1.*

Floret Michaël Syngelus.

Eutychius patriarcha Const. hæresim induxit de vere spiri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

talibus resurgentium corporibus, ad quem refutandum missus est à Pelagio Gregorius magnus. *Beda, Regino.*

Victor Ceminensis Ecclesiæ Africanę historiam, ab exordio mundi vsque ad primum Iustini Iunioris annum pertexit. *Hono. Augustod. lib. 6.*

Hinc Ioannes Gothus Gerundensis episcopus, præter alia, librum Chronicorum à primo Iustini anno, vsque ad primũ Mauritij.

Andræas Hierosolymitanus Cretæ episcopus, Secundus Eriniæ scribunt.

Hilpericus, siue Chilpericus Regum Francorum primus (nam non solus cùm & Childericus à Bodillo nobili interfectus fuerit, an. 679.) à subditis cæsus est suasu Fredegundæ vxoris, & insidiis Landerici maioris domus, siue comitis Palatij, quem hodie Conestabulum vocamus. *Chron. Franc.* Iusto Dei iudicio. Nam hæreticus, Catholicorum hostis & Nero siue Herodes suæ ætatis, *Turon. lib. 4. cap. 47. lib. cap. 44. & cap. 25. lib. 6. cap. 46 lege & Diac. lib. 3. cap. 4.*

Sabellianus erat & eum errorem doctoribus Ecclesiarum atque adeo ipsi Turonensi imperauit. Sed iis resistentibus, veritus Catholicorum motus à prosecutione destitit. *Turon. lib. 5. ca. 44.* literis nostris quatuor characteres addidit Θ, Ψ, Z, Π, qui quamuis Græci essent, significarent tamen oe, ae, the, Vuu. *ibidem.*

Vsque ad annum 586. Ioannes abbas, suum chronicon est prosecutus: ab anno Iustini Imp. primo. *Isid.*

Recaredus Hisp. rex primus Catholicus, filiam Childeberti regis in vxorem duxit. Anno decimo regni in Toletana Synodo 72. episcoporum Arianam hæresim cum tota gente Hispaniæ abdicauit, deinde à finibus Hispaniæ eiiciendam curauit, suos ab ea ad fidem Catholicam traducens. *Greg. lib. 7. epist. 126. siue Ind. 2. c. 29. Greg. Turon. lib. 9. cap. 15.*

Leges Gothicas in compendium contraxit. Pater Patriæ salutatus à præcessoribus direpta restituit. Ecclesias & monasteria multa condit, multa seriæ conuersionis suæ argumenta ostendit.

Romanos multis præliis vincit. Eorum multas vrbes suo regno adiicit. Gotthorum imperium florentissimum reddit. Ab eo nulla postea hæresis in Hispania publicè extitit. *Vasæus.*

Guntrannum in Gallia Narbonensi vicit. *Isid.*

Persæ anno primo Mauritij Armeniam captiuitate episcoporum & populorum deuastant. *Sigeb. Turo lib. 10. cap. 23.*

Longobardorum in Italia persecutio contra Christianos. *Greg. hom. 18. lib. 2. in Ezech.* Ea de causa D. Gregorius à Pelagio ad Mauritium mittitur. *Blond. lib. 8.*

Hæresis Manichæorũ repullulat in Aphtica, *Gregor. 4. epist. cap. 50.*

HVMANA.

Lupi Burdegalam ingressi deuorarunt canes. *Sigebert.*

Hinc dictus est vicus Iuporum. Per totam Galliam imbriũ, ignium, terræ motuum, aquarum, grandinum, morborum, famis & bellorum inter Francorum reges, calamitates. *Turon. lib. 4. cap. 33 & 34.*

Mauritius primus è Græcorum genere, in imperium confirmatus est. *Annon lib. 3. de gestis Franc. cap. 35.*

Eius tempore Turcarum nomen primùm in historia legitur.

Cozroë regni initio Varananis insidiis regno exactus, Tiberij Mauritij Imp. ope, cæso tyranno regnum paternum recuperauit. Indéque, 38. annos regnauit. Qui cum Mauritij amicissimus

Anni mundi.		Anni Christi.
	Principibus.	580
4667	*Eisdem Imp. postea Mauritio Imp. sexagesimo septimo, an.* 20.	
	Hormisda Persarum Rege vigesimo, deinde Cozroe, 39.	
	Abram & Adakana Æthiopiæ, an. 16	
	Antaro Longobardorum & Ital. Reg.	
	Lotario 2. Franc. an. 44. Reg. sexto.	
	Leonigildo Hispaniæ decimo septimo, deinde Recaredo Rege primo Catholico, an. 15.	
4678		500

Anni Christi.		Anni mundi.
	CONC. *Hispalense 1. contra Arianos.*	
590	66.	4678
	IS. GREGORIVS MAG. Romanus vir doctissimus & inuitò electus. an. 13.	4692
604	mens. 6. dies 10.	
	Vacat sedes menses 5. dies 19.	

cissimus esset, eo à Phoca occiso, bellum Romanis intulit, iisque Syriam ademit.

Veneta vrbs fit Francis tributaria. *Anno. lib. 3. Turon. lib. 5. cap. 26. & 29.*

Vascones (Hispaniæ citerioris olim populi in montibus Pyrenæis, à Tacito lib. 20. Plinio, Ptolomæo) his temporibus de montibus in plana Aquitaniæ prorumpunt, nec satis repelluntur. *Turon. lib. 9 cap. 7.*

Atque hic primum sub an. 587. Vasconum fit mentio in Francica historia. Quare sensim Aquitanię illam partem occupantes tandem regioni vocabulum videntur dedisse: non vt Blondus putat, Vvisigotthi. Nam ante Vvisigotthorum aduentum, Vascones populus montanus erant Hispaniæ, è locis citatis, item Iuuenali. 17. Satyra, Silio Italico, &c.

1 ANTE pontificatum Pelagij erat Apocrisarius.

Esse Roman. pontificum vltimum Caluinus scribit in Instit. illis tamen Fuccius etiam adnumerat Sabinianum. Credant ergo superiori Ecclesiæ, sat habeant sequentem negligere.

Post Gelasium multa instituit in Ecclesia, Antiphonas in Missa: Modum chori & Psalmodias: Hinc Gregorianus cantus. i. planus, quem postea ad artem reduxit Guido Aretinus, benedictinus sub. an. 1020.

Septem Litanias, item Rogationes, supplicationes maiores (quæ longè antè erant in vsu apud Græcos, teste Basilio, *epist. 63.*) in festo S. Marci ordinauit. *Ipse lib. 11. ep 2. Diac. de gest. Long. li. 3. ca. 11. Turon. lib. 10. c. 2.* Gelasianum codicem de Missarum solennitatibus recognouit, librum Sacramentorum & Antiphonarum à se ordinatum emisit. *Berno lib. de Missa.*

Quatuor dies initio Quadragesimæ præmisit: nouies Kyrie eleison, Alleluia & Offertorium dicere iussit: statis diebus ecclesias frequentanti delictorum pœnas canonicas cõdonauit: præposuit horis canonicis versum, Deus in adiutorium, & cæt. Tres petitiones, Dicsque nostros in tua pace, &c. Canoni MISSÆ (cuius auctorem fuisse Scholasticum meminit epist. 63. lib. 7. quo loco precem eum nominat, at etiam canonem lib. 11. epist. 56. ad Vitalem) adiecit: Stationes Romæ, & Scholas musicæ: adorationem crucis nudis pedibus feria. 6. passionis, Processiones diebus Palmarum, & Purificationis, Psalmos pœnitentiales & multa alia ordinauit atque instituit, *ipse proluxè epist. 63. lib 7. indict. 2. & lib. 4. epist. 88. lib. 9. epist. 9. & 45. & alius locis. Anto. titu. 12. cap. 3. Plat. lib. Conc. & in Decretis.*

Errant qui putant nomen MISSÆ tunc excogitatum, cùm reperiatur apud Ambrosium (vt cæteros taceam) Missam facere. *lib. 5. epist. 33.* & apud August. ter. *ser. de temp 51. 91. & 237* (quos sermones esse Augustini etiam docet Petr. Martyr Vermilius in cap. 1. Iudic.) Hieron. Prou. 11. vt præteream Ruffinum, Victorem Vticensem & reliquos B. Greg. superiores.

Orationem Dominicam in Missa dici instituit. *histor.* Atqui Hieron. lib. 3. contra Pelag. Christum docuisse ait Apostolos eam in hoc sacrificio dicere. Gregorius ergo illam duntaxat loco mouit, iubens recitari post consecrationem, *lib. 7. epist. 63.*

[Refertur de Consecratione in antiquis exemplaribus, D. Petrum primum Antiochiæ missam ritu simplici celebrasse dicendo Pater noster.]

Septem annorum indulgentiam in Romæ stationibus imposuit. Quod autè primus indulgentias dederit est error. Nam apud Tertul. initio libri de Pudicit. Edictum propo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

	situm & quidem peremptoriũ à Pontifice Max. & Episcopo episcoporum delicta pœnitentia functis, dimittens, &c. Quin & illic indulgentias appellat, item veniam, secundam pœnitentiam, denique sub finem libris pacem Ecclesiam *Sic Opr. Antoniano lib. 4. epist. 2.*	Anni mundi. 4678	Anni Christi. 590
	Romæ monasterium in domo sua constituxit, sex verò in Sicilia. *Sigeb. Turo. lib. 10. cap. 1.*		
	Ligures, Venetos, Iberos, aliósque à Schismate ad vnitatem Ecclesiæ reuocauit, Barbaricinos, Sardos, & Campaniæ rusticos à Paganismo, Donatistarum hæresim ab Africa extirpauit. Manichæos in Sicilia, Arianos in Hispania, Agnoetas in Alexandria scriptis & legationibus ab Ecclesiæ corpore semouit. Galliam denique nostram à Neophytorum hæresi, & Simoniaca liberauit. Multum quoque in Sardinia & Gallia laborauit de Paganismo & Iudaismo ibidem abolendis. Angliam per Augustinum monasterij præpositũ, totam conuertit. Adeò beneficus in pauperes, vt post mortem eius, ingruente fame, æmuli prodigum & dilapidatorẽ omnis Thesauri ecclesiæ dixerint, & parũ abfuerit, quin libros eius omnes cõbusserint. *Ioan. Diac. libris quatuor de ipsius vita.*		
	Vigilio Arelatensi iuxta antiquum morem vsum Pallij, ac vices sedis Apostolicę & potestatem in Ecclesias Gallicanas largitur. *ipse ep. 51. lib. 4.* Sequentibus Epistolis ad Brunichildã & Francorum reges suam, Apostolicæque sedis in ipsos, ipsorum regnum, vniuersam Francorum Ecclesiam authoritatem potestatémque ostendit.		*Patriarchis.*
	Siagrio quoque Heduensi, pallium Archiepiscopale concedit. *Epist. 112. lib. 7.*		*Alexandrię Eulogio.*
	Vsum sactarũ imaginum defendit, contra Serenum episcopum Massilienſem. *Ibid. epist. 109.* Frangere (inquit) easdem imagines re non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in Ecclesiis adhibetur, vt ij, qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent, &c. *Audis Vsum imaginum à summa antiquitate repetitum* Nam Serenum episcopum Mass. diuorum imagines è templis suæ Diœceseos, deiicientem repressit & castigauit.		*Antiochiæ Gregorio, deinde Anastasio iterũ an. 6.*
	Contra leges Iustiniani cod. de Incest. Nupt. nuptias vsque ad septimum gradum prohibuit, quod obtinuit vsque ad Concilium Lateranense. 1215.		*Anastasio 2. an. 12.*
	Ad reprimendam Ioannis & Cyriaci Constant. insolentiam, se primus seruum seruorum Dei vocauit & inscripsit. *Ioan. Diac. cap. lib 2. Vitæ ipsius.* Eusebius tamen Emissenus ducentis quinquaginta annis prius, Homilia in Dominicam. 21. post Pentecosten, Romanus (inquit) episcopus, episcoporum omnium maximus, seruum Seruorum Dei in suis epistolis se esse scribit.		
	Ricaredo post conuersionem suam, munera ad sedem Apostolicam mittenti, gratias agit epistola accurata, & remittit Clauem ferreã è catena D. Petri, in qua lignum Dominicæ crucis & capilli Ioan. Baptistæ recludebantur, & Pallium pro Leandro Hispalensi.		*Hierosolymis Ioanne 4. deinde Amos, an. 8.*
	Longobardos ab Ariana hæresi conuertit. *Diac. lib. 4. de Gestis Longob. c. 1. 2. 3. Suppl. Chron.*		*Isaacio, siue Isicio, an. 8.*
	Cum eo Mauritius Imp. inimicias exercuit, quòd ab ipso ob turpissimam auaritiam obiurgaretur. *Blond. lib. 18. Abbas Vsperg. in Mauritio.*		
	Angli Cantuarij (nam gentes Aquilonares Anglorum, Mercij & Nordimbrij nondum Christum audierant sub Regibus Edelstido & Elle. *sigeb.*) ex idololatria ad fidem Christianam conuertuntur, cum suo Rege Chelberto, id procurante Gregorio PP. per Augustinum Cantuariensem, Melitonem seu Militem Londinensem postea episcopos, & Io	4692	*Constantinopoli Ioanne 4. Ieiunatore, deinde Cyriaco an. 10.*
	annem		604

Anni Christi.		Anni mundi.	annem. *Sigeb. & Gregor. lib. 5. epist. 112. & lib. 9. epist. 52. & 60. Annoni. lib. 3. cap. 74.*
			Tum autem Anglia in quatuor regna diuidebatur.
590		4678	Interea à temporibus Apostolorum, vsque ad hunc Augustinum in Anglia septem fuerant episcopatus: & vnus Archiepiscopatus. *Galfridus libro 8. cap. 4.* vt quidem citat profanus quidam Balæus, quem constat fabulas de Anglię & Scotiæ antiqua religione, suppositis auctoribus cõdidisse: quòd Insulæ suæ conuersionem Romanis pontificibus, & laudatis viris inuideret.
			Cum religione literas & disciplinas imbiberunt. Nam illic floruerunt vsque ad Carolum Magn. qui eas ex Anglia, per Bedæ discipulos in Gallia & Italia illustrauit. *Infrà.*
			Modus conuersionis eorum, & miracula illic perpetrata describuntur ab ipso Greg. lib. 7. epist. 30.
			Gotthi & Hisp. magna ex parte cum suo rege Recharedo & Sisebuto Arij hæresim eiurantes, Christianam fidem amplectuntur. *Platin. & Sabel. Ennead 8 lib. 5.*
	Principibus.		Diuinitus Longobardorum contra Catholicos furores cõpressi sunt. *Greg. 5. dial. cap. 29.*
			Rerum Sapientia cum septem artibus Romæ floruit. *Ioan. Diac. lib. 2 cap. 15. in Vita Greg.* Cantorum schola instituta. *Ibid. cap. 6.*
	Mauritio Imp. sexagesimo septimo, & postea Phoca, an. 8.		Ioannes Philoponus Alex. Philosophus Tritheitarum auctor, & Seuetus, à quo mulræ hæreses. *Niceph. l. 18. c. 46.*
			Desiderius quidam Burdegalẽsis cuculla & tunica ex pilis caprarum amictus, Christum se simulans arte magica miracula quædam edere conatur. *Turon. lib. 9. cap. 6.*
	Cozroe 2. Persarum rege vigesimo secundo.		Quidam etiam Gallus Biturigensis nomine Episteus, postquam aliquos ægrotos sanasset, prædicat se esse Christum & pro Christo adorandum. *Greg. Turon. lib. 10. ca. 25. Sigeb. Guill. Nang.*
	Abra & Adakana Æthiopiæ, deinde Zaham, an. 28.		Gregorius Turonensis. 19. episcopus, patria Aruernus historiam Francorum libris 10. mandat ab ipsorum origine ad annum Dom. 600. i. vsque ad sua tempora. Nam eo anno obiit, vel iuxta alios 595. quo vt ipse ait, numerabatur Childeberti decimus octauus, Guntranni trigesimus primus, Gregorij Rom. Pontificis quintus.
	Agilulpho, siue Agone Longobardorũ & Ital. Reg.		Cum Augustinus iuxta Dorocæstriam prædicaret, gentes illius loci caudas Rariarum vestibus illius appendebant: Hinc ipsi & eorum posteri caudas sicut pecudes referuntur habuisse. *Guil. Nang.*
			Sic in Oceani extremis oris esse insulas Satyridas nomine, in quibus viderint nautæ tempestate delati, incolas ruffos & caudas haud multo equinis minores infra clunes habentes, Pausanias docet lib. 1. de regio. Græc. pag. 89.
	Lothario Franc. reg. sexto.		Angli à Saxonibus oppressi, quòd Augustini prædicationem & consilium repudiauerint, de obedientia Romanæ ecclesiæ præstanda. *Beda lib 2. hist. gentis suæ cap. 2.*
			Echelbertus Anglorum rex ab Hengisto quartus, protenso à mari Gallico vsque ad Humbrum imperio, Christum Augustino prædicante suscepit. *Sigeb. Beda.*
	Recaredo Hispaniæ decimo octauo, deinde Luiba 2. an. 2. Viterico an. 7.		Tunica Domini inuenta in ciuitate Zaphat. *Sigebert. Ab. Vsperg. Naucler. Annoni. lib. 3. c. 78.*
			Frontinianistæ, Monophysitæ, Agnoetæ hæretici. *Greg. lib. 8. epist. 35. 36 & 42. lib. 11. epist 55. Niceph. 18. cap. 45. 46. 49.*
			Donatistæ repullulant in Aphrica. *Greg. lib. 3. cap. 35.*
			In Illyria multi contra episcopos motus. *Greg. lib. 1 indict. 9. epist. 43.*
604		4692	Anastasius Synaita Antiochenus Patriarcha Monophysicos & Acephalos libris impugnat. *Niceph. li. 18.* Anastasius successor eam contrà hæresim in Oriente propagauit, sicque inualuerunt Monothelitæ in Orientalibus Ecclesiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

passim, donec per Saracenos omnis Christi religio radicitus oppressa est, ab Eutyche anno fermè 180. *Diac. lib. 18 rer. Rom. Sabel. Ean. 8. lib. 6.*

Nicephorus Cartophylax, Olympiodorus, Andræas Hierosolymitanus doctores in Ecclesia insignes.

Item Isychius Hierosol. episcopus ad quem Greg. scripsit lib. 9 epist. 40. indict. 4.

Viuebat adhuc Venantius, Honorius, Fortunatus Pictauiensis episc. Nam. 11. libros carminum Greg. Magno dedicauit, è quibus Ecclesia hymnos multos canit, quem & cũ Gregorio Turonensi nouissimè mortuo, & Gregorio Naziãzeno cõparauit, iniquiens vnum diuinitus datum Orienti, alterum Meridiei, tertium Occidenti.

Anni mundi: 4678

Anni Christi: 560

HYMANA.

Maometes ille impius, ab Ismaele originem ducens, Abdala patre, Hennina matre, vigesima tertia stirpe, nascitur an. 592. quo & Arabes suam Hegiram incipiunt, vt postea dicam. Primus dux per an. 10. Arabum ceu Ismaëlitarum, siue Saracenorum (vel à Sara vxore Abrahæ, vel potius à Sara monte, quem olim ipsi incolebant) eorumque propheta edoctus à duobus Iudæis apostatis, & à Sergio & Ioanne hæreticis Arianis & Nestorianis, camelorum primum pastor, neque legere neque scribere sciens, vt ipse *Alc.* 17. fatetur, mox diuite ducta vidua mercator, tandem Pseudopropheta an. ætatis 40. obtento Gabrielis nomine & congressu, legem ex Iudæis, Gentibus & Christianis composuit, quam partim verbis & prodigiis mendacibus columbæ, tauri, comitialis morbi & lunæ, partim vi & armis infinitæ multitudini persuasit. *Zonaras. Cedrenus in Chronogr. Diacon lib. 18. rerum Ro. Blond. dec. 1. lib. 6. Vincent. in Specu lib. 24. cap. 4. & alij hist.* Hunc facilè crediderim esse Antichristum, aut saltem regni Antichristi conditorem. Nam μαομέτης reddit numerum hominis bestiæ 666. de quo Apoc. 13. Formæ πάρις πάριδος. Deinde Martius, sanguinarius, legionarius rex suam legem non prædicatione, sed vi & armis firmandam statuit. Vt sit allusio ad Romanam Apostolici temporis legionem, quæ militibus 666. explebatur.

CONCIL. *Romanum 1 & 2. Greg. lib. 1 epist. 49 & lib. 4. epist. 88. in quo & ibi epist. dãnata est.*

Et certè scopum Alcorani esse asserit prædicare, non esse tres aut plures Deos, sed vnum sine participe. *In colloquio ipsius cum Iudæis & in Alco. passim.* Quod perinde est, ac si dixisset, etsi speciosa trium aut plurium deorum velo virus tegat, sibi propositum euertere Christi legem, gloriam, maiestatem, diuinitatem, è qua totum pendet Euangelium. Nam cum Participis nomine passim intelligit, inuectus in nos, qui cum diuinitatis consortem, participem, Dei filium, Deum de Deo profitemur, cáque de causa nos incredulos, idololatras, impios scelerate appellat, & gladio ad id eiurandum cogi iubet. Quid contra Christum hostilius possit suscipi, quid magis esse antichristianum siue Christo contrarium?

CONCIL. *Lateranense.*

Multum sudat in depellendo Magiæ crimine, quod sibi passim obiiciebatur, *Alco. cap siue Azoara* 20. 25. 42. 79 90. 91.

Amicos & socios habuit præcipuos, Eubocaran, Haly (cuius de Alcorano interpretationem sequuntur Persæ) Zaid, Thalha, Bibelcomen, Arubair, & Haumar (quem vt fidissimum legis interpretem, cæteri complectuntur, Persis hostili odio habitis.) *Chronic. Sarac.*

Moritur extremis annis Heraclij anno ætatis. 40. pluritide, iuxta alios, 63. cùm regnasset apud Saracenos an. 10. Quo anno natus est, Arabia tanta siccitate & penuria frugum afflicta fuit, vt herbis vescerentur campestribus. *Rodericus Toletan.*

Anni mundi: 4692

Anni Christi: 604

Anni Christi. 500

ANNVS Domini D.C. quo Phocas adit imperium, & iuxta quosdam infœlix Maometes nascitur. & Ricaredus primus rex Hispaniæ Catholicus obiit.

Anni mundi: 4667

letan.

Lutherani & Caluinitæ Antichristi, rei & nominis infamiam: in alium suæ menti & conscientiæ conuenientissimè deriuant. Nam ipsorum secta rectà ad Mahometem spectat, nec vlla vnquam fuit Mahometismo propior, vt libro de Antichristo docebo.

[Hoc monstrauit perspicuè & validissimis rationibus in suo Caluino turcismo.]

Legem suam versibus rythmicis (*Alco.* 47.) condidit, vt imperitæ multitudini esset suauitate cantûs & Rithmi plausibilior. El-Phurcan nominauit. i. sectiones, capita. (Nam פרקים etiam Hebraïcè hoc sonat, & eo vocabulo plerique libros suos inscripserunt, vt פרקי אבות & פרקי רבי אליעזר) quòd missam sibi à Deo fabularetur non simul, sed, vt Sibyllæ folia diuersis locis & temporibus, & sententiis discretis, ne quis in ea consequentiam, ordinem, rationem, sapientiam, curiosiùs inquireret. Quare Odmen aliorum Mahometis successorum auxilio, illam in integritatem primo collegisse notant, *in Chron. saracen.* Post *Mahometem an.* 110. Arabes nominarunt etiam Al-koran, id est, ספר מקרא per excellentiam impiè, Sicut Hebræi קרא, Kara, Scripturam factam appellant.

Est autem ex hæreticorum, Iudæorum, Epicureorum, & similium philosophorum erroribus, opinionibus, fabulis, blasphemiis indigestum chaos, quod tamen dicit descendisse de summo cœlo vsque ad infimum, deinde paulatim ad decimum, quintum diem mensis Ramadan in terras lapsum esse, in eo Deum ad se loquentem introducens.

598. Fredegunda & ducis & militis munia strenuè obiit, in exercitu Clotariano aduersus Childebertum Austrasiorum regem, tutelam Clotarij Parisiorum regis, sibi deberi armis contendentem, & vicit.

Clotarius Brunichildam inimicam suam, alligatam caudæ equi indomiti dilacerat. Iurène an iniuria rectè dubitatur. Nam laudis multa habet testimonia apud D. Gregorium & historicos. Illud constat illam ei fuisse ab insidis proceribus proditam.

Clotosinda Childeberti Mediomatricum regis filia, Ricaredo Hispaniæ regi nubit, & pax inter vtrumque populum coit. *Paul. Æmyl.*

In nostra Gallia multi idolis adhuc immolabant, arbores colebant, de animalium capitibus sacrificia exhibebant. *Greg. lib. 7. Reg. epist. 5.*

Slauorum gens Istriis & Illyriis imminet, & eos valde affligit. *Greg. epist. ad episcopos Istriæ.* Nam Slaui vltra Danubium sedes habentes, tunc primum oram dextram Adriaci sinus occupant, frustra socero, filióque Mauritij Imp. resistentibus. Hinc deinceps, quicquid prius Istria & Dalmatia dicebatur, Slauoniæ nomen obtinuit. *Blondus lib. 8. de incl. Imp. Cromerus.*

4690

Illyria tota à Slauis sub Phoca subigitur. *Ibi. Blond. li. 9.*

600 SEXTO sæculo continuata est doctrina. Missa è Gregorij Mag. *Antiphonario & libro Sacramentorum, Item è scriptis Greg. Turonensis, qui & Missæ vocabulum & memoriam celebrat, vt cap. 6. Vitæ Patrum.* De clauibus Ecclesiæ. *Orientales episcop. ad Papam Symmachum. Gildas in castigatione ordinis Eccles. Greg. Mag. ho. 26. in Euangelia.* Veritas Eucharistiæ. Transsubstantiatio, sacrificium, *Maxentius Dial. 2. Andræas Hieros. Cassiod. in Psal. 64. Greg. hom. 14. 22. in Euangelia, & in Ps. pœnit.*

Liberi arbitrij & gratiæ concordia. *Olymp. in eccl. 12. Euodius in epist. ad Constantinum Greg. Mag. lib. 35. c. 21. in Iob, & lib. 1. in Ezech. ho. 9.* Secundam iustificationem requi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rere opera. *Olymp. in 7. Eccles. Cassiod. in Psal. 6. Greg. in Eze. lib. 2. ho. 2. Iustificationes Dei* (aiit) *dicimus præcepta diuina, quæ nos iustos faciunt, si impleantur.* Bona opera ad salutem requiri. *Greg. in 1. c. 1. Reg. In Ezech. lib. 1. ho. 3. 9. & lib. 2. ho. 16. 19. & in Euangelia ho. 12. 22. & 29. Iustus in Cantica.* Sanctorum intercessio, præsidia, merita. *Fortunatus de Basilicis DD. Georgij, Martini, &c. Greg. lib. 12. indict. 7. epist. 17. & 22. lib. 11. indict. 6. epist. 8 & 44. lib. 2. in 2. c. 1. Reg. in Euag. ho. 32. lib. 7. indict. 2. epist. 53. 94. 126. Enodius ad Faustum. Turonenses passim, vt in lib. Patrum, & de gloria Martyrum.* Imagines. *Greg. Mag. cuius tamen epist. 109. lib. 7. ad Seuerum episcopum Massilienſem allegare audent in contrarium, vsum imaginum probat & docet eodem lib. 7. parte secunda epist. 5. & 63. ad Secundinum. Abre, inquit, non facimus, si per visibilia inuisibilia monstramus, &c. Scio quidem, quòd imaginem Saluatoris nostri non ideo petis, vt quasi Deum colas, sed vt ob recordationem eius in illius amore recalescas, cuius te imaginé videre consideras. Itē lib. 9. epist. 9. Imaginis Christi ad Abbarum missæ virtute, Edessam suo tempore liberatam expugnatione & incendio Persarum. Euagr. c. 27. lib. 4. Turon. l. 1. de gloria Martyrum iniecta mentione statuæ Domini, de qua Eusebius, cuius locum etiam affert c. 22. & 23. declarat sua hac tempestate in Dei ecclesia fuisse visitatissimas.* Pœnitentiæ & eius partes. *Greg. lib. 6. in 15. c. 1. Reg. Non solum confitenda sunt peccata, sed etiam pœnitentiæ austeritate delenda. Et post, Tria quippe in vnoquoque veraciter pœnitente consideranda sunt, mentis conuersio, oris confessio & peccati vindicta. Et in Ezech. lib. 2. ho. 16. & in Psalmis pœnit. & lib. 3. in 7. c. 1. Reg. & lib. 4. in cap. 10. & lib. 6. in 15. c. Cassiod in Psal. 4.* Preces pro mortuis, Purgatorium. *Boetius lib. 4. cons. Prosa 4. Greg. lib. 4. dial. c. 39. lib. 2. in c. 21. Reg. in 1. & 3. Psalm. pœnit. citato D. Augustino. Cætera iidem & cæteri huius seculi scriptores abunde probant, vt contra se testantur Centuriatores Cent. 6. cap. 2. de loco Ecclesiæ col. 20. & seqq. sparsim. cap. 3. de persecutione & tranquillitate Ecclesiæ sparsim col. 42. & seqq. cap. toto 4. de doctrina. maximè col. 277. cap. 5. de hæresibus col. 288 sparsim, pro vt eas amplectuntur, per totum cap. 6. De Ceremonijs & Ritibus Ecclesiarum col. 325. & seqq. per totum cap. 7. de Politia & Gubernatione Ecclesiæ. col. 587. cap. 9. de Synodis sparsim 459. & seq. toto fere capite. 10. de episcopis & doctoribus, coll. 633. & seqq. cap. 13. de Martyribus sparsim col. 785. cap. 14. de Miraculis col. 789. sparsim. Quin etiam eorum errores multi ab iis refelluntur, qui ex professo Xenaiæ, Eutychianis, Agnoetis, Monothelitis præter superiorum ætatum hæreses, restiterunt. Adde totius huius curriculi Synodos.*

Anni mundi

POST Gregoriū Niceph. *lib. 18. cap. 56* nominat Innocentium Roma. pontificem.

Sabinianus D. Gregorio inuidit, & eius res persecutus est. Nihil dignum memoria gessit.

4692 Nisi quòd Cāpanas siue Tintinnabula inuenit. *Polid. lib. 6. pca. 12. desinuent.*

4695 Ioannes Eleemosynarius Alex. Patraricha, paulò pòst floret pietate & doctrina. *Metaphrastes.*

Seuerus scribit contra Vincentium Cæsaraugust. Arianum.

Licianus multa scribit. *Isid. Trith.*

Euagrius Scholasticus siue protonotarius Antiocheni Episc. ab anno Christi. 435. vsque ad annum. 595. historiam orditur, vbi desinit Tripartita historia.

HVMANA.

Otto quidam rex Angliæ, qui an. 603. tempore B. Gregorij, rege Theodorico bellum cum Theodeberto & Lotha-

rio

SEPTIMVM SÆCVLVM.

67. 604

m SABINIANVS (Sabinus Palmerio) Bledensis, an. 1. mens. 5. dies 9. 607

Vacat sedes mens. 11. dies 26.

Patriarchis.

Alexandriæ Eulogio

Antiochiæ Anastasio 2 604

Anni Christi.		Anni mundi.
	Hierosolymis Isauro, siue Isichio.	
	Constantinopoli Cyriaco Principibus.	
	Phoca Imp. sexagesimo octauo, an. 8	
	Cozroe Persarū, vigesimo secundo.	
	Zaham Æthiopiæ.	
	Agilulpho Italiæ.	
	Lothario, siue Clothario secundo Frāc. Reg. sexto.	
	Viterico Hispaniæ, 20. 68	
607	n S. BONIFACIVS 3. Romanus. mens. 9.	4695
608	Vacat sedes mens. 1. di. 6.	4696
	Patriarchis.	
	Alexandrię Theodosio, siue Theodoro, an. 5.	
	Antiochiæ Anastasio secundo.	
	Hierosolymis Isaacio siue Isicio.	
	Constantinopoli Thomaan. 2.	
	Principibus.	
	Eisdem Impp. & regnant.	

tio gerente, amore cœlestis patriæ incensus limina visitauit SS. Apostolorum, regrediens Monasterium Schutterense ord. S. Benedicti fundat consilio, auxilióque S. Pirminij pōtif. B. Mauritij abbatis discipuli. *Trit. in Chron Hirsang.*

Slaui è Russia prodeuntes, tunc primum sub Phoca oram Adriatici sinus occuparunt, & ita habitationem in ea continuarunt, vt quicquid prius Istria vel Dalmatia dicebatur, ad tempora vsque nostra Slauonia dicatur. *Blond. lib. 8. & 9 dec.* ad extremum Græcam linguam penitus corruperunt. *Cromer. lib. 1. Polo.*

Simplicius philosoph. peripateticus, qui Philoponum passim reprehendit: etiam si Suidas paulò ante subIustiniano collocet. *In Damascio.*

Victeticus Hisp. rex qui hæresim Arianam reuocare conatus est, inter epulas coniuratione suorum occiditur. *Isid.* Nihil in vita præclarum gessit, nisi quòd Seguntiam per Duces suos Romanis ademit. Corpus eius viliter elatum, vilius est sepultum. *Idem.*

n CONTENTIO inter Constantinopolitanum Patriarcham & Rom. Pontificem de primatu sedis. Pronunciante autē ex veteribus conciliis & patribus Phoca Imp. Romanam ecclesiam caput omnium ecclesiarum esse iterum decernitur. *Plat. Ab. Vsperg. Volat. Blond. l. 9 d. 1.*

Post D. Gregorium, Centuriatores & alij hæretici somniant Romanum pontificem: potentiæ & opum incrementa cepisse. Adeò sunt antiquitatis ignari, vt nesciant iam multò antè fuisse amplissimum illius sedis patrimonium iuxta promissionem apud Ezechielem factam c. 48. & fortasse amplius & ditius, quàm hodie sit. Nam vt rectè annotat Nicolaus Clemangis libello de corrupto Ecclesiæ statu cap. 4. Petri patrimonium pontificum ignauia satis iam attenuatum est. Fidem facit Gregorius ipse in epistolis, è quibus hîc libuit aliquo labore & diligentia, vetus sedis Apostolicæ patrimonium ostendere, vt istos suæ vanitatis pudeat, & maiore tabescant inuidia.

Patrimonium Petri in Africa. *Epist. 73 primi libri.* Vnde epist 59. Gennadio Patritio & exarcho Africæ imperat, vt hoc illud, &c. faciat.

Patrimonium in Neapoli. *lib. 5. epist. 11.*

Campania de ditione eiusdem. *lib. 2. epist. 40.*

Patrimonium in Dalmatia. *ibid. epist. 41. 44. 61.*

Patrimonium in Galliis. *Lib. 5. epist. 10. ad Candidum. & epist. 52 & 55.* Hinc in Gallijs multos habuisse reditus, *lib. 2. epist. 72.* quos libro 5. epist. 5. ad Brunichildam Francorum reginam patrimoniali nomine intelligit, cuius rectorem Candidum ei commendat. Sic seq. epistola 6. ad Childebertum regem Francorum.

Res S. Petri in Gallia. *Ibid. epist. 55.*

Patrimonium Siciliæ. *lib. 1. epist. 2. & epist. 68. & 70.* vbi multæ insulæ de iure Ecclesiæ. Hinc in Siciliam epist. 3. Petrum subdiaconum transmittit pro regendo Ecclesiæ (inquit) patrimonio. Et lib. 2. epist. 76. imperat Libertino præfecto Siciliæ vt Nasam Iudeum corporaliter puniat. Et Diacon. lib. 21. rerum Roman. Sicilia tria talenta & dimidium auri Ecclesiæ Romanæ pendebat.

Per Italiam Ecclesiæ Rom. multi prouentus, è quibus vult aliquid deputari Nolanarum mulierū sumptibus. *lib. 1. epist. 25.* ac Romam pontificij fuisse iuris lib. 5. epist. 12. declarat, quādo Montanum & Thomam (inquit) liberos ex hac die & ciues Romanos efficimus.

Sardinia de iure Ecclesiæ lib. 1. epist. 60. Hinc causas Catellæ in Sardinia cognosci vetat &c. quod repetit epist. 62.

De aliis bonis Papatus lege lib. 6. epist. 23. &c. item quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.		Anni Christi.
supra de Constantini Donatione retulimus.			
Maximus Cæsarauguſtanus, qui ſcripſit de rebus geſtis Gotthorum in Hiſpaniis. *Iſidor.*			
In Sueuia Gallus & Columbanus propter Theodoricum & Brunnichildam exulantes Eccleſias plantant. *Aucntinus lib 3.*			
Iudæi Antiochiæ ſeditionem excitant, & ſæuiunt in Anaſtaſium loci Epiſcopum. *Diac. lib. 18 Rom.*		CONC. *Romanum. Epiſc. 72. Presbyt. 30 de electione Romani Pōt. Platin. & ca. nullus, diſt. 79.*	
HVMANA.			
Coſroe 2 Perſarum rex fœdera rumpens cum Romanis, quòd Mauritio occiſo eſſet amiciſſimus, pernicioſum illud orbi claſſicum canit, ſub Phoca, quo Syria, Palæſtina, Phœnicia, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia & plurimæ aliæ regiones ab Imperio auulſæ ſunt. Ex altera parte Auares per Europam omnia vaſtarunt. *Niceph. lib. 18. c. 41.*			
Agilulphus ſiue Giſulphus Long. rex, ſtudio præpoſtero pacis, in ſuo regno tum Arianis, tum Orthodoxis Eccleſias concedebat. At Deus vindex extitit per Caianum Auarum ducem, qui ipſum delet cum exercitu, regnum diripit, pueros & puellas vendit, vxorem eius ſtupratam palo affigit, &c. *Diacon. lib. 4 cap. 12 Sabell. Ennead. 8 lib. 6.*	4696.	69.	608
Hunni & Auares qui & Bauari, Thraciam vaſtant. *Sigeber.* Slaui omnem prouinciam Dalmatiæ & Illyrici adiacentem mari Adriatico ſubigunt. *Blon. lib 9.* tentare cœpetant ſub D. Gregorio, hinc ipſe epiſtola ad Epiſcopos Iſtriæ, Equidem de Slauorum gente, quę vobis imminet, & affligor vehementer & turbor.	4703	o S. BONIFACIVS 4. Valerienſis. Marſus, an. 6. menſ. 8. dies 13.	615
o HIC Panthēon. i templum omnium deorum, Romæ à M. Agrippa ædificatum, ab Imperat. Phoca impetratum vertit in Eccleſiam S. Mariæ & omnium Martyrum, ibique ad calend. Nouembris inſtituit ſolennitatem omnium Martyrum. *Annoni. lib. 4. cap. 4.* quę poſtea ſub Gregor. 4. dicata eſt omnibus Sanctis, & tunc in Francia recepta *Sigeb.* tamen Romani hoc etiam nomine, eam celebrant ex inſtituto huius Bonifacij. *Sigeb.* ac ceſſarunt dæmones in eo loco percutere Chriſtianos. *Pr. monſt.*		Vacat menſ. 7. dies. 15.	
Hoduinum Angliæ regem cohortatur ad fidem, refutans opinionem gentis de Idolis. *Beda.*		*Patriarchis.*	
Propriam domum in monaſterium vertit, & paterna prædia et addixit *Sabell Ennead. 8. lib 6.*		*Alexandriæ Theodoſio, ſiue Theodoro, deinde Ioanne quinto Eleemoſynario an. 10.*	
Hieruſalem cepit Cozroe Perſarum Rex: Lignum Crucis dominicæ ex Caluaria in Perſidem tranſtulit, illúdque in throno ſtatuit aureo, & gemmis fabrefacto, cuius extrema ſuperficies in ſimilitudinem cœli circumagebatur. *Sabell. lib. 6. Ennead. 8. Blond. lib. 9. dec. 1 Sigeb. in Chro.*		*Antiochiæ Anaſtaſio 2. deinde Gregorio 2. an. 22.*	
Paſſim Chriſtianos afflixit & expugnata Hieroſolyma 90000. Iudæis trucidanda committit & Patriarcham Zachariam & numeroſam ciuium multitudinem ſecum abduxit, *Diac. lib 18 rerum Rom. Zon tom 3.* quos tandē à Syroē Cozroes ſuperati & miſere interfecti filio, Heraclius recepit *Ibid.*		*Hieroſolymis Iſaacio ſiue Iſicio deinde Zacharia, an. 20.*	
Seuerus quiſpiam & Iohannes Gerundenſis Epiſcopus Arianos ſcriptis oppugnant.		*Conſtantinopoli Thoma, deinde Sergio Monothelita, an.* 23.	
Tritheitæ & Tetraditæ è Seueri naſcuntur ſecta. *Niceph lib. 18 c 45.* item Contobarditæ, Theodoſiani, Agnoetę, Acephali, Angelitæ & Cononitæ. *Ibid. cap. 50.*		*Principibus.*	
Gundumaru Hiſp. rex vno prælio Vaſcones, altero Romanos deuicit. Plurimas ſtatuit leges in fauorem Eccleſiarum. *Rotus. Taropha.*		*Eiſdem vſque ad Heraclium hæret. Monothelitam Imperantibus, & regnant.*	
		Cozroe Perſarum vigeſimo ſecundo.	

Anni Christi.		Anni mundi.	
	Zacham Æthiopiæ.		HVMANA.
	Viterico Hiſpaniæ vigeſimo, deinde Gundimaro an. 2. Siſebuto Rege Chriſtianiſſimo an. 8. menſ. 6.		Siſebutus Hiſpa. rex trans fretum Gaditanum, plures gentes regno ſuo adiecit Item Vaſconiam & omnes Hiſpaniæ tuitates, quæ ad Romanos defecerant. Iudęos metu ſuppliorum ad Chriſtum compulit. *Diſt. 42. de Iudæis.*
	CONCIL. *Romanum. Beda lib. 2. hiſt. cap 4.*		Ab eius tempore Romani in Hiſpania imperare deſierunt. *Plat.*
	LVSENSE. *Tom. 2. Concil. Bracarenſe.*		Phocas libidini deditus cum ſineret imperium à Perſis, Hunnis, & eorum rege Cagano vaſtari, ab Heracliano ſiue Heraclio Africæ prælide & Photio, cuius vxorem rapuerat, comprehenſus ad exercitum adducitur, vbi ei milites brachia, pedes, denique exectis pudendis caput præſciderunt.
	70		
615	p S. DEVS DEDIT	4703	
618	ſiue Theodatus ſiue Dorotheus Romanus an. 3 menſ. 3. dies 20. Vacat menſ. 1. dies. 16.	4706	p EPISTOLAM dedit ad Gordianum epiſc. Hiſpaniæ contra eos, qui Paſchali die ſuos filios è Sancto Lauachro ſuſciperent. 1. *tom. Concil.* fuit eximia ſanctitate. Iſidorus iunior Hiſpalenſis Epiſcopus, Leandri ſucceſſor & frater, Greg. Magni diſcipulus. *Sigeb.* Fulgentius Aſtigitanus Leandri frater. S. Columbanus Abbas, S. Lupus Senonenſis Epiſcopus *Sabel. Ennead. 8. lib. 6. Sigeb. in Chron. Plati.*
	Patriarchis.		Iſidorus Hiſpal. præter multos alios libros, horratu 80. epiſcoporum primus epiſtolarum pontificum Apoſtolicorum Clementis, Anacleti, Euariſti & cęterorum vſque ad Sylueſtrum decreta ſtudioſè collegit. *Ipſe in Prolog.*
	Alexandriæ Ioanne 5. Eleemoſinario.		Cuius ſtudium poſtea ſunt imitati, Burgardus Epiſcopus Vuormacienſis, deinde Anſelmus Lucenſis. MOX Iuo Carnotenſis. Denique Gratianus.
	Antiochiæ Gregorio ſecundo.		Errant ergo Centuriatores, qui epiſtolas decretales, Pontificum, à nullo fide digno auctore citari: ante Caroli Magni ætatem, garriunt.
	Hieroſolymis Zachariæ.		Hiſtoriam Gotthorum ab exordio Athanarici regis per. 250 annos vſque ad quintum Sumtillæ, 1. à Chriſti anno 369. vſque ad 626. condidit. Eccleſiam Hiſpalenſem 40. fermè annos rexit. *Alphonſ.* Collegium erexit Hiſpali, è quo multi inſignes & docti exorti ſunt. *Vaſæus.*
	Conſtantinopoli Sergio Monothelita.		Ioannes Gerundenſis epiſc. Græcè & Latinè doctus. *Plati.* Secundus, qui ſeruus Dei à ſanctitate dictus eſt, ſcribit libellum de Longobard. geſtis. moritur, quo tempore Slaui Iſtriam deprædantur. *Diac. lib. 4. c. 8. & 14.*
	Principibus.		Aidanus Scotus apud Bedam.
	Heraclio Im. an. 29.		S. Rupertus ſiue Robertus primò Vuormacienſis, poſtea Ratisbonenſis Epiſcopus, Theodonem ducem Bauariæ ad Chriſti fidem perduxit. Alij id referunt ad an. 537. vt antea.
	Coſroe 2. Perſarum rege vigeſimo ſecundo.		Lupus à Lothario in exilium relegatus, in Auſtria ducem Boſonem Landegeſilum paganum, cum exercitu ſuo baptizat, *Vinc. lib. 23. cap. 9.*
	Zacham Æthiopiæ.		Coſroë Perſarum rex victus ab Heraclio, omnes eccleſias Chriſtianorum in Perſide ſpoliauit, eiſque Neſtorianam hæreſim obtuſit: tantùm vt Heraclio ægrè faceret. (Vnde ad hunc vſque diem Chriſtiani Perſidis, Aſſyrię & vicinarum regionum Neſtoriani appellantur, quorum Patriarcha ſedet Mozal ſiue Seleuciæ Parthorum) *Diacon lib. 18 rerum Rom.* Coſroe autem ſublato, Perſæ vltro ad veram ſententiam, fidem & confeſſionem redierunt. *Bonfinius dec. prima libro. 8.*
	Agilulpho Ital. Reg.		Quin & perſecutus eſt Coſroes, Chriſti confeſſores immani crudelitate in Aegypto, Lybia, Alexandria, Carthagine. *Henric. Erphrod. c. 55.*
	Lothario Franc. ſexto.		
	Siſebuto Hiſpaniæ vigeſimo ſecundo.		HVMANA.
	CONCIL. *Antiſiodorenſe. lib. Concil.*	4692	
604	*Matiſconenſe. In vita Euſtaſij. 3. 10. ope. Bedæ.*		Heraclius contra Perſas profectus bello ſeptem an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum eos vicit. Syriam recepit, veteres imperij limites super Euphratem restituit, Cosroem captum occidit. Dominicæ crucis partem, quam Cosroes Hierosolymis expugnati abstulerat, reportauit.

Brunichildis Franc. regina post 10. reges morti traditos & infinitam vulgi multitudinem, in bello contra Lotharium capta, quater fustibus cæsa, deinde pedibus & brachiis alligata equi ferocientis caudæ discerpitur: ex omnium statuum sententia an. 618. *Sigeb. Trithem. Gagui. Auentinus.* de quo supra in D. Gregorio.

Hoc tempore reliquiæ veteris Idololatriæ vigebant in Gallia. Vnde c. 1. Antissiodorensis concilij sub hoc pontifice celebrati, Non liceat Vecla aut ceruolo facere (i. sacrificare, hodiè *Biche* & *Cerf* corruptè) neque diabolicas strenas facere. Nam Franci bestias vt numina colebant, *Turonens. lib. 2. hist. c. 16. pag. 70.* & de illis sacrificia exhibebant. *Greg. magnus in registro lib. 7 epist. 5.*

Boso Laudegetilus dux Austriæ cum suo exercitu, à Lupo in exilium relegato, per Lotharium regem baptizatur. *Diac. lib. 4. c. 8. & 14.*

Aelfredus Angliæ rex, Northumbranis imperans: Britones simul & Scotos perdomuit.

Primvs Pontificum sustit aras & Ecclesias esse Asyla reis. *Plati. Sige.* Illud Honorius & Theodosius antea sanxerant. *l. 2. Co. De his qui ad Eccles. confug.* Hodie in Gallia non obseruatur.

Iacobitarum, Georgiorum, Theopaschitarum, & Armeniorum hæreses, quæ etiam nunc perdurant in Oriente. *Niceph. lib. 18. cap. 52. & 53.* Saltem nomen populis remansit. Erant autem hi omnes Monophysitæ, & omnes Sanctos patres reijciebant. *Niceph. lib. 18. cap. 52.* licet alij alijs crassiùs eandem hæresim tuerentur.

Iacobitæ porro non à Iacobo Apostolo, vt crassi Centuriatores tradiderunt, sed à Iacobo Syro nominati sunt, de quo multa. *Niceph.*

Lignum Crucis domini victo Cozroe per Heraclium à Persis receptum est. Hinc festum Exaltationis institutum.

S. Columbanus Scotus Angliam, Galliam, Italiam, Germaniam (cuius multos populos ad fidem primus an. 630. conuerit) partim perse, partim per discipulos Monasteriis repleuit. Nam nullum adhuc sæculum, tantam celebrium monachorum segetem protulit ad vsque Martellum & Pipinum per annos 150, principibus etiam vtriusque sexus ad hoc vitæ institutum confluentibus, vt Arnulpho episcopo Metensi, Aldigilo regis Dagoberti nepote, Gertruda filia Iettæ Pipini vxore, Iodoco regis Britanniæ filio, Carolomano Pipini regis fratre.

Præcipui autem Columbani socij & discipuli extitere Gallus, qui in Heluetia consedit. Ionas Romanus, Rinurichus siue Romarichus, Leodegarius, quos consecuti sunt Arbogastus, Amandus & alij innumerabiles, qui sequentibus sæculis è Monasteriis ad Episcopatus extracti sunt, & reliquum Septentrionem conuerterunt.

Erant autem omnes Benedictinæ formæ. Nam Occidens vix vllos alios agnouit ante an. 1050. vt Orions in hunc vsque diem non nisi Basilij sectatores, Meridies Antonij. *E Bruscio de Monasteriis. Theatro conuersionis Gentium & Iona Abbate apud Bed. tom 3.*

Nota Columbanum eiúsque discipulos, eo tempore cœpisse Septentrionis populos conuertere, quo Saraceni Christianas gentes cœperunt in Oriente peruertere. Nempè quãdo fides vno loco deficit, altero proficit.

Anni mundi.		Anni Christi.
	Francicum. Vincent. lib. 23. c. 102.	
	Hispalense 2. præside S. Isidoro cõtra Acephalos, qui duarum in Christo naturarum proprietatem negabant. Ioan. Magnus in hist. Got. lib. 16. cap. 19.	
	71.	
4706	q S. Bonifacivs 5. Neapolitanus, an. 5. dies 11	618
4711	20.	623
	Vacat dies 13.	
	Patriarchis.	
	Alexandriæ Ioann. 5. Eleemosynario, deinde Georgio an. 10.	
	Antiochiæ Gregorio secundo.	
	Hierosolymis Zacharia.	
	Constantinopoli Sergio Monothelita.	

Anni Christi.	*Principibus.*	Anni mund.
	Heraclio Imp. sexagesimo nono.	
	Cosroe Persarum rege vigesimo secundo, deinde Siroe an. 1.	
	Bellvm Persicvm.	
	Zaham Æthiopiæ, deinde Amida, an. 12.	
	Adaluado Ital. R.	
	Lothario Franc. R.	
	Mahomete primo Saracenorum Rege, an. 11	
	Sisebuto Hisp. Mox Ricaredo 2. an. 1.	
	Suintilla an. 8.	
	Pipino 1. Senior a Landen Brabantiæ Duce 1. an. 41.	
623	r S. Honorivs I.	4711
	Campanus, an. 12.	4725
637	mens. 11. dies 17.	
	Vacat an. 1. mens. 7. dies 13.	

Humana.

Arabes & Mahometani ab Hegira, cuius fuit initium anno Domini 621. quo homo perditionis Mahometes iura & leges dare cœpit, annos suos numerant. *Alphonsus.* Narrant & Afri, qui eius principium faciunt anno Christi 591. vel 592. quo Mahometem natum putant: & qui anno 623. quo Mahometes primam expeditionem (quod sonat vox Hegiræ) suscepit pro religione. Eius regni annum primum orditur Isidorus Pacensis ab an. Christi 617. ex historijs Arabum, quod & nos in regnum illius impij imperij successione recensenda sequimur.

Mahometes decennium regnauit in Arabia. Hinc Saracenorum nomen & origo. 12. duobus prælijs conflixit contra Persas, Græcos, Aegyptios, & in omnibus ferè vicit. Moritur an. 17. Heraclij, cui in regno Arabum succedit Ababacar an. 3. deinde Homar, qui Persicum imperium è stirpe Cozroë rapuit.

Hegiram non expeditionem, sed fugam Ioa. Leo Arabs interpretatur, in Africæ descript. quam ab anno Christi 592. orditur. Vnde & annus Christi. 1592. Mahometis Hegiræ erit millesimus. Haud scio, num corruptè Hegira sit potius Astrologorum Aera. Nam ab Astrologiæ deditis multa isti sumpserunt & corruperunt.

Cozroë ab Heraclio cum filio maiori interfecto, paruulus Chrostois filius Siroë, in Perside relictus: baptizatus est, & ab Heraclio regno præfectus. *Ann. de reb. Fran. lib. 4. c. 21. & Paul. Diaco.* Intra annum crudeliter occisus, *Diac. lib. 8. Rom. & Rhegin. lib. 1. Chron.*

Occiso Cozroë & rebus Persicis compositis, ex auctoritate Heraclij Syrois factus est rex Persarum 23. Is regnum adeptus pacem cum Romanis facit redditis captiuis & S. Cruce.

Siroe intra annum extincto, magna in Perside confusio, indèque post decennium imperij interitus, Hormisda vigesimo octauo rege à Saracenis duce Homare oppresso.

Sisebutus rex Hisp. Iudæos coegit Christum agnoscere ad. 90. millia, aut suo regno excedere, regni sui 4. & Heraclij quinto. *Isidor. In Etymolog. Ado.* Quod postea diuitur æmulatus Dagobertus Franc. *Vasæus & Paul. Æmy.*

Ioannes Cæsaraugustanus scribit de Ecclesiasticis officiis, & solennitate Paschæ inquirenda. *Alphons.*

Sub an. 624 Suintilla Ricaredi primi fil. primus Monarchiã Hispaniæ consequitur, Romanis in totum pulsis. *Isid. Volaterra.*

Ex hoc apparet non necessario filios Patribus succedisse, sed eos qui à magnatibus & populo electi essent. Qui in 5. Conc. Toletano anathemate puniuntur, qui aliter ad regnũ peruenissent.

In hunc censuram exercuerunt episcopi Hispani, in 4. Toler. Nam eum excommunicant & sua ditione & possessionibus priuant.

Seuerus Barcinonensis vnus è 70. episcopis, qui leges Gothicas in Hispania cõdiderũt, martyrio vitã finiit. *Vasæus.*

Sub 632 prima occasio odij Anglorum & Francorum ex immanitate Lotharij contra Saxones. *Annal. Franc.*

r Hortatvr ad fidem Anglos gentiles, & Idola ostẽdit non esse Deos. *Beda lib. 2. cap. 17.*

Eius tempore Mahometes, falsa doctrina & aperta vi: Christi cultores turbauit.

Eduinus rex Northumbranorum Anglorum, à Paulino episcopo baptisatur. Eius hortatu Erpualdus rex Anglorum Cantuariorum Orientem versus, qui cum pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tre suo Rodoal à fide Christiana defecerat : denuo relicta Idololatria, vnà cum gente sua Christi fidem suscipit. *Gul. Nangiac. Sigeb.* an 627 post aduentum verò Anglorum in Britanniam an. 100. *Beda hist. Eccles. lib. 2 cap. 14.*

Prædicauit & in prouincia meridianæ Humbræ Anglicis idem Paulinis, eámque vsque ad mare conuertit. *Ibid. cap. 16.* 4711

Occidentales quoque Saxones prædicante Berino, quem Honorius Papa miserat, cum rege Cynildo conuertuntur. *Beda lib. 3 cap. 7.*

Festum exaltationis S. Crucis Honorius inuexit in Occidentem. *plan.* Nam à multis annis. 14. die Septemb. celebrabatur Hierosolymis. *Nicephor. 8 cap. 29. & 30.*

Aureas regulas Romuleæ ædis in D. Petri transtulit.

Is est, quem de hæresi Monothelitarum accusatum Adrianus Papa narrat: Vnde in 6. Syno. Constantinop. ipsius authoritas & testimonium à Monothelitis prætenditur, eius literas ad Sergium Constant. producentibus. & à Synodo damnatur act 12. & 13. vt in septima, act. 6. Sed aliud est Romanum pontif. in sua persona hæreticum, & si quid est deterius, esse posse vel etiam fuisse, aliud in fidei iudicio & promulgatione contra fidem definire. Hoc posterius non potest Nam ea est vis cathedræ, vt cogat bona & vera dicere, non bona facientes neque vera sentientes: nec sua docere, sed aliena permittat. *Aug. libro 4. de doct. christ. c. 27. & epist. 166.*

Deinde ei fortasse Monothelitæ, vt sunt omnes hæretici impostores, literas illas suppouerât, vt Iulio pontifici Eutychiani, auctore Leontio lib. de Sectis. Nam Honorius ab Heraclio ob inuit, vt Pyrrhus isto veneno imbutus in Africam relegaretur. Vide Canum *lib 6. de locis Theolog. c. vlt.* & primus pontificum Monothelitarum errorem damnauit, ab eoque Heraclium Imp. abduxit. *Blondus lib. 9. Plat. Sabell. Vand.*

Gundauos destructis aris Mercurij conuertunt Amandus, Aicharius Noutonensis episcopus, & Landoaldus, Dagoberto rege diploma dante. *Iac. Meyer in Chronico Flandriæ.*

Iudæos Dagobertus vel regno expulit, vel ad fidem adegit *Annon. lib. 4 cap 22.*

Atrebatensem prouinciam Chilenus Scotus, à Phatone episcopo Meldensi missus, doctrina & miraculis clarus, ad Christum perduxit: sub Heraclio. *Auent. lib. 21. cap. 17.*

Paulinus primus Eboracensis Archiepiscopus. *Polyd. lib. 4. Angli histor.* in quadam villa per. 36. dies nihil quicquam egit, quam quod à summo mane vsque ad seram noctem, confluentem ex omnibus viculis & locis plebem Christi verbo instrueret, ac instructam in proximo flumine Gleni baptizaret. *Beda lib. 2. cap. 14.*

Cantabrigensis Academia in Anglia instituitur. *Polyd. libro 5*

Heraclius Iudæos omnes baptizari iussit aut exulare: idem in Hispania per Sisibodum siue Siseburum Reg. (conuersis. 90000. Iudæis. Ado.) & in Gallia per Dagobertum Reg. fieri curauit, prædixerat enim Astrologus quidam à circumcisis vastarum iri imperium *Blond. lib. 9. Dec. 1. Æmil. lib. 1. Ann. lib. 4. cap. 22.*

HVMANA.

Arabes duce Mahometo, non acceptis stipendiis ab Heraclij præfecto, Damascum & Phœniciam occupant: in Christianos patere falsis dogmatibus recusantes. sæuiunt, & aliquoties copias Heraclij profligantes, à Roma- 4692

Patriarchis.

Alexandriæ Georgio, deinde Cyro Monothelita an. 10.

Antiochiæ Gregorio Secundo, deinde Anastasio tertio Iacobita an. 20.

Hierosolymis Zacharia, deinde Sophronio an. 2. Modesto an. 2. Sophronio iterum an. 2.

Constantinopoli Sergio Monothelita, deinde Pyrrho Monothelita an. 11.

Principibus.

Eisdem Imp.

Adeser Persarum Vigesimo quarto mens. 7.

Sarabarra mens. 2.

Varanane septimo mens. 7.

Ormisda 3. an. 9. 604

Anni Christi. 623

Anni mundi. 4711

no Imperio, per Homarem Phœniciam, Syriam, Mesopotamiam, Armeniam & Ægyptum auellunt. Deinde etiam Persas, stirpe regia funditus excisa, sibi subiiciunt, & ad hunc vsque diem possident. Quotidie autem in his locis Christiani, non aliter, quàm oues magno sunt agmine mactati. *Diac. lib. 18. Simoneta lib. 1. epist. 4.*

Cyrus, vltimus Alexandriæ Patriarcha, multum turbauit Ecclesias suo Monoth. errore, donec per Saracenos concessus fuit liber religionis vsus. Soluit quotannis 200000. denariorum summam pro Ægypti libertate, eámque sic per triennium retinuit integram. Postea verò Heraclio conditionem detrectante tota Ægyptus in hostium manus deuenit. *Diac. 18. Rom.*

Postremò Heraclius à Saracenis victus, 150. hominum millia amittit, vnde morbo & tædio paulò pòst moritur regni anno, 30. Ac fuit postremus Imperator ab exercitu Romano electus. Nam post eum Impp. filiis suis imperij dignitatem quasi hæreditariam tradiderunt. *Francus in Chronico.* nisi quòd exercitus Absimarum eligit sub an. 702.

Aduersus Saracenos ex portis Caspiis eduxit copias, de gente sæuissima, quam Alex. Magnus ob immanitatem fui: super mare Caspium inclusisse dicitur. *Otho Phrising. libro 5. cap. 9.*

Duxit fratris filiam Martinam, ex qua nascitur Heracleonas, qui sublato patre Constantino, cum matre biennio non toto Imperium tenuit. Nam eos senatus cepit, matri linguam præscidit, filio nares vtrumque in exilium in Capadociam misit, vbi in carcere mortui sunt. Hæ pœnæ secutæ sunt incestum, paricidium & Hæresim.

Sub an. Christi 630. Slaui auctore Samone, qui mercator è Senone vrbe Campaniæ Gallicæ ad eos venerat, ab Hungaris deficiunt: & Samonem post aliquot victorias regem creat, qui vbi in Carinthia iuxta Sauum & Drauum fluuios, 30. annis regnasset, successores reges per ordinem vsque ad Carolum Magnum reliquit Borutum, Rarastum, Chemanarum & Vualthurnum. *Appendix Greg. Turo. Annon. Bernvidus Eugrenhuester lib. de Origine Bauaroyum.*

Eodem Sangallensis vrbs in Heluetia ceu minore Burgundia Gallo Columbani discipulo Cœnobium illic condente, exordium sumit. *Munsterus. Bruscherus de Monasterio.*

634 (iuxta alios 639.) Heraclij autem 20. Homar post ereptam Romanis Ægyptum, Syriam omnem vsque ad Antiochiam & Euphratem, Mesopotamiam, Armeniam, bellum in Persas conuertit, Orientisque imperium Romanorum bellis attritum, religione mutata ad Saracenos transtulit, quorum ipse primus rex fuit & ad nostra vsque tempora sub eorum rege Sophi reliquit.

Hinc ergo Persæ legem & imperium Saracenorum suscipiunt Hormisda. 2. victo, de prosapia Attaxersis, qui ante. 413. Monarchiam etipuerat Artabano Parthorum regi. *Diaco. lib. 18.* Sedem regni Babylonem constituunt, & suum principem Califam nominant: prouincias diuidunt inter præfectos, Sultanorum nomine eis impositos.

Itaque deinceps in historiis non legitur Romanos siue Christianos cum Persis, sed cum Saracenis bella gessisse.

Hic Hormisdas biennio ante Turcas, è regione Iaxartea ad se tuendum euocarat: perpetuo Asiæ deindeque Europę & Africæ infortunio.

* Severinvs Papa in ecclesia D. Petri pulchertimum musæum condidit. *Onuphrius.*

Cleto viritim pecunias distribuit, Bonifacium quintum æmulatus. *Idem in Vitis illorum.*

Amida Æthiopiæ, deinde.
Sahan, an. 2.
Azba, an. 2.
Zahan, an. 15.

Dagoberto, an. 14. *Franc. Re.*

Mahomete Saracenorum, deinde Abubacar de genere Mahomi, an. 3.
Emer siue Omar, an. 12.

Suintilla Hisp. vigesimo quarto, deinde Richimero, an. 2.
Sisenando, an. 4.

Toletanum. 4. epis. 70. lib. Cöc. 4714

626

Aquilien. se. Polater.

73.

637 * Severinvs Rom. 4725
ani 1. mens. 2.

638 Vacat m. 4. d. 29. 4726

Universidad de Deusto
Biblioteca

In pauperes largus. *Idem.* ab Isaacio Italiæ Hexarcho confirmatus est.

Rotharis Longobardorum rex Arianus, in omnibus ferè Italiæ vrbibus duas ecclesias & duos diuersos antistites constituit: hæreticum & Catholicum, quæ quidem rex toti Italiæ ferè exitium attulit. nam Ariani spiritu mendacij & cædiū excitati, non potuerunt à vi & seditionibus sibi temperare: atque ita incautos nostros partim trucidare, partim in insulas fundere. Sic Breui tempore quinque episcoporum sedes, sunt insulanis acquisitæ: Gradensis, Heracliana, Torcellana, Metamanucensis & Caprulana. *Sab. lib. 6. Ennead 8. Blond. lib. 9. 1. Decad.*

S. Isidorus inter quintum & sextum concil. Toletanum moritur. *Vasæus.* Inter polygraphos numeratur. Ex eius lucubrationibus decretorum maxima pars excepta est.

Hispaniarum reges, ne regiam sedem conscendant, priusquam inter aliqua sacramenta iurent, se nullum non Catholicum permissuros in suo regno degere. *In sexto Toletan cap. 3.*

Cyri Monothelitæ Alexandrini Patriarchæ anno quinto, id est, anno Domini 635. Alexandria & tota Ægyptus à Saracenis duce Haumare capta est. Is hæreseon fructus esse solet.

Sequenti, id est, 636. ab iisdem Hierosolyma, Damascus, & magna Syriæ pars Romanis erepta, & exinde Hierosolymitanorum Patriarcharum successio obscura. Græci quidem eos illic continuare perpetuo conati sunt, at hic finis 64 quoniā, qui Sophronio sexagesimo quarto proximè successerit, nescitur, nisi quod an. 759. Theodorus nominatur. 787. Elias 795. Ioannes, 802. Thomas. 1006. Orestes. 1088. Simeon. vsque ad terram Sanctam à Francis receptam 1100. Hodie 1583. Germanus appellatur.

Paulò ante Heraclius veritus, ne S. Crucem Mahumetani raperent: eam de Hierosolymis Constantinopolim transtulerat. Quam post aliquot secula à Balduino Venetis pignoratam, D. Ludouicus redemit, & Lutetiam tanquam regni Palladium import auit.

Post annos quatuordecim Alexandrina quoque successio incomperta erit. Sic Antiochena post annos 131. vt suis locis annotabimus.

HVMANA.

Dagobertus templum S. Dionisij solido argento texit, corporibus sanctorum trium ibi collocatis & additis, &c. *Regino. Naucler. 2. Volum.* multa alia monasteria & ecclesias fundat, etiam in Germania, quæ nostris regibus semper erat vectigalis & obnoxia. primus Ecclesiis dat ex Domanio regio. *Naucler. Franc. Irenicus & Beuchius de monasteriis Germaniæ.* Ei Indicail Britonum dux fidem obstrinxit, atque hinc deinceps Britannia Gallica Franciæ regibus paruit. Slauos bello petit.

Vuindos, Sorabos (.i. Boëmos) Slauósque Idololatras vicit *Sigeb.* Saxones, quibus tributum 500. boum imponit. *Trith. de orig. Francorum.*

Sub Dagoberti regno, sæpe à Paganis, Saracenis, Gothis & Vasconibus irruptiones factæ sunt in regnum Aquitaniæ. *In gestis Metensium epist.*

ſ NONNVLLI hoc omisso nominant Bonifacium 4. Alij *vt Palmer. in Chron.* vtrunque.

Hic autem omnes captiuos Dalmatas & Istrios à Saracenis redemit thesauro Ecclesiæ. *Blond. 10. lib. 1. Decad.* Ad Scotos scripsit, Pelagianam hæresin, quæ ibi rursus vires sumebat, & errorem eorum de Paschatis obseruatione damnans. *Bed. de rat. temp.*

Anni mundi.		Anni Christi.
	Patriarchis. *Alexandriæ Cyro Monothelita.* *Antiochiæ Anastasio 3. Iacobita.* *Hierosolymis Sophronio.* *Constantinopoli Pyrrho Monothelita.* *Principibus.* *Eisdem impp. & regnantibus.* *Omare Saracenorum & Persarum Miramolino. an. 12.* *Zahan Æthiopiæ, an. 15.* *Hispaniæ Suintilla 2. an. 6.* *Rothari Italiæ.* CONC. *Toletanum quintum Isidoro præsidente, episc. 21.* *Et sextum episco. 52. Ioan. Mag. lib. 16. cap. 18.* *Bracarense. 2.*	
	74.	
4726	ſ IOANNES 4. Dalmata, an. 1. mens. 9. dies 9.	638
4728	Vacat mens. 4. dies 13.	640
	Patriarchis. *Alexandriæ Cyro Monothelita.* *Antiochiæ Anastasio 3. Iacobita.* *Constantinopoli Pyrrho Monothelita.* *Principibus.* *Eisdem Impp. & regn.* CONCIL. *Hierosolymitanū. Zon. Tom. 3. Diac. 18. Rom.* *Romanū contra Monoth. Diac. Ibid.*	

Tonantius.

Anni christi		Anni mundi.
	75.	
640	t S. THEOPORVS I. siue Theodosius Græcus. an. 6. mens. 5. di. 18.	4728
646	Vacat 1. mēs. dies 22.	4734
	Patriarchis. *Alexandriæ Petro an. 10. Antioch. Anastasio 3. Iacob.* *Constantinopoli Pyrrho Monothelita, deinde Paulo 2. Monothelita, an. 10.* *Principibus.* *Heraclio sexagesimo nono, Constantino 3. eius fil. 4. mensibus, Heracleona cū Martina matre, an. 2. & Constante, 2. Heraclij Nepote, an. 27. (siue Constantino 4. siue Constant. 2. Nam variè appellatur) ex ordine successionis Impp.* *Omare Saracenorum & Persarum Miramolino, deinde Autumare siue Azoman siue Attumā, siue Hutman. an. 12.* *Zahan Æthiopiæ.* *Rhotari Ariano Ital. Rege Dagoberto Franc. Rege septimo.* *Suintilla 2. Hispaniæ, vigesimo septimo, deinde Tulga. an. 2. Cindasuindo, an. 16.*	

Tonantius Palentinus. *Alphons.*

638. Antiochia & reliqua Syriæ pars à Saracenis occupata est, Anastasio tertio Iacobita Patriarchatum tenente. Audis iterum hereseos fructus. Nec dum tamen illic notari desiit episcoporum successio vsque ad an. 768.

HVMANA.

640. Alemannæ ducatu in plures principatus, à Dagoberto Francorum Rege distracto: Alsatiensis comitatus exurgit. *Munsterus.*

t LIBERALIS in pauperes. Adhuc populi & cleri electio fiebat rata, confirmatione Hexarcharum Italiæ. *Onuph.*

Omnes captiuos Dalmatas & Istrios, à Saracenis redemit: Thesauris Ecclesiæ. *Blond. lib. 10.*

Hic. i. 650. finis Alexandrinorum Patriarcharum. Nam quis post Petrum quinquagesimum episcopum sedem tenuerit, ob Saracenos, qui iam quindecim annis tenebant totam Ægyptum, incompertum est. Eam enim ceperunt an. 935.

Petrus, qui fuit à D. Marco quinquagesimus, pontificatum suscepit, an. 640. & sedit vsque ad 650. Nominatur interim, an. 743. Cosmas, & 786. Politianus. Et 1203. Marcus, ad cuius rogata Theodorus Balsamon respondit, & 1315. Cyrus Athanasius, cui suam in D. Dionysium paraphrasim Pachymeres dedicauit. Et S. Seuerus, qui rituale liturgię & Sacramentorum Ægyptiis Christianis Syriaco idiomate & charactere dedit. Quod videtur contigisse mox post hanc Mahometicam tempestatem in captiuorum solatium. Nunc an. 1583. Sylvest. qui propter curiam à multis annis in ciuitate Cairi iam residet.

Talo Cæsaraugustanus à septima synodo Toletana, & Rege Romam mittitur ad quærenda Diui Gregorij Moralia. *Vasæus.*

Carcombertus Rex Angliæ primus, in Anglia Idola destruxit, Christianam fidem auxit, ieiunium quadragesimæ obseruari edixit. *Sigeb. in Chron. Iac. Meyrus.*

S. Eligius Gallus, Flandros à Bononia ad Obsturgum vsque religioni adiunxit, circa an. 649. Denique hoc sæculo, quantum sudabat Satanas in Oriente & Meridie ad Ecclesias per Saracenos diruendas, tantum Deus ad alias per seruos suos ædificandas, in Occidente & Septentrione. Nam tum Euangelio imbutæ sunt, omnes ferè Occidentis & Septentrionis nationes & insulæ. *Hoc colligitur è Theatro conuersionis Gentium Mermannij & alius Histor.*

Martinus Bracarensis capitula ex Græcorum Synodis colligit. Interfuit Hispalensi Concil. 2. *Tom. 2. Concil.*

S. Osualdus Scotorum Rex. Fasci. temp. S. Arbogastus primus Episcopus Argentinensis, Euttopius Episcopus Hispaniæ, & S. Reginulpha virgo in Gallia. *Plat. Sigeb.*

In Scotia & Anglia temporibus Heraclij, Pelagiana hæresis reuiuiscebat. *Beda de ratione temporum.*

Atrebatensem prouinciam Chilenus Scotus, à Pharone Episcopo Meldensi missus: doctrina & miraculis clarus fidei addixit. *Auent. lib. 23. cap. 17.*

HVMANA.

Saraceni Cęsaream Palestinæ septem annis obsessam cępere, & in ea septem Christianorum millia trucidarunt, Syriam denique totam sibi subegerunt. *Æmil. lib. 1. Tyrius lib. 1. cap. 2. Blon. lib. 6. Dec. 2. Sig.*

Contra eorum imperium soli Armenij, Iberi, Alani sese & Christianam religionem tuentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundo anno Constantis Hierosolymis templum, Homare Mahometis nepote Miramolino, extruere incipiunt. Sed cum subinde structura collaberetur, suasu cuiusdam Iudæi, Crux quæ in templo montis Oliuarum stabat, sublata est: & sic postea constitit ædificium. *Sophr. ad Sergium Diac. lib. 21.*

Homar in singulis templis orationes fieri præcepit, in mense Ramadan (Martio) & vt mensibus singulis totus Alcoranus legeretur, ordinauit. *Chronicon Saracen.*

Hierosolymis adorans, à Persa interficitur anno 4. Constantis. Domini 647. Sigeb.

Manus & pes Mahometis, in templo ab Homar extructo: Hierosolymis adorata sunt. *Æditum in Chron. Ioan. de oppido & Gigas.*

Iudicaël sub an. 645. regem Britonum se primus post Clodouæum magnum appellauit, Dagoberto postea assentiente. Nam eius maiores Comitum titulo fuerant contenti. *In hist. Franc.*

v CONSTANTEM imp. à Monothelitarum errore abstrahere nititur, missis aliquot legatis, qui non modo nihil promouerunt, sed partim carceribus, partim exiliis, partim verberibus excepti sunt.

Quin & Martinus ipse fraude interceptus, lingua manúque truncatus, in Thraciæ Chersonesum relegatur, vbi interiit. In Africa doctissimus vir Maximus cum duobus discipulis aliisque episcopis, qui Synodo Monothelitas anathematizârant, pari supplicio afficiuntur. *Zonar. tom. 3.*

Ita Martinus delatus est Constantinopolim per Pellurium Imp. Cubicularium. Indéque quòd nollet Paulo Constantinopolitano Monothelitæ communicare, in Chersonesum deportatus moritur in exilio: vbi multa illic edidisset miracula.

Post mortem etiam claruit miraculis. *Rhegino libro primo, Diac. lib. 19.*

Osualdus Nordimbrorum Anglorum rex Mercios, eorum rege trucidato, fidem Christi suscipere coëgit: Pictos regno Anglorum subdidit. *Sigeb. in Chron.*

Cunctis Britanniæ populis imperat.

Sophronius vltimus Hierosolymorum episcopus nominatur, quod eo pontifice vrbs venerit in Saracenorum potestatem. *Diac. lib. 18.*

Theodiscus Græcus Hispalensis factus archiepiscopus, aliquot S. Isidori libros in odium fidei corrupit: & in Arabicam linguam conuertit. Hinc ab Archiep. depositus ad Arabes se contulit, & eorum sectam amplectitur. Cuius facinoris detestandi causa primatus Hispaniæ ab Hispalensi ad Toletanam Ecclesiam transfertur. *Tudit. Vasæus.*

Ex actis Concilij 8. Toletani Comites videntur fuisse maioris dignitatis, quàm duces. Nam sic scribitur. Ella Comes & Dux. Faudila Comes & Dux.

HVMANA.

647. cum Dagoberto mortua est, regnum Franciæ primæ stirpis gloria & magnitudo. Inde enim orta est potentia & authoritas magistrorum palatij, maximè per quendam Ebroinum sub an. 666. palatij præfectum, regibus deinceps pueris vsque ad Pipinum. *Annal. Francorum.*

Azoman siue Attuman à Mahomete quarto regnante, multum Romanum Imperium decreuit, magna Mahometanorum imperio accessione facta. *Vasæus in Chron. Hisp.* A suis iste interficitur. *Ibid.*

Saraceni maximam partem Aphricę, & Rhodum cum vicinis insulis classe occupant, Siciliam vastant, Europam inuadunt,

Anni Mundi.		Anni Christi.
	76.	
	v *Martyr.* MARTINVS I. Tudertinus, an. 6. mens. 1. dies. 26.	646
4741	Vacat, an. 1 m. 2.	653
	Patriarchis.	
	Alexandiæ Petro à Marco Euangelista quinquagesimo & vltimo.	
	Antiochiæ Anastasio Iacobita. deinde Macario Monothelita, an. 31.	
	Constantinopoli Paulo 2. Monothelita.	
	Principibus.	
	Constante 2. Heraclij nepote bær. Monothelita Imp. Zahan Æthiopiæ, deinde Gabel, an. 21. Azoman Saracenorum & Persarum Miramolino.	
	Rothari Ital. R.	
	Dagoberto deinde Clodouæo 2. (aliis Ludouico I.) an. 17. Franc. Reg. Cindasuindo, Hisp. 29.	

CONCIL. Later. epi. 150. contra Paulum Const. Theodorum, Cyrum Monothelitas. commendatur ab Agathone in quadam decretali ad sextam Synodum. Platina. Blond. 9. dec. 1.
Toletanum octauum episc. 55. siue 59.
Nonum episc. 16.
Decimum episc. 17.

Anni Christi.		Anni mundi.
	77.	
653	x EVGENIVS I. Rom. an. 2. mens. 9.	4741
657	Vacat an. 1. mens. 1. dies. 8.	4745
	Patriarchis.	
	Antiochiæ Macario Monothelita.	
	Constantinopoli Paulo Monothelita, deinde Pyrrho iterum menses 4. Petro an. 2. menses. 3.	
	Principibus. Eisdem Impp. & regnãt.	
	Azoman Persarum & Saracenorum Miramolino, deinde Halim filio Abitalif. an. 5.	
	Gabez Æthiopiæ, an. 21.	

CONCIL. *Cabilonense 1. in quo prohibitum ne vlla essent mancipia in Gallijs.*

	78.	
657	y VITALIANVS Volscus, an. 14.	4745
671	menses, 6.	
	Vacat m. 4. di. 15.	4759

dunt, cognito Orientalis & Occidentalis ecclesiæ dissidio. Rhodi Colossum, qui 1350. annos steterat, deiiciunt, cuius ære nongentos camelos onerarunt.

Postea Cyprum vastant, Aradum insulam inhabitabilem reddunt, in Hauria, 150. millibus hominum interemptis, quinque millia capiunt. Deinde pacem cum Imp. faciunt in annos duos. *Paul. Diac. Sigeb. Blond. 9. Dec. 1. Sabel. Ennead. 8. lib. 8.*

Anno 650. incipiunt Boëmorum chronica, ac ferè Polonorum. *Dubranus, Æneas Sylvius, Cromerus.* Postquam Alexandria, Antiochia, Hierosolyma, id est, Syria & Ægyptus periissent. Nam inde deinceps Orientalium Christianorum historiæ, erunt obscuriores: omnia Saracenis illic occupantibus.

x DECREVIT vt episcopi carceres haberent, ad delicta clericorum punienda. *Volater. & Suppl. Chron.*

Vir fuit multæ humanitatis erga omnes, & religionis amator eximius. *Plat. Sabel. Diac. lib. 21.*

Acer contra Impp. & alios Monothelitas. *iidem.*

Cindasuindus rex Hisp. restaurat Ecclesias per hæreticos tempore Heraclij ataui sui disruptas. Andanarsco nobili Græco in Hispaniam migranti, consanguineam suam in vxorem dedit, ex qua Eringius postea rex *Vasæum.*

A summo pont. obtinuit, vt primatus Hispaniæ pro arbitrio episcoporum esset, vel Toleti vel Hispali, cuius tempore tota Hispania summa tranquillitate conquieuit. *Lucas Tudensis.*

Quo tempore Eugenius pontifex creatur, eo Pertus in locum Pauli Monothelitæ in solium Constantinopolita. sufficitur.

B. Eugenius Toletanus librum de S. Trinitate & alia scribit. Cui in episcopatu successit S. Alphonsus, qui & Ildephonsus. *Vasæum.*

HVMANA.

Alpes Cottias & Opitergium, imperio ademit Rotharis Longobardorum rex. *Sigo lib. 2. Ita.*

Clodouæus 2. Franc. rex aurum & argentum à Dagoberto patre incrustatum recto D. Dionysij auferens, prætextu famis, sibi quidem insaniam ac miseram mortem. posteris verò perpetuas calamitates vsque ad regni amissionem importauit. *Ann. lib. 4 cap. 41. Continuat. Gregorij Tur.*

Primus regum Franciæ Hierosolymam profectus fertur religionis ergò, relicta regni procuratione vxori Batildæ Saxonicę, Episcopis Rhotomagensi & Parisiensi, ac maiori Palatij.

Tum Batildis regina Francorum edixit, ne quis captiuum Christianum venderet, aut vendendum in aliud regnum transmitteret. *in eius legenda apud monales Chelleas.*

Filiis Dagoberti Clodouæo & Sigeberto regnantibus plures Ecclesiæ & monasteria in Austrasia, Francia, Germania fundantur, quàm vnquam alias sub præcedentibus vel sequentibus regibus. *Franc. hist.* cùm contrà in Oriente constructa, à Saracenis vastarentur, vel in Mosquæa verterentur.

Post Azoman quartum à Mahomete, regem Persarum secundum, in Arabum imperio, schisma sex annorum fuit. In Perside enim & Arabia vnus regnauit, alter in Ægypto & Syria, vsque ad an. 650. quo Saracenorum potentia iterum in vnum coaluit.

y TOTVM studium huius pontificis fuit in Dei cultu & religione. Quare cantum in Ecclesia ordinauit, ad veterem formam & puritatem cultum Dei reuocauit, organa & instrumẽta musica Ecclesiis adhibuit, fidem & religionem de Deo, de Trinitate, de duabus naturis Christi, contra Imp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæreticum & Monothelitam defendit, vt Theodoro Const. episcopo monothelita apud Constantem Imp. instante pene sublatus sit. Misit Theodorum & Adrianum in Britanniam ad propaganda ea, quæ per D. Gregorium fuerant cœpta. *Beda lib. 2. de ratione temporum.* Denique totus eius pontificatus fuit sanctissimus, vt etiam testatur Platina, qui alias pronus est ad carpenda Rom. pontificum vitia. Spiritu sancto eludente Luteranos & Caluinitas, qui causantur Ro. sedem anno Christi 666. qui est plenus numerus Antichristi, & sub hoc pontifice fluxit, in apertam impietatem & regni Antichristianici professionem erupisse, argumentum aliquod captantes attribuendi Apostolico principi, quod de Maomete & Maometanis prædixit D. Ioânes. An iniquitatis mysterium potuit exprimere Vitalianus, qui totus sanctitati & reformandis Ecclesiis intentus erat, qui sanctissimus ab historicis nominatur, qui apud eosdem regulam ecclesiasticam ac rigorem (vt mos erat) omnibus modis conseruat, qui denique Doctrinam de Trinitate & de Filio Dei eiúsque sanctissima persona atque naturis, cum sui capitis periculo, tuetur ac defendit?

Vin' ergo Caluinita impie, qui Vitalianum tam bonum sanctúmque fuisse doles, intelligere, quorsum ille hominis nomerus 666. in Apocalypsi cap. 13. notatus pertineat; Primùm est numerus non annorum Christi, sed hominis (sic enim habet Ioannis litera) nempè numerus est Maometis veri Antichristi, vel certè regni eius fundatoris, qui sic Græcè scriptus, μαομέτις (forma πάτερ πατρίδος, hic sapientia est, qui habet intellectum computet numerum bestiæ) præfinitè summam hanc absoluit. Deinde vt sit annorum à Christo numerus, quando tu id vis, certè eò tempore, non per Romanum pontificem mysterium iniquitatis in apertum erumpere potuit, qui totus pro Deo diuinisque rebus aduersum Imperatorum & populorum hæreticorum impressiones stabat: sed per Saracenos, siue Maometanos, quos corpus Antichristi conflare docuimus. Tum enim isti magno Vitaliani pontificis gemitu, Siciliam, Cyprum, maris Mediterranei insulas omnes vastabant, Italiæ imminebant, Christi legé ex Africa exturbabant, suam impietatem vbique per Asiam & Africam constituebant: in Europam introducere moliebantur. Denique terram sanctam proculcabant, templo Salomonis in suæ sectæ fanum (Mosquedam vocant) verso, magno Christianorum omnium terrore atque scandalo. Cõsule Sophronij ad Sergium epistolam, *P. Diaconum, Sigeb. Blond. Sabellicum locis superius citatis.* An non hæc tam scelerata Antichristi facinora certa anni circumscriptione multò antè designari merebantur, ne electi turbaremur, & vos reprobi refutaremini?

[Frustra laboratur in exquirendis nominibus Antichristi, salua tantorum virorum pace. Nam numerus 666. est numerus bestiæ, id est, imperij, & nominis eius, id est, potentiæ. Nomé enim pro potẽtia subinde ponitur. Iste autem annorũ numerus, eò refertur, vt in id tempus post Christum Dominum, cessarit potentia Romanorum, & statutum sit regnum Sanctorum iuxta vaticinium Danielis: vt perspicuè hoc in nostro Apocalypsis commentariolo demonstramus.]

S. Bertæ abbatissa & martyr. S. Niuardus Archiepiscopus Remensis. *Sigeb.* Elogius Nouionensis, Lampertus Traiectensis, Florentius Argentinensis, Claudius Archiepiscopus in Burgundia, Cæsarius Arelatensis, Theodorus Cantuariensis episcopi sancti & docti, apud Græcos Simon Metaphrastes

HVMANA.

Constans, cum Romam transferre imperij sedem studeret,

Anni mundi.		Anni Christi.
	Patriarchis.	
4745	*Antiochiæ Macario Monothelita.*	657
	Constantinopoli Thoma 2. an. 18.	
	Principibus.	
	Constante 2. Imp. septuagesimo tertio, deinde Constantino 5. Pog. Halim, deinde Alhaten filio, an. 6. Moaxia filio Cephan, siue Moaxia Saracenorum & Persarum Miramolino quinto. an. 25.	
	Gabez Æthiopiæ.	
	Rodoaldo & post eum Ariperto Ital. Reg.	
	Clodouæo Franc. rege octauo, Lothario 3. an. 4. & Hildrico 2. an. 14. ex ordine succes.	
	Cindasuindo Hispaniæ vigesimo nono, deinde Recesuindo, an. 12.	
4759	CONCILIVM Romanum episcoporum 100. Bracarense 3. episc. 10. Anglicanum 1. Sigeb. Ecd.	671

ingressus

Anni Christi.		Anni mundi.
	79.	
671	Z S ADEODATVS Romanus monachus, an. 4. menses, 2. dies 5.	4759
675	Vacat mens. 4. dies 20.	4763
	Patriarchis.	
	Antiochiæ Macario Monothelita.	
	Constantinopoli Thoma secundo, deinde Ioanne 5. an. 4.	
	Principibus.	
	Constantino 4. (iuxta alios 5.) Pogonato, id est, Barbato, an. 17. Imp. septuagesimo quarto.	
	Moabia siue Mahomete Saracenorum & Persarum Miramolino sexto.	

ingressus iter incidit in Saracenorum manus: cum quibus infeliciter dimicat vix fuga elapsus, in Siciliam, vbi à quodam satellite situla strangulatur.

Nempe Deus Romam semel Christianorum pontifici (Sic enim loquitur Eus. in chronico) desponsatam: non esse amplius imperij terreni locum, sed sui & Ecclesiastici ostendere voluit.

Annus 660. Saracenis appellatur Alema. i. congregationis, quia tunc eorum potentia in vnum coaluit mortuo Alhatem Halim filio.

A primo anno Clotarij reg. qui fuit Christi 662. vsque ad 750. regnum Franciæ gubernatum est per Ebroinum: & sequentes maiores domus, solo nomine Regis penes filios regum remanente, qui domi morabantur, luxui indulgentes, & semel tantùm in anno visi à populo ad Calend. Maij in conuentu publico Lutetiæ, vbi sedentes in solio, salutabantur, & salutabant, obsequia & dona accipiebant, & aliis rependebant. Denique abhinc reges Francorum vsque ad Pipinum Caroli Magni patrem per annos ferè 90. è solita fortitudine degenerantes: solo nomine regnarunt: nihil dignum regibus suscipientes. *Sigeb in Chron:c.*

Sataceni an. 698. duce Muhania Gizid, expulsis Vandalis & Romanis, Africam occuparunt.

Z ADEODATVS siue Theodatus leprosum osculando sanauit. Quod alij Agathoni tribuunt. *Martin. in Chronico.* Apparentibus multis tristibus signis in cœlo & aëre, quibus futuri motus, præsertim Turcici, qui cæso Constant secuti sunt, denunciati videbãtur, publicas preces fieri quotidie cõstituit. *Sabell. Ennead. 8. lib. 6.*

Vir religione & omne comitate præditus.

Finnanus Lindisfarnensis episc. *Beda lib. 3. histor. c. 26.* Vvilfridus, qui disputationibus & libris, Anglos induxit ad repudiandam Scotorum consuetudinem, de celebrando Pascha: & Catholicam suscipiendam. *Beda.*

Hildefonsus Toletanus episcopus, S. Eugenij successor, Isidori discipulus rege Recinsuido, Pelagianos & Heluidianos scriptis oppugnat. *Ioan. Mag lib. 16. Gothicæ historiæ cap.* 21. Res quoque gestas Gotthorum, Vandalorum, Alanorum, Sueuorum ab anno quinto Suintillæ regis, vbi finem fecerat B. Isidorus, vsque ad decimum Flauij Recinsuidi, persequitur. *Michael Carzansa in eius vita.*

HVMANA.

Hildericus Franc. rex à Satellite quodam aulico Bobilone, quem ipse ligatum ad stipitem flagellari præceperat: in venatione, vna cum vxore prægnante pugione est confossus. *Paulus Æmyl. Annon lib. 4. cap. 44.*

Constantinus. 4. à patre in partẽ imperij suscipitur. Mezentius à militibus, creatus Imp. Constantio interfecto, non multo pòst occiditur, & Constantinus 4. solus imperat, an 17.

Picti coniunctis copiis cum Scotis & Britonibus, se ab Anglorum iugo liberant. *Sigeb.*

Galli passim scholas habuerunt, quas Angli imitati similes apud se multas aperiunt. *Beda lib. 3. cap. 3 hist.* Sigebertus Anglorum Orientalium rex an. 630. paulò ante Cantabrigiæ & aliis regni sui partibus idem cœperat. *Ibid. & Polyd. li. 4. hist. Ang.* Ità à Gallis ad Anglos & Scotos literæ manarunt, non contrà.

Saraceni an. 672. Alexandria soluunt & in Sicilia Syracusas occupant, & diripiunt, Deinde Thraciam pedestri itinere & nauibus ingressi vastant, obsessa etiam Constantinopoli: sed tandem repelluntur, igne marino à Callinico inuento, classibus exustis & 30. millibus eorum cæsis. *Diac. Sigeb.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Africam irrumpunt, & 80. millia captiuorum ducunt. *Diac. lib. 19.*

Recesuindus Hisp. Rex pius Catholicæ fidei cultor, sacrarum literarum studiosus. *Isid. Pacens.*

Bamba eius successor religiosissimus, reformauit in Taletano concil. fines episcopatuum Hispaniæ & Galliæ Gotticæ, multaque notatu digna gessit. *Vasæus.*

Ab eo Hildericus Nemausensis comes, Galliam Gotthicam totam per rebellionem abduxit: & Iudæos in patriam reuocauit. Cui se adiunxit, Francorum & Vasconum auxiliis pecunia redemptis: Paulus quidam Græca origine & perfidia, quem Bamba ad alterum expugnandum miserat. Vterque dedit pœnas, rebellibus ciuitatibus receptis, &c. *Vasæus ex Iuliano Toletano, qui de hac coniuratione librum scripsit.*

* DONNVS schisma Rauennatis ecclesiæ composuit, eámque iampridem contra sedem Apostolicam tumultuantem: obtemperantem reddidit. *Sabel. Ennead. 8. lib. 6.*

Sub eo Synodus Constantinopolitana conuocatur, sub Agathone incipit, sub Leone 2. absoluitur.

Teudius & Pelagius quidam ex Gallia Gotthica, in Hispaniam Heluidij insanum dogma spargunt. *Roderi. Tolet.* Refutantur ab Ildephonso, asserta multis modis D. Virginis puritate: & festis in eius honorem institutis. *Idem Vasæus.*

HVMANA.

An. 676. ducentæ septuaginta naues Arabum, quæ ad Hispaniæ littora appulerant, & maritima omnia fœde vastabant, misso Bambæ exercitu igni conflagrarunt. *Vasæus.*

Missam Bulgaribus, populis Sarmatiæ, Constant. Imp. bello coactus concedit habitandam, annuo etiam tributo promisso. *Diaco. lib. 19. Rom.* Hinc ab anno. 680. Chronici regnum Bulgarorum ordiuntur.

Mardaitæ contra Saracenorum irruptiones Libanum occupant, ad quos multi captiui, & serui & indigenæ confluunt. *Zon. tom 3. Diac lib. 19.*

An. 678. Callinicus architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos profugus, ignem in aquis ardentem, siue marinum, siue Græcum, qui nullo præterquàm aceti liquore extinguitur inuenit. Eo vsi Romani Saracenorum naues exusserunt. *Sigeb Zon. tom. 3.*

* Sanctitatis nomine celebris, leprosum obuium osculo sanauit. *Plati.*

Nouum Romanæ Ecclesiæ, ærarij officium instituit. *Onuphrius.*

Imperator remisit pecuniam, quę tyrannicè solebat extorqueri à Rom. pontificibus, pro sui pontificatus confirmatione. *Sigeb.* — 4768 — 680

Concilium Constantinopolitanum finitur sub Iustiniano Rhinotmeto, collectis 227. episcopis in eius palatio, qui dicebatur Trullus. Ibi recõciliatæ sunt Ecclesia Latina & Græca. Ità tamen, vt Græci, cum Rom. pontificem vniuersalem Papam appellarent & appellandum fatentur, Constantinopolitanum vniuersalem (non quidam Papam, sed) Patriarcham inscribere non deficerint. *Ex diuulsum, sacris & aliis horum temporum epistolis.* — 4772 — 684

Eius authoritate statutum fuit, vt imagines sacræ Diuorum in templis haberentur, & in aliqua veneratione essent, vt-pote quæ impetitionibus, loco essent sacrarum literarum. *Polyd. lib. 6. cap. 12.*

Notat Platina in eo errorem Monothelitharum, magis auctoritate veterum Theologorum: quàm sacræ Scripturæ testimoniis explosum fuisse.

Anni mundi.		Anni Christi.
	Gabiz Aethiopiæ, mox Iacob & Dauide fratribus, an. 3. *Grimoaldo Ital. reg. Hilderico 2. Frãc. reg. 10. Recesuindo Hispaniæ trigesimo, deinde Bamba an.* 10.	
	CONCIL. *Herudfordianum in Anglia, cuius acta apud Bedam lib. 4. cap. 5. Toletanum 11. an. 4. Bambæ, octodecim annis post decimum. Bracarense, 3.*	
	80.	
4763	* DONNVS *I. siue Domnus, siue Donnio* Rom.	675
4768	an. 5. mens. 5. dies. 10. Vacat mẽs. 2. dies 16. *Patriarchis. Antiochiæ Macario Monothelita. Constãtinopoli Joãne 5. deinde Cõstantino, an. 2. Principibus. Eisdem Impe. & regnãt. Deinde apud Saracenos & Persas Zizit, siue Hirid Moabitæ filius, an.* 3. *Arma Æthiopiæ, an. 14. mens. 7. d. 7.*	680
	81.	
4768	* AGATHO Sicul. monachus, an. 2. menses 6. dies 15.	680
4772	Vacat an. 1. mens. 5. *Patriarchis. Antiochiæ Macario Monothelita, deinde Theophane, an.* 5. *Constantinopoli Theodoro, an. 2. Georgio, an. 2. Principibus. Constantino 4. Pogonato Imp. 74.*	684

Anni Christi.		Anni mundi.
	Zizit Saracenorum & Persarum Miramolino, an. 3. Maula 6. mens. Arma Æthiopiæ. Partartio Ital. Reg. Theodorico an. 14. Franc. vndecimo. Bamba Hispaniæ, trigesimo primo, deinde Eringio, an. 7.	
683	CONCIL. *Heldfeldense. Anglicanum 2. contra Monothelitas, cui interfuit Ioannes Abbas iussu Agathonis. Romanũ 125 contra eosdem. Ioannis.*	4772
	Sextum generale concilium Constantinopolitanum 3. Episcoporum 351. vel 289. præsente imp. in Trullo pro duabus voluntatibus in Christo, contra hæresim Monothelitarum: & contra Patriarchas Antiochiæ, Alexandriæ & Cõstantinopolis. Nam nulla protulit decreta nisi ad fidem pertinentia (8. Synod. interprete Anastasio.) Cui in locum Agathonis præfuerunt Ioannes Diaconus, Theodorus & Georgius presbyteri & Ioannes Portuensi Episc. Lib. Conc. Plati. Paul. Diac. lib. 18. In eo damnantur Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Theodorus omnes episc. Constantinop. Macharius, Stephanus, Polychronius, Anastasius.	
	Conuocatum est sub Domno, captum sub Agathone, finitum sub Leone 2.	
	82.	
	a S. LEO 2. Siculus mens. 10. Vacat mẽs. 11. d. 21. *Patriarchis.*	4772
684	*Antiochiæ Theophane. Constantinopoli Theodoro iterum, an. 3. Principibus. Eisdem Impp. & regnãt. Zizit siue Hirid, deinde Muthar, an. 6. Persariũ.*	4774
686	CONCIL. *Toletanum 12. lib. concil. anno. 1. Eringij regis.*	

Octaua paschæ anno 681. Iohannes Portuensis Papæ legatus, Constantinopoli coram Imp. & Patriarcha & plebe in templo S. Sophiæ missam Latinè celebrauit. *Beda de rat. temp.*

E Bibliotheca Constantinopolitana, Constantinus patribus in sexto concilio gener. libros antiquorum patrum, quos petebant, deprompsit. *Beda de Rat. temp.* In ea opera DD. Ambrosij, Athanasij, Ioannis Constant. Cyrilli, Augustini, Leonis, Basilij, Gregorij, Dionysij, & Hilarij extitisse: apparet ex actione 8. eiusdem concilij. *Et Antonino Tit. 13. cap. 4. §. 7.* Georgius Diaconus eius erat custos siue chartophylax.

In Rom. Bibliotheca ingens etiam erat librorum multitudo. *Io. Mah. Gottica hist. lib. 16. cap. 20.*

Cæsarea Persica regina circiter an. 683. vna cum marito & 40. millibus Persarum Constantinopolim venit: ac baptizata est. *Rhegino lib. 1. Platina. Sabelli. Ennead. 8. lib. 6.*

HVMANA.

Circa hæc tempora ignis ardens, excõgitatus dicitur à Callinico architecto Syro, vulgus vocat *Feu Gregeoys.* Hoc igni sub aquam facto naues Saracenicæ, quæ ad Bysantium dimicatum venerant, conflagrarunt. *de quo paulo ante.*

Bulgari gens Scythica Pannoniam & Thraciam inuadentes, post victum Imperatoris exercitum, consensu ipsius magnam Thraciæ partem occupant, rege ipsorum Bathis. *Sigeb. Blond. lib. 9.* cõuertuntur per Cyrillum. *Sabel Ennead. 8. lib. 6.* Primum tum cœpit Bulgarorum nomen celebrari à Bolga fluuio Liuonię, non longe à Moscouia. Hinc ab an. 630. Chronica Bulgarorum ducuntur.

Bamba Hisp. rex Vascones, Nemausenses & Narbonenses & ducem Biterrensem domat & in Gallia res Gotthorum superat & naues Saracenorum 270. ad littus Hispaniæ applicantes partim cepit, partim perdidit. *Ioan. Mag. libro decimo sexto, cap. 22.*

Ei deinde vitam monasticam professo per annos 7. per tyrannidem succedit Eringius, excluso Theodefredo Receśuthi regis filio iusto ac legitimo hęrede. *Vasæus Chro. Hisp.* Catamen. 1. concilij 12. Toletani Eringius, dicitur à Bamba electus, antequam se vitæ monasticæ consecraret.

a EXIVS decreto pallia gratis tribuuntur Archiepiscopis: licet quotidie baptizare: Osculum pacis in missa instituitur. *Plati. Volater. Supplem. Chron. Fascicul. tem.*

Sergium, qui postea extitit pontifex cum sub diuersis pontificibus sese laudabiliter gessisset: in multis ecclesiasticis officiis, Cardinalem presbyterum Ro. Eccl. constituit, *Anton. Tit. 13. cap. 1. §. 6.*

Græcè & Latinè linguæ fuit peritissimus. Acta synodica sextæ Constantinopolitanæ ex Græco in Latinum vertit, Musices gnarus fuit. Nam Psalmodiam composuit, & Hymnos ad meliorem concentum redegit. *Plat.* Pauperum studiosus. *Idem.*

Sub eo Constantinop. concilium absoluitur. Cui in Decreto Gratiani, vt & septimo etiam Generali aliquot canones attribuuntur, qui in exemplaribus Græcis non habentur.

S. Iulianus Pomerius episcopus Toletanus, è Iudæis oriũdus. *Ipse lib. 3. contra Iud.*

Bamba Hispaniæ rex habitu religionis & summæ tonsuræ accepto signo, Eringium pro se regem creauit. *cap. 1. Synod. 12. Tolet.*

S. Damianus Ticinensis. *Diac. lib. 18.*

Maildulphus Scotus, qui Græcæ & Latinæ linguæ scholam, apud Anglos aperit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HVMANA.

Eringius initio regni leges Gotthicas recognouit, & à S. Isidoro iustitutas nomine suo euulgauit, ne Ecclesiæ nomine forum iudiciale agi videretur. *Lucas Tudensis, Vasæus.* — Anni Mundi 4774

Quo tempore Muthar regnauit in Persida, Abdala in Ægypto & Arabia an. 2. & Maroan in Syria mens. 9. — 4775

b IMPETRAT ab Imper. vt non expectato ipsius vel Exarchi Rauennensis consensu, pontifex Ro. à Clero & populo electus, statim verus Christi Vicarius proclamaretur. *Naucler. Volater. & Suppl. Chron.*

Misit Chilianum in Germaniam, qui primus in Franconia verbum Dei sparsit: abolitis Idolis. *Herman. Gigas.*

Magnis sumptibus multa templa restituit. *Honorius in Vita eius. Plat.* Eruditionis & Sanctimoniæ nomine commendatur.

Iulianus Toletanus librum responsionis suæ fidei vel suo, vel omnium Hispaniæ præsulum nomine, ad Benedictum 2. mittit: in quo affirmabat tres in Christo substantias, Verbum, corpus & animum, & alia quædam. Quæ cum omnia Benedictus improbasset & Iulianum ad retractandum nuncio adhortatus esset, in conc. 13 Toletano biennio pòst explicauit, & absolutus est. *Vasæus ex actis Concily & Roderico Toletano.*

HVMANA.

Maula Arabum rex tertiam partem tributi omnibus remisit, eo sexto mense mortuo regnum Arabum in Maroan & Abdalam diuiditur. Ex qua dissentione per 4. fermè annos, regnum cædibus & bellis deformatur. *Vasæus.*

Maroan, vt vires sibi contra riualem compararet, Constantino Pogon. in annuum tributum, auri pondo tria millia, seruorum honestorum & equorum totidem pollicetur, quæ per nouem annos soluta sunt. *Idem & Isidorus Pacensis.*

Floret bellica laude Terbellis Bulgarorum dux, cui & Constantinus Heraclij filius & Iustinianus Rhinotmetus tributarij fuerunt. *Suidas in Bulgaris.*

Bochanus Turca sub Iustiniano Imper. (hunc puto intelligi) Bosphorum expugnauit. *Idem in Voce βόσπορος.* — 4775

c HIC PONTIFEX iura Ecclesiæ Rom. in episcoporum consecratione: quæ Archiepiscopi sibi passim vsurpauerant, restituit. *Onuphrius.* — 4776

Fuit in pauperes valde liberalis, & apud Constantinum obtinuit, vt in Sicilia census, qui non sine oncre à subditis exigebatur, penitus remitteretur. Scripsit libellum de Pallij dignitate. *Plat. Honor. Naucl. gene. 23. 1.*

Statuit, vt Roma. Pont. ab Ostiensi, Portuensi, & Velitemo episcopis in ecclesia Saluatoris ad Lateranum, consecraretur. *Volater.* qui mos durat etiam hodie, cùm antea tantum duceretur ad Cathedram Diui Petri, vt ei paulisper insideret.

Ioan. Bergomensis episcopus, magnę doctrinæ & sanctitatis vir. *Diac. lib. 6. cap. 3. Long.*

Theodoricus consilio Ebroini maioris domus, synodum episcoporum cogit, in qua multos vt indignos priuat episcopatu, alios mittit in perpetuum exilium. *Sigeb.*

HVMANA.

An. 687. Abdala Saracenorum rex moritur, aut saltem regno expellitur. Iam Maroan fuerat eiectus ab Arabibus, offensis annuo tributo, quod Pogonato pollicitus fuerat *Vasæus.*

Anni Christi.

83.

b S. BENEDICTVS 2. Rom. mens. 10. dies 12. — 686
Vacat m. 2. di. 15. — 687

Patriarchis.

Antiochiæ Alexandro 2. an. 16.

Constantinopoli Theodoro, iterum deinde Paulo 3. an. 7.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnant.

Muthar, deinde Maruam & Abdala simul Saracenorum & Persarum Miramolinis.

CONC. *Gallicanum. Sig.*

84.

c IOANNES 5. Antiochenus. an. 1. — 687
Vacat mens. 2. di. 19. — 688

Patriarchis.

Antiochiæ Alexandro secundo.

Constantinopoli Paulo tertio.

Principibus.

Eisdem Imp. & regnant. & Iustinian. 2. (iuxta alios 3.) Juniore an. 10. cogno. Rhinotmeto, ab amputato naso sepuagesimo quinto.

CONCIL. *Toletanum 13. an. 4. Eringij.*

Anni Christi. | Anni mundi.

Habdimelech Arabum siue Sar. rex pace cum Iustiniano in 10. annos confirmata, contra Mustar in Persida & Saidũ in Mesopotamia an. 687. bellum gerit, & illis interfectis recuperat Persidem, deinde Mesopotamiam, Armeniam, Hircaniam. *Diac. 19. Beda de ratione temp.*

Facta cum Saracenis pace Africa à Iustinia. recuperatur. *Ibidem.*

Iustin. anno septimo pacem soluit, adiunctis. 30. Slauorum millibus cum duce Nebulo, & primo congressu vincit: sed Slauorum duce pecunia corrupto, qui ad Arabas cum 20. millibus transfugerat, postea vincitur vnde reliquos vna cum liberis & vxoribus præcipites agit in mare, in Nicomediæ finibus. *Ibid.*

Sabbis patritius cognita Romanorum clade, Armeniam Arabibus tradit, quibus etiam interior Persis, nomine Cerasa, subiicitur. anno Iustiniani 8. *Ibid.*

Apud Francos bella contra Austrasiorum Regulos, Martinum & Pipinum incentore Ebroino, Theodorico rege, in quibus primũ enittere cæpit nomen Carolorum, quos posteriore sęculo reges & Impp. Francia habuit. *Blond. lib. 16. Dec. 1.*

Schisma 6.
PETRVS Archipresbyter Ro. ecclesiæ, sedit aliquot dies in schismate cõtra Theodorum Papam creatum: sed vtroque exacto suffectus est Papa Conon.

85.

688 * CONON, siue CVNO, Thrax, ob vitæ probitatem dictus Angelic. *Sab. Enn. 8. lib. 6.* menses, 11, dies, 3. — 4776

Pipinus à Theodorico lacessitus, collecta Francorum exulum manu, vicit, & Maior domus per totam Franciam constituitur. *Trithem. Æmilius.*

* CONON Pap. moriturus Clero & singulis vtbis monasteriis & sacris ædibus legauit pecuniam, quam coaceruarat. *Naucler. Gener. 23.*

689 Vacat m. 2. di. 23. — 4777

Impetrauit vt Brutij, Lucani & Siculi multis oneribus leuarentur. *Plat.*

Tempore Theodati pontif. in clerum Romanum conscribitur. Deinde ob doctrinam & virtutem, S. Sulannæ presbyter cum titulo eius loci creatur: florente Beda ob religionem & sanctitatem Venerabili.

Patriarchis.
Antiochiæ Alexãdro 2.
Constãtinopoli Paulo 3.
Principibus.
Eisdem Impp. & regn.

Abdemelec Saracenorum & Persarum Miramol. an. 20.
Arma Æthiopiæ.

Eringio Hispaniæ trigesimo secundo.
CONCIL. *Tolet. 14. epist. 17.*

Gotbertus fertur fuisse primus princeps Christianus in Germania, & baptisatus à S. Chilliano, qui propterea vna cum Ditomanno & Colomanno piis sacerdotibus transfossus est, per cognatos Gotberti. Conon Papa hos in Germaniam miserat. *Sigeb.*

Vuestphali hoc quoque tempore fidem amplectuntur, docentibus Eualdo Albo & Eualdo Nigro, tandem martyribus, *Fasciculus temp.*

Andoenus Archiepisc. Rhotomagensis, miraculis claret. Scripsit librum de anima Dagoberti regis Francorum. Moritur, an. 690. *Vinc. lib. 23. 84. Trith. de Franc.*

Schisma 7.
THEODORVS R. E. presbyter contra Paschalem R. E. Archidiaconum creatũ PP. sedit dies aliquot, vtrisque pulsis creatus est Sergius.

HVMANA.

690. Abdemelec siue Abimelec filius Muruam occisis Muthar & aliis tyrannis solus regnauit, an. 16. cum antea in Syria regnasset 21. an.

Leontius imperium inuadit, an. 3. quo expulso Tybetius 3. ab exercitu eligitur, mens. 7. sed paulò pòst Iustinianus restituitur, an. 6. duobus istis è medio sublatis.

86.

689 d S. SERGIVS patria Antiochenus, an. 13. — 4777
mens. 8. dies 23. — 4790
702 Vacat mẽs. 1. dies. 20.

d HIC PP. Quatuor festis Annunciationis, & Hypapantæ Domini, Natiuitatis, & Assumptionis Beatæ Mariæ virginis, letanias assignauit, & statuit, vt inter communicandũ, Agnus Dei &c. cantaretur à Clero. *Sigeb. in Chron.*

In Sacratio magnam portionem ligni Dominicæ crucis reperit, quæ in Basilicam Constantinianam trãslata, adorari cœpit. *Regino lib. 1.*

Rauennatis exarchi suppetiis, sese contra Zachariam protospatarium, à Iustiniano missum, tuetur. *Diac. lib. 6. cap. 4. de Longob.*

Bella ciuilia inter Longobardorum principes. *Blond. lib. 10. dec. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saxonum quidam fidem Christi susciperunt. *Plat.* Nempe insula Vecta, quæ sita est contra medium Australium Saxorum & Geuissorum interposito Pelago, cum Cedualda Geuissorum rege, qui quartam partem regionis eius sacerdotibus tradidit. *Beda lib. 5 cap. 7. hist. Eccl.* — Anni mundi 4777

Sergius eum Romam profectum baptizauit. *Ibid.* vbi moriens omnes suas opes in diuinum vsum testamento erogauit. *Bonfin lib. 8.*

Misit Vuillibrodum, ad Frisonum gentem conuertendam. *Plat.* alios ad Angloſaxones. *Idem.*

Eualdus Albus & Niger apostoli Saxonum, in Saxoniam proficiscentes altare portatile, aliaque vasula semper secum tulerunt. *Ibid. cap. 11.*

Gothi anno 693. ab Arianismo liberati, ad veram ecclesiam reuertuntur. *Sigeb.*

Adelhelmus Anglicus scribit varia, & epistola ad Etheruntum Occidentalium Anglorum regem Anglos reprehendit, quòd non imitarentur Romanam de Pascha celebrando consuetudinem.

Cedualda siue Codialdus Saxonum rex, Romæ moriens, omnes suas fortunas in diuinum ex vsum testamẽto erogauit. *Bonfin lib. 8.*

Pipinus Rabadum Phrysiorum ducem vicit & Villebrodum genti episcopum dedit, an. 694. *Sigeb.*

Iudæi, qui in Hispania superioribus regum temporibus baptizati fuerant, an 694. non solum Christianismum maculant, sed & contra regem Egicam regnúmque conspirant, vnde omnibus suis rebus nudantur, cum vxoribus & filiis per cunctas Hispaniarum prouincias disperguntur, & seruituti perpetuæ subiiciuntur. *E Conc. 17. Tol. cap. 8.*

Liberi eorum à septimo anno nutriendi Christianis traduntur: & in matrimonium dantur, ne infidelium patrum semitas iterare possent. *Ibid.*

HVMANA.

Egica ter cum Francis, varia victoria pugnat. *Lucas Tudensis.*

Iustinianus cum patriarcham & alios ciues Constantinopolitanos trucidari mandasset, à Leontio per insidias captus, naso priuatur, & ad Chersonam relegatur, cum an. imperasset 10. *Diac. lib. 19. an. 696. Sigeb.* in hoc Heraclij progenies defecit. *Pomponius Lætus.*

Successit Leontius, an. 3. quo tempore Africa, quæ sub Imperatorum Orientis iure, à Iustiniano magno, capto Vandalorum rege Gilimere, & Vandalis ad internecionem cæsis: omnis imperio Orientali restituta fuerat, ab Arabibus Saracenis eripitur: & ab eis ad nostra vsque tempora, in plures regulos distincta possidetur. *Onuph. in Rom. imperio.*

Exercitus à Leontio deficit & Absimarum Imp. designat, qui Leontium, Constantinopoli per proditionem occupata, naso priuat & in monasterium concludit. *Ibid. Zon. tom. tertio.*

4790

Patriarchis.

Antiochiæ Alexandro 2.

Constantinopoli Paulo tertio, deinde Callinico, an. 12.

Principibus.

Iustiniano 2. vsque ad Leonem 2. siue Leontiũ Imp. an. 3.

Abdemelec f. Muruã Saracenorum & Pers. Miramalino. an. 16.

Arma Æthiopiæ, mox Zittahana, an. 12. Partaritho Ital. R.

Theodorico Francorũ vndecimo, Clodoueo 3. (siue iuxta alios Ludouico 2.) an. 4. & Hildeberto, an. 18. per successũ.

Hispaniæ Egica, an. 15.

An. 684. Conc. Tolet. 15. episcoporum 61.

An. 693. Toletanum 16.
694. Toletanum 17.

Anni Christi. 689

702

Anni Christi. 702

ANNVS Dom. DCC. quo Arabes incipiunt inhiare Hispaniæ & Occidentalibus Europæ regnis, donec intra 12. aut. 14. annos traiecto freto Gaditano eam ferè totam subiicerent: illic diu regnantes, regia sede nunc Cordubæ, nunc Toleti constituta.

SEPTIMO sæculo continuata est doctrina ab hæreticis impugnata. Missa Seueri Alexandrini, Isidori, libro de diuinis officiis, Moxarabum, Ioannis Cæsaraugustani de Ecclesiasticis officiis. Veritas Eucharistiæ, sacrificiũ, Transubstãtiatio. *Cæsarius hom. 5. Isidorus de Officiis, citato August. lib. 6. Originum, cap. 18. Seuerus Alex. patriarcha in Liturgia* Primam iustificationem esse ex mera gratia *Concilia Toletana 6. 7. &c. huius Centenarij. Cæs. hom. 38.* Iustificationem conseruari, & augeri bonis operibus. *Cæs. hom. 2. 4. 12. 15. 16. 18. 23. 26. 34. 35. 38. Isidor. lib. 2. de summo bono c. 2. & 5. lib. de Numero tract. de tribus. Adelmus epist. ad Geruntium reg. Conc. 4. Tolet. c. 5.* Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ. *Conc. Tolet. 4. c. 5. Cõ. Tolet. 11. & 12. Isidor. de sũmo bono c. 23. l. 6. Originũ, siue Etymol. c. 18. Seuerus Alex. de ritibus Baptismi & sacræ Synaxis.* Claues, Absolutio. *Isid. lib. 6. Etym. & alib.* Confirmatio, Chrisma & alia sacramenta. *in precibus siue rituali S. Seueri Alex. Isidor. lib. 6. Orig. siue Etym. c. 18.* Preces pro mortuis, Purgatorium. *Isid. lib. de officiis, Sacrificium pro defunctis ab Apostolis primo traditum demonstrat: illic dimittenda esse peccata & purgatorio igne purganda. Ioan. Eleemosynarius apud Vincentium lib. 22. c. 110. Missa Moxarabum. Cæsarius Arel. lib. 1. & 1 co. 3. prolixè Simon Metaphrastes in historiis Sanctorum. Seuerus Alex. in Liturgia & aliis eius precibus. Iulianus Toletanus li. 1. Prognosticon, c. 20. 21. & lib. 2. c. 10. 19. 20. 21. 22.* Pœnitentia & eius partes. *Cæs. homil. 16. &c. Isidor. lib. 2. de summo bon. cap. 13. & lib. 6. Ori. cap. 18. Cabillonense conc. c. 8. &c.* Inuocatio & auxilia Sanctorum *Missa Moxarabum. Liturgia S. Seueri Patriarchæ. Simon Metaph. in Sanctorum hist. Ildelphonsus de virgine. Concil. Cabillonense Constantinus Imp. tom. 2. conc. pa. 402. Isid. de officiis & passim alibi.* Imagines *in sexta Synodo œcumenica, an. 682. Constantinopoli habita, citante Polyd. Virg. lib. 6. c. 13. è quibus item reliquorum capitum fidei confirmatio prolixè deduci potest. Cætera ijdem & cæteri huius sæculi scriptores prolixè confirmant, vt satius sit lectores ad eorum opera remittere. De quo contra se testimonium ferunt Centuriatores cent. 7. cap. 2. de loco & propagatione Eccles. col. 23. sparsim, cap. 3. de Persecutione & tranquillitate Eccles. sparsim col. 45. c. 4. de Doctrina, ex professo col. 108, quæ hanc cõtinet inscriptionem, Inclinatio Doctrinæ complectens peculiares & incommodas opiniones, stipulas & errores doctorum & col. seqq. cap. 5. de hæresibus sparsim col. 121. prout ipsi sunt cordi. Per totum cap. 6 de ceremoniis & ritibus Ecclesiæ col. 133. & seqq. Per totum cap. 7. de Politia & Gubernatione Eccles. cap. 8. de Schismatibus, cap. 9. de Synodis col. 251. per totũ ferè cap. 10. de doctoribus col. 465. & seqq. sparsim de martyribus, de Miraculis. Huc facit, quòd ex instituto multi hac tempestate scripserunt de hæresibus, item contra Tetraditas, Mahometem, Lamperianos, Iconomachos, & alios, quorum erroribus isti imbuuntur. Adde totius huius centuriæ Synodos. nam hæ contra istos plane militant. Adde & historicos. Nam etiam hi cursum Eccles. secundum nos tunc fuisse declarant.*

403

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi.

VIDAM scribunt hunc Martyrio obiisse. *Fasicul. temp.* Multo ære, ab Hisulpho Beneuentorum duce, abductos plurimos Christianos è Campania redemit. *Regino lib. 1.*

Palmerius in Chron. inter hunc & Sergium, collocat Leonem quendam Pontificem Rom.

47 90 Anno 702. mortuo Alexandro secundo sedes Antiochiæ vacat an. 40. Saracenis comitia prohibentibus vsque ad 742.

4793 Haymo & Strabus fratres doctissimi. *Sigeb. Plat.* qui & Bedæ fratres habiti sunt. *Volater.* Trithemius eos facit recentiores, annis multis.

Beda Chronica scripsit ab orbe cond. ad an. 700. vsque.

Monachorum institutor factus, multos post se reliquit doctissimos discipulos, qui docendi ad tempus tenuerunt officium. Nam hinc deinceps laudabilis illa in Anglia cœpta consuetudo, in singulis penè monasteriis per alias prouincias fuit, habere scholas: quibus non sæculares homines, sed Monachi moribus & conditione præficiebantur ornatissimi, vel de alio monasterio euocati quando aptus domi non habebatur: qui non solùm in diuinis literis, verum etiam in humanis & sæcularibus eruditissimi haberentur. Sic Sigebertus Gemblacensis monachus, multo tempore in cœnobij Sancti Vincentij Metensimonachorum præceptor, sic Strabus monachus Fuldensis in Hirsfeldio, Notgerus S. Galli in Strabulano, Albinus monachus Anglicus in Fulda, Milo S. Amandi in Corbeia. *Trithemius in chro. Hirsang.*

704. Frisij bello à Pipino seniore, cum Rabodo eorum rege subacti: cùm adhuc idololatræ essent, christianos sacerdotes audire coacti sunt.

Valafridus carmine & prosa illustris. *Trithem. Hedio. lib. 6. ca. 22. hist. Ecclesiast.* Benedictus Biscopius. Egbertus *Sigeb.*

HVMANA.

Primus dux Venetorum sub Absimaro an. 703. electus est Paulus Anazar Heraclensis, anno ab vrbe cond. 252. Christophori Gradensis consilio & suasu. *Sabel. Ennead. 8. libro 7.*

Egica Vitisam filium in Galliciæ oppido residere voluit, quasi esset Seuorum rex, ipse verò Gotthorum. *Vasæus, Lucas Tudensis.* 4793

f CELEBRATVR ædificandi, factandi, & ornandi templa & cœmeteria studio.

4759 Arithbertus Rex Longobardorum, Alpes Cottias iam dudum collatas vsque ad Genuam S. R. E. sed multis annis à Longobardis rege Rothari occupatas, huic pontifici restituit: diplomate aureis literis scripto *Guil. Nang. Blond. 10. dec. 1. Beda, qui ista viuebat ætate, lib. de rat. temp.*

Saracenorum. 200. millia cæduntur in Syria, ab Heraclio Absimari Imp. fratre. *Sabell. Ennead. 8. lib. 7. Diacon. lib. 20.*

HVMANA.

Ægyptij sub Tyberio ab imperio recedunt, & regem, qui Caliph dictus est, eligunt. *Gasparus in epitome.* Saraceni

Anni Christi.

OCTAVVM SÆCVLVM.

87.

c M. IOANNES 6. Græcus an. 3. mens. 3. Vacat m. 1. di. 19. 702

Patriarchis.

Antiochiæ sede vacante an. 40.

Constantinopoli Callinico.

Principibus.

Absimaro, Tiberio 3. an. 7. Imp. septuagesimo septimo.

Abdemelec Persarum & Saracenorum Miramolino.

Iacob Æthiopiæ an. 4.

Chuniberto Ital. Reg.

Hildeberto Frãc. R. decimo tertio.

Egica Hisp. trigesimo tertio, deinde Vitisa an. 7.

88

f IOANNES 7. Græcus an. 2. mens. 7. di. 17. 705 707

Vacat m. 3.

Patriarchis.

Antiochiæ vacãte sede.

Constantinopoli Callinico, deinde Cyro. an. 6.

Anni Christi. Anni mundi.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnãt.

Abdemelec Saracenorũ & Persarum Miramolino, deinde Vlich. an. 7.

Hispaniæ Vitisa. an. 7.

89.

707 * SISINIVS siue Zosimus, siue Sosinus, siue Sigenius Antiochenus Syrus, dies 20. 4795

Vacat m. 1. d. 18.

Patriarchis.

Antiochiæ vacante sede.

Constantinopoli Cyro.

Principibus.

Iustiniano 2. imperium recuperante an. 6.

Iacob Æthiopię.

ceni Lybiam & Africam planè occupant, cùm à Bellisario primis Iustiniani ducere recuperata, Vandalis expulsis, annis 170. Romano imperio paruisset. *Plat. in Ioanne sexto.* Paulò post sub Iustiniano. 2. Arabum principes Vlid Syriam, Malmas Tyrannium vrbem, Abas Romaniæ multa oppida, mucta Ciliciæ vrbes expugnant. *Diac. lib. 20.*

Iulianus Tingitanæ Mauritaniæ præfectus ob stupratam filiam à Roderico Hispaniæ rege, Saracenos in Hispanias immittit. *Io. Gotthus li. 16. c. 27.* Qui paulò post Rodericum cum filio occident, vtrimque. 70000. hominum intereuntibus. Regnum autem illic instituent diuisum in tria Cordubanum, Hispalense & Cartaginense nouum: ibique Vuestgotthorum regnum extirpabunt, (cùm ante 346. ab Hunnis ex Scythia electi ibi an. 256. dominati essent,) Leonis Imp. tertio Christi 720. *Ibid. & Sigeb.*

Remansit Vuesgotthis Aquitania, sed post decem annos inde per Carolum Martellum expulsi sunt.

Astures & Cantabri, in Gallicia, vt olim contra Gotthos, ita nunc quoque contra Saracenos se tutati sunt, nouo rege creato Pelagio. *Ritius de reg. Hisp.*

Ita Saraceni, dum Impp. & principes Christiani intestinis bellis inter se pugnant, Africam & totam Hispaniam (exceptis solis Cantabris & Asturibus) quam circiter 800. an. tenuerunt, duce Adimara, occuparunt. *Naucl. Blond. lib. 10. Dec. 1. Æmil. lib. 1. Plat. in Ioanne 6.* Sigebertus id accidisse ait, sub Greg. 2. Eam calamitatem Beda prædixit & versu deplorauit, reges Christianos principésque adhortatus ad bellum, contra istos Dei hostes suscipiendum. Prædicens etiam Romani imperij imminentem ruinam, & Saracenorum in Gallias irruptionem. *Platin.* 4795

* VITISA REX Hisp. flagitiosus pontifices veritus, ne ob suas libidines & stupra populum à se abalienarent censuris ecclesiasticis, edixit: vt quot quisque sacerdotum vellet aut posset, vxores vel concubinas domi aleret, néve constitutionibus pontificiis obtemperaret. *Vasæus è Luca Tudensi, & Roderico Tolet.*

Per speciem pacis omnes ciuitates Hispaniæ præter Toletum, Legionem & Africam muris nudauit, metum alicuius rebellionis conscientia suggerente. *Idem.*

Ecclesiarum priuilegia & prærogatiuas violat, Iudæos reuocat, & eos maioribus immunitatibus, quam quibus Ecclesia gaudere solet, donat. *Idem.* His gradibus deuolutum est regnum ad Saracenos. à Roderico regno orbatus, Cordubæ miseram vitam traxit. *Idem.*

Saraceni siue Arabes in Armeniam sese magnis copiis infuderunt. Iustiniano aliquoties fœdera rumpente, magnam stragem inter Christianos ediderunt.

Damasci quoque Vlid rex Arabum, Christianorum templum diripuit, & vetuit in posterum scribi codices Græcis literis, sed tantum Arabicis. *Diac. lib. 20 rerum Rom.*

Picti ad Catholicam Paschatis obseruationem, sub Naithano rege adducuntur. an. 709. *Sigeb. & Bed. lib. 5. hist. c. 22.*

Denique per hoc sæculum, fides proficit & deficit, pro diuersitate locorum. Iam Ægyptus & Africa à Saracenis vastatæ sunt, & ecce quasi fides volasset, ad populum paganum peruenit. *Fascic. temp.* Nam regiones & insulæ Europæ & Asiæ boreales, vt audies, religione imbuilatè incipiunt.

HVMANA.

In angulo Italiæ circa forum Iulium, Istri seu Slaui incursiones an. 706. faciunt. *Sigeb. Sabel. Ennead. 8. lib. 7.* A Pẽnone duce Foroiuliano tandem vincuntur, & postea pax cum eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

agitatur. *Diac.lib.6.Long.c.3.*

Iustinianus adiutus Bulgaris imperium recuperauit. Leontium truncatis naribus in monasterium inclusum, & Absimarum per forum vinctos duci iussit: & prostratis coram se colla calcauit, deinde eis capita præscidit. *Zon.* — 4795

g HIC PP. STATVIT ne populus Romanus Philippici hæretici Imperatoris nomen, aut chartam, aut figuram de more susciperet Vnde nec eius effigies in ecclesiam introducta est, nec nomen ad Missarum solennia prolatum *Diac.lib.18. Bed. de temp. Zona tom.3.* Liberalis in pauperes fuit & in fame trienni Romæ infinitos aluit. *Sigeb.* — 4802

Iustinianus Imper. de peccatis suis pœnitentiam agens, Constantinum Rom. Pontificem in Nicodemiam ad se vocans, honorificè susceptum ac remisit, quem prostratus humi pro suis peccatis intercedere rogans, absolutionem & communionem consecutus (*Beda de ratione temp.*) eius pedes primus Imperatorum exosculatur, & cuncta Rom. Eccle. priuilegia renouat. *Diac. lib.18. Plat. Blond. lib.10. Dec.1. Æmil. lib.2 Supplem. Chron.* Volumen quod contra Romanæ ecclesiæ ritum scripserat ad Ioan. pontif. corrigendum vel etiam delendum destinauit. *Sigon. lib.2. Italiæ.* Constantino pont. cuncta Ecclesiæ priuilegia & donata renouauit. *Bed. lib. 2. de Rat. temp. Regino lib.2.*

HVMANA.

Iulianus Roderici præfectus in Tingitana prouincia, vt se de rege vindicaret, quod ipsius filiam vitiasset, Saracenos ex Africa euocat, qui cum nüper post subactam Aegyptum occupauerant. *Ioan. Mag Vlt.lib c.30.*

An. 708 iuxta Rodericum Toletan. iuxta alios. 713. Muza Africæ præfectus iussus ab Vlich Saracenorum & Pers. Imperatore (Miramolinum ipsi vocant) 12. milia Saracenorum Iuliano dat, duce Tarif Strabone, qui Hispalim muris nudatam, & aliquot vrbes diripit, simul cum tota Bætica & Lusitania, Paulò pòst dum alij affluunt & per octo dies esset pugnatum, vniuersa Gotthorum nobilitas cecidit, & tota Hispania in ditionem Saracenorum venit ad Pyrenæum vsque, præter Astures & Cantabros. i. Gallitiam. *Vasæus. Paul. Æmilius.* biennij spatio. Quo bello ceciderunt vtrinque. 700. hominum millia. *Ibid. Ioan. Mag. qui & post an. 714 contigisse ista scribit.*

Bellazim Muzæ filium illic regem præficiunt, diúque regnant regia sede nunc Cordubæ, nunc Toleti constituta.

Tria paulò post constituunt regna. Primum Cordubæ, alterum Hispali, Tertium apud nouam Carthaginem, vsque ad Ferdinandum tertium, qui an. 1216. Toleto, Corduba, multisque aliis recuperatis Saracenos in Bæticam compulit. i. Granatam & Malacam, quæ prius sub Cordubæ regno fuerant. Vnde etiam eiiciuntur an. 1492 à Ferdinando vltimo. *Ibid. Ioan. Magnus.*

Iulianus Barbaris proditionem laudantibus, non proditorem miserum mortem in vinculis obiit: vxore eius lapidibus obruta & filio è turri Septemsi præcipitato. *Vasæus è Ferd. Nanio.*

h BLONDVS nominat hic Stephanum quendam 2 Sed eruditè refutatur à Nauclero gener. 14. conuenienter Bedæ, Diacono, Adoni, Sigeberto & act. 1. Nicenæ secundę.

Instituit, in Quadragesima feria quinta ieiunium & missarum solennitas fieret. *Sigeb.*

Sub Sergio Papa Romanæ Bibliothecæ fuerat custos. *lib. Pontif.* Vtraque lingua eruditus. Quin & aliquot libros scripsit

Anni mundi | Anni christi

90.

g CONSTANTINVS Syrus an.7. di.20. — 707
vacat m.2. di.10. — 714

Patriarchis.

Antiochiæ vacante sede.

Constantinopoli Cyro, deinde Ioãne sexto Monothelita & Iconomacho an.2. mens. 6.

Principibus.

Iustiniano 2. septuagesimo septimo Philippo seu Philippico Bardanio siue Bardesane Monothelita, & Iconomacho an.2 Imp septuagesimo octauo.

Vlid. Saracenorum & Persarum an. 9.

Iacob Æthiopiæ, deinde Constantino. an. 28.

Ariberto Ital. Reg.

Hil deberto Franc. rege decimo tertio, & postea Clodoueo 4.

Roderico Gotthorum regum in Hispania postremo & trigesimo quarto an.4.

CONCIL. Romanum pro imaginibus retinendis contra Philippicum primum Imperatorem Iconomachum, qui & excommunicatur Abbas Vperg.

Anni Christi. | Anni mundi.

91

714 | 4802 h GREGORIVS 2. Romanus an. 16.

730 | 4818 menſ. 9. dies. 11.

Vacat m.1.

Patriarchis.

Antiochiæ sede vacãte

Constantinopoli Ioanne sexto Monothelita & Iconomacho, deinde Germano confessore an. 14. mens. 5. di. 7.

Principibus.

Philippico Bardanio septuagesimo octauo.

scripsit.

A liberalitate in reparandis publicis ædificiis, mœnibus, & templis, à castitate, sapientia, sanctitate commendatur. *Marianus. Bergomens. & alij.*

Ecclesiasticorum dogmatum fortissimus propugnator. Eius tempore Tyberis se per vrbem infudit magna eius pernicie. Extant aliquot eius epistolæ ad Thuringos, Saxones, Germanos, qui propter paganos fidem deseruerant.

Leoni. 3. Imp. sacras imagines tollenti Italicum Imperium, quod de Longobardis supererat, eripuit an. 729.

Orientalibus destitutus auxiliis, à Carolo Martello Pipini iunioris postea regis patre, opẽ contra Longobardos Romam vexantes obtinuit. Quæ res semel cœpta, cum Longobardici regni excidio finiit. *Anastas. Biblioth. Diac. lib. 6. 11 & 13.*

Germano Constantinopolitano Græcè scripsit de processione Spiritus sancti è Filio, eam comprobans ex Ambrosij, Augustini, Hieronymi & aliorum Latinorum patrum monumentis. Quasi erroris per Photium deinceps in apertum eruptur semen, tunc aliquod esset in Græcia. Vt etiam è Damasceno, qui huius Germani collega fuit, colligi potest lib.1. Orthod.

Gnosimachi non modo profanam, sed & diuinam omnem eruditionem superuacaneam esse docent. *Damas. libro de hæres.*

Artemius Imp. Romano pontifici per literas & legatos denuntiauit, se Catholicam fidem & sextæ Synodi decreta amplecti. *Diac. lib.20. Rom.*

Germanum præsulem Cizici, Constantinopolim transferri procurauit. *Ibidem.*

Post imperium trium annorum sacris initiatur.

Theodosius cum annum vnum imperasset, Leoni Isauro volens cessit.

Leo Imp. cum duobus consecutis Const. Copronymo & Leone Iuniore, sanctis imaginibus bellum indixit, vnde tristes turbæ in Ecclesia exortæ sunt. Nam Oecumenicum professorem in Constantinopolitano collegio, cum duodecim collegis, quòd nollent approbare suam sententiam de delendis imaginibus, vnà cum libris noctu igni subiectis combussit. *Zon. to.5.* Et multos clericos & laicos afflixit. *Diac. lib.21. Rom.*

Bezer patricius, qui Leonem inflammauerat, vt contra imaginum propugnatores sæuiret, ab Artabasdi exercitu hasta traiicitur. *Diac. lib.22. Rom.*

Gregorius ergo pont. Leonem anathemate ferit, monet omnes orthodoxos ne eius mandato pareant, vectigalia Italos ei dare vetat icto cum Francis fœdere. Ita deserto Imperatore ob peruersam illius opinionem, pacem cum Francis fecit, cùm priùs sæpe dedisset operam vt eum per literas ab odio Dei reuocaret. *Zon. tom.3.*

Germania inferior prædicationibus S. Bonifacij (vulgò Vvnefris) missi à Pontifice Rom. fidem Christi recipit: & ille Bonifacius fit primus Archiepisc. Mogũtinus. *Plati, Sigeb. Sabel. Ennead. 8. lib.7.*

Quidam Syrus multos Iudæorum seduxit, dum se Christum falsò assereret, an. 722. *Plat. Diac. lib.21.*

Vvestphalia & Phrisia regiones per S. Vvilibrordum auspiciis Martelli fidem Christi suscipiunt. *Sabel. Ennead. 8.*

Philippicus Imp. ob hæresim & persecutionem Orthodoxorum, breuitate Imperij & cæcitate multatus est. *Diac. lib. 20. Zon. Tom.3.* Factus Imperator ab exercitu aduersus Chersonem, qui à Iustiniano defecerat, misso: Iustinianum & eius filium Tyberium ab ara abstractos interfecit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quidam Tyberius in Tuscia se imperatorem venditat, sed Greg. 2. missis copiis eum occidit, & caput Constantinopolim mittit. *liber Pontif.*

Anni mundi.

Anni christi

Anastasio 2. cogn.

Artemio an. 3.

714

Theodosio Adiramiteno an. 1.

&

Leone 3. Isauro Iconomacho an. 24. ex ordine successionis Impp. Oriēt.

HVMANA. 4802.

Saxones duce Cerditio circa hoc tempus in Britanniam, quæ postea Anglia dicta est, veniunt. *Gaguinus in Epitome.*

Terram Matuariorum deuastant. *Ado. æta. 6.*

In Romano Imperio apud Constantinopolim Imperatores quidem erant, sed ipsi intestinis pariter, & externis, præsertim Saracenicis bellis attriti, parū valebant. Quare in Italia depositis Exarchi magistratibus singulæ ferè ciuitates sibi proprios duces creatūt: atq; ita sub decē dynastis Exarchatus durauit an. 175. *Sabel. 8. lib. 8. Blon. lib. 1. Dec. 2. Platina. 170. sub Stephano.* Hinc deinceps multa & diuturna Italorum inter se & cum Græcis bella, vsque ad Pipinum & Carolum.

Sic etiam in Francia reges erant, sed parum auctoritatis in administratione regni habebant. *Vsperg. in Chronico. Otho Phrising. lib. 5. c. 16.* Eam vehementer afflixerunt bella Caroli Martelli, cum regibus Francorum Raginfredo & Chilperico, & Saracenis ab iis in auxilium accersitis. *Ado. æta. 6.* Ab an. 718. ad 739. *Sigeb.*

Annis 718. 719. 720. Saraceni in Thraciam duce Zulemone cum classe 300. nauium traiiciunt. *Sabell. Enn. 8. lib. 7.* aut octingentarum, *Diaco. 21.* aut mille. *Blond. lib. 1. Decad. 10.* aut trium millium, *Cuspinia.*

Masalmas etiam cum exercitu per Abydum irrumpit, & postea Gizid ex Africa naues. 360. adducit. Constantinopolim obsident triennium, reliquis in Thraciam & Bulgariam excurrentibus, vt qui de toto Rom. imperio subiiciendo animos sumpsissent: sed diuinitus igne, frigore, fame, tempestate atque grandine repressi sunt, vt quinque duntaxat naues in Syriam euaserint. *Idem.*

Dignitas Exarchatus in Italia, occupata à Longobardis extinguitur, cùm viguisset annos. 164. *Naucl. Blond. lib. 10. Dec. 1.*

Haumar anno 3. Imp. 7. Domini vero. 720. in Christianos sæuit. *Sigeb.* Imperatorem per literas hortatus, vt Mahometis legem amplectatur, paulò post moritur. *Diac. 21. Rom.* Hoc mortuo Gizid in Perside affectat dominatum, sed altet Gizid legitimè in regem electus: per Musalmam, tyranno interfecto Persidem recuperat an. 4. Leonis. *Ibid.*

Anno pòst quarto Gizid Iudæi cuiusdam consilio, edicto imagines Christi & sanctorum, quæ in Ecclesiis passim in honore erant: propter doctrinæ Christianæ memoriam tolli iubet. *Ibidem.*

Pergamenses obsessi à Saracenis à Magis persuadentur, vt mulierem grauidam inciderent, & ex fœtu eius cocto dexteras manicas cruore tingerent. At propterea non sunt potiti victoria, sed iusto Dei iudicio victi interfectique sub Theodosio. *Diac. lib. 20.*

Vlid Arabum & Saracenorum, deinde Zuleima an. 3.

Omar an. 2.

Zizith, siue Hirid 2. an. 4.

Isham an. 20.

Sataceni ob Constantinopolim obsessam, & Thraciam vicinásque regiones vastatas, fame & peste (quæ 300. hominū millia absorpsit) puniuntur: & à Bulgaribus ad. 22. millia cæduntur, & grandine ignea cælitus in mare demissa nauibus exuti sunt, solis 10. saluis, quarum quinque in Syriam venerunt, quinque à Christianis captæ, Dei omnipotentis vindicem manum annuntiauerunt, primo & secundo anno Leonis, 719. *Diac. lib. 21. Sigeb.*

Anno 717. Pelagius è regio Gothorum sanguine, 4818 post annos scilicet quatuor, ab Hispania Roderico regi erepta rex à Christianorum reliquiis apud Asturas, Legionem, Castellam electus: primò ciuitatem Legionis recu-

730

perauit

Anni christi

Anni mundi.

perauit & nonnulla oppida, & sic Asturum, Legionisque rex appellatus est. *Ritius, Tarapha, Vasæus.*

Constantino Æthiopiæ.

Dimissis Gotthorum insignibus, cepit Leonem rubrum in area candida, quo reges Legionenses hodie vtuntur. *Vasæus.*

Ab hoc sine vlla interruptione deducitur Philippus, qui hodie reg ät, seruata perpetua serie è patre in filium vel filiam, nepotem vel cognatum. *Idem.*

Aritberto Italiæ reg.

Sic qui iuga montis Pyrenæi, salutis ergo, se receperant, Garsiam Ximenium è Gotthico genere regem Supratborum creant, à quo reges Nauarræ & Aragoniæ descendunt. *Idem.*

Clodoueo 4. siue Dagoberto 2. an. 4. & duobus interregni.

Hic cum. 600. equitibus tantum, multas strages in Saracenos edidit, magnámque nauarræ partem restituit per annos. 42. Eius successor Garsia[Ennicus à Pampelone ciuitate, quam Mauris ademit, se regem Pampelonensem appellauit. *Idem.*

Chilperico 2. an. 5.

Theodorico 2. Cala an. 15 pe rordinem Frāc. Regib.

Interim Christiani in Hispania viuere permissi tributarij mozarabes dicti sunt, q. mixti Arabibus. Inter eos floruere Vrbanus Toletanus, Frodoarius Accitanus, Enantius & Io. Hispalensis. Durauit hæc libertas vsque ad Almoadum (Arabum genus est) in Hispaniam aduentum, qui nullos Christianos inter suos viuere passi sunt & regnare cœperunt tempore Alphonsi. 7. sub anno 1100.

Roderico Hispaniæ trigesimo quarto vltimo, deinde Reliquiarum primo rege S. Pelagio, an. 16

724. Carolus Martellus Pipini senioris è pellice filius, in vniuersæ Franciæ concilio, non modo magister equitum, sed & princeps Francorum salutatur.

725. qui erat à subacta Hispania decimus, Saracenos ab Eudone Aquitaniæ duce, ductu regis Abderamæ ex Hispania euocatos & capta Burdegala, Ecclesias & omnia loca vastantes ad Pictauum vsque, ad 400. millia mactat. Athmam denique & Amorrhæum Saracenorum reges profligat *Diaconus.*

Tunc Eudo Carolo reconciliatus, eorum superstites ad internecionem delet. *Sigeb. Sabel. Ennead. 8. libro. 7. Æmilius lib. 2.*

Zizith Arabum Miramolinus siue Imp. Adham filium Melic misit in Hispaniam, qui & Abrahem, vbi regnat an. 2. & mens. 6.

Eodem tempore Arabes Pyrenæos transgressi, Galliam Gotthicam vexant, & capta Narbona Tholosam obsident, duce Zama: cui à Gallis occiso Abderamenem sufficiunt, donec à Miramolino dux mitteretur. *Chronica regis Alphonst. Vasæus.*

CONCIL. *Londinense pro Imaginibus.*

Zizith Miramolino succedit Iscan, qui in Oriente magna gessit. In Occidente pauca deditus accumulandæ pecuniæ. Mittit Isabeam in Hispaniam, cui successit Abderamenes, ab Eudone cum. 400. Saracenorum millibus euocatus & profligatus, ita vt ad Turonensem ciuitatem. 375. millia caderent, Christianorum autem mille quingenti tantùm desiderarentur. *Carol. Martellus epist. ad Stephan. 2. Vasæus.*

CONCIL. *Augustanum apud Vindelicos pro confirmanda fide. Monst.*

An. 724. Iudæi Laodicenses Izitho Arabum principi persuadent, vt imagines aboleat. *Sigeb. Diac lib. 21.*

Coacti Iudæi à Leone Isauro, postquam à Pseudochristo Syro fuissent decepti, baptizantur quidem: sed in contemptum Baptismi, se denuo abluebant, & ad Sacram mēsā accedere iussi: se alio genere ciborū cōtaminabāt. *Ibid. Diac.*

92.

730 i GREGORIVS III. 4818

Syrus, an. 10

An. 729. Cazari seu Turcæ duce Humo Chaiani filio, in Mediā & Armeniam irrumpunt: & Gradacum Arabum prætorem trucidant, cum toto eius exercitu. *Ibid. Diac.*

741 mens. 8. dies 24. 4829.

Anno seqq. Masalmas Persarum Regis dux, cum Humo congressus, fuga per Cazarię montes elabitur, & in Capadociam rediens Crusianum castrum dolo capit. *Ibid.*

Vacat dies 8.

Anno.722. in Turciam mouerat, sed à Caspiis portis metu pedem retulerat. Inde malorigo. *Ibid.*

Anni mundi. 4829

Anni Christi. 741

Iuo rex Angliæ ex singulis ædibus, in tota Anglia singulos denarios Pontificiattribuit. an.727. *Chron. Aug.*

Patriarchis.

i GREGORIVS tertius Leonem imperio & communione fidelium priuat, ob hæresim. *Plat. Sigeb.* Leo vicissim tributa quæ ad patrimonium Ecclesiæ pertinebant, in Sicilia & Calabria, publico fisco ascripsit. *Diacon. lib. 21. Rom.*

Antiochiæ sede vacante.

Græcè & Latinè doctus, omnes Psalmos memoriter tenebat. Reliquit epistolam ad Bonifacium in Germania legatum.

Munus legendi & docendi S. literas, item concionandi per se obiuit. *Plat.*

Constantinopoli, Anastasio Iconomacho, an. 24

Ab animi magnitudine, quæ nec minis nec gratia frangi potuit, mansuetudine, sapientia, liberalitate in pauperes & captiuos laudatur ab historicis.

An. 734. Beda venerabilis Anglus monachus, Ceolfridi Berthicij & Ioan. Eboracensis Græcè & Latinè docti discipulus moritur. Acca, qui bibliothecam Græcis & Latinis scriptoribus Hagustaldi instruxit, Tobias Roff. Sancti Hubertus, siue Guthbertus, & Herminus episcopi *Sigeb.*

Florent Iudocus, Adrianus, Theodorus, Vilibrordus in Anglia sancti monachi. *Sigeb.*

Ægidius in Gallia, etsi Athenis in Græcia natus, qui & scripsit de pulsu librum vnum & de venis alterum. *Bergo. lib. 10. Volater. lib. 21.*

Germanus patriarcha Constant. se sponte abdicat, quòd nollet Pseudosynodo Const. contra imagines subscribere. *Diac. lib. 21.*

Arriana hæresis repullulat in Hispania. *Volater.* quam Alphonsus rex Galliciæ funditus an. 756. extirpauit, vnde nomen CATHOLICI sibi & suis posteris meruit. *Michel. Ritius.*

Ioan. Hispalensis in captiuorum solatium, illic Scripturam in Arabicam linguam conuertit. *Vasæus.*

Principibus.

Asprandus siue Luitprandus primus omnium regum Lõg. sacerdotes & clericos ordinauit, vt sibi quotidie diuina officia decantarent. *Diac. lib. 6. cap. 17. de Gestis Long.*

Leone 3. (qui dictus est Conon, Iconomachus) imp. octogesimo primo, deinde Constantino 5. Copronymo.

Gregorius Cyprius cum Germano Constant. & Ioan. Damasceno sese Copronymo opposuit. *Diac. lib. 22. Rom.*

Ioannes Damascenus theologus multa Græcè tunc scripsit, & si nonnullis credimus, etiam Arabicè. *Zona. Tom. 3. Suid.* Chrysoaram vocat. *Diac. lib. 21.* Manzur etiam aliqui. Trithemius ait duos fuisse Ioan. Damascenos, hunc, & alterum sub Theodosio magno. At probatissimi historici vnius duntaxat meminerunt, qui hac ætate floruerit: & sanè omnes libri, qui eius nomine extant, superius tempus ferre non possunt.

Ioan Arabum Miramolino.

Theologiam per antiquorum patrum Græcorum libros sparsam, sparsimque tractatam primus apud Græcos in certam artem methodúmque redegit: quod eius imitatione postea, apud Latinos præstitit Petrus Longobardus sub an. 1160.

Cosmas Hierosolymitanus, his temporibus cantus & Hymnos condit, qui in Græcia Ecclesia cantantur & celebrantur. E monasterio Sabæ euocatus à Patriarcha Hieros. episcopus Maiumenus consecratur. *Ioan. in vita Damasceni.*

Constantino Æthiopiæ, deinde Beth-Esrael, mens. 8 Gabra-Maschal. an. 14.

Anno 741. (quo mortuus dissenteria Leo Imp.) Euclid Arabs Euthycium Patricium & alios Christianos captiuos in Cattis Mesopotamiæ interficit. *Diac. lib. 21. Rom.* 4829 741

HVMANA.

Carolus Martellus, Palatij præfectus sub Theodorico

Anni Christi. 741

Asprando siue Luitprãdo 1 ral. reg.

Anni mundi. 4819

Dagoberti iunioris filio, Lugduno & aliis ciuitatibus captis, Burgundiam sibi subiugat. Item Aquitaniam cæso Eudone, eiusque filiis Gaifero & Himaldo victis, Auinionem, Narbonam & Arelatum recepit à Saracenis, quos è tota Gallia expulit. *Sigeb. Guil. Nangiacus. Plat. Blond. 10. Dec. 1.*

In Amnia, Strachia & Astrachia insulis Rheni, Idololatras cecidit & fana eorum destruxit. *Blond. Ibid.* Frigiam suo imperio adiunxit an. 735. *Sigeb.* & Lotharingiam. *Gigas.* Leonis Imp. sexto contra Sazones primum suscipit bellum an. 725. *Sigeb.* An. seq. Bauaros negantes tributa sub iugum mittit. Victóque Lanfrido Alemannorum duce regionem illam sibi vendicat, & Plectrudem, quæ ad ipsos confugerat, reducit. *Sigeb. Auent. lib. 3. Anna.* & postea Saxones rebelles iterum vincit an. 727. *Adonis. 6.* Sueuiam Todeualdo expulso, Lutharoniam Regiam Angilostadium Natiscorum oppidum, Francorum regno subdit. *Ibid. Auentin.*

735. Saracenicum bellum confecit & Septimaniam (Gall. *Languedoc*) à Francis sæpe victam & impetitam, nunquam tamen perdomitam, sed in fide Vvisigotthorum permanẽtem ad Francos reduxit.

739. Gregorium tertium contra Luitprandum Long. regem defendit; vnde & in eius posteritatẽ multæ benedictiones redundarunt.

Theodo. 2. Cala Franc. Reg. decimo sexto Vsque ad Hildericum.

Consilio enim procerum an. 740. regna prouinciásque Francici imperij inter filios suos partitus est, adeò vt Carolmanno Austrasiam cum trans-Rhenanis gentibus reliquerit, Pipino verò Iuniori (è quo Carolus Magnus an. 742. nascitur) Neustriam, Burgundiam Prouinciam. *Antonius.*

Quo anno Gotthis domitis, Saxonibus subactis, Saracenis expulsis, Prouincia recuperata, Galliam vniuersam à bellis quieuisse tradunt, atque ita an. 741. Carolum Martellum fato concessisse.

Circa. 730. reges Britonum extincti. *Annal. Franc.*

Hispaniæ S. Pelagio reliquarum rege primo, deinde Fauilla ad an. 2.

&

Alphonso S. Pelagij genero an. 19.

Eudo & Maruntius regnis & vita priuati sunt, qui ex Hispaniis Saracenos asciuerant. *Sigeb.* Adeò non sinit Deus perfidiam impunem.

Carol. Martellus subacta Aquitania subigit Ratbodum Frisonum regem, eo quod Christianos eiecisset & Ecclesias destruxisset, instaurata Idololattia. *Hedio li. 6. cap. 21. Eccl. hist.* Saracenos, qui ab Eudone inuitati ex Hispaniis in Gallias, cum omnibus suis familiis infinita multitudine transierant, an. 730. & dimidiam eius regionis partem occuparant, intra octo annos vix propulsauit, de suo exercitu vix mille & 500. desideratis. *Sigeb.* Saraceni ex hoc prælio fuga elapsi Tyrrheni Maris insulas ceperunt, & incendio vastarunt. *Blond. libro 10. Dec. prima.* Platina in Hispania vlteriori id factum ait.

Muhamas Arabũ dux, vsque in Paphlagoniam Romanorum imperium prædatur an 16. Leonis, quo Irene Cazarorum regis Chaiani filia, Christiana facta nubit Constant. Copronymo.

Ann. Leonis 22. Arabum. 90 milia ducibus Gamer Zulcimin, Melich & Bathal diuisis copiis Romanam Asiam incursant. *Diac. lib. 21.*

Vvestgotthi, qui Narbonam, Nemausum, Agathen, Riceticum, Altinurium, Montepessulanum & Biterras incolebant, duce Mauritio, solicitatis ad defectionem Burgundionibus & Saracenis, qui ante annos circiter 24. ex Africa transeuntes Hispanias occuparant: euocatis contra Carolum Mart. bellant. Hic Saraceni rege Altrino cum classe Rhodanum ingressi Auenionem capiunt, eámque arcem sui regni constituunt: atque ex Tarraco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nensi Hispania copias maiores accersunt. Sed Carolus vrbe recepit, Saracenos fugientes sternit, paucis classe in mare Tyrrhenum elapsis. Massiliam hactenus semper inuictam vrbem capit, Vvestgotthorum regnum occupat, Narbona Agatthe, Nemauso & Biteris planè excisis. Reliquis denique Saracenorum ad Arelatum profligatis omnem eis spem Galliae amplius inuadendi ademit, an. 736. 737. 738. 739. *Blod. lib. 10. Dec. 1. Æmylius lib. 2. &c.*

Atque ita Vvestgotthorum regnum in Galliis finiit an. 20. Leonis, Christi 737.

Anno 735. Sigebertus Anglorum reges annotare desinit. Nempè sub Egberto res illorum sunt ad exitum inclinatæ populo in factiones diuiso. *Polyd. lib. 4. Hist. Ang.* Circa quæ tempora Inas Occidentalium Saxonum rex, regnum suum Romano pontifici facit tributarium *Ibid. Polyd.* Sic Offa Merciorum rex ad Inæ exemplum, regnum suum eidem tributarium reddit, sub an. 775. *Polyd.*

Circa an. 744. Hunnorum gens, quòd Attila Pannoniam ante 300. annos occupassèt, sorte ex centum & octo tribubus, 216. hominum millia, cum liberis, vxoribus, pecoribus, & vniuersis ipsorum facultatibus emittit. Illi superato Tanai per Roxolanos, Sarmatas, Hamaxobios, Tauroscythas, Transsyluanos post multa cum Pannonibus & vicinis prælia, terram occupant: & linguæ commercio, cum aliis Hunnis conciliantur. *Bonfin. dec. 1. lib. 9. de Hung. Volater. Naucler.*

Post annos. 6. vicinas Carniam, Stiriam, Cotinthiam, Moraniam, Boëmiam infestare incipiunt. *Naucl. gen. 25.*

Orgetius Gallantes cog. Cathelon an. 733. in Cataloniam cum exercitu mouit, ibique postetitati (nam ipse obiit in obsidione Emporiæ ciuitatis) sedes posuit contra Saracenos, vsque ad tempora Caroli Mag. *Taraph.*

Ioan. Hispalensis in captiuorum solatium, scripturam in Arabicum transtulit. *Vasæus.*

Per varios Saracenos tunc Hispania regebatur, quibus tamen vnus præerat, qui Cordubæ rex dicebatur. *Vasæus.*

k Hic primus cœpit Francos à fide Childerici absoluere. *Æmil. lib. 2. can. alius 15. qu. 6.*

Dialogorum D. Gregorij libros. 4. de Patrum miraculis in linguam Græcam vertit: & Bibliothecam D. Petri restituit. *Plat. Sigeb.* Paci studuit. Luitprandum, Rachim & Astulphum Longobardorum reges Romanis placans. *Sigebertus. & alij.*

Pro emptis à Paganis mancipiis pretium restituit, & mancipia libertate donauit. *idem.* recens conuertis Germanis esu crudi lardi, equorum, &c. quòd hæc Scythicam barbatiem saperent, interdixit. *Ipse in Epist. ad Bonif.* à suauitate, studio tranquillitatis, liberalitate in pios & pauperes, benignitate in hostes celebratur. *Historici.*

Italiam bellorum agitatione vexatam sua prudentia totam pene pacauit. Reliquit duas epistolas ad Bonifacium Germaniæ legatum,

Sepulchro D. Gregorij Magni, epitaphium literis Græcis inscripsit. Et vt Græcis autibus dedit. 4. dialogorum D. Gregorij libros, propter quos Damascenus & Euthymius horum voluminum authorem Gregorium Dialogum nominat, sic eiusdem Pastoralia Anastasius quidam Antiochiæ episcopus Græca quoque fecit. *Sixtus Senensis Bibliothecæ libro quarto.*

Luithprandus Longobardorum rex, dono ei dedit nomine S. Petri Harniam, Anconam, Cumanam vrbes. Sabinense item patrimonium & Sutrini agri vallem. *Elond. Dec. 1. lib. 10.*

Antiochiæ, postquam annis. 40. sedes vacasset, an. 742.

Anni mundi.		Anni Christi.
4802	CONCIL. *Romanum pro Imaginibus retinendis contra Leonem Imp. episc. 903. Sigeb. Palmer. Aliqui sub Greg. 2. collectũ aiunt an. 714. Leo in eo excõmunicatur, & vectigalia ei dari prohibentur.* Plat. Zonar. tom. 3.	
	93	
4829	k ZACHARIAS I. Græcus, an. 10.	741
4840	menf. 3.	752
	Vacat dies 12.	
	Patriarchis.	
	Antiochiæ Stephano quarto an. 2.	
	Theophylacto an. 7.	

Anni Christi.		Anni mundi.
	Constantinopoli, Anastasio Iconomacho.	
741		4829
	Principibus. Constantino 5. Copronymo an. 35. Imp.	
	Iscan Arabum Miramolino, deinde Ulid. an. 2.	
	Abraham, an. 2.	
	Rachiso Ital. Reg.	
	Hilderico 3. Stupido siue Insensato an. 9. Franc. Rege, vsque ad Pipinum regem electum.	
	Alphonso Catholico 5. Pelagij genero.	
	CONCIL. *Romanum episcoporum 34.*	
741	*Arelatense 3. lib. Conciliorum.*	4840

Stephanus quartus Patriarcha creatus est.

Alexandria vbi Monothelitæ grassati fuerant, ab hæresi recedit anno. 2. Copronymi, Cosma episcopatum tenente. *Diac. lib. 22. & 23 Rom.*

Antiochia, cum ob Saracenorum tyrannidem per. 40. annos episcopo caruisset, eodem. 2. anno permissu Ouelid Arabum ducis sortita est Stephanum, & postea Teophylactum. *Ibid. Diac. lib. 22.*

Anno 745. Theophylactus Edissenus successit. *Ibid. Sigeb.*

Petrus Damascenus episcopus in Syria, à Saracenis martyrio coronatur. *Sigeb.*

Ob Copronymi persecutionem, tristis Ecclesiæ facies & martyria per totum Orientem. *Diac. lib. 21. & 22. Zonar. 3.* Imagines erigi, Sanctos honore affici, reliquias seruari, titulum Sancti, Virgini, Apostolis & martyribus tribui edicto vetuit. Eos qui dicebant, Maria Dei genitrix ora pro nobis, vituperans & persequens. *Idem. & Sigeb.*

S. Dalmatæ monasterium: omnium, quæ erant Constantinopoli antiquissimum, militum diuersorum fecit. *Zonar. 3.* reliquias Sanctorum partim terra obruit, partim demersit, partim in cinetes redegit. *Ibid. & Diac. lib. 22.*

Gamer Arabum dux in Romania secundo eius anno multos turcidauit, plurimos captiuos duxit, Haly Petrum Damascenum episc. eo quòd Mahometis falla dogmata refutaret & cum Manichæis facere dissereret, cepit & linguam ei præscidit: atque in Arabiam deportauit, vbi cum Missam celebraret, interfectus est. *Diac lib. 22. Rom. Sigeb* Multi alij in Syria martytio ob eandem causam coronati sunt. *Ibid.*

Hostes religionis omnes Orientis regiones tenent. Africam totam occuparunt, Bosphorum vtrumque propè ponte iunxerunt, Hispanias tenent, Pyrenæum saltum, velut domus suæ fores, vbi visum est, perfringunt: in Franciam iam illis expositam manus iniiciunt. *Æmil. lib. 2. de Fran. ex epistola Burchardi episc. quem ad Pipinum Zacharias miserat.*

746 Carolomannus Austrasiæ rex, Monasticæ vitæ studio adductus Soracten Italiæ montem petiit. Ex quo pòst in Cassinum transijt. Ita res Francica sub Pipini Iunioris principatum coiit.

750. de Childerico deponendo, regióque nomine in Pipinum transferendo agitur, legatione ad Romanum Pontificem decreta. Quare eius authoritate & indulgentia Childericus regno exuitur, & Pipinus rex salutatur an. 751. post Clodouei obitum 237. iuxta alios 257.

Childerico Franco. reg. in monasterium truso, Pipinus Martelli fil. dictus Breuis, ex maiore domus, consilio Pontificis à Galliæ proceribus rex declaratus, à S. Bonifacio sue Benfrido Germanorum Apostolo inungitur Successione *Sigeb. Regino in Chro. Annonius lib. 4. cap. 61. Cap alius 15. qu. 6.* Nec in eo defecit penitus genus regum Francorum. Nam Blaulidis filia Clotharij. 1. nupta Hanberto duci, & senatori Austriæ peperit Arnuldum, Arnoldus genuit Arnulphum Metrensem episcopum. Arnulph. Angegisem, Angegises Pepinum Grossum. Pip. Carolum Martellum, Carol. Pipinum hunc cogno. Breuem.

Bonifacius Germanicus legatus & Apostolus, Germaniam in tres diœceses distinxit: Herbipolensem, Bambergensem, & Erfordiensem. *Hedio. lib. 6. c. 7. Tom. 2. concil.*

Childericum depositit, & Pipinum in regem vnxit Romani Pontif. auctoritate. *Reg. lib. 2.* Causam, cur Clodoueani monarchiam amiserint, historici ttibuunt eorum vitijs, præsertim sacrilegijs in Ecclesias, & vsurpatis electionibus Sacerdotiorum, quibus non modo in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignos, sed & liacos intrudebant.

Circa an. 740. Ina Occidentalium Saxonum rex, suum regnum Rom. pontifici tributarium facit. *Polyd. libro quarto Ang.* Sic paulò post circa an. 775. Offa Merciorum rex. *ibid.*

Lullus Mogunt. Burchardus Herbipolensis episcopi, Thatuinus, Nothelmus, Egbertus Eborac. Vuilibaldus Angli omnes natione, librorum scriptione celebres.

HVMANA.

Contra Vlid Miramolinum, Saraceni in Hispania rebellione insurgunt. Ad eos motus sedandos Abucar cum imperio mittitur, deinde alij. Nam multi occisi sunt paucis annis, adeo vt annis vix 20. à capta Hispania plus quindecim imperarint, donec eam Abderamen abduceret è Babyloniæ imperio. *Vasæus, Rhoderic. Tolet.*

Maroan occidit fratrem Vlid, Saracenorum & Persarum Miramolinum & regnat annis 6. Ex ea cæde multæ seditiones. In Hispaniam mittit Iuzaf (Iosephum) qui Christianis fuit iniquissimus. *Vasæus.*

* VAR singularis religionis & prudentiæ. Hunc aliqui prætermittunt, & cum sequenti confundunt. Vnde sequentes Stephani nunc dicuntur tertij, nunc quarti, &c.

Alphonsus Catholicus Lucensem ciuitatē, Tinden, Asturicam, magnam Castellæ partem Abulam vsque, & in Portugallia Bracaram, in multis ciuitatibus episcopos instituens, Christianis restituit. *Vasæus.*

Petrus Pulcher Toletanus, de Pascha erranter celebrato elegantem libellum conscribit. *Idem.*

Verus Hispalensis sub Pipino. *Trith.*

VT S Pelagius, reliquiarum in Hispania rex, Saracenis perpetuo fortiter restitit, ira & Genet ipsius ob Ormisindam filiam in vxorem acceptam Aphonsus: qui proinde Catholici nomen & sibi comparauit, & posteris. *Vasæus.*

I BLOND. lib. 1. decad 2. & Irenic 3. cap 70. nominat hoc loco Gregorium 4. cui volunt Pipinum reddidisse Rauennatem Exarchatum & alias Ecclesiæ terras vsque ad stagna Venetorum. Plati. & Regino id referunt ad Stephanum.

Deficiente Orientis Imperio & Imperatore Catholicos vexante, hic pontifex insignia, dignitates, & titulos Imperij ad reges Francorum transfert. *Palmer. in Chron. Naucler.*

Stephanus Pacis formulam perfidi Aistulphi Chirographo exaratam, de vexillo Crucis pendentem, in publica supplicatione prætulit, cunctis Deum contra perfidiam inuocantibus. *Blond. l. 10 dec 1.* In Franciam ad Pipinum venit. In. D. Dionysij DD. Petro & Paulo altare dedicauit an. 755. ad illud Pipinum & filios eius Carolum & Carolomanum denuo reges munxit, ac regnum ipsorum posteritati hæreditarium declarauit. *Regino lib. 2. Sigeb.*

A sapientia commendatur. *Sabell.* à prudentia & amore cleri, *Plat.* à liberalitate in pauperes & peregrinos, exstructis etiam multis Xenodochijs & locupletatis. *Ibid.* concionandi munere fungebatur. *Bergom. lib. 10. Platin. In oppida.*

Pipinus æmulatione patris Astulphum Long regem perterret, & vt res Romano Pontifici restituat iure iurando datisque obsidibus obstringit. Quod cum minus perfecisset, 756. collatis signis re ipsa adimplere coëgit, scilicet, vt quæ ex Romano ducatu oppida inuaserat, restitueret: Hexarchatum etiam Rauennatum cum tota Flamina, Æmiliáque Græcis Imperatoribus ereptum in ius Romani Pontificis reponeret. *Blond. Dec. 2.*

Anni mundi.	Francicum præside S. Bonifacio Mogontiæ Archiepiscopo Nauale.	Anni Christi.
	94	
4840	* STEPHANVS II.	752
	Rom. dies. 3.	752
4840	*Patriarcha.*	
	Antio. Theophylacto.	
	Constantinopoli Anastasio Iconomacho.	
	Principibus.	
	Constant. Imp. 82.	
	Maroan Saracenorum & Persarum Miramolino an. 6.	
	Gabra Maschelæthiop.	
	Aistulpho Ital.	
	Pipino an. 18. Frac. Rege decimo octauo.	
	Alphonso Catholico Hisp. trigesimo septimo.	
	95	
4840	I STEPHANVS III.	
	dic. II. Rom. an. 5.	752
4844	mens. 1.	756
	Vacat. mens. 1.	
	Patriarchis.	
	Antio. Theo. 2. an. 16.	
	Constantinopoli Anastasio Iconomacho, deinde Constan. 2. Iconom. an. 12.	
	Principibus.	
	Constantino. 5. Copronymo Imp. 82.	
	Maroan Sarac. & Pers. Miramolino decimo nono, deinde Mahomete, an. 5.	
	Gabra Maschel æthiopiæ, deinde Nalek, an. 11.	
	Aistulfo, & post eũ Desiderio vltimo Lõgobardorum, & Ital. Reg.	
	Pipino Franc. Reg. 18.	
	Alphõso Catholico Hisp. rege 37. mox Froila, an. 13	

Ann. Christi.		Anni Mundi	HVMANA.
	96.		Turci siue Turcomanni ex Scythia, Tartariáve Orientali Turquestan nomine, erumpentes: Alanos, Colchos, Armenios, Cappadocas & magnam Galatiæ partem, ad extremum Persas & Saracenos gladio infestarunt, rege eorum Selduch. regnante Pipino Caroli Magni patre an. 756. *Egnat. lib. 2. Guil. el. Tyrius lib. 1. de Hieros. cap. 7. Plat.* Tunc suasu Christianorum cœperunt se in modum crucis tondere: propter luem, quæ apud eos grassabatur. *Sigeb.*
756	m PAVLVS I. Romanus Stephani 3. frater.	4844	Constantini an. 23. ineunte Caroli Magni regno transierunt portas Caspias, & relicta Scythia occuparunt minorem Armeniam, indeque inuaserunt in minorem Armeniam, quam fere totam obtinuerunt anno 1052. duce Sadoch Tanehumeth. Crebris & miris prodigijs id Deus portendit, quorum spectator fuit Paulus Diaconus, *ipse lib. 22. rerum Roman. Sigeb.*
	an. 10.		Carolo Magno primum negotium à Pipino patre in Gaiffrium Aquitaniæ ducem profic isscnte, datur in Aruernia aduersus quosdam nobiles, qui ecclesiasticos vexabant. Ecclesias ibi non modò composuit, futuræ suæ magnitudinis primum exhibens specimen, sed etiam auxit. Mosacenum cœnobium ædificauit. &c. *Annon.*
	mens. 10.	4856	Froila Sacerdotes Hispaniæ castitatem, quam sacri Canones præscribunt, seruare cogit: neglectam a Vitizæ temporibus. *Vasæus.* Maurorum multa millia cęcidit. Ouetensem ciuitatem condidit. *Idem.*
768	Vacat an. 1. mens. 1.		Huius tempore Abderamen venit in Hispaniam, eamque occupauit, occiso Iuzaf, seque Miramolinum Hispaniæ appellari iussit circa an. 758. Hinc Hispania Miramolino Babylonię & Persidis subiici desiit. *Idem.*
	Patriarchis.		Mosquæam Cordubẽsem opere adeo superbo extruxit, vt reliquas Saracenorum facile superaret: quę hodie in Cathedralem Ecclesiam consecrata est. *Idem.*
	Antiochiæ Theodoro secundo. à Petro septuagesimo secundo.		Moritur postquam illic imperasset, an. 33. relinquens 11. filios & 9. filias.
			m PAVLVS pont. cum paucis comitibus cellas infirmorum & pauperum & vinctorum lustrabat & necessaria subministrabat. *in eius vita.*
			Nullum in sacro ministerio officium omisit. *Cranz. metropolis lib. 2. cap. 1.*
	Constantinopoli Constantino secundo Iconomacho, deinde Niceta Iconomacho, an. 13.		A mansuetudine & beneficentia in pauperes & calamitosos ab historicis extollitur.
	mens. 2.		Salim Arabs Theodorum Antiochiæ episcopum, in Moabitidem regionem exulatum mittit: edicit ne Christiani nouas ecclesias extruant, ne de fide sua Arabes doceant: ne crucem Christi aspiciant, an. 16. Copronymi *Diac. lib. 22. Rom.*
	dies, 22.		Christianis colligendorum vectigalium munus ademit, sed paulò pòst coactus est restituere, quòd Saraceni ignari essent arithmetices. *Ibid.*
			Habdalas Saracenorum quoque princeps, an. 17. Copronymi tributa Christianis solito grauiora imperat, & quidem etiam monachis & Heremitis. Ecclesiarum cruces & vasa Iudæis vendit. Vigilias nocturnas celebrare & literas discere prohibet. Iudæis & Christianis characteres Mahometicos inscribi iubet Hierosolymis, quod declinantes multi in Romaniam aufugerunt. *Ibid.* Ex ecclesiis sterquilinia fecit, & reliquias Sanctorum effossas dispersit. *Iuo in Chron.* Tutri ipsum lapsa iusto Dei iudicio, an. 776. perijt. *Diacon. lib. 22.*
			Sabinus Bulgarorum rex fuga sibi consulit, quod populus imaginum cultum defenderet: quem ille Copronymi gratia persequebatur. *Blond. lib. 1. dec. 2. Naucler. gener. 26.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aistulphu propter afflictum Romanum pontificem, de equo lapsus ceruicem fregit. *Gaguinus lib.3. de Franc.* an. 755. *Sigeb.* — Anni mundi. 4844

Pipinus Exarchatum tredecim vrbes complectentem, cum Pentapoli vrbes alias sedecim comprehendente: iterum S. Petro & successoribus eius in perpetuum possidendum concessit, donatione in tabulas relata. *Sigonius lib.3. Italiæ.*

An.757. Constantinus Pipino organa musica misit, hactenus Germanis & Gallis incognita. *Auentinus lib.3. Annalium. Marianus Scotus. Annon de Gestis Francorum lib 4 cap 64.*

Nempe Pipinus sacræ Musicæ erat studiosus, quare & paulò antè, an. scilicet 751. Romanam cantandi consuetudinem, vt suauiorem & diuinis laudibus congruentiorem in Gallias attulerat *Sigeb. Æmylius.* Quod perfecit Carolus eius filius an.774 *Sigeb.*

Pipinus creauit Senatum, vulgo Parlamentum, mobile quidem, nunc autem ex constitutione Hutini regis statarium Lutetiæ Parisiorum. *Gaguin.lib.4.*

Eius ope Phrisij deiecto duce Radolbo ad Christianismũ sunt conuersi: docente Bonifacio, deinde Vvilibrordo Anglo. *Trit de regibus Franc.* sed hoc videtur pertinere ad Pipinũ Grossum, siue Seniorem, vt suprà. mox Vlfranio Senonensi episcopo, qui secum assumpserat Ansbertum & quosdam alios ex Fontanello cœnobio. *Volater lib.21.*

Theophylactus Patriarcha Antiochenus, scriptor ecclesiasticus. S. Sturmius primus Abbas Fuldensis. Crodogandus, siue Beritingrandus.

S. Burchardus episcopus Herbipolensis, ducatum Orientalis Franciæ nactus est à Pipino: nec is est qui omnia decreta conciliorum & Pontificum digessit in locos communes. *Sigeb. Iren. lib.3 cap 76.*

Ambrosius Ansbertus temporibus Pauli Pont. & Desiderij Longobardorum reg. opus in Apocalyp. complet. *Ipse in fine. Contra enarratores, qui eum in decimam Centuriam conferunt. Sic in aliorum ministrorum atatibus indocte sæpissime ballucinantur siue quia perfunctorie iunt exat legerunt, vt quoquo modo earum fragmenta, sua insarcirent sinu, vt in singulas centurias, eos, quos habebant in manibus, distribuerent, non tam de veritate & fide historiæ vel rei laborantes, quam vt quouis modo satisfacerent typographis laborem exigentibus. & stipe eorum egestatem placantibus.*

Nalek Abissinorum siue Æthiopum imperatoris tempore, templa & loca alia religiosa magno numero conduntur per vniuersam Æthioptam, cum antea essent rara.

Reges deinde consecuti omnes non solùm Christiani, verum etiam sancti feruntur, quot tamen annos imperauerint, non inuenimus vsque ad Icumuanlach, sub an. 1260. *Marius Victorius de Regg. Æth.*

Principibus. — Anni christi. 756

Eisdem Impp. & regnãt.

Abdala Babyloniæ & Persiæ, an. 19.

Nalek Æthiopiæ, deinde Bazen, Senſaghed, Bahar-Saghed, an. 3.

Et nono Arabũ apud Hispanos Miramolino Abderamen, an. 33.

Froila Hispaniæ trigesimo octauo, deinde Aurelio, an. 6.

CONCIL. Gentiliacum in Francia præsente Pipino & legatis Imperatoris, contra Græcos de Trinitate & SS. imaginibus. *Sigeb. Abb. Vsper. lib. Conc. Rhegino in Chron Æmil lib 2. Anonimus lib.4.c.67. Ado in Chron.* 4856 768

HVMANA.

Ab an. 755. vsque ad an. 933. per annos. 168. nominantur quidem reges Æthiopiæ 43. in indice, quem à Boderiano sum nactus, sed anni, quibus quisque regnauerit desiderantur. Itaque in eis partiendis, vti iumus duntaxat coniectura. Sed neque singulos diu oportet regnum tenuisse, quando quadraginta tres, vix annos. 168. expleuerunt: ac si cuique trigenos 4. exiisse summa 172. superiore quatuor annis maior.

Hi autem apud Marium Victorium hoc nommantur ordine. Bazen, Senſaghed, Baharſaghed, Ghermaafer, Salaaiuba, Callulaſien, Sargue, Zarai, Bagaham a, Gianuſcheda, Zeonghiz, Malgens, Sepharad, Agdai, Abraha, Azbaha, Asfa, Aitad, Amsi, Abju, Arada, Aladoua, Alameda, Tabena, Chaleb, Gabra, Maſchel, Constantinus, Bezaaghar, Asfa, Arma,

Schisma 8. — Anni mundi. 4845

Theophylactus Rom. contra Paulum sedit in schismate aliquot menses. — Anni christi. 757

Constantinus 2. ex Laico contra canones electus, sedit an. 1. d. 24. Hunc quidam inter pontifices numerant.

Schisma 9. — 4855

Philippus siue Philippicus contra Constantinum à Laicis & clericis electus sedit. an. 1. di. 24. — 767

97. — 4856 — 768

n Stephanus 4. dictus 3. Siculus monachus, an. 4. mens. 5. di. 24. — 772

Vacat d.9. — 4860

Patriarchis.

Antiochiæ Theodoro 2. à Petro Septuagesimo secundo.

Constantinopoli Niceta Iconomacho.

Principibus.

Constantino 5. Imp. 82.

Abdala Babyloniæ & Persiæ Miramolio vigesimo primo.

Hispaniæ vero Abderamen.

Ghermaafer Æthiopiæ.

Desyderio Ital. Reg.

Carolo I. Magno an. 46. Franc. Reg. decimo nono.

Aurelio Hispaniæ.

Arma, Gianasfa, Gianaſcheda, Freseunai, Adarahaz, Aizar, Deinahad, Mada.

756. Pipinus Exarchatum tredecim vrbes complectentem cum Pentapoli vrbes alias sedecim comprehendente, iterum S. Petro & successoribus eius in perpetuum possidenda concessit: donatione in tabulas relata. *Sigonius lib.3. Italiæ.*

757. Thassillo Bauarorum rex concilio Francorum habito (quod primi Parlamenti institutionem nonnulli putant) Francorum beneficiarium se esse professus est. *Anno. Ado. Regino.*

Chilpingis Aruernensis & Anningus Pictauiensis comites, congressi cum Pipini exercitu cæduntur. an. 761. *Sigeb.*

Pipinus inde Aquitaniam, Lemouiciam, Santoniam, &c. subigit. *Idem.*

Rebellantem Gayferum, siue Vnipharium ducem, Aquitaniæ septem annuis præliis vicit, & totam Aquitaniam ad Garunnam fluuium vsque iterum subegit. *Idem.*

Saracenos clades acceptas vlturos, tertium in Franciam redeuntes: trans Pyrenæos repellit. *Æmyl lib.2.*

Mortuo Garzia Ximenio primo Nauarræ regi successit Garzias Ennicus, qui Pampelonem & multas arces & municipia à Mauris liberauit. *Vasæus.*

n LAVDATVR à pietate & doctrina. In Litaniis nudipes incedebat cum toto clero. Vocat eum Platina verum Petri successorem.

Cosmam Alexandriæ episcopum, Antiochenus & Hierosolymitanus excommunicarunt, quòd imaginum religiosam memoriam improbaret. *Diac. lib.22.*

Desiderius Longob. rex an. 769. simulans orandi pietatem, Romam ingressus, multos capit & excæcat. *Sigeb.*

Pauliciani à Paulo & Ioanne Samosatenis quasi Pauli-Ioannitæ, Manichæorum secta quingenti annis post D. Paulum & Pauli discipulos (imo pluribus) *Euthy. in Panopl. part. 2. tit. 21. ex scriptis Photij.* Catholicos Romanos appellabant, se verò Christianos. *Ibid.* Sic Ariani in Hispania Romanos vocitabãt homines nostræ religionis, inquit Turonens. *lib. 1. de gloria Martyr.*

An. 768. finis 72. Patriarcharum Antiochenorum: Nam quis post Theodorum à D. Petro septuagesimum secundum illic episcopus fuerit, vsque ad Antiochiam per Gallos recuperatam, incertum est: nisi quòd 787. Theodoritus Patriarcha Antiochenus, & 1090. vsque ad captam ciuitatem à Latinis. 1097. Ioannes eiusdem Ecclesiæ presbyter in Eccl. historiis memorantur & Petrus, qui à Leone 9. confirmationem obtinuit 1050. Theodorus Balsamon. 1186. Ioachimus hodie 1580.

Latinos enim præterea septem, qui occasione belli sacri sub Godofredo Bulloneo sic sederunt. Bernardus de Valentia episcopus anteà Arelatensis an. 33. Rodolphus an. 4. Aimarus Lemouicensis 50. Rodolphus Lemouicensis, 33. Rainerius Lucẽsis 20. Elias Regiensis. 8. Christianus ordinis prædicatorum Martyrio coronatus cum 4. eiusdem ordinis, post quem Antiochia iterum à Saracenis capta.

Constantinus Imp. omni scelere imbutus, Deo auersus, tyrannus, apostata, væsanus, Veneris cultor, mactator puerorum, inter quos Hanij filius, magus, & sacrilegus (*aiunt Palmer. Sigeb. Diac. & Suidas*) catholicos, qui SS. imagines apud se habebant, & post votum vxorem nolebant ducere, ac se à iuramentis & immundiciis abstinebant, crudelissimè afflixit: vt plures occiderit martyres, quàm vllus vnquam Imperatorum gentilium. *Sige. in Chro.* vnde igne cælesti periit. *Sigeb.*

Cum Habdala Saraceno pacem ea lege fecerat, vt ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christianos, qui in ipsius essent dominatu, affligeret. *Blond. lib. 1. Dec. 2.* à Theodora seu Irene, eius cadauer defossum, publicè crematum est. *Sabell. Enn. 8 lib. 8.*

HVNNA.

Saxones vel Thuringi, itémque cæterę, quæ iuxta Rhenum sunt nationes, ex antiquo Francis tributarię (*Nota*) leguntur. Quibus deinde à regno eorum deficientibus Pipinus genitor Caroli bellum intulit: quod tamen filius maiore fœlicitate peregit. *Helmoldus in Chronicis Slauorum cap. 3.*

Abdala 100. armatis nauibus ducem Manucha præficiens mare Mediterraneum infestat, & Christianos atrociter necat: Cassinensi monasterio euerso. *Chron. Cassinense.*

An. 771. moritur Asciat primus Aragoniæ comes, qui Iacam ciuitatem, multas arces & oppida à Maurorum seruitute liberauit. Balindus filius successit. *Pasc.*

Carolus Magnus Aquitanos omnes & Vascones in deditionem accipit, & bellum Aquitanicum finit: capto Hunaldo duce Aquitaniæ, & tota eius familia. Iuxta Dordonam fluuium ædificat castrum Francicum (sic enim legitur apud Eginardum) siue, vt vulgò Fronciacum (quasi, vt quidam ludunt, Pons Saracenorum) *Sigeb.*

Lescus quispiam, primus apud Polonos equi sui calces ferreis soleis munit, cum equi de more illius temporis soleas nullas haberent. *Crom. histo. Polo. libro secundo.* Paulò ante an. 800.

o CVM primo quouis pontifice comparari potest. Eo nemo post Petrum, Romanorum pontificum diutiùs vixit.

Instituit diplomata, seu literas apostolicas, quas Bullas vocant, plumbo obsignari, vt diuturnius esset sigillum: nam antea vtebantur cera. *Polyd. Virg. lib. 8. de inuent. rerum cap. 2.* Alij hoc referunt ad Stephanum 3. Statuit vt quotidie in atrio Lateranensi alerentur 100. pauperes. *Plat.* Scripsit libros contra Iconomachos. *Sigeb.*

A castitate, fortitudine animi & liberalitate in pauperes commendatur ab historicis. Tyberi exundante, lembis & scaphis victum adu ehendum curat iis, qui erant aqua circumfusi Romæ aquæ ductus, muros, templa & alia ædificat, captiuos pecuniæ vi liberat.

Leo, malorum malum omnium etiam sacris imaginibus bellum indixit. Iacobitas Hæreticos è Syria in Thraciam collocauit. *Zo tom 3. Diac. lib 23. Rom.* Noli mirare, si mox imperiũ per Rom. pontificem ad alienos translatum sit. *Zon. ibidem* per totum sui regni quinquennium cum Irrhuma & Madaij Arabum regibus, vario marte in Asia & Syria conflixit. *Diac. lib. 23.*

Bulgarum regem Telericum à suis fugatũ excepit an. 778. quo anno Carolus Longobardorum regnum vastauit. *Schanaburgense Chro.* Hildebrandum Spoletanorum ducem, sequenti anno se sponte subiicientem amplectens. *Sig.*

Coronam ex lapidibus & aliis gemmis consertam, ex Ecclesia abstulit, & suo capiti imposuit; sed paulò pòst febre correptus interiit. *Diac lib. 23. Blond. lib. 1. dec 2.*

An. 782. Lapidea arca effoditur cum hac inscriptione, Christus nascetur ex virgine, in eum credo &c. *Diaco. lib. 23. Sigeb.* Platonem fuisse multi existimarunt. *Gigæ in Floribus temp.*

An. 786. Politianus episcopatum Alexandrinum inter Saracenos administrabat.

Carolus in Italiam ab Adriano vocatus contra Longobardos, inuiti & nolentis Pont. pedes exosculatur. *Plat. Æmyl. lib. 2.*

Anni Mundi.		Anni Christi.
4856	CONCIL. *Lateranense Episcoporum Galliæ 12. & plurimorũ Italiæ, contra Constantinum pseudopapam Desiderij regn. Longfratrem ex Mutio li. 7. Plati. Palmer. Sigeb. Æmyl. lib. 2. Naucler. In eo damnatur. 7. falsa synodus Constantinopolitana contra imagines.*	768
	98.	
4860	o ADRIANVS I. Romanus an. 23. menses, 10. dies 17.	772
4884		796

Patriarchis.

Constantinopoli Niceta Iconomacho, deinde Paulo 4. an. 4. mens. 6. dies 13. Tarasio an. 21. m. 1. d. 25.

Principibus.

Constantino 5. octogesimo secundo. Postea Leone 4. eius fil. an. 5. Imp. vsque ad Eirenem Imperatricem an. 10. cum fil. Constantino 6.

Abdalo, deinde Abdala 2. siue Madith an. 18. Moyse an. 21. Babyloniæ & Persidis Miramolino.

Hispaniæ vero Abderamen, deinde Hissem siue Izeca, qui & Issmen an. 7.

Ann. christ.		Anni Mundi.	
772	*Saliuba Æthiopiæ & per ordinẽ Callula Sion, Sargue, Zarai, Bagahaznai Gianscheda.*	4860	*lib. 2.* Donationem à Pipino Parte factam Rom. Ecclesiæ nõ tantùm confirmauit, sed etiam auxit. *Plat. Adrianus in epist. conc. Later. & epist. ad Constantinum & Irenem.* vel potius restitutionem. Nam Pipinus duntaxat pontifici à Longobardis erepta restituit. *Hist.*
	Desiderio Ital. Reg.		Vicit Longobardos capto Desyderio eorum rege 22. & vltimo, in quo defecit regnum Longobardorum ab Alboino acquisitum, ab Authari & Agilulpho formatum, anno postquam Italiam occupauerant 206, siue 213. siue 214. (neque enim conuenit inter scriptores) *Blond dec. 1. lib. 2.*
	Carolo I. Magno Franc. R. decimo nono.		Paulò pòst etiam regnum Botorum finiit, Tassilone Desiderij genero rege eorum nouissimo & filio Dedone, qui propter Desiderium bellum mouerant in monasterium detrusis.
	Silo Hispaniæ quadragesimo an. 8. deinde Alphonso cog. Casto. an. 41.		Eodem an. Carolus ritum cantus Ecclesiasticis authenticum è Romana Ecclesia, accersitis ex vrbe summis musicis, in Gallias transfert. *Sigeb. Æmil. lib 2.*
			Adelgisum Desiderij filium, qui ad Græcos confugerat, & contractis copiis Constantini consensu & auxilio ad recuperandum regnum Longobardorum redierat: delet & perimit an 789. *Sigeb.*
			In Ægyptum & Africam Christianis pauperibus eleemosynas misit. *Sigeb.* Carthaginem. *Vsperg.* Hispaniam vsque ad Cordubam recuperauit profligatis Saracenis. *Ptol. in rudimento Plat in Adriano.* Compostellensem Ecclesiam locupletauit. *Erphordensis lib. 68.* Albini consilio in sacris rebus omnia gerebat. In terris occupatis passim Episcopatus & scholas constituebat ad fidei propagationem, in quibus Græcè & Latinæ literæ docerentur. *Cranzius lib. 1.*
773	CONC. *Lateranense (quòd Sigeb. vocat vniuersale) præsente Carolo & Episcop. 153. Sigeb. & lib. Concil.*		Hispaniam transit & Nauarram capit: & duos Saracenorum regulos sibi subiecit. an. 778. *Sigeb. Rhegino.*
779	*Hispanicum contra Felicem hæreticum. Annoni. lib. 4. cap. 83. Durienſe an. 779. Regi. lib. 2. Gennuense. Ibid.*	4864	Caroli Magni tempore Ogerus Danorum Dux, Indiam superiorem occupauit & Ioannem regis Frisonum filium, presbyterum Ioannem dictum, imperio præfecit, eique 14. Barones, qui alias vicinas terras tenebant, subiecit, vt ibi Christiana religio permaneret. *Vuernerus in fasciculo temporum.* An id verum nescio. Nam non video qua parte Dani per tot terratum & æquorum spacia in Indiam peruenire potuerint. Me mouet tamen, quod paulò pòst Elfredum Anglorum regem sub an. 870. multa munera per Sigelium Schireburgensem episcopum, ad S. Thomam in Indiam missse ait Vuilhelmus. 2. cap. 16. de Anglis.
			Carolus rex Francorum & Longobardorum, Patritius Romanorum nostris obtemperans monitis, atque nostram in omnibus adimplens voluntatem, per sua laboriosa certamina plura dona in perpetuum obtulit possidenda: tam prouincias quàm ciuitates seu castra, & territoria, imò & patrimonia, quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti, eiusdem Dei Apostolo restituit, cuius esse dignoscebantur. *Adrianus in epistola in Concil. Lateranensi habita, & epist. ad Constantinum, & Irenem Augustos missa.* Nè quis putet Carolum Mag. quicquam de suo dedisse Ecclesiæ.
790	*S. SEPTIMVM vniuersale Concilium, Nicenum, 1. contra Iconomachos pro retinendis imaginibus, Episc. 350. Palmer. in Chro. siue 325. Naucl siue 306. siue 342. siue 330. Cui loco Adriani (qui illud celebrandum curauerat) præfuerunt Petrus archipresbyter, & Petrus monachus presbyter. Abb. Vsperg. lib. conc. Adrianus illud confirmauit. 1uo Parte 4 cap. 127. & 128. Exeo quoque testimoniũ sumit Nicolaus primus ad Michaelem Imp.*	4882	Trecentis etiam primis annis vsque ad Constantinum, Christi & martyrum facta, vt eorum memoriam in oculis perpetuo ferrent, alij in tabulis expressérant, alij in vestibus sacratis, alij in præciosis repositoriis, in quibus incruenta sacrificia peragebantur, imagines pinxerant. Et sanè hæc euidenter ad nostra vsque tempora ostenduntur, durabúntque per sæcula. *Actione sexta Nicenæ. 2.*
			Tolericus Bulgarorum dux baptizatur an. 778. *Sigeb.*
			An 782. Sanguis de cœlo in terram profluxit, qui significauit funestos conflictus Francorum & Auarum, Item Auarum & Boiorum, denique Auarum & Francorum, in quibus omnibus Carolus victor euasit. *Sigeb.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thesias Arabum dux Emesæ Iudæos & Christianos ad Menzerizandum (. i. characteres Mahometis accipiendum) compulit. *Diac.lib.23.* — *Anni mundi.* —

Spoletini, & Reatini sese & vrbes agrósque S. Petro & Rom. Pontifici subdiderunt. *Æmyl. lib.2. Blond. decad. secunda libro primo.* — 4882

Leo 4. Imp. Coronam aueam, quam Mauritius Deo vouerat, ex ecclesia S. Sophiæ abripiens & capiti imponens, carbunculis in eo enatis febre correptus miserè periit, vltione diuina, vt putatur. *Blon.dec.2.lib.1. Plat.* — *Anglicanum.* — 786

In concilio Lateranensi confirmatio Rom. Pontificis, Archiepiscoporum & Episcoporum cum omnibus inuestituris, sub pœna anathematis, & bonorum publicatione concessa est Carolo Mag. *Sigeb.& Ca. Hadrianus. & Ca. in Synodo. 63. dist.* Ita tunc primum tutela Rom. Pontificis à Constantinopolitanis Impp.ad Carol. Magnum Imp. & eius successores translata est.

Isuardus an. 770. iussu Caroli martyrologium post Eusebium, Hieronymum, Bedam scribit. *Bergo.lib. 10. Hedio. lib.6. cap.22.*

Paul. Diaconus Aquileiensis Cancellarius Desyderij, simul cum eo à Carolo captus, integram Historiam Longobardorum, siue Langbardorum, annorum 205. vsque ad an. Christi 773. conscripsit.

Eutropij Romanæ historiæ Ecclesiasticam immiscuit, duósque alios libros à Iuliano ad Iustinianum primum vsque adiecit. Senex admodum obiit in Casinensi cœnobio. *Sigeb.* — *Francfordiense, Episcoporum Gallo. Germa.& Italorum, præsentibus Legatis Adriani, Theophiloseu Theophylacto, ac Stephano episcopis, contra Fœlicem Vrgelitanum seu Orieltanum Episc. quiadoptionem humanæ naturæ Christi inducebat: Annoni. lib.4 de gest. Franc. cap.85. Æmil. lib. 2. Abb. Vsperg. Ferunt aliqui in eo concilio damnatum fuisse Concilium Elibertinum episc. 19. presb. 36. in Hispania paulo antea celebratum: Errant Magdeburgenses rhapsodi, qui istud Concil. referunt ad annis 700. Aiunt etiam in eo damnatum Nicenum 2. de quo in margine.* — 794

An. 790. Flaccus Albinus Gallus iuxta Bergomensem lib. 10. Anglus iuxta alios, vereris & noui testamenti textum Caroli Mag. iussu correxit. *Sigeb.& ipse epistola sexti lib.in Ioan.*

Ethnici (. i. Saraceni) septies à Constantino expulsi Hierosolymis, denuo eam adoriuntur & capiunt, & Iohannem Patriarcham eiiciunt: sed ille restituitur recuperata vrbe, postquam Carolus copiis Imperatorem adiuuisset. *Henric. Erfordiens. in Vita Constant. cap.69.*

Madij Saracenus Christianos obsidet in Natoliæ vrbibus. *Diac.lib.23 Rom.*

Aaron alius Saracenorũ dux multa mala Christianis infert, etiam postquã pacem cum Imperatrice agitasset. Nam in Cyprum irruit, Capadociam, Galatiam, Romaniam. *Diaco. ibidem.*

Fœlix, cui adhærebat Eliphandus Toletanus episcopus, Ratisbonæ de errore conuictus missus est Romam: vbi coram Adriano pontifice Palinodiam cecinit & suæ ecclesiæ restituitur. *Annal. Franc.* aliunde videtur errorem contraxisse. Nam Beda in 7. cap.Io. Noua hæresis (inquit) in Angulis occulte susurrat, Christus est adoptiuus. Christus nuncupatiuus est Deus.

Aiunt Ado Viennẽsis ætate 6.& Regino lib.2. Chro. Pseudonymam Nicænam, quam Septimam Græci appellant, pro adorandis imaginibus Synodo Francfordiensi ãbdicataã penitus. Quod si verum est, cùm Nicena illa deinceps obtinuerit & pro Oecumenica recepta sit, prouincialis hæc Oecumenicæ derogare non magis potest & debet, quàm illa Cypriani Africana, quæ cum cætera rectè statuerit, prauè Anabaptismum contra Romanam defendit. Præterea vt nec statim, nec absque magnis dissidiis, Calcedonensis illa sanctissima probata est: vt apparet è D. Gregorij epistolis ad Brunichildam & alios, in quibus docet ne tum quidem post annos fermè ducentos in Gallijs fuisse receptam penitus, sic hîc potuit contingere. Addo Patres, qui Francofurtum conuenerant, non satis habuisse perspectam Nicenæ sententiam, ac fuisse deceptos falsis rumoribus & scriptis. Nam contra eam — 4888 — *Foroiuliense in Aquilegia præside Paulino Aquilegiensi de fide & moribus, maxime de Trinitate contra Fœlicem. 8 om. 3. Conc.* — 800

Anni Christi. — *Anni mundi.*

Bauaricum contra Fœlicem. Anno lib.4.cap.85.

Ratisbonense contra eundem. sigeb.

sic dimicarunt, ac si ad statuendam imaginum adorationem simpliciter incubuisset, cùm potius de retinendis imaginibus sanxisset & egisset aduersus Cõstantinopolitanam septimam Pseudonymam, quæ deillis confringendis & omnino tollẽdis, paulò antè Canones tulerat. Alioquin hæc cum illa idem planè iudicauit ac censuit. Nam libri illi quatuor, qui nomine Caroli Magni & Synodi Francfordiensis circunferuntur, & quos superbè hæretici contra Nicænam ostentant, passim inculcant retinendas esse Sanctorũ imagines in ornamẽtum Ecclesiæ & memoriam rerum gestarum (hæc eorum verba sunt in præf. & lib.2. cap.2. & alibi) seque duntaxat armant aduersus nescio quam prætentam imaginum adorationem, quam nec Nicæna ipsa agnouit. Iconomachos autem expugnant, cùm alibi tum præfatione libri primi. Et Claudius à Carolo ipso Taurinensis episcopus constitutus, dum eas è sua diœcesi subtulisset, statim vt hæreticus exceptus est ab ipsismet Gallis episcopis, qui maxima pars fuerant Francfordiensis Synodi. Hinc contra istum Ionæ Aurelianensis libri, ad Ludo. Pium de imaginum cultu.

Anno 791. *Palmerius & Polyd. lib.4. de Anglis.* Academiam olim Athenis Romam attractam Carolus Mag. Lutetiam transfert. *Vvernerus in Fasciculo.* Idque opera 4. Monachorum Bedæ discipulorum Rabani, Albini, Claudij, Ioannis Scoti, *Erphordiensis, cap. 69.*

Ac tanta illam prouentuum ac possessionum amplitudine locupletauit, quantam vix omnes Galliæ ac Germanię, quæ inde postea natę sunt, academiæ possent æquare. *Curio lib 2. Chronologiæ.* Ita tribus aut quatuor sæculis extinctum literarum lumen, in mundo rursum accendit. *Ibid.*

99.

796 — p S. LEO 3. Romanus sedit annis. 4. — 4844

HVMANA.

800 — 4888

Sub Mose Saracenorum Miramolino, Arabes intestino bello in varia Dominia disperguntur.

774. Idnabala Saracenus Cæsaraugustæ regulus, ab aliis regulis domestica seditione pulsus, à Carolo Magno restituitur & finitimi reges vectigales fiunt. *Vasæum ex Annal. Franc.*

Vndekindus Saxonum dux an. 777. cùm Saxones victi essent à Carolo, & fidem susciperent, in Normaniam fugit, inde postea rediturus & bellum renouaturus. *Sigeb. Regino.*

Saxones cæsis suorum 30. mill. sese tandem post bellum 33. annorum Carolo dedunt, & quia à Christo defecerant, Christiani iterum fiunt: & Vindekindus eorum dux ex sacro fonte, à Carolo suscipitur. *Sigeb.& Chron. Misnense Krant. lib.2. hist. sax. cap. 6. Eginhar. Annonius lib. 5. cap. 4. Helmold. in Chron. slauo. cap.3.*

Ad Albim flu. Bardagauenses & Norduitæ sese ei dedunt, & fidem Christi suscipiunt. Saxones Orientaliores & Slaui, vltra & citra Albim habitantes: ei paulatim subiiciuntur. anseptingentesimo octuagesimo. *Sigeb. Regino*, Magdeburgo ampliato. *Crantzius.*

An. 784. Daci in Anglia à Bitrico rege Saxonum Occidentalium repelluntur. Sed illi haud multò post reuersi, bonam eius partem occupant. Ità regnum Northumbriæ ab illo anno per an. 30. & amplius tam finitimorum, quã Barbarorum iniuriis expositum fuit. *Polydo. lib.4. Aug.*

Primus Flandriæ, quæ tunc erat vacua, inculta & nemorosa, an. 792. Comes designatur à Carolo Lidericus Hatledecensi. *Iac. Meier. de Eland. Sigeb.*

p DOCTORVM amator, ita vt eos vndecúmque præmiis alliceret.

Ægrotos visere, eleemosynas largiri, prædicationibus,

Patriarcha.

Constantinopoli Tarasio.

Principibus.

Constantino sexto solo Orientis Imperatore, an. 5.

Superioribus regnantibus, vsque ad Carolum Magnum Imperatorem Occidentis declaratum.

Et Eirenem solam imperio Orientis potientem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus plurimum ob eloquentiam & doctrinam valebat, incumbere, ei peculiare fuit.

Captum Romani excæcauerunt, lingua eius radicitùs abscisa: quæ posteà ei diuinitùs restituta est. In custodiam missus noctu per murum euasit, & à Carolo restitutus est. *Regino libro 2. Chron.*

Litanias trium dierum, ante Ascensionem Domini induxit.

Orauit pro Campulo à quo fuerat verberatus, ne Carolus ipsum capite truncaret ceu seditiosũ & Sacræ sanctitatis reũ.

Sub hoc põtifice, translatũ est imperiũ à Græcis ad Frãcos.

Carolus Academiam Papiensem instituit. *Gagui lib. 4. Sabell. Ennead. 8. lib. 9.*

Bononiẽsem à Theodosio fundatam renouat. *Mutius, lib. 9.*

Ticinensem condit. *Polyd. lib. 4. de Ang.*

Osnarburgensem, in qua literas Græcas & Latinas doceti iussit *Grantzius in Metropoli lib. 1 cap. 2.*

Parisiensem an. 791. *Palmerius*, de qua paulò antè.

Ex Bedæ Angli discipulis monachi quatuor duo Scoti, & duo Angli Albinus siue Alcuinus & Ioan. Scotus (alius à Franciscano scholastico doctore) Rabanus & Claudius primi, posuerunt Theologiæ sedem in Academia Parisiensi, *Gaguinus in Carolo Mag. Robertus Gonletus in compendio de fundatione Vniuersitatis Parisiensis*, è qua breui tempore prodierunt innumerabiles Theologi hæreticorum perpetuæ cruces, qui tantam sibi tota Europa famam & authoritatem comparaunt, vt spatio quadringentorum annorum, vix extra eam aliquis Theologus alicuius nominis repertus sit.

De Ioanne Scoto mihi suspectum est, aut fuit longæuissimus. Si quidem vertisse dicitur Ecclesiasticam Hierarchiam, è Græco iussu Ludouici. 2. Imperat. ad quem fuerat missa à Michaele Constantinopolitano Imp. sub an. 858.

Quin & Franciscus de Zarabellis Cardinalis, super Clemẽtinam de Magistris q. 5. quatuor studij Parisiensis fundatores nominat Rabanum, Alcuinum, Claudium, & Hestorum siue Clementem.

Tum floruerunt per ordinem, Rabanus, Angelomus, Haymo, Strabus auctor glossæ ordinariæ (etsi hanc palmam Alcuino tribuant Antonius Florentinus & Guaguinus) Bertramus, Remigius Altissiodorensis, Pascasius Corbiensis, Amalarius, Anselmus quidam auctor glossæ interlinearis, Ionas Aurelianensis, Icmarus & alij vsque ad Hæresim Berengarij an. 1150. & Scholasticos 12. sæculi.

Anni mundi.		Anni Christi.
4884	*Et Egbertum Anglorum regnum condentem.*	796
	Zeoneghiz Æthiopiæ pret-Ioso, deinde Malgere.	
	Summa à Christo nato ad hanc nouã Occidentis imperia, an. 800.	
	Octauiita Centenariisinũ.	

HVMANA.

Alphonsus cog. Castus Hisp. rex, virtutibus omnibus ornatus, proditione cuiusdam comitis Gani, Carolum Magnũ in Roncesualle vicit, qui in Hispaniam venerat, ipsum vere gno pelleret. *vasæus.*

A Mauregato an. 5. à Veremundo annis tribus regno pulsus, restitutus est & post restitutionem regnat an. 32. *Idem.*

Eius anno quinto ad summum pontificatum Leo 3. euectus Compostellam sedem episcopalem constituit, corpore Apostoli diuinitus reuelato, postquam diu latuisset ob Saracenorum persecutiones & dominatus. *Idem.*

Anno regni tertio, occidit 70. millia Saracenorum cum ipsorum duce, qui ad Asturias [illegible] populandas venerant. *Idem.*

LIBRI CHRONOGRAPHIÆ TERTII FINIS. 4888 800

OCTAVO

Anni Christi. 800

OCTAVO hoc sæculo continuata est doctrina, de qua hæretici hodie pugnant. Missa in Germani Constantinopolitani liturgiæ Theoria, Caroli Magni fragmentis de ritibus veteris Ecclesiæ: Alcuini libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Vualafredi Abbatis libro de officiis diuinis. Maximi monachi de Ecclesiastica Mystagogia. Claues Ecclesiæ. Absolutio. *Beda hom. in die Sanctorum Petri & Pauli, in Marc. libro primo capite secundo. Damascenus libro quarto, de Orthod.* Confirmatio. *Illa vnctio quæ per manuum impositionem ab Episcopis, vulgo Confirmatio dicitur, &c. Beda in Psal. 26. in 8. caput Acto. & Homil. in Octaua epiphaniæ Concil. Arelat. capite decimo octauo.* Extrema vnctio. *Bed. libro secundo in Marc. capite sexto.* Septem sacramenta. *Beda tractans illud Matthæi, quoniam Nazræus vocabitur. Si in typo Samsonis gesta consideremus, in eo quoque sacramenta Dominj præfigurata cognoscemus. Septem crines habuit. Hinc septiformis Spiritus & septem Ecclesiæ sacramenta sunt, &c. Quod & ex Augustino citat Vualafridus Abbas libro de diuinis officiis, Alcuinus de Ecclesiasticis dog.* Liberũ arbitrium. *Damasc. libro secundo Orthod. capite quarto in parallelis contra Manich. libro de hæresibus. Bed. in secundũ caput Genes. libro octauo in Iob. capite octauo in Psal. centesimũ decimũ octauũ.* Iustificatio ex gratia *fides est charismatum spiritus, non nostræ voluntatis, Damasc. libro quarto de Orthod. capite vndecimo. Præueniente se gratia, mens hominis spontanea ad fructum boni operis assurgit, Beda in Mar. libro primo capite quarto. In tertiũ caput primi Ioan.* Iustificationem conseruari & augeri bonis operibus. *Pelagianum dogma non iuuat, quod dicitur de homine, se sanctificat, quia id quidem per liberum arbitrium fit, sed non sine diuino auxilio & gratia, Beda in caput tertiũ. primi Ioan. libro tertio in Iob. capite primo, libro sexto in Cant. capite octauo, libro primo in Prou. capite sexto, 22. in tertiũ & duodecimũ caput Exod. libro primo in Ezyam capite primo in Psal. 25. 77. 90. Aponius libro secundo in Cant. Albinus in tertiũ caput Eccles. Damascenus in parallelis & aliis libris passim.* Primatus Romanæ Ecclesiæ. *Beda in Natali Diui Benedicti. Carolus Magnus, libro primo de imag. capite sexto. Damasc. in libro de defunctis. Patres Synodi, secunda Nicenæ, Concilia huius sæculi. Ansbertus libro tertio, capite quinto in Apocalypsim.* Cælibatus sacerdotum. *Beda libro primo in Lucam capite quarto.* Claues Ecclesiæ. *Absolutio Ansbertus libro septimo in Apocalypsim, capite decimo sexto, & lib. 1. c. 1. lib. 5. cap. vndecimo. Beda in Mat. decimo sexto. Ioan. 20. &c.* Veritas Eucharistiæ, Transsubstantiatio, sacrificium, *Carolus Magnus, libro secundo de imag. capite 27. & expressissime libro quarto, capite decimo quarto, & in libro de ritibus veteris ecclesiæ. Beda in Boetij libro de Trinitate, in Prouerbia libro tertio capite 31. in Marc. libro quarto capite decimo quarto. In Luc. libro sexto, capite 22. in Psal. 21. libro de muliere forti. Hom. in Epiphania, libro secundo de Taber. capite secundo in Psal 48. Deum pro mortuis per Missarum celebrationes & eleemosynas inuocamus. Damascenus libro quarto Orth. capite decimo quarto. Aponius libro tertio & sexto in Cant. Germa. Constantinopolitanus epistola ad Thomam tomo secundo Concil. & in Theoria Liturgiæ. Ansbertus libro secundo capite secundo in Apolog. Vualefridus & Alcuin. vbi suprà.* Pœnitentia & eius partes. *Damasc. de Orthod. fide & in Parallelis. Beda in Psal. primũ, & quartũ libri quarti, in Luc. capite decimo quinto. Aponius, libro quinto in Cant. Carolus Magnus de ritibus veteris Ecclesiæ. Ansbertus libro primo in Apocalypsim, capite primo.* Intercessio, auxilia, reliquiæ Sanctorum. *Beda in caput quartũ Lucæ afferens post Augustinum, libro primo de Trinitate, capite sexto & alibi, distinctionem Græcam de duplici adoratione λατρείας & δουλείας. Item libro secundo in Luc. capite septimo, libro tertio in Iob. & de Reuelatione Sancti Michaelis, tomo septimo & in pluribus Homiliis de Sanctis diuersis. Damasc. in orationibus de natiuitate Virginis, &c. in Cant. Ecclesiasticis. libro tertio de imaginibus, libro quarto de Orthod. capite decimo sexto, libro pro defunctis. Basilius Ancyranus. Theodorus Hierosolimitanus, Tharasius Constantinop. Theodosius Amorensis. Adrianus Pap. in secundo Syn. Nicena. Cosmas in hymnis. Germa. Costantinopolit. in Theoria & in epistol. Beda & Iuardus in Martyrologiis, Ansbertus libro quinto, capite decimo in Apoc.* Hæresis contra imagines hoc sæculo præsertim arsit. *Hanc refutarunt & earum legitimum vsum docuerunt, Damascenus libro tertio, item libro quarto Orthod. capite*

Universidad de Deusto
Biblioteca

octauo vbi cultum imaginum Apostolicam esse traditionem docet. Germanus Constantinus, Gregorius, Cyprius, Adrianus Pap. & alij. Nicenum secundũ Concil. &c. Beda in historia Anglorum sæpius. Preces pro defunctis & Purgatorium. integrum de eo opus Damasceni extat ab Oecolampadio defunctorum hoste etiam versum. German. in Liturgiæ Theoria. Beda in serm. ad populum tomo septimo folio 503. in pro. libro 2. capite vndecimo in Psal. 6. in 37. in Luc. capite secundo. Albin. in primo & tertio Psal. pœnit. & tertio de Trinitate, capite 21. Ansbertus libro nono, capite 20. in Apocalipsim & libro decimo, capite 21. & cæteri. Superfluum esset cætera capita persequi. Nam pro his omnibus Damasc. quatuor libros de Orthod. fide diuinissimos condidit. Beda. Albinus libros diuersos, Carolus Magnus fragmenta de vitibus veteris Ecclesiæ. Germa. Constantinopolitanus rerum Ecclesiasticarum Theoriam, &c. Quare & totum sæculum contra se pugnare Centuriatores docent Cen. octaua capite secundo de loco & propagatione Ecclesiæ sparsim, capite tertio de persecutione & tranquillitate Ecclesiæ, capite quarto de doctrina col. 300. & seqq. capite quinto de hæresibus. toto capite sexto de Ceremoniis. capite septimo de Politia Ecclesiæ. per totum caput octauum de Schismatibus. capite nono de Synodis per totum, capite decimo de Episcopis & doctoribus, sequentibus denique capp. Idem confirmant quotquot isto sæculo scripserunt, contra Iconomachos siue Iconoclastas: huius spatij vniuersa concilia, vniuersi denique historici.

Anni Christi. 800

CRONOGRAPHIÆ

GILB. GENEBRARDI

THEOLOGI PARISIENSIS DIVINARVM HEBRAICARVMQVE *Literarum professoris Regij,*

LIBER QVARTVS.

POSTREMVM hunc librum à Carolo Magno auspicabimur, quoniam cum eius Imperio, Ecclesiæ regnum maxima, in nostro Septentrione præsertim increméta cepit. Tum Germania, tum Saxonia, tum Dania, Christi suauitatem gustare cœperunt. Tunc in Polonia religionis fundaméta publicè iacta sunt. Bulgaria, Vngaria, Boëmia, Moscouia, Lithuania, Ileræque aliæ Septentrionis gentes se deinceps Christo dediderunt. Denique vt ab Ecclesia siue sede Apostolica, constitutum fuit hoc nouum Occidentis Impetium: ita extitit Ecclesiæ salutare, & fœlix, dum signa in Barbaras & perfidas gentes intulit, eásque pietati subiecit. Accedit, quòd interualli à Domini corporatione vsque ad nos dimidium in istud sæculum incurrit. Non admodum quidem refert, vnde exordium ducamus, cùm singulis centum annis, insignes atque memorabiles mutationes toto orbe contigerint, quæ meritò librum peculiarem sibi possint vendicare. Verum id negotij aliis relinquimus. Interim quia mirabiles ille sæculorum vicissitudines, in animis pingere possunt vniuersæ historiæ breuem quandam imaginem: ad quam adumbrandam comparatur Cronographia, priusquam pergimus, lubet id illustrare exemplo: & duum mille annorum res memorabiliores, per singulos centenarios, insigni humanarum rerum inconstantiæ documento exortas attingere. Nec altiùs incipiemus, quoniam, vt iampridem memini: ante Monarchiam Persicam omnia apud exteros sunt incerta.

Sub annum ergo ante Christum quingentesimum plus minus (Neque enim necesse est, vt tempus sit tam exactum & definitum) Monarchia Babyloniorum, Nabugdonozore auctore cœpit, è qua secundum huius operis librum sumus exorsi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni Christi.

Hinc an. 400. Persarum secunda, quæ appellatur, Monarchia per Cyrum, à quo res & scripta Græcorum propriè incipiunt.

300. Macedonum siue Græcorum per Alexandrum Magnum.

200. Indorũ, Parthorum, Carthaginensium noua regna & principatus.

100. Romanorum per Scipiones & reliquos Rom. duces, qui traiecto Mediterraneo, in Asia & Africa res gerere cœperunt: & prouincias remotiores suo populo subiicere.

0. Regnum Dei, per Christum æternum regem, cuius solium est ad dexteram Patris in excelsis, terra scabellum pedum eius: Constituta Rep. in perpetuam Monarchiam ab Augusto, & pace per totum orbem firmata. Atque inde per singula etiam sæcula, mirabiles mundi vicissitudines extitere, quas lib. 3. delibare cœpimus.

Centesimo enim anno, post Dominum natum: Imperij ad externos principes translatio facta est, Neruam, Traianum, Adrianum Hispanos &c. Vnde deinceps licuit cuilibet, quantumuis obscuro & de obscura gente: in illud irrepere.

200. Nouum Persarum imperium per Artaxersem, deleto Parthico.

300. Imperij Ro. ad Christianos principes translatio Cõstantium, Constantinum Mag. &c. in quorum potestate, perpetuò deinceps vsque ad Tucas mansit.

400. Imp. Ro. laceratio, è qua varia noua regna emerserunt: in Gallia, Hispania, Anglia, Italia, Africa, Asia.

500. Imperij Occidentis extinctio, vsque ad Carolum Mag. & in vnos Græcos siue Constantinopolitanos contractio. Clodouæi Francorum regis conuersio, & sacra inauguratio.

600. Mahometis & Saracenorum apostasia, atque inde nouum horrendúmque imperium: quod Miramolinum siue Amira vocatum est, Romano mutilato, Persico exciso.

700. Saracenorum, Arabum siue Alarbarum, Turcarum, Maurorum noua ac diuersa regna, siue Caliphæ & Sultaniæ, in India, Asia, Syria, Ægypto, Lybia, Lybiæ interioribus, Africa, Hispania, insulis maris Mediterranei, Oceani Æthiopici, Indici, Atlantici.

800. Imperium nouum Occidentis, per Francos Septẽtrionalibus gentibus salutare: faustum, Christi prænuntium, è quo huius quarti libri initium ducimus.

900. Imperij Occidentis è Francis ad Longobardos & Germanos, non ita fœlix translatio: Matri certè sedi Apostolicæ diu luctuosa.

1000. Noua regna Poloniæ, Vngarię, Boëmiæ & Septentrionalium populorum.

1100. Noua regna Occidentalium Christianorum, præsertim Francorum in Asia, Syria, Iudæa, &c. Profligatis Turcis & Saracenis.

1200. Nouum imperium & Barbaricum gentis incognitæ Tartarorum, magna totius Orientis, seorsum Christiani Indorum regni amplissimi calamitate. 741

1300. Nouum

Anni Christi.

1300 Nouum seruile & ferum imperium Othomanorum siue Turcarum, magno nostro dedecore, ignauia, veterno, pernicie.

1400. Nouum imperium Tamerlanis Scythæ, quo d feritatem Turcarum aliquantum repressit.

800 1500. Noua imperia Sophi in Persida, Lusitanorum & Hispanorum in Indiis & nouo orbe, quæ Turcis & Saracenis perniciem videntur ominari.

Faxit Deus, vt iam Christiani suas habeant vices, & regna Tartaricis, Saracenis, Turcicis, Mauricis armis amissa recuperent, impia extinguant: noua ad ipsius & Christi sui gloriam condant, in orbe nouo ac veteri: quò corpus peccati deleatur, Perditionis filius Mahometes interficiatur spiritu oris Domini, ipse denique Dominus vbique agnoscatur: regnet, floreat in sæculorum extrema.

AMEN.

[Valde corruptum vocabulum illud deest, quod *Miramolinum* appellamus. Est enim propriè sua lingua dominus dominorum. *Mirmiran* id significat, conuersa fuit, r. in L vt in pleríque accidit. Idem euenit in *sophi*, quod *scohpheth* hebræo deductum est, à Latinis *suffes* dicebatur Carthagine dictator, Ea autem hîc annotare libuit, vt intelligatur ab omnibus, qui de Antichristo dubitant. duæ enim notæ præcipuè illæ sunt quod dominetur tẽplo Dei, & se dominũ dominorũ audeat nũcupare, qui soli Deo titulus conuenit. Si ergo Mahometes, non videatur aliquibus, verum esse antichristum: saltem illius est præcursor & abominabilis nuncius]

SEPTIMÆ ÆTATIS, SIue vltimæ pars posterior.

A Caroli Magni Imperio ad an. 1584. quæ & ipsa in octo sæcula recte distinguntur.

Octaui sęculi extremum & noni principium.

a *An. Dom. D. CCC. quo nouum Occidentis*

Anni mundi.

800

A Octauo sæculo Saraceni tentant iterum Gallias. Europa vastatur ab obscurissimis gentibus, vt Gallia à Normanis, Vngaria à Bulgaris, &c.

Eatum ad Christum plena conuersio.

Carolus cum sua posteritate hoc sæculum metitur.

Nomina eius Impp. fuerunt. Carolus Mag. Ludouicus Pius, Lotharius, Ludouicus 2. Carolus Caluus, Carol. Crassus, Arnulphus.

Pontifices viginti à Leone 3. ad Ioannem nonum.

Præcipui scriptores diuini, Carolus Mag. Hincmarus, Haymo, Angelomus, Amalarius, Rabanus, Remigius Antissiod. Ionas Aurelian. Pascasius, Idiota, Anseglsus, Strabus auctor Glossæ ordinariæ, Leo Philosophus Imp. Photius, Theophylactus Bulg. Freculphus Lexouiensis, Anastasius Bibliothecarius, Ado Viennensis.

Humani etiam sua serie infrà, per Chronologiam recensebuntur.

Hæretici. Claudius Taurinensis, Theoda pseudopropheti ssa in Asia. Godiscalcus Gallus, Bertramus, Fredeuardus eques, Ioannes Scotus. Græcorum hæresis de Spiritus S. processio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne, quæ aperte erumpit Photio Patriarcha frigidam suffundente.

Caluinitæ Claudij Taurinensis opiniones laudant, Bertrami, Fredeuardi, Godiscali aliquot capita. In singulis scilicet sæculis suæ perfidiæ socios habere voluerunt.

b SEPTENTRIONALIVM, vt Moscouitarũ, Succorum, Polonorum, Vngarorum, Slauoniæ pattium conuersio vsque ad an. 1000.

Monasteriorum & templorum & episcopatuum ædificationes.

Græcæ & Hebraicæ literæ florent.

Latinæ iacent.

Pares Franciæ instituuntur.

Imperij ad Longobardos, per Berengarium & Saxones, per Conradum translatio, vnde inter vtrosque dissensio an. plus 40.

Ratio eligendi Imperatores instituitur.

Decimi sæculi Pontifices viginti septem vsque ad Syuestrum 2. Aquitanum.

Impp. Ludouicus 3. Conradus Germanorum primus, Henricus 1. Otthones tres.

Scriptores sacri. Gilbertus siue Giselbertus. Radulphus, Suidas. Oecumenius. Smaragdus. Regino, Moses Bar-Cepha. Gerardus. Luitprandus. Vuitichiandus.

Hæretici. Græcorum schisma contra Latinos. Noui Anthropomorphitæ in Italia. Manichæorum quædam secta Philippopolim translata.

A Caluinitis Schisma Græcorum, cuius causa à Turca absorpti sunt, probatur. Aliqua habent cum Manichæis communia.

c MVNDVM ignauiæ tædet.

Pietas exardescit.

Infinita monasteria apud Græcos & Latinos construuntur.

11. *Sæculi Pontifices* vndeuiginti vsque ad Vibanum 2. Gallum.

Impp. Henricus 2. Conradus 2. Henrici 3. & 4.

Scriptores. Fulbertus Carnotensis, Humbertus, Heribertus Abbas, Euthymius, Ioan. Xiphilinus, Berno Augiensis, Algerus, Bruno Herbipolens. Albericus. Petrus Damianus, Leo 9. Lanfrancus, Adelmannus Brixiensis, Guitmundus Auersanus, Therianus, Leontius, Hermenopulus, Hildebertus Turonens. Hildebertus Cenomanens. Lambertus Schanaburgens. Sigebertus, Anselmus Cantuariensis. Iuo. Minardus, siue Meginhartus, Burchardus, Marianus Scotus Ioan. Micrologus, Hermanus Contractus.

Hæretici. Berengarius. Bogomili, Basilius monachus, Henriciana siue Simoniaca hæresis ab Henrico 4. Imp.

An se Berengarianos, Bogomilos, Henricianos, Caluinitæ negare debeant, vel velint ipsi loquantur.

d TOTVM hoc seculum transigitur in terra sancta, à Gallis præsertim.

Factiones Gibellinorum pro Imp. & Guelphorum pro Pontifice.

Theologia Scholastica fundatur per Bandinum, Petrum Longobardum, &c. propter subtiles Græcorum contra Latinos disputationes de Trinitate, de processione Spiritus S. Berengarium & Petrobusianos de sacramentis, Porretanum & Aballiardum Theologiæ miscentes Philosophiam, vt subtiles illæ quæstiones decidercntur & amputarentur. 4840

Ordines Hospitaliorum, Templariorum, & similium cõtra Turcas instituti & confirmati.

12 *sæculi. Pontifices* sedecim vsque ad Cælestinum.

Impp. Henricus 5. Lotharius Saxo, Conradus 3. Fredericus

Anni mundi.

imperium Carolus magnus Francus condit, & Egebertus regnum Anglicum.

Anni christi.

Decimi sæculi initiũ.

b *An. Dõ. D. CCCC.* 900
quo Carolus simplex rex 30. regnum Franciæ suscipit, Abderamen Hispaniæ Miramolinus fit, Infœlix sæculũ inchoat.

Vndecimi sæculi initium.

c *An. Dom. M.* 1000.
quo regnum Poloniæ per Boleslaum, Hungariæ per S. Stephanũ cœpit, Cordubense in Hispania Saracenica desiit. Ottho 3. Imp. obiit, quo denique Hugonis Capeti familia se in regno Francorum subactis competitoribus: confirmatam vidit.

Duodecimi sæculi initium.

1100

d *An. Do. M. C.*
quo Vrbanus auctor expeditionis in infideles moritur. Godefredus rex Hierosolymorum cõstituitur. Paschalis 2. pontif. max. eligitur, Bernardus Patriarcha Antiochenus, Dabertus Hierosolymitanus primi è Latinis.

Anni christi.

Anni Mundi.

Decimitertij sæculi initium.

1200. c *An. Dom. M. CC.*
quo Tartari gẽs antehac ignota regnum suum cõdunt, deleto presbytero Ioanne Indo. Noua regna Scotiæ, Portugalliæ Boemiæ exoriuntur. Constantinopolis capitur à Francis & Venetis. Philippus Ænobarbi filius Imperium Occid. suscipit.

Decimiquarti sæculi initium.

1300 f *An. Dom. M. CCC.*
quo Otomanus Turca de genere Scytharum siue Magog, Turcicum Imperium condit, Antichristi regnum fundans. Et sedes Apostolica in 70. annos Auenionem Clemens transfert.

Ænobarbus. Henricus 6.

Scriptores. Petrus Alphonsus, Honorius Augustodunensis. Odo Cameracens. Hugo Victorinus, Rupertus Tuitiensis. D. Bernardus, Petrus Cluniacensis, Richardus Victorinus, Bandinus, Petrus Longobardus, Hugo Etterianus, Leo Tuscus, Io. Salisburiensis, Anselmus Anelbergens. Potho presbyter, Berengosus, Ecbertus, Petrus Blesensis, Petrus Rhemensis Cantor, Otho Frisingensis, Marcus Alexandrinus, Theodorus Balsamon, Zonaras, Cedrenus, Conradus, Abbas Vspergensis, Hugo Lincol. Nicetas Coniates, Saxo Grammaticus, Conradus Hirsaugiensis, Ioan. Belethius, Gratianus, Petrus Comestor, Helmandus, Guliel. Tyrius Hildegardis & Mechtildis fœminæ eruditæ. Samuël Israëlita.

Hæretici. Clancularij Berengarij, Durandus de Vvaldach, Tendemus, Henriciani, Petrobusiani, Arnoldus Brixianus, Porretanus, Petrus Aballiardus, Eudo de Stella, Apostolici, Publicani, Cathari siue Patareni, Insabbati, Corterij, Vualdenses siue pauperes de Lugduno. Agenenses, Hæretici de Barulo. Hæresis de Dogmate Dei Mahometis: Hæresis de corruptibilitate diuinorum mysteriorum.

Caluinitæ in multis conueniunt, cum Henricianis, Petrobusianis, Apostolicis, Publicanis, Patarenis, Vvaldensibus, Agenensibus, Hæreticis de Barulo.

[Hæresis Caluinitarum, est farrago miscellanea omnium aliarum hæresẽ quascunque enim fanaticorum hominũ opiniones, vel pottentosissimas amplectitur: vt sibi aliquod quæreret patrociniũ, ita non dubitant Græcos obtrudere, pro exemplo suarum, vt obtendunt, Ecclesiarum: vt sine sacra sede possint consistere: quamuis sciant illos hæreticos & schismaticos esse multis nominibus.]

e CHRISTIANORVM per Tartaros vastatio, in Oriente & Septentrione.

Expeditiones in terram sanctam, ob eius amissæ recuperationem.

Scholastici doctores innumeri.

Ordines mendicantium sub principium huius sæculi. Ita inter superiores recentiores ordines & hos, vix centum anni intercedunt.

13. *sæculi Pontifices* duodeuiginti vsque ad Bonifacium octauum.

Impp. Philippus Ænobarbi F. Ottho 4. Fredericus 2. Conradus 4. Rodolphus, Adolphus.

Scriptores. Innocentius 3. Gulielmus Parisiensis, Ioachimus Abbas, Alexander Halesius, Bonauentura, Albertus Mag. Thomas Aquinas. Ægidius Romanus, Ioannes Scotus, Iacobus Victriacus, Richardus de Media villa. Henricus Gãdaueus & plerique alij Scholastici, Nic. Cabasilas, Hugo Cardinalis auctor Concordantiarum, Vincentius Beluacensis, Durandus episcopus Mimatensis, Accursius, Nicolaus Lyranus.

Hæretici. Albigenses siue Albiani, Almaricus, Baiolenses & Concordenses Albigensium secta. Petrus Ioannis, Dauid Dinantius, Guilielmus de S. Amore, Desiderius Longobardus. Raimundus Lullus, Hermannus Italus.

Caluinitæ hos habent patres Albigenses, Almaricum, Petrum Ioannis, Desiderium Long.

f BOSSVLI siue aciculæ marinæ inuentum.

Turcarum in Oriente inter se, & cum Christianis conflictus varij.

Vbique calamitas.

14. *sæculi pontifices* decem vsque ad Bonifacium nonum.

Impp. Albertus primus Henricus 7. Ludouicus. 4. Bauarus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carolus 4. Vuenzeslaus.

Scriptores. Guliel. Nangiacus, Alanus Insulensis, Nicephorus, Calixtus, Battholus, Georgius Pachimeres, Ioan. Cantacuzenus, Maximus Planudes, Durandus de S. Portiano, Guido Carmelita, Martinus Polonus, Greg. Ariminensis, Ioan. Andreas, Paulus de Perusio. Io. Hisdinus, Franc. Petrarcha, Radulphus Tungrensis, Franc. Maronis Sorbonicæ inuentor. Guillelmus Occam, Astesanus, Nicephorus Gregoras. Aluarus Pelagius, Aug. de Ancona, Herueus, Guliel. mus Antilliodorensis.

[Sorbonica est disputatio celebris & ardua, quæ toto die à mane ad vesperam sustinetur, Eam in locum Quodlibetariæ instituit frater Maronis, propter abusus scommatum & dicteriorum, quæ in ipsam quodlibetariam disputationem protulerant. Ea de causa augustissimus Franciscanorum ordo, primum locum, in ipsa Sorbonica sortitus est, in illius doctiss. & sapientissimi Maronis memoriam.]

Hæretici. Fratricelli, Templarij, Dulciniſtæ, Barlamus & Acindinus, Iacobus, Iusti, Begardi & Beguinæ, Flagellantes, Lothardi, Ioan. de Poliaco, Bononatus, Marsilius Patauinus, Bartoldus de Borbach, Bartolomæus Ionauesius, Adamitæ in Boëmia, Ioan. Vuicleffus, Guil. Albus, Turelupini.

Caluinitæ conspirant cum Fratricellis, Begardis & Beguinis, Flagellantibus, Lothardis, Marsi. Patauino, Io. Vuicleffo.

g EMANVEL Chrysoloras studia Græcarum literarum in Italiam refert.

Vsumcaslanus Persiam rapit.

Ars Typographica reperta.

15. *Sæculi Pontifices* tredecim vsque ad Alexandrum sextum.

Impp. Robertus, Sigismundus, Albertus, Fredericus 3. Maximilianus.

Scriptores. Paulus Burgensis, Io. Gerson. D. Antoninus, Blondus, Æneas Syluius, qui & Pius pont. Frossardus, Leonardus Aretinus, Capreolus, Pet. de Aliaco, Thomas Campensis, Ioan. Dominici, Io. de Turrecremata, Baldus, Angelus, Thomas Vualdensis, Matthæus Palmerius, Bessario Card. Marcus Ephesius, Laonicus Chalcondylas, Ioan. de Indagine, Dionys. Carthusianus, Platina, Franc. Philelphus, Ioan. Trithem. Baptista Ferre. Sabellicus, Gabriel Biel, Albertus Crantius, Matthias Palmerius Pisanus, Ioan. Nauclerus, Ioan. Maior.

Hæretici. Ioannes Hus, qui anno 1401. seprodit, Hieronymus de Praga, è quibus variæ & multiplices sectæ. Zisca.

In Caluinitis sæculo sequenti renascentur.

h RELIGIONIS in deterius mutationes, apud Mahometanos per Ismaelem Sophum in Persida, Per Cheribum in Africa.

Apud Christianos per Lutherum in Germania, per Caluinum in Gallia, per alios aliis in locis.

In melius per Lusitanos in Indiis, per Hispanos in noue orbe, vt quando in aliquibus locis fides deficit, in aliis proficiat.

Linguarum professio exoritur in Germania, Gallia & aliis locis per Andronicum Contablam Græcum, Lapidanum, Reuchlinum Capnionem, Galatinum, Sancten Pagninum.

Hæreseon fructus per totam Europam cædes, seditiones, intestina bella, sacrilegia, Simoniæ, latrocinia, Circumcelliones &c.

16. *sæculi Pontifices* duodecim vsque ad Gregorium decimum tertium.

Anni mundi.	Et	Anni Christi.
	Albertus primus Imperium Occidentis adit.	
	Decimiquinti sęculi initium.	
1400.	g *An. Dō. M. CCCC. quādo Tamerlanes mūdi terror, & Græcæ literæ in Italiam reducuntur, è qua 700 annis exulauerant, quo denique Robertus Palatinus comes fit Occid. imperator.*	
	Decimi sexti sæculi initium.	
1500.	h *An. Dō. M. D. quando nouus orbis aperitur, Ludouicus 12. Pater populi dictus regnum Galliæ init, Sophus Persarū.*	

Anni Christi.	Anni mundi.	
Quæ sic membratim demonstrari possunt.		tertium. *Impp.* Maximilianus idem, Carolus 5. Ferdinandus, Maximilianus 2. Rudolphus 2. *Scriptores.* Ioan. Ekius, Ioan. Roffensis, Thomas Morus, Thomas Caietanus, Ambro. Catarius, Ioan. Groppetus, Stanislaus Hosius, Reginaldus Polus, Gaspar Contarenus Cardinales, Hieronymus Scripandus, Aloisius Lipomanus, Cornelius Iansenius, Vuillelmus Lindanus, Hieronymus Osorius, Melchior Canus, Fridericus Nausea, Claud. Sanctius episcopi. Syluester Prieras, Conradus Brunus, Ioā. Cochleus, Ioā. Driedo, Ioā. Arboreus, Iodoc, Clitoueus, Albertus Pighius, Erasmus Roterodamus, Sanctes Pagninus, Petrus Galatinus, Fredericus Staphylus, Petrus Soto, Alanus Copus, Ioan. Hesselsius, Petrus Canisius, Franc. Turrianus, Sixtus Senensis, Laurentius Surius, Nicolaus Sanderus, Guill. Alanus, Claudius Spenceus, Anto. Democharēs, Iacobus Billius, Gentianus Heruetus, Iac. Pamelius & innumerabiles alij. *Hæretici*, Lutherani, qui & Protestantes, Zuingliani, Carolostadiani, Seruetiani, qui & Samosatenses. Anabaptistæ, Osiandrini, Antosiandrini, Mediosiandrini, Stancariani, Dauid Georgius, Trinitarij, Antitrinitarij, Autotheani, Campanistæ, Caluinistæ, siue Huguenotij, Anticaluinistæ, Lutherocaluiniani, Adamitæ in Hollandia, Suencfeldiani, Antisuencfeldiani, Confessionistæ, Stoici siue Illyricani, qui & Flacciani, Adiaphoristæ, Antadiaphoristæ, Impositorij, Bisacramentales, Trisacramentales, Quadrisacramentales Recalcitrantes, Vbiquitarij, qui & Brentiani, Biblistæ, Anfdorfiani, Maioristæ, Tropistæ, Antidæmoniaci, Infernales, Adessenarij, Antinomi, Athei siue Epicurei, Puritani & Laicocephali in Anglia. Vncti in Surria comitatu Angliæ, Familia de amore, & Illuminati in eadem Anglia, cum multis aliis, ita vt non modò à nostris Hosio, Lindano, Prateolo, Staphilo, Sanctio, verum etiam ab ipsismet, vt Lauathero, Lipsiensibus, &c. plus decentæ sectæ numerentur. Caluinitæ cum his omnibus in aliquo scelere comiunguntur. Nam istorum omnium sunt colluuies.	

Universidad de Deusto
Biblioteca

CORONAVIT an 800 vel 801 in Imp. Carolum Magnum, petente vniuerso populo & ter acclamante, Carolo Augusto & à Deo coronato Magno & pacifico, vita & victoria, ipsa nocte Natalis Christi. Inde factum est vt etiam hodie imperatores Occid. inungantur & consecrentur à Rom. Pontifice. *Sabell. Ennead. 8. lib 9. Blond. Dec. 2 lib. 1. Annoni lib. 4 cap. 90. Sigeb.* Deinceps imperium Romanum, siue Occid. mansit penes Francos plus. 100. annis.

Ita Carolus Mag. factus est primus Imperator Occidentis post vltimam Valentiniani cædem iure & nominatione Ecclesiæ ac gratia Apostolicæ sedis, vt eius veluti brachium dexterum esset. Deinde transactione cum Impp. Græcis, quæ tamen facta est authoritate Romani Pontificis. Nam Carolus legatos Michaelis Curolopatis ad Leonem. 3. remisit, vt ab eo libellum fœderis acciperent. Vnde tam ipse quàm successores exceptis aliquot posterioribus Impp. Germanis non se putabant satis in imperio firmatos, donec coronam auream essent cum sacra vnctione ab ipsomet Ro. pontifice consecuti. Contra eos qui iure belli factum imperatorem tradunt Nam non occupatat armis imperium Occidentis, minus Italiam & vrbem Romam, vt qui ad eam duntaxat vocatus contra Longobardos venisset, tanquam amicus, & socius Italiæ: filiúsque Ecclesiæ non tanquam hostis.

Honorabilem & venerandum virum cum appellat Zona. *to* 3. castum, facundum, constantem, liberalem in pauperes. *Antonius lib.* 14. Tardum ad iracundum, velocem ad condonandum & mitem, *Ioan. Opsidanus*, doctum & sapientem, Bonfin. *dec.* 1 *lib.* 9. Amanté vtrũque doctorum *lib. Pontif.* cui diuinitus visus & vox reddita sint cum ab aduersariis vtroque fuisset orbatus. *Sigeb.* vocis non meminit. *Diac. libro* 23. *Rom.*

Carolus conuenit de diuidendo Imperio cum Eirene, postea cum Nicephoro, vt ille Orienti, ipse vero Occidenti præesset, Venetię vero sui iuris inter vtrumque essent. *Platin. Blond. dec. 2. lib. 1.*

Hęc pacta postea renouauit Michael Curolopates an. 812. deinde Ludouico filio Caroli Leo Imp. post Michaelem.

Hinc deinceps qui in Gallia & Germania fuere Impp. dicti sunt Occidentis, Constantinopolitani autem Orientis, vbi notent & vlciscantur Imperatores & Principes Christiani atrocem iniuriam sibi à Centuriatoribus factam, qui Cent. 8. cap. 10. in Leone P. attribuunt ipsorum Imperij creationem, siue translationem præcipuis Antichristi operibus.

[Sed tam diras & execrabiles blasphemias Germani Principes non attendunt, & contrà illis pseudoministri flagitiosè imponunt, hæc ad suæ dignitatis incrementum pertinere

Anni Mundi. SEPTIMÆ AETATIS, SIue vltimæ *Anni Christi.*

Pars posterior, quæ incipit anno mundi 4888. Christi 800, ab Eirene sola imperante in Oriente, Carolo magno imperiũ nouum Occidentis suscipiente. Egberto Anglorum regnum condente ad annum 1584.

99.

a LEO III. sedit adhuc an. 16. — 4888

99.

a LEO tertius. *Sigeberto* 4. Rom. sedit an. 4. — 796 — 800

Patriarcha.
Constãtinopoli Tarasio.

Principibus.

Constantino 6. soloOriẽtis Imperatore octogesimo quarto.

Mauregato & Veremũdo an. 3. Hisp. regnum occupantibus.

Vsque ad imperatoriam consecrationem Caroli Magni.

Eirenæ imperij Orientalem recuperationem.

Alphonsi Casti in regnũ Hispaniæ restitutionem

Aaronis Saracени in Persarum regem inaugurationem.

An. Dom. D. CCC. quo Carolus Magnus nouum Occidentis imperium sedis Apostolicæ cõcessu & munere, susçepit.

NONVM SEPTIMÆ AETATIS sæculum.

99.

800 — a LEO III. sedit adhuc an. 16. — 4888

817 — mens. 5. dies 18. id est, in vniuersum an. 20 mens. 5. dies 18 — 4905

Vacat dies 10.

Patriarcha.
Constantinop. Tarasio, deinde Nicephoro an. 9. Theodoro Iconomacho an. 6.

Principibus.
Eirene sola an. 4. Nicephoro octogesimo sexto an. 8. Staurutio Iconomacho an. 1. Michaele 2 Curopate SS. Imaginũ propugnatore, an 2. Leone 5 g. Armenio ex ord. Orientis Impp.

Anni christi. *Anni mundi.*

suadentes vt Pontifices è solio diuino Petri Principis deturbentur.]

Per Daciam Metanastas & Iazyges transiens, & Sacerdotes passim iussit Christi religionem populo tradere. *Bonfin. rer. Vngar. lib. 9. dec. 1.*

In Pannoniis Slaui & Hunni conuertuntur per Bonifacium, qui ibi diaconos & episcopos constituit. *Mutius in chron.*

Ex Holsatiæ ecclesia per Heridagum, qui primus illic episcopus à Carolo constitutus est: & Anigarium successorem, in omnes Slauorum & Danorum regiones fides propagatur. *Hemoldus cap. 3. & 4.*

In Suecia per Herbertum Lincopensem, qui ab eodem Carolo ad Biornium regem Sueuorum & Gothorum missus fuerat & primus in Ostrogothia episcopus constitutus. *Gothus lib. 17 cap. 1.*

In Germania Saxones & Dani & Germani ferè omnes, præsertim Boreales, conuertuntur. *Crantzius. libro 1. Sigeb* cum quibus Car. Mag. per. 30 amplius an. bella gessit, multis eorum in Flandriam, Brabantiam, Valconiam translatis. *Vsper.*

Obtriti, qui Christiani erant, Saxonun in Franciam translatorum pagos occuparunt. an. 803. *Sigeb.*

Hierosolymam & terram sanctam à Saracenis diuexatam, Constantinus Imp. adiutus copiis Caroli Magni Christianitati restituit. *Ptol. Lucensis in Rudimento, & Erfordiensis vbi supra.*

An. 798 à matre Eirene oculis & imperio orbatur, eodem die, quo ille ante annos 5. Nicephorum & Alexium Mosolim iniustè excæcarat, aliis quibusdam linguas præciderat. *Zon. to 3.* Ad illud Martis facinus, sol per dies 17 suos abscondit radios: & ipsa post annos 4. aut 5. à seruo relegatur in exilium. *Diac. lib. 23 Rom.* Interea iustum Dei iudicium obseruandum. Nam Constantino isti in deliciis erat, leui de causa excæcare ministros suos. *Diac. & Blond. lib 1. dec 2.* Martis sidus hoc toto anno, in cœlo non est conspectum. *Regino. lib. 6. Adonis. 6.*

Commercium nundinarium centum librarum auri. largitus est Ecclesiis Ephesi, ad Ioannis Apostoli ministerium. *Diac. Ibid.*

Slauinos Thessaliam, Græciam & Peloponesum tenentes, pace cum Arabibus facta, sibi Eirene tributarios fecit, multis cæsis an. 784. *Diac lib. 13.*

Nicephorus Imp. Christianos exules ex omnibus prouinciis in Sclauinias ferri iussit,, eorúmque bona vendidit. *Idem. lib 24.*

Hunni siue Auari à fide deficiunt, ad Sicambriam, siue Budam à Carolo subacti Christiani fiunt. *Gaguin. lib. 4. Bonfin. de Vngar dec. 1.* hodie vocantur Hungati.

Veneti feriunt fœdus cum Imperatoribus Orient. & Occid. vt neutri subessent, nisi præstando vtrique homagium, sed suis legibus vterentur. *Nauch.*

Historia Slauorum an. 800. incipit apud Helmoldum. Gothia & Suetia circa idem tempus fidem Christi amplectuntur. *Ioan. Mag. lib 5. de Gent. Sept.*

Egbertus anno eodem Regnum Angliæ, quod ad hunc pęsque diem durat, condit, subacta præter Scotiam tota pene insula, .i. regulis Merciorum, Cantij, Northumbriæ, Danorum, Saxonum, lege data, vt omnes tam Britanni quàm Angli & Saxones insulam habitantes, præter Scotiam, Angli dicerentur, insulàque in perpetuum Anglia vocaretur. *Polyd. Maior.*

Carolum tamen restituisse Fardulphum Normanorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

regem an. 808 narrat Vvillemus lib. 2. de Anglis, cap. 1.

Contra Nicephorum omni tyrannidis genere ferocientem sæpius seditiones excitatæ describuntur à Diac. *libro* 24. *Rer. Rom.*

Nicephoro ergo & Stauratio filio eius extinctis, qui suos subditos miris attibus argento emunxerant, Michael Imp. pacis studuit, contra Manichæos & Attinganos capitalem sententiam promulgauit. *Zon. tom.* 3.

Digladiantibus inter se Saracenis, Christiani in Syria, Ægypto & Africa cædibus & aliis grauissimis calamitatibus afficiuntur. Hierosolymis loca sancta subuertuntur. multi in Cyprum & Constantinopolim euadunt, erga quos liberalitas Michaëlis Imp. & Nicephori Patriarchæ enituit. *Paul. Diac. lib.* 24.

Michael Curolopates Imp. per Nicephorum patriarcham, & alios Pios promulgat capitalem pœnam in Manichæos, Paulitianos, Attinganos in Phrigia & Lycaonia degentes, quam postea in exilij supplicium commutat, adductus disceptatione mota, An hæretici essent interficiendi. *Diac. lib.* 24.

Monacho cuidam in sanctas Imagines iniurio, linguam excidi iussit *Zonar. in Mich.* Errant enim, qui scribunt eum fuisse Iconomachum.

S. Slauius Episcopus Aquitaniæ, martyrio coronatur. *Sigeb.*

Hitto Frisingensis Episcopus versionem SS. Biblio. pro viribus restituit.

Carolus, vt supra dictum, duas Academias Parisiensem & Papiensem instituit. *Guagui lib.* 4. *Sabel. Ennead* 8. *lib.* 9. Bononiensem à Theodosio fundatam renouat. *Mut. lib* 9.

Sermones Patrum, homilias Sanctorum & Martyrologia diligenter inquiri & conscribi iussit. Omnium item nationum, quæ ipsi parebant, memorabilia gesta, in literas nondum relata, scribi mandauit. *Crantzius in sua Saxonia lib.* 2. *cap.* 2. *&* 9.

Gallicianam D. Iacobi ædem inuisit, ditátque amplissimis prædiis & donariis. *Sabel. Ennead.* 8. *lib.* 8. Spolia & thesauros in Vngaria repertos, per episcopatus & monasteria largissimè distribuit, multis ecclesiis ædificatis. *Saxonia Crantzij lib.* 2 *cap.* 6 *Auent lib.* 4 *annal.*

De eius expeditione Hierosolymam versus, Franci scriptores nihil tradunt, præter Turpinum Remensem Archiep. & ex exteris Erphordiensem. cap. 69.

Bellis Saxonicis fine imposito, secundo & trigesimo quàm inchoata fuerant anno, vt rebellandi facultatem eriperet, decies mille Saxones cum vxoribus & paruulis in Galliam transtulit, ex quibus Brabantij & Flamingij, & inter Heluetios Schnitzes aut Suuitzi, Gall. *Suisses.* & Gallos vicissim in Saxoniam. *Alla Treuirensium*, Volcadi Abbatis S. Dionysij Parisiensis opera apud pontifices ad multa vsus est, vt antea Pipinus pater. *Sigeb. Blond. lib.* 1. *dec.* 2.

Brabantinorũ & Flamiginorum origo, à Saxonibus in Franciam à Carolo Magno translatis. *Æmil lib.* 3.

Duodecim pares Franciæ instituti à Carolo: sex Ecclesiastici, tres Archiepiscopi & Duces, Remensis, Laudunensis, & Lingonensis, tres Episcopi & Comites, Bellouacensis, Nouiomensis, & Cathalaunensis: sex Laici. 3. Duces, Burgundiæ, Normanniæ, Aquitaniæ. 3. Comites, Flandriæ, Tholosæ, Campaniæ, qui hodie mutantur pro arbitrio regum. *Gagum lib.* 4.

Guido Caroli Magni comes totam Angliam in deditionem accepit, & arma Regum & Ducum, qui se dederant subscriptis nominibus singulorum obtulit Carolo. Acquisita tunc primum tota Anglia à Gallis subiugata est. *Guil. Nang.*

Anni mundi.		Anni Christi.
4888	*Carolo Magno Francorum rege, & primo Occidentis Imperatore, an. 16. vsque ad Ludouicum.*	800
	Persarum & Saracenorum rege, siue Miramolino Aarone an. 12. deinde Mahome, an. 5.	
	Sepharad æthiopiæ pretioso an. 4. Inde Agdai, Abraha, Azbaha.	
	Hispaniæ Alphõso Casto quadragesimo primo, annis iterum 32.	
	Egberto Primo Angliæ rege an. 37.	
4905		817

Anni Christi.		Anni Mundi.
	CONCIL. *Aquisgranũ episc.* 365. *Ptol. Lucensis. Io. Gotthus lib.* 17. *cap.* 1. *Lupoldus de Zelo Christian. religio. Helmõd. Chro.* 5	
813	*Carolus quique concilia reformatoria (vt vocant) celebrari fecit per Gallias. Sigeb. & Anno. lib.* 4. *c.* 101.	
	Moguntinum an. 813. *Sigeb.*	
813	*Vormacience.*	
	Remense. eod. an. Sigeb.	
	Turonense 3. *eodem an. Sigeb.*	
	Cabilonense 2. *eod. an. Sigeb.*	
	Arelatense. 3. *eod. an. Sigeb.*	
	Synod. apud Villam Theodonis per Carolum Mag. congregata, ad cohibendam tyrannorum quorundam in Sacerdotes Domini grassantium vim.	
	Ticinense, potius conuentus Imperialis fuit, quàm Synodus Episcoporum.	
	100.	
817	* STEPHANVS 5. dictus IIII. mens. 6.	4905
817	dies 24.	4905
	Vacat dies 11.	
	Patriarcha.	

Carolus sibi subegit omnem Aquitaniam, Vasconiam, & vniuersas Gallias, Italiam, Germaniam, Hungariam, Sclauoniam, Baioariam seu Bauariam, Daciam, Saxoniam, Angliam, Britanniam, Frisiam, & optimam partem Hispaniæ, *Guil. Nang.* Venetias, quas Pipinus occuparat, Nicephoro reddidit an. 809. *Anno. lib.* 4. *cap.* 96.

Intra annos 47. quater Romam ad vota persoluenda & orandum profectus est. *Eginardus in eius vita.* Inter cœnandum sibi libros D. August. de Ciuit. & historias legi curabat. *Crantzius in Saxo. lib.* 2. *cap.* 8.

72. annos natus Aquisgrani moritur Domini. 815.

Persiæ rex ei misit horologium æneum & duo candelabra, quæ Aquisgrani in D. Marię reposuit. *Chronica Saxon.*

Anno sequenti Saraceni Barchinonam recuperant, sed Francorum copiæ vrbem obsident: & Baleares insulas contra Saracenos tutantur. *Ibid.*

Gallicia iterum redit ad Saracenos. Nam eius rex cum suis subditis victus à Carolo fidem Christi suscepisse circa an. 807 dicitur. *Chronica Saxoniæ.*

Normani dum Hybernos Christianos infestant, propulsantur à Scotis sub Carolo Magno *An. lib.* 4. *cap.* 98. *Rheg. lib.* 2.

Egbertus quatuor regna Britanniæ in Anglia in vnum redegit, regnare incipiens an. 800. sed Eardulphum Northanymbrorum regem Carolus restituit an. 808. *Vuil. cap.* 1. *lib.* 2.

Chumeid an. 807. Saracenorum dux ob Christianorum in Rhodo afflictionem, tempestate copias & classes amisit. *Diac. lib.* 24. *Sigeb.*

Crunus Bulgarorum rex, victo Niceph. caput amputauit & ex cranio eius poculum fecit. *Diac. lib.* 24. an. 810. *Sigeb.*

Alchuinus siue Albinus præceptor Caroli, Claudius, Isuardus, Io. Mailrosius, Bedæ auditores, viri doctissimi, primi erant scholam Parisiensem. Egidius Athenienſis, Eginhardus Caroli Cancellarius, Turpinus Remensis Archiepiscopus, Paulinus Aquileiensis, Fortunatus Treuirensis, qui librum de diuinis officiis scripsit, Trilinguis quidam interpres, cuius meminit Angelomus *lib.* 2. *Reg. cap.* 5. clarent.

Paul. Diaconus iussu Caroli vitas Sanctorum conscripsit, ex quibus Carolus vnicuique festo anni conuenientem Lectionem, quæ in Ecclesia legeretur, assignauit. *Sigeb.*

Quidam tribuunt Paul. Diacono hymnum. *Vt queant laxis*, &c. alij Alcuino.

Carolus Mag. triennio ante obitum, testamento diuidit Gazas suas in tres partes: vnam secundum morem Christianorum filiis, seruis domesticis, & pauperibus: duas alias 21. Metropolitanis Ecclesiis, quæ solæ suo Imperio suberant, ex quibus erat Burdegalensis, impertitus est. *Sigebert. in Chron. & Gagui. lib.* 4. *Aimoin. lib.* 5. *cap.* 10.

Nouem Cathedrales seu Episcopales sedes erexit: Monasterienſem Lugdero præsule, Mindensem Heriberto præs. Halberstadensem in Saxonia Hildegrino præs. Osnaburgensem in Saxonia S. Vuihone præs. Bremensem Vuilchado præs. Padeburnensem Harimario præs. Verdensem Suniberto præs. Hanburgensem Heridago præs. Hildemensem Gunthero præs. Duos episcopatus in Metropolitanas sedes, Hamtuagensem, Saltzburgensem, seu Iuuanensem, *Krant. lib.* 1. *Sax. ca.* 5. 6. 10. *& lib.* 2. *c.* 14. *Ireni. libro tertio. capitulo* 40 *&* 44. *Cornipolit. in Chron.*

HVMANA.

Aaron Saracenus Asiam ingressus, Nicephorum Imp. ad emendam pacem cogit. Soluta pace Cyprum vastat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chumeid mittit ad populandam Rhodum Carolo Mag. dona ingentia & elephantem mittit, *Æmil lib.3.*

Annis 813. Mahomet eius successor in Persida ab Abdala fratre vincitur, ita vt ipse Gabdam, frater vero Ægyptum & Africam acciperet. *Sigeb. Diac lib.24.*

Eodem Michael Imp. & Crunnus Burgarorum rex inter se dimicant *Ibid.*

Eodem Mauri Centuncellas Tusciæ oppidum, & Niceam in Narbonensi prou. vastant. *Annal. Franc.* & ex Hispania in Corsicam irrumpunt. *Ibid.*

Hildefonsus Asturiæ & Galliciæ rex an. 798. Vlisipponem capit. 70. Maurorum millia cædens de præda loricas, mulos, & captiuos Carolo mittit. *Ado. Rheg.*

An. 810. Normani ducenti nauibus in Frisiam, irruunt, ac tribus præliis victores, centum libras auri, pro tributo exigunt. *Rheg. lib. 2. Eginar.*

* VIR SANCTVS, exorauit pro inimicis restituendis. Remis Ludouicum inaugurauit Imperatorem & Hirmingardin Augustam. *Plat. Annal. Franc.*

Damascenus adhuc florebat. Nam à Leone. 5. Imp. Const. est persecutionem passus.

Hoc libro deinceps non potuimus, magno nostro dolore, trium sedium Apostolicarum & Patriarchalium successiones persequi, quòd iam Saraceni illas, non quidem extinctas (ô miraculum) sed nobis incompertas reliquerint.

In earum interim locum imperatores Occidentis, & reges Angliæ, Poloniæ, Scotiæ, Portugalliæ, Turcarum, prout eorum regna his posteroribus sæculis exorientur, subrogabimus, vt nostri studij fructus ad plures ac potentiores orbis nationes dimanet.

Qui volet, ex aliis chronicis appingere poterit principes Scotiæ, Sueuiæ, Daniæ, Nauarræ, Moscouiæ, Tartarorú, &c. seruata temporum proportione, & singulis eorum cum pontificum rationibus diligenter collatis, ne vllus existat error, quando omnes omnium res & annales inter se conferentur.

Slaui Boemiab an 805. bello fracti & Francis subiecti cœperunt paulatim ad religionem assuefieri. Horum duces quatuordecim baptizandos curauit. Ludou. Imp. Barthurico Reginoburgensi in episcopum constituto, sub an 816. *Martin. in chro.* vitiosè in Sigeb. 846.

Eodem anno Ludouicus, qui in Synodo Aquisgrani de Gotthorum & Suconum conuersione, consilia captauerat, Ansgarium ad Biornum regem doctores petentem misit, qui in Byrca Suediæ metropoli Ecclesiam collegit. *Luipoldus de Ado Christi. Reli. Helmod. chro. c 5. Ioan. Goth. lib. 17. cap 1.*

Illis annis. 26. quibus imperauit Ludouicus Pius Dani, Normani, Bulgari, Saraceni ecclesiam diuexarunt. Eius ægrotantis cibus per. 40. dies, solummodo fuit corpus dominicum. *Anno. lib. 4. cap. 19.*

Anni mundi		Anni Christi.
	Constantinopoli Theodoro Iconomacho.	
	Principibus.	
	Leone 5. Oriĕ. Imp. an. 8	
	Ludouico I. Pio an. 26. Occid. Imp. & Franc. Rege 20.	
	Azbaha Æthiopum. Hinc Asfa.	
	3. Abdala Babyloniæ & Persa. Miramolino an. 17.	
	Halihatan Hispaniæ Miramol.	
	Alphonso Casto Hispaniæ rege quadragesimo primo.	
	Egberto Angliæ primo reg.	
	CONCIL. *Vormaciense circa hæc tempora. Onuph.*	
	HVMANA.	
4905	Mortuo Sancio Garsia rege Nauarræ, interregnum fuit. 4. annorum, dum mitterent, qui decretum afferrent summi pontificis & leges, quibus vterentur Nauarri, regno interim administrato per 12. viros. *Vasæus in Chron. Hisp.*	
4912	[Illos appellat historia Nauarrica, Grandes, pænes quos etiam hæc remansit authoritas vt sine illis Reges non possint Inaugurari.] Postea Ennicus Arista vnctus & primus rex Nauarræ appellatus est. *Idem.*	
	pPost Abdalam tertium in quatuor Tetrarchias abiit imperium Arabum.	

Anni Christi.		Anni mundi.
	Patriarcha.	
817		4905
	Constantinop. Theodoro Iconomacho, deinde Antonio, an. 13.	
	Principibus.	
	Leone 5. Armenio Orientis Imp. octogesimo nono, & post eum Michaele. 3. cognomento Traulo, id est, Balbo, an. 9. Iconomachis.	
	Ludouico Pio Occident. Imper. & Franc. Reg. vigesimo.	
	Asra Æthiopum an. 7. deinde Amsi.	
	Abdala 3. Babyloniæ & Persiæ.	
	Halihatã, deinde Abderamene, an. 20. Hispaniæ Miramolinis.	
820		4911
	b PASCHALIS sanctitate conspicuus, liberalis erga peregrinos, captiuos multos redemit, templa vel noua ædificauit, vel collapsa magnifice restaurauit, incendium, quo Burgus (Anglorum schola) absumi cœperat, signaculo crucis repressit, Græcos monachos cœnobio donauit, Lotharium coronauit, præclara multa egit, quæ Christi decent vicarium. *Plat. Sigeb. &c.*	
	Ludouicus Imper. renunciat iuri eligendorum pontificum & Romanis restituit. Confirmat donationes & restitutiones factas Rom. pontif. *Vola. lib. 3. c. Ego Ludou. & seq. dist. 63.*	
	Vbi non dat Pontifici Romam & Italiæ aliquot regiones, sed restituit. Nam illis antea potiebatur sub Longobardis.	
	Nam in diplomate Ludouici istud inter cæt. habetur. Nec non exarchatum Rauennatem sub integritate, cum vrbibus & ciuitatibus, oppidis & castellis, quæ piæ recordationis Dominus Pipinus rex, ac bonæ memoriæ genitor noster Carolus imp. beato Petro Apostolo, cum prædecessoribus nostris iamdudũ, per ordinationis paginam restituerunt. Hæc igitur non fuerunt ab illis donata, sed è manibus Longobardorum erepta, ecclesiæ reddita.	
	Rex Bulgariæ sub Ludouico an. 817. Christianam religionem suscepit. *Sigeb.* quod fecerat Telericus, superiori sæculo, tamen gens aut mansit in superstitione Ethnica, aut fidem postea abiecit, nam paulò post, sub imperio Theodoræ & Michaelis circa an. 851. aut. 860. tota illa gens Christiana facta traditur. *Crom. lib. 3. Polon. ca. 1. Zon. tom 3.*	
	Harioldus seu Sebaldus Danorum rex, cum vxore & filiis suis Mogunti à Rabano baptizatur, & patte quadam Daniæ & Frisiæ à Francis occupata à Lud. donatur. Regno enim fuerat exutus. Deinde cum Erico altero Danorum rege, de permissu docendi Christum agitur & impetratur *Helmol. cap. 5. Sax. de Danis* sub an. 825.	
	In Tullensi territorio, iuxta villam Commerciacam puella quædam circiter annorum 12. post sacram Communionem, primo per decem menses pane, deinde omni cibo & potu per triennium abstinuit. *Annon. lib. 4. cap. 113. & Sigeb.*	
	HVMANA.	
	Siciliam post eiectos Carthaginenses, Romani Romanorúmve Græci Imperatores semper tenuerunt: donec Saraceni ab Euphonco exarcho, qui spe obtinendæ Siciliæ & Italiæ Imperatorem se nominarat, contra Michaelem Balbum attracti è Cauerno, cum in subigenda magna Siciliæ parte ei strenuam nauassent operam, illo cæteriſque Græcis trucidato, eam sibi vendicarunt an. 820. vsque ad Constantinum Monomachum.	
	Dalmatia Græci imperij iugum excussit imperante Michaele Balbo. *Zon. tom. 3.* Vnde regnorum Dalmatiæ, Bosnensium, Croatiéque origo, quæ aliquandiu his proximis annis Hungariæ reges tenuerunt.	
	Thomas cognita cæde Leonis Imp. vniuersas Otiétis Prouincias occupat, cum Saracenis pacem init. Michaelis copias contra se missas, passim in Asia cædit. *Zon. tom. 3.* in Thraciam irrumpens Constantinopolim obsidet, quam cepisset, nisi Mortagon Bulgarorum princeps, suppetias tulisset. Fugiens igitur Adrianopoli obsidetur, vbi captus, manibus & pedibus truncatus, in asino per triumphum à Michaele circunducitur. *Ibid.*	

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luiduitus Pannoniæ dux, à Ludouici fide deficiens: tandem profligatus est. *Annales Franc.*

Bernardus quoque Italiæ rex, rebellionem contra eundem meditatus an. 819. oculis & regno priuatur. *Ibid.*

Lupus item Vasconum rex, eodem anno ob eandem causam in exilium deportatur. *Sigebertus. Aimoinus libro quarto cap. 102.*

Lotharius à Paschali Pap. Coronam regni & nomen imperatoris atque Augusti consequitur an. 823. *Ibid.*

Ebbo siue Ibbo Remorum episcopus & quidam alij tam episcopi, quam principes Ludouico abrogant imperium: & Lotharium ac Pipinum Cæsares designant, ob vxoris suæ Iudith libidines & tyrannidem, quam & in monasterium recondunt, quin & ipse Ludouicus in monasteriũ D. Methardi abditur, donec biennio nondũ exacto, ab aliis principibus restituitur, eíque Lotharius supplex reconciliatur an. 839. *Sigeb. & alij.*

Post multa bella inter Lud. imp. & filios, imperij proceres eo rem deducunt, vt constituta tetrarchia Ludouicus Germaniam, Carolus Franciam, Lotharius Italiam teneret: cum Imperio & Prouinciis, quæ inter Rhenum & Mosellã flumina ad veteres Mediomatrices & Treuiros pertinent. Quæ Ludouico attributa sunt regnum Orientale, quæ Carolo Occidentale dicta sunt: vt ab imperio Lotharij discernerentur. Ea vero pars Galliæ, quæ vtrique regno interiecta vtrumque ceu limes diximeret, à Lotharij nomine tum primum Lotharingiæ vocabulum acquisiuit.

Lodouicus Lotharium primogenitum fil. Italiæ regem imperiisque consortem fecit: Pipinum secundo natum Aquitaniæ: Ludouicum Iuniorem Bauariæ Reges designauit. *Æmil. lib. 5. Blond. l. 2. dec. 2. Crantius lib. 2. c. 25.* Quæ diuisio, licet sacramentis Optimatum imperij confirmata, mortuo patre maxima bella & cruentas strages peperit, vt nulla maior cædes legatur apud Francos vnquam extitisse. *Gagui. lib. 4. & Naucler. in Chron.* verum aliquantò pòst initio fœdere aliter inter se & Carolum Caluum regnum diuidunt.

c EVGENIVS eruditione, facundia & sanctitate clarus, in pauperes liberalis, exules restituit, & suis sumptibus iuuit: principes inter se pugnantes hortatus est, vt in Saracenos arma verterent. *Plat.*

Rabanus Maurus Fuldensis Abbas, & postea sub Leone 4. Moguntinensis Archiepiscopus, Strabus Fuldensis Monachus primus coaceruator Glossæ ordinariæ, natione Gallus, ex Bergomensi & Vincentio: Haymo Alcuini auditor, & tertius Halberstatensis Episcopus, S. Ausgarius Episcopus Hamburgensis, qui per monachos Corbeiensis monasterij, Danos & Ericum siue Herioliam eorum regem conuertit. Amalarius Treuerensis, Ansegisus abbas Lobiensis, Ionas Aurelianensis, qui contra Claudium Taurinensem episcopum de imaginum cultu disseruit, Theodorus Studites, qui ad Paschalem pont. scripsit, item ad Michaëlem Imp. Bellator, Hamulus Lugdunensis Latinè & Hebraicè doctus, Angelomus, viri celebres & scriptores Ecclesiastici. *Trit. Krant. lib. 2. cap 25. Sigeb. in Chron.*

Suetia & Dania tunc primò fidem Christianam profitentur. *Anno. lib. 4. cap. 114. Sigeb. Saxo Grammat. lib. 9. de Dania.* At paulò pòst à fide deficiunt.

Ibbo Remorum episcopus, Danis per vnam æstatem cõcionatur. *Annal. Franc.*

Strabus Chronicon Hirsaugiense incepit, quod postea alij continuarunt. Eius auditor Ruthardus floret.

Pauliciani & Athingani Manichęorum noua secta, è Gentilismo, Christianismo & Iudaismo, præcipuè in Phrygia &

Anni mundi.		Anni Christi.
	Hispaniæ Rege quadragesimo primo Alphonso Casto deinde Ramiro, an. 7.	
	Angliæ Egberto.	
4908.	CONCIL. *Aquisgranẽse primum & secundum pro canonicorũ regula, & contra Iconomachos. Plat. Sigeb. Lib. Concil. Valefrid. Strabo lib. De exordi. & increm. rerum Eccles. c. 8. Aimoin lib. 5. ca. 10. Naucl. collocat sub Gregor. 4.*	820
4911	*Romanum Epist. 30. in quo Paschalis accusatus se purgauit. Plat. Sigeb. Blond dec. 2. lib. 2.*	823
	102.	824
4912	c EVGENIVS II. cog. pater pauperũ, an. 4. mens. 6. dies 24.	828
4916	Vacat dies 3.	
	Patriarcha. Constãtinopoli Antonio.	
	Principibus. Michaele 3. Balbo Iconomacho Oriẽt. Imp. nonagesimo. Ludouico I. Pio cum fil. Lothario Occid. Imp. & Franc. Reg. Ahan Æthiopiæ, an. 4.	
	Abdala 3. Babyl. & Persiæ.	

Anni Christi.		Anni mundi.
	Abderamene Hispaniæ Miramolinus.	
	Hispaniæ reg. Ramiro quadragesimo secundo.	
	Angliæ Egberto.	
	Schisma 10. Zinzinus in schismate contra Eugenium à quibusdam creatur sedit dies aliquot.	
	103.	
828	* VALENTINVS Rom. mens. 1. dies 10.	4916
828	Vacat dies. 3.	4916
	Patriarcha. Constantinop. Antonio.	
	Principibus. Eisdem Impp. & regnant.	
	Arada Æthiopiæ.	
	104.	
828	d GREGORIVS IIII. (*aliàs Leo 4.*) Rom. an. 16.	4916
844	Vacat dies 15.	4932
	Patriarcha. Constantinopoli Antonio, deinde Ioan. 6. an. 6. Methodio confessore, an. 4. mens. 3.	
	Principibus. Eisdem impp. & Theophilo Iconomacho, an. 13. Orient. Imp.	
	Arcada Æthiopiæ, deinde Aladana, an 4. Alameda, an. 6. Tabena.	

Lycaonia. *Zon. & Diacon. continuator.* Istis Michaël Balbus Imp er. fauit. *Ibid.*

HVMANA.

Musicæ Hydraulica, vulgò Organa, tunc primum cœpêre in Francia ad Aquas graneas, ad Græcorum imitationem, industria cuiusdam Georgij Veneti sacerdotis, & sumptibus Ludouici regis. *Auent. lib. 4. Annal. Anuon. lib. 4. de Gest. Franc. cap. 114.* Qualia Constantinopoli ex auro Michaël Imp. conflarat. *Zon. to. 3.* & Coptonymus Pipino regni miserant, an. 757. *Anno. lib. 4. hist. cap. 64.*

Sub hoc Michaële Imp. Dalmatia excusso iugo imperij Græci sese in libertatem asseruit. Vnde regnorum Dalmatiæ, Bosnensiũm Croatiæque origo, quæ aliquandiu his proximis annis reges Pannoniæ tenuerunt.

* TANTÆ sanctitatis, vt nondum presbyter, sed Diaconus summi pontificatus gradum conscenderit.

Hactenus autem hi pontifices, à Ludouico Pio sui pontificatus confirmationem petierunt. Nam adeò premebatur Christi Ecclesia, vt electus adire pontificatum recusaret, priusquam ab Imp. confirmaretur.

Post imperium translatum in Occidentem, gliscebat Schisma seu æmulatio Græcorum contra Latinos.

An. 816. Cœnobium Cluniacense à Vvarino Matiscensi conditum quidam aiunt. Atqui 910. à Gulielmo Aquitaniæ Duce & Aruerniæ Comite, cuius Berno primus fuerit Abbas, docet Chronicon Cluniacense.

827. D. Marci corpus ex Alexandria, à mercatoribus Venetias defertur, vbi nunc religiosè seruatur: ædificata in celebriore vrbis loco ecclesia. Alij sub Gregorio 4. qui huic successit, id factum narrant.

Abderamen Hispaniæ Miramolinus, persecutionem mouet contra Christianos. *S. Eulogius.*

HVMANA.

Post Abdalam 3. in quatuor Tetrarchias, imperium Arabum Saracenorum sic diuisum est vt in Persida, Mesopotamia, Syria & Ægypto quatuor reges per vim creati, eam Monarchiam, quæ annos propè ducentos perdurauerat, conuulserint. *Theophanes Isaurus, Anastasius Bibliothecarius, Sigebertus sub an. 830.*

Aliqui Mahometem quattuor ei suggerunt, per. 40. annos vsque ad an. 871.

d FESTVM omnium Sanctorum iam ante 220. an. institutum Romæ, monente hoc pontifice, & consentientibus vniuersis Episcopis, Ludouicus imp. in Gallias & Germaniam inuexit. *Sigeb. Guil. Nang.*

In Germaniam veniens in Synodo Aquisgrani sedit, Lud. Pium & eius filios reconciliauit. *Plat. Sigeb. Auent. l. 4.* Gregoriopolim contra Saracenos struxit an. 836. *Sigeb.*

Aimoinus siue Annonius monachus, & notarius monasterij S. Germani Parisiensis, historiam Francorum ad hæc tẽpora conscripsit. *Ipse lib. 4. cap. 113.* & alias sæpè. Certissimum argumentum falso ei adscribi integrum librum quintum: cùm contineat historias vsque ad annum, 1165.

Christianus siue Druthmarus Aquitanicus. *Trith.*

An. 843. Theodulphus Abbas Floriacensis prosas & versus, qui in Ecclesiis cantari cœperunt, composuit. *Sigeb.*

HVMANA.

Saraceni, qui Italiam & Romam afflixerant, Vaticano di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

repto reuersuri in Africam, tempestate oborta naufragium faciunt, an. 834. *Martinus in Chron. Ranulph. libro quinto cap. 30. Massæus.*

Circa 838, qui erat Ludouici Pij vigesimus tertius, Nortmani ad fines Hollandiæ & Gallię primùm appulerunt, qui multis postea annis hinc inde cum valido exercitu vagantes, multa mala perpetrarunt: donec ab Arnulpho Imp. funditùs delerentur, an. 895. *Tritem. in Chron. Hirsaug. Sigebert.*

An. 839. Ennicus Arista vnctus est, & appellatus rex Nauarræ primus, & ab eo reliqui omnes. *Vasæus.*

Alphonsus 3. cog. Magnus regnum Hispaniæ adit an. 841. *Idem.*

Theophilus quinquies congressus cum Saracenis, in Asia Romanas prouincias vastantibus, bis victor redüt: ter cæditur. *Zon. tom. 3.*

Saraceni cùm non possent è Sicilia expelli, Ludouici exercitus duce Bonifacio, ex Italia in Africam irruit, magnámque stragem edidit, Afris prælio victis an. 828. Quo moti è Sicilia ad Africam tuendam, recesserunt. *Sige. Nauel. Genera. 28.* fuerant autem in Siciliam euocati ab Euphemio, qui Monacham duxerat. *Zon. tom. 3.*

An. 844. ex Africa redeuntes, Beneuentum occupant. *Sigebert.*

Mahometes Hispanię Miramolinus, motam à patre Abderamene persecutionem continuat. Nostros tributis affligebat, quorundam Christianorum eius voluntati fauente nequitia. Si tamen Christiani & non potius operarij iniquitatis appellandi sunt, qui vt priuilegium Chirographa exigendi obtineant, sortem Domini à rege mercantes, importabili census onere colla aggrauant, &c. *D. Eulogius in memoriali Sanctorum lib. 3. cap. 3.*

4932 c SERGIVS II. Rom. an. 3. 844

4935 Vacat mens. 2. d. 15. 847

e VIR fuit pius, primúsque Pontificum mutauit nomen suum. Nam antea Osporcius appellatur. *Platin.* Successores Magna ex parte id sunt imitati.

Ex Anastasio Bibliothecario, qui hoc vixit tempore, contrarium elici docet Onuphrius. Eum scilicet Sergium ante Pontificatum vocatum fuisse. Et Iohannem. 12. priscum nomen primum omniũ mutasse, cùm ante Pontificatum Octauianus diceretur.

Nec istud est abrenunciare baptismo, in quo nomen solet baptizato imponi, vt camillantur Centuriatores. Nam nominis prima impositio, non est de essentia baptismi. Sed nec Paulus abrenuntiauit Baptismo quando se sic appellauit, multo post baptismum, neglecto veteri Saulis nomine, nec circumcisioni Petrus, quando nomen Petri siue Cephæ, à Christo sibi impost passus est, abiecto vetere, &c.

Lotharium coronauit, Ludouicum eius filium regem Longobardorum designauit, Ludouici filios de regno digladiantes, ad pacem per legatos perduxit: & regni partitionem approbauit. *Cranz. lib. 1. cap 33. Metro.*

HVMANA.

Austrasia ab Lothario Imp. qui ei imperabat, Lotharingiæ nomen obtinuit. *Plat.* Falluntur qui scribunt eum fuisse regem Franc. & Imp.

Galliæ pars ab Oceano Britannico vsque ad Mosam fluuium, ex quo cessit Carolo Caluo, post diuisum regnum inter fratres, deinceps obtinuit nomen Franciæ. *Sigeb.*

Radulphus iuxta quosdam primus Aquitaniæ Dux, cum antea esset Regnum.

Ragenarius dux Normanorum, qui ann. 846. Parisiis Diui Germani monasterium diripuerat, magnificè sese efferens ob victoriam

Anni mundi.

Abdala, deinde Mahomete, an. 40. Babyloniæ & Persidis.

Abderamene deinde Mahomete, an. 35. Hispaniæ Miramolinis.

Hispaniæ rege quadragesimo secundo Ramiro, deinde Ordonio, an. 10. Alphonso 3. cog. Magno, an. 46.

Angliæ Egberto, deinde Etheluuolfo, an. 20.

CONCIL. *Rom. Plat.*

Aquisgranense.

105.

Anni Christi.

Patriarcha.

Constantinopoli Methodio confessore.

Principibus.

Theophilo Orient. Imper. 91.

Lothario Occid. Imp. an. 15.

Carolo 2. Caluo eius fratre, an. 36. Franc. Reg. 21.

Tabena Æthiopiæ, mox Caleb, an. 4.

Mahomete Babyloniæ & Persidis.

Hispaniæ Miramolinis. Mahomete.

Alphonso. 3. cog. Magno Hispaniæ rege quadragesimo tertio.

Etheluuolfo Angliæ.

victoriam subitò concidit, & post triduum efflauit. Socij verò eius plærique diseenteria perierunt. *Quintus Annonij cap. 20.*

Post annos septem, alia Normanorum manus, per mare Britannicum ostia Ligeris ingressa: Nannetum vrbem inuadit, Turonum & Andegauiam occupat. Sed tandem cum annis, 20. Franciam vexassent, in pattiam suam reuersi in sese inuicem mutuis cædibus, adeò sæuierunt, vt de regia stirpe tantùm vnus puer remansetit. *Sigeb.*

Michaël. Imp. cum adoleuisset, matrem omni potestate priuatam in monasterium relegauit, relictam ab ea in ærario pecuniam in luxum, crapulas, ludos, mimos, adulatores profudit, eo redactus inopiæ, vt vestes etiam regias vēderet. Basilium Macedonem, à quo postea interfectus est, cuius opera in domandis & exercendis equis vsus erat, Cæsarem creauit, tradita ei in vxorem concubina Eudoxia. *Zon.*

106.

847 f LEO IIII. (*Sigeb. 5.*) Rom. an. 8. mens. 3. dies 6. 4935

855 Vacat dies 15. 4943

f LEO 4. vir sanctus, precibus abegit Basiliscum è templo Diui Luciæ precibus: & victoriam de Saracenis obtinuit, non sine armis tamen.

Pedes eius populus exosculatus est more antiquo, inquit Platina.

Mœnia vrbis refecit, 15. turres addidit. Vaticanum montem, in quo sita est Basilica Diui Petri, aucto murorum ambitu adeò cinxit, vt vrbs Leoniana diceretur, nostro tempore Burgus S. Petri, Pontificum Romanorum perpetua sede & principis Apostolorum basilica clarus. Cuius sunt septē portæ. Nam vrbis mœnia, quæ nostra ætate 14. millia passuum complectuntur, portas 20. habent. (Ex quibus, 13. sunt vrbis Romæ, septem vrbis Leonianæ) Turres autem vel integras vel semifractas. 367. *Onuphrius in sua Roma.*

Instituit, ne in presbyterio seu choro laicis esse liceret, quo tempore Missarum solennia celebrantur. *Sigeb.* iuxta ecclesias iussit claustra seu scholas construi, in quibus Ecclesiastic. clerici imbuantur disciplinis. Leopolim, in qua Centumcellenses propugnaculum, contra Saracenos statuerent, ædificauit. *Liber pontif.*

Præter alia miracula, Saracenorum naues, precibus excitata tempestate in mari submersit. *Plat. & alij.*

Sub eo, an. Dom. 850. tres Arabum persecutiones in Hispania contigerunt intra decennium, quas tribus libris describit D. Eulogius Cordubensis, qui in illis occubuit. Regnabat in Hispania latè persecutionis auctores, Haldaragman huius nominis 3 & filius postea Mahomet. *Rasis Maurus de Arabum historia.*

Recafredus interea Cordubensis episc. iussu Tyranni, Dei Ecclesiam misere conturbat, & Eulogium in carcerem coniicit. Quia nimirum Martyres cohortabatur, & ad Martyrium incendebat. *Ex eius vita per Aluarum scripta.*

Georgius Syrus illuc cucurrit, ad Martyrium è monte Sina, sed persecutiones cessasse reperit. *Ipse epist. ad seruos Dei filios 3. Sabæ quingentos, apud Eulogium lib. 2. memorialis sanctorum.*

Anastasius presbyter Cardinalis S. Marcelli, & Bibliothecarius Rom. Ecclesiæ in Rom. Concilio, ab officio & sacerdotio deponitur: quòd parochiam suam annis quinque contra canones deseruisset. *Plat. Luitprandus.*

Adulphus, seu Athulphus Rex Angliæ insulam suam voto tributariam facit pontifici, abundantius, quàm fecerant superiores Reges, Inas, 11. Anglorum siue Occiduorum Saxonum Rex, & Offa Merciorum Rex, an. Christi 740. *Polyd. lib. 4. & 5. Angl. & Sabell.*

Theodora iussit SS. Imagines in templis restitui. *Zonar. in Theodor.*

Sub Theodora & Michaële Theophylactum Burgariæ

Anni mundi.

Anni Christi.

Patriarcha.

Constantinop. Ignatio, an. 16.

Principibus.

Eisdem imp. & Theodora cum fil. Michaele 4. an. 13. Orient. Augusta.

Caleb Æthiopiæ, mox an. 7. Gabra-Maschel.

Mahomete Babyloniæ & Persidis.

Mahomete alio Hispaniæ Miramolinis.

In Occidente eodem imperatore & Francorum rege.

Alphonso 3. cog. Magno Hispaniæ reg. quadragesimo tertio.

Etheluuolfo siue Adulpho Angliæ rege 2.

CONC. *Romanum Episc. 47. siue 64. Platin.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

		Anni mundi.		Anni Christi.
	episcopum aliqui ponunt, rectius aliquanto inferius, vt suo loco ostendam.		*Moguntinum, in quo Godescalcus hæreticus damnatur. Sigeb. & Bernard. de Lut Zemb.*	
	Ieron Anglus in Hollandiam Euangelium ferens à Tyrannis occiditur.			
	Theoda Sueuica an. 848. se prophetissam mentitur, & extremum diem certò definit Moguntiæ paso alligata verberibus afficitur & in exilium mittitur. *Sigeb.* Egnatius lib. 2. eam à filio Michaëlis imp. in monasterium detrusam narrat.			
	An. 849. Godescalcus Belga errores quosdam seminat. *Sigeb.* præcipuè de prædestinatione è libris D. Aug. male perceptis. *Raba. epist. ad Eutrard. comitem,* Cucullam abiecerat, Rabano in Synodo imponens, quod se inuitum Monachum fecisset. *Hatto ad Orgarium.*			
	Liparam insulam, an. 851. Saraceni occupantes Diui Bartholomæi ossa dispergunt, *Sigeb.*			
	Pauliciani hæretici cum Saracenis coniuncti, multas clades imperio inferunt. *Zon. tom. 3.*			
	Nicolaitarum hæresis repullulat. *Sigeb.*			
	Sub Ludouico 2. Monachi aliqui è cœnobio Corbeiæ, per Vandalorum prouincias transeuntes, ad Ranos seu Rugianos (qui habitant in maris corde) veniunt & eos Christianos faciunt. *Helmod. in Chron. Slaui. cap. 6.*			
	Idiota (nam aliud eius nomen ignoratur) Lupus Seruatus, Theophanes Nicenus, Theodorus Sr. Hymnegraphi apud Græcos, Ido Paneburgensis, Freculphus Lexouiensis, qui scripsit historiam rerum gestarum ab initio mundi vsque ad Bonifacium D. Gregorij successorem, Ansegisus Senonensis, Notgerus, Rambertus, Vvandelbertus, Salomon Baro. *Trith.*			
	Methodius inter Morauos, Sclauos & Polonos ecclesias colligens inuenit characteres literatum Vandalicarum & sacra multa in vulgarem sermonem conuertit. Clarus à tempore Lud. Pij vsque ad Arnulphi imperium, nisi duo fuerint eius nominis. *Auent. lib. 4.*			
	Cyrillus frater impetrauit à Pontifice, vt sibi Slauonicæ vsus, in aliquibus sacris aliquandiu concederetur. *Æneas Syluius boem. hist. cap. 33.*			
	Igmarus siue Hincmarus Rhemensis Archiep. librum de variis capitulis Ecclesiasticis, hoc tempore scripsit contra Igmarum Laudun, qui infantes baptizari prohibebat.			
	HVMANA.			
	Classis Arabum Venetã & Constantinopolitanam vicit, Dalmatiam inuasit. Anconam vi captam spoliatámque incendit.			
	Nortmanni, siue Dani, è Cimbrica Chersoneso egressi Frisiam, deinde Gallias bellis infestant, Aquitaniam & eius metropolim Burdegalam, Pictauos, Santones, Aurelianenses, Turonenses, Parisienses, & multa alia oppida depopulantur. *Æmyl. lib. 3. Blond. lib. 2. dec. 2.*		107.	
	Saraceni Cycladas insulas populantur, multis Christianis partim cæsis, partim in captiuitatem abductis, quòd à Michaële Imp. essent deserti. *Zon. tom 3.*	4943	g BENEDICTVS III. Rom. nolens & inuitus PP. creatus, an. 2. mens. 6. dies 9.	855
	g POST Leonẽ 4. Recentiores, præsertim hæretici, nominant quendã Ioannẽ 8. siue vt Sabellicus inscribit, septimũ Anglicum, vel iuxta alios, Moguntinum, quem nugantur ementito sexu partim fediſſe annum vnum, mens. 1. di. 4. partim an. 2. & semis. Nam mendacium non sibi constat. Esse autem fabulam multis argumentis euinci potest. Primum qui hoc tradunt, omnia ponunt incerta. Nam aliis dicitur, Ioannes septimus, aliis octauus. Aliis Anglicus, aliis Moguntinus. Aliis annum vnum, aliis annos duos sedit. Sed nec Ioannes	4946	Vacat dies 15.	858
			Patriarcha. Constantinopoli Ignatio.	

Anni Christi.		Anni mundi.	
855		4943	Septimus esse potuit, quia Græcus ille erat & hanc tempestatem centum sexaginta an. præcessit. Nec Octauus, quoniam illæ Romanus erat & decem annis præfuit.
			2. Nullam huius mentionem faciunt, qui ordine proximè sunt secuti historici, & à quibus omnem Pontificum historiam habemus, Anastasius bibliothecarius, Ademarus, Luitprandus, Regino, Hermannus Contractus, Labbetus Schanaburgensis, Otho Frisingensis, Conradus Abbas Vspergensis, Leo Hostiensis, Ioan. Cremonnensis.
			3. Soli Marianus Scotus & Martinus Polonus ante 300. annos, anno scilicet Do. 1320. rem euulgarunt. Nam quod Sigebertus id videatur dicere, fictum est, eique inspersum, vt fidem faciunt tum antiqua eius manuscripta exemplaria, in quibus nihil tale reperitur, tum Chronica Guilliel. Nangiaci, in quibus, cum totus liber alioqui Sigeberti exscriptus sit, hoc vnum desideratur.
	Principibus.		4. Quin nec Martinus Polonus nec Platina, nec alij post eũ, vt veram & certam historiam, sed quasi ab incerto rumore & obscuris auctoribus acceptam referunt: & tam variè, vt vix duo inter se de circunstantiis conueniant.
	Michaele solo Orien. Imp. nonagesimo secundo.		5. Sed nec apud eundem Martinum nec reliquos historicos vllum vnquam fecit numerum, aut in catalogum Pontificum introiit, quòd Ioannes, qui apud omnes septimus natione Romanus multo ante extiterit, anno videlicet 705. Ioannes qui apud omnes octauus idémque Romanus, sederit 20. annis pòst, id est an. 874. vltimus verò Ioannes, sit constanter vigesimus tertius vel vigesimus quartus, quem isthac non omissa, oporteret saltem ab istorum aliquo appellari vigesimum quintum anno 1410. Quæ tamen diuersitas, apud nullos hinc incœpit, sed ab annis centum inferius, ab anno scilicet nongentesimo quinquagesimo quinto in Ioanne duodecimo, vt illic docebitur.
	Lothario monasterium sponte ingresso, Ludouico 2. an. 21. Occid. Imp.		6. Auentinus lib. 4. Annalium Fabellũ esse asserit à Theodola nobili scorto ortam. Ego, à recentioribus adulatoribus, in Romanę sedis odium, dum post dissidium inter Romanos Pontifices & Imperatores Germanos excitatum, Imperatorum gratiam inire, ab eis opes & honores consequi vellent.
	Carolo 2. Caluo, an. 36. Francor. Reg. vigesimo primo.		7. Est enim ratio hæc ineluctabilis. Leo nonus epistola ad Michaëlem Constantinopolitanum & Leonem Acridanum episcopos, anno à Passione millesimo & vigesimo, vt ipse scribit cap. 5. i. post annos centum septuaginta, inter cætera argumenta, quibus eleuat authoritatem Constantinopolitanæ sedis, eam negat comparandam in puritate, integritate, gratia à Deo accepta cum Romana, quòd fœmina in illa sede aliquando sederit. Proculdubio non hoc argumento vsus fuisset, si intellexisset tale aliquid aduersum Romanam Ecclesiam, cuius putitatem tuebatur, posse obiici. Verba eius sunt cap. 23. Absit autem, vt velimus credere, quod publica fama non dubitat asserere, Constantinopolitanæ Ecclesiæ contigisse, vt Eunuchos, contra primum S. Niceni concilij capitulum, passim promouendo, *fœminam in sede pontificum suorum* sublimasset aliquando. Hoc tam abominabile scelus, detestabileque facinus, & si enormitas ipsius, vel horror, fraternaque beneuolentia non permittit nos credere, considerata tamen incuria vestra erga Sanctorum censuram canonũ, qui Eunuchos in aliqua parte corporis imminutos, non solum ad clericatum, sed ad pontificatum etiam indifferenter & solenniter adhuc promouetis, fieri potuisse pensamus.
	Constantino Æthiopiæ, deinde Bezaagher.		
	Mahomete Babyl. & Persidis.		
	Mahomete Hispaniæ Miramolino.		
858		4946	8. Denique tempus quod illi ascribitur, non habet locum, iuxta Anastasij bibliothecarij computationem, qui tamen hac vixit ætate, & vitas Romanorum pontificum descripsit: vsque ad Nicolaum primum pontificem proximũ: cuius creation i

Universidad de Deusto
Biblioteca

non modo interfuit,imo & Adriani 2. & Ioannis octaui, vt ipsemet nominat, verùm etiam docuit post Leonem 4. Sedem dies tantum quindecim vacasse. Benedicto 3. mox creato & magnis motibus exortis,propter electionem à Lothario sedatis.

9. Anastasius inquam horum temporum oculatus historicus his verbis. Sanctiss. Leo Papa. 4. obdormiuit in Domino. 16. calend. Augusti, sepultus ad S. Petrum cessauit episcopatus dies 15. Quo mortuo, mox omnis clerus Romanæ sedis,vniuersi proceres, cunctúsque populus ac Senatus congregati sunt Domini clementiam exorantes: vt beatificum illis in omnibus demonstrare dignaretur pastorem, qui Apostolatus culmen regere valeret tranquillè. Qui diuinitus æthereóque lumine inflammati,vno consensu, vno conamine,Benedictum pro tantis, quibus pollebat sacris operibus, Pontificè promulgauerunt erigere. Miro verò vniuersa & alacri studio plebs, & populi cœtus ad Callisti titulum properantes, eum cum hymnis & canticis spiritualibus ad Patriarchium Lateranensi perduxerunt,& vt moris est in Pontificali solio collocarunt.

Ita post Leonem non Ioannes fœmina, sed Benedictus statim successit. Valeant igitur,qui aniles nugas de quadam statua fœminæ, & sede stercoraria iactitant.

Deinde fingite Centuriatores hoc verum esse,ac mulierem fraude,ementito sexu,detestante mundo aliquandiu extitisse Romanæ Ecclesiæ caput,an id magis ridiculum, quàm quod vos probatis, laudatis, defenditis, Reginam Angliæ palàm, apertè, videntibus, scientibus patientibus vobis (ô portentum, ô scelus) Anglicanæ esse dicique caput.

Tum & hoc erat monstrum, quo portendebatur emersuros in Romana Ecclesia impuros hæreticos.i. Centuriatores & Caluinitas,qui facerent fœminam Anglicanam,siue illa esset meretrix, siue non in suo regno Papissam Ecclesiæque caput.

Quæ res vt Naturæ monstra,ita Sed. Apostolicæ nihil præiudicij affert. Nam tunc omnia perinde habenda sunt, ac si toto illo biennio Sedes vacasset. Vnde ab ea Ordinem,Beneficium,vel aliquid spirituale sunt consecuti denuo id debuere consequi: & ex integro repetere, quòd illa ad conferendum nullum ius nullámque potestatem habuisset. An fraus,an perfidia hominum fidem Dei enacuere potest? Rom. 3.

[Illam fraudem Satanæ, ab hæreticis in Creatoris contumeliam, & saluatoris dedecus excogitatum tersissimo libello, Doctissimus vir D. Raymuntius Regius Consiliarius,pietati & fidei Catholicæ defensor accerrimus, validissimis argumentis eluminauit,ac ex omni horum memoria deleuit.]

Benedictus lachrymans, diu reluctatus & inuitus pontificatum susce pit,Ægrotos inuisit, pauperes aluit, calamitosos consolatus est,viduas & pupillos defendit. Clericos ad honestè incedendum & viuendum compulit. *Martinus Polonus Platina.*

HVMANA.

Petronas Michaëlis dux Amer Saracenorum ducem in acie interficit. *Zon. tom. 3.* — 4946

Piastus plebeius longam principum, regúmque Poloniæ posteritatem per multa sæcula vsque ad Cazimirum Magnũ propagauit circa tempora Ludouici Balbi regis Germaniæ Ludouici Pij F.

h NICOLAVS Sanctissimus, beatissimus,Zelo feruentissimus,Denique post B. Gregorium vsque in præsens, nullus Romanorum præsul, illi videtur æquiparandus. Regibus

Anni mundi.

Alphonso 3. cog. Magno Hispaniæ rege quadragesimo tertio.

Eteluuolfo Angliæ secundo, & per ordinem Edelbaldo mens. 6. Eldeberto,an. 5.

CONC. *Tricinense. tom. 2. concil.*

Schisma 11.

Anastasius 3. contra Benedictum sedit dies aliquot,non longè post coactus abdicauit.

108.

h NICOLAVS I. magnus & pientissimus Rom. absens & inuitus eligitur,an. 9. mens. 7. di. 13. — 4956

Vacat mens. 7.

Anni Christi.

858

868

ac Tyrannis

Anni Christi. — *Patriarcha.* — *Anni mundi.*

858 — *Constantinopoli Ignatio, deinde Photio, an. 7.* — 4945

ac Tyrannis imperauit, eísque ac si Dominus orbis terrarum auctoritate præfuit, piis humilis, blandus, pius, mansuetus apparuit,impiis & à recto tramite exorbitãnib⁹ terribilis,atque auctoritate plenus extitit, vt merito credatur alter Elias (Deo suscitante) nostris temporibus resurrexisse, & si non corpore, tamen spiritu & virtute. *Regi. lib. 2.* Scripsit plures epistolas, vir cathedra illa dignissimus.

Scripta vna epistola ad Michaëlem Imp. longe doctissima, & altera ad omnes Asiæ & Libyæ Catholicos acta legatorum suorum rescindit, & Ignatij patriarchæ depositionem,& Photij consecrationem illegitimam esse pronuntiat. *Zon. tom. 3. & tom. 2. conc.*

Eius decreta in vnum collegit Gratianus, & in aliquot titulos distribuit.

Vualdradem pellicem Lotharij, legatus Nicolai Pap. an. 864. excommunicat. *Sigeb* Ipse autem epistola Lotharium monet vt ab ea abstineat,ni & ipse velit excommunicari. *Regi. lib 2.* Legatos in Galliam misit, qui renuntiarunt se nullum sapientem episcopum in toto regno Lotharij inuenisse,qui in canonici esset institutus disciplinis. *Regi lib 2.*

Epistolam, quam post Pantaleonem, Centuriatores nomine S. Hilderici Augustani Episcopi ad Nicolaum 1. pro clericorum coniugiis afferunt,esse fictitiam, à nemine citatam, nulli cognitam, tempori non congruentem docet. *Spenceus lib 1 de continentia cap. 12.* Nam Hildericus 70. minimùm annis fuit Nicolao posterior. *Infra.*

Contra Nicolaum Photius patriarcha Const. concilium habuit, ex quo tempore Const antinopolitana Ecclesia à Romana palàm discedit, Spiritus sancti processionem a solo patre petulanter defendens *Nilus li. quodam Græco. manusc.* vbi & docet veterem Romam vsque ad Christophorum Papam cum noua in fide consensisse, qui sedit anno 905.

Ignatio à Barda iniustè patriarchatu electo,quòd ipsum ob dimissam vxorem & consuetudinem cum Nuru sua excommunicasset, Photius successit. Vnde postea secutæ magnæ turbæ, Basilio restitutionem Ignatij iuxta canones procurante, *Zon. tom. 3.* Photio libros contra sedem Apostolicam scribente, *lib. Pontif.*

An. 868. Dæmonium,quod iam triennium in pago Camonti, non procul à Bingio, suis præstigiis Moguntinam ciuitatem & vicinos incolas affligebat Sacerdotes Moguntini hraniis & aqua benedicta tandem abegerunt. *Sigeb. Auent lib. 4. Annal.*

Constantinopoli scholas Bardas Cæsar instaurauit, singulis doctoribus publica stipendia decreuit,& omnibus magnum & communem doctorem præfecit Leonem Philosophum. *Zon tom. 3.*

Hunni & Bulgari olim Christiani, sed à Scythis victi circa an. 500. in paganismum relapsi, magna ex parte cum suo rege Trebellio (qui paulò post ingressus est monasterium) iterum ab idololatria ad Christi fidem, Sacerdotibus eo à Rom. Pontifice missis, conuertuntur an. 866. *Synod. Constant. Lunn Sigeb. & Rhegi lib. 2.* Ludouici Imperatoris vndecimo. Paulò post quod ea argia esset obnoxia Imperatori Orientis, Græcos ritus suscepit *Platin.*

Sed cùm Trebellij filius ad cultum gentilitatis redire cogitaret, parensè monasterio egressus copias conscribit,& filium capit: atque oculis orbatum in carcerem coniicit sub an. 865. *Sigeb. Zon. tom. 3.* Minoréque filio, in regnum locato: ad monasterium reuertitur. *Chron Hirsaug.*

Nogerius Sancti Galli abbas, sequentias siue Prosas composuit, quas Nicolaus pont. cantari concessit. *Trit. Martyn. Polo. Chron.*

868 — 4956

Universidad de Deusto
Biblioteca

Certis autem in locis, obscuræ & parum Latinæ de industria factæ sunt, vt concentus, & tonus atque adeo sonus esset iucundior. Nam musici & cantores in omnibus linguis, id præcipuè obseruant. Quod de suorum Rabbinorum hymnis annotat Elias lib. 4. Bahur. Rad 3.

Slaui & Dalmatæ vna cum Sueropilo suo rege, prædicationibus Cyrilli & Methodij fratrum: Christiani fiunt. *Chro. Polon. Bonfin. lib. 10. dec. 1. Blond. dec. 2. lib. 2.*

HVMANA.

Tunc regnabat Polonis Semouitius Piasti filius à quo sequentes Polonorum reges, vsque ad Iagellonem orti sunt: & Sileſiæ principes ad hunc vsque diem. *Cro. Polo. lib. 1. cap. 13.*

Quo tempore Suatoplugus Morauorum rex, primùm cum ea gente nomen Christo dedit. *Idem lib. 2.*

In quo & Morauorum regnum finem accepit à Germanis, Vngaris, Boëmis & Polonis discerptum. *Ibid.*

Theodoricus ex genere Regum Francorum, primus comes Hollandiæ constituitur à Carolo Caluo. *Mater histor.* 4956

[Quod hîc appellat, *Matrem historiarum*, alij *Mare historiarum* Intitularunt.]

Britanni ingenti numero Gallias ingressi, cuncta fere deprædantur. *Palmer.* ob quam calamitatem Carolus cum rege eorum Heruspoo fœdus init, eisque locum habitationis in Galliis concedit. an. 861. *Sigeb. Rhegi. lib. 2.* 4962

Anno 861. incipit historia rerum Moscouiticarum apud Sigismundum Liberum. Tum enim tres fratres Varaij, Ruricus, Sineas, & Trubor, apud Russos Septentrionales dominantur. Manſit autem deinceps imperij Russici sedes Kiouiæ. Aliquanto antè apud australes, quatuor principatus fundarant tres alij fratres: Kius, Sciecus, Torenus cum sorore Libenda. *Chron. lib. 2.*

Anno 869. in agro Brixiensi triduo sanguinem pluit.

i COMMENDATVR à liberalitate in pauperes, pietate in Nicolaum antecessorem, humilitate (Nam episcopis ministrabat & pedes eorum lauabat) & dono miraculorum. *lib. Pontif. Anton. tit. 16. cap. 1. §. 10.*

A populo & clero electus sine imperatoris consensu.

Primus Alfredum sextum Anglorum Regem corona regia insigniuit. *Polyd. lib. 5. hist. Anglic.* Qui in Indiam munera ad S. Thomam misit. *Vuilelmus lib. 2. de Anglis, cap. 16.*

Et Ozonienſem scholam aperuit, cùm nullus eo tempore in toto regno eius, Grammaticæ doctor existeret. *Randulphus lib. 6. cap. 1.* Psalterium transferre cœperat in linguam suam. *Ibidem.*

Tunc primum Græci cœperunt vti campanis, beneficio Venetorum. *Sabell. Ennead. 9. lib. 1.*

Valafridus, Otfridus, qui exemplo Caroli Magni conatus est linguam Germanicam scribere: & regulis grammatices astringere, Vuerembertus, Hardinundus Rabbani auditores. *Trithem.*

Fronto Danorum rex in Britanniam irruit, suorum maiorũ ditionem recuperaturus. Vbi & à Christianis, quos subegit, Christianus factus est, circitet an. 870. *Crantius in Dania lib. 4. cap. 15.* Filius eius Gurundus siue Gormo, ab Alfredo Britanniæ rege captus cum 30 proceribus: & maxima satellitũ turba, baptizatur & sortitur Orientalium Anglorum & Northumbrorum prouincias. *Vuil. lib 2. de. Ang. cap. 14.*

HVMANA.

Saraceni ex Alexandria, Ægypto & Africa, in Siciliam ingenti multitudine irrumpunt, & omnia ferro incendióque vastant. *In Chronico Casinensi.*

Anni mundi.

Anni Christi.

CONCIL. *Romanum 113 episc. contra duo prouincialia, Metense & Aquisgranense, quæ Theobergam non esse Lotharij legitimam vxorem pronuntiauerat, facta alterius ducendæ potestate. Plat. lib. Conc. Regino lib. 2.* 865

Conc. Ro. 2. & 3. contra Photiũ &c. Episc. 115. Plati & Lib. Conc. Rheg. lib. 2.

109.

i ADRIANVS 2. doctus & optimus Roman. 5. mens. 9. dies 12. 868

Vacat dies 12.

Patriarcha.

Constantinopoli Photio, deinde Ignatio iterũ. an. 7. 874

Principibus.

Eisdem Impp. & regnant. Basilio Macedone, an. 20. Orien. Imp. nonagesimo tertio.

Giarasfa Æthiopiæ & post eũ Gianascheda.

Mahomete Babyloniæ & Persidis vicesimo sexto Miramolino.

Mahomete Hispaniæ Miramolino, deinde Almudio, an. 2.

Alphonso 3. cog. Magno Hispaniæ rege quadragesimo tertio.

Angliæ quinto Edelredo, deinde Alfredo. an. 28.

Anni Christi. Anni mundi.

An. 870. cum Persis bellum gerunt. *Sigeb.*

Carolus Caluus Franc. Carolomannum filium, qui abiecto habitu sacerdotali, regnare molliebatur, cepit & oculis priuauit. an. 872. *Sigeb Rhegino, lib. 2.*

870. Gerardum quendam comitem sibi obstrepentem debellat. Hunc Gerardum de Russilone, cognominatum, & ab eo Burgundionum comitum originem deductam nonnulli tradunt, quòd cum ei agellus in Prouincia remansisset. Theoderici patet fuerit, cuius filius Falco, à quo Gerardus secundus, qui Vualterum patrem Renaldi primi Burgundiæ Bisuntinæ comitis progenuit. Etsi alij Gerardum à Russilone, malint Caroli Mattelli temporibus extitisse.

Quocunque tempore extiterit is videtur cõditor, aut certè Dotator prioratus Semimurensis apud Mandubios in Burgundia, in quo ossa Gerardi diuitis religiosè conseruantur, & exequiæ quotannis sollenniter celebrantur, à quo & annuli pronubum D. Virginis è transmarinis partibus habent.

Contra Saracenos & Manichæos pugnat Basilius, & traiecto Euphrate terras eorum populatur, & tandem Chrysochiorum eorum principem interficit. *Zon tom. 3.*

Tarsensium & Melitineorum Saracenorum copię, cum Esma eorum Amyra ab Andræa duce cæduntur. *Ibid.*

Inter Saracenos & Græcos, Saracenos & Francos, ab an. 867. ad 873. in Italia ad Beneuentũ, Ragusium, Bareos Longobardię vrbem varia prælia. Inillis Sultanus eorum cog. Adalgisus captus Capuámque ductus fraude elabitur. *Zon. tom tertio.*

Ludouicus Imp. contra Normanos & Slauos, in Germania res gerit. *Sigeb.*

Basilius Macedo pecunias publicas, quas Michaël in largitiones exhauserat repetiuit publicato edicto, vt qui ab ipso pecunias accepisset absque iusta causa, eas redderet.

Post Mahometem Saracenorum & Persarum Miramolinum siue Amyram. 25. historici nullum ordine nominant. Sed pro rerum gestarum cum nostris ratione, qui fuit annus Dom. 871. At Hispanorum Arabum Miramolini in Hispanicis Chronicis nominantur apud Rasin, Rodericum Toletanum, Vasæum.

k SCRIPSIT quatuor libris vitam D. Gregorij Pontificis Romani, vbi se Ioannem Diaconum inscribit. fuit Latinè & Græcè doctissimus. *Trith.* Carolum Caluum inaugurauit imperatorem. In Gallia Ludouicum Balbum Francorum regem coronauit. Romam reuersus Carolum Crassum Diademate imperij adornauit. Saracenos parato exercitu, ex Italia & Sicilia profligauit. *Plat. Sigeb. Supplem. Chron.*

In Galliam profectus est, vbi multa gessit. *Annon. lib. 5. à cap. 32. ad 37.*

Tres Imperatores coronauit intra quatuor annos, quod nulli alij Pontificum vnquam contigit, *Æmyl. lib. 3.* Carolum Caluum, Ludouicum, 3. Balbum, & Carolum, 3. Crassum. *Annonius in locis supra citatis & Otho Frisingens. libro sexto hist. cap. 7. & 8.*

Photio misit pontificalem stolam, humerale indumentum, penulam & sandalia, vt ostenderet se eum in Constantinopolitanæ sedis patriarchatum suscipere. *Oct. conc. Constantinop. sesto 4.* Hæc insignia ità postea Patriarchas inflarunt, vt deinceps se Romano Pontifici æquales, interdum superiores dixerint.

In Synodo apud Trecas, Flandris primùm ex nemorosis locis ad meliorem cultum perductis, episcopum dedit. *Plati.*

Basilius post Ignatium è viuis sublatum, quem restituerat Adrianus, Photium restituit in pristinã sedem. Vnde iterum

110.

874 k IOANNES 8. Rom. doctus, antea Cardinalis, an. 10. dies 2. 4962

Vacat dies 2.

884 4972

Patriarcha.

Constantinopoli Ignatio iterum, deinde Photio iterum, an. 9.

Principibus.

Basilio Imp. nonagesimo tertio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum expulit Leo Philosophus, ac in monasterium Armeniorum relegauit, in quo videtur mortuus. *Zon. tom. 3.* — Anni mundi.

Circa an. 875. Russi bello à Basilio Maced. afflicti pacem petunt, & Christi doctrinam amplectuntur: post miraculum libri Euangeliorum ab igne illesi & intacti. *Zon. tom. 1.* — 4962

Hoc tempore mota est quæstio, à Fredeuardo equite de manducatione corporis Domini, sitne illa vera an tropica, sensibilis an insensibilis, modo corporeo an spirituali, ad quã Paschasius Abbas Corbeiensis Latinè & Græcè doctissimus, doctissimè respondit: nonnulla tacitè corrigens, quæ de ea quæstione Bertamus presbyter paulò antè, minus scitè & cõmodè ad Carolum Caluum rescripserat. *E Paschasij libro de Sacramento altaris.*

Hinc librum de Eucharistia scripsit Ioan. Scotus, à quo Berengarius postea videtur suam blasphemiam hausisse. Sed is lectus in Vercellensi Synodo omnium sententia damnatur. *Lanfrancus lib. de Verit. Euchar.* Et auctor graphiis discipulorum conficitur. *Crinitus de honesta discipl.*

Remigius Antissiodorensis. Io. Scotus (alter à Franciscano doctore subtili, nam Palmerius videtur confundere) Aristotelis moralia de secretis secretorum, siue de recto principum regimine è Græco in Chaldaïcam, Arabicam & Latinam linguam conuertit, & ex eodem Dionysij Hierarchiam in Latinum Ludouici iussu, ad quam missa fuerat à Michaële Imp. Constant. *Sige. Nauc.* Franco, Bertamus, Asserius Britannus, Milo & Hubaldus Galli, Paschasius Corbeiensis. *Trith. Sigeb.*

Carnotensis antistes indutus Camisia interiori D. Virginis, magnam ædit Normanorum stragem. *Guaguin. lib. 5.*

Anastasius Romanæ vrbis Bibliothecarius, vertit è Græco in Latinum Dionysij Hierarchiam, & septimam Oecumenicam Synodum Nicenam. Hubaldus cantus de multis Sanctis condidit, qui passim cœperunt cantari. *Sigeb.* Henricus Antissiodorensis. *Trith.*

Giselbertus siue quisquis fuit auctor libri, qui inscribitur altercatio Synagogæ & Ecclesiæ. Nam Ioan. Scotum vt coætaneum allegat. Suo tempore ibi, vnam tantùm Eucharistiæ speciem exhibitam multitudini declarat.

HVMANA.

An. 876. Carolus post adeptum imperium, consuetudines Francorum negligens, Græcos & insolitos amictus affectabat, & talari Dalmatica indutus & supernè Baltheo accinctus, vsque ad pedes pendente, capite vero inuoluto serico velamine, & Diademate superimposito procedebat. *Sigeb.*

An. 874. locustæ Galliam depopulantur, quæ vt castrorum acies turmatim volantes, duces cum paucis itinere vnius diei præmittentes ad metanda loca venturæ multitudini, circa horam nonam veniebant, ibique solis ortum expectantes, per spatium vnius diei aërem velabant, donec ad mare Britannicum peruenientes, ventorum flatu in profundum demersæ sunt. Vnde secuta pestis & fames, quæ penè tertiam hominũ partem consumpserunt. *Sigeb. Rheg. lib. 2.* — 4967

An. 876. Caroli Calui copiæ à Ludouico & fratribus, Calui nepotibus in Germania cæduntur. Eo itaque fugato tres fratres regnum Germaniæ partiuntur. *Rheg. lib. 2.* Eorũ minimus Carolomagnus contra Slauos multa prælia confecit, perpetuõque victor regnum suum amplificauit. *Ibid.*

An. 877. & seqq. Gallia tumultibus plena propter Normanos, itémque dissentiones de successore Ludouici Balbi. *Sigeb. Rheg. lib. 2.* — 4972

Nortmanni siue Dani totum Angliæ tractũ à Septẽtrionali parte Tamasis fluuij sibi subiecerunt, postea Galliam repetentes Andegauum vrbem occupant. *Guil. Nangiac.* ob Ethnicas tuas impietates vindicandas, passim in templa & Christianos sæuiunt per Saxoniam, Lotharingiam & Franciam, an. 882. *Helmold. cap. 7.*

Britones mortuo Salomone suo rege, de regno inter se contendentes, à crebris Galliarum incursionibus cessarunt. *Palmer. in Chron.*

* MALIS artibus pontificatum adeptus, non diu sedit.

Scholas Saxonum prece Alfredi regis omni tributo relaxauit & magnam partem Sanctæ crucis ad ipsum misit. *Ranulph. lib. 5. cap. 3.*

Circitet illum annum Dani grauissimo bello victi, Anglia excedere coacti sunt, præter eos, qui Christiani fiebant. Nam & illi manserunt, & eorum rex Gormo Northumbris ab Alfredo præfectus est. Post annos 5. Rollo Danus Angliam inuasit. *Guillelmus lib. 2. cap 14. de Anglis.*

Saraceni an. 885. Cassinense monasterium occupant, Bertharium Abbatem ad altare D. Martini mactant, spoliis Italiæ onusti, Garilianum redeunt. *In Chro. Casinien.*

Eodem an. Godefridum Nortmanorum ducem post Frisiam acceptam Carolus Crassus de Sancto Baptismo suscepit. *Sigeb.*

Theophylactus Bulgariæ episcopus. Nam à Photio patriarcha Bulgaris missus episcopus legitur in libro fratrum Prædicatorum contra Græcos.

HVMANA.

Mahometes Albategnius Aratensis, Arabs Mathematicus an. 884. scribebat librum de motu stellarum an. 743. post Ptolomæum. *Ipse ibid.*

Tum comperit annum solarem, constare diebus, 365. & quarta diei, minus centesima sexta parte ipsius diei. *Ipse cap. 52. & 53. sui lib.*

Carolus Crassus Æram Christianam, siue annos à Christo nato primus, suis diplomatibus & epistolis subscripsisse fertur, indéque exemplum eius desumptum sub an. 888. Cùm Orientales principes, recentis adhuc Basilicnsis concilij tempore, ab Orbe condito, iuxta Eusebianam supputationem, multis annis alioqui redundantem & mendosam suis literis subnotarent.

Eo Caroli Crassi tempore, circiter an. 884. Normani trans Daniam populi, in Germaniam & Galliam irrumpere incipiunt. Quibus non parum addiderat vitium ea Imperij Romani diminutio, quæ post Ludouicum Pium contigit. Priùs enim est intestinis bellis exhaustum, postea in 4 portiones diuisum, dum Lotharius Italiam, Lotharingiam & Burgundiam possideret, Ludouicus Rhenum & Germaniam, Carolus Galliam, Pipinus Aquitaniam. *Helmold. cap. 7. Chronici Slauorum.* Vbi obserua posteritatem Gallorum iure hæreditario possedisse Germaniam.

Alphredus Angliæ rex horas. 24 diei noctisque in tres partes distribuebat, primas octo ad legendum, scribendum, meditandum & orandum, alias octo ad disponenda regni negotia, reliquas ad corporis sui curam. *Chron. Hirsaug.*

INITIO sui Pontificatus ad senatum populúmque retulit, ne in creando pontifice, Imperatoris authoritas expectaretur, vtque libera essent & Cleri & Pop. suffragia. Quod institutum à Nicolao 1. tentatum, potius quàm inchoatum fuerat. Moritur collachrymantibus omnibus.

Nonnulli historici secuti Sigebertum, in Chron. post Marinum PP. nominãt quendam Agapitum PP. qui sederit an. 1.

Anni Christi.		Anni mundi.	
			Carolo 2. Caluo, Ludouico 3. dic. 2. Balbo, an. 2. per ordinem Occid. Impp. & Franc. Regibus.
	III.		
884	* MARTINVS II. (siue priori nomine vt quidam aiunt.) Marinus 1.	4971	
885	Gallus, an. 1. mens. 5.	4973	Carolo 3. Crasso siue Grosso primo. 2. annis cum Balbo, postea solo Occi. Imp. septimo, an. 12.
	Patriarcha.		
	Constantinopoli Photio iterum.		Ludouico 4. cum fratre Carolomanno, filiis spuriis Balbi, an. 5. Fräc. reg.
	Principibus.		
	Basilio Orient. Imp. nonagesimo tertio.		Gianascheda Æthiopiæ & per ordinem Fresennai, Adasahaz.
	Carolo 3. Occid. 7.		
	Ludouico & Carolomanno Franc. regibus.		Almudio Hispaniæ Miramolino apud Corduham, deinde Abdala, an. 25.
	Aizar Æthiopiæ. aliis alibi, vt supra.		Alphonso cog. Magno Hispaniæ rege quadragesimo tertio.
			Alfredo Angliæ 6.
	II2.		
885	I ADRIANVS III.	4973	
886	Rom. an. 1. mens. 2.	4974	CONCIL. Tretense præsentibus Romano Pontifice & Ludouico Balbo Franc. Reg. qui ibi à Pontifice elegitur Imperator. *Sigeb. Palmer. & ca. Miror, cum seq. dist. 50. Aimoin. lib. 5. cap 37. In eo Flandri fiunt Torneacensis diœcesis. Plat.* — 879
	Patriarcha.		
	Constantinopoli Photio iterum.		
	Principibus.		
	Eisdem Imperantibus, & regnant.		*Macrense. in finibus diœcesis Rhenensis.* — 884

Universidad de Deusto
Biblioteca

& inter hunc & Stephanum collocant Basilium, quem volũt sedisse an. 4. Nos sequimur Platinam & magnam partem scriptorum.

HVMANA.

Nortmanni post varias incursiones in Franciam à Carolo Crasso subacti, cum Rollone duce suo (qui postea dictus est Rupertus) baptizantur, & ex contractu matrimonij Ducis eorũ cum Gisla filia Simplicis, habuerunt ad habitandã, vltra Sequanam fluuium, Neustriam regionem (quòd ea esset rebellis in Francos) eámque ex suo nomine Nortmaniam vocauerunt. *Blond. lib. 2. dec. 2. Guil. Nangiac.* an. 888. *Sigeb.*

Multi Iudæi præbita & promissa ipsis ab Imper. Orientis pecunia, Christianam fidem amplectuntur. *Iidem.*

iii STEPHANVS eo tempore pontificatum iniit, quo Gallia à Normannis, Anglia à Dacis, Pannonia ab Hungaris, Italia à Saracenis affligebatur. *Sigeb.*

HVMANA.

Sub an. 888. Italiæ nouum regnum exoritur per Berengarium in annos 80. siue vsque ad annum Othonis Magni tricesimum secundum, qui Adelbertum depulit.

Eius reges fuere Berengarius an. 36. quem postquam contra eum regnassent Guido an. 6. Lambertus an. 5. Ludouicus Bosonis filius, an. 5. Iuannes decimus coronauit an. 916. 2. Hugo an. 20. 3 Lotharius cum patre an. 12. & solus an. 4. 4. Berengarius 2. an. 4. denique Adelbertus. an 4.

Supplicium feruentis aquæ & candentis ferri (quod in vsu quæstionum erat) prohibuit. *ex Consuluisti, 2. qu. 5.*

Bulgari ruptis fœderibus bellum gerunt cum Græcis, sed vincuntur à Leone Imp. necnon & Agareni. *Zon. to. 3. Cedren.*

Saraceni ex Aphrica in Italiam descendentes, Fraxinetum castrum occupant. Hinc deinceps magno exitio Italię esse cœperunt. *Sigeb. Guil. Nang.*

Vsque ad Carolum Crassum & annum 888. iidem erant Galliæ siue Franciæ & Germaniæ reges. Nam nostrorum armis perpetuo Germania succubuerat.

Eo mortuo non solum Francorum regnum, sed & imperium scissum est.

Vnde multis locis noua regna emerserunt, vt *Burgundicum* siue Iurense à Radulpho inchoatum in annos 142. in transiurensi Burgundia, vbi hodie Sabaudiæ Ducatus & Heluetiorum hodiernorum pagi. *Arelatense* ab Alpibus ad Rhodanum vsque, cui Boso præfuit (Viennæ præsertim.) *Italicum*, cui Lambertus Vuidonis filius, deinde Ludouicus eóque depulso Berengarius, *Lotharingum*, cuius primus rex fuit Zuendibolchus.

Et ducatus, vt Burgundicus. Hinc ab eodem, an. 888. i. initio imperij Arnulphi & regni Gallici Odonis, annos Richardi primi sui ducis, & sequentium Burgundi incipiunt.

Carolus enim Crassus propter ignauiam, & quòd Nortmannis Galliæ partem concessisset, regnúmque imminui passus esset, ab optimatibus regni circa an. 890. repudiatus est. *Sige. & copiosius Otho Frising. Chr. 6. c. 9. l. 5. c. 42.*

Ab Ordonio Hisp. rege, ob ipsius in suos comites iniurias Castilia prouincia deficit & Iudices duos creat. *Pas.*

n HIC Arnulphum Carolomanni filium Imperatorem coronauit, Carolo Crasso à Francorum principibus remoto & à suis deserto, eo quòd non animaduertisset in Normanorum duces captos, sed cum muneribus dimisisset in Reip. perniciem. *Rheg. lib. 2. Blond. lib. 2. dec. Sigeb.*

In eius electione Romæ magnum extitit dissidium.

Anni mundi.		Anni Christi.
	113.	
4974	m STEPHANVS 6. dictus 5. Rom. an. 6. dies 11.	886
4980	Vacat dies 5.	892
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Stephano, an. 7.	
	Principibus.	
	Leone 6. Philosopho, an. 17. Orient. Imp. nonagesimo quarto.	
	Carolo Crasso 3. Occi. Imp. & Franc. Rege ad Eudonem siue Odonem seu Otthonẽ Frãc. Reg. vsque.	
	Aizar Æthiopiæ, deinde Delnahad, an. 4.	
	Abdala Hispaniæ Miramolino.	
	Ordonio 2. Hispaniæ Rege, an. 8.	
	Alfredo Angliæ 6.	
	CONCIL. *Colonienſe. Tom. 2. Concil.*	
	Vuormacienſe. Ibid.	
	Moguntiacum.	
	114.	
4980	n FORMOSVS Romanus. an. 5. mens. 6.	892
4986	Vacat mens. 2.	898

Commendatur

Anni Christi.		Anni mundi.
		4980
892		
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Stephano, deinde Antonio 2. an. 8.	
	Principibus.	
	Eisdẽ & Arnulpho an. 12. Imp.	
	Odone an 9. Reg. Frãc. vigesimo quinto.	
	Delnahat Æthiopiæ, deind. Madai & Sahata regina an. 40.	
	Abdala Hispa. Miramol.	
898	*Ordonio 2 Hispan. Rege quadragesimo quarto, an. 8.*	4986

Commendatur à sanctitate à Luithprando Ticinensi, qui de eo multa scribit li. 1. hi. c. 1. & 8. vt & Ab. Vspergensis.

A S. Petro ad hunc vsque nullus creatus est pontifex, per annos plus minus 900. qui non per omnium ordinum Ecclesiasticorum gradus ad Diaconatum, vel sacerdotium saltem, in Romana ipsa Ecclesia non ascendisset. *Onuph.*

Primus enim omnium Rom. Pontificum Formosus ex aliena Dioecesi factus est, cum ante ipsum non nisi ex presbytero vel Diacono Cardinalibus creatus esset. *Idem.* Sed hæc obseruatio falsa est, vt pleraque eius aliæ. Telesphorus enim à Petro 9. ex Anachoreta, Dionysius 26. ex Monacho Pontifex est institutus, &c.

Negligentia Episcoporum multi Abusus irrepserunt in Ecclesiam, qui propter bella non poterant reprimi *Platin.*

Hundæus Normanorum rex fidem amplexus, à Carolo de baptismo suscipitur an. 896. *Sigeb.* ab Auentino Huntho & Rollo.

Hatto Abbas & Moguntinensis Archiepiscopus. *Sig.* Constantinus Afer.

Alanus Britonum rex, quòd Normanos vicisset, duodecim eorum millibus cæsis, decimas Deo & B. Petro Romam misit. *Rheg. lib 2 Sigeb.*

Cyrillus Moraiorum præsul Suatocopum regem Moraviæ ad fidem Christi perduxit. *Æneas Syl. histo. Boemiæ, c 13.*

Saraceni Taupominum & Lemnũ insulam occupantes, crudeliter in Christianos sæuiunt *Zon. tom 3.*

Ioan. Marius siue Meyerus. 2. parte prõptuarij Concil. scribit quidem Synodum prætulum Galliæ, præsidibus Ioanne & Paschali legatis Formosi Pontificis Viennæ Allobrogum, siue Delphinatus celebratam authoritate Ludouici Balbi, sed vt multis aliis in locis, sic hîc nimium credulus fuisse videtur. Nam certũ est ex Sigeb. Nauclero, & aliis omnibus Ludouicum Balbum obiisse an. 880 nec potuisse attingere Formosi tempora. Quod annotatum esto aduersum istos, qui satis impudenter istud Concilium proferunt contra Ecclesiasticum cœlibatum.

Hîc Pontacum iniquè taxat Nicolaus Viguierius, in Burgundionum Chronico, vafrè autem, ne istius prætenti fictique concilij fides ex inscriptionis errore conuelli possit, Marium corrigit, dum in eo legendum censet, *Authoritate Ludouici regis Bosonis filij* (qui Arelate sedem regni habebat.) Nam primum hoc pro suo ingenio facit, deinde in hæresis falebras se conicit, dum ficti concilij fidem ex inscriptionis temeraria correctione, contra Ecclesiam asserere conatur.

HVMANA.

Odo, quem Franci neglecto Carolo Ludouici Balbi filio sibi præfecerant, Danos ad Axonam fluuium vicit, & Vualterum sedutionem molientem oppressit. Cum autem in Aquitania Ramnolfum & fratrem eius Ebulonem ac alios rebelles domaret, Carolus in regnum paternum à Francis reuocatus & à Falcone Remensi inunctus an. 894 contra eum arma capit, sed frustrà, etiam si ab Arnulpho Imp. auxilia obtinuisset. Quare non nisi Odone mortuo, ad Francorum regnum rediit post annos tres. *Rheg lib. 2.*

Liliorum insignia ab hoc instituta & vsurpata primùm quidam narrant.

Zuentheboldus Arnulphi filius Lotharingiæ rex, Lugdunum obsedit & Treuiris occupauit. *Sigeb Rhegi lib. 2.*

Carolo Crasso regnante Berengarius & Guido Itali, inter se clam partiti fuerant regnum: & cesserat Berengario Italia, Guidoni Francia. Mortuo illo Berengarius Italiam occupat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guido Romam abit, vt à Pontifice consecraretur. Dum abest, Franci Odonem regem designant, itaque mutato consilio Italiam inuadit: & collatis signis ter vincit, atque ita inuito etiam Arnulpho Imp. Italia potitur. an. 897. *Sigeb. & Luitprandus lib. 1. cap. 6. de rebus Europæ*, qui historiam actuum Berengariorum edidit.

Arnulphus cum multis copiis Longobardiam ingressus vrbes multas capit, Romam expugnatis muris ingreditur & hostes Formosi pont. capitali supplicio afficit. Postea contra Guidonem mouet, sed ægrotus recedere cogitur an. 901. *Idem.*

Radulphus circa an. 890. in Burgundia regnum constituit quod multos annos postea durauit. *Rheg. lib. 2. Sig.* Hic, Gallia & Francia multas insignes mutationes est experta. *Ibid.*

Moraui qui à Francis subacti erant, & ad fidem Christi adducti, spe recuperandæ libertatis atma capiunt: ac religione abiecta Hungaros sibi adiungunt, & more eorum capita prorsus detondent, Christianos infestant cædibus, ecclesiásque incendunt, adeò vt in tota Pannonia vna tantùm superesset Ecclesia. *Bauarix Episcopi ad Ioan. 9.*

4983 Turcæ, ceu Hungari è suis finibus erumpentes, contra Moraurorum regem accersiti ab Arnulpho Imperatore: Saxoniam, Thuringiam, Alemaniam, Franciam & Italiam ferro igneque vastarunt. *Sigeb. Rhegino lib. 2. Guiliel. Nangiac* Quam sequitiam in Germania continuarunt, donec consensu principum Henricus Auceps ad imperium est vocatus. Turcarum autem vocabulo, hìc sunt abusi propter Hungarorum perfidiam.

o De tempore, quo sedit magna contentio inter scriptores. Sed & magna confusio ob Cæsares Germaniæ, omnia in Ecclesia miscentes: & tanquam porcos feros, vineam Domini depascentes.

Leo Philosophus Imp. scripsit libros βασιλικῶν. Quo tempore patriarchatum administrabat Photius auctor Nomocanonis, sæculo tam infœlici apud Latinos, vt nullum illi haberent, quem Græcis æquo marte possent opponere, Græcis propugnantibus dogma de processione Spiritus S. è solo Patre.

Hic enim Photius primus secessionem apertam fecit à Latina Ecclesia, dú apud nos regnarent Caroli Caluus & Crassus. 4986

Humana. 4986

Leo Turcos Istrum accolentes, Vngros nomine, muneribus in Simeonem Bulgarorum regem sibi adiungit: an. 898 qui Bulgaros vincunt & plurimos capiunt. Victoria tandem penes Bulgarum fuit. *Zon. tom. 3.*

Turcę, ceu Hungari in Bulgariam à Leone euocati, cœperunt Pannonias, & postea Carantanos & Marahenses diuexarunt. Ad eos propulsandos Zundebaldus Slauorum Morauensium rex ab Arnulpho ducatum Boëmorum, qui hactenus à principe eius gentis administratus fuerat, accipit sed postea tributum imperatori denegans, Hungaris per tractas munitiones, quas clausas appellant, euocatus sub iugum redigitur. *Luitprand. lib. 1. cap. 3 de rebus Europæ.*

Non priùs Ecclesia à Nortmanis & Danis pacem habuit, qui in Galliis, Burgundia, Lotharingia, Vuormacia, & aliis Germaniæ vrbibus grassabantur: quàm ab Arnulpho Imp. propemodum deleti sunt & rex eorum Hundeus, consilio Caroli fidem amplexus est. *Helmold. capitulũ. 7. Sigeb.* Eorum nihilominus reliquiæ in Daniam recedentes, Prumiense monasterium & loca Arduennę proxima populantur.

Anni Mundi.

Alfredo Angliæ sexto.

Schisma 12.

Sergius 3. electus in schismate cõtra Formosum sedit dies aliquot.

Concil. *Triburiense epist. 26. Germaniæ pro tuenda Episcopali auctoritate, contra quosdã Laicos. Rhegi. lib. 2. Chron. & tom. 2. Conc. Gratian. 2. qu. 5. Sigeb. illud refert ad an. 899.* 895

Moguntinam.

115.

o Bonifacius 6. Tuscus (*seu vt aliis placet Romanus*) dies 26. 898

Patriarcha.

Constantinopoli Antonio secundo.

Principibus.

Eisdem Imperantibus, & regnant.

Anni Christi.

Anni Christi.		Anni mundi.
	Froila 2. Hisp. reg an. 1.	
	116.	
898	p Stephanvs septimus dictus sextus Romanus. an. 1. mens. 3.	4986
899	Vacat d. 3.	4987
	Patriarcha.	
	Cõstant. Antonio 2.	
	Principibus.	
	Eisdẽ Impp. & regnant.	
	Leone scilicet philosopho	
	Ori. Imp. nonagesimo 4.	
	Arnulpho Occid. an. 12.	
	imperatore octauo.	
	Sahata regina Æthiopiæ.	
	Abdala Hisp. Miramolino. Froila Hisp. reg.	
	quadragesimo quinto.	
	Alfredo Angliæ sexto.	4987
899	117.	
899	q Romanvs Gallesianus Tuscus, mens. 3	4987
	Vacat. d. 8.	
	Patriarcha.	
	Constant. Antonio 2.	
	Principibus.	
899	*Eisdẽ Impp. & regnant.*	4987
	118.	
899	r Theodorvs II. Rom. dies. 20.	4987
	Vacat d. 11.	
	Patriarcha.	
	Constant. Antonio 2.	
	Principibus.	
	Eisdem Impp. & regnãt, deinde apud Hispanos Alphonso 4. an. 5. apud Anglos Alfredo, deinde Edouardo an. 24.	
899		4987
	119.	4989
901.	s Ioannes 9. Romanus monachus, an. 2. di. 15.	
	Vacat. d. 9.	
	Patriarcha.	
	Constant. Antonio 2.	
	Principibus.	
	Eisdem Impp.	
	Carolo 4. Simplice an.	

tur. *Rheg. lib. 2.*

Denique cum per annos. 70. Christianos passim afflixissent tandem ab Arnulpho cæsi sunt ad centum millia, vix vno atque altero è Christianis amisso. *Helmond. c 7 an. 895. Sig.*

Fames maxima hoc tempore, vt multi cogerentur vesci humanis carnibus. *Ab Vsperg.*

p Magno odio persecutus est Formosi nomen, cuius ordinationes omnes rescidit, & damnauit. Iam enim tum incipiebat Pontificum virtus & integritas deficere propter Arnulphum & seqq. Germaniæ imperatores sibi Ecclesiæ iura rapientes & libera Ecclesiæ suffragia in eligendis pontificibus tollentes.

Hæc Ecclesiæ captiuitas durauit annis ferè. 140 in qua apparuit pessimam electionem, præstare optimæ principum nominationi. Quod proinde sæculum ab Historicis infœlix inscribitur, vt mox notabimus.

Formosi cadauer è sepulchro eruit & indignè habuit. Quod tamen fabulosum censet Onuphrius.

Constantinopoli multæ turbæ, quòd Leo philoso. Imp. quartò vxorem duxisset. Nicolao, deinde Eutymio Singelo patriarchis quartas nuptias improbantibus: & ecclesiastica censura notantibus *Zon. tom. 3. Cedrenus.*

Vualdridus Bauarus, Bernardus Pictauiensis. *Plat. in Stephano 5. Trith. de Vir. illust.*

Humana.

Agarænos Asiam populantes vincit Andronicus, postea Imperatori suspectus ad eos deficit. *Zon. tom 3.*

Sahata concubina superiorum Æthiopiæ imperatorum se in imperium insinuans multam tyrannidem exercuit, templa & loca omnia religiosa expilauit, sacrum aurum & argentum terræ infodit. *Maria. Victorius de Regib. Æthiopiæ.*

Vndique bella consurgunt, hostes sæuiunt, inimica gens Paganorum insequitur populos Christianorum. *Conc. Triburc. cap 34.* Quod ad Normanos & Danos pertinet, qui bis Parisiorum mœnia oppugnarunt, & in Burgundiam recedentes, Senonensem vrbem, sed frustra tentarunt, per Macronem fluuium Trecas incenderunt, vicinas vsque ad Virundunum & Tullum populantes, &c. *Sigeb. & Rhegi. lib. 2.*

q Vniversa acta Stephani improbat & abrogat.

[Et si hìc videatur illa nimis peruicax Papæ successoris in alterum contentio & scandalum maximum importare videatur, quasi Ecclesia Romana in seipsam diuisa, errore aliquo ageretur, tamen hæc probatio tantum spectauit ad facta Stephani, quæ ius Paparum peculiare propter dominatum Ecclesiæ respicerent, non autem acta publicæ fidei, vt sic, dicamus. In his enim nulla est diuersitas, ne vnius quidem ab omnibus aliis.]

Humana.

Carolus Crassus ab optimatibus regni repudiatus, cùm post Carolum Magnum, inter omnes reges Francorum maximę esset auctoritatis: breui in tantam tenuitatem venit, vt panis quoque egens, ab Arnolpho iam rege facto, stipendia miserabiliter exigeret, ac ab ipso paucos fiscos gratanter susciperet. *Otth. Frising. li. 5. c. 42.*

r Post Photium Constantinop. Patriarcham vtraque parte conniuente, post longam concertationem de Primatu illud vsurpari cœptum est, vt ambo episcopi, Rom. scilicet & Constantinop. Oecumenici & vniuersales appellarentur. Hic quidem vniuersalis patriarcha, quod cæteris esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignor & primum post Papam haberet, locum: ille verò vniuersalis Papa, quod Papæ nomen videretur excellentius. Atque hic fuit litis huius finis inter hos duos. *Onuphrius.*

Anni mundi. Anni Christi.

HVNGARI an. 900. Bauariam deuastantes, simul Ecclesias igne perdunt. *Auent. lib. 4. Annal.* 4987 899

HVMANA.

Florebat Comes Fernandus Congdisaluus, qui mira gessit contra Mauros. Vnde & rerum potitus est in Castella, & eius primus Comes extitit. *Vasæus.*

Circa an. 900. primordia Feudorum in Francia, sub Carolo Simplici. *Annales Rhemenses.*

Etsi alij, vt Connanus non huic, sed Hugoni Capeto ad Conciliandos retinendósque sibi procerum animos, tribuat. 4989 901

27. Franc. Rege vigesimo sexto.

Sabata regina Æthiopiæ.
Abdala Hisp. & Cordubæ Mira. deinde Abdera. an. 40.
Alphonso. 4. Hisp. R. 46.
Edouardo Angliæ septimo.
CONCIL. *Rauennense episc. 74. præsentibus Francorum Archiepiscopis, pro ordinatione Formosi contra Synodum Stephani, cuius Synodi acta coram Episcopis combusta sunt. Plat. Sigeb.*

ANNVS *Dom. DCCCC. quo Carolus Simplex Rex Francorum trigesimus regnum suscipit, Aboderamen Hispaniæ Miramolinus factus est. infœlix sæculum cœpisse fertur.*

NONO *sæculo permansisse veterem doctrinam à Sectariis oppugnatam sic cõstat.* Missa *continuata eisdem ritibus & modis, vt scriptores huius sæculi de Ecclesiasticis siue diuinis officiis faciem faciunt, Amalarius Archiepiscopus Treuirensis, Angelomus, Rhabanus de Institutione clericorum, Rhemigius Antissiod. Hincmarus in capitulis, Strabo de exordiis & incrementis rerum Ecclesiasticarum, Fortunatus Treuirensis lib. de diuinis officiis.* Corporis Christi veritas, Sacrificium, Transsubstantiatio. *Rabanus lib. de Sacramento Eucharistiæ. & lib. 1 instit. cleri. c. 33. vbi formam Missæ describit. Paschasius lib. de corpore & sanguine Domini, vbi Canonis Missæ meminit, & eius multa exponit, Transsubstantiationem ponens c. 19. & 50. Sic Haymo. 1. Timot. 2. Theophylactus in 26. Matth. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 6. Photius in Bibliotheca, & aliis scriptis. Transubstantiationis habet semina Bertramus ipse. vtitur enim vocabulis permutationis, comutationis & conuersionis, lib. de corpore & sang. Domini, quantumuis sit à Sacramentariis corruptus & suppositus.* Baptismi effectus, necessitas, ceremoniæ varię, aliena fides. *Hincmarus epistola ad Hincmarum Laudunensem, Haymo super Ascensione Dom. Theophylactus multis locis. Rhabanus epistola ad Reginbaldum, lib. 1. & 2. de instit. cler. Photius in Bibliotheca, Leo Imp. in suis constitutionibus, in quarum 17. baptizatum illuminatum appellat. vt cùm apud veteres Baptisma sacramentum illuminationum dicebatur.* Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquię, imagines, festa. *Idiota cap. 1. & 4. contempl. de Virgine. Haymo hom. de Virginibus. Rhaban. lib. 4. ca. 10. de Sermonum proprietate. Si quis (inquit) contra hanc sententiam venit, non Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus creditur. epist. ad Orgarium, lib. 2. de instit. cleri. cap. 15. & passim. Ionas Aurelia. libris. 3. de imaginibus. Concil. Cabilo. ca. 45 Moguntinum cap. 36. &c. Photius in Bibliotheca. Leo Imp. in constit. Strabus auctor. Glossæ ordinariæ multis locis.* Liberum arbitrium, Fides, Iustificatio, Gratia, Bona opera. *Haymo in. 1. cap. Malachiæ, lib. 1 in Esaiam, in 4. Heb. super Euang. in octaua Paschæ super Psal. 26. 135. super cap. 6. Roman. Rabanus epist. ad Humbertum episc. lib. 14. in Ierem. lib. 4. in Ecclesiasticum cap. 6. & lib. de modo Pœnitentiæ. Theophylactus passim. Photius in Bibliotheca. Angelomus in. 7. cap. 3. Reg. in 13. cap. 4. Reg. Strabus in Glossa Ordinaria sæpè. Idiota lib. de Dno amore cap. 17. 22. 24. &c. de vera patientia c. 7. 13. 17.* Pœnitentia & eius tres partes. *Rabanus lib. 8. in Ecclesiasticum cap. 3. & lib. 7. cap. 7. epist. ad Reginbaldum Chorepiscopum lib. 2. cap. 30. Instituit. cleri. cap. 14. 16. 30. & lib. de modo Pœnitentiæ Conc. Cabilonense cap. 33. & 45. Haymo in c. 6. Heb.* Claues, Absolutio. *Nicephorus Cartophylax libello de potestate ligandi, & soluendi, quem vertit Oecolampadius. Theophyl. in 16. Matth. & 20. Ioan. Photius in Bibliothe-*

ca.

ca. Primatus Romani Pontif. *Hincmarus ad Hincm. Laudunensem. Quin & hæc ætas eum Apostolicum simpliciter appellabat. Photius Græcus in Nomocanone. Theophylact. in Ioan. 21.* Preces & oblatio pro mortuis. Purgatorium. *Haymo in. 3. c. 5. & 6. primæ Corinth. & in Ps. 6. & in feriam. 6. Pentecostes. & lib. 2. super Esaiam. Raban. lib. 8. com. in Eccl. c. 14. Concil. Cabillonense c. 39. Photius in Bibliotheca. Nam Græci orant & offerunt pro mortuis.* Confirmatio, Chrisma & alia sacramenta. *Raban. libris de inst. cleri. Theoph. in Marc. 6. vbi de oleo vnctionis extremæ aperte. Haymo sup. Ps. 26. sup. 6. Heb. & sup Euang. Hincmarus ad Hincmarum Laud. & ad Tornacensem Eccl. Synodus Arelatensis, Cabillonensis & aliæ huius sæculis. Nicolaus Papa in Epistolis. Hæc & alia agnoscunt Centuriatores in epistola 9. Centuriæ. Patrum (inquiunt) superiorum sensum atque intellectum in ipsam Dei scripturam importarunt, ac piaculum duxerunt, si quis ab eorum ductu vel latum vnguem deflectere auderet. Quod postea confirmant initio col. 1. Membratim deinde indicant ca. 4. de Doctrina col. 205 & seqq. cap. 6. de Ceremoniis & ritibus Ecclesiæ pag. 227. & seqq. c 7. de Politia & Gubernatione Ecclesiæ col. 289. & seqq. cap. 9. de Synodis col. 321 sparsim cap. 10. de Episcopis & Doctoribus Ecclesiæ col. 484. & seqq. sparsim. Vnde qui refutarunt hoc sæculo Claudium Taurinensem, Godescalcum & similes, simul istos sunt execrati. Adde totius huius curriculi Synodos vniuersas, quæ non paruo fuere numero. Adde & historicos: nam hi omnes cursum Ecclesiæ nostro similem planè pinxerunt.*

* *

DECIMVM SAECVLVM.

Anni Mundi.

120.

901 t BENEDICTVS IIII. 4989

Roman. an. 3. mens. 4.

904 Vacat dies 6. 4992

Patriarcha Constantinopoli Nicolao Mystico, an. 2. deinde Euthymio Sycello, an. s.

INFOELIX dicitur hoc sæculum, exhaustum hominibus ingenio & doctrina claris, siue etiam claris principibus & pontificibus, in quo nihil ferè dignum memoria posteritatis gestum sit: vnde ferunt tunc repertum fuisse quoddam monstrum capite canino, & cęteris mẽbris humanis, quod statum illius temporis minificè referret.

[Huc attinet monstra, prodigia, portentaue nec ostenta, sine causa nũquam fieri aut nasci: quia semper naturæ turbatę, aut Creatoris irati indicia sunt certissima quæ minimè ab æuo fefellerunt.]

Hoc ipso infœliciſſimum, quod Ecclesia sub Cæsaribus esset captiua, sine vllo bono fere pontifice, sine vllo celebri Conc. &c.

Regna autem Occidentis sine magnis principibus. Quare circa an. 900. sub Carolo Simplici quisque præfecturas, comitatus, ditionésque, quæ antea regij Dominij fuerant, non solum retinere: sed tanquam proprium ptiuatúmque dominium possidere, & ad posteros quoque transmittere cæpit: ea tantùm lege, vt Regi fidem suam obstringerent. Hinc primordia Feudorum in Francia. *Annales Rhemenses.*

Sic & in Germania. Nam Germani sua feuda à Conrado primo suo rege, qui eodem cum Simplice sæculo vixit, se habere fatentur, quem & constat primas illum in Germania de Feudis perpetuis leges condidisse. Sicque Ducum, Comitum, Marchionum, aliarúmve præfecturarum dignitas, quæ olim temporaria fuerat, & morte finiebatur, Iuris ptiuati & hæreditarij esse cœpit.

Apud Græcos & Hebræos aliquanto fœliciùs. Nam Græci sub Leone philosopho, doctrina & rebus bellicis florebant. Hebræi, præsertim hi, qui Gheonim appellantur, nomine li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

teratio tunc erant clarissimi, vt è Cabbala R. Abraham Leuitæ apparet.

Græcia literatis abundabat, quoniam & ipse Leo imperium administrans philosophabatur, cuius laudatur à Suida responsum, ad quendam Eunuchum, qui honoraria philosophorũ tribui volebat militibus, Vtinam (inquit) mei imperij temporibus contingat, vt quæ sunt militum potiùs, in doctores & literatum professores consumantur.

Quidam hunc Papam fabulantur martyrio coronatum Haiburgi, quæ vrbs est Germaniæ. Nusquam enim legitur Pontificem Romanum illic fuisse præter Benedictum quintum, qui eò loci relegatus ab Othone Imperatore, tædio animi moritur, vt Platina in eius vita docet.

Cum Arnulphi milites, lepusculum versus Romam fugientem insectati essent cum clamore, Romani terrefacti sese de muro deiiciunt: & hostibus per factos aceruos murum ascendendi locum faciunt an 900. *Sigeb.*

Normanis in castra Ecclesiæ intrantibus, pax aliqua in Occidentis imperio & regnis affulsit, vnde & sequenti centenario secuta est mirabilis & crebra gentium, populorúmque Septentrionalium conuersio. Quare vt hoc sæculum infœlix prædicetur à chronologis Lutheranis, mihi tamen est fœlix, conuersionibus scilicet gentium, præcipue Septentrionalium, Moscouitarum, Sueuorum, Polonorum, Slauorum, Hungarorum, & cæterorum, quo episcopatus illustres constituti Magdeburgensis, Misnensis, &c. reges Sancti Henrici duo, Othones tres, Robertus, &c. populus & clerus pietate ardens, adeò vt illo pluta collegia, templa & monasteria condita, restaurata, dotatáque sint, quam vllo alio. *Eruscus de episcopis, item libro de monasteriis*, per annos videlicet. 150. quoúsque sub annum 1060. Henricus. 4. turbauit Hæresibus & facinoribus multis totam Ecclesiæ pacem denique literę & disciplinæ viguerunt, maximè apud Græcos, Hebræos & Arabas. Sed hæc sigillatim deinceps demonstrabimus.

Hoc verò vno infœlix quòd per annos fere 150. pontifices circiter. 50. à Ioanne scilicet. 8. qui Nicolao & Adriano 2. Sanctis pontiff. successit, ad Leonem. 9. vsque qui primus à Deo vocatus velut alter Aaron, antiquam pontificum integritatem è cœlo in sedem Apostolicam reuocauit, à virtute maiorum prorsus defecerint, Apotactici, Apotasticiue potius, quàm Apostolici. tanti sceleris rei sunt Germanici Impp. qui ità premebant Ecclesiam, vt sublatis canonicis electionibus, pro libidine, & sæpius pecunia & pactis summos darent pontifices, recusaret electus Pontificatum suscipere, priusquam ab illis confirmarentur. Aliqui etiam vi, aut largitione sedem inuadebant. Vnde minimè mirandum, si tam paucis annis tot extiterint, ac breui tẽpore semper vixerint, quãdo nõ per ostiũ, sed per posticũ, id est, Imperatorũ tyrannidem ingrediebantur. Quo etiam factum, vt Imperium multum ab illo apice declinaret, in quo fuerat à Francis collocatum, & Berengariana hæresis oriretur. E tanto Pontificum numero, quinque modo, & satis tenuiter, laudantur, Martinus 2. Agapetus 2. Ioan. 17. Sergius 4. Gregorius 6. Virtute postea Leonis 9. & seqq. Pontiñ. adempta est illa vsurpatio Hentico quarto, magnis etsi motibus, atque ita restitutus est Sedis Apostolicæ antiquus cãdor, species & perfectio.

Suatocopius Moraviæ rex, bello victus ab Arnulpho, eremum petiit, vbi cum tribus aliis, quos illic eremi cultores repetit, incognitus sanctissimè ad mortem vsque vixit. *Sylvius cap. 13. Boem.* 4992

Edouardus ordine. 13. Anglorum rex an. 901. ab Ethel-

Anni mundi.		Anni Christi.
	Principibus.	901
4989	*Leone. 6. Imp. nonagesimo quarto, deinde Alexandro 2. Constantino 7. Leonis fil. an. 41 per ordinẽ, Oriẽt. Impp.*	
	Arnulpho Occidentis octauo & post eum Ludouico Iuniore 4. dict 3 an. 10. Occident. Imp. nono.	
	Carolo. 4. Simplice Fr. Reg. vigesimo sexto.	
	Sahala regina Æthiopiæ	
	Abderamene Hispaniæ, & Cordubæ Miramolino.	
4992		904

reda

Anni Christi.		Anni Mundi.
	Alphonso. 4. Hispan. quadragesimo sexto, deinde Ramiro, an. 19.	
	Eduardo Angliæ septimo.	
	121.	
904	v LEO 5. Ardeatinus. mens. 1. dies 10.	4992
905	*Patriarcha. Constantinopoli Euthymio Sycello.*	4992
	Principibus.	
	Constantino 7. Orient. Imp. nonagesimo quinto, & Romano Lacapeno eius vitrico, imperium occupãte: per 26. annos. Ludouico 4. dict. 3. Occident. Imp. nono.	
	Carolo. 4. Simplice Frãcorũ Rege vigesimo sexto.	
	Sahata Æthiopiæ.	
	Hispaniæ Miramolino Abderamen.	

redo Cantuariẽsi Episcopo more maiorũ coronatur. *Polyd. li. 6 Ang.* Postea cùm eius incuria religio ferè intercidisset, episcopis vel nullis, vel ex aula & bello assumptis à Pontif. increpatus Synodum cogit: in qua à Pleimundo, qui Ethelredo successerat, vno die multi episcopi ordinantur. *Ibid.*

Ad Slauos & Polonos, Cyrillus & Methodius doctrinam Christi propagant: sub Arnulphi imperio. *Æne. Sylvius lib. 1. cap. 13.*

HVMANA.

Imperium Occidentis, maximè Italię, quo annis circiter centum & decem Franci potiti fuerant, ad Longobardos transfertur, Berengario 4. Longobardo Duce Foroiulienſi à quibusdam Italis electo in Imperatorem & Vvidone in regem Italiæ. *Blond. dec. 2. lib. 2. & Luithprandus lib. 1. de rebus per Europam gestis cap. 6.*

Nam post mortem Arnulphi imperium confunditur, dolentibus Romanis atque vniuersis Italiæ populis: quòd in Germaniam translatum esset. Quare nec à Romanis, nec à summo pontifice, deinceps coronati sunt Germanici Impp. vsque ad primum Otthonem, Vnde & in Italia quidam Berengarij vsurparunt imperium. *Trit. in Chron. Hirsaug.*

Hinc Ludouicus de genere Francorum vltimus, coronam à Pont. non accepit propter incendium bellorum, quibus vniuersa flagrabat Italia, & propter plurima pericula: quæ ipsi Germaniæ ingruebant. *Erfordienses.* Quid si illa negligentia causam diuino quodam iudicio præbuerit: transferendi ad Germanos imperij. Franci à Pontifice imperium erant consecuti, debuerant igitur eodem medio illud retinere.

[Siquidem res omnes semper ad principia sua redire solent, vt sine illis constare non possint.

Imperauit an. 10. iuxta alios sex. Hungaros in Germania vicit.

Nam primo eius anno Hungari in Moraviam & Bauariam impetum fecerant, deinde fœlici pugnæ cuiusdam successu elati: Bauariam, Sueuiam, Franciam, Saxoniam vastabant. *Luithprandus.*

Zendebaldus frater à Lotharingis perimitur, eo quòd rapinis & cædibus omnia turbaret. *Erphordienſ.*

Transfertur imperium ad Longobardos, apud Italos vsque ad Othonem Mag. *Onuph.*

Hinc Berengarius 1. an. 4. apud eos, apud Germanos Conradus 1. an. 7.

v CONSTANT. Imp. rythmis & omnis generis versibus, obitum coniugis suę deplorauit. *Zon. tom. 3.*

Tythmi ergo etiam inter Græcos, vt Latinos, hoc tempore inualuerant.

Philosophiam quæ penè in obliuionem venerat, ordinatis doctoribus excitauit. *Zon. tom. 3.* Quare Simeon Bulgarorum rex Constantinopoli, à puero scilicet, non solùm Demosthenis Rhetoricam, sed & Aristotelis Sylogismos didicit. *Luithprandus lib. 3. cap. 9.*

Romanus Imp. præter alias largitiones etiam æs alienum pro debitoribus exoluit: cuius summa ad nouemdecim centenarios excreuerat, tabulis in medio foro crematis: item pretium pro iis, qui Constantinopoli in conductitiis domibus habitabant. *Zon. tom. 3.*

Filios suos creauit Augustos, & Constantino, cui Helenam filiam desponderat, prætulit: ac ità depressit, vt is arte pingendi coactus fuerit sibi victum acquirere, donec post. 26. annos paternum regnum recuperauit. *Sigeb. Zon. Volater.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi.

Constantinus recuperatum imperium prudenter administrauit, donec à filio Romano & coniuge poculum infectum bibens, & ex eo aliquantum recreatus: seceſſit in Olympum, ad Theodorum Cyzicum virum pium, ibique se Deo consecrauit.

x VETVS Roma vsque ad Christophorum Papam cum noua (i. cum Constantinopolitana ecclesia) in fide consensit. Hæc Nilus Græco quodam libro manuſ. in Bibliotheca regia docenda sibi proposuit.

Christophorus Leonem Papam, cui alioqui erat familiaris pontificatu exuit. Verum cum male quæsitum potius amisit, mense sexto vel septimo electus in Monasterium

Methodius Moravorum episcopus, Vuorzyuoum in Boëmia vltimum paganorum ducem, vnà cum coniuge Ludmilla ad baptismum adduxit an. 905. quæ miraculis claruit. 4992 *Schedelius.*

4992

HVMANA.

Carolus simplex tulit edictum memorabile, ac religione plenum contra profanos locupletissimorum cœnobiorum opes, malefico regnum, qui de alieno plus æquo sunt liberales, adeptos: & iam episcoporum iura inuadentes. Coacto igitur concilio, diuitias pontificum sanctas esse constituit. Cœnobiorum libertas sanciri nondum potuit, quòd eorum facultatibus Robertus equitum magister, ac Hugo frater militem alebant, ac iam cum factionis suæ hominibus, occupare regni ius contendebant. *Æmil. lib. 3. Franc.*

HVMANA.

Bellum non omnino extinctum, pactione cum Rollone Normanorum duce facta extinxit. *Ibid.*

Hac tempestate in Babylonia florebat R. Amram R. Sisanæ filius, qui precum formulam & ordinem (Sic appellant Breuiarium Iudæorum Hispanicum) in Hispaniam detulit. *R.* 4993 *Abraham in Cabbala.*

y LATERANENSEM ecclesiam, quæ temporibus Stephani sexti pene corruerat, reparauit: diuersisque donariis 5001 atque ornamentis locupletauit. Rebus in pontificatu suo confirmatis, in Gallias venit. *Naucerus.*

Christophorum è monasterio tractum in vincula coniecit. Formosi nomen persequitur, cuius corpus defossum truncari capite iussit. Nihil mirum si isti pōtifices prodigiosi essent. Nam non more maiorum eligebantur, sed à Cæsaribus intrudebantur.

910. Gulielmus dux Aquitaniæ & Aruerniæ comes vir pius Cluniacense, monasterium in fundo paterno inchoauit: & Bernonem primum abbatem præfecit, designatis prouentibus ad victum monachorum. *Plat. Sigeb.*

Regino Monachus & Abbas Prumiensis, suos annales à Christi natiuitate ad annum. 905. deduxit.

HVMANA.

Saraceni à Fraxineto & Gareliano monte exeuntes, Calabriam, Apuliam, Beneuentum, ac Romanorum vrbes ita 5001 occupant: vt vnamquámque mediam Romani, mediam Saraceni tenerent. *Sigeb.*

An. 910. Franci infœliciter cum Hungaris pugnant, in finibus Bauariæ & Franconiæ. 5003

911. Imp. moritur sine liberis, & Ratisbonæ sepelitur. MOX igitur sequenti anno Hungari nemine resistente,

Anni Christi.

Rege Hispan. quadragesimo septimo Ramiro 2.

Angliæ Reg. septimo Eduardo.

122.

x CHRISTOPHORVS I. Rom. mens. 7. 904. 905.

Patriarcha.
Constantinopoli Euthymio Sycello.

Principibus.
Eidē Impp. & Regnāt.

CONCIL. Gallicanum de bonis ecclesiasticis. Æmil. lib. 3.

123.

y SERGIVS III. Rom. an. 7. mens. 4. dies 16. 905
Vacat dies. 7. 913

Patriarcha.
Constantino. Euthymio Sycello, deinde Nicolao Mystico iterum, an. 13.

Principibus.
Eisdem Impp. & regnāt.

124.

z ANASTASIVS III. Romanus, an: 2. 913
Vacat dies 2. 915

Anni Christi. Anni mundi.

Patriarcha.

Constantinopoli Nicolao Mystico iterum.

Principibus.

Constantino 7. cum Romano Orient. Impp.

Conrado I. Occid. Imp. decimo, an. 7.

Carolo. 4. Simplice Fr. vigesimo sexto.

Sahata regina Æthiopiæ.

Abderamen Hispaniæ. Miramolino.

Ramiro Hispan. Rege quadragesimo septimo.

Eduardo Angliæ septimo.

125.

a LANDVS, siue Lando Sabinensis. 915 5003
mens. 6. dies 21.
Vacat dies 26. 916 5004

Patriarcha.
Nicolao Mystico iterū.

Principibus.
Eisdē Impp. & regnāt.

te, Franconiam & Turingiam populantur.

Annus Christi. 912. erat an. 5000. conditæ vrbis Florentiæ. *Palmer.*

Post Hunnorum & Danorum stragem, tertia Hungarorum irruptio desæuit: tempore Ludouici 3. & Conradi 1. Collecto enim exercitu, omni Bauaria & Sueuia potiti sunt, & Rheno contiguis locis. Saxoniam quoque vsque ad Britannicum Oceanum, igni atque cruore compleuerunt. *Helmoldus in Chronologia Slauorum cap. 1. & 8.*

z ADO Vienensis hoc tempore historiam per sex ætates digestam, vsque ad annum 900 perduxit.

Oddo siue Otho (quem quidam cum Odilone 4 Abbate Cluniacensi confudunt) instituit in Burgundia, Gregorium Cluniacensium sub regula D. Benedicti. an. 913 *Vincentius in Specul. lib. 25. Antonin. 2. parte histo. tit 15. cap. 16. Sabellicus Ennead. 8. lib. 1.* Chronicon breue & succinctum cōposuit. *Trit.*

Stephanus Metensis, qui officium de Trinitate, quod in octauis Pentecostes cantari solet, ex Alcuini libro exornauit. *Sigeb.*

Rathbodus Vltraiectensis Nannonis philosophi discipulus. *Trit. de viris illust.*

HVMANA.

Bulgari variis incursionibus vastatum Græciam. *Zon. tom. 3. & Cedren.*

Amputato capite statuæ referentis Simeonem Bulgarorum Principem, ipse statim (quod mirum est) compertus est mortuus. *Zonar. tom. 3.*

Mortuo Ludouico Iuniore sine masculis, genus Carlinguorum, seu Caroli Magni defecit in Imperatoribus. Conradus enim Imp. non fuit Ludouici filius, sed Conradi Ducis Saxonum. *Honor. & Contractus.*

Conradus ergo primus Imp. Germanus.

Ann. 912. apparuit cometa præter morem rutilantior, quem Imperij à Francis ad Saxones translatio secuta est, vel comitata, quod sine magnis motibus & cædibus fieri vix potuit. *Contract. & Honorius in Chronico.*

Conradus Imp. Guormonem Daniæ regem adeò bellis attriuit, vt & pacem supplex peteret: & Christo nomen dare vltro promitteret. *Helmold. c. 8.* Idem & Otto apud Danos & Slauos fidei immemores paulò post egit. *cap. 9.*

Morbo correptus priuatis odiis sepositis suasit, vt Imperium à Barbaris afflictum commendaretur Henrico Aucupi hosti suo, cui & per fratrem Eberardum insignia Imperij misit.

Hungari & Saraceni Italiam depopulantur. *Antonin. 2. par. histor. ibidem.*

Hungarorum in Italiam incursiones deuastationesque ignea facies, stellæ micantes, ac hinc inde obtrantes magno hominum stupore præsignificasse feruntur. *Naucler. gener. 31.*

a BERENGARIVS Ludouicum Bosonis, qui annis 5. cōtra se regnabat in Italia, regno & oculis priuauit.

Circiter an. 915. Ennius Gothus Arragonium regnum instituit. E Pyrenæis montibus Mauros in Tarraconensem & Celtiberiam reuersos depellit.

Berengario Italiæ & Rodolpho Burgundiæ regibus, postea de regno Italiæ inter se dissidentibus, authoritatem suam apud vtrūque regē interposuit: quo minus armata manu confligerent. *Sabel. lib. 1. Ennead. 9.*

Eius nepos Sanctius Maior cum filio Ferdinando potitus regnis Legionis & Castellæ, inde Mauros vniuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sos depellit, Ferdinando Castiliæ & Legionis, Garciæ Nauarræ, Sanctio Nepoti Arragoniæ regum attribuit. Hinc prodiere deinceps tres regum Hispanicorum familiæ.

Garciæ non longa fuit posteritas, Quare regnum Nauarræ crebrò mutatis vicibus, nunc Hispanos, nunc Gallos dominos habuit.

[Aliter schalat Principis Nauarræ Caroli historia, scilicet à Regina constitutum fuisse Regem Nauarræ Ramirum nothum, quòd in causa capitis contra suos proprios ac legitimos filios, tutarus esset. Sanctium verò regem Soprarborum creatum ab illa fuisse, cuius statim & proles extincta & regnum in alia regna, eorumque fidem redactum, sed Garciæ proles etiam num durat ac regnat, Ferdinandi autem soboles, producta est.]

b IOANNES Papa bellator & triumphator de Saracenis maximus, sed tandem in vinculis necatus.

Saracenos totam Italiam, Calabriam & Apuliam vastantes, auxilio Constantini Imp. Græci, tribus præliis ita attriuit, vt intra tres menses penitus ferè extincti sint. *Luitprandus, Blondus.*

Ziptinæus siue Liptineus siue Spitineus Dux Boemiæ factus est Christianus, & nominatur episcopus Pragensis Vvuictech, an 921. *Sigeb. Plat. Sabell.*

An. 923. sanguis dominicus Augiam delatus est. *Sigeb. Rhegi-nonis continuator.*

An. 926. Leuæ non longè à Bruxella & Antuerpia, vniuersale studium cœpit Ioanne Brabantiæ duce. *Ireni. libro. 12.*

Hungari ab Alberico Capuanorum principe, Pontificis odio euocati: Italiam grauius, quàm vnquam antea fecerant Saraceni, diripiunt. *Idem.*

Moraui à Pont. obtinent, ne deinceps episcopis Boiariæ subiiciantur, sed habeant peculiarem Archiepiscopum: quòd Boiarios Slauorum perpetuos esse hostes dicerent. *Auent. lib. 4. Boiorum.*

Guibertus, seu Vuicpertus, siue etiam Vigipertus (variè enim eius nomen scriptum legitur) Princeps Lotharingiæ ingressus monasterium, sanctè vixit. *Sigeb. Plat.*

Rutgerus Treuirensis, qui librum Decretorum scripsit, obiit anno 928. *Continuator Rheginonis.*

Notingerus, siue Notingus Constantiensis. *Nauc.*

HVMANA.

Ludouicus III. Conradus I. & Henricus I. coronam Imperij non acceperunt, Hungaricis incursionibus impediti. Hinc Historici, eos ferè vocant Germanorum reges, non Imperatores.

Henricus Imper. latronibus & sicariis valentibus, non modo veniam, sed arma & agros conferebat, vt ipsis in bello contra Barbaros vteretur. *Sigeb.*

Cum Hungaris conflicturus, vouet Simoniacam hæresim se toto imperio expulsurum. *Luithprand. lib. 2. cap. 8.*

A Rudolpho Burgundionum duce lanceam dominicam, cui Claui artificiosè affixi erant, magnis pollicitationibus impetat. Quod munus non tantum auro & argento copioso, sed & magna Sueuorum prouinciæ parte compensauit. *Luithpräd. lib. 4. cap. 12.*

Ea vsus est pro Labaro. Quare & præeunte hoc signo victorifero, semper hostes suos terruit, & in fugam conuertit. *Ibid.*

Cum Hungaris pacem init in 9. annos. Deinde bellum contra Lotharingos & Francos gerit & imperata facere cogit. *Contin. Rhegino.* Slauius, Danis, Dalmatis & Boemis

Anni Mundi.		Anni Christi.
	126.	
5004	b IOANNES 10. ROM.	916
5017	an. 13. mens. 2. dies 3.	
		929
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Nicolao Mystico, deinde Stephano 2. an. 3.	
	Tryphone, an. 6.	
	Principibus.	
	Constantino 7. cum Romano Oriēt. Impp. nonagesimo quinto.	
	Corado. 1. Occidēt. Imp. decimo, & postea Henrico I. Aucupe, an. 18.	
	Carolo. 4. Simplice Fr. Reg. vigesimo sexto, & postea fugato in Angliā Ludouico eius filio, Rodulpho Burgundione, an. 2. Franc. reg.	
	Sahata regina Æthiopiæ, & posteam Ambasandin Ghemaosfare, Girgaz, Degua, Michael.	
	Abderamen Hisp. Miramolino.	
	Ramiro Hisp. Reg. quadragesimo septimo, deinde Ordonio 3. an. 5.	
	Ordonio 4. an. 5.	

tributum

Anni Christi.		Anne mundi.
	Eduardo Angliæ septimo, deinde Adolstano, an. 16.	
899	CONCIL. *in Altaim pago Rhetiæ. Auent. lib. 4.*	
	127.	
929	c. LEO 6. ROMAN.	5017
	mens. 7. dies 15.	
	Vacat mens. 1.	501
930	*Patriarcha.*	
	Constant. Triphone.	
	Principibus.	
	Constantino cum Romano Orient. Imp. nonagesimo quinto.	
	Henrico 1. Occid. Imp. 11.	
	Rodolpho Burgundione, an. 2. Francorū rege vigesimo septimo.	
	Degna Michael Æthiopiæ, deinde Bedegaz.	
	Abderamen Hisp. Miramolino.	
	Ordonio Hispaniæ rege quadragesimo nono.	
	Adelstano Angliæ octauo.	
	128.	
930	d STEPHANVS 8. dict.	5018
	7. ROMANUS an. 2.	
	mens. 1. dies 12.	5020
932	Vacat dies 10.	
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Theophylacto.	

tributum imponit. *Ibid. Sigeb.*

Berengarius 2. pacem cum Hungaris sancit, vt tranquillam possideret Italiam. Ita Hungari ad alias gentes tumbadas sese conuerterunt. *Bonfinius.*

924 Lotharingia tota ad Germanos à Francis concessit. *Regionis appendix. Sigeb.* Francis Normanico bello occupatis & Normanis sub diuersis ducibus sese in Aruerniam, Aquitaniámve effundentibus. Nam quamuis Neustria Rolloni eiúsque genti esset attributa, ab eorum tamen vexationibus Frā. cia non quiescebat.

c LVITHPRANDVS Ticinensis post superiorem Ioannem, alterum Ioannem. 11. subiicit, Sergij Papæ & Marotiæ nobilissimæ Romanæ filium. At quotquot de Romanis pontificibus scripserunt (fuerunt autem plurimi) non alterum Ioannem, sed Leonem sextum, & illi Stephanum. 7. subiiciunt. Post quos Ioannem ipsum. 11. Sergij P. filium communi consensu referunt. *Onuph.*

Leo intestinos Italiæ motus, qui multos iam annos duraverant, pacare studuit. *Plati. Naucl.*

HVMANA.

Ordonij Hispa. regis tempore, Almanzor dux Saracenorum bellicosus.

Rodolphus Burgundiæ dux secundus, indèque Franciæ rex, Vuillelmo Normanorum Principi Britonum oram maritimam donauit: quam tamen alij à Carolo Simplice Rolloni ante traditam ferunt, sed fortasse posterior fuit prioris donationis confirmatio.

Hungaros Burgundiam populantes, in Italiam traijcere coëgit.

929. Carolus Simplex Peronæ miseranda sorte, obiit post quintum suæ custodiæ annum. *Annales Remenses, Albas Virginenses.*

d STEPHANVS pacis, mansuetudinis, religionis studiosissimus. *Crantzius & Schedeuir.*

Nuba Danorum, seu Normanorum Rex ab Henrico Imperatore superatus, cogitur cum suis baptismum suscipere: & Bosbo ipsis Christum adnunciat. *Vitich. lib. 1. Saxonum & Luithprandus lib. 3 cap. 13.*

An 931. Henricus Imp regem Abroditarum Christianum facit. *Sigeb.* & Brandeburgi incolas an. 920. vbi Otho primus episcopatum erexit. *Chron. Mersburg. Munster. in Cosmog.* & Sarabos siue Vandalos, qui tunc Delemantici nominabantur. *Ibid.* Magdeburgum ad Albim instaurauit, atque Vandalis metropolim statuit, Episcopo Adelberto, qui inter Vandalos præclaram nauarint operam. *Crantzius lib. 2. capite 30. Vandal.*

HVMANA.

931. Britonum reliquiæ Normanos omnes cum suo duce Felocam, qui in maritimis Britanniæ regionibus remanserat, die D. Michaelis, conspiratione, peremerunt.

Illud facinus, Incon Normanorum Ligerim accolentium princeps, vlciscens, regione iterum potitur. *In annalibus Britonum.*

Raimundus Tolosatium comes, & Ermigandus Gothiæ, & Lupus Lacinarius Vasco, Rodolpho Burgundionum regi suum obsequium fidémque deuouerunt. Quorum Vasco equum ferebatur habere annorum plusquam centum, adhuc tamen validissimum. *Luitprandus lib. 5. Annales Remenses.*

e REGI Angliæ negligenter res sacras in suo regno

Universidad de Deusto
Biblioteca

curanti, niſi emendetur: minatur excommunicationem. *Polydor. lib. 6. Angli.*

Anni mundi.

HVMANA.

4985

In ſuos carceres clauditur ab Albrico fratre Romam occupante & eam ab Hugone Italiæ & Prouinciæ rege ſtrenuè defendente. *Annales Remenſes.*

Qui quidem Hugo an. 936. exercitu ſuo fame peſtéque cõſumpto, ab obſidione vrbis Romæ receſſit affinitate priùs cũ Albrico hoſte ſuo inita. *Ibid.*

Nordvvegiæ reges Chriſtianam religionẽ amplectuntur, Volcquardo ibi verbum Dei propagante & Henrico Imp. annitente. *Crantz. in metrop.* 5020

Firtheſtanus primus Epiſcopus Vintonienſis in Anglia *Polyd. lib. 6. hiſt. Angli.* 5025

Curricula militaria, quę torneamenta vocantur & equeſtres ludi atque paleſtrici, tum primùm apud Germanos excogitantur ab Henrico Imp. & magna pompa ac ſolennitate Magdeburgi habentur an. 938. inquibus decretum eſt, vt magnatum ſcelera punirentur. *Munſt. in Coſmograph. Chronicum Saxoniæ.*

Tempore Henrici Imp. Louanienſis Academia in Brabãtia fundatur. *Graſſarus.*

An. 933. Henr. pacatis vbique hoſtibus, Hungaros aggreditur: & ad 40. millia cædit. Hac victoria libertatem patriæ reſtituit: & ſummam authoritatem in imperio, & apud exteros ſibi comparauit. *Luithprandus.*

Marchias ſeu limitaneas præfecturas paſſim conſtituit, vt in officio regiones continerentur, vt in Cymbrica Cherſoneſo, Sleſuicenſem marchiam, Brandeburgenſem contra Henetos, Miſnenſem contra Boëmios, Luſaticam contra Polonos & Sileſios.

935. Normani in Biturigum, Turonenſiúmque agros magno agmine irruentes: ab accolis ad vnum ferè cæſi ſunt *Chronicon Burgundiæ.* 5025

Britones paulò pòſt, qui Notmanorum metu in Anglia. diu fuerant profugi: Alano Barbatorta duce Adelſtani regis auxilio, patriam repetunt. *Annales Remenſes.* 5028

Maiorémque vrbium partem (an. 937.) ex quibus deiecti fuerant recipiunt, maximè verò Nanetenſem, in qua Alanum paulò pòſt ducem conſtituunt: cùm iam alij Britones Inhaëlem Berengarium, in vrbe Rhedonenſi ducem haberent. *Annales Remenſes & Britan.*

Tum Hungarorum Barbaries, Franciam totam immaniter deuaſtabat. *Idem.*

Fons ſanguinis largiſſimè fluxit Genuę, in præſagium fortaſſe imminentis ruinę ipſius: nam eodem anno capta eſt à Saracenis. *Martin. in Chron. Sigeb. & Antonin. 2. par. hiſtoriæ, tit. 16. cap. 1. §. 15.*

f OTTO primus Paganos Saxoniam incolentes, ad Chriſti fidem perduxit. *Martin. in Chron.*

In Zelandia & Scandia Othnicarus Albus ſacerdos, doctrinam Chriſti propagauit. *Saxo Gram. lib. 10.*

Denique Otthonis primi tempore Nortuegi, Liuone, Eſcones, Curoni, Luxates conuerſi ſunt. *Henri. Token.* Eccleſiæ verò Slauorum, Vuagrorum, Obotritorum, ſiue Kycinorum maximoperè auctæ ſunt. *Helmold. cap. 12.* ibi Aldeburgi primum epiſcopum geſſit Marco. *Ibid.*

Vuni ſiue Vuno Hamburg. epiſc. Gormone ab Henrico ſuperato, qui Chriſtianos crudeliſſimè fuerat perſecutus: in Daniam veniens, multos ad Chriſtum reducit. Inſulas maris paſſim viſitat, conuerſis Heroldum præponit.

Principibus.
Eiſdem Impp. & regnãt.
Hiſpan. reg. Sãctio cog.
Craſſo, ſiue pingui, an. 10
Æthiopiæ Arma-Cullandin.

Anni chriſti.

898

129.

e IOANNES II. Rom. an. 4. 932
menſ. 10. dies 15. 937
Vacat dies 12.

Patriarcha.
Conſtantinopoli Nicolao Myſtico, deinde Stephano 2. an. 3. Tryphone, an. 6.

Principibus.
Eiſdem Impp. & regãt.
Rodolpho Burgũdione, deinde Ludouico 6. dicto 4. Tranſmarino ex Anglia, reuerſo an. 27 Franc. Reg:

130.

f LEO 7. Rom. an. 3 937
menſ. 6. dies 10.
Vacat dies 3.

Patriarcha. 940
Conſtantinopoli Theophylacto.

Principibus.
Conſtantino 7. an. 16. cũ Romano Lacapeno Oriẽt. Imp. nonageſimo quinto.
Othone I. cog. Magno, an. 36. Occid. Imp. duodecimo, vel potius Germanorum rege.
Ludouico Fr. Reg. vigeſimo octauo.
Bedegaz Æthiopiæ, deinde Arma.
Abderamen Hiſpaniæ Miramolino.

Anni Chriſti.

Sanctio Craſſo Hiſp. Reg. quinquageſimo.
Adelſtano Anglorum reg. octauo.

CONCIL. *Ephordienſe contra Imperatorem, qui monachos execrat è cluſtris. Lambert. Schafnab. in hiſt. Germ.*

Anni mundi.

131.

940 g STEPHANVS 9. dictus 8. Germanus, an. 3. 5028
menſ. 4. dies 12.
943 Vacat dies 10. 5031

Patriarcha.
Conſtantinopoli Theophylacto.

Principibus.
Eiſdem Impp. & regnant.
Arma Æthiopiæ.
Halihatan Hiſpaniæ Miramolino, an. 16.
Ramiro 3. Hiſpan. Reg. an. 25.
Edmundo Angliæ, an. 6.

941 *CONC. Sueſſionenſe, cuius decreto epiſcopatus Rhemenſis Hugoni Heriberti filio adiudicatur: & confirmatur. Annales Rhemenſes.*

132.

h MARTINVS III. 5031
943 (*ſiue Marinus Sigeb.*)
Rom. an. 3.
menſ. 6. dies 10.
947 Vacat dies 12. 5035

nit. Et vltetius progrediens, Anſcarij exemplo mare Balticum ingreditur, & ad Byrcam ciuitatem ad littus maris ſitam appellens: Suecos & Gothos iterum Deo lucratur, vbi & moritur an. 936. *Helmoldus.*

Aldedagus Hamburgenſis poteſtatem à Leone. 7. in omnem Septentrionalem plagam, ad epiſcopos & Eccleſias conſtituendum accipit. *Crantzius libro tertio cap. 16. & decimo ſeptimo. Metrop.*

Romanus Lacapenus Imp. Theophylactum filium ſuum minimum, detonſa coma clericum fecit, vt per graduum ordinem poſſet adipiſci patriarchatum vrbis Imperatoriæ. *Zon. tom. 3.*

HVMANA.

Otto Imp. veterum more conſulum ſecurim ſibi præferri præcepit, qua nocentes percutiebat. *Crantzius lib. 3. Metrop. cap. 12.*

Regno Lotharingo ſibi cedenti, Henricum fratrem Ducatus nomine præfecit.

g STEPHANVS Germanorum primus, pontificium apicem eſt conſecutus. *Naucler.*

Anthropomorphitarum hæreſis repullular, dicentium Deũ eſſe corporeum, & habere humanam formam. Eos ſua eruditione & libris, repreſſit Racherius ſiue Catherius Veronenſis Epiſcopus. *Sigeb.* Prius exorta fuerat circa annum 400. *Sozom. lib. 8. cap 11.*

Parnaſſum Longobardiæ ciuitatem, quę tota ea hæreſi contaminata erat, vicinæ vrbes capiunt & incendunt: omnibus pene trucidatis & agro dioceſis inter tres Archiepiſcopatus Mediolanenſem, Placentinum & Cremonenſem, diuiſo. Qui è tanta clade ſuperfuerunt, eiurata hæreſi oppidum Cremam, haud procul inde diſſitum extruere permiſſi ſunt. *Bergomen.*

S. Huldrichus Auguſtanus epiſcopus annis. 50. Conradus Conſtantienſis. S. Vigilbertus Lotharingus, ſiue Vgibertus eius regionis princeps ſingulari pietate, & miraculis. *Bergomenſis.*

Magdeburgum fit Archiepiſcopatus, & ei ſubiiciuntur ſex ſuffraganei: Merſpurgenſis, Miſnenſis, Gizenſis, Brandeburgenſis, Hamburgenſis, & Borenenſis. *Krantz lib. 3. cap 24. Iremc. l. 3. c. 38.* nempe tota Vandalia vſque ad Panim fluuium.

HVMANA.

Guilielmus ſecundus à Rollone dux Normaniæ, pius alioqui, interfectus eſt an 943. Huntho eius ſucceſſor eandem fidem ſecutus eſt. *Lazius.*

Paulò poſt ille Ducatus in Comitatum verſus, tandémque occupatus à Francorum Regibus, diuturnorum bellorum inter eos & Anglos ſeminarium extitit. *Munſt. libro quarto. Coſmog.*

R. Saadias Haggaon, ſcribebat in Babylonia commentarios: in Biblia & Talmud. libros item in hæreticos ſui temporis, maxime in quendam Hanielem Balcim, qui legem è ſuo capite interpretabatur, & ſcholam ad id aperuerat. *R. Abraham in Cabbala.*

Librum ſcripſit de lingua Hebraïca, & alterum de elegantiis. Vnde ab eo orditur auctores Grammaticos, Abben Ezra initio Mozne.

h MARTINVS totum ſe religioni addixit, templa reparauit, pauperes liberaliter fouit, omiſſis bellis præceſſorum pacem coluit. Quare Otthoni & Lothario Hugonis Italiæ regis

Universidad de Deusto
Biblioteca

filio auctor fuit, vt ab armis discederent, cum tota Italia: præter famem aliis etiam acerbis calamitatibus premeretur. *Plat. Bergomens.* — *Anni mundi.* — *Anni Christi.*

Sub diratum denunciatione, Franciæ Burgundiæque Principes, ad obsequium fidémque regis sui redire compulit. 5031 943

Vuillelmus Normanorum princeps primus, cum rege in gratiam rediit. Deinde Vuillelmus Pictauiensis comes, Britones Hugo Magnus & Heribertus.

Pacis auctor & intercessor Otto Cæsar fuit, cum ad eum in Lotaringiam rex Francus, ipsique Principes se contulissent. *Annales Rhemenses.*

Termodus quidam Normanus, cui Settricus rex (qui è Dania à patre pulsus, in Neustriam paulò antè aduenerat) opitulabatur, Normanos à Christo ad paganismum redire: & in Francum regem res nouas moliri suasit. Sed bello aduersus eos suscepto, ab Hugone magno partim perempti sunt: partim fugati, Eburonibus & Thotomago in obsequium Ludouici regis receptis. *In Normanica histor. & Annal. Rhemens.*

Duces Hungarorum duo præcipui Bologudes & Gylas, Imp. Constantinum conuenerunt, atque imbuti doctrina Christiana, sacro lauacro tinguntur. Muneribus ornati & doctore verbi assumpto (cui Hierotheo nomen fuit. *Volater.*) redeunt. Hac occasione verbum Dei, in illis regionibus plãtatur. Verum alter in pristinam Idolomaniam relabitur, Gylas verò religionem & iusiurandum fideliter tuetur. *Zonar. tom. 3.*

Gylas videtur esse Geysas filius Toxis, qui Hungaros Christianos olim sub Carolo Magno effectos, deinde relapsos, doctoribus è vicinis gentibus accersitis: iterum ad fidem perduxit an. 964. vel iuxta Cromerum 990.

A pontifice Rom. postulauit, vt Strigonienſem Ecclesiam metropolitanam esse iubeat: ac cæteros episcopatus in Hungaria erectos, sua authoritate confirmet. *Bonfin lib. 1 dec. 2.*

Pilgrinus Batauensis & Laureacensis episcopus, cum Vuolphango viro eo sæculo doctissimo, in Hungariam profectus, ecclesiam Christo lucrifecit. *Auent. lib. 5. Annal. Boiorum.*

Eliga vxor ducis Russorum, qui Romanos classe infestarat, defuncto marito, Christo nomen & fidem dedit. *Zonar. tom. 3.*

Patriarcha.

Constantinopoli Theophylacto.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnant.

Sbinahanni Æthiopiæ, deinde Tredda-Gabez regina, an. 50.

HVMANA.

Ottho Lotharingorum & Francorum Duisburgæ conuentum an. 944 egit. *Reginonis continuator.*

945. Burgundiam subegit & imperio adiunxit. *Sigeb.* & Abbas *Vsperg.* Conrado rege addicente.

Normanni qui nuper è Dania aduenerant, in sedes Britonum, post cæsos Berengarium & Alanum ipsorum duces: nullo postea repugnante sese iniecerunt. *Annales Rhemenses.*

Ludouicus rex Franc. Hagroldi cuiusdam Daniæ regis, patria sua profugi filij dolo circumuentus, cùm amicè ad eum venire putaretur, captus est: comitésque eius cæsi, nec ante dimissus, quàm Normanis, ducique illorum sua iura libertatémque restituisset obsidibus datis. *Iidem.*

Post Sbinahanni Æthiopiæ regem, in Mariani Victorij Æthiopicis, iam anni singulorum regum definitè exprimuntur, nempè ab an. 940. ad nostrum vsque memoriam.

Tredda Gabez puella regia Æthiopum, nupsit regulo Bugnæ, è quo suscepit filium, in quem fraudibus fœmineis, ad Athaliæ exemplum, potestatem totius Æthiopiæ transtulit, cæso vniuerso regni semine: vnico infante regio excepto, qui ex Axuma prouincia, vbi erat sedes regia, in Sabam eua-

CONC. *Bonnense Episc. 22. Lambert. Schafn. in hist. Germ. & Rheginonis Continuatio lib. 2.* 843

5035 947

sit

Anni Christi. — *Anni mundi.*

133.

947 i AGAPETVS II. Iunior Rom. an. 7. mens. 9. dies 10. — 5035

955 Vacat dies 12. — 5043

Patriarcha.

Constantinopoli Theophylacto, deinde Polyeucto an. 17.

Principibus.

Eisdem Impp. & Cõstãtino solo Orient. Imp. nonagesimo quinto.

Tredda Gabez Regina Æthiopiæ an. 50.

Halihatan Hisp. Miramolino, deinde Hissen. an. 29.

Ramiro 3. Hispaniæ rege quinquagesimo primo.

Eduardo Angliæ, an. 9.

CONCIL. *Virdunense. Annal. Rhemenses. Mosomense, iidem.*

Ingelheimense Epis 30. vel 34. præside Marino siue Martino legato Apostolico, præsentibus Otthone Germanorum, & Ludouico Frãc. Reg. de Episcopatu Rhemensis cõtrouersia, & tota ea, quæ tamdiu regnum Gallicũ inter Ludouicum regem & Hugonem Magnum cõturbabat. Herma. Contractus in Chron. Lambert. Schafn. in hist. Germ. & Continuatio Rheginonii lib. 2.

Treuerense de eadem controuersia. Annal. Rhemens.

Augustanum 2. apud Vindelicos Episcop. 25. præsente Imperatore Herm. Contract.

sit ad septem illius prouinciæ principes. Atque ita in istius reginę posteritate per an. 333. in quinque scilicet nepotibus, tam florens mansit imperium, donec Icuo Nuamlach, sub an. 1265. ad suam familiam, id est, primam rettitueret.

Nam iam olim à temporibus Solomonis, reges duntaxat iumebantur è maribus prosapię Dauidicę, quæ illic regnare cæperat: per Meillic Salomonis filium è regina Saba. *Marius Victorius de Regibus Æthiop.*

944. Abdara Saracenorum rex, à Gallitiæ rege Radimiro vincitur: quod ingenti terræ motu, significatum ferunt. *Luitbrandus. Sigeb.*

i AGAPETVS tota Italia bello ardente, pontificatum iniit. Non malus Papa, sed malo tempore. Nam à vitæ innocentia, & Christianæ religionis amore celebratur. *Naucler. Bergomens.* Pacis fuit studiosus. Quare Albertum Berengarij filium Venetos, postquam Ottho ab Italia discessisset, vexare pro virili prohibuit. *Platin.*

Hugonem Magnum diris obstrictum pronuntiauit, quoúsque regi Franc. Ludouico satisfeciſſet, réſque bello ereptas reddidisset. *Annales Rhemenses.*

Frontho Daniæ rex, petit ab Agapero Pont. sibi doctores mitti. *Saxo Gram. lib. 9.*

Manasses grauissimo scandalo episcopatum Arelatensem reliquit, vt ad Veronensem, deinde Mantuanum, postremo Tridentinum transuolaret: quòd huiusmodi sacerdotiorum permutatio, antiquis ecclesiæ canonibus aduersaretur. *Luitprand. lib 4 cap 3.*

Bruno Colonienſis plurimos Normanorum in sua prouincia passim vagantiũ, Hollatos, Danos, Nortalbingos & Dithmarsos, ad religionis & imperij Rom. obedientiam adduxit. *Crant. Saxo lib. 3. cap. 12.*

S. Dunstanus, & Odo Seuerus, Cantuarienses, qui de transubstantiatione & plurima alia scripserunt. *Polyd. lib. 6 Ang.* Osualdus Floriacensis. Alphredus, Etheluoldus. *Idem lib. 7.* Sertio & Fridegodus Britanni.

Vuillielmus Otthonis Imper. filius, Archiepiscopus Moguntinus Chronica scribit.

Luitprandus Ticinensis Diaconus, historiam rerum per Europam gestarum, libris sex an. 858. ad 930. vsque Ottonis Magni ferè continuat.

HVMANA.

An. 950 Ottho Venedos eorúmque regem subegit, deinde bis Italiam ingressus, primò vicit Berengarium quartum Italorum regem, secundò eum Regno pellit. *Palmer. & Volat.* Idem Ottho Magdeburgum ciuitatem Germaniæ condidit, ad petitionem Editæ vxoris suæ, cùm antea esset ibi tantùm arx extructa.

Hungari Noricum, Italiam, Franciámque petunt, & Baioariam depopulantes victi ab Otthone, immensa cæde iuxta Augustam vrbem Alemaniæ, necantur. *Herm. contra. in Chron.*

Dania ab Otthone subiugata, & ad fidem plenius conuersa in tres Episcopatus diuiditur: atque Hamburgensi metropoli subiicitur. *Helmold.*

Constantinus Imperator regnauit cum Leone patre, Alexandro patruo, & matre annos tredecim, cum Romano Lacapeno viginti sex, postremo solus quindecim. *Zonar. tom. 3.*

947. Acris & niuosa hyems à Nouembris initio, vsque ad æquinoctium vernum in Polonia perdurauit. *Crom. libro tertio. polo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

k POTENTIA patris fretus pontificatum sibi assumit. Venationibus magis, quàm precibus deditus &c. Monstrum hominis Platinæ. *Anni mundi.* 5043

Ioannem hunc 12. primum in pontificatu nomen suum mutasse docet Onuphrius, cùm anteà Octauianus vocaretur, vt Guillielmus Bibliothecarius scribit. Contra eos, qui hoc Sergio, multò ante, tribuunt. 5051

Otho rebus fœliciter contra Berengarium gestis à Ioanne 12. coronatur & inungitur in Germanorum primum imperatorem: atque à Romano populo salutatur Augustus. *Sigeb. Æmil. lib. 3. Palmer. in Chron. Luitbprandus lib. 6. cap. 8.* Fuit primus, qui post translatum ad Germanos Imperium, Imperiales titulos tritè suscepit. *Palmer.* nam à Ludouico 3. vsque ad ipsum deinceps Imperij corona caruerunt.

Giselbertum auctorem libri Altercationis Ecclesiæ, & Synagogæ circa an. 960 ponunt, sed nos suprà aliter an. 880.

Multa monasteria per Otthonem, aut restaurantur, aut ampliantur, aut ædificantur. *Sigeb.*

958. Bruno Colonienſis Archiepisc. Nortalbingenses, Danos, Holsatos, Stormaros, Dithmarsos & reliquos in Chersoneso Cimbrica, ad fidem Christianam conuertit. *Chron. Mesburg. Sigeb.*

In Synodo Romana Ioanni pont. vitio datur, quòd matutinas & canonicas horas neglexerit, & se crucis signo non munierit. *Luitprandus lib. 6. c. 7.*

Sub Romano const. Imp. Christi effigiem nullis factam manibus, sed diuinitus linteo impressam, Agareni ea pacem sibi redimentes, Cõstantinopolim transmittunt. *Zon. tom. 3.*

Ethelstanus Anglorum rex, ab Otthone magno Ensem Constantini Magni, cuius in capulo clauus Christi hærebat: Lanceam, qua latus eius transfossum: partem Sanctæ Crucis & spineæ coronæ impetrauit, quorum partes aliquot idem rex, Malmesburienſibus donauit. *Ranulphus lib. 6. cap. 6.*

Helena Ragorum (Thuscorum, habent Chronica Tritemij) regina, legatos ad Otthonem Imp. mittit, vt episcopos & presbyteros assequatur: ad Christi doctrinam in sua gente prædicandam an. 959. & Adelbertum, qui postea Magdeburgensis episcopus factus est, recipit. *Continuatio Rheginonis.*

HVMANA.

Regnum Nauarræ vltra montes Pyrenæos, ab Eneco Comite Bigorræ sumpsit originem, anno 951. Nam è montibus Pyrenæis, in vicinam Nauarræ planitiem descendens cum magno exercitu, eam totam regionem è potestate Saracenorum eripiens: meruit primus rex in eo loco salutari. *Volater. lib. 22.*

916. Arnulphus Flandriæ comes multa cœnobiis detraxit, quæ suę diuisit nobilitati, sed eo miserè mortuo, possessiones receptæ sunt intercessione Emmiæ Reginæ apud Lotharium regem. *Meyer. in Cron. Eland.* 5046

Bardas Phocas legionum domesticus, Agarenos Orientales repressit: eisque vrbes multas ademit. *Zon tom. 3.*

Romanus Imp. matrem & sorores aula exegit, quæ postea doloris impatientia, quæstum prostitutione corporis quæsiuerunt. Hoc imperante, Nicephorus Phocas legionum præfectus, Cretenses Agarenos vincit: deinde in Syria Bertœam capit. Sic Leo eius frater Agarenos Orientales, vel necat vel profligat passim grassantes. *Zona.* 5051

Cruces in vestibus apparuerunt, & signum in sole. *Her. contra in Chron.* Multa horrenda portenta contigerunt, *Sigeb.*

Tres Reguli Hungarorum, bello per Otthonem capti suspendio perierunt: & Hungari ita iterum prælio attriti sunt:

134.

k IOANNES 12. Rom. an. 9. menſ. 3. dies 5.
Vacat dies 1.

Patriarcha.

Constantinopoli Polyeucto.

Principibus.

Constantino solo & post eum, Romano. cogn. Puero eius filio Orien. Imp. nonagesimo sexto.

Otthone 1. Mag. Germanorum & Romanorum Imp. duodecimo.

Lothario an. 31. Frãc. Reg. vigesimo nono.

Tredda Gabez regina Æthiopiæ.

Hissen Hispaniæ Miramolino.

Ramiro 3. Hispaniæ Rege quinquagesimo primo.

Elfredo Angliæ decimo & per ordinem Eduino an. 4. Edgaro, an. 16.

CONCIL. *Ingelheimense 2. Episc. 16. præsente Otthone. Continuatio Rheginonis.* 958

CONCIL. *Romanum plurimorum Archiepiscoporum, omniũ propè Episcoporum Italiæ, præsente Otthone Imp. quis illud coegit cõtrà Ioannem 12. Papam. Continuatio Rheginonis, & Luitprand. lib. 6. cap. 6. & sequentibus. In eo electus est Pontifex Rom. Leo 8.* 963

Anni Christi. 955 963

vt vltra

vt vltra mutire ausi non fuerint. *Sigeb. in Chron.*

Transfertur Imperium Italorum siue Longobardorum, ad Germanos per Otthonem Mag. Berengario. 4. cum Alberto filio mortuis.

I HIC & sequentes pontifices variè ab historicis collocantur. Quin & ante hunc aliqui nominant Benedictũ quintum, menſ. 6. quem eiecit Ottho Imp. de sede, compellens clerum: vt illius loco Leonem susciperet.

Leo 8. Damnato per contumaciam Ioanne 12. in Concilio Romano, ex Laico electus est Roman. Pontifex: vnde natæ sunt Romæ maximæ seditiones. *Sigeb. Palmer. Luitbprand. lib. 6. cap. 8. & 9.* Ipse cum toto clero & populo Romano, in Concilio potestatem eligendi Rom. Pontificem, & ius inuestituræ Imperatori iterum contulit. *Plat. Sigeb. & Ca. in Synodo distin. 63.*

Nicephorus Imp. Orientis in Ciciliam veniens, capit Anabarzam, Rosum, Tarsum, Mopsuestiam, classem Ægyptiam. Cyprum quoque recuperat, & Syriæ ciuitates prope Lybanum vsque ad Antiochiam.

Ob leges iniquas fuit omnibus exosus. Prætextu enim bellorum omnis generis, exactionibus subditos premebat. Ob frequentes expeditiones inopiam pecuniæ causando, annua dona iam olim templis & piis domibus concessa: penitus sustulit. Decreuit ne fundi Ecclesiarum augerentur, quòd illæ opes à sacerdotibus in Ecclesiæ vtilitatem non conferrentur. Sumpta occasione contentionis, inter episcopos & patriarcham de suffragiis, auctoritatem designandi Episcopos sibi vendicauit: Vnde in vacantem Ecclesiam, mittebat aliquem suorum seruorum, quo parcè sumptus necessarios faciente ipse reliqua sibi vendicabat. Præterea decreto sanxit vt milites in bellis interfecti, pari cum Martyribus honore colerentur: quod ratum non fuit. Patriarcha Polyeucto, primoribus sacerdotum, & principibus senatus strenuè resistentibus. *Zon. tom. 3. in Vita Nicephori & Zimisce.*

Arrepta licentia conferendi episcopatus pro suo arbitrio, mox quoque cum suis politicis: ipsam religionis formã præscribere conatur, itémque milites consecrare siue inter martyres referre decretis, hymnis, aliisque diuinis honoribus. Patriarcha & nonnulli primarij sacerdotes & laici Deum timentes sese opponunt, atque triennio ab vsu sacræ communionis remouent. *Zon. tom. 3. id est, in eius constitutionibus lib. 1. Iuris Orientalis pag 22.*

[Hæc Imperatorum orientalium audacia ingentes in Ecclesia turbas excitauit. Et causa fuit cur tam multæ hæreses in Ecclesiam irrepserint, imò in eam impetum fecerint etiam in occidente: dum quisque suorum errorum, aliquam excusationem plausibilem prætexere conatur.]

Eodem tempore, quo Nicephorus Phocas ius conferendi episcopatus & sacerdotia in Oriente sibi sumpserat. *Zon. tom. 3.* Ottho primus, an. scilicet, 961. hoc iure in Occid. vti cæpit. Nam Landoüardus Mudensis episcopus, primus inter omnes anteccessores suos inuestituram (vt loquebantur) & regalia suscepit de eius manu. *Crant. lib 3. Metrop. c. 33.* Quapropter longa de hoc iure fuit in Ecclesia & miserabilis concertatio. Hoc enim duo Henrici Pater & filius, hoc idem duo Frederici auus & nepos, defendere & tueri tentarunt. Sed vicit Christus, vt ius suũ Ecclesiis Imperatores reliquerint, aut potius relinquere propter infortunia coacti fuerit. *Idem lib. 2. cap. 29.*

Ottho ad Comitem Abbatiam Lauresheim petentẽ scriptum est, inquit, Nolite sanctum dare canibus. Quod quamuis à doctoribus spiritualiter intelligendum esse prædicetur, ego tamen satis me dare canibus sanctum censeo, si monaste-

135.

l LEO 8. Rom. an. 1. menſ. 4.

Patriarcha.

Constantinopoli Polyeucto.

Principibus.

Eisdem Imp. & post Romanum, Nicephoro Phoca an. 10. Orient. Imp. & regnant.

Anni mundi. 5051 5052

Anni Christi. 963 964

Universidad de Deusto
Biblioteca

riorum prædia, quę à religiosis viris Deo sunt militantibus tradita tulero, & sæculo militantibus dedero. *Luitoprandus lib 4 c.15.*

m Hic incipit historicorum varietas in recensendis huius nominis pontificibus. Nam aliqui ex hoc Ioanne 12. cum bis pontificatum tenuerit duos faciunt. Sed perperá è Lãberto, horũ temporum vicino. Quod & fatentur Magdeburgenses Cent.10.c.10. pag.530 & Cent.11.c.10.pag.519. Quod arguit Ioannem siue Ioannam Anglicam (vt qui nunquam in rerũ natura extiterit) nunquam agnitam fuisse inter pontifices. Alioqui ab ipso, vt potè octauo, diuersitas debuisset auspicari.

Odelricus episcopus Rhemensis, Theobaldum Vetulum siue Veteratorem Carnutum comitem excommunicat, quòd Codiciacum aliáque eius Ecclesiæ oppida villásque pertinaciter obtineret. Quo exemplo permotus Heribertus comes, Sparnacum reddidit: & aliorum reddendorum spem fecit. *Annal.Rhemens.*

HVMANA.

Nicephorus pacta vetera renouat cum Imperatoribus Occid. Otthone vicissim confirmandæ amicitiæ causa, petit Theophaniam ptiuignam Nicephori, Romani, autem filiam filio suo. Quod cum indignè ferrent Græci, & legatos in itinere violassent, Apuliam & Calabriam, quæque adhuc in Italia vrbes eis parebant, depopulatur, donec Theophania filio suo nubit.

Anno 960. legati Russorum ab Otthone, doctores & Sacerdotes impetrant. Præcipuè Adelbertum ex monasterio Corbeiensi, doctrina & sanctitate insignem. Verum is vix euasit ipsorum manus, priusquam firma pietatis fundamenta iecisset. *Chron. Hirsaugiense.*

* Platina & nonnulli alij, hunc numerãt inter Roma. Pontifices.

n An. 964. Miesłaus principatum Polonicum post patris Zemomisli funus, anno seq. 965. Christianum baptisma cum tota gente suscepit. Hinc deinceps Poloni publicè Christiani. Ante quem annum, supputatio temporum apud eos est incertissima. Quare hic eorum Chronica propriè incipiunt. *Cromerus.*

HVMANA.

Cum inter filios regum Francorum, æqua lance partitio fieret, vt & omnes regni titulo decorarentur, sub hæc tempora Lotharius solus regnum obtinuit & fratribus portionem, quæ regis Franciæ imperio esset obnoxia, assignauit. Quod postea obtinuit in tertia Capetiorum familia in hunc diem.

968. Adelbertus quintus Italiæ rex, anno regni sui quarto ab Otthone pellitur, ac sic Italiæ regnum, quod per 80. annos fermè steterat, desiit.

o In remunerationem collati in se beneficij ab Otthone Imper. Otthonem eius filium Augustum appellauit. *Palm.*

Polonis Ægidium Tusculanum Cardinalem religionis plãtandę gratia, dedicat Apostolum vt ibi dioceses & Episcopos 13. constituat. *Chron. Poloniæ. Crom. lib. 3.*

Ei Ottho in Rauennensi plurimorum episcoporum Concilio, vrbem & terram Rauennatensem aliáque à suis maioribus ablata reddidit, quæ vel Constantinus donauerat, vel Carolus Mag. restituerat: aut ante illum Iustinianus vel Arithbertus Longobardorum rex confirmauerat.

Gerardus Cameracensis Episcopus doctissimus. Quidam ad hæc tempora, referunt Stephanum Episcopũ Heduẽsem.

Anni mundi.		Anni Christi.
	134.	
5051	m Ioannes 12. profugus, Leone 8. vrbe fugato, iterum Pontificatũ obtinuit, mens. 3. dies 28.	964
5052		964
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Polyeucto.	
	Principibus.	
	Iisdem, qui prius.	
	Miesłao autem Polonorum principe & Christiano, an. 35.	
	In Conc. *quorundam Episcoporum Leonem 8. depositi & damnauit eius acta, & Concilium Romanum collectum ab Otthone. Sigeb.*	
	Schisma 13.	
5052	* Benedictus 5. Romanus mortuo Ioanne 12. à Romanis contra Leonem 8. electus fedit.	964
	135.	
5052	n Leo 8. Romanus, post Benedicti coactã abdicationem restitutus ab Imperatore sedit. mens. 8. di. 22.	964
5053	Vacat mens. 6. dies 15.	965
5052	Concil. *Romanum multorum Episcoporum præsente Imp. contra Benedictum 5. Contin. Reginonis.*	964
	136.	
5053	o Ioannes 13. Rom. an. 6.	965
5060	mens. 11. dies 5. Vacat dies 13.	972

Anni Christi.	Patriarcha.	Anni mundi
	Constantinopoli Polyeucto, deinde Basilio, an 4.	
	Principibus.	
	Nicephoro Phoca Orient. Imp. nonagesimo septimo, & eo cæso, Ioãne Zimisce an. 6.	
	Othone Occid. Imp. 12.	
	Lothario Franc. Reg. vigesimo nono.	
	Tredda Gabez regina Æthiopiæ.	
	Hissen Hispaniæ Miramolino.	
	Ramiro 3. Hispaniæ Rege quinquagesimo primo, deinde Veremundo 2. an. 17.	
	Edgaro Angliæ 12.	
	Miesłao primo Polonorum Principe Christiano.	
	Concil. *Rauennense præsente Imp.*	
	137.	
972	p Benedictvs 5.	5060
973	dictus 6. Roman. an. 1. mens. 6.	5061
	Patriarcha.	
	Constant. Basilio.	
	Principibus.	
	Eisdem Imperantibus vsque ad Otthonem 2. & regnant.	
	Concil. *Ingelheimense 3. propter Adalberonẽ Sancti Vualtrici Augustinensis Episcopi nepotem. Herma. Contr. in Chron.*	5060
	Anglicanum. Polyd. libro 6. hist. Angl.	
	138.	
973	q Donvs II. siue Dõnus, Rom. an. 1.	5061
974	Vacat dies 2.	5062

Vuitichindus siue Vuindichinus monachus Corbeiensis, vitam Pauli Eremitæ, gesta item Henrici 1. & Otthonis 1. Imper. ac historiam de origine & rebus Saxonum vsque ad an. 973. tribus libris conscripsit. *Sigeb. Trit. extat eius historia,* & alia multa tam prosa, quam metro.

Miesłaus siue Miescilaus 14. Polonię Dux omnium Ducum Polonorum primus Christianus fit an. 965. Ex quo tempore, tota Polonia Christianam fidem retinet. *Ionna. lib. 1. de reb. Hungar. dec. 2. & Martin. Cromer. lib. 3. histo Polon.*

Boleslai primi Boëmorum ducis filiam ducit, septem mulieribus Ethnicis repudiatis, cuius disciplina totum se ad propagandam Christi religionem conuertit, regiones in dioceses distribuit, Archiepiscopos duos Gnesnensem & Cracouiensem instituit, reliquis verò Ecclesiis episcopos attribuit, Posnanienśi, Smagorouiensi, Crusuicensi, Plocensi, Culmensi, Lubuscensi, Camenensi. *Crom. lib. 3.*

Huius filium Boleslaum Adelbertus in fide erudiit, qui ad Borussos postea veniens Martyr Christi euasit. *Cranz. lib. 2. cap. 29. Vandal.*

Stratiquates Boleslai Boëmorum regis filius, olim clero ascriptus, cum ad episcoparum quendam vocaretur; eum tanquam suo genere indignum contempsit. At cùm postea alium quendam splendidiorem ambiret, propter familiæ dignitatem obtinuit quidem, sed dum à Moguntino consecratur, statim à diabolo arreptus, miserèque tortus expirauit. *Ibid. cap. 28.*

An. 970. Hatto Moguntinus episcopus murium morsibus conficitur, ciúsque nomen parietibus & chartis inscriptum abraditur in turri, quæ à Muribus nominata in hunc vsque diem in Rheni flumine conspicitur: quòd pauperes famis tempore, in quodam horreo per speciem murium cremasset. *Maria. Scotus. Martini chronicon. Honor. in Flor.*

966. Hataldus Rex Danorum cum vxore & Sueuone filio baptizatur, conspicatus Poponem adhuc clericum, per miraculum ferrum ponderosissimum candens: in fidei Christianæ probationem, manibus citra noxam gestantem: vnde iussit subditos omnem prorsus idololatriam eiurare, & vnum solum Deum adorare, cùm anteà Christum simul & idola colerent. *Sigeb. & Krant. libro tertio cap. 25. Vuitichin. libro tertio histor. Saxon.*

In Nordvvegia & Anglia Ecclesias Christi adiuuit, Haquinum Nordvvegiæ principem restituit, prius pietate instructũ, vt Christianis deinceps nihil molestiarum afferret. *Cranz. lib. tertio cap 38.*

Etmundus Suecorum rex, Erici filius, Haraldo fœderatus, Christianis æquus. *Ibid.*

Superetant adhuc in Oriente Manichęorum reliquiæ, quas precibus Theodori Patriarchæ Antiocheni, Ioan. Zimisces Imperator ex Orientis partibus: Philopolim in Occidẽtem transtulit. *Zon. tom. 3.*

Vuormatienses, Spirenses, & Moguntinenses canonici, monasticam vitam commutant in seculare, *Monster in Cosmog.*

HVMANA.

Ottho Imperator in Saxonia prope Gosłariam an. 968. auri & argenti fodinas primus aperuit. *Sigeb.*

Hermannum totius Saxoniæ ducem primum constituit, quamuis non nisi mediocri loco, inter Saxones natus esset. *Holsatiense Chron.*

Russi Bulgariam occupant, è qua vix abigi potuerunt. *Ibid.*

p A Cinthio Rom. ciue capitur, & in arce S. Angeli includitur, donec illic fame moreretur: (iuxta alios strãgularetur.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nonnulli hic duos Benedictos faciunt quintum & sextum ob perturbationem successionis è bellis ambientium, & vi imperatorum intrudentium.

Sub Ioanne Zimisce Suidas. *Ipse in voce Adam*, vbi est mẽdum 45. annorum. Nam Zimiscem ait mortuum anno Dom. 1018. quem constat minimè peruenisse ad annum 984. Mirum autem est nonnullos asserere Suidam non fuisse Christianum, cùm vbique liber ipsius reclamet, seorsum in voce ἐπιφμέρη, qui est epitome libri cuiusdam Hesychij.

Zimisces expertus iram Dei sæuire in Imperium & Imperatorem, quòd Nicephorus proximè sibi ius pro suo arbitrio episcopos designandi, sublatis electionibus, rapuisset, illo iure Ecclesiasticis cessit. *Zon. tomo tertio*, de Russis triumphat. *Ibidem.*

In Anglia Dunstanus Cantuariensis, principe Edgaro opitulante, restitit cupientibus sacerdotum connubia introducere: & nouis aliis dogmatibus Ecclesiam obturbare. *Polyd. lib 6 hist. Ang.*

q Hic omittitur à quibusdam. Apud Sigebertum mendosè legitur Nonus, nam in antiquis exemplaribus manuscriptus, est Donus.

Circa hanc tempestatem Camaldulensis professio, auctore Romoaldo, in Apennino instituitur. *Sabell. libro secundo Ennead. 9.*

r Tres sequentes pontifices, inuicem contendunt de Papatu.

[Idque malo exemplo cum ecõtra sequendi fuissent Apostoli & eorum successores qui & Petrum sibi anteponi æquo animo tulerunt, vt S.S. Ioannes & Iacobus: necnon vltro sua authoritate aliis cesserunt vt S. Clemens S.S. Lino & Cleto, vt in omnibus historiis initio Ecclesiæ. visum est.]

Malis artibus Bonifacius Pontificatum adeptus, malè amisit. 5062

Basilicam D. Petri cõpilans aufugit & seditionem pòst in Romanos mouit.

Obserua pessimos istos Pontifices breui tempore absumptos. Imperatores verò, quorum scelere pontificatus, sic erat promercalis nihilo fuisse fæliciores. 5063

In Boëmia, quæ nuper Idololorum cultum abiecerat, episcopatum Vuolfangus instituit. *Cron. Bauariæ.*

In Slauinia in 18. pagos dispertita pagi omnes præter tres ad fidem Christi sub Ezicone quarto Aldeburgensi episcopo perueniunt. *Helmod. cap. 14 è quodam Magistro Adam, qui Hamburgensis Ecclesiæ pontificum gesta scripserat.*

Herigerus, siue Henricus. *Trith. Sabell. lib. 2. Ennead. 9.* Angilbertus siue Engelbertus, Theodoricus S. Albani *Trith. in Chro. Hirsaug.* Adelbertus siue Albertus Lobiensis, Erardus Luneburgensis, Smaragdus. *Trithemius de viris illustribus.* Britferdeus.

Hvmana.

Ottho 2. cùm à Lothario Franciæ Rege, armis denuo Lotharingiam recepisset, eius quendam tractum Colonienſi & Leodiensi episcopis attribuit: reliquum donauit Carolo Lotharij fratri, ea lege, vt beneficio Imperatoris tanquam Imperij prouinciam possideret.

Otthone bello Danico occupato Henricus Boiorum dux in Batauiam ittuit, sed ab Imp. postea captus, Treuirim in exilium mittitur. *Auent. lib. 5. Annal.* 5063

f Neqvr bene neque male, tempore Othonis mortui post tot bella. 5072

Regnum Hungariæ initium tunc primùm accepit à Sancto Stephano

Anni mundi.	Patriarcha.	Anni Christi.
	Constantinopoli Basilio.	
	Principibus.	
	Ioanne Zimisce Ori. Imp. nonagesimo octauo. Otthone 2. Iuniore an. 10 Occid. Imp. decimo tertio Lothario Frãc. Reg. vigesimo nono.	
	Tredda Gabez regina Æthiopiæ.	
	Hissen Miramolino Hisp. Veremundo Hispaniæ rege quinquagesimo secundo.	
	Eduardo 2. Angliæ an. 3.	
	Mieslao Polonorum primo Christiano Principe.	
	139.	
	r Bonifacivs 7. Roman. mens. 7. di. 5.	974
	Vacat dies 20.	975
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Basilio.	
	Principibus.	
	Eisdem Impp. & regnant.	
	140.	
	f Benedictvs 6. dictus 7. Rom. an. 8. menses. 6.	975
	Vacat dies 5.	984

Anni Christi.	Patriarcha.	Anni mundi.
	Constantinopoli Antonio 3. an 6 Nicolao 2. Chrysoberge an. 13.	
	Principibus.	
	Eisdem Impp. & regnant. & Basilio Porphyrogenito cum Constãtino fratre ann. 5. Oriẽtis Imp. nonagesimo nono.	
	Tredda Gabez Regina Æthiopiæ.	
	Hissẽ Miramolino Hisp. deinde Abdemelec, an. 7.	
	Veremundo. 2. Hisp. Rege, deinde Alphonso quinto. an 27.	
	Eduardo. 2 Angliæ, deinde Ethelbredo, an. 28.	
	Mieslao Polonorũ primo Christiano principe.	
984	141.	
	t Ioannes 14. Papiensis (aut iuxta alios Romanus.) mens. 3.	5072
984	Patriarcha.	5072
	Constantinopoli Nicolao 2. Chrysoberge.	
	Principibus.	
	Basilio Porphyrogenito, cum Constantino fratre Orient. Imp. nonagesimo nono.	
	Otthone 3. ob eximias virtutes dictus Mirabilia mundi, an. 19. Occid. Imp.	
	Lothario Franc. Reg. vigesimo nono.	
	Tredda Gabez regina Æthiopiæ, deinde eius filio an. 60.	
	Abdemelec Hispaniæ Miramolino.	

Stephano Geissæ filio, qui postquam ab Imperio defecisset. à S. martyre Adelberto Pragensi Episcopo factus est Christianus: & studio Gizlæ vxoris, cum tota sua gente, Hungarica & Transsyluana, quæ hactenus idololatriæ fuerat dedita, baptizatus fuit: statuis Martis & Herculis vbique disiectis. *Ritius lib. 2. Æneæ Syl. cap. 16. hist. Bohem. Bonfi. dec. 2 lib. 1. Nauclerus.* Alij hoc referunt ad Sergium. 4. *Sigeb.*

Stephanus Hungariæ rex, ad Benedictũ pontificem Legatos mittit, vt regium sibi diadema & nomẽ assignaret. Quod & impetrauit. *Cromerus lib. 3. de rebus Pol.* Nonnulli hoc referũt ad an. 1000. præfinitè.

Miecislaus Polonorum dux, Lambertum Cracouiensem episcopum ad Benedictum pontificem ablegat: regium diadema sibi & posteris petitum, verùm repulsam patitur. *Cromer. lib. 3 Pol.*

Ottho 2. animam agens, in 4. æquas partes, regium diuisit Thesaurum. Primam Ecclesiarum, 2. Pauperum, 3. filiorum, 4. ducum, qui relicta patria, malorum fuerant participes, esse voluit. *Chron. Saxon.*

Hvmana.

Ottho 2. Theophaniam Nicephori Imp. priuignam duxit in vxorem.

Coronam Imperij insigne à Benedicto susceptt, & bellum gessit contra Græcos & Saracenos in Italia. *Palmer. & Lambert. & Schafnaburge. in histor. German.*

Ex infœlici cõtra Saracenos prælio, ad mare fugiens à nautis intercipitur: & defertur Rosanam Tarentini littoris vrbẽ: vbi à nautis liberatur. *Mart. Polo.* vel è naui hostium, in mare exiliit: ac natando euasit. *Auent. lib. 4. Annal.*

Quam cladem præsignificauerant an. 979. flagrantes per totam noctem in cælo visæ acies, ac mutuis vulneribus se cõficientes. *Sigeb. Vsbergens.* 5072

Confusæ sunt admodum istorum temporum historiæ, vt vix duo scriptores conueniant, quantum ad annos & numerum Pontificum Roman. Nos sequimur Sigibertum, Platinam & quosdam alios.

An. 980. Montisferrati Marchionum origo in Aleramo Saxoniæ ducis filio, & Alisia Othonis 2. Imp. filia emergit.

981. Hala ciuitas ad salis fontes, in Saxonia ædificatur.

Gens Leuticorum ad idolatriam delabitur, *Guliel. Nangiac.*

t Mense 3. sui pontificatus à Romanis capitur, & in mole Adriani inclusus pædore carceris, & inedia moritur. Putant iugulatum.

Otto. 3. Guisonem vrbem Poloniæ primariam, supplicandi gratia, ad S. Adelberti tumulum proficiscitur. *Auent. lib. 5. Annal.*

Paternæ, auitæque virtutis æmulus, Christiana pietate Remp. iuuit & auxit, viros eruditos amauit plurimum: ingenuis disciplinis condigna stipendia largiens. Nec minus religioni intentus, antiqua templa diruta restaurauit. *Cuspi.* Regnum Danicum tenuit, adeò vt etiam de episcopis illi prouiderit. *Crantz. lib. 3. cap. 17.*

Alter Salomon. Nam annos vix natus vndecim, præpositus est imperij competitoribus, & inauguratus tantam virtutis & sapientiæ speciem præbuit: vt mirabilia Mundi nuncupatus sit. Præfuit imperio an. nouemdecim. *Honorius. Sigeb. Blondus.*

Hvmana.

In imperio Æthiopico, matri Treddæ Gabez successit

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius, è regulo Bugnæ susceptus Anonymus. Quod nunquã acciderat. Non iam à temporibus Salomonis reges duntaxat creabantur è prosapia Dauid, quæ illic regnare cœperat per Meilech filium Salomonis, & Reginę Sabæ. *Mar. Victorius de regibus Æthiop.*

In cuius vsurpationis detestationem in Æthiopum annalibus filius & nepos existunt sine nomine. Tres reliqui Zalibala, imra, Naakutobab nominantur, siue quia memoria eius facti iam esset extincta, siue quia tres hi sanctitatis nomine fuerunt apud eos celebertimi.

Per hos autem sex regnum traditur in Æthiopia annos 333. administratum, Ægyptio etiam regno eis tributum annuum pendente. *In annal. Æthiop.*

v MISTAVVS Rex Vandalorum, atrocem in Christianos sæuitiam exercet, Bernardi Saxoniæ ducis odio: in extrema tamen senecta, animum ad religionem adiecit. *Cranz. lib. 3. Metrop.*

Tunc etiam Brandeburgensem & Hanelbergensem dioceses, horribiliter Vandali vastarunt. *Ibid. cap. 35.*

HVMANA.

Basilius Porphyrog. Bulgaros debellauit, & ad cæteros terrendum quindecim captiuorum millibus oculos eruit, in singulis centuriis, relicto vno monoculo, qui dux itineris esset sociis domum reuertentibus, nouo crudelitatis exemplo. 5072 984

x PALAM malus & auarissimus, ideóque clero exosus. Omnia enim rapiens cognatis & nepotibus suis largiebatur.

Bilungus Visilai filius Herulorum & Vandaliæ interioris ad Orientem siue Obotritorum rex, fidem Christi suscipit: & Virginum cœnobium Megalopoli, quæ deinde Vuismaria, instituit. Sed paulò pòst à Misilao filio, odio Nouercæ flagrãte seductus: religionem & coniugem, quæ erat Vuagonis tertij episcopi Aldemburgensis soror, etiam si ex ea Hodicam filiam suscepisset, repudiat. an. 986. *Marscalcus, Helmold. cap. 14.*

HVMANA. 5073 985

An. 983. vbique locorum grauiter laboratum est fame. *Sab. lib. 2. Ennead. 9. Plat.* 5080. 995

Carolini vltima Clodouinorum (quæ prima fuit stirps Regum Galliæ) æmulati, etiam ipsi Monarchiam perdiderunt, & in alienam familiam Hugonis Caperi transmiserunt. Nam electiones clero diripuerant. Abbates, equites armatos constituebant & Monachis præficiebant, ita vt Laicus Abbas diceretur, ille verò qui curam monasterij gerebat non Abbatis, sed decani titulum præferret, &c. *Frouardus Episcopus & Annonius.*

y COMMENDATVR ab eruditione, scriptor videlicet, quo tempore Crescentius Romanus patricius tyrannidem Romæ exercuit.

Crescentius Numentanus Romam occupat, vsurpata consulari & tribunitia potestate: & in Hetruriam pontificem secedere cogit, sed eam illi tandem restituit: osculatus cum seditiosis suis, Ioannis pont. pedem imperatoris iram metuens. *Plat. blond.* Quod cùm denuò tentasset sub Gregorio 5. Imp. capitur & spectaculi loco per vrbem circunducitur: eiúsque membra paulatim præsecantur, tandem ante vrbis mœnia patibulo suspenditur. *Naucler.*

S. Odilo post S. Maiolũ quarti abbatis Cluniacensis officio per annos fermè sex & quinquaginta functus: prouexit illũ ordinẽ. Primus creditur instituisse festũ (vt vocãt) omniũ

Animarum,

Alphonso. 5. Hisp. Rege quinquagesimo tertio.

Ethelredo Angliæ decimo quarto.

Mieslao Poloniæ principe.

v BONIFACIVS 6. Ioanne 14. capto & in carceres coniecto, iterum Pontificatũ tenuit. mens. 4. dies 6.
Vacat dies 10.
Patriarcha.
Constantinopoli Nicolao 2. Chrysoberge.
142.

x IOANNES 15. Rom. mens. 8.
Vacat dies 7.
Patriarcha.
Constantinopoli Nicolao 2. Chrysoberge.
Principibus.
Eisdem Impp. & regnãt.
143.

y IOANNES 16. Roman. an. 10. mens. 8. dies 10.
Vacat dies 6.
Patriarcha.
Constantinopoli Nicolao 2. Chrysoberge, deinde Sisinnio 2. an. 3.
Principibus.
Eisdem Impp.
Lothario vigesimo nono Ludouico 7. dicto 5. vltimo re. ex Caroli Mag. genere, an. 1. Hugone Capeto primo an. 9. ex Gallis & Parisiensium Comitum familia successiuè Franc. Reg.
Filio Teddæ Gabez

Æthiopũ pret. Ioso an. 60.
Abdemelec Hispaniæ Miramolino, deinde Abderamen mens. 5.
Zulema aliquot mẽsib.
Amohado, an. 5.
Aphonso 5. Hisp. Reg. quinquagesimo tertio.
Ethelredo Angliæ decimo quarto.
Mieslao Polonorum primo Christianor. principe.

CONCIL. *Remense Episcoporum totius Franciæ, contra Arnulphum Remorum Archiepisc. per Hugonem Capetum collectum. Sigeb. & Volater. Quidã post Ioan. le Maire 2. part. Concil. hoc Concilium referunt ad tempora Benedicti 7. Sed quomodo id stare possit non satis video.*

Aliud Remense siue Mosomense. Annonius Martinus Polonus.

144.

z GREGORIVS 5. Saxo, an. 2. mens. 5. dies 10.
Vacat dies 15.
Patriarcha.
Constantinopoli Sisinnio 2.
Principibus.
Basilio Porphyrogenito Orient. Imp. nonagesimo nono.
Othone 3. Occi. seu potius Germanorum Imp. decimo quarto.
Hugone Capeto Frãc. R. cum filio Roberto trigesimo primo.
Filio Teddæ Gabez Æthiopum pret. Ioso.
Almohadi Hisp. Miramol.

Animarum, per omnia sua monasteria. *Volater. libro secundo, & Anton. secundo parte tit. 15. cap. 15.* Quidam scribunt Ioãnem 16. eius consilio edixisse: vt illud festum in omnibus ecclesiis celebraretur. *Polyd. libro sexto de inuent. re. cap. 8. & R. Barns citat ex Ioan. Ioan. Stell. Bergom. lib. 12.*

Sigismundus Liberus in Moscouia, & Vlodimirus Prussiæ dux, Christianam fidem simul cum baptismate suscipiunt. *Munsterus in Cosmographica & Chron. Polon. libro secundo, capite tertio.*

HVMANA.

Mortuo Ludouico rege Francorum sine hærede, regnum per Hugonem Capetum transit ad nouam & tertiam progeniem, scilicet Comitum Parisiensium. Nec tamen penitus defecit genus Carlingorum: nam Hugo Capetus per muliebrem sexum à Carolo Magno descendebat. Habuit enim Hacuidam matrem, filiam Henrici Imperatoris ex Matilde, filia Ludouici. 5. Iunioris Imperatoris quem diximus fuisse vltimum Imperatorẽ ex familia Caroli Magni. *Cronica Franc.*

Anglia fit tributaria Dacis, *Polyd lib. 7. histor. Angli.*

990. Imperium Moscouiticum initium sumit.

Grana tritici & pisciculos minutos imbribus immixtos pluisse, in Gallia apud Albanium ferunt. *Palmer. in Chron. & Sigeb.*

Ignis è Rheno ascendit, quo vicinæ conflagrarunt villæ an. 991. *Schanaburgenses.* Deinde hyems sæuissima ab initio Nouembris vsque ad Maium, deinde paucis interiectis tepidis diebus vsque ad Iulium, quo mense præ glaciei rigore stagna & flumina concreta sunt, arbores, fruges & pascua exaruerunt, fames & pestilentia atrox sæuit. Denique anno seq. Slauorum in Orientales Saxones incursio & vastatio. *Chro. Saxoniæ.*

995 997

5083 5085

z DE GENERE Otthonum antea Bruno dictus imposuit Ottoni tertio Coronam insigne imperij: Imperium Germanis penitus concessit: quòd extincta Caroli Magni sobole, Italia perpetuis seditionibus conflictaretur, vt eam maiestatem vel ad suos, vel ad alienos suo arbitrio transferrent. Quare consentiente Ottone in Synodo Romana Septem viros ELECTORES Imperij instituit, Moguntinum, Colonien sem Agrippinæ, & Treuirensem Archiepiscopos, ducem Saxoniæ, comitem Palatinum, Marchionem Brandeburgensem, & vt eorum arbitrum, ducem Bohemiæ (nondum enim dicebatur rex.) Decreuit præterea, vt qui ab his Germanis Proceribus electus esset, diceretur Cæsar: post confirmationem autem & coronationem, ab episcopo Romano susceptam vocaretur Augustus. Itaque (vt scribit Gerualsius lib. ad Otthonem quartũ Imperatorẽ.) ex eo tempore à Romana sede pendet Germanorum Imperium. *Vide Blond. dec. 2 lib. 3 Iremic. l. 3. Krantium lib. 4. cap 25. & Platinã.*

Hoc ἀκέφαλον & incertum docet Onuphrius in suo Chronico, & in libro de Comitiis Imperatoriis, ac quæ de 7. electoribus traduntur sub Gregorio 10. non 5. institura ostendit. Nam de tanta re inter tot historicos, qui eo ferè tempore in Germania floruerunt, nulla est mentio. Silet Sigebertus, Otthonis Frisingensis, Schanaburgensis, Vitichindus, Luitprandus, & Annonij continuator. Sabellicus dubitat Ennead. 9. lib. 2. Auentinus etiam aliter sentire videtur.

Annonius, siue potius Annonij continuator Floriacensis monachus. *Truth.*

Radulphus *vt ipse significat lib. 20. c. 1 in Ludou.* qui & scripsit historiam rerum Francicarum & breue chronicon.

Rosumita, quæ Latinè & Græcè docta multa scribit, seorsum de gestis Otthonis Imp. *Truth.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

An. 997. Vuilperolphus præsul Argentinensis virsceleratæ vitæ, secreto Dei iudicio à mutibus corroditur. *Munst. in Cosmog.*

Imperatrix Maria nomine, filia regis Arragonum, ob adulterium publicè igne concrematur. *Krantius lib. 4. cap. 26. histor. Saxo.*

Vlodomirus siue Vuladimirus Russiæ dux, ducta Anna sorore Imperatorum Constantinopolitanorum : Constantini scilicet & Basilij, Christi fidem suscepit. Peruni, id est, fulminis simulachrum argenteo capite, auribus aureis, quod Kiouiæ colebatur, in Borysthenem vrbem illam alluentem proiecit. 12. filios procreauit, multa templa extruxit, & splendore Græco exornauit. *Matt. Mechou. libro secundo Chron. Polo. cap. 13. an. 990.*

Gilbertus Remensis præsul organa, quę calefactæ aquæ violentia modulatos edebant sonos: fabricauit, & Horologium. *Erphordiensis* Cæsaris Otthonis & Roberti Hugonis filij Reg. Franc. præceptor, qui & tandem Romanus euasit pontifex, dictúsque est Sylvester. In Hispalensi schola, in Hispania sua didicit.

HVMANA.

Cum his Monarchiæ in Germania initiis, concurrunt principatus familiæ Hugonis Capeti in Gallia, regiũ nomẽ in Polonia & in Hungaria. Otthone enim in Poloniã profectus, regẽ & Imperij Romani amicum Boleslaum Poloniæ principem nominauit. Hungaria autem regis nomen vsurpauit, postquã Stephanus Hungariæ dux Christianismum professus est, duxítque Gilesam sororem Henrici Sancti, qui huic Otthoni successit, Henrico approbante & confirmante.

Eudo siue Odo quidam cog. Magnus Abbas, ob multitudinem occupatorum monasteriorum Monarchiam Gallicam inuasit, quam tamen testamento hæredi legitimo voluit reddi. At eam Hugo Capetus Parisiensis comes præripuit, quam vt in sua familia firmaret, renuntiauit iuri nominationum, electiones clero attribuit, ad religionem animum conuertit, ob quam neglectam Carolini regno exciderant.

Sabaudiensis Comitatus erigitur, auctore Beraldo Hugonis Saxoniæ ducis filio. Ab eo enim Sabaudiæ principum & Marchionum Segusianorum Stemma emanare creditur. *Fascic tem.*

Almarus Saxoniæ ducis filius, qui Alisiam Otthonis 2. filiam duxerat, primus Dux Montisferratensis. *Sabel. Ennead. 9. libro secundo.*

Alfricus Cantuariensis. Abbas siue Abo patria Aurelianensis, qui ex Aureliana schola in Angliã venit, ibique Literas docuit & multa edidit. *Trith.*

* NONNVLLI recentiores hunc ex albo Pontificum Romanorum prorsus expungunt, quòd vi & contra canones Pontificatum Romanum inuaserit. Hinc (inquiunt) in nominis numero, nulla est eius ratio habita à tribus Pontificibus proximè succedentibus, qui Ioannis nomen habuere.

[Neque hoc Ecclesiæ puritati preiudicare potest, vt cõtendunt hæretici: quia etiam necesse erat in Ecclesia oriri hæreses & turbas excitari: vt probarentur electi: Ex D. Paulo ad Corinth.]

Viuente Gregorio, sedem per tyrannidem occupauit. Sed cum seditioso Crescentio, pœnas dedit vltore Otthone tertio.

Nec inter Pontifices numerandum aiunt, quia viuente adhuc Gregorio sedem occupauit & reliquit. *Onuph.*

Anni mundi.		Anni Christi.
5090	*Alphonso. 5. Hisp. rege quinquagesimo tertio,*	
5090	*Ethelredo Angliæ decimo quarto.*	
	Meieslao Poloniæ principe.	
	CONCIL. *Romanum de sanctione electionis Imperatoris in Germania. Platin.*	
	145.	
5085	* IOANNES 17. Græcus, mens. 10.	997
5085	Vacat dies 20.	998
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Eulogio siue Sergio an. 20.	
	Principibus.	
	Basilio Orien. Imp. nonagesimo nono.	
	Otthone 3. Occid. Imp. decimo quarto.	
	S. Roberto an. 34. solo Franc. Reg. trigesimo secundo. Filio Treddæ Gabez Æthiopum pretioso.	
	Almohadi Hisp. Miramol. Alphonso 5. Hisp. Reg. quinquagesimo tertio.	
	Ethelredo Angliæ decimo quarto.	
	Mieslao Poloniæ principe Christiano.	

* QVIDAM

Anni mundi.		Anni mundi.
	Gregorius 5 pulso & exoculato Ioanne, pristinæ sedi restituitur ab Otthone 5. Imp.	
	146	
5086	* SYLVESTER 2. Aquitanus (*antea Gerebertus vocatus*) an. 4. mens. 1. di. 10.	998
	Vacat dies 23.	
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Eulogio siue Sergio.	
	Principibus. Eisdem Imperantibus & regnant.	
	Almohadi Miramolino.	
	Alphonso. 5. Hisp. Rege quinquagesimo tertio.	
	Ethelredo Angliæ decimo quarto.	
	Mieslao, deinde Boleslao cog. Crobio 2. Polonorũ principe Christiano & rege primo. an. 25.	
	An. Dom. M. quo per Boleslaum regnum Poloniæ cœpit, & Cordubense in Hispania Saracenica defit.	

* QVIDAM loco istius, nominant Agapetum quendam.

Malis artibus pontificatum dicitur consecutus. Magus fuisse perhibetur. His temporibus, cuique licebat in sedem Petri irrepere: propter iura Ecclesiæ ab Imperatoribus rapta. Captiua erat Ecclesia & gemens sub Germanis Impp. ab Arnulpho ad Henricum. 4. quem Gregorius 7. an. Dom. 1080. in ordinem reduxit fulminibus Apostolicis.

Iuxta alios doctissimus Mathematicus, & Philosophus monachus è Floriacensi cœnobio, propter insignem doctrinam primum Archiepiscopus Rhemensis, deinde ab Otthone III. Rauennas, denique Papa. *Annon. lib. 5. cap. 46. Guil. Bibliothecarius.*

Verùm quoniam admodum pauci, in Occidente Philosophiæ & Mathematicæ operam dabant, ab imperito vulgo de magia suspectus fuit. Sed perperam, vnde quæ de eius morte & Diaboli percussione feruntur fabulosa sunt, vt ex eius Epitaphio à Sergio Papa successore Laterani posito constat. *Onuphrius.*

Nullus scriptorum affirmare dubitat, Sylvestrum 2 literis, moribúsque ornatissimum fuisse. *Blondus dec. 2. lib. 3.*

Scripsit de Sphæra pulchrum opus, item de compositione Astrolabij & quadrantis. Item Arithmeticam, denique libros, dialogos & epistolas complures. *Trith. Chron. Hirsaug.*

Boleslaus cognomento Crobius, primus Poloniæ rex appellatus, socius & amicus Rom. Imperij à tributo & omniũ Imperatorum iurisdictione immunis, an. 1001. à Pontifice Rom. & Otthone 3. Imperatore. *Martinus Cromer. in hist. Polo lib. 3. Crantz. lib. 4. hist. Saxon. c. 36. Matth. Mechou. lib. Chro. Polon.*

Fulbertus Carnotensis Episcopus edidit illa Responsoria (vt vocant) *Stirps Iesse* &c. & *Chorus nouæ Ierusalem.* Composuit etiam hymnos & orationes quasdam. *Trith.*

Vuillelmus Abbas, qui anno 1000. templum D. Benigni Diuionensis condidit.

Herigerus Abbas Lobiensis inter alia scripsit librum de corpore & sanguine Christi. *Trith.*

HVMANA.

Alpharabius Arabs philosophus & astronomus, Anedadis phil. & medicus. *Bergo. & Sabell.*

Sub hæc tempora & an. 990. Saracenorum Miramolinus è Corduba misit nauales copias, duce Auidamahim ad Christianas naues, & vrbes maritimas infestandas. Quæ nauim palæstinam ceperunt, in qua erant quatuor insignes Rabbini Babylonici.

E quibus R. Samarias venditur in Ægypto Alexandrinis, R. Hosiel in Africa Alkiroanis, quæ prouinciarum erat potentissima Saracenicarum Occidentalium, vbi genuit R. Hananelem, qui moriens reliquit in loculis decem aureorum millia.

Rabbi autem Mose & R. Henoc filius in Hispania Iudæis Cordubensibus, qui nondum erant exercitati in scriptis Talmudicis. Ab iis R. Mose præfectus scholæ, quem appellabãt Synagogæ iudicem, factus est. Atque hinc in 400. annos literæ Hebraicæ florere in Hispania incipiunt, & præcipuum Iudæorum Gymnasium, decrescente propter Ismaelitarum persecutiones Babylonico. *R. Abrahã. Leuita in Cabbala.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni Christi.

DECIMO sæculo continuatam Ecclesiæ doctrinam, cui obstrepunt hæretici, 1001
hinc apparet. Missa continuata iisdem ritibus & solennibus, quibus antè ex auctoribus de diuinis siue Ecclesiasticis officiis huius memoriæ liquet. Nam Rheginolibris de Ecclesiastica disciplina in eo totus est, qui & lib. 1. c. 8. Nulli (inquit) Presbytero absq; sacerdotali alba, stola & casula Missæ celebrare liceat, &c. Remense item concilium, & Herigerus Abbas libro peculiari de diuinis officiis. Gratia Dei, fides, iustificatio. *Radulphus lib. 16. c. 3. in Leuit. Renouatio vitæ inchoatur à fide, qua creditur, in eum qui iustificat impium, bonisque moribus augetur, & roboratur de die in diem, cùm magis magisque renouatur interior homo. Gilbertus Altercat. cap. 3. & 5. Deus auctor est salutis, liberum arbitrium tantum capax. velle, posse, perficere solius est adiutricis gratiæ, siue quia nec baptismus, nec fides, nec opus effectum habet meriti. sola igitur mater gratia libero arbitrio succurrit: pro libertate æterna consequenda.* Eucharistiæ veritas, sacrificium, transsubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. *Gilbertus Altercat. c. 8. Post consecrationem est corpus Christi verum, non tantum sacramentaliter, verum etiam essentialiter, & cap. 9. In modica particula tantum habes, quantum in magna. Denique scribit Christum in sacramento, tam esse integrum ac perfectum sub alterutra specie, quàm sub utraque. Item, transire substantiam panis, in substantiam corporis ac sanguinis Christi. Denique sufficere vnam tantum speciem exhiberi populo. Regino li. de disciplina Ecclesiast. Suidas multis locis. Radulph. l. 11. c. 3 in Leuit. lib. 14. c. 4. Oecumen. in 1. cap. 10 & 11. &c. Heb. 5. &c.* Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ. *Gilbertus Altere. cap. 1. 3. 5. 7. 8. Radulphus lib. 10. cap. 1. in Leuit. Smaragdus in Ioan. c. 3. Regino libris de disciplina Ecclesiastica vetus agenda.* Pœnitentia & eius partes tres. *Radulpus lib. 3. cap. 3. 6. 7. in Leuit. lib. 20. cap. 3. lib. 6. cap. 1. Gilbertus Alterc. cap. 7. & 21. Tria remedia sunt cuiusque animæ Baptismus, pœnitentia, Martyrium &c. Regino lib. 1. de discipl. Eccles. cap. 272. neminem ad communionem admittendum, nisi confessus sit & Dominicam orationem & Symbolum Apostolorum memoriter teneat.*

Claues absolutio, *Radulphus lib. 12. c. 1. in Leuit. lib. 5. c. 4. lib. 11. c. 1. lib. 12. c. 1. lib. 18. c. 4. lib. 3. cap. 1. 6. lib. 20. cap. 4. & 5. Regi. lib. 1. de Eccles. discip. cap. 295. &c. Suidas Oecumenius multis locis.* Confirmatio & reliqua alia sacramenta. *Gilbertus Altercat. cap. 5. vbi coniugium vocat sacramentum, 8. Vetus Agenda. Regino de disciplina Eccles. qui lib. 1. c. 115. modum inungendi infirmos explicat.* Primatus sedis Apostolicæ. *Smaragdus super Marcum cap. vlti. Regino in Chron. passim. Luitprandus lib. 3. cap. 14. vbi Sedem Romanam nominat summam atque vniuersalem Præsulatus sedem. lib. 6. cap. 6. vbi Romanum Episc. vocat summum pontificem & venerabilem Papam. Quin eum Apostolicum hæc ætas nominabat. Regino & eius continuator.* Liberum arbitriũ, bona opera. *Radulphus lib. 3. in Leuit. cap. 1. lib. 10. cap. 1. Gilbert. Alt. cap. 5. Suidas multis locis. Hic Oecumenius.* Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, festa. *Radulphus in præfatio. & lib. 1. cap. 4. in Leuit. Orationis sacrificium non nisi Domino soli offerendum est. Nam etsi Sancti rogantur à nobis, non tamen vt nos ipsi saluent (Domini siquidem est salus) verùm vt nobis salutem impetrent. Alioqui maledictus qui spem suam ponit in homine. Hæc igitur est latria, quæ soli debetur Deo, adorandi & sacrificandi deuotio. Et lib. 3. cap. 1. Oecumenius Scholiorum Græcorum auctor, in illud 2. Pet. 1. c. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Hinc enim colligit Sanctos preces post mortem pro viuis fundere &c. Gilbertus Alterc. c. 16. 20. Luitprandus li. 5. cap. 13. lib. 6. c. 6 & passim alibi. Vuitichindus libris gestorũ Saxonicorum sparsim. Regino lib. 1. de Eccles. discip. Vetus agenda.* Preces pro defunctis, Purgatorium. *Gilbert, Altere. cap. 5. probans illud dictũ 1. Cor. 3. ignis opus eius probabit. Luitprandus li. 4. c. 7. pro delictorum expiatione, celebre exequiarum officium, vt amque Deo hostiam offerre, Mathildis post obitum Henrici Imp. coniugis sui non desiit. Regino lib. 1 de discip. Eccl. cap. 190. Cætera itidem & cæteri huius sæculi auctores prolixè confirmant. De quo contra se testimonium ferunt Centuriatores Cent. 10. c. 2. de loco & propagatione Ecclesiæ col. 9. & seqq. sparsim. cap. 3 de*

Anni Christi. *Persecutione & tranquilitate Ecclesiarum sparsim, col. 24. & seqq. cap. 4. de doctrina, expresso col. 272. per totum. cap. 6. de Ceremoniis & ritibus Ecclesiæ col. 283. & seqq. per totum 7. de Politia & Gubernatione Ecclesiæ col. 380. & seqq. per totum ca. 9. de Synodis col. 429. per totum fere ca. 10. de doctoribus & episcopis col. 920. & sequentibus sparsim. nam his non dissimulanter irati sunt, quòd illæ sententias sint amplexi. Sparsim denique cap. de Martyribus, de miraculis &c. Huc facit quòd ex instituto, multi hac ætate scripserunt de hæresibus, item contra schismata Græcorum & nouos Manichæos, quorum sordes isti lambunt. Adde totius huius memoriæ tum Synodos, tum historicos. His enim omnibus Ecclesiæ status plane idem repræsentatur.*

VNDECIMVM SAECVLVM.

Anni mundi.

147.

1002 a IOANNES cognom. Siccus (ait Blond.) 18. aliis 17. Romanus. 5090.
1002. mens. 4. dies 20. 5090
Vacat dies 19.

Patriarcha.

Constantino. Eulogio siue Sergio.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnãt. Boleslao Polonorum rege primo.

148.

1002. b IOANNES 19. aliis 18. an. 4. mens. 4. 5090 5095
Vacat dies 19.
1007.

Patriarcha.

Constantinopoli Eulogio siue Sergio.

a VB an. 1000. Regnum Hungariæ initium sumit à S. Stephano de Attilæ posteris. Vt Moscouiticum, an. 990. pòst paulò inchoabit Boëmicũ, vt proximè cæpit Polonicum, nempe 1001.

Etapud Arabes in Hispania, multis imperium sibi vendicantibus, & aliis aliò inclinantibus: intestina seditione grauiter laboratur. Hinc Hali, Cazin, Abderamen Haia, Abderamen alter, Mahometes quidam, Hissen Humeia intra 7. annos regnantes, finem regno Cordubensi attulerunt, quòd trecentis iam annis stetera t: Anno ergo 1000. regni Cordubensis ferè finis fuit.

Hebraicæ literæ illis florere incipiebant.

R. Ioseph Ben Isaac R. Mosis, primi Scholæ Cordubensis præfecti discipulus, vniuersum Talmud in linguam Arabicam vertit: ad Alhachim regem Saracenorum. *R. Abraham in Cabbala.*

R. Hai Gaon in Babylonia Geonim. i. Talmudicorum Iurisconsultorum excellentissimus & postremus de domo Dauid, & regio Iechoniæ sanguine. Neque tamen fuit princeps exulum, quòd neque ipse, neque parentes eius magistratum illum voluissent pecunia à Regibus Mahometanis, in quorum regione exulabant, emere. Annis. 40. Scholam Iudaicam administrauit. *Ibid.*

R. Setiram patrem R. Hai Gaon, bonis eius publicatis, rex Mahometanus patibulo affixit. *Ibid.*

Eo tempore celebris erat R. Samuel sacerdos filius Hophni, & multos libros scribebat. *Ibid.*

Tum magia publicè à Saracenis docebatur. Maximè Hispali.

Sub an. 1000, Babylone insignis Saracenorum Academia, in qua disciplinæ, præsertim Mediæ & Astrologicæ Chaldæorum, Arabum, Persarum, Ægyptiorum, Iudæorum (alias Indorum) docebantur. *Chron. Casinense lib. 3. cap. 34.*

1002. Robertus Franc. Rex, Ducatum Burgundiæ Henrico duce sine liberis mortuo suo regno adiungit.

Circa illa tempora. i. anno 1000. Basilio Porphyro genito imperante Saracenorum imperium, quod quadringentos fermè annos Christianos valde afflixerat, declinare incipit propter domesticas dissensiones, cùm plures Saracenicum dominatum inter se diuisissent: & quatuor de summo caliphatu siue pontificatu semper contenderent. Inde enim in Oriente, illorum potentia Turcis præualentibus paulatim concidit. In Hispania & Africa item Christianis propter ip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

		Anni mundi.	Principibus.	Anni christi
	sorum bella ciuilia suas res agentibus.			
	b Ad otium conuersus, nihil memoria dignum gessit. Ægyptis Sultanus rupto fœdere, quòd cùm Basilio habebat, Hierosolymitanum templum ac monasterium propinquum spoliat. *Zon.*			
	Borno seu Bernardus Augiensis. *Contract.*			
	Danorum rex solenni stipatus comitatu Romam venit, pontificem rogat, vt Ecclesias sui regni, quæ satis multæ essent, è iurisdictione Hamburgensis Archiepisc. eximat, Respondet pontifex se breui missurum Cardinalem, qui earum regionum conditionem exploraturus, eáque facturus esset, quæ rei Ecclesiasticæ congruerent *Crant. l. 5. Da. cap. 2.* Hoc postea perfecit. Greg. 7. Nam cunctos Daniæ, Norwegiæ & Sueuiæ episcopos, ab obedientia ipsius exemit & Bremensi subiecit.			
	S. Vvigbertus à Zuttiberi Idoli cultu reuocauit Sorabos, Vandalicè per interpretem Euangelium docens, ac Lucum Idolo destinatum ita excidit: vt nullum appareret vestigium extructo S. Romani sacello. Obiit an. 1012. *Chro. Mersburgense lib. 2 cap. 6.*			
	Henricus 2. castitatem cum vxore sua S. Cunigunda Sigifridi comitis Palatini Rheni filia vouet. Episcopatum Bambergensem in Prouinciam Moguntinæ fundat, plurima item monasteria. *Chron. Hirsaug.*			
	HVMANA.			
	Eius tempore maleficio duarum vetularum, iuuenis quidam in formam asini mutatus est, ita vt cunctis videntibus asinus appareret: quod multis impossibile videtur, non intelligentibus permissione diuina, malignum spiritum oculos hominum mirandis ludificationibus illudere posse. *Ibid.* Tale narrat August. in libr. de Ciuitate Dei.			
	Primus Imperator creatur à septem Electoribus. Atque ita deinceps non per successionem sanguinis, sed vi electionis constituti sunt imperatores Germani.			
	Basilius Orientis Imper. totam Bulgariam subegit. *Zon. tom. 3.*			
	c SERGIVS virsanctissimæ vitæ & ante pontificatū, & in pontificatu in pauperes liberalis, in amicos iucundus, in delinquentes clemens, in Deum totam mentem conuertens, iustè & integrè omnia gubernabat. *Plaun.*			
	Ipsius hortatu principes Saracenos, Sicilia expulerunt. *Plaun.*			
	Eò mirabilior, quòd istius temporis Pontifices, vt intrusi ab Imperatoribus potius, quàm electi, monstra essent. Hi sunt fructus oppressæ à Tyrannis Ecclesiæ, & electionum ereptarum. Sed & turbata hic fuit legitima successio, vt olim in Synagoga sub Antiochis paulò ante Machabeos: Hanc Labem Centuriatores agnoscant à Germanis Impp. exortam, quos laudant tantopere. Nam illi iura Ecclesiæ sibi rapuerant, & iure Herodis Ecclesiæ prouidebant.	5095 5097		
	1008. Burchardus primò Lobiensis monachus, deinde Episcopus Vuormatiensis, veteres Ecclesiæ canones in vnum volumen decretorum, in 20. libris distinctum congessit. adiutus ab Olberto Leodiensi siue Genblacensi Abbate, suo olim magistro. *Sigeb.* Eos postea Gratianus dum redegit in epitomen, non parum corrupit. Quamquam alij malint eum sua ex decreto Iuonis Carnotensis Episcopi delibasse.			
	Meginfridus Monachus Fuldensis Chronographus, è quo multa in suo opere de Hirsaugiensis Monasterij historia commiscuit Trithemius. *Ipse in Chron. Hirsaug.*			
	An. 1007. Sorabi & Vandali ad Elystram Misniæ fluuium			

habitantes,

Anni christi.	Principibus.	Anni Mundi	habitantes, Vuiliberti Mersburgensis prædicatione conuertuntur. *Chron. Mersb. lib. 2. cap. 6.*
			1008. Brunus Magdeb. à Prutenis manibus pedibúsque, & tandem capite truncatus: martyr Christi efficitur. *Sigeb. Marian. Scotus.*
			Oddar cum 60. sociis, martyrium etiam à Slauis patitur. *Helmold.*
1002	*Eisdem Impp. & regnat.*		Idem Vuolfridus à Suecis, quod Torstam Idolum in concione concidisset. *Crantzius lib. 4 cap. 8. Metrop.*
			HVMANA.
			In Lotharingia iuxta montem Castrilocum, fons aquæ in sanguinem vertitur.
			Muchamet Persidis, Corasiniorum aliorúmque populorum rex Pisasirium Syriæ Calipham, qui in Bagdet sedem habebat ope Turcorū, vincit. Inde cum Indis bellum gerit. Sed deficientibus Turcis, tandémque signa cum Persis conferentibus: & in acie Machumetum occidentibus. Taugrolipix Turcorum rex Persarum rex euadit, & conculcatis indigenis omnes magistratus in suos transtulit: & inter eos Persidem vniuersam diuisit. Inde subiiciet Babylonium Calypham sub an. 1051.
	CONCIL. *Francofordianum præsente Imp. Consil.*		Razis Medicus Arabs, siue Pænus, qui ab aliis Bachilo, ab Auicenna etiam Menaëthus, Almansori Saracenorum regi sua dicat scripta.
			Almansor regnabat in Hispania & Mauritania, cùm R. Henoch magna celebritate profiteretur Talmud Cordubæ & academiam Hebraicam à patre cœptam excoleret anno Dō. 995. *R. Abraham Leuit. in Cabbala.*
	Bambergense.		Ioannes Serapion, Isaac Benimiram Medici Razis æquales. *Schedelius.*
			Campanus Longobardus Astronomus, qui errorem Prolomęi in supputatione motus Lunæ & aliarum stellarum, ortum ex ignoratione motus octauæ sphęræ, qui non nisi longi temporis obseruatione deprehenditur, animaduertit. *Idem & Bergomensis.*
			His fere suppares Almæon, Azophi, Azarchales Arabes astronomicis studiis insignes. *Schedelius.*
			Granatæ regnabat Badim de semine Philistim. Plurimi faciebat R. Samuelem Leuitam, quem aiunt fuisse locupletissimum, conduxisseque multos librarios ad scribendum Misna & Talmud, quos Scholasticis pauperioribus largiretur tā in Hispania, quàm toto Occidente. *Ibid. R. Abraham.* Palæstinos vocat Saracenos, qui tunc occupabant regnum Granatæ.
	150.		
1009	d BENEDICTVS 7. dict. 8 Tusculanus, an. 11. mens. 1. dies 13.	5097	
1020		5108	d RITIVS lib. 1. de Reg. Sicil. putat hunc nominatū fuisse Stephanum.
	Patriarcha.		Mortuus in nigro equo visus dicitur, circa locum defossi thesauri eleemosynis destinati. *Vuitelius in Epitom.*
	Constantinopoli Eulogio Sergio, deinde Eustratio, an. 16.		Pannones Christianam religionem communiter & publicè recepisse quidam scribunt. *Palmer.* an. 1010. Transyluani quoque victo & capto Giula, fidem partim metu, partim spōte amplexi sunt, & ipse Giula cum vxore & liberis baptizatus à Stephano Hungariæ rege dimittitur. Similiter & Bessi & Bulgari ab eo superati. *Bonfinius dec. 2. lib. 9.* Sicque Ecclesia Hungarica ad annos ferè. 40 pacatissima. *Ibid. lib. 1.*
			Apud Saxoniam in Colbecke villa Halberstadensi, Othbertus quidam cum decem & octo sodalibus, viris 15. & fœminis tribus, choreas ducens nocte Natalitiorum in cœmiterio S. Magni, cùm non desisterent admoniti à Sacerdote, eius dira imprecatione, sine quiete per annum integrum in eodem statu manserunt inuicem manibus hærentes, & non

Anni christi.	Principibus.	Anni Mundi
	Basilio Imp. Orient. nonagesimonono. Ottho-ne 3. & post eum S. Hē-rico 2. cog. Claudo (non Claudio, vt perperam quidam scribunt) an. 22. Occident. Imperat. decimo quinto.	
	S. Roberto Franc. Reg. trigesimo secundo.	
	Alphonso 5. deinde Veremundo. 3. Hisp. an. 10.	
	Ethelredo Angliæ decimo quarto.	
	Boleslao Poloniæ reg. primo.	
	149.	
1007. 1009	c SERGIVS IIII. RŌ. an. 2. dies 15.	5095
	Vacat dies 8.	
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Eulogio siue Sergio.	

Universidad de Deusto
Biblioteca

multò pòst interierunt. *Vincent. in speculo. & Crantzius lib. 4. cap. 33.*

An. 1016. etsi terra sancta & Hierosolyma esset sub Saracenorum potestate, tamen in Sina monte monachi Christiani fuerunt, inter quos Simon Syracusanus. *Sigeb.*

Anno eodem Rex Poloniæ Russos deuicit & Christianos fecit. *Chron Saxoniæ*

Venedi intima Germaniæ incolentes Saxoniam vastarunt. Sed ab Henr. Imp. victi Christo nomen dederunt. *Naucl.*

HVMANA.

Henricus Imp. coronam sumpsit Imperij ab hoc Pontifice, qui eum salutauit Augustum. *Sigeb. Palmer.* per ipsum tota Germania, Gallia, Italia erant pacatissimæ, vt aureum hoc imperante vigere videretur sæculum. *Herm. Gygas.* Claudus est appellatus, quòd in bello contra Adrianum Matchionem, quem Nobiles & Episcopi Itali Imperatorem Mediolani declararant, captis & deceptis custodibus elapsus, de muro se præcipitans, luxato tractòque crure deinceps claudicauerit. Arduinum interea duobus prælijs vicit & trucidauit.

Græci & Saraceni in Italia tumultuabantur.

Cum vxore Chunegunde perpetuam seruauit castitatem. *Crantz. lib. 3 cap. 42. Saxon.*

An. 1005. Arduinum Imperatorem salutatum ab Italis acie interemit, vniuersas cis Padum vrbes subigit, Italiam componit. *Palmer.*

Bernardum Saxoniæ ducem rebellantem subigit, Slauos & Polonos, qui ei auxilio venerant, tributarios facit. *Helmoldus cap. 16. & 17 Slau.*

An. 1009. Balduinum. 4. Flandrensium comitem & cæteros rebelles domat. *Sigeb.*

An. 1013. Cunctos Saracenos Italia, Calabria, Campania, Picentino agro, expellit, & Apuliam diu ab iis possessam recuperat Ismele duce dato, indèque Romam veniens Augustus consecratur. *Cuspinianus. Sigeb.*

Hunc Platina Henricum I. nominat, sed quia Germani in dissensione, tempore Longobardorum orta, alium Henricum elegerunt, quem primum vocant, & Platina inter Henricum 4. nullum quintum agnoscit, sed tantum 6. & 7. Germanorum numerum amplecti est satius. *Onuphr.*

5081 Comitatus Bellouacensis in Francia datur ab Odone Comite Campaniæ, Rogerio Bellouacensi Episcopo, in permutationem Castri, quod dicitur Sanctum Cesaris, siue Sincerium apud Biturigas, quod iure patrimonij erat ipsius Episcopi *Sigeb & Guil. Nang.* Ipse verò cum Aliaco & Moguntiaco eum Comitatum Ecclesiæ cathedrali S. Petri siue Episcopatui in perpetuum donauit. *Sigeb.*

Rex Noricum reuersus è Francia in Regnum suum, à gente sua perimitur, quòd abiurata idololatria baptizatus esset. *Guil Nang.*

Dum Samuel Bulgarorum rex contra Basilium bellum gerit, commoda ex Bulgarico bello occasione oblata, & rupto cum Imp. fœdere, Saraceni & Turci an. 1012. Hierosolymam expugnant, Caliphа Ægyptio principe, & Ecclesiam S. Sepulchri demoliuntur. *Zo. tom. 3. Palmer. Naucler.*

Samuelem Basilius vincit, & captiuis 15 000. oculos eruit, singulis Centuriis vnum relinquens monoculum, qui cæcos ad suum principem denuo elapsum reduceret. Quo territus intra paucos dies expirauit. Hinc Basilius regia sobole & proceribus Danidis & Archiepiscopi in fidem gratiámque receptis, totius Bulgariæ dominium obtinet. *Zo. tom. 3.*

Crabatæ & Sromi se eidem subiiciunt. *Ibid.*

An. 1013. Sueno Danorum rex magna crudelitate totius

Anni mundi.	Principibus.	Anni Christi.
	Eisdẽ Impp. & regnant.	
	Filio Treddæ Gabez Æthiopum Pret-Joso.	
	Veremundo 3. Hispan. 54. deinde Ferdinando cognom. Magno, an. 40.	
	Ethelredo Angliæ decimo quarto, & per ordinẽ Edmundo, an. 1.	
	Canuto, an. 20.	
	Boleslao Poloniæ regeprimo.	
5081	CONCIL. *Aquisgranense præsente Imperatore Henrico: in quo dicuntur decreta fuisse ieiunia in Vigiliis S. Ioan. Baptistæ & S. Laurentij. Vide Krant. lib. 4. ca. 35 & Sigeb. in Chron.*	1016
	Nouiomagense, in Cosmidromio.	1027
	Salegumstadiense.	

Anni Christi.	Schisma 14. Altero pontifice cuius nomẽ ignoratur, & qui in schismate electus erat, vrbe exacto, Benedictus 7. sedem recuperat. Plat.	Anni Mundi.	Angliæ regnum subegit, in illis motibus Elphegus Cantuariens. martyrio afficitur. *Polyd. lib. 7. Ang.* Ad Canutum filiũ solum an. 1017. regnum Angliæ peruenit, quod coniugio Enninæ Ethelredi vltimi regis filiæ prudenter, iustéque, firmauit. *Ibid.* Nordvvægiam deditione accepit. *Ibid.* Romam limina SS. Apostolorum salutaturus inuisit.
	[Schisma nõ diuidit Christum Dominum à suis, sed potius qui sui nõ erant perschismata à seipsis exeunt foras contra imaginariam hæreticorum cauillationem, qui quæ sunt schismaticorum Ecclesiæ imputare audent.		1014. Nubes magna in Flandria cecidit, & multa hominum millia submersit. Multa etiam horrenda signa in cælo apparuerunt: indéque secuta est magna hominum pernicies. *Chron. Hirsaug.*
			An. 1018. Ranimirus Sanctij Maioris filius Aragonum rex primus. *Vasæus.*
			Suidas hoc anno adhuc viuebat. *Ipse in voce Adam.*
			Maximas dat turbas passim in Oriẽtali Imperio Bardas Slerus, Mesopotamiæ præfectus, seque imperatorem salutandũ curat: adiunctis Arabibus belli sociis. Post aliquot tamen victorias, quibus Imperatorum fratrum res ad extremum perduxerat: cęsus ad Cosroem Babylonium fugit, à quo in carcerem missus pœnam perduellionis luit. *Zon. to. 3.*
			Persæ Saracenorum iugum excutere duce Inargo niruntur cum quibus Cosroes Babyl. congressus sæpius vincitur, donec soluto Barda, & tribus millibus Romanorum captiuorũ vtitur ad Persas partim concidendos, partim profligandos. *Ibid.*
5108	151. c IOANNES 20. aliis 19. Tusculanus, an. 11. mens. 1. dies 9.	1020	Elapsus Bardas, Imperatori tandem reconciliatur, & Iberiam adiens Georgium illius principem, vt suis finibus contentus sit, compescuit: filio eius accepto obside. *Ibid.*
5119	Vacat dies 8.	1031	Imp. pacata Iberia principem Tripolitanum, Damascenũ, Tyrium, Berytium sibi seruire cogit. *Ibid.*
	Patriarcha. Constantinopoli Eustratio.		Pazinacæ gens Scythica Imperante Constantino, Bulgariã populabundi inuaserunt, qui licet vltra Istrum reiicerentur: sæpius tamen reuertentes, fines Romani Imperij infestare deinceps non destiterunt. *Ibid.*
	Principibus.		c CONRADO Imperij diadema tribuit, qui & vicissim eum à Romanorum violentiis & clandestinis motibus defendit. *Volater.*
	Basilio Porphyrogenito nonagesimonono, & postea Constantino. 8. eius fratre, an. 3. Oriẽt. Imp.		Vita eius plutibus prædicatur. *Plat.*
	S. Hẽrico 2. decimo quarto, & post eum, Conrado 2. cognom. Saliquo an. 15. Occident. Imp.		Guido Aretinus monachus S. Benedicti in Italia, primus excogitauit nouam rationem cantus, quam solmisationem vocant, per sex syllabas seu notulas digitis leuæ manus per integrum diapason distinguendas, Vt, re, mi, fa, sol, la, Scalæ Musicæ auctor, vt planum siue Gregorianum cantum in artem redigeret. *Sigeb. in Chron. Pal.*
	S. Roberto trigesimo secundo, & postea eius filio Henrico 1. an. 30. Franc. Reg.		Theodoricus Hirsfeldensis, Aribo. Bruno Herbipolensis, qui in sacra Biblia, & in Symbolum Athanasij commentatur. *Trith* Euerbinus Doleiensis.
	Filio Tredæ Gabez Æthyopum pret Ioso.		Heribertus hymnos & cantus complures in Ecclesia Eiestensi cantari postea solitos componit. *Brusius.*
	Hispaniæ Ferdinando quinquagesimo quinto.		Misteno Vuagirorum princeps Holsatos & finitimos populos crudeli bello vexat, adeò vt nullum ferè Christiani nominis vestigium trans Albim flu. manserit. Ipse tandem fidem amplectitur, & regno suo electus Bardeuici diem claudit extremum, circa ann. 1025. *Helmold cap. 16.*
			An. 1028. Græci ad pristinum errorem relapsi sunt. Spiritũ S. procedere à solo Patre insonantes, & Romanam Ecclesiam excommunicantes. *Herman. Gigas*
			Otherus laicus cum aliis. 15. viris & fœminis à nocte natiuitatis Domini in integrum annum saltarunt, imprecatione Ruperti sacerdotis, donec à S. Heriberto ep. Coloniensi à maledicto absoluti sunt, & Ecclesiæ reconciliati, è quibus fœminæ mox obierunt, viri paulò pòst, paucis relictis, tremore membrorum, quod passi fuissent ostendentibus. *Chron. Hirsaug.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dithmarus Merburgensis episc. septem libris Chronicorũ, res sub Otthone primo & successoribus gestas, vsque ad annum 1021. congessit. *Anni mundi.*

Robertus Franc. Rex aliquas Sequentias & Responsoria (vt vocant) quibus etiam nunc vtitur Romana Ecclesia, composuit, Prosam, scilicet, *S. Spiritus adsit nobis gratia*, &c. Responsoria de natiuitate Domini, *Iudæ & Hierusalē*, &c. de S. Petro, *Cornelius Centurio*, &c. de Martyribus, *Concede nobis Dom.* &c. &, *O Constantia Martyrum*, &c. *Guilielmus Nangiac. Trith.* 5132

Sequentiam item illam diuinissimam, *Veni sancte Spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium. Trit. in Chron. Hirsaug.*

Ad fluuium Carum ann. 1023. habet consilium cum Henr. 2. Imp. de stabilienda Rep. Christiana & regno, imperióque firmandis concordia, legibus, optimísque institutis, *Sigeb. Auent. lib. 5.*

HVMANA.

1027. Henricum filium in regni societatem cooptat, sexto anno ante suum obitum. Alterum Robertum natu minorem ducem Burgundiæ instituit. *Chron. Benigniaum.*

An. 1010. vel iuxta alios 1025. in Hispania regnorum & Titulorum permutatio facta est. Ferdinandus enim Sanctij maioris filius, occiso vxoris fratre Veremundo, regnum Legionum ac materno iure Castellam occupauit, seque Castellæ & Legionum regem appellauit. *Rtius libro tertio. Hispaniarum.*

An. 1016. Ramyrus Ferdinandi frater nothus testamento patris Aragoniam adeptus, primus Aragonum rex designatus est. *Ibid.*

Conradus non paucos hostes in exordio regni sui habuit. Pacatis autem patriæ rebus, comitantibus Rudulpho Burgundiæ & Canuto Angliæ, Daniæ & complurium aliarum gentium regibus: in Italiam ad compescendos illic motus, & pro corona à Io. Pontif. obtinenda abit, filium suum Henricum 3. Romanum regem declarans. *Auent. Lambert.*

Vandalos maris Baltici accolas, ab imperio & fide Christi desciscentes crebis bellis domuit. *Crant.*

An. 1025. à Polonis Boemi antea stipendiarij, studio Prediſlai deficiunt, eis etiam Morauiam eripientes. Pomerani autem opera Belæ Vngari, tum quidem in Polonia exulantis: in Polonorum potestatem redacti sunt. *Crom. lib. 4.*

Ferdinandi Magni tempore Castella, Nauarra, & Legio per cõnubium Sanctiæ, quæ Veremundi vnica erat soror & hæres, consunguntur. Denique Aragonia morte Ramiri fratris. Ideóque Magnus & Hispaniæ monarcha nominatus fuit per an. 40. *Vasæus.*

Eius pater Sanctius maior Nauarræ rex, post mortem Sanctij Comitis Castellæ factus Comes, non se comitem sed regem Castellæ scripsit. Hinc deinceps Castella regio titulo decorata est. *Idem.*

Sub an. 1020. R. Ezechias successit scholæ R. Hai Haggaon in Babylonia, sed calumnia suorum, biennio post à Rege Saraceno necatus est, cum tota sua familia duobus exceptis filiis, qui fugerunt in Hispaniam ad R. Ioseph Leuitam Hannaghid, quousque mota persecutione in regno Granatæ ipse R. Ioseph interiit. *R. Abraham in Cabbala.* nempè anno Christi 1064. *R. Ioseph sacerdos in Chron. regum Franciæ & Turciæ.* 5118

In hoc R. Ezechia desierunt Gheonim. i. Iurisconsulti Talmudici, imò & Scholæ Babylonicæ, quæ antea adeò erãt celebres, vt ad eas ex Occidente ipso, Hispaniis Africa, Ægypto, Palestina Iudæi filios studij causa mitterent, *Ibid.*

Angliæ & Daniæ Canuto decimo sexto.

Poloniæ Boleslao reg. primo, deinde Meiecislao, an. 9.

CONCIL. *Saligustadense. Bucchardus, qui & interfuit ei Trithem. In eo componitur dissensio singularium cõsuetudinum in diuinis officiis, ieiuniis, festis, &c. 20 canonibus. Videtur idem cum proximo.* 1023

CONCIL. *Triburiense iussu Cõradi Imp. In eo agitur de statu Ecclesiæ, & præcipue de ieiuniis. Sigeb. Plati. Irenic. lib. 3. cap. 48.* 1030

Anni Christi. *Anni mundi.*

152.

1030 f BENEDICTVS 8. dict. 9 Tusculanus, an. 13. mens. 4. dies. 9. 5108 5132

1044

Patriarcha.

Constantinopoli Eustratio, deinde Alexio, an. 16

Principibus.

Romano Argyropilo Zoæ marito, an. 6. Michaele 5. Paphlagone Zoæ adultero, an. 7. mẽs. 8. Michaele 6 Calaphate à Zoa adoptato, mens. 4. per ordinem successionis, Orient. Impp.

Conrado 2. decimo sexto, & post eum Henrico 3. Nigro Occid. Imp.

Henrico I. Franc. Reg. trigesimo tertio.

Filio Treddæ Gabbez, Æthyopum pret-Ioso.

Hispaniæ Ferdinando Magno quinquagesimo quinto.

Tunc in Hispania R. Selomo, quem Baal Hassirim Hassekulim. i. magistrum cãticorum dimensione certa Constantiũ vocat Abben Ezra Gen. 3. floruisse videtur. Nam eum ait refutasse quasdam opiniones Rab Semuel filij Hophni, qui tunc viuebat in Babylonia. Ita circa isthæc tempora, Poetica Hebræorum quę hodie vsurpatur è Iathed (.i. Iambo) & Tenuhoth (.i. Spondæis & syllabis) cum Rythmis initium sumpsit.

f HVNC propter ignauiam eiecerunt Romani, in eius locum Ioannẽ Sabinum, qui Syluester. 3. est appellatus, sufficientes.

Henricum. 2. Imp. coronauit, de cuius ætate illud Vvitichindi bistorici. Non bella pacem disturbabant, non classica quietem rumpebant, non rapina grassabatur, non fides mẽtiebatur, adhuc iustitia sui vigoris, adhuc potestas sui iuris erat.

Mortuus horrenda imagine apparuit cuidam se iudicio Dei damnatum dicens, sine lege vixi, ideò talis appareo, &c. *Vuicelius in Epitome.* Audis quales pontifices nobis obtrudebat Germanica tyrannis.

[Sed & obseruandum Prophetas, ità esse comminatos populo Dei, ex Deo fore vt illis Pastores incurios excitaret, qui non sanarent oues ægras. Zacharias.]

An. 1041. Berengarius Turonensis, Archidiaconus Andegauensis hæreticus, docet panem & vinum in Eucharistia post consectationem esse tantùm figuram & sacramentum: & non verum Corpus & Sanguinem Christi. *Sigeb. Volat. Bernard. de Lutzemb. & ca. Ego Berengarius dist. 2. consec.* Mâlè etiam sentiebat, (teste Oecolampadio) de Matrimonio, & Baptismo paruulorum. Multi dicunt eum Magia (erat enim præstigiator. *Polyd. lib. 9. Angl. hist.*) vna nocte fuisse Romæ, & eadem legisse Turoni vnam lectionem. *Guilelmum. Nangiac.*

Animam agens pœnitentia ductus, ista verba immurmurabat. Nos sanè credimus post benedictionem Ecclesiasticam illa mysteria esse verum corpus & sanguinem Saluatoris: adducti veteris Ecclesię authoritate, & cæt. *Spenceus Apolog. lib. 8. cap. 5. Gagui. in Vita Henrici 1. Guilielmus Bibliothecarius Malmberiens. lib. 3. de Gestis Anglor.* Caluinitæ, quem errantem amplectuntur, respicentem sequantur.

Richardus Virdunensis Abbas, Adelboldus, Alphanus Salernitanus doctissimi. S. Hugo monachus Cluniacensis. *Volat lib. 21. & Trith. Chron. Casinens.*

Multi volunt nomen CARDINALIVM hoc tempore exortum fuisse. *Volater. lib. 21.* R. Barns.

[Cardinales ab initio nascentis Ecclesię extiterunt Romę sub Marcello A. D. 304. Epitome Conciliorum.]

Sed quanto sit antiquius vide Vuolfangum Lazium lib. 1. cap. 2. cõmentariorum Reip. Roma, cœpit ergo potius esse in pretio, non in vsu.

Henricus Franc. rex, templum D. Martini, quod Camporum appellant, Parisiis an. 1034. struxit, propter victoriam de Eudone Campaniæ comite: & Balduino Flandrensi reportatam. *Gagui. lib. 5.*

Cazimirus Cluniacensis monachus atque Diaconus, Regni Poloniæ hæres, dispensatione Benedicti, de ea rogati à Polonis: absolutus religione, coronatur Rex anno. 1041. *Matthias Mechouiensis lib. 2. Chron. Polon. cap. 13.*

Ad id adacti sunt Poloni quòd anno 1038. Raxa Regina pueri Cazimiri mater, abusa sua potestate intestinis dissidiis omnia miscuisset: ob quæ clàm cum filio fugam arripere coacta fuit, & accessissent externorum irruptiones. Russi enim Septentrionalẽ Poloniæ oram, & Boemi duce Prædislao Meridionalem & Occidentalẽ vastabãt. Cõ. *lib. 4. Pol.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huius dispensationis gratia iniunctum equitibus Polonis, vt in festis solennibus inter sacta fasciam lineam candidam: instar stolæ, qua sacerdotes & diaconi vtuntur, de collo suspensam gerant. *Ibid.*

Plebeiis autem, vt de singulis capitibus, quotannis obolum vnum in lucerna m perpetuo in æde D. Petri arsuram pendant, qui etiamnum S. Petri numus dicitur. Omnibus denique Polonis, vt rotunda in morem Monachorum tonsura capillorum vtantur: nec infra auriculas, ritu barbarico, quisquam omnino comam promittat. *Idem.*

HVMANA.

Armet Calepitæ filius Agatenorum princeps, pacem ære grandi redemptam: dat Romano Argyropilo. Eámque vidua & filius Armeri cum Michaele Paphlagone in an. 30. renouarunt. *Zon. tom. 3.*

Africanæ Agarenorum naues circiter millæ, mare mediterraneum infestant. Siciliam occupant, donec Georgius Mamaces eam Michaeli MONOMACHO iterum subiicit. *Idem.*

An. 1038. Canuto regé ex Anglia in Normaniam traiiciente vt in Richardum, qui cum sorore eius Hestrita repudium fecerat, armis animaduerteret. Normanus cum suis fugit in Siciliam. Apuliæ autem vrbes & castella Italorum discordia & timiditate inductus, partim vi, partim dolo cepit. *Saxo Grã. lib. 10. de reb. Danicis. Sigebert.*

Canutus Malcomum Scotorum rebellem subegit. *Vincent. lib. 25. cap. 15.*

Circa an. 1034. à rege Burgundiorum Rodulpho, quod subditi sæpè in eum insolescerent, Burgũdiæ Regnum diuiditur in Comitatum & Ducatum: ille donatione cessit Conrado Imperatori: hic Henrico. 1. Francor. regi. *Guaguinus lib. 5. ca. Vltimo. Platin. Æmyl. lib. 3. Sigebert. in Chron.*

Conradus Imp. Misconem parte Poloniæ & ducatu donat. *Auent. lib. 5.*

Cappadociam, Armeniam, Paphlagonam, totúmque ferè Orientẽ fames & locustæ adeo afflixerunt: vt multa suis sedibus relictis hominum agmina, aliò commigrare coacta fuerint. Verùm Romanus Argyropilus auro ad patrios lares redire eos compulit. *Zon. tom. 3.* 5132

Contra Imp. Constantinopolitanum Arabes in mesopotamiam incurrunt, Pazinacæ in Bulgariam, Agareni in oram Illyrici maritimam. *Zon. tom. 3.* 5132

Romanus Argiro. insidiis Michaelis Paphlagonis, cum quo vxor Zoe Constantini. 8. filia consuetudinem stupri habebat, sublatus est.

Zoe tandem incidit in hydropisim, & Michaelem Calaphatem ex sorore nepotem: hæredem imperij instituit, seque in monasterium abdidit. Sed inde excitata seditione, reuocata est ad Imperium: & sibi adiungens Theodoram sororem, Michaelem è fuga retraxit & luminibus priuauit. g LARGITIONE consecutus pontificatum, nondum mortuo successore. *Plat.*

Huius temporis schisma diligenter describunt Herma. Contractus in Chronico, Leo Hostiensis hist. Cassinensis lib. 11. Ottho Frising. lib. 6. cap. 32 & 33.

HVMANA.

Mulierculæ duæ cauponatrices, in via, qua ibatur Romam, hospites in equum, suem vel asinum mutare solebant. *Vincent. lib. 25. cap. 28. Erphordienses in vita Henrici 3.*

Zoe restituta tertio viro Constantino Monomacho iungitur

Anni Mundi.		Anni Christi.
	Angliæ & Daniæ Canuto decimo sexto, & per ordinem Heraldo, an. 4. *Canuto 2. an.* 2. *Sãcto Eduardo 3. an. 24. Poloniæ Miecislao, deinde Cazimiro Monacho, an. 24.*	
	CONCIL. *Constantinense præsente Henrico. Abb. Vsperg.*	
	153.	
5132	g SYLVESTER III. Romanus contra Benedictum, mens. 1. dies 19.	1044. 1044
	Principibus. Eisdẽ Impp. & regnant.	
	Benedictus 8. pulso Syluestro restituitur, & sedit cũ Ioãne 20. menses. Tandem exactis Pontificatũ Ioanne 20. & Benedicto 8. durante etiam schismate electus, est Gregorius.	

Anni Christi.		Anni mundi.
	154.	
	h GREGORIVS 6.	
1044	Rom. an. 2.	5132
1046	mens. 7.	5134.
	Patriarcha. Constantinopoli Alexio.	
	Principibus. Theodora cũ Zoe sorore mens. 3. Impp. in Oriente, postea Cõstãtino. 9. Monomacho siue Gladiatore, an. 13. Orient. Imp. centesimo sexto.	
	Henrico 3. cognom. Nigro, Occid. Imp. decimo septimo.	
	Henrico I. Franc. Reg. trigesimo tertio.	
	Filio Treddæ Gabez, deinde nepote etiã Anonymo, an. 70.	
	Hispaniæ Ferdinando Mag. quinquagesimo quinto.	
	Angliæ S. Eduardo decimo nono.	
	Poloniæ Cazimiro.	
	CONCIL. *Papiense Herm. Contract.*	

iungitur, & in omnes imperij partes edicta misit; quæ & magistratus vendi (quod erat antea factitatum) prohiberent, & omnia iniustitiæ genera de medio tolli iuberent. *In consti. Imp. Græcorum lib. 1.*

Henrico. 3. imperante, corpus Gigantis incorruptum in sepulchro Romæ inuentum est: quod erectum Vrbis mœnia superauit, cum hoc epitaphio, filius Euandri Pallas, quem lancea Turni militis occidit, iacet hic, *Naucl. Crant. Martin. in Chron.*

[Aiunt physiologi ossa mortuorum crescere in tumulis: ad instar lapidum: sed quod hic dicitur incorruptum fuisse corpus, est signũ omnipotentiæ diuinæ, de qua nemo dubitare potest, nisi adhoc vt non iuste occisus esse videatur, qualia exempla multa sunt.

An. 141. Boëmia bello iterum facta est tributaria Imperatori. *Contract. Lambert.*

Eodem Theodoricus comitatus Montis Belgardi auctor. *Lazius.*

Eodem tempore. 28. anno, postquam Sueno Danus totius Angliæ imperio potitus esset, Angli alienigenas expellũt: legem sancientes, ne quis Danorum, vnquam Angliæ rex creetur. *Polyd. lib. 8.*

Eduardo Ethelredi filio, qui in Normania regnantibus Danis latuerat: regnum tradunt in annos 24. *Ibid.*

h ALII laudant, alij vituperant. Sed miraculo corporis eius tumulati probatur non fuisse hominem malum. Vide mira apud Platinam.

Hungari à Christiana religione deficientes in paganismum episcopis & sacerdotibus interfectis, pœna capitis Christianismum retinere coguntur ab Andrea Rege quarto Vngariæ, & Vela eius fratre. *Naucl. & Bonfin. lib. 2. dec. 2.*

S. Eduardus tertius, rex Angliæ, fuit clarus miraculis: solo tactu morbum strumæ siue scrophulæ sanabat: quod Diuinũ munus ad posteriores aliquot Angliæ reges manauit, sed prius recitatis quibusdam hymnis, nec sine sacris cæremoniis. *Polyd. Virgil. lib. 8. hist. Angl.*

Cum ipsi ab exactoribus ingens auri vis, quod viritim in vniuerso collegerant regno, offerretur, dæmonem vidit circa illud colludere. Eo spectaculo territus subditis restitui iubet. *Eod. lib.*

Vulstandus Vigornienſis, & Vincentius Leodiensis Episcopi insignes. *Sabel. Ennead. 9. lib. 2.*

In Concilio Sutrino propter schismata & simultates, quæ ex Pontificum electionibus exoriebantur: ablata est Romanis electio Pontificis Roma. & concessa est Imperatori *Krant. lib. 4. hist. Saxo. cap. 41.* vel potius rapta.

Hinc Henricus Imper. iuramento adegit Romanos vt ab electione Pontificis Romani abstinerent. *Naucl. Sigeb.* Alij scribunt Clementem 2. eã ipsis prohibuisse. *Blond. lib. 3. dec. 2.*

Zoë Imperatrice tertio nubente, nuptiale sactum peragere detrectat Alexius Patriarcha. Postridie tamen coronationis ritum solenniter peregit. *Zon.*

Gregorius Thessalonicensis.

Cegenes & Tyrachus Pazinacarum duces, ad Monomachũ deficientes baptizantur: & suis Scythis idem persuadent. *Zon. tom. 3.*

HVMANA.

Scythæ Triballos, Seruios, Dyrrachium & finitas gentes infestant. *Ibid.*

Cùm claruisset virtus Nortmannorum, in bello Berengarij contra Hunnos, Georgius Mumaces sub Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantino Monomacho, eos cum Longobardis vocauit: in belli societatem contra Saracenos, iam annis 230. Siciliam obtinentes. Quibus, post eis Siciliam ereptam, cùm contra pactainique prędam dispertiretur, illi Guilielmo Farabacho duce, Apuliam Græcis eripuerunt.

Paulò pòst Mumace in Epeiro, in acie obtruncato Saraceni Siciliam recuperant: vsque ad annum 1060.

Nepos Treddæ Gabez Reginæ Æthiopum in eorum annalibus, etiam est anonymus, ob impium autę factum: quæ exemplo Athaliæ regium sanguinem penè extinxerat, vt cõtra leges patrias, filio suo impetium relinqueret.

Turci, quos suprà in Asiam ab Agarenis in ipsorum perniciem accersitos docuimus, Babyloniis in suam potestatem redactis: totum ferè Orientem subiugant. *Zon. tom.3.* Nam circa an.1051. Sadone, primo eorum principe, (.i. rege è R. Ioseph. in Chron. (cui succesſit Dogrissa, Asiæ regnum occupant. *Haito Arm.*

Mahomet Sultanus Persidis, Sogdianæ & Mediæ, Turcos contra Caliphã armat: seque è iure Caliphæ eripit. Turci postea, cum ipsis pacta stipendia minimè soluerentur, latrociniis & bellis continenter incumbentes, in Armeniis, Cappadocia, Galatia, Bithynia peculiare regnum incipiunt anno. 1051. donec Tartari ab Armenis euocati an. 192. pòst principatu deturbantur.

Anni Mundi

5134

5136

5136

5136

Anni Christi.

i DIE natalis Domini quo ipse in Pontificem consecratus est. Henricum 3. Imper. & eius coniugem Agnetam coronauit. *Herm. Contractus, & Naucler. in Chron.*

Pontifex creatur in Synodo imperante & cogente Henrico, verùm eo abeunte, veneno à Romanis tollitur.

Imp. Romanos iurare cogit, nullum se deinceps Pontificem vel electuros vel consecraturos: nisi quem Imperator dedisset. *Onuph.* Principium sequentium motuum, qui iusto Dei iudicio, Imperium & Imperatores labefactarunt.

Sub Henr. 3. Robertus Guiscardus Græcos prælio superatos, Calabriæ finibus præter Sacerdotes eiecit. Nécnon Saracenos ex improuiso adortus, ab obsidione Capuæ repulit. *Sabel.*

S. Algerus non ex Corbiensi (sicut putat Trithemius) sed ex Leodiensi canonico, monachus Cluniacensis, Adelmanus Brixiensis Episcopus, qui Berengarij fuerat condiscipulus: sub Fulberto Carnotensi episc. S. Lanfricus Abbas Cadomensis postea Cantuariensis Archiepiscopus, Guido Abbas de S. Cruce S. Leofredi, doctissimis suis scriptis, quorum nonnulla extant, se opponunt Berengario. *Trithem.* Hos Caluinus pro sua modestia, vocat imperitos, Barbaros, & Sophistas, qui non fuerunt, vt ipse sacramentarij.

* PER vim pontificatum occupat, nullo cleri populique consensu. Inde moritur irato Deo, die pontificatus 23. Adeò inoleuerat hic mos, vt cuique ambitioso, & principi gratioso, liceret Petri sedem inuadere.

An.1048. Constantino Monomacho sumptus suggerente, Christiani Hierosolymis templum & cultum Dei reparant. Daber enim Caliphæ Ægyptij filius, cum Argyropilo Imp. icto fœdere id concessit: Nicephoro Patriarchatum ibi administrante. *Tyrius de bello sacro cap. 5. & 6.*

Fuerat enim paulò antè solo æquatum, à Sultano Calipha auunculo Orestis, qui illic pontificatum administrabat *ibid. capite. 4.*

Franco Leodiensium scholasticus, scribit de quadratura circuli. *Sigeb.* Theodoricus Moguntinus. *Chron. Hirsaug.*

k HIC natus clarissimis parentibus, ab Henrico Imperatore renunciatus Rom. Pontifex, consilio Hugonis Cluniacensis Abbatis & Hildebrandi monachi, depositio Pontificali ornatu, vt priuatus Romam ingreditur: quòd Imperator Pontifices creandi nullum ius haberet, illo ad clerum populúmque Romanum pertinente. Propterea eò libẽtiùs eligitur PP. à clero Rom. & in suo Pontificatu ita piè degit: vt ad eius sepulchrum edita sint miracula *Sigeb. Platin.*

Anni Mundi

5136

5142

Anni Christi.

Ità Ecclesiæ eius de eligendo Pontifice, explosio Imperatore restituit. De multis Sanctis cantus composuit, & multa alia scripsit, præsertim librum contra varios Græcorum errores: quibus imbuebantur à Michaele Patriarcha Constantinopolitano, & Leone Acridano Bulgarorum Episcopo. *Sigeb.*

Claruit autem multis miraculis. *Hist.* Domus eius pauperibus & peregrinis semper patuit. Totus Eleemosinarius, vsque ad miraculum apparentis Christi in specie leprosi. Damnat hæresim Berengarij. Primus, qui sedem Apostolicam ab Imperatorum inuestitura restituit, cum per annos 150. id sibi iuris isti magna temporum infœlicitate rapuissent. Cætera enim perfecta sunt à sequentibus Pontificibus, præsertim Gregor.7. quem Leo Cardinalem creauerat.

In Germania (quo venerat ad Maguntinum Concilium) Ecclesias, Sacella, Altaria, in diuersis locis absque numero consecrauit, & quòd multi pontificuli hodie facere erubescunt, per sese facere non despexit. *Chron. Hirsaug.*

Contra Normanos auxilium ab Imp. postulauit, qui à prioris Henrici temporibus in Calabriam, Samniam & Campaniam confluxerant, ab Italis ob belli petitiam vocati. Nam nõ vt hospites viribus & numero aucti iam se gerebant, sed vt indigenæ, prætereàque omnia diuina & humana, prout viribus plus poterant, confundebant, an. 1053. *Herm. Contractus.*

In Natali D. Lucæ concionatus est Bambergæ. *Histor. Bambergenses.*

Nonnulli exterarum nationum principes missis ad Pontificem literis, per legatos, subiectionem ipsi promittunt. *Contractus.*

Per epistolam Constantinum Imperatorem sibi cõcilians, misit tres legatos Constantinopolim ad conuincendos 14. Græcorum errores, qui vt Simoniaci donum Dei vendebãt: vt Valesij, hospites suos castratos etiam ad Episcopatum promouebant: vt Arriani, rebaptizabant. Latinos baptizatos in nomine S. Trinitatis: vt Donatistæ in sola Aphrica, sic illi in sola Græcia orthodoxam esse Ecclesiam iactabant: vt Nicolaïtæ, nuptias sacerdotibus concedebant: vt Seueriani, maledictam dicebant legem Mosis: vt Pneumatomachi professionem S. Spiritus è symbolo detrahebãt: vt Nazareni, Iudaïsmum obseruabant, paruulos morientes ante octauũ diẽ à natiuitate baptizari, mulieres in partu vel menstruo periclitantes communicari, vel si paganæ essent baptizari, prohibebant: Latinos vocabant Azymitas, eorum ecclesias claudebant: de fermentato sacrificabant: Romanæ Ecclesiæ Constantinopolitanam præponebant. *Sigebert. penes quem horum fides esto.*

Obtinuerunt legati ab Imperatore, vt Niceras Monachus cogn. Pictoratus, quem ipsi coram eo vicerant, librorum suũ contra Romanos inscriptum de Azymo, de Sabbato, & de nuptiis Sacerdotum, anathematizaret & incenderet *Sigeb.*

Scripsit ad Africanos Episcopos Petrum & Ioannem, qui contra Grunnitanum Episcopum, dignitatem Ecclesiæ Carthaginensis defenderant.

Respondit Michaëli Constantinopolitano Episcopo & Leoni Acridano, qui hæc tria præcipuè damnabant, quòd Latini Azymis panibus in Sacramento vterentur, quòd in quadragesima obseruarent Sabbata, quòd suffocatis vescerentur.

155.

i CLEMENS 2. Saxo. mens. 9.

Vacat mens. 9.

Patriarcha.

Constantinopoli Alexio.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnãt.

Anni Mundi 5134

Anni Christi. 1046

1048

156.

* DAMASVS II: Bauarus, dies 23.

Vacat mens. 6.

Patriarcha.

Constantinopoli Alexio.

Principibus.

Eisdem Impp. & regnãt.

Anni Mundi 5136

Anni Christi. 1048

1048

CONCIL. *Sutrinum non longè ab Vrbe Roma, præsente Imperatore Henrico 3. ad tollendum schisma, celebratum. Itaque Benedicto qui residebat in Palatio Lateranẽsi, Syluestro, qui sedem Pontificam ad S. Petrũ collocauerat, & Gregorio, qui suam sedem habebat ad D. Mariam, Pontificatu expoliatis electus est Sindegerus, siue Suigerus Bãbergensis Episcopus, qui postea dictus est Clemens 2. Blond. li. 2. dec. 2. Herm. Contractus.*

157.

Anni Christi. 1048

k LEO 9. Alsatius in Germania, an. 5. mens. 2. dies 6.

Anni mundi 5136

Anni Christi. 1054

Vacat m. 11. d. 26. 5142

Patriarcha.

Constantinopoli Alexio, deinde Michaele Cerulario an. 8.

Principibus.

Constantino 9 Monomacho siue Gladiatore Orien. Imp. centesimo 6.

Henrico 3. cog. Nigro Occi. Imp. decimo septi.

Henrico I. Franc. Reg. trigesimo tertio.

Nepote Treddæ Gabbez Æthiopũ pret-Ioso, an. 70.

Hispaniæ Ferdinãdo Magno quinquagesimo quinto.

Angliæ S. Eduardo decimo nono.

Poloniæ Cazimiro.

CONCIL. *Romanum, Episcoporũ Italiæ præside Rom. Pont. de statu Ecclesiarum. Her. Contra. in Chron.* 1049 5137

Papiense præside Rom. pont. de componendo statu Ecclesiarũ. Her. Contract. in Chron. 1049 5137

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrum Patriarcham Antiochenum designatum, & Apostolicam approbationem poscentem confirmauit.

Ad Thomam Carthaginensem scripsit, in qua ei authoritatem conuocandi Synodos, quod ius sibi Grunnitanus Episcopus arrogarat, tribuit. 5137

Andræam Hungarorum regem, cum Imperatore æquis propositis conditionibus in gratiam redire detrectantē: anathemate feriit. *Herman. Contractus.* 5138

Fredericus Cardinalis frater Godefredi Lotharingi Constantinopolim mittitur, vbi indictæ synodo, cum Imper. & Patriarcha adesse dedignarentur: egressus vrbe Sandalia sua, more Apostolorum, publicè super eos excussit. Quo quidem facto, ita omnes terruit, vt Imp. & Patriarcha cum omni clero & populo sequenti die, sacco & cinere obuoluti ad eum procederent, & Apostolicam authoritatem in eo proni in terram veneratentur. *Erphordienſis* Postea factus est Pontifex, Stephanus 10. nomine.

An. 1050. Machetad Scotorum princeps (Nam nondum Scoti ducem regis nomine gaudentem habebant) Romæ argentum, seminando, pauperibus distribuit. *Marian. Scotus.* 5138

Templum sepulchri Christi Hierosolymis à Saracenis & Turcis destructum. Leone 9. Romanorum Pontifice procurante, apud Imperatorem Constantinopolitanum, est reædificatum. *Palmer. Plat.* 5140

An. 1052. Henricus Imp. in Saxonia, apud Goslarem omnium consensu, iussit patibulo suspendi quosdam hæreticos, qui inter alios errores, omnis animalis esum iuxta Manichæos execrabantur. *Herma Contract.*

Dedit Leoni Pontifici, Beneuentum vrbem Italiæ. *Naucl.*

Petrus Damianus Episcopus Hostiensis, Theoduinus Episcopus Leodiensis, Lambertus Leodiensis monachus, Erhardus, Hildebertus viri celebres. *Trith. de script. Ecclesiast. Anton. titul. 16. cap. 8.*

HVMANA.

Turci Nomades, qui è Tartaria exierant primùm, regnante apud Francos Pipino, & victis Hungaris sibi duces constituerant: ceperántque fines Capadociæ & Asiam minorē, cum regionibus vicinis à mari Ionio ad Ægæum vsque tandem regnāte apud eosdem Francos Hērico Roberti filio an. 1050. regem sibi primùm deligunt, ductis inter centum nobiliores familias sortibus. Seldoc. *R. Ioseph sacerdos in chronicis regum Franciæ & Turciæ.* Sadonem vocat Haito Arm. 5142

Anno. ità 1050. Turca nomine Seldoc, filius Mynuth in Galatiam latè penetrauit, Pamphylios & Lycos afflixit, Rhodios terruit. Ac regnante Henrice, deinde Philippo eius filio: bene pugnauit cum Sultano Ægypti occupata Syria, Hierosolymisque, donec redeuntes Saraceni, Hierosolymam vicinásque vrbes eis excusserunt sub Aduentum Gotofredi Bullonij. *R. Ioseph ibid.* 6145

Duces alij Turcici Dogrissa, Aspal, Melecha, Attol, Belchiaroth, qui præfuerunt Solymanum stirpis Otthomanicæ caput, tempore belli sacri, paucis annis occuparūt reliquum minoris Asiæ.

1 HVMBERTVS Sylvæ candidæ Cardinalis Græcos scriptis oppugnat. Nicetas Pictoratus Studites & Leo Atridæ in Bulgaria Archiepiscopus Latinos. *Sigebertus, Trithemius.* 5143

Victor in Florentina Synodo episcopos quosdam ob Simoniam & scortationem episcopatu priuat.

Bruno Signinus. *Chron. Cassinense lib. 4. cap. 33.*

Henricus 3. impotenter ferens, suum exercitum fuisse ad

Anni mundi.	*Remense, præside Rom. Pontifice cum Galliarum Episcopi, de statu Ecclesiarum. Herman. Contract. Sigeb.*	Anni Christi.
5137		1049
5138	*Moguntinum Episcoporum 40. vel 42. (nam valde errant qui numerant 130.) præside Rom. Pōtif. & aßidēte Imperatore Henrico, ac aliis Principibus propter cōponendum statum Ecclesiarum & reformationem clericorum. Hoc Simonia (quæ erat beneficia Ecclesiastica à Laicis recipere) & sacerdotum coniugia in perpetuū damnantur Her. Contr. & Lampert. Schafn. Krant. lib. 4. cap. 43.*	1050
5138	*Romanum aliud & primum contra Berengarium. Her. Contr. Vt sit illud in quo ait Lanfranc. libro de Sacra. damnatum fuisse Berengarium, & Ioan. Scotum:*	1050
5140	*Vercellense. præside Leone Rom. Pontif. & secundum contra Berengary errorem. Guitmundus lib. 1. de sacra. Palmer. Her. Contract. Ipse tunc primò suum errorē reuocauit, vt ait Guil. Malmersb. lib. 3. de gest. Angl. licet Lanfranc. l. de Sacr dicat eum non adfuisse nisi per duos legatos clericos. Errant qui ad Syluestrem. 3. referunt, vt Sabel. Enn. 9. lib. 2. Gratius labitur Caluinus qui in Admonitio. ad Vuestphalum ait Gregorium septimum illud coegisse.*	1052
	Romanum aliud. Herm. Cōtract. Vormacience, in quo Gerardus Leucorum quintus episc. in album Sanctorum allegitur. Sigeb.	
	158.	
	1 VICTOR 2. Sueuus an. 2. mens. 3. dies 14.	1054
	Vacat dies 4.	
	Patriarcha. Constātinopoli Michaele Cerulario.	1057
	Principibus. Eisdem Imp. & Theodoro centesimo septimo Orientis Impp. & regn.	
	Concil. Florentinum præside Pōtifice Rom. & præsente Imp. Henrico, de statu Ecclesiastico. In eo multi Episcopi propter Simoniam & fornicationem damnantur & episcopatu priuantur. Her. Cont. Palm. Plat.	1055

niternecionem

Anni Christi.	*Turonense, præside Hildebrando Rom. Archidiacono (qui postea factus Pontifex, dictus est Gregorius 7.) legato Pontif. Rom. & tertium contra Berengarium qui tunc iterum sui erroris cecinit Palinodiam, & manu propria subscripsit. Guitmundus lib. 1. de sacra. Guil. Malmesberiens. lib. 3. de gest. Ang.*	Anni mundi
	159.	
1057	m STEPHANVS 10. dict. 9. Lotharingus.	5145
1058	mens. 7. dies 18.	5146
	Vacat dies 13.	
	Patriarchæ. Constantinopoli Michaële Cerulario.	
	Principibus. Theodoræ Imperatrice Orient. an. 2. Henrico tertio, & deinde quarto an 50. Occid. Imp. Henrico 1. Franc. Reg. trigesimo tertio. Ferdinando Magno Hisp. quinquagesimo quinto. S. Eduar. Ang. decimo nono Cazimiro Poloniæ.	
	160.	
1058	n BENEDICTVS 9. dict. 10.	5146
1059	Campanus. mens. 9. di. 20.	5147
	Patriarcha. Constantinopoli Mithaele Cerulario.	
	Principibus. Eisdem Impp. & Michaele 7. Seniore cogno. Stratioticus siue militaris an. 2. Orient. Imp. centesimo nono. Iisdem Occidentis Impp. & Regg. Cazimiro Poloniæ, deinde Boleslao 2. an. 22.	
	161	
1059	o NICOLAVS 2. Allobrox suffragiis omnium Cardinaliū electus, an. 3.	5147
1062	mens. 6. dies 26.	5150
	Vacat dies 12.	
	Patriarcha. Constantinopoli Constantino, an. 4. mens. 6.	
	Principibus. Michaele Stratiotico centesimo nono, & post eum Isaacio Conneno an. 3. Orient. Impp. Henrico 4. Occid. Imp. decimo octauo. Philippo 1. an. 49. Franc. R. trigesimo quarto.	

internecionē cæsum à Slauis Lusatiis: ægritudine paulò pòst obiit, buccella panis suffocatus.

Post mortem Monomachi Theodora illius coniugis soror imperium sola tenuit, at nullum maritum in Imperij societatem adduxit. Cum morbo grauissimo laboraret, suasu procerum, Imperium Michaēli Stratiotico admodum seni delegauit.

m STEPHANVS arguit Henricum 3. quod Pontificum authoritatem minueret. Vir longiore pontificatu dignus.

Mediolanensis Ecclesia, quæ ante 200. circiter annos, se à Romano Pontifice subduxerat, huic Stephano PP. se subdidit. *Sabel.*

Marbodus Rhidensis, Rogerius Colonensis, Ruthardus Hirsfeldensis. *Chron. Hirsaug. Lambertus.*

HVMANA.

Bizetislaus Boëmiæ decimus octauus Dux, ex matrimonio cum Iutha Otthonis Rufi filia, quam ex Ratisbonensi monasterio an. 1030. raptam in vxorem duxerat, eas nuptias cōfirmante postea Imperatore, relinquens quinque filios obiit an. 1052. *Æneas Syluius hist. Boem. cap. 19.*

An. 1058. Robertus Guiscardus pulsis Afris Siciliam obtinuit, fratrique suo Rogerio eam donauit. *Palmer.*

n QVIDAM historici hunc non numerant inter Pontifices, quòd legitimis suffragiis renunciatus Pontifex non fuerit. Sequor Sigebertum, Palmerium, Platinam, &c.

Iectus est sede, orta Romæ contentione de electione ipsius. Subrogatus est in eius locum Gerardus quidam episcopus Florentinus.

Simoniacè enim, per vim & metum contra canones & iuramenta pontificatum obtinuerat. *Petrus Damiani quadam epistola, qui hoc vixit tempore.* Cætera Herman. Contractus. *Lambertus Scanaberg. Leo Ostiensis. lib. 2. histor. Cassinens. cap. 102.*

Post huius tempus ob insignem librorum copiam, quæ hactenus apud nos desiderata est: omnia erunt clariora. Vnde ex obscurissimis tenebris historiarum egressi, paulatim in apertissimam lucem procedemus. *Onuph.*

o TVNC primum Lateranensi Concilio, Romanorum Pontificum electio ad Cardinales Episcopos est delata: ità tamen vt à clericis Cardinalibus reliquoque clero & populo Romano comprobanda esset. *Ca. in nomine Domini dist. 23. Polyd. lib. 4. cap. 10.*

Hic ergo incepit libertatem Ecclesiæ contra Germanos Impp. asserere.

Decretum fecit contra Papas per largitionem creatos. Et Berengarium ad palinodiam compulit. *Plat.*

Helmandus Chronicon ab orbe vsque ad suam ætatem i. annum 1066. colligit.

Guiscardus Apuliæ dux, Ecclesiæ Beneuentum, Troiam & reliquas Apuliæ ciuitates restituit *Sabell.*

HVMANA.

R. Isaac multos scribit libros. Explicationes locorum Talmud difficilium dicat R. Ioseph Leuitæ R. Samuelis filio, qui Granatæ cum tota Iudæorum Synagoga à Saracenis illic imperitantibus an. 1064. interemptus est. *R. Abraham in Cabbala.*

Idem R. Isaac charus fuit Regi Saraceno Almehmad, Astrologiæ nomine, in qua ille vt in disciplinis Græcis erat versatus. *Ibid.*

Ferdinandus Mag. sub mortem tribus filiis regna sua diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, dans Sanctio natu maximo regnum Castellæ. Alphonso Legionis & Asturiarum, Garciæ Galliciam, cum Portugallia. Cuius diuisionis impatiens Sanctius, regna ipsorum occupauit, altero fratre pulso, altero in vincula coniecto.

In collocandis Imperatoribus Constantinopolitanis mirè admodum variant scriptores, tam Græci, quàm Latini.

5147 p STATVIT ne quis Ecclesiastica beneficia ab vllo Laïco accipiat, quod tunc Simonia dicebatur. *Ca. per Laicos. 16. q. 7.*

5147 Monachos arcet ni vocentur, à populorum prædicatione. *Ca. Iuxta 16. quæst. 1.*

Vir doctrina non vulgari præditus. Miraculis claruit. Vnde liber Constantini Afri de Dæmoniaco & Claudo curatis ab Alexandro Papa. *Chron. Cass. lib. 3. cap. 34.*

In concilio Mantuano iterum (vt quidam volunt) statuitur, Papam à solis Cardinalibus eligendum esse: Neminem debere interesse Missæ sacerdotis, quem certò nouerit esse concubinarium. *Ca. prater hoc, dist. 32.*

An. 1063. quarta pars Hierosolymæ datur incolenda solis Christianis, à Calipha Ægyptio, Bomensore Elmonstienſabe, cum antea promiscuè habitarent cum Saracenis. Hinc illa quarta pars semper deinceps cessit in ius Patriarchæ. *Tyrius lib. 9 cap. 17. & 18.*

An. 1064. Septena hominum milla cum episcopis Moguntino, Traiectensi & Bambergensi, multisque Bauariæ proceribus terram sanctam visunt, qui multa ab Arabibus auri spe passi, interfectis plurimis tandem à Comite de Ramula liberati sunt. *Sigeb. Marian. Scotus.*

Constantinus Ducas magnum studium impendit, vt controuersias dirimeret & decreta scriberet. Et quamquam indoctus erat, tamen literas amabat & doctos colebat, dicere solitus se malle ex doctrina, quàm imperio nobilitari. *Zon.*

Galli ad debellandos Saracenos, in Hispanias proficiscuntur. *Sigeb.* Alij dicunt Balduinum tutorem Philippi illud bellum simulasse, vt facilius quosdam nobiles Vasconiæ, regi rebelles re primeret. 5150

Ordo Vallis vmbrosæ è Benedictinis descendens, per Ioannem Gualbertum Florentinum an. 1070. originem capit. *Palmer. in Chron. Volater. lib. 21.* Sub eo sunt Sylueſtrini eodem habitu, dicti à quodam Sylueſtro, qui eum ordinem inchoauit in monte Fano, prope Fabrianum in Marchia Anconitana.

Michaël Psellus poëta & philosophus, filiorum Ducę præceptor. *Zon. tom. 3.*

Guntherus, Theodoricus, Lambertus delegia, Meginfredus, Adrianus, vterque historicus. *Chr. Hir saug. Trith. de viris illust.* Osbernus.

Hermanus Contractus Comes Veringensis, tunc scripsit suum Chronicon ab orbe condito ad annum Christi, 1054. cui cõtinuator aliquis superaddidit annos 10. Hymnos etiam dulci melodia composuit, vt, *Salue regina misericordiæ. Alma redemptoris* & alia multa. *Trithem.*

An. 1066. Episcopi & principes Imperij, frequentibus comitiis, Triburiæ in ripa Rheni conueniunt. Collatis ibi de morum licentia & vitæ turpitudine, quam Bremensi Archiepiscopo tutore agebat Imperator, sententiis, ipse Archiepiscopus, nisi Cæsarem confestim reddat, iudicatur hostis: Cæsari quoque ad principes venire detrectanti, regnum abdicãdum esse decernitur. *Lambert. & Auent. lib. 5. Annal.*

HVMANA.

Vzi Gens Scythica, Pazinacis fortitudine & numero præstantior Const. Ducæ freti ignauia Istrum cum vxoribus &

Anni mundi.		Anni Christi.
	Nepote Treddæ Gabez Æthiopum pret-Ioso. *Hisp. Ferdinando Magn. Angliæ S. Eduardo decimo nono. Poloniæ Boleslao secundo.*	
	CONCIL. *Sutrinum contra Benedictum 9. Papam. Plat.*	1059
	CONCIL. *Lateranense & quartum contra Berengarium & pseudopontifices Episc. 114. Vel 113. Vel 118. præside Pontifice. Plati. Ca. in nomine Domini, dist. 23. In eo Berengarius tertiò abiurauit suam hæresim, libellos suos publicè in Cõcilio tremauit, & confessionẽ, quã Turonis ediderat præstito identidẽ propriæ manus sacramento renouauit. Tunc plurimũ contra eũ disputatũ est de præsentia corporis in Eucharistia, & de trãssubstantiatione ca. Ego Berẽgarius, de cõsecr dist. 2. Guitmũdus lib. 1. de Sacram. & Alger. lib. 1. de Sacram.*	1059
	Mediolanense contra Simoniacũ & Nicolaitarũ hæresim (sic appellabãt eos qui sacri altaris ministros debere vel posse liberè vti vxoribus sentiebant) præsidente Petro Damiano.	
	162.	
	p ALEXANDER 2. Mediolanensis à Cardinalibus absens delectus, an. 11. mens. 6.	1062
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Constantino, deinde Ioanne 7. an. 11.	
	Principibus.	
	Isaacio centesimo decimo. Constantino 10. Duca. an. 8. Eudoxia cum filiis & Romano Diogene an. 4. per ordinẽ successionis in Oriente Imperantibus.	
	Henrico 4. Rom. Imp. decimo octauo.	
	Philippo 1. Francor Reg. trigesimo quarto.	
	Nepote Treddæ Gabez Æthiopum pret-Ioso.	
	Ferdinando Magno Hispaniæ quinquagesimo quinto, deinde Sancho 2. an. 16	
	S. Eduardo Anglorum decimo nono, & per ordinem Haraldo an. 1. Guilielmo Normaniæ duce an. 22.	
	Boleslao secundo Poloniæ.	

liberis

Anni Christi.		Anni mundi.	
	Schisma 15.		liberis traiiciunt, cæsisque Nicephoro Botoniate & Basilio Apocape superato Danubio, eum locum deinceps liberè incoluerunt. *Zon. tom. 3.*
1062	Honorius 2. Cadolus antea vocatus, authoritate Henrici Imp in consultis Cardinalibus Pontifex renuntiatus sedit cõtra Alexandrum an. 5.	5150	Vuandali & Slaui interfecto Gottschalo suo duce, piisque omnibus, à fide Christiana iam tertiò, ad Paganismum deficiunt an. 1065. *Munster. in Cosmog.*
			Rerum successu elati, duce quodam Blussone Hamburgense, Sturmarios, & Holsatos aut prosternunt aut vinctos in patriam ducunt. Transalbinos vexant, ad suos cum ingenti pręda redeuntes, in Domesticos religionem abiicere detrectantes, pari crudelitate sæuiunt & Radigasto suo Deo immolant. *Helmold. cap. 21. 23. & 24.*
			Brusso reuersus à suis, iusto Domini iudicio obtruncatur. *Ibid.*
			Quidam vir alioqui robustus, dum esset in mensa consumitur à mutibus, cæteris qui accumbebant illæsis. *Fasc. tempor. & Naucler. in Chron.*
1065	CONCIL. *Mantuanum contra Honorium pseudopapam, libidinosos clericos, & Berengarium (quem victum rationibus compulerunt quarto ad palinodiam. Lãfra. de Sacram.) præsentibus Imperatore Henrico 4. & Alexandro Roma. Pontif. qui iureiurando se à crimine Simoniæ liberans, confirmatur in Pontificatu.*	5153	Pazinacæ & Bulgari, Vzos grassantes in Macedonia & Græcia, ad internecionem deleuerunt. *Zon. tom. 3.*
			Ignauia & auaritia Imp. Ducæ, Saracenis animus crescit, nostris deficitur. Inter hasce turbas ipse moritur, relicto Imperio viduæ & tribus impuberibus filiis. Qua occasione Barbari denuò Mesopotamiam, Melitenem, Ciciliam, Cappadociam, Cœlosyriam aliáque infesta reddebant. Quin & Turcæ post varios belli euentus, totius penè Asiæ regionibus, Pontum spectantibus subactis: & regnum & sedes suas ibi fixerunt. *Zon. & Cuspinianus.*
			An. 1066. Harduicus Rex Nordanimbrorum, spe regni Angliæ ob fratrum dissidia erectus, cum classe mille nauium traiicit, sed capto Eboraco cum suis ab Haraldo Anglico necatur. *Sigeb.*
			1067. Guilielmus Bastardus siue nothus, Normanorũ Dux. Haraldo vltimo Anglorum totius Angliæ Rege victo & cęso, regnum Angliæ & conquęstoris nomen est adeptus. Post regem interfectum, mox penè omnes eiusdem regni pontifices misit in exilium, nobiles & principes trucidauit, mediocres in seruitutem militibus dedit, vxores indigenarum aduenis suis matrimonio copulauit: & in ciuitate Eboracensi plus centum supra mille sacerdotes barbarè occidit. *Chron. Hirsaug.*
	Vuormatiense. Sabel. Ennead. 9. lib. 3.		1070. Hinc Francis, illinc Scotis Angliam bello inuadentibus, Angli partim fame moti, partim humana carne vesci coguntur. *Sigeb. Marian. Scotus.*
1071	*Moguntinum, præside Moguntino Archiepiscopo, & Imperatore assidente, de ordinatione Caroli Constantiensis episcopi, qui deiectus est ab Episcopatu. Lambert. Schasn. in hist. Germanorum.*	5161	Eodem idem Guilielmus Northimbriam, in extremam redegit vastitatem. Ex eo tempore Normani ex Dacis orti Angliam occuparunt. *Polyd. Virg. lib. 8. & 9. Angl.* Regnum Normanorum in Anglia durauit 69. an. & mens. 3. hoc est ad an. Christi 1136. quo translatum est ad Francos. *Polyd. lib. 11. histor. Ang.*
			Guilielmus autem numeratis apud Anglos sacris ædibus reperit 45017. parochialia templa. Habet enim apud eos quilibet vicus, etiam si vix sit ignium viginti, parochiale vnum. *Maior. lib. 3. cap. 6. Stoto.* paulò ante mortem, viribus è graui morbo receptis: igni & ferro agros Francicos perdidit. Vetùm intestini, equi saltu ruptus, bello finem imposuit: & pœnas crudelitati suæ debitas luit. *Polyd. lib. 9.*
1073	*Erphordiense indictum ab Episc. Moguntino plurimorũ Episc. Germaniæ, præsente Imper. de decimis Turingiæ Moguntino Archiepiscopo soluendis. Lambert. Schasn.*	5161	Guilielmo Ruffo minori filio Angliam reliquit. Robetto Normaniam. *Idem lib. 10.*
			1067. Carinthij, Austriaci, Norici, Vindelici, ciuili bello inter se sæuiunt.
			An. 1069. Henricus Imp. ipsa hyeme, fluminibus passim glacie congelatis, Luticios subiicit. *Sigeb.*
			Const. Ducas moriens iureiurando Eudoxiam obstringit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne imperium, nisi filiis traderet. Verum sex mensibus pòst, Romano Diogeni nupsit, quòd existimaret imperio ruenti opus esse strenuo propugnatore.

Diogenes deinde ad Theodosiopolim cõtra Saracenos pugnans captus, ab Axam Sultano certis conditionibus dimittitur. Ei reduci contra iusiurandum Michael Ducæ filius oculos eruit. Ex quo cum vulneris curatio negligeretur, capite intumescente, ac verminante, miserè mortuus est.

Turcæ Diogenis & Michaëlis Parapinatij ignauia, præter Persiam & Ægyptum, cuncta ferè Asiæ loca suo iugo submiserunt, ad ipsam vsque Constantinopolim: & Hierosolymis magna impunitate pios oppresserunt, per annos ferè 30. vsque dum solennis expeditio Gotfridi Bullonij suscipitur. *Tyrius lib.* 1.

Parapinatius sponte se abdicauit imperio, quod se consetuare non posse videbat, contra vndique concurrentes hostes, Monasticum habitum induens cum coniuge Maria Alana in solitudinem secessit.

q Ab hoc cœpit vitas Pontificum, vsque ad Honorium 2. Pandulphus Pisanus.

Confirmat ordinem monachorum Vallis vmbrosæ. *Volat. lib.* 1. Indixit ex more veterum, abstinentiam carnium in die sabbati. *ca. Quia dies de Consecr. dist.* 5. Romæ conciones habebat. *Benno.*

Omnium bonorum consensu pontifex creatur. formula electionis ipsius extat apud *eund.* Henricum 4. Imp. multa in Ecclesia temere molientem, omni prius priuatum imperatoria administratione anathemate percutit, nec absoluit, donec depósito regio ornatu, nudis pedibus, quanuis aspertima esset hyems & gelu cuncta rigesceret, ad se veniret petens veniam: & pollicens integram obedientiam & emendationem Vir dignus pontificatu ad deprimendam Politicorum supercilium. Monarchas terruit nominis sui & Zeli claritate. Captiuitatem Ecclesiæ & seruitutem, quam à principibus patiebatur, restituit, vlulantibus Centuriatoribus.

Cultor & defensor iustitiæ & libertatis Ecclesiæ acerrimus.

Miraculis coruscauit. *Martinus Polonus.* signa & prodigia per orationes faciebat. *Lambertus Schafnab.* Dono prophetiæ præditus. *Vincentius Gallus ex Guilielmo histor. in Speculo lib.* 25. *cap.* 44. semper in Ecclesiastico rigore constantissimus. *Otho Frising. lib.* 6. *cap.* 32. Inter omnes Romanos Pontifices præcipui Zeli & authoritatis. *Ibi. cap.* 36. *consentiunt Gotfridus Viterbiensis in Chro part.* 17. *Trit. in Chron Nauclerus Gen.* 27. *Crant. in Metrop lib.* 5. *cap.* 20 *Sabel. Ennead.* 9 *lib.* 3. *Tyrius lib.* 1. *cap* 13. *denique Anselmus, Bernardus Corbiensis, Marianus Scotus, Martinus Polonus, Blondus. Abbas Vsperg. Soli Centuriatores reclamant.*

An. 1079. Boleslaum 2. cog ferum Polonorum regem regni titulo & iure pellit. *Cromer. lib.* 5. Vnde successor Vuladislaus regem se appellari non est passus, quòd inunctus & coronatus solenniter, Pontificis interdicto non esset. Quod obtinuit vsque ad an. 1295. *Ibidem.*

Laudatissimus & Zelo singularis veréque Apostolicus, Quare audita Stanislai episcopi nece, Boleslauum Poloniæ regem, difficillimis alioqui temporibus, excommunicat. Aulicos quosdam Henrici Imp. quorum consilio Sacerdotia, Pontificatus, Monasteria vendebantur, ac Lupi, non pastores præficiebantur, repetundarum postulauit, & execratus est fulmine apostolico. Henrico præcipiens, vt illos aula, prætorio, curia, exigeret. Postremò Henricum ipsum, solenniter misso per omnes ferè orbis partes anathemate, excommunicauit. Noluit enim pati, vt istius voluntas requireretur in eligendo Rom. Pontifice, item vt episcopatus imperij terminis

Anni mundi.		Anni Christi.
	163.	
5161	q Gregorius 7. proprio nomine Hildebrandus, natione Hetruscus, patria Soanensis, an. 12. mens. 1. dies 3.	1073
5175	Vacat an. 1. m. 4. d. 27.	1087
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Ioanne septimo, deinde Cosma an. 5. mens. 9. Eustratio 2. an. 3. Nicolao 3 an. 27.	
	Principibus.	
	Eisdem Imp. & Michaele Ducæ filio centesimo decimo tertio, Parapinatio, an. 6. deindéque Nicephoro Botoniate an. 3. ac postea Alexio Conneno an. 33. Imperatoribus Constantinopolita.	
	Hispaniæ Sanctio secundo quinquagesimo sexto, deinde Alphonso 6. an. 26.	
	Angliæ Guilielmo Bastardo vigesimo primo.	
	Poloniæ Boleslao secundo, deinde Vuladislao 1. an. 20.	

Anni Christi.		Anni mundi.
1073		5161
1074	Concil. *Romanum ad reformationem morum. Antonin. tit.* 16. *ca.* 1. §. 21. *In eo præsertim agitur de Simoniacorum excommunicatione. Abb. Vsperg. & prohibitione Vxorum presbyteris facta, non nouo edicto (vt volunt Centuriatores censur.* 11. *cap.* 7. *pag.* 382. *sicut docet Spenceus lib.* 1. *de Continent. cap.* 12.) *Sed iuxta antiquos canones. ait Lambert. Schaf. in hist. Germ.*	5162
1074	*Erphordiense præside Moguntino Archiepiscopo, vbi de cœlibatu sacerdotum actum sit, quidam hic collocant.*	5162
1087		5175

minis incluſos, Imperator pro ſuo arbitrio diſtribueret. Nam quæ ſunt Dei Deo. Quid principi politico cum rebus Eccleſiæ? Denique vt maritos faceret ſacerdotes, vt viciſſim ſacerdotes maritos, contra receptum Eccleſiæ morem.

Adeò piam cauſam adiuuit Deus. Exorti enim motus Hæricum ipſum perdiderunt, & Imperij ſuperbiam valde attriuerunt, iſto de imperij gradu ignominioſiſſimè deiecto.

Pont. proceres & populum ſacramento præſtito ſanctè ſoluit, & vt Rudulpho adhæreant ſanctiùs imperat. Eius enim eſt videre, ne quid detrimenti res Chriſtiana à Principibus patiatur. An non Samüel Leuita, Dei authoritate Saülem regem creauit, deindéque peccantem publicè depoſuit Dauide ſubſtituto & inuncto? An non Elias Dei ſpiritu reges conſtituit & abdicat, non modo in Iſraël, ſed & in Syria? 3. *Reg.* 19. An non Hieremias Sacerdos accipit poteſtatem ſuper gentes & regna, vt deſtruat & ædificet, euellat & plantet? (1. *cap.*) An Apoſtolica authoritas minor eſt quàm prophetica? Quo modo igitur illud Spiritus S. impletum, Pro patribus nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram? Quare ſtat immota vox, vel potius oraculum D. Ambroſij epiſt. 31. Veteri iure à ſacerdotibus donantur Imperia, non vſurpantur. Et illud Petri Cluniacenſis epiſt. 29. lib. 6. Quamuis Eccleſia non habeat Imperatoris gladium, habet tamen ſuper ipſos Imperatores imperium. Vnde ei ſub figura prophetici nominis dicitur, Conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas, deſtruas, diſperdas, diſſipes, ædifices, & plantes. Hæc contra Centuriatorum eiulatus.

Vladiſlao Boëmorum duci petenti vt ſibi, ſuóque populo liceret rem diuinam Slauonica lingua peragere, non aſſenſit, quòd id Chriſtiano inſtituto minus congrueret, & linguis titulo crucis non ſine Dei prouidentia dedicatis decerperet: per quas Sanctorum communio, per totum orbem conſeruatur atque colligitur: vti linguarum diuerſitate confuſio atque diſſidium per mundum viget. *Ipſe lib. ſeptimo Regiſtri ad Boemorum ducem. Et Olaus Mag lib.* 19. *cap* 39.

Henricus 4. Zelo eius inuidens conatus eſt, vi quendam in ſedem Apoſtolicam ipſius loco intrudere.

Falſa de illo, à quo iuſtè fuerat excommunicatus, ſparſit indicto apud Vuormaciam concilio an. 1076. Epiſcoporũ 24. ad quod ſuperuenit quidam apoſtata, Hugo Blancus, propter mores improbos à Cardinalatu depoſitus, plenus minarum, deferens ſecum de vita & inſtitutione Papæ, ſcenicis figmẽtis conſimilem tragœdiam ſcilicet vnde otiundus, quo pacto ab ineunte ætate conuerſatus, quàm peruerſo ordine ſedem Apoſtolicam occupauerit, quæ ante Pontificatum, quæ poſt eum adeptum flagitia commiſerit. *Trithem. in Chronico Hirſaug.*

Sed bona cauſa vincente, annòque ſequenti totius penè regni principibus eius imperio renuntiantibus: in comitiis Openheimenſibus, neceſſitate compulſus Romam venit; vt nudis pedibus & corpore ſolis laneis tecto, in terrámque proſtrato veniam peteret. Abſolutus non diu permanſit in iureiurando, vt proinde eum denuò excommunicare oportuerit, & in ipſius caput iuſtè ea attrahere, ob quæ miſeri Centuriatores cœlum terrámque contra Chriſti vicarios obteſtantur. *Ibid.*

Conſtantienſem, Bambergenſem, Moguntinenſem, & plures alios epiſcopatus pecunia vendidit. Ratiſbonenſem, Augueſtenſem & Straſburgenſem pro gladio, Monaſterienſem pro Sodomitica immũditia, Abbatiam Fuldenſem pro adulterio. *Ibid. ex Stephani Halberſtadenſis epiſtola ad Vualramũ Epiſc.*

Clã accedens ad vxorem ſuã ſpecie adulteri (adeo enim ei infeſtus erat, vt omnes diuortij occaſiones quæreret) ab ipſa & ancillis pugnis, ſedilib? & quibuſcúnq; inſtrumẽtis mulctatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

extruditur foras. Hinc morbo deinceps sex Hebdomadas laborat. *Chron. Magdeburgense.*

Conradum filium incitat, vt cum nouerca coëat. *Crantz. in Metrop.* In eámque licet legitimam vxorem & honestissimâ, inaudita scelera commisit: multis vi opprimendam prostituens. Vnde non modò vt Schismaticum, hæreticum & Simoniacum, sed etiam vt Nicolaitarum hæresis æmulum, Vrbanus secundus in Romana Synodo, iterum excommunicauit. *Trit. in Chron. Hirsaug.*

Primus inter omnes Imperatores Occidentis per Papam depositus. *Ibid.*

Vult à se vocari vel ordinari pontifices etiam Romanos. Hinc illæ graues & pernicioſæ turbæ inter eum & Ecclesiã, quæ integrum sæculum durarunt.

Introducere conatur sacerdotum coniugia, & maritos episcopos designat. *Lambert.* cui quia se sanctissimè opponit Gregorius, à Magdeb. Cen. 11. cap. 7. pag. 382. traducitur, quasi primus publico edicto sacerdotibus coniugia interdixerit, & populum eorum sacrificiis interesse, aut illos pro sacerdotibus habere vetuerit, quasi etiam vsque ad hoc tempus sacerdotibus integrum fuerit vxores ducere. Quod falsissimum docet Espenceus lib. 1. de Continentia præsertim. 12 ca. è stignatis antiquissimorum Pontificum, Patrum, Canonum, Conciliorum, Historiarum tabulis. Et Lambertus, qui hæc scribebat tempestate, Clericis (inquit de hoc Pontifice) illicita & contra scita canonum, contracta coniugia prohibebat, contradicentibus Regis (Henrici) fautoribus & clericis. Hinc Henriciana hæresis apud Abb. Vsp. *Naucl. vol. 2. gener. 36.*

Marianus Scotus Fuldensis monachus Theologus & insignis historiographus, præter alia annales ab orbe condito duxit: optimo ordine vsque ad annum Domini 1082. qui erat ætatis suæ 56. *Sigeb.* cuius continuator fuit Dodechinus.

Ioannes Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitanus, se tunc Dionis Nicæi historiam in epitomen redegisse testatur: in vita Augusti.

S. Guitmundus Lanfranci Canthuariensis quondam discipulus, Auersanus Aquiliæ Archiepiscopus, & Hildebertus (qui prius fuerat ex Berengarij sectatoribus) Turonensis Archiepiscopus, Albericus, Vuolfelmus, & Leufredus aduersus Berengarianam hæresim acerrimè scripserunt. Venericus. *Trit.* Drogo. *Chron. Fland.* S. Hugo Clunianensis, *Chron. Hirsaug.*

Giselbertus Anglus commentatur in Esaiam prophetam. *Trit. de script. Eccl.* alius ab Anselmi discipulo, qui altercationem contra Iudæos paulò post condidit. *Chro. Hirsaug.* Imo verò antè. Nam is pertinet ad superius sæculum, vt illic docuimus.

Petrus Eremita Ambiensis, primus modum orandi per calculos (quod vulgò Patenostros vocamus) docuisse traditur. *Polyd. Virg. lib. 5. de inuent. rer. ca. 9.* Factus est dux Christianorum in bello Turcico. *Guil. Tyri. lib. 1. de bello sacr. c. 11. Plati. Bonfin. lib. 5. Vngar. dec. 2.*

Ordo Grandimontensis sub regula S. Benedicti inchoatur, per Stephanum Aruernum nobilem, apud Lemouicenses: vbi statuitur illius ordinis prima sedes, in quodam monte, qui toti familiæ nomen dedit. *Volat. lib. 21. Guil. Nangiac. Polyd. lib. 7. de inuent. rer. cap. 7.*

Ordo Carthusiensium an. 1084. sumit initium à S. Brunone Colonensi Theologo, & Canonico Rhemensi. *Sig. Plat. Volat. lib. 21. Polyd. de inuent. lib. 7. cap. 3.* Qui propter quandam apparitionem mortui, vale dixerat mundo *Fascic. temp. Summa Antonini, Franc de Puteo Lugonnensis. Schedelius.*

Philippus rex Franc. fæculares clericos Ecclesiæ S. Martini de Campis, quam ipsius pater Henricus construxerat: mutauit in monachos ordinis Cluniacensis. *Guiliel. Nangiac.*

Anni mundi.		Anni Christi.
5162	*Erphordiense. præside Moguntino Archiepiscopo, vbi de cælibatu sacerdotum actum sit, quidam hic collocant.*	1074
5164	*Aliud Concilium Romanum Episc. 110. in quo notati sunt Anathemate, Gilbertus Rauennas Archiepiscopus, Hugo Cardinalis, & (Antoni. credimus) Henricus Imperator, omnes etiam simoniaci, maxime hi qui à Laicis reciperent inuestituram. (Nam inoleuerat mos, præsertim in Imperio, vt Episcopi ab Imp. eligerentur & annulo ac baculo pastorali inuestirentur ab Imp. Guil. Tyri. lib. 1. bel. Sac. ca. 13.) Vincten. in Specul. lib. 26. cap. 82. Krant. lib. 5. hist. Sax. cap. 6. Plati. & omnium optimè R. Barnus in vita Pont.*	1076
5164	*Henricus Imp. vt se vleisceretur, indixit Concilium Vuormatiæ Episcop. 24. qui exauctorant Pontificatu Gregorium 7. misso ad eum cum epistola decretali Concilij Rolando quodam, qui ipsi nomine Concilij publicè interdiceret munia Pontificia. Ab. Vsp. in Chro. Lamber. Schaf.*	1076

de Campis

Anni Christi.		Anni mundi.
1079	*Aliud Concilium Romanum tertiò conuocat Gregorius Papa, in quo excommunicat Sigifridũ Moguntinum Archiepiscopum, cum omnibus Episcopis & clericis assentientibus Henrico Imp. in quem denuo anathema renouat, & Imperio iterum priuat. Ille metu amittendi Imperij (namiam principes propter Pontificiam excommunicationem, ab Imperatore se subduxerant) supplex veniam petit à Gregorio, qui post preces multorum & præstitum ab Imp. iuramentũ obedientiæ & pacis eum absoluit. Plati. R. Barnus. Multi & ferè omnes ita confundunt ista tria Concilia Romana, vt vix ex ipsorũ scriptis iudices an vnicum vel trinum fuerit. Fortasse istud est concilium Romæ in quo disputatum est cõtra Berengarij errorem, quem ipse tunc iterum quinto & postremò abiurauit. Thom. vald. 10. 2. de Sacramentis cap. 43. ex actis illius concily, quæ ipse legit.*	5167
Educense 19 q. 3.		

de Campis, quam ipsius pater Henricus construxerat: mutauit in monachos ordinis Cluniacensis. *Guiliel. Nangiac.*

Quàm tunc deploratus fuerit Ecclesiæ status, & fermè nostro simillimus: cernere licet apud Sigebertum, Vincenti. & Antoni. Magnę simultates inter Imperatorem & Põtificem: Sacerdotes erant moribus deprauatissimis, & propterea ipsi & res sacræ populo contemptibiles: quilibet ex plebe audebat de sacris mysteriis disputare: sacramenta etiam ab infantibus turpiter tractabantur: in extremo vitæ viaticum Dominicum contemnebatur: decimæ presbyteris debitæ igni cremabantur: Corpus Domini sæpe pedibus conculcabatur, & sanguis effundebatur, multáque alia scelera in Ecclesia patrab antur. Qua occasione multi hæretici, prophanis nouitatibus plebem ab Ecclesiastica disciplina auertebant. *Sigeb.*

Dux Polonorum ipso die Natali Dom. an. 1077. à quindecim episcopis in regem consecratur. *Lambert. Schaffnab.*

An. 1079. Boleslaus deuictis Russis ad suos Polonos rediit. Stanislaum Cracouiensem, qui ipsum ob tyrannidem excõmunicauerat, ad Aram interficit. *Crom. lib. 4. Polo.*

Cuius sacinoris an. seq. pœnas luit, nam mente captus mortem sibi conscisci. *Ibid.*

Eum Greg. Pont. anathematizarat audita Stanislai nece, &c. *Matthias Mechoui. lib. 2. Polo. cap. 20.*

Theofridus carmine & prosa historias, aliáque reliquit. *Brusceius de Monasteriis.*

Vuilhelmus de musica, de ratione computi, de Astrolabio & similibus commentatur. *Chron. Hirsaug.*

D. Guilielmus monachus & Bibliothecarius Malmesberiensis scripsit historiam Angl.

In Londinensi conuentu an. 1078. auctore Lanfranco, sex Angliæ ciuitates, Bathonia, Lincolnia, Saresberia, Exonia, Cestria, atque Ciceſtria fiunt Episcopales sedes, quę antea erant in oppidulis. *Polyd. lib. 9. hist. Angl.*

Lambertus Schafnaburgensis, Herueldensis monachus cursim obiter attingens prima tempora, ab orbe condito ad annum Christi. 1040. ab hinc diligenter persequitur historiam suorum temporum: per annos 37. vsque ad annum Christi. 1077.

HVMANA.

An. 1075. Kiouia à Boleslao Polonorum principe, qui duobus annis pòst rex consecratus est capitur. Ideo Ruteni populabundi Poloniã inuadunt, sed vi reputuntur. *Crom. libro quarto.*

Eodem Robertus 1. Burgundię dux S. Roberti regis Francorum nepos obiit: & Semnoiaci in templo à se condito sepelitur, *Chron. Burgundia.*

Hugo nepos succeſſit, qui mortua Iolanda vxore an. 1097. seipsum cilicio obnubens, Cluniacẽsium instituto se dedicauit: & Othoni fratri qui in sacrum bellum profectus est, ducatum reliquit. *Ibid.*

Boëmiæ Ducatus tunc primum an. 1086. erigitur in regnum. Nam Vratislaus, quòd debellasset Leopidum Austriæ marchionem, Moguntiæ ab Henrico Imp. Rex declaratus: inungitur ab Engelberto seu Gilberto Treuirorum Archiepiscopo. *Æneas Syluius hist. Boem. cap. 22.* At Matti Mechoui, in Chron. Polon. libro tertio, capite 4. ait id euenisse sub Victore an. 1087.

An. 1079. Turci in Arabes & Saracenos inualuerunt, ac Armeniam Syriámque depopulantes, multas vrbes ipsámque Antiochiam ceperunt. *Sigeb.*

Præter Antiochiam, duce Belphet, ceperunt vrbámque Ciliciam, Isauriam, Pamphiliam, Lyciam, Pisidiam, Lycaoniam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cappadociam, Galatiam, vtrumque Pontum, Bythiniam & Asiæ minoris partem, incolis abductis & Ecclesiis deiectis. *Tyrius lib.1 cap.9.Chron.* — *Anni mundi.* 5168

Nicephorus Botoniates cum Michaëlem terruisset, societate Turcicorum bellorum imperium sibi asseruit. Verum cõiuratione Comnenorum fratrum violenter oppressus, monasterium imperio relicto ingredi coactus est.

Comneni fratres ita inter se partiti sunt imperium, vt Alexius imperij titulum vsurparet, cæteri alia noua nomina sortirentur, & singulis cederetẽt certi annui redditus ex imperij reliquiis. Sic dilaceratis imperij redditibus Alexius conuertitur ad rapinas & exactiones. Cúmque corrupta pecunia pro aurea & argentea æream signasset, tributi tamen loco auream dependi voluit. Amisit in mari Chium, Lesbum, Samũ, Rhodum insulas, quas Turci duce Zatcha occuparunt subacta littorali Asia.

An. 1081. Robertus Guiscardi filius ex Italia in Epidamnũ, expeditionem suscipiens Castoriam, Larissam & alia oppida subegit, Raimundus verò, vbi ex Asia feretro inclusus, tanquã mortuus domum relatus esset, de Alexij perfidia conquestus suos ad arma concitat, traiectóque mari, ad eundem Epidãnum, Imperatorem ad Europæam coloniam ad pacem cõpulit. *Chron.Cassinense cap.48.lib.3.*

Pazinacæ sub Alexio Comneno, Macedoniam & Thraciam depopulantes, primo victores, deinde victi, in Moglenem traducti sunt *Zon.tom.3.*

r Opera Henrici 4. veneno in calicem infuso, dum sacrificat, necatur. *Plat. & Fasc.temp.* Alij tradunt eum obiisse alui profluuio. *R.Barns.* — 5173

Deusdedit Card. Canonum volumen, iubente hoc Victore, in ordinem redegit. *Plati.*

Itali suasu Victoris Papæ, sub vexillo S. Petri, Africam infestis signis ingressi centum millia Saracenorum occiderunt, & eorum præcipuam vrbem euerterunt. *Chron.Cassinense.lib.3.cap.70.*

Continuatur schisma superiore Pontifice cœptum, de quo sic Hermoldus in chron. Slauorum cap.30. Gilbertum Rauennæ sedis episcopũ ordinari fecit in Papam (Henricus 4.) Durauitque hoc schisma 25 annis. Defuncto enim Gregorio successit Desiderius (qui Victor) post quem Vrbanus, deinde Paschalis, qui omnes Imperatorem cum Papa suo, excommunicationis sententia damnarunt, continentes se apud reges Franciæ, Sicilię, Hispaniæ, qui Catholicam partem tueri videbantur. Mortuo autem Gilberto, qui & Clemens, sopita sunt schismata & rediit vniuersa Ecclesia ad Paschalem. — 5175

Machtilda quoque comitissa Pontifici fauebat, quæ & omnes suas possessiones ad altare Sancti Petri obtulit, quæ Sancti Petri patrimonium vocantur. *Mart. Polonus.* — 5176

Ansul rex Galliciæ Christianus vicit Saracenos in Hispania, & Toletum maximam eorum vrbem, per aliquot annos obsessam tandem expugnat. *Sigeb.*

Basilius monachus errorem Berengarij restaurat.

Euthymius contemporaneus Alexij imperatoris. *Ipse Panoplia part.2. Tit.23.* Cum Iudæi seruissent annos 1000. *part.1. Tit.8.* est ergo mendum apud Sixtum Senensem dum eum ait claruisse sub an. 1180. pro 1080.

Sic Ioan.8. Curolopates, qui à Nicephoro Imp. Irenes successore tempore Caroli Magni ad Alexium Comnenum, id est, 300. fermè annorum, siue vsque ad Christi 1085. historiam contexuit.

Vigebat adhuc Michaël Psellus. Nam eum suæ tempestatis philosophorũ principẽ & amplissimũ virũ appellauit Ioan.

Schisma 16. durat an. 29.

Rodulpho Sueuiæ Duce, qui à Saxonibus & nonnullis Principibus Theutonicis suasu Pontificis electus fuerat imperator, occiso, Henricus Imp. in Concilio Brixiensi Episcoporum Italiæ, Longobardiæ & Germaniæ, purgatus de criminibus sibi obiectis à Pontif. eum iisdem insimulat, & curat eligi in Pontificẽ Gilbertum siue Vuicbertum Rauennatem Archiepiscopũ, qui dictus Clemens 3. sedit an. 17. vel vt alij volunt. 21.

Concil. *Moguntinum, præsente Henrico Imp. pro Clementis ordinatione contra Gregorium. Sigeb.* — *Anni Christi.* 1085

164.

r Victor III. Beneuentanus, an. 1. mens. 4. — 1087

Vacat menses 5. — 1088

Patriarcha.

Constantinopoli Nicolao 3.

Principibus.

Alexio Cõneno Oriẽt centesimo decimo quinto.

Henrico. 4. Occid. Imp. decimo octauo.

Philippo 1. Frãc. Reg. trigesimo quarto.

Nepote Treddæ Gabez Æthyopum pret. Ioso.

Hispaniæ Alphonso 6. quinquagesimo septimo.

Angliæ Guilielmo Bastardo vigesimo primo, deinde Guilielmo Ruffo, an. 13.

Vvladislao 1. Poloniæ principe.

Concil. *Beneuentanum, in quo præsidente pontifice rursum Imperator & laici dantes sacerdotia, & clerici accipientes: Simoniaci declarantur & excommunicantur. Chro. Cassinense lib.3.cap.71.*

Stampense. Iuo in epistolis.

165.

1088 — ſ Vrbanvs II. Gallus ex oppido Castellionis, in dioecesi Rhemensi, an. 12. mens. 4. dies 19. — 5176

1100 — Vacat dies 13. — 5188

Anni Christi. — *Anni mundi.*

Curolopates, initio sui historiarum compendij.

An. 1087. Bogomili Messalianorum secta, non multò ante ætatem Hermenopuli. *Ipse libro de sectis.*

Tempore Alexij Comneni, secta Bogomilorum in Oriente grassatur, auctore quodam Basilio medico, qui 15. annos sua peruersa dogmata didicerat: & 12. docuerat, qui & in Theatro combustus est. *Zon.tom.3.*

Pauliciana hæresis è Manichæis orta, à Ioan. Zimisce Philippopolim translata adhuc durabat. Nam Alexius Com. Imp. disputatione multos ab ea reuocauit. *Ibid.*

Grammaticorum scholam construxit, in qua publicè docerentur pauperum liberi, magistris & pædagogis constitutis. victúque tam docentibus, quàm discentibus ordinato. *Ibi.*

Constantinus patria Cartaginensis Babylone disciplinis Chaldæorum, Arabum Persarum, Ægyptiorum & Indorum perceptis an. 39. peregrinationis in patriam rediit, deinde in Italiam traiiciens monachus Cassinensis efficitur: vbi è diuersis gentium linguis, transtulit complura opera artis Medicæ, *Chron. Cassinense lib.3.cap.34.*

Elfuuardus librum de rebus Anglosaxonum in Britannia, ante Normanorum imperium vulgat.

An. 1088. Religio Christiana Toleti ab Alphonso 6. Castiliæ rege fugatis Saracenis tradi cœpit. *Sigeb.*

Hvmana.

Idem Alphonsus nulla relicta mascula sobole, filiam Therasiam ex pellice natam, Henrico Lotharingiæ comiti Gotofredi Bullonei ex Guilielmo fratre nepoti, cum Portugallia, Gallitiæ parte dotis nomine vxorem dedit. Vnde Portugalliæ reges originem trahunt. *Ritius lib.3. Hisp.* additis aliquot vrbibus cum titulo comitatus.

Eo enim duce Galli in Lusitaniam appulerunt, eámque vi Mauris ademptam Portugalliam nominarunt. *Ibid.*

Alteram despondit Remundo Berengario Tolosæ comiti. Ita à Remundo postrema regum Castiliæ stirps, per Alphonsum filium propagata est.

Cyprus, Creta, Chios, Lesbus, Samus, Rhodus & aliæ insulæ, quæ vel defecerant, vel à Zarcha Turco occupatæ fuerant: à classe Alexij imp. breui recuperantur. *Zon.tom.3.*

Tum vixisse videtur Elias Cretensis, Nazanzeni doctus interpres. Nam in suo commentariorum proœmio ipse scribere tradit in exilio, quòd sanè in hoc annos Saracenicæ sæuitiæ, vel Constantinopolitanorum tumultuum incidere vi detur.

ſ Scripsit contra hæreticos. *Plati.* Cum iam esset statutum, vt clerici septem horas canonicas quotidie dicerent: totidem iussit in concilio apud Claromontem an. 1096. recitari quotidie in laudem D. Virginis, & instituit ipsius officium in Sabbathis. *Anton.sit.16.cap.1. Naucler.*

Ordinem Cisterciensem an. 1098. excitatum in Burgundia ab Ardingo Anglo, vel vt alij volunt, Roberto Molisnense, primus confirmauit. *Platina.*

Galiciæ regem cum tota S. Iacobi Dioecesi Anathemate percussit, quòd prouinciæ episcopum in carcerem cõiecisset.

Eius monumento marmoreo inscriptum est, Vrbanus. 2. auctor expeditionis in infideles. *Onuphrius.*

Excommunicauit in Gallia eos, qui à laicis ad dignitates Ecclesiæ eueherentur. Quare Henricus Suessionum episcopus, pontificatum quem à Philippo rege acceperat: Pontifici tradidit. *Æmyl.lib.3.*

Philippum Francorum regem, qui repudiata vxore Bertha, Fulconi cuidam ereptam coniugẽ pro vxore habebat excõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

municatione coëgit eam dimittere & legitimam recipere. *Æmyl. lib.3. Sigeb Anno.*

Petro Nauarræ regi tertio, octo decimas & ius Patronatus Ecclesiarum, belli sacri prætextu, petenti concessit. *Vasæus.*

Post orationem Vrbani in concilio Claromontensi, instigatore Petro Hispano (*Helmold. Ibid. cap.31.*) Eremita an. 1096. expeditio maxima facta est contra Turcas & Sarracenos, militum 600000. (*Fucherius cap. 4.*) ad Hierosolymam recuperandam: quæ 490. circiter annis, postquam eam Saraceni occupassent, capta est, 39. die obsidionis, an. 1099. & 1dib. Iulij (*Æmil. ait 4. Nonas*) feria 6. hora qua Christus mortuus est, ducibus Godefrido Bilionensi, siue de Bullo Lotharingię principe, Eustathio & Balduino eius fratribus, Hugone Magno fratre regis Francorũ, Podiensi siue Anicensi in Aruernia episcopo, Roberto comite Normanorum, Raymundo comite Tholosæ (cum Gothis & Vasconibus ait Fucherius) Boemundo duce Apuliæ, & infinitis aliis nobilibus. *Guliel. Tyr. lib.1. de bell. Sac. cap.17. Blond. dec.2. lib.4. Plat. Æmil. lib.4. Fuch. cap.2. & 19.*

Adfuit huic expeditioni Alphonsus. 6. rex Castiliæ. *Ritius lib.3. de reg. Neapol.*

Tribus diuersis itineribus eò contenderunt, per Constantinopolim, indéque Calcedonem trecenta millia descriptorum peditum, & centum millia galeatorum equitum. *Ionius lib.1. Virorum Illust.*

Ad Nicæam primò Solymanus Turcarum Imp. victus. Ad Antiochiam Corbana Parthorum, Medorum & Assyriorum dux.

Nam ante Hierosolymam, Nicæam, Antiochiã multásque ciuitates à Barbaris possessas recepetunt, non de imperio & fortunis dimicantes, sed de religione & sacrorum authoritate.

Ægyptius Caliphas ad Hierosolymã superatur, cum Godefredus admota turri lignea, ex eaque in hostilem murum demisso ponte, trucidatis, depulsísque Barbaris primus in vrbem peruasisset. Ex quo omnium procerum consensu Hierosolymæ rex appellatus est: quam & Christiani reges tenuerunt vsque ad octogesimum septimum annum, quo eam Saladinus Ægyptius nostris eripuit.

Die, quo expugnata est Hierosolyma, Sol aliquot gradibus retrocessit. *Fucher. hist. cap.21.*

E Latini orbis prouinciis omnibus eò confluxerunt, exceptis Orientalibus Francis, Saxonibus, Thuringis, Bauaris & Alemannis, intestinis nimirum bellis occupatis (aut potiùs pietate carentibus,) qui equitum, peditúmque turmas suum solum transeuntes ludibriis excipiebant: stultos eos appellantes, quòd sua temerè deserterent, & aliena appeterent. *Abbas Vspergensis Germanus.*

Godefridus Bilionius ab vniuerso exercitu constitutus primus rex Hierosolymitanus, noluit coronam auream suscipere: quòd Christus ibi tulisset spineam. Dabertus electus est primus Patriarcha. *Blond. dec.2 lib.42. Tyr. lib.9. cap.2. & 15.*

Philippo Regi Francorum Biturigẽsem Comitatũ 40000. lib. (alij dicunt 60000. aure.) Harpinus Comes vendidit, vt proficisceretur Hierosolymam. *Guil. Nang. & Mater histor.*

Fucherius Carnotensis, in sacra expeditione Cappellanus Balduini fratris Godefridi ducis Lotharingi, historiam rerum per annos 29. gestarum ab ann. 1095. vsque ad 1124. breuiter & magna fide perstrinxit.

Milites inopia iumentorum vtuntur ad sarcinas suas verucibus, capris, suibus, arietibus interdum etiam equitant bubus. *Fuch. cap.5.*

Occiduorum Christianorum in Orientẽ profectio signifi-

Anni mundi.		Anni Christi.
5188	*Patriarcha.*	1100
	Constantinopoli Nicolao 3.	
	Principibus.	
	Alexio Comneno Orient. Imp. 115	
	Henrico 4. Occid. 18.	
	Philippo 1. Franc. Rege trigesimo quarto.	
	Alphonso 6. Hisp. 57.	
	Guil. Ruffo. Ang. 22.	
	Vuladislao. 1. Polon.	
	Bellvm Sacrvm.	
	Idem Vuichertus per schisma contra Vrbanum sedit vsque ad ann. 1100. Sigeb.	
	Conc. Melphicum præside Pont. dist. 32.	

Anni Christi		Anni mundi
1088	*Troianum in Apulia eodem præside 25. q. 6.*	5176
	Placentinum, Episc. totius Italiæ, præside Pontif. ad hominum, maximè sacerdotum malos mores corrigendos. In quo inter alia, Gregorij decreta, acta contra Henricum & Clementẽ 3. Antipapam confirmantur: Toletanus Archiepiscopus sit primas totius Hispaniæ. Platin. Volater. Tyr. li. 1. cap. 14. dist. 70.	
	Romanũ, in quo inuestituræ Ecclesiarũ laicis prorsus adimuntur. quod & seq. anno repetitum in Claromontens. Matthæus Paris.	
1095	*Claromontense in nostra Aruernia, præside Pontifice, Episcoporum & Abbatum 310. adeò vt vocetur generale. In eo agitur de Ecclesiæ reformatione, & præcipuè de expeditione contra Turcas, & decretum est vt singuli profecturi Hierosolymam signum crucis vel in pileo vel in vestimẽtis cõsuerent. Plat. Guil. Tyr. lib.1. de bel. sacro cap.14. & 15. Fucher. lib. de expedit. Hierosol. cap.1.*	1183.

cata est cœlitus, infinita multitudine locustarum orta ab Occidente, & tanta vt inter volandum nubibus æquipararetur & solem obumbraret. *Zon. tom.3.*

Alexij Conneni & Græcorum hîc vituperatur perfidia. Nam Latinos, commeatu denegato, aut interuerso, aut infecto, auxiliis interceptis: clam etiam instigatis atque adiutis Turcis, impediuerunt.

Ann. 1097. Nicæa vrbs quinta hebdomada obsidionis expugnatur à nostris. *Fucher. cap.4.* Eodem anno Balduinus frater Godefridi, fit Comes Edessæ Mesopotamiæ & Medorum Metropoleos. *Fucher. cap.6. Tyr. lib.4. cap.2.*

Denique Turci ex Orogorgo, Nicæa, Antiochia Pisidiæ Iromo, Heraclea, Tarso, Manustra: ex Armenia minori Samosata, Sororga, Antiochia Syriæ, Albara, Martha, Antorado, Ptolomaide, Ramula, & denique Hierosolymis, aliísque infinitis locis à sacro milite eiecti sunt. *Idem.*

An. 1099. id est, tertio expeditionis anno Hierosolyma in nostrorum venit potestatem, cum prius totus fere Oriens, vsque ad Euphratem fuisset recuperatus. Tanta fuit sacrorum militum in Barbaris perdendis celeritas.

Boemundo Antiochiæ cessit principatus, Balduino Edessæ, Tancredo Tyberiadis & totius Galilææ, Tolosano Seleuciæ, Godefrido Hierosolymorum cum regio titulo. Cæteri principes ad patrium rediere solum.

Nobiles aliqui Sacerdotes, inter quos & Petrus Massilienſis nocturno oraculo de loco, vbi Dominica latebat lancea, quæ contra hostes victoriam datura sit, admonentur. *Idem.*

Boemundus Rogerio fratri vrbem Melphi cedens, cum 12. milibus armatorum nomen sacræ militiæ dedit, & Antiochia 9. mense obsidionis capta, communi consensu princeps in ea constituitur, deindéque Constantiã Philippi Francorum regis filiam ducit. *Ritius lib.1. de reg. Siciliæ. Fucher cap.7. & 17. Tyr. lib.5. c.17.*

An. 1098. Cisterciensis ordo Roberto auctore, deinde Stephano Hardingo, qui regulam scripto complexus est, ex Benedictinorum monasterij Molismi, in episcopatu Lingonensi secessione. *Sigeb.*

Hvmana.

Rogerus Normanorum dux potius tota Sicilia, & tota propemodum Apulia & Calabria primus regium nomen illic vsurpauit, regni hæreditate in Filium Guilielmum cog. Malum translata: cui successit Guilielmus cog. Bonus.

1098. Edgarus omnium Scotorũ primus ex sacra vnctione inauguratur. *Maior. lib.3. cap.11. Boethius lib.12.*

Frustra igitur Scoti altiùs, regni sui initium repetunt.

1099. Magnus Noricorum rex cum Haraldo, filio Haraldi regis quondam Anglici, Orcadas, Menemas, & alias Oceani insulas sibi armis subiicit. *Malmesburiensis libro 4. cap. 25. Angl.*

In sacro bello nauarunt Italicæ Resp. Veneta, Genuensis & Pisana, sed eo consilio, atque adeo euentu, vt belli sumptus, labores & pericula in socios deriuarint, præmia & fructus ad se transtulerint. Nam Genuenses perceptis tota Syria spoliis, etiam maris dominio potiti sunt, se per Ægæum, Hellespontum, Bosphorum Thracium, & Pontum Euxinum ad tauricam Chersonesum dispergentes. Veneti ex Creta, Istriæ Illyricóque peropportuna sibi subiecerunt. Peloponnesum & Cyclades insulas ad Thessalonicam vsque vna ex parte, ex altera maris Ionij insulas & littora: donec bello inter has resp. orto, maris imperium Venetis cessit.

Variè à Guilielmo Ruffo Angl. rege pugnatum est cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scotis, Northumbris & Vuallis. *Anni mundi.*

1095. Magna vi Sultanus Ægypti Turcis Hierosolymam eripuit. Sultano quatuor annis post Christiani. *R. Ioseph sacerdos in Chron.* 5176

1096. quo bellum sacrum contra Saracenos conclusum fuit Germani priusquam in terram sanctam iter caperent, Iudæos vel necant vel baptizari cogunt.

Spiræ & Vuormatiæ cæsorum numerus fuit ad octingentos. Ibi plures vtriusque sexus, sibimet ipsis vel vxoribus, liberis, amicis necem intulerunt, præuento percussore. *R. Ioseph sacerd. in Chro. regum Franciæ & Turciæ.*

Rabbi quidam Eleazar, de interfectis lamentationem cõdidit. *Ibid.*

Mogontiæ cæsi sunt mille trecenti, sexaginta autem coniecti in carcerem. Ibi quidam Isaac filius Dauid necauit duas filias suas vespere Pentecostes, inde igne domum suam succendit. *Ibid.*

Denique Synagogam, cum qua se ipse exussit. *Ibid.*

Coloniæ domus eorum expilatæ sunt, & libri legis calcati & lacerati die Pentecostes, quo lex data fuerat cælitus & terra tremuerat. Ipsi verò in fugam coniecti. Mar Isaac, qui noluit fugere in Ecclesiam tractus, quòd imagines despuisset, probrisque ac conuitiis affecisset interfectus est. Similiter & mulier. Qui fugerant, beneficio Cardinalis, latitarunt in septem pagis. Nisi quòd Colonienses irruentes in pagum Nuzam, Samuelem filium Aser peremerunt, & duos eius filios ante ostium domus ipsius suspenderunt. *Ibid.*

Vablazachi, R. Leui Ben Samuel, cum tota familia, Domina Rachel senior, R. Selomo Sacerdos, & reliqui Iudæi, quotquot comprehendi potuêrunt, necem subiêre. Multi consecrarunt suas manus (vt sic more Iudaico loquamur) se mutuo perimentes, vel in paludes vrbi vicinas præcipitantes, ne ab incircuncisis illuderentur. (Sic Verpi nos appellant) *Ibid.*

In medio aquarum filium suum collum denudantem, R. Semuel filius Iehielis ense decollauit, ipso quidem Patre Benedictionem mactationi congruentem præcinente, filio verò, Amen, respondente, & cæteris astantibus orationem, Audi Israel, concinentibus. *Ibid.*

Idem Ilanicæ contigit propè Coloniam. Nam primarij Iudæorum, sponte se obtulerunt ad mactandos cæteros, ne in hostium venirent manus, deinde se ipsi de turri præcipitarunt. *Ibid.*

Zamatæ, Mitæ Crapanæ, Gildæ, Treueris, Mizæ, Risboraci, Pragæ alij necati sunt, alij se propria manu sustulerunt. Quæ persecutiones durarunt. 4. menses ab Iiar scilicet (.i. Aprili) vsque ad mensem Ab (Iulium) *Ibid.* 1100

Sed miser reticet veram huius crudelitatis causam. Nempè, quòd Turcas præmonerent, &c.

Anni Christi. 1088

Parisiense à Gallis, Anglis, Normanis, Flandris, & Lotharingis celebratum aduersus Turcas. Abb. Vsperg.

Melebiense coactum ab Vrbano Pontifice, Ca. eos qui. dist. 32.

Barense in quo Anselmus Cantuariensis ab Anglia tum electus, Græcos de processiones Spiritus refutauit. Eadmer. in Vita D. Anse. 5188

Romanum, præsente eodem Anselmo, contra Principum Laicorum inuestituras. Ibid.

Anni Christi. 1500.

ANNO Dom. M C. quo Vrbanus moritur, Godefredus rex Hierosolymorũ constituitur, Edgarus primus rex Scotiæ nominatur, Paschalis. 2. Pontifex Max. eligitur, Bernardus fit Patriarcha Antiochenus è Latinis primus, & Dabertus Hierosolymitanus.

VNDECIMO sæculo doctrinæ continuatio sic ostenditur. Missa iisdem ritibus vt anteà. Berno Augensis lib. de officio Missæ, Hildebertus Cænomanẽsis, Anselmus Cantuariensis. Iuo Carnotensis, in sermonibus de rebus Ecclesiasticis, Ioan. Micrologus à multis istorum laudatus ob aliquot næuos, & alij scriptores de diuinis officiis vel Ecclesiasticis. Bernoldus Cõstantiensis libro, quem inscripsit, Ordo Romanus. Concilium Saligustadense. Burchardus, Guitmundus, Lanfrancus & cæteri qui Berengarium expugnarunt. Gratia Dei, fides, iustificatio, Anselmus lib. 1. Cur Deus homo. cap. 9. & 10. lib. de concordia Præsc. & Prædest. lib. de Concordia Gratiæ, & liber. Arbitr. De meditatione redempt. huma. c. 7. & in Epist. ad Rom. c. 4. & 7. in 3. c. 2. Corinth. Alger. cap. 2. lib. de Euchar. Berno ser. de Natiuit. Dom. Eucharistiæ veritas, sacrificium, transubstantiatio, adoratio Missæ, ritus. Algerus libris luculentis de Euchar. Berno serm. de Paschate, & lib. de Concord. Offic. Damia. Epist. ad Blacam. Adelmanus epist. ad Berengarium. Lanfranc. libris contra Berengarium in Orthodox. de Sacr. Euch. Anselmus in c. 10. & 11. 1. Corint. in. 7. & 10. Heb. Alberic. de Sac. Guitmond. de eod. Humbert. in respunsione ad Nicetæ librum. Iuo de conuenientia veteris & noui sacerdotij, & Trac. de signif. indumentorum Sacerdotalium. Euthymius in Panop. apud quem part. 2. tit. 21. est caput inscriptum de Transmutatione corp. & sang. D. Berno Augiens. li. de reb. ad Miss. spectantib. Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ. Anselmus in 3. & 15. cap. Matth. in 4. cap. 2. Corint. & aliis multis locis. Algerus lib. 3. de Euchar. cap. 4. 6. 7. Iuo de Sacramentis Neophytorum, & de Sacramentorum dedicatione. Leontius & Hermenopulus de sectis. Euthymius in Panoplia &c. alij passim. Pœnitentia, & eius partes tres. Ansel. lib. Similit. c. 99. & seqq. item 144. Vbi sicca pœnitentia, quæ est sine compunctione, & humida, quæ habet vtrumque. Iuo epist. 34. lotio pedum sacramentum pœnitentiæ est & remissionis &c. Minardus ad Guntherum de fide Euthymius in Panoplia. Claues Ecclesiæ, Absolutio. Ansel. in 16. cap. Matth. & in Euang. enarrat. Iuo in Epistolis. Petrus Damianus in Epistolis. Conc. Salegustadiense cap. 18. &c. Euthymius in Panoplia. Confirmatio & reliqua alia sacramenta & eorum vsus. Algerus li. 3. Euchar. cap. 4. &c. Minardus epist. ad Guntherum de fide. Anselmus multis libris, vt in epist. de diuersitate Sacramentorum, &c. Berno serm. de Pentecoste. Iuo sermo de sacramentis dedicationis. de Sacramentis Neophytorum. in tractatu de conuenientia veteris & noui Sacerdotij, de excellentia sacrorum ordinum. Micrologus, &c. Primatus sedis Apostolicæ. Berno epistola ad regem Hungariæ. Lanfranc. de Euchar. sacramento. Anselmus in Mat. 16. Hinc hæc etiam ætate Pontifex absolutè Apostolici nomine in conciliis, vt Salegunstadiensi intelligitur. c. 18. Humbertus contra Nicetam. Liberum arbitrium, bona opera necessaria. Anselmus dialogo de l. Arb. & de similitud. c. 182. li. de Concord. Grat. & l. Arb. l. de lapsu hominis. 2. & 15. c. 1. Cor. in 5. c. Cor. in 2. c. Galat. Berno serm. de Resur. Dom. Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, Imagines, festa. Berno de diuinatione Dæmon. contemnenda. Ser. 1. & 2. de S. Marco & aliis sermonib. de cõcordia Officiorum. In Epist. ad Hugo. Lausanens. Anselm. lib. de excellentia Virginis. Sigeb. Iuo Serm. de Sacramentis dedicationis, & de conuenientia Sacerdotij. Petrus Damianus inuectiua in Cadaloum. Euthymius in Panoplia. Leontius & Hermenopulus de sectis. Preces pro defunctis, purgatorium Anselm. in 5. & 12. cap. Matth. in 3. cap. 1 Corinth. Algerus, &c. Berno in epist. ad Augienses fra. Euthymius in Panoplia, & in Euang. Nam etiam Græci orant, & offerunt pro defunctis.

Cætera iidem & cæteri huius sæculi auctores prolixè confirmant. De quo contra se testimoniũ ferunt Centuriatores cent. 11. c. 2. de loco & propagatione Ecclesiæ col. 17. & seqq. sparsim. cap. 3. de persecutione & tranquillitate Ecclesiarum sparsim col. 30. & seq. cap. 4. de doctrina, ex professi. col. 225. & seqq. c. de hæresib. col. 238. & seqq. Per totum c. 6. de Cæremoniis & ritib. Ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clesiæ col.247. & seqq. Per totum.7. de Politia & Gubernatione Ecclesiæ, col. 349. Per totum c.9. de Synodis. col.444. Per totū ferè c. 10. de doctoribus & episcopis col.516. & sequentibus, quibus non obscurè irascuntur, quòd receptam à patribus doctrinam sequuti sint & scriptis mandauerint. Sparsim c. de Martyribus, de Miraculis. Huc facit quod ex instituto, multi hac ætate scripserunt de hæresibus, item contra Berengarium & Bogomilos, quorum sordibus isti maculãtur. Adde totius huius centuriæ Synodos, quæ non exiguo fuere numero, denique historicos, qui Ecclesiam nostræ similem plane descripserunt.

Anni Christi.

a

XPETENTE populo, eligente clero, collaudante Cardinalium senatu, nolens & latitans, quòd diceret, humeros suos nequaquam oneri suffecturos, Pontifex efficitur. *Plati.*

Anni Mundi.

Valde hallucinantur hi qui scribunt cum primùm iussisse decimas persolui sacerdotibus. Huic & pontificatum & gubernationis annos prædixit Albertus Alatinus episcopus. *Plati.* 5188

Henricus. 4. sexaginta duo prælia gessit. *Fasci. temp.* Ex eius nomine, quòd ipse ius inuestituræ mordicus sibi vendicaret, Simonia dicta est Henriciana hæresis. *Abb. Vspergens.* 5206

Propter labem Simoniacam & cætera peccata, quæ illi impingebãtur, iussu Paschalis pont. & Principũ, qui ad generalia comitia conuenerant, Moguntinus, Colonienſis, & Vuormacienſis episcopi, ei imperialia insignia & indumenta detrahunt: & Henrico filio tradunt eúmque in Imperium substituunt. *Helmold. in Chron. Slauorum cap.32.*

Ipse quidem conquerebatur se sustinere ignominiam, quãtam nemo regum, qui ante se fuerant. Verum immerito. Nam per minas à Paschali ius assignandorum episcopatuum in suis regnis extorserat. Quod concilium Lateranense mox reuocauit: anathemati illum subiiciens, & reliquos principes, qui deinceps idem attentarent.

Præterea coniugia sacerdotum contra canones introducebat. Sed & suorum & scriptorum præiudicio vrgeri poterat. Nam quadam epistola ad Hildebrandum (sic contemptim Gregorium 7 vocabat) quem laudant Centuriatores. *cent.11. cap.8 col.423.* se ab imperio deponi posse, si à fide exorbitasset, non vlla alia causa professus fuerat. Cùm ergo Hereticus Schismaticúsque esset, quidni ô Centuriatores, iustissimè imperio est abdicatus?

Vexatio deinde patrum, & quidem Spiritualium periculosissima. Quare istius exemplo, Imperatorum in Romanos Pontif. insurgentium, misera fuit mors nec in posteris imperium diuturnum. Henricus enim iste, à quo mali principium, fugatus à filio, captus, depositus, in carcere mortuus, & Spiræ quinque annis iacet insepultus. Henricus quintus eius fil. nullis relictis liberis interiit. Fredericus. 1. Syriacæ intentus expeditioni, in amnis transitu mersus est. Philippus eius filius ab Otthone de Vvittelspartha comite Palatino miserè Bambergæ occisus est, eo die, quo à medico ei vena incisa fuerat. Ortho quintus eius successor & æmulus, postquam fuit ab Innocentio. 3. excommunicatus, perpetuo infœlix, donec ab omnibus derelictus, præ mentis dolore

infirmatus

DVODECIMVM SÆCVLVM.

166.

a PASCHALIS II. 1100

Tuscus, an. 18.

mens. 6. dies 7. 1118

Vacat dies 3.

Patriarcha.

Constantinopoli Nicolao tertio, deinde Joanne octauo an. 24

Antiochiæ Bernardo primo ex Latinis, an. 33. post eam recuperatam.

Anni Christi. Anni mundi.

Hierosolym. Daberto è Latinis primo, an. 3. mens. 3. deinde Ebremaro an. 4. Gibelino an. 4. Arnupho an. 7. 1100 5188

infirmatus post multas angustias moreretur: cùm annos tantùm imperasset 4. Fredericus alter tres Romanes insectatus pontifices, nunquam non habuit rebellantes subditos, tandémque in Sicilia morbo correptus, Manfredi nothi sui dolo necatus est. Ludouicus denique Bauarus, demum à Ducissa quadam Austriæ, veneno sublatus est in venatione: vt proinde Carolus 4. successor sapienter, pacem maxima laude & fructu: à pontifice redemerit, &c. vt suo annotabitur loco. *Hæc membratim confirmantur ab Ola. Mag. li. 16. c. 30. Tritem. in Chron. Hirsaug. Crantzio, &c.*

Principibus. Eisdem Impp. vsque ad Henricũ 5. Imp. Occid.

Sacri belli duces an. 1100. Epistolam ad Pontif. ob res fœliciter gestas: scribunt totius belli summam breuiter complectentem, vbi diuinitus lanceam Domini, munus non visum à tempore Apostolorum à se inuentam prædicant: quæ circumlata pignus victoriæ perpetuò extiterit. *Marian. Scotus continuat.*

Et Ludouicum 8. dict. 6. Crassum Franc. Regem, trigesimum quintum.

Petrus Alphonsus Iudæus Alphonsi regis Hispaniarum medicus ætatis an. 44. ab Alphonso ipso de sacro baptismo suscipitur, 1106. *Ipse præfatione dialogi sui.*

Hoc tempore passim colligebantur concilia, & quicunque à Laica manu, episcopatum aut aliam ecclesiastici iuris inuestituram accipiebant: excommunicabantur sub an. 1111. *Sigeb.*

Túmque conuentio inter Paschalem & Henricum 5. qua priuilegium de inuestitura Episcoporum & Abbatum Imperatori concedebatur, Simoniaca plurimis conciliis & œcumenicis & prouincialibus declarata est. *Vsperg.* Hanc censuram minimè omnium hodie curant Principes.

Nepote Treddę, Gabez Æthyopũ pret. Ioso, deinde Lalibala, an. 60.

An. 1110. Ascetinus Balduino rege, à Gibelino legato pontificio, primus creatur episcopus Bethleem. *Tyrius libro. 11. cap.12.*

Iuo Carnotensis Episcopus Pannomiam. 1. decreta Pontificum, & Patrum, exemplo Isidori & Burchardi, redegit in vnum volumen: quo Iurisconsulti vsque ad Gratiani tempora vsi sunt, scripsit & alia multa. *Sigebert. & Trith. de script. Eccles.* Zacharias Chrysopolitanus Episcopus.

Hispaniæ Alphonso 6. deinde Alphonso 7. an. 19

Anselmus Laudunensis Glossæ marginalis & interlineatis in vtriusque Testamenti libros ex patrum scriptis collector, Anselmus Lucensis Episcopus, & Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, qui obiit an. 1109. Rupertus Tuicensis Abbas, Berengosius Abbas, Hugo Carthusianus, Echardus Vrãgiensis, Rudolphus Trudonensis sanctissimi Theologi. *Sigebertus, Platin. & Trithem.*

Angliæ Guilielmo Rufso deinde Henrico 1. an. 35.

Cœnobium Clareuallense constituitur, sub primo eius Abbate D. Bernardo anno ætatis ipsius 27. *Guliel. Nangiac.*

Poloniæ duce Vuladislao 1. deinde Boleslao. 3. cog. Crinousto. an. 36.

Sigebertus Gallus Celbatensis (seu Gemblacensis) monachus, Annales à fine Tripartitæ historiæ, id est, ab anno Christi 381. vsque ad annum. 1112. perduxit. Cui successit appendix, 103. annorum, incerti auctoris, nempè vsque ad an. 1216. Scripsit & librum de Viris illustribus ordinis sui Benedictini, & multa alia.

Hierosolymorum Gotofredo Bullonio, an. 1. mox Balduino fratre, an. 18.

S. Agnes nobilis mulier, natione Romana, & Abbatissa Hierosolymæ. *Tyri. lib. 18. cap. 5.* suum ordinem Sanctimonialium auspicatur. *Volat. Polyd. lib. 7. de inuent. c. 5.* S. Marina virgo obiit Venetiis an. 1113.

Vuilielmus Anglicus Tyri primus Archiepiscopus post sacrum bellum constituitur anno. 1115. *Tyrius libro 13. cap.23.*

Portugalliæ rege primo Alphonso Lotharingi Henrici filio, an. 73. 1118. 5206

Ottho Bambergensis Episcopus, regionem Pomeranam cum duce Vuetislao, ad Christi fidem conuertit. *Kranzius lib. 5. cap. 45. Munster in Cosmogr.* Alij referunt ad tempora Calixti 2. hoc est, ann. 1124. *Abb. Vsperg. Naucler.*

Multa vbique prodigia contigerunt: Sus in Gallia apud Le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gienſem parochiam enixa eſt fœtum humana facie: Gallinaceus quatuor pedibus naſcitur: Biceps infantulus ſexu duplex natus eſt Namurci. *Sigebert. Guliel. Nangiac.* — *Anni mundi.*

Innumeræ aues aperto cœlo dimicantes, exanimes in terram deciderunt: In Italia ſic terra per 40. dies tremuit, vt villa quædam vehementia motus, alium in locum fuerit translata: Multi ſacro igne accenduntur, membris inſtar carbonum nigreſcentibus. Talia multa leguntur tunc acciditſſe. 5176

Ordo Præmonſtratenſis ſub regula D. Auguſtini an. 1116. vel. 1120. initium habuit à Noberto nobili Lotharingo, cum 13. ſociis, qui poſtea breui tempore mirabiliter creuit. *Chron. Hirſaug. Continua. Sigeb. Æmil. lib. 5.* Alij hoc ad an. 1137. reiiciunt, alij ad tempora Vrbani. 2.

Ioa. Zonaras apud Græcos Annales ſuos ab orbe cõdito, ad mortem vſque Alexij, hoc eſt, ad an. Chriſti. 1117. perduxit, vno tomo Iudæorum, duobus aliis Imperatorum geſta recenſens. Eos enim in tres partes diſtribuit. Prima eſt Hebræorum. 2. Græcorum. 3. Latinorum. Sic Honorius presbyter Auguſtodunenſis apud Latinos vſque ad idem tẽpus.

Anna Alexias libris. 20. de rebus ab Alexio patre geſtis, Zonaræ narrationem perſequitur.

Baſilius quidam medicus habitu monachali, auctor & hæreſiarcha ſectæ nefariæ Bogomilorum, communi ſuffragio & iuſſu Alexij Imperatoris apud Conſtantinopolim: in equeſtri theatro comburitur. *Zon. tom. 3.*

Alexius Imp. apud Philippolim multos Manichæorum, qui vulgò Pauliciani dicebantur (nam magnam multitudinẽ Manichæorum Ioannes Zimiſces, vt diximus, in ea loca ex oriente tranſtuletat) ad fidem Catholicam traduxit. *Zon tom. 3.*

Polydorus lib. 4. de Inuent. rer. cap. 10. & lib. 11. hiſto. Angl. notat circiter hæc tempora Principes vbique gentium cœpiſſe, ſibi ius declarandorum Epiſcoporum & Abbatum vendicare: cum hactenus partim penes clerum partim penes populum, partim penes Monachos, partim penes hos omnes fuiſſet. 5193

Hoc hodie principes de Simonia nihil ſolliciti, poſt tot cõciliorum cenſuras mordicus tenent, deteſtabiliori etiam modo & libidine. Nam hic remanebat quædam antiquæ electionis ſpecies, nec erat ſimpliciter liberũ Principibus, quem vellent, nominare. Teſtis Vincentius lib. 26. cap. 10. hiſce verbis. Priuilegium de inueſtitura epiſcopatuum vel Abbatiarum, tam per annulum, quàm per virgam erat, vt regni eius Epiſcopis vel Abbatibus *liber*, præter *Violentiam*, & *Simoniam* electis inueſtituram virgæ & annulli princeps conferret. Poſt inueſtituram verò canonicè conſecrationem acciperent ab Epiſcopo, ad quem pertinebant.

Contra hoc ſacrilegium, Concilium Lateranenſe habitum tunc fuit. Nam in eo Henricus 4. qui hoc ſibi vendicabat, anathemate ideò eſt percuſſus: & reuocatum quicquid ipſi à Paſchali Pont. conceſſum fuerat. *Palmer. Pius. 2. in Epitome lib. 4 decad. 2.* 5193

Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus libertati Eccleſiaſticæ patrocinans, & acerrimè reſiſtens Henrico Anglorum Regi, qui tale ius ſibi iam vſurpabat, recuſauit eos conſecrare, quos ipſe Rex elegiſſet: velut abortiuos religionis filios (vt appellabat) & tandem obtinuit, vt audito iudicio Paſchalis Pontificis Romani, abſtineret ab huiuſmodi electione. *Polyd. lib. 11. Angl.* 5195

Reſponſum autem Paſchalis inter cętera his verbis factum eſt. Sed quia re hac dignitate expoliatum eſſe conquereris, quam Apoſtolorũ Canones, & Antiochena Synodus, decreta quoque Romanorum pontificum ſub Anathematis interdicto, ab omni ſæculari remouent poteſtate, valde miramur.

Edgaro Scotorum primo rege, an. 9. deinde Alexãdro Fers, an. 17. — *Anni Chriſti.* 1088

BELLA SACRA.

CONCIL. *Lateranenſe, Epiſc. Italiæ & Galliæ. In eo Anathema contra Henricum. 4. Imp. promulgatum confirmatur. Abb. Vſperg. Palmer.* 1102

Florentinum, Epiſcoporum 540 præſide Paſchali, contra Fluentinũ illius loci Epiſcopũ, qui motus quotidianis portentis, quæ tunc accidebãt, dicebat iam tũ natũ eſſe Antichriſtum. Sabel. Ennead. 9. lib. 3 Palmer. Fuit etiam contra Henricum. 4. Imp. 1105

CONCIL. *ad Northuſen Thuringiæ ciuitatem, Moguntino Archiepiſcopo, & Conſtantienſi Epiſcopo Vicariis ſedis Apoſtolicæ, indictum eſt ab Henrico 5. Vio patre. In eo actum eſt de doctrina, damnatáque eſt ſimonia & nuptia ſacerdotum. Abb. Vſperg. & Barns.* 1105

Guardaſtallenſe in Longobardia, multorum Epiſc. & Principum: in quo actum eſt de iure Eccleſiaſticorum, Homagiis, feudis. Plati. 1107

Anni Chriſti.	*Beneuentanum præſente Paſchale Ir. Chron. Caſinenſe. lib. 4. cap. 35.*	*Anni mundi.*
1108		
1109	*Trecaſſinum in Gallia, præſide Paſchali Rom Pontifice: Vocatur Vniuerſale à Guliel. Nang. In eo nuptiæ interdicuntur ſacerdotibus, & ſimoniaci, & Laici collatores beneficiorum Eccleſiaſticorum, ab Eccleſia proſcribuntur. Pontifex ſuppetias implorat à Philippo Rege cõtra Imperatoris factiones: Galliæ ſacerdotes ad meliorem frugem reducuntur. Alij referunt ad an. 1107.*	5197
1110	*Legienſe. Sigeb.*	
1112	CONCIL. *Lateranenſe contra Henr 5. epiſcop. circiter 100 in quo pontifex primùm legium de inueſtitura Epiſcoporum, conceſſum Henrico 5 Imperatori, vt per vim impetratum reuocat, eique aqua & igni interdicit. Platin Krantz lib. 5 cap. 34. & 37.*	5200
	CONCIL. celebre Londin celebratur, ab Anſelmo Cantuarienſe epiſcopo, qui in eo multa ſalutaria inſtituit de reformatione Eccleſiaſticæ ſtatus. Polyd lib. 11. Angl.	
1114.	*Tria Concilia in Gallijs celebrantur, à Canone Apoſtolicæ ſedis legato. Guil. Nang.*	5202
	Remenſe.	
	Bellouacenſe. Continuatio Sigeb.	
	Cathalaunenſe.	

Nemo enim ſpoliatur ea re, qua ſemper extitit nudus, nec ſcimus expoliationem, cuius inueſtituram nunquam agnouimus. *Ibid.* Sic iniquè Henricus Anglus de non recipiendo concilio Lateranenſi: & Anſelmi diſciplina cauſabatur.

Rex Hungariæ renunciauit Pontifici, inueſtituras Epiſcoporum & Abbatum. *Mart Capel.*

1100. Godofredus primus receptæ Hieroſolymę rex ſuffragiis omnium, quòd primus in muros eius ſe intuliſſet Corona tamen abſtinuit, ob reuerentiam loci, in quo Chriſtus crucifixus fuerat. Inde Caliphæ Ægypti in Syria duces vicit. *R. Joſeph Sacerdos in Chron. Regum Franciæ & Turcæ.*

Boemundus autem Antiochiæ princeps, & Balduinus Edeſſę, proſpere etiam pugnarunt contra Turcas: niſi quod ad extremum Boemundus captus eſt. *Ibid.*

Hieroſolymus à Chriſtianis regnatum eſt annis. 88. *Ibidem.*

Balduinus Edeſſæ princeps Godofredo Duce ſuccedẽs, bene pugnauit cũ Saracenis & Turcis. Aco in littore Aſcalonis cepit poſt. 20. menſium obſidionem. A Turcis Edeſſam eſt fugatus in Charratum obſidione *Ibid.*

1109. auctus præſidio Bertrandi Tholoſani comitis, qui recens aduenerat, Tripolim deditione eſt conſecutus.

1111. Berytũ vi cepit. Eodem anno Sidonem deditione, recreatus copijs filij regis Nordvvægiæ, qui Ioppen tunc appulerat.

1113. infœliciter cum Turcis è Perſide profectis bellauit, ſed hi. 1115. à Rogerio Antiochiæ principe, deleti ſunt.

Tum Balduinus Chriſtianis in Arabia, trans Iordanem inter Saracenos verſantibus agrũ, & habitationem Hieroſolymis dedit.

Tanim Caliphæ eripuit, indeque anno. 1118. moritur. *Ex eodem omnia hæc.*

HVMANA.

Henricus. 1. Angliæ rex incarcerato Roberto fratre, ac cunctis penè Normaniæ Principibus captis aut cæſis: totam Normaniam obtinuit. *Sigeb.*

An. 1110 Regnum Portugalliæ ſiue Luſitaniæ diuulſum ab Hiſpania, & Mauris paulo ante ereptum, proprium regem habere cœpit Alphonſum, Henrici comitis alicuius partis Lotharingiæ filium. *blond. lib. 2. Geog.*

Alphonſus enim. 6. Hiſp. rex Filiã ſuã Taraſiam Henrico Lotharingo deſponderat, relicta ei Portugallia dotis nomine, cum titulo Comitatus.

Ex eo connubio Alphonſus naſcitur, qui ſe ducem Portugalliæ appellauit per an. 27. donec cum Iſmario & 4. aliis Saracenorum regibus prælium commiſſurus, rex ab exercitu ſalutatus eſt. *Paſeus.*

[Chronica Principis Caroli Infantis Nauarræ declarã Regẽ inſtitutum à ſocero Alphonſum: quia ſe à liberis regno electum excepiſſet. Ea autem electio illi contigit, quia cum vocatus eſſet ad imperium, & profectus ad illud ſuſcipiendũ, regnũ liberis reliquit: qui poſtea, regno retro cedere noluerunt. Ipſe cum quod nimium eſſet moratus, alium Imperatorem offendit in pyrenæis fuiſſe inſtitutum.]

Poſt eos victos regnauit annis 46. qui cum 27. quibus dux appellabatur, ſummam. 73. conſtituunt, vſque ad annũ 1185. Ei enim contigit, quod Sapori Perſæ, & Theodoſio Iunioti, vt à cunis princeps eſſet. Totam ferè Portugalliam, quanta nunc eſt, à Saracenorum Tyrannide liberauit. *Idem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duodecim annis ante (nempe Christi. 1098. *Maior lib. 3. c. 11 Boethius lib. 12.*) Scotiæ regnum inceperat ab Edgaro. Ei enim primo Regis titulum, nomen, vnctionem Scoti impetrarũt ab Vrbano 2. expeditionis sacræ occasione, cum antea Heluetico & Tartarico more, per Hordas & diuersos Principes viuerent. Quare fictè illius regnum initium altius ducitur, siue à Fergusio Hyberno an. 330. ante incarnationem, siue ab alio Fergusio Scytha Christiano, quem Scotorum in Albionem posteriorem redeuntium regem contra Romanos effectum aiunt, Palladio euangelizante an. D. 441. siue à Kenetho Magno, quem deletis Pictis fingunt extremam Britanniæ partem Scotiam appellasse. Nam hæc carent probatis auctoribus. Ita ad hunc vsque diem reges duntaxat habuêre octodecim per annos 476.

1117. Horrendus terræmotus per totum pene orbem terrarum maximè in Italia, quo ciuitates, castella, villæ cum hominibus absorptæ sunt, montes scissi, flumina deglutiente terra exiccata. Padus vnus de quatuor Europæ maioribus fluuiis, è terra eleuatus in modum fornicis, vt inter terram & aquam via pateret transeuntibus. Vnde instare dies extremus credebatur *Chron. Hirsaug.*

b GELASIVS in Schismate contra se ab Imp. excitato fuga elapsus, in regno Francorum mansit: vsque ad diem mortis suæ. *Helmoldus in Chron. Slauorum cap. 41.*

Regnante Hierosolymis Balduino rege 3. Ordò fratrum Militiæ templi siue Templariorum (sic dicti sunt, quòd iuxta templum Domini, apud Hierusalem in palatio Regio habitarent) instituitur Hierosolymis, per quosdam nobiles equestris ordinis, quorum præcipui erant, Hugo de Paganis, & Gamfredus de S. Aldemaro, vt armis peregrinos à Mahometanis tutos redderent, & per omnem terram sanctam circumducerent, quibus vitæ normam D. Bernardus præscripsit. *Tyri. lib. 12. cap. 7. Æmil. lib 5.* Eodem ferè tempore cœperunt ordines Ioannitarum siue Hospitaliorum D. Ioannis, qui hospitio excipiebant peregrinos, siue Rhodiorum militum à Rhodo & aliis multis insulis maris Mediterranei occupatis. *Tyr. li. 18 c 4 5. & 6.* Et Theutonicorum, qui ordo ex vtroque priorum mixtus erat. Nam & ipsi hospitio excipiebant peregrinos, & necessitate exigente, etiam armis pro religione pugnabant. *Chro. Colon.*

Edmerus Anglus, Herueus Britannus, Honorius Augustodunensis Theologi scriptores. *Trith.*

Ludouicus Crassus quinque pontifices max. in Gallia vidit, Vrbanum, Paschalem, Gelasium, Calixtum, & Innocentiũ. *Æmil. lib. 5.*

HVMANA.

Alphonsus. 7. Imperator Hispaniæ dictus est. Eius morte rursum separatum est regnum Legionis, à regno Castellæ duobus relictis filiis Sancio & Ferdinando. *Vasæus.*

Eius tempore Almohades Arabum genus in Hispania imperare cœpit. Hi nullos Christianos inter suos viuere sunt passi, sed vel fidem abnegare coegerunt, vel crudeli martyrio peremerunt. *Idem.*

Lud. Crassus bene pugnauit, cum Henrico Cæsare & Hẽrico Anglo.

1119. Balduinus 2. tertius Hierosolymorum rex Gazum Saracenorum Damasci regem duobus prælijs ad Antiochiam vicit.

1122 Ad Edessam à Balac Turca per insidias captus est, & detecta coniuratione 50. Armeniorum, qui eum eripere voluerunt; Caium Ægypti transmissus, donec

Anni mundi.		Anni Christi.
5204	*Lateranense aliud, præsentibus legatis Henrici 5. Imper. Rom. in cõcilio iterum Pontifex, datum Henrico de inuestitura primi legium cõdemnat & ipsum excommunicat. Agitur & de translatione Episcoporum. Ab Vsperg. in Chron.*	1116
5189	Schismatici sub Paschali 2.	1101
5189	Post Clementẽ 3. successit in schismate Albertus Attellanus qui sedit, an. 4.	
5190	Sylvester. 3. Romanus, antea vocatus Theodoricus succedens Alberto sedit. m. 3. d. 15	1101
5206	Vtrisque coactis renuntiare Pontificatui, successit in schismate Maginulphus Romanus, qui non longè post decessit.	1102
5207	167. b GELASIVS II. Caietanus, monachus, vir sanctissimus (*Plat.*) an. 1.	1118
	Vacat dies 2.	1119
	Gregorius 8. dictus antea Burdinus, Bracharensis Episcopus, contra Gelasium ab Henrico Imp. creatus, in schismate sedit annos aliquot	
	Patriarchis.	
	Constantinopoli Ioãne 8.	
	Antiochiæ Bernardo è Latinis primo.	
	Hierosolymis Guarimũdo. an. 10.	
	Principibus.	
	Calo Ioanne Comneno (cognomen Mauro, Tyrius lib. 15. cap. 23) Constantinopolita. siue Oriẽt. Imp. 116. an. 25.	
	Henrico 5. Occident. siue Germanorum Imp. decimo nono, an. 20.	
	Ludouico 8. dict. 6. cognõ Crasso siue Grasso, an. 28. *Franc. Rege. trigesimo quinto.*	

anno

Anni Christi.		Anni Mundi.	
	S. Zalibala Æthiopum pret-Ioso, an. 60. *Hispaniæ Alphonso 7. quinquagesimo octauo. Angliæ Henrico I. vigesimo tertio. Poloniæ Boleslao 3. Hierosolymorum Balduino rege secũdo. Mox Balduino Burgensi, an.* 12. *Portugalliæ primo rege Alphonso. Scotiæ Alexandro Fers.*		anno millesimo centesimo vigesimo quarto post octodecim menses redimeretur.
	CONC. *in Apulia.*		Inde Bursienenum Turcam è Persia, fines Antiochiæ inuadentem profligauit, 24. tantum militibus de suo exercitu desideratis.
	Colonienſe, Chron. Hirsaug.		1126. Fines Damascenorum vastauit.
	168		1129. Auxilia consecutus est ex Occidente.
1119	c CALIXTVS II. Burgundus, an. 5. mens. 10. dieb. 6	5207	1130. Turcas duce Rodoatiam ad Antiochiam cæcidit.
1125	Vacat d. 8.	5213	c CALIXTVM Pontificem fuisse de Deo ac de hominibus bene meritum scribit *Platina.*
	Patriarchis.		Electus est in Cluniacensi cœnobio, in quo Gelasius obierat. Noluit prius pontificatum suscipere, quàm intelligeret, se à Cardinalibus confirmatum, qui Romæ in Italia remanserant.
	Constantinopoli Ioanne 8.		Inter cætera ingenij sui opuscula, libellum de S. Iacobo Apostolo edidit. Multa etiam vtiliter constituit, quorum pleraque in decreto Gratiani habentur. *Chron. Hirsaug.*
	Antiochiæ Bernardo è Latinis primo.		Omnes eo tempore Papæ, bellarunt pro Hierosolymis seruandis contra Saracenos.
	Hierosolymis Guaremũdo.		Calixtus excommunicationis fulmine, in Remensi conc. Henricum 5. adegit, vt omne ius inuestiendi episcopos, Ecclesiæ restitueret *Plat.* an. 1122.
	Principibus.		Literę Imp. sic incipiunt in Chron. Hirsaugiensi. In nomine S. Trinitatis & indiuiduæ: Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imp. Augustus pro amore Dei & S. Romanę Ecclesiæ, & Domini Papę Calixti & pro remedio animæ meę dimitto, Deo & SS. Apostolis Petro & Paulo, sanctæque Ecclesiæ Catholicæ omnem inuestituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis canonicam fieri electionem, & liberam consecrationem, &c.
	Fisdem in Oriente & Occidente Imperantibus & regnantibus.		Sub eo tandem pax inter Ecclesiam & Imperium facta anno plus minus 50. ex quo inter Gregorium 7. & Henricum. 4. discordia ingens ob sacerdotiorum collationem emerserat. In ea Episcoporum & Abbatum electiones, quas Imperatores & reges vsurpauerant, Clero & Monachis restitutæ sunt. *Abbas Vsperg. in vita Henrici 5. Tyrius de bello sac. lib. 1. cap. 13. Otho. Frising. lib. 7. cap. 16. Pandulphus Pisanus in vita huius Calixti.*
	S. *Zalibala Æthyopũ pret-Ioso.*		Henricus Angliæ rex ad confirmandum statum sui regni, tam sacerdotum quàm populi Principes conuocauit Sarisberiam. Inde vsum Comitiorum Angli etiam hodie frequẽter retinent. *Polyd. lib. 11. Angl. Histor.*
1119	NONVM *generale, & primum apud Latinos œcumenicum Concilium Lateranense, Patrum 900. contra Saracenos & Turcas, de recuperanda terra Sancta. Plat. Crãt. lib. 3. hist. Saxon. cap. 40.*	5207	An. 1119. Ioannes Indorum Patriarcha vnus de Maximis, Romam venit ad Calixtum Pontificem *Schedelius.*
			Hoc sæculo florebat Ioannes Indię presbyter & rex. Is Christianam doctrinam Nestorianismo diluit. Samiardos fratres Persarum & Medorum reges vicit atque Ecbatanam regni sedem expugnauit. Exercitum per Tigrim coagulatum hyeme traduxit, vt Hierosolymitanæ ecclesiæ subueniret. Vbi tum ex aeris intemperie multos ex suis amisit, atque re infecta domum rediit. *Frising. lib. 7. cap* 33.
			Otho Bambergensis Pomeraniæ partem, quæ intra Viadrũ & Polonam sita est, ad Christianam religionem, vna cum principe ipsorum Vuerceslao, an. 1124. conuertit. *In eius vita lib. 2. cap. 4. 5. 6. & seqq.*
			Vicelmus idem tentat in Holsatia & Vandalia. *Helmold.*
			1123. Dominicus Michael Venetianus cum 70. nauibus naui gans in Syriam Ægyptios obsidentes Ascalonem tanta strage affecit: vt ad duo milliaria mare videretur versum in sanguinem, *R. Ioseph sacerdos in Chron.*
			1124. Tyrum ad deditionem compulit. Hinc eam vrbem Phœnicum florentissimam Christiani post longam obsidionem capiunt. Tertiam partem vrbis Dominico assi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnant, duæ aliæ partes manserunt penes Balduinum 2. regem Hierosolymorum tertium *Tyrius lib.* 13. c. 13. & 14. *Palmerius in Chron.*

Eodem Rupertus Abbas Limpurgensis, in Dioecesi Spirensi introducere conatus est prætextu cuiusdam reuelationis sibi factæ, eum viuendi modũ, vt non solùm monachi à carnibus secundum regulã S. Benedicti abstinerent: verùm etiam à piscibus, ouis, lacticiniis, & vino. Cui cum multi se opponerent, auctoritate episcopi in Hassiam est relegatus ad cœnobium Britenaun: deinde reuocatus: in abstinentiæ proposito, cum suis fratribus perseuerans: inter multas persecutiones paulò pòst obiit. *Chro. Hirsaug.*

Anni mundi. 5207

Anni Christi. 1119

HVMANA.

5108

1121. Interit R. Hai Gaon in Babylonia Gheonim (i. Talmudicæ Rapsodiæ interpretum) nouissimus & peritissimus, adeo vt in eius luce ambulent omnes legis studiosi, ab ortu solis ad occasum. Quin & cum eo extinctæ ferè sunt scholæ Hebraicæ in Oriente, ad quas Iudæi suos olim filios transmittebant ex Ægypto, Palæstina, Hispania, toto denique Occidente, & deinceps verò in Hispaniam translatæ R. Abraham in Cabbala.

1120

Hìc ergo notanda doctorum Iudaicorum successio. Primi post Prophetas & captiuitatem Babylonicam, fuerunt Scribæ & Legis doctores: à diebus Zorobabel, vsque ad Simeonem Iustum. Secundi Trannaim auctores Misna siue contextus & fundamenti Talmudici à Simeone iusto, quem primum istorum faciunt, vsque ad Rabbi Hakkados, quem vltimum, quando edita est prior illa pars Talmud an. Christi. 180 sub Antonino: Tertij Amoraim auctores Chemara siue complementi & decisionis Talmudicæ à Rabbã, (qui mox post R. Hakkados extitit) primo istius generis doctore, ad mortem vsque Rabbenę & Rab. Simæ filij Rabbæ & Rab Asæ, qui posteriorem partem absoluerunt. Atque hi omnes viguerunt annis 827. Tot enim numerant à Zorobabele ad mortem vsque Rabbenę.

Quarti Seboraim quasi speculatiui, Scholastici doctores, quorum primus Rab. Iose, vltimus Rab. Isana annis 187. Quinti Gheonim (practicis Iurisconsultis respondentes) quorum primus Rab. Hanina, postremus Rab. Hai, vsque ad annum Dom. 1121.

Sexti Rabbini, qui se deinceps exercuerunt in Bibliorum & aliorum Theologicorum librorum tractatione. *Ex eodem Cabbala, Cozri & Tishi. Eliæ.*

d Hic Pontifex familiaritate doctorum & præclarorum virorum mirificè delectabatur. *Platina.*

Sub hoc Atnuphus Romæ concionator, quòd infectaretur acriùs vitia clericorum, præsertim superbiam, auaritiam & luxuriam noctu ab iis capitur & submergitur. *Chron. Hirsaug.*

Otthonem Haluerstatensem Episcopum à suis canonicis accusatum conuictúmque, quòd pro consecratione cuiusdã Ecclesiæ 30. solidos accepisset, deposuit, eique Rudolphum substituit. *Ibid.* 5211

Ludouicus Crassus in ordinem Ecclesiasticum sæuiens, bona eius sibi vsurpans, se inconsulto Episcopos & Abbates eligi nolens: à Stephano Episcopo Parisiensi excommunicatus est. Vnde, etiam si absolutionem ab Honorio obtinuisset, quam D. Bernard. improbauit binis ad ipsum Honorium literis, grauibus ad modum & acerbis, non diu superuixit, & Philippum filium regio ornatum diademate Parisiis equo deturbatum subita morte amisit.

Tandemus (Tanchelinum vocat Trithem. in Chron. Hirsaug.) Adamitarum hæresim condens multos Antuerpiæ seduxit sua eloquentia & subtilitate. Hic negabat Corporis & sanguinis Christi perceptionem ad salutem prodesse: nihili faciebat sacerdotes & episcopos: suis hæresibus non assentientes occidi iubebat per suos sectatores. Habebat enim circiter tria millia militum qui eum vbique sequebantur. *Continuat. Sigeb.*

Remense prius à Gelasio inditũ, celebratur à Calixto, præsentibus legatis Henrici Imp. Quo in concilio proscripti sunt ab Ecclesia simoniaci, & pro sepultura, chrismate, & baptismo pretium exigentes: Imperatori quoque interdictũ est aqua & igni, quod nollet reconciliari Ecclesiæ Rom. Guil. Nang. Paulò post Henricus Imp. ratione eius concilij, status Francis, proposuit Remensem ciuitatem destruere, sed ei strenuè restitit Ludouicus Frac. Rex.

Neapolitanum in Samaria, reformatorium vt vocant, ad corrigendos mores in omnibus penè valde deprauatos, præside Guaremũdo Hierosolymitano Patriarcha, & præsente Balduino Hierosolym. Rege, cũ multis aliis Orientalibus Episcopis. Eo in concilio edicti sunt. 25 Canones. Guliel. Tyri. lib. 12. de bel. sacr cap. 13.

Calixtus Papa cũ esset Guilielmi Burgundiæ Comitis filius, & proinde Henrici Imp. consanguineus (& vt quidam volunt ex genere Francorum Regũ) fretus ipsius fauore, apud Suttrium, captum Gregorium 8. pseudopõtificem pelle induit vrsina, ac ita camelo impositum ad Canẽse cœnobium relegauit. Ita grauissimo & periculosissimo schismati finem imposuit. Guil. Tyri. lib. 12. cap. 8.

Romanum Concilium, in quo pax inter Pontificem & Imperatorem confirmatur: quòd Imperator in Comitijs Wormatiæ, iusinuestituræ cessisset Rom. Pontifici, Continuatio Sigeb. Plati. 1123

Tholosanum præside Calixto contra quosdam hæreticos monachos, in bona Ecclesiæ & Sacramẽtũ Eucharistiæ blasphemos. Fasciculi tẽp.

Anni Christi. Anni mundi.

169.

1125 5213 d HONORIVS II. Imolensis, an. 5. mens. 2.

1130 5218 Vacat dies 8.

Patriarchis.

Constantinopoli Ioãne 8.

Antiochiæ Bernardo.

Hierosolymis Guaremũdo, deinde Stephano, an. 2.

Principibus.

Calo Joanne Comneno Orient. Imp. centesimo decimo sexto.

Henrico 5. decimo nono ac post eum Lothario 2 an. 13. Occid. Imp.

Ludouico 8. dict. 6. Magno cognõ. Crasso Frãc. Reg. trigesimo quinto.

S. Zalibala Æthyopum prei-Joso.

Alphonso. 7. Hispaniæ quinquagesimo octauo, deinde Alphõso 8. an. 20

Angliæ Henrico 1. vigesimo tertio.

Poloniæ Boleslao 3.

Balduino 2. Hierosolymorum rege tertio.

Portugallię Alphõso rege primo.

Scotiæ Alexandro, deinde Dauide, an. 29.

HVMANA.

Ann. 1127. in Parochia Genlaensi, cum quidam frumentum moleret, farina ardere cœpit. *Helmold. c. 41.*

Vuillelmus Burgundiæ princeps à suis occisus est. Sic Carolus Flandriæ comes. *Chron. Hirsaug.*

Circiter hęc tempora conscriptus est liber Iudaicorum Annalium à nobis versus, qui inscribitur Seder Olam, siue series mundi: summæ est authoritatis apud Iudæos. Quare R. Selomo, R. Kimhi & recentiores Hebræi non raro eum citare solent.

Item liber Cabbalæ R. Abraham Leuitæ Hispani, rege Alphonso 7. qui imperator Hispaniarum appellabatur, Heroicis Caudibus tam claro, vt R. Ille Abraham eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

regem regum appellet. Nam sæpius de Saracenis triumphauit, Cordubam eis ademit, &c.

Tum hæresis Sadducæorum vexabat Iudæos in Castilia. Quidam enim Abben Altras librum scripserat, Sepher Abu Alprag (Abu autem Alprag doctor ipsius erat) in quo docebat Talmud & Misna, & cæteras patrum constitutiones esse inanes & in sua parte veram esse Synagogam.

Contra quem superior Rabbinus, suam dictauit Cabbalam probans Synagogæ, siue Ecclesiæ suæ veritatem primùm *è Successione*. Nam ipsam suos census referre per 36. ætates idem perpetuo sentientes ad prophetas nouissimos Haggæum Zachariam, Malachiam, quorum iam successio facilè ad Mosem reuocari possit. Nam decem esse ætates Synagogæ magnæ ab iis ad R. Iohanan Ben Zachai, qui fuit ex reliquiis Synagogæ magnæ sub Vespasiano. Inde sub Tannaim (doctoribus Misna siue cõtextus Talmudici) quinque ætates secutas esse, mox septem sub Amoiram (doctoribus Ghemaræ, siue Talmudicarum decisionum.) Rursum quinque alias sub Gheonim (interpretibus Talmud) & à Gheonim ad suam ætatem vsque tres, quæ numero. 36. ab ipsis prophetis existant.

Secundò *è communione*, quin Synagogæ diffusæ per totum orbem terrarum, ita sentiunt in Hispaniis, Africa, Ægypto, Palæstina, Arabia, Babylonia, Persida, Elamitide, Græcia, Germania, Italia, Gallia (nam Iudæis tum nostra Gallia abũdabat) & communiter recipiunt Talmud & Misna ac reliquas Patrum traditiones. Quam præterea communionem probat, ex eo quod Patres & Magistri nũquam discrepent בעקר המצות אלא בתוספותיהן in radice præcepti, sed in appendicibus & circumstantiis, vt non contendunt, an lucerna sit accendenda Sabbato nécne, sed quo oleo sit accendenda, quo non. Non disputant an quis teneatur recitare *Kriath Sbema* (suam de Deo vno confessionem è Deut. 5.) manè & vesperi, sed quando manè, & quando vesperine vel tardiùs vel ocyùs id fiat atque ita in reliquis.

Contra autem eos non posse habeti pro vera Synagoga. *Primum* quia sunt sine successione. Anam enim & Saül filius eius, ad quos referunt suam originem, fuisse discipulos R. Iuda & ab eo se separasse, aliámque ab ipso doctrinam secutos esse, solo ambitionis nomine, nec posse dicere, Ecce hæc accepimus ab hoc vel illo doctore.

Secundò quoniam paucos habent suæ communionis. Habere enim tantùm vnam Synagogam in desertis Hispaniæ, paucos in Ægypto, & Palæstina, qui à cæteris non recipiantur, sed anathematizentur.

Hæc periocha est totius illius libri R. Abraham, quam hìc volui paucis complecti, vt Centuriatores videant si communibus omnium populorum notionibus, axiomatibus, argumentis nitendum sit, ad discernendam puriorem religionem à spuria, se ab eis esse damnandos.

Cæterùm præter has duas veræ Ecclesiæ notas. Successionem dico prophetarum atque doctorum & communionem omnium fidelium atque temporum, alias habemus, nempè testimonium Scripturarũ, deinde perennem successionem Apostolicæ Cathedræ. Denique testimonium cunctorum scriptorum, tanquam veritatis testium. Hi sunt nostri census, hę sunt nostræ possessionis tabulæ, ô Impij!

c LOTHARIVS Imperator corona Imperiali, ab hoc Pontifice est insignitus, & compescuit schisma contra Innocentium. *Palmer. in Chron.*

Nam multa hic Pont. ab Antipapis passus est. Ann. 1133. restitutus est contra Petrum Leonis, qui se Anacletum appellabat, à Lothario Imp. in vincula conjecto quodam Italię

Anni Mundi.	CONCIL. *Cretense in Francia. Tyri. lib. 12. cap. 7.*	*Ann. Christi.* 1127
5215	*Londinense, præside legato Romani Pontificis, ad corrigendos deprauatos mores sacerdotum, Polyd. lib. 11 Angl. hist.*	1130
5218	Schisma 17. Celestinus. 2. in schismate à quibusdã Cardinalibus Pontifex renunciatus est, at sedulò se abdicauit & cessit Honorio secundo.	
5218	170. c INNOCENTIVS II. Roman. an. 14. mens. 7. dies 13	1130. 1144.
5232	*Patriarchis. Constantinopoli Ioanne 8.* *Antiochiæ Bernardo, deinde Rodulpho, an. 4. Americo, an. 50. Hierosolymis Guilielmo, an. 15.* *Principibus. Eisdem Impp. vsque ad Manuelem Oriẽt. Imp. Conradum 3. Occid. Philippum cum patre & solum Ludouicũ 9. dict. 7. Iuniorem seu Lenem Franc. Reg. S. Zalibala Æthyopum pret-Ioso.* *Alphonso 8. Hispaniæ quinquagesimo nono. Henrico I. Angliæ vigesimo tertio, deinde Stephano Franco, an. 20*	

Anni Christi.		*Anni mundi.*	
1130	*Boleslao 3. Poloniæ Principe, deinde Vladislao 2. an. 7.* *Balduino 2. Hierosolymorũ rege tertio, mox Polaco, an. 12. deinde Balduino 3. an. 20.* *Alphonso Portugalliæ Rege primo.* *Dauide Scotiæ.*	5218	liæ principe. *Chron. Hirsaug.* Anselmũ Hanelburgensem an. 1138. misit ad Caloioannem Orient. Imp. Constantinopolim, qui in conuentu S. Sophiæ de processione Spiritus Sancti contulit, Nechite Nicomediensi Episcopo contra disputante. Lege libros tres eiusdem Anselmi, περὶ ἀκτίστου, quos rogatu Eugenij tertio edidit. Ad eum Caloioannes legatos misit. *Cuspinianus de Imperator.* Cum in Galliam venisset Innoc. Iudæis Parisiensibus factæ legis volumen, precioso panno velatum offerentibus: respondit, Deus omnipotens auferat velamen à cordibus vestris. *Annales Franc.* Confirmat ordines monachorum Præmonstratensium & Cistertiensiũ. *Platin.* Posterior antea receptus fuerat à Rom. Pontifice Vrbano 2.
	CONCIL. *Herbipolense, præsente Lothario Imp. In eo confirmatur ordinatio Innocentij. Munster. in Cosmog.*		Ludouicum Iuniorem Regem Francorum Remis inunxit. *Anno. lib. 5. cap. 52. Pet. Venerabilis lib. 5. epist. 2.* Pisanos & Genuenses conciliat. *Platin.* Hoc tempore populus R. multa cum finitimis Tiburtinis, Tusculanis, Albanis, Prænestinis, & reliquis Latij populis bella gerere cœpit, quæ Tusculi excidio tandem, quinquagesimo post anno, finita sunt. Quorum occasione Innocentio Pont. qui pacem, quàm bellum mallebat à ciuitatis administratione submoto, Senatores aliquot (non Coss. vt Platina & Volaterran. putant.) Equites, Patritius, qui omnibus præesset, iudicésque alij, veterum Romanorum exemplo instituũtur. *Onuphrius.* & vicissim Populus ab electione Pontificis penitus excluditur. *Idem.*
1130	*Claromontense, præside Papa contra Anacletum Antipapam & eius factionis socios. Poly. lib. 5. Ang.*	5218	Manueli Const. Imp. pro Mahumeto decreta condenti, pacis prætextu, & alia in religionis capitibus molienti: resistunt Theodosius Constantinopolitanus Patr. & Eustathius Thessalonicens. *Nicetas lib. 7. de eius gestis.* Anathema in Mahometis Deum, quem nec genitorem nec genitum, sed holosphyron esse asserit, ex omnibus catecheticis libellis aboleri satagebat, sed iidem fortiter restiterunt. *Ibid.*
1131	*Remense, præside Innocentio, qui in eo damnat schismaticos, & Ludouicum Iuniorem coronat, præsente patre Ludouico Crasso. Guil. Nang.*	5219	Ludouicus Iunior Franc. Rex vno ferè mense ante mortem patris Alienoram, siue Alienordim, siue etiam Leonoram hæredem Guilielmi Ducis Aquitaniæ duxit in vxorem apud Burdegalam vrbem. *Æmil. lib. 5.* Harum nuptiarum causa eius pater Ludouicus Crassus primus (nam & ipse illud idé postea edicto confirmauit) remisit dioceseos Burdegalensi iura regalia in eligendis archiepiscopis, episcopis, & abbatibus, vt apparet ex tabulis camerę rationum Lutetianæ.
	Placentinum.		Petrus Abailardus (qui nonnullis Bailardus, aliis Alardus dicitur) Britannus hæreticus, & summus philosophus, primò relicta vxore monachus apud D. Dionysium, demùm Abbas in Britannia. *Guliel. Nangiac.* Præter Deum aliquid æternum constituebat, & quid tertium præter creatorem & creaturas. *Bernard. de Lut. Lemb.* Docebat Christum non assumpsisse carnem vt hominem liberaret: Timorem Domini castum non esse in futuro sæculo. *Bern. epist. 190.* De Trinitate sapiebat Arrium, quanquam ab Alberico Remense & Leuraldo Nouariense Sabellianus iudicatus sit. *Otho Frising. lib. 1. de Frider. cap. 17.* de persona Christi Nestorium, de gratia Pelagium. *Bern. epist. 192.* Malè insuper sentiebat de processione Sancti Spiritus, quem negabat esse ex substantia Patris vel Filij: De anima Christi, de descensu Christi ad inferos, de Sacramento altaris, dicens post consecrationem priora accidentia quæ remanent pendere in aëre, de poresse clauium, de originali peccato, de concupiscentia, & de aliis multis religionis capitibus. *Bern. epist. 188. & 189. & 190.* Arnaldus de Brixia alter ex Italia hæreticus, se illi adiunxit. *Bern. epist. 189. & 195.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pertrus de Bruis Petrobusianos sacramentarios, multis erroribus deformes creat. *Petrum Cluniacens. epist. 1. & 2. & alibi.* in Septimania, Arelatensi, Ebredunensi, Diensi & Vuapicensi episcopatibus, denique in Vasconia & Narbonensi & Tholosana prouincia. *Idem.*

Apostolicos, qui se dictitabant iuxta Apostolorum doctrinam vitam instituere, videtur appellare Bernard. *Ser. 65. & 66. super Canti.* 5219 1131

Primi negarunt post Berengarium Missam esse sacrificium, è Petro Cluniacensi, Tractatu contra Petrobusianos: siue de sacrificio Missæ.

Henricus Tholosanus Petri Bruis discipulus monachus, hæreticus, negabat oblationes pro mortuis aliquid prodesse: damnabat sanctorum inuocationem: olei & chrismatis consecrationem, Ecclesiasticam excommunicationem, peregrinationes religionis voto susceptas, omnes denique ecclesiasticas constitutiones spernebat. Talem insinuat *Bern. epist. 241. & lib. 3 de vita Bernardi cap. 5.*

Vuilbertus Carnotensis, Conradus Hirsaugiensis, Hugo de Folieto, Corbiensis monachus, auctor libri de claustro animæ & corporis. *Guliel. Nangia. Trithem.*

Maximus Armeniorum pontifex, imo omnium episcoporum Capadociæ, Armeniæ, Mediæ & Persidis doctor eximius. *Tyr. lib. 15. cap. 18.*

Calo-Ioannes Imp. Constant. frustra Syriam tentat, Gabulensi episcopo firmiter resistente. Itaque in Syrios eremitas effudit bilem, eósque trucidauit an. 1143. *Frisingens. lib. septimo cap. 28.* 5219 1131

Sed pœnas mox suscepit. Nam dum in Cilicia aprum traiicere conatur, sagitta manu suâ perfodit. Inde veneno serpente mallens mori, quàm iuxta Medicorum præscriptum brachio mutilari, imperium Manuelifilio reliquit. *R. Ioseph Sacerdos in Chron.*

Polacus Septuagenarius Hierosolymorum rex quartus, ab an. 1131. ad 1142. bellum ciuile à Tripolitano duce motum propter Halim Antiochiæ principissam compescuit. Turcas è finibus Antiochiæ & Tripolis insigni eorum clade repulit, Hugonem præfectum Ioppæ aduersum se conspirantem: & Ismaëlitis clam fœderatum præfectura exuit. *Ibid.*

Calo-Ioannem Francos expellentem ex agro Antiocheno, ad pacem compulit. Inducias Sagnino Turcæ dedit. Ope Theodorici Flandri, qui recens Hierosolymam cum exercitu venerat, arcem trans Iordanem Turcis extorsit. *Ibid.*

Damasci regem contra Sagninum Turcam defendit. Inde lapsu equi ex cruris fractura expirauit. *Idem.* 5228

DECIMVM Vniuersale Concilium Lateranense, Patrum mille, pro iure cleri & contra pseudopontifices. Plati. lib. Contil.

Pisanum pro fide Christiana tuenda in Syria & contra Pseudopapas. Plati. Quidam etiam voluntfuisse contra Henricum monachum Tholosanum hæreticum.

Stampense, in quo D. Bernardus, Petrum qui se Anacletii nominabat, repudiari persuadet approbato Innocentio. Vincent. lib. 27. cap. 6. & in vita D. Bernardi lib. 2.

Moguntinum. præsente Lothario & præside legato Apostolico. Trithem Chron. monast. Hirsaug. 5219 1131

Suessionense, præsente Legato Romani pontificis contra Abailardum sub Lud. Seniore Franc. rege. Otho Frising. lib. 1. de Frider. cap. 17. 5228 1140

Senonense, præsente Ludouico Iuniore, & multis Episcopis atque Abbatibus, contra Petrum Abailardum peripateticum, qui tumens iudicium Concilij & eorum quos ipsemet elegerat, prouocauit ad sedem Apostolicam. Guil. Nang. Bernard. epist. 189. & 191. 5229 1141

HVMANA.

1131. Philippus puer paulò antè regio ornatus Diademate, Parisiis equo deturbatus, subita morte periit *Cont. Sigeb.*

Eodem Lotharius Imperator expeditionem mouit in Danos & Slauos eósque subegit. *Chro. Hirsaug.*

1133. restituto Innocentio Pontifice Pandectas, Codicem, & alios iuris ciuilis libros suo tempore à tineis & blatis liberatos per Vuernherum Iurisconsultum, (eum Accursius nominat Irnerium) edixit legi in scholis publicis, & exipsis iura in foro dari. *Carion. in Chron. lib. 3.*

Hinc emerserunt eo tempore doctissimi iuris interpretes, inter quos post illum Vuernherum (qui ob eminentem eruditionem dictus est Lucerna iuris) Azo primas obtinuit, qui obiit Bononiæ an. 1200.

Antea per 600. amplius annos Romanæ leges ex Italia exulauerant. Nam cùm eam Gothi, Franci & Longobardi occupassent

occupassent & laceràssent, patrias leges in illam intuletant, Romanis legibus oppressis & forma iudiciorum mutata.

Vuernherus iuris interpres, qui auditor Iurisconsultarum Constantinopoli fuerat, Lotharium Saxonem minus in bellis ciuilibus impeditum hortatur, vt lites præcipiat ex legibus Romanis iudicari: & easdem Romæ & Bononiæ enarrari. Sola enim Græcia studia veteris illius doctrinæ, sicut & cæterarum ferè artium retinuerat, vt indicant commentarij in ius Romanum Constantinopoli scripti, glossematis & enarrationibus doctorum Italicorum similes.

Hoc occasionem dedisse iuri pontificio multi scribunt. Nã & Gratianus, qui Pontificum decreta congessit, sub Lothario vixit. Tunc & Theologia scholastica siue dilputatrix, de suo incremento meditatur.

1134. Magnus rex Danorum, se in potestatem imperatoris tradidit: obsides dedit, iuramentum præstitit, se successoresque suos non nisi imperatoris & successorum eius permissu, regnum adepturos. Postea in Daniam regressus, cum episcopis quinque, presbyteris 60. & Nicolao patre suo ab æmulis occisus est. *Chron. Hirsaug.*

1135. reges Daniæ, Poloniæ multique alij principes ad conuentum Magdeburgensem, à Lothario indictum venientes: pacem in annos 10. iurant. *Ibid.*

1136. mortuo sine virili sobole Henrico 1. Anglorum rege, regnum Angliæ à Normanis translatum est ad Francos: per Stephanum Francum illius nepotem ex Adela sorore, & Stephani Blesensis comitis filium. *Polyd. lib. 12. histo. Ang.*

1137. Lotharius Rutgerum Apuliæ principem impugnatorem Ecclesiæ, & hostem publicum de Italia proscripsit. *Ibid.*

Intercedente D. Bernardo Fredericum & Conradum duces Bambergæ, in gratiam recepit. *Frising. lib. 7. cap. 19.*

1138. Conradus 3. dux Alemaniæ siue Sueuiæ, in regem Romanorum eligitur: reiecto Henrico cog. superbo Bauariæ duce Lothari genero, cui ab ipso Lothario dudum regalia fuerant commissa, in generali principum conuentu, qui iam vsque adeò de adipiscendo se certum arbitrabatur, vt nulli Principum de regno verba facere dignaretur. *Ibid.*

Bellum gessit contra Vulphonem ducem Bauariæ, ob quãdam discordiam exortam inter se & Innocentium Papam. *Ibidem.*

Ducatum Bauariæ contulit Lupoldo Marchioni Austriæ, quem tamen postea Fredericus Imp. legitimis hæredibus restituit. *Ibid.*

Quidam in Alemania Pseudo imperator (Nam se Henricum cog. Superbum, de quo proximè, fingebat) post multas pugnas & cædes, patefacta eius impostura, Cluniaci in monachum attonsus est. *Ibid.*

Quidam Ioannes à Temporibus vel à Stampis, fertur vixisse annos, 361. à tempore Caroli Magni, cuius ipse erat armiger, vsque ad Ludouicum Iuniorem. *Guiliel. Nang. Guagui. lib. 6. Ignatius. Nauc. & Sup. Chro.*

Anni Christi.		Anni mundi.
	Antiochenum plurimorum Episcoporum Orientis, præside legato Apostolico Petro Archiepiscopo Neapolitano, contra Radulphum Patriarcham Antiochenum, qui depositus est & reclusus in monasterium. Tyr. lib. 15. cap. 16. & 17.	
1137	*Hierosolymitanum, eodem præside, præsente Maximo Armeniorum Catholico, imò & omnium Episcoporum Cappadociæ, Mediæ & Persidis principe. Eo in concilio actum est contra Armeniorum errores in fide, quos ipse Episcopus promisit se curaturum emendari. Tyr. li. 15. cap. 18.*	5225
	Schisma 18.	
1130	Anacletus 2. nomine Petrus, à quibusdam Cardinalibus electus Pontifex Rom. sedit contra Innocentium an. 7. mens. 9.	5218
1138	Post eius mortem à suæ factionis Cardinalibus creatus est Victor 4. qui cùm sedisset menses aliquot consilio D. Bernardi cessit Innocentio. *Æmil. lib. 5. Plati.* In hoc schisma componẽdo D. Bernardus septennium laborauit. *Fascic. Temp.*	5226
	171.	
1144	f CELESTINVS II. Tuscus, mens. 5. di. 13.	5232
1144	Vacat dies 13.	5232
	Patriarchis.	
	Constãtinopoli Michaele Iuniore an. 4. mens. 6.	
	Antiochiæ Aymerico.	
	Hierosolymis Guiliel.	

Vuernherus iuris interpres, qui auditor Iurisconsultarum Constantinopoli fuerat, Lotharium Saxonem minus in bellis ciuilibus impeditum hortatur, vt lites præcipiat ex legibus Romanis iudicari: & easdem Romæ & Bononiæ enarrari. Sola enim Græcia studia veteris illius doctrinæ, sicut & cæterarum ferè artium retinuerat, vt indicant commentarij in ius Romanum Constantinopoli scripti, glossematis & enarrationibus doctorum Italicorum similes.

Hoc occasionem dedisse iuri pontificio multi scribunt. Nã & Gratianus, qui Pontificum decreta congessit, sub Lothario vixit. Tunc & Theologia scholastica siue dilputatrix, de suo incremento meditatur.

1134. Magnus rex Danorum, se in potestatem imperatoris tradidit: obsides dedit, iuramentum præstitit, se successoresque suos non nisi imperatoris & successorum eius permissu, regnum adepturos. Postea in Daniam regressus, cum episcopis quinque, presbyteris 60. & Nicolao patre suo ab æmulis occisus est. *Chron. Hirsaug.*

1135. reges Daniæ, Poloniæ multique alij principes ad conuentum Magdeburgensem, à Lothario indictum venientes: pacem in annos 10. iurant. *Ibid.*

1136. mortuo sine virili sobole Henrico 1. Anglorum rege, regnum Angliæ à Normanis translatum est ad Francos: per Stephanum Francum illius nepotem ex Adela sorore, & Stephani Blesensis comitis filium. *Polyd. lib. 12. histo. Ang.*

1137. Lotharius Rutgerum Apuliæ principem impugnatorem Ecclesiæ, & hostem publicum de Italia proscripsit. *Ibid.*

Intercedente D. Bernardo Fredericum & Conradum duces Bambergæ, in gratiam recepit. *Frising. lib. 7. cap. 19.*

1138. Conradus 3. dux Alemaniæ siue Sueuiæ, in regem Romanorum eligitur: reiecto Henrico cog. superbo Bauariæ duce Lothari genero, cui ab ipso Lothario dudum regalia fuerant commissa, in generali principum conuentu, qui iam vsque adeò de adipiscendo se certum arbitrabatur, vt nulli Principum de regno verba facere dignaretur. *Ibid.*

Bellum gessit contra Vulphonem ducem Bauariæ, ob quãdam discordiam exortam inter se & Innocentium Papam. *Ibidem.*

Ducatum Bauariæ contulit Lupoldo Marchioni Austriæ, quem tamen postea Fredericus Imp. legitimis hæredibus restituit. *Ibid.*

Quidam in Alemania Pseudo imperator (Nam se Henricum cog. Superbum, de quo proximè, fingebat) post multas pugnas & cædes, patefacta eius impostura, Cluniaci in monachum attonsus est. *Ibid.*

Quidam Ioannes à Temporibus vel à Stampis, fertur vixisse annos, 361. à tempore Caroli Magni, cuius ipse erat armiger, vsque ad Ludouicum Iuniorem. *Guiliel. Nang. Guagui. lib. 6. Ignatius. Nauc. & Sup. Chro.*

f PRIMVS sine vllo populi interuentu Papa creatus est, lege à præcessore Innocentio 2. posita, qua populus omnino à Pontificis comitiis exclusus est, & ad solos Cardinales Pontificis electio, paulatim etiam cleri primoribus exclusis, vel in Cardinalium collegio cooptatis redacta. *Onuphrius.*

Vnare fœlix, quòd nullis seditionibus vexatus fuit. Quo tempore Hierosolyma, iterum capta est à Saracenis. *Vuitelius.*

Capta etiam Edessa Mesopotamiæ vrbe, ab Alaph siue Sagnino Turcorum principe, omnes Christiani, quotquot fidem noluerunt eiurare; cum Hugone episcopo miserè ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctati sunt. Mulieres item, in ludibrium Christi, atis impositæ violantur, deindéque interficiuntur. *Bonfinius lib. 6. Vngar. dec. 2. Sigeb. Continuat.* — *Anni mundi.*

Eadem ferè tempestate sub Imperio Manuëlis Comneni, Clizasflanes Sultanus magnam Christianorũ multitudinem, Laodiceæ in Phrygia pecudũ more: partim abegit partim occidit. Interquos & Salomon pontifex. *Nicetas Comat. in Annal.*

Gerardus à Nazareth Laodicensis Episcopus, de vna Magdalena contra Græcos & alia scribit. Ioannes Sarisburiensis.

Ludouicus Rex, quòd expugnato Victriaco in Ecclesia 1300. diuersi sexus & ætatis homines cremati essent, tertam sanctam pœnitentiæ causa adiit, vbi integrum annum substitit. *Sigeb. continuator.* Idem an. 1155. S. Iacobum in Gallicia, exinde post quatuor annos montem S. Michaëlis de periculo maris religionis ergò petiit. *Ibidem*, & an. 1177. in Angliã ad B. Thomam. *Ibidem.*

Alphonsus rex Portugalliæ primus multa gerit contra Saracenos, à quorum tyrannide an. 1147. Olisipponem liberauit.

HVMANA.

Albo Ali Abinseni. (i. Auinsena ex posteris Senis, nomen enim patris ipsius erat Eli, inquit Elias in Tisbi rad. 128) Abéroës siue Abenrois, Mesue Medici, & Philosophi Arabes, Aben Tumert Astrologus Cordubę florent ab anno 1140. Regnabat Mauris Africæ & Hispaniæ Albo Haly Aben Tesfin, qui in illis motibus periit, quos pro Imperio quidam Abdelmon concitarat. *R. Abraham in Cabbala.* Sabellicus Enneade 9. ponit sub Alexandro 3. an. 1159.

Rabbi Iehuda Leuites incidit in eadem tempora. *Abben Ezra in 9. cap. Daniel.*

1122. Mundus desolatus est ab academiis (Iudaicis) quia mortuo R. Ioseph Leuita in Hispania, cępit contra Israëlitas persecutio in terris Arabum: auctore Ben Temurath Saraceno, qui eos exirpauit ex vniuerso regno suo Africano & Hispanico. *R. Ioseph sacerdos in Chron.*

Sed eos recepit in suum Alphonsus Hispanię rex, qui & de Saracenis multas retulit victorias, eisque eripuit Gabaracam vrbem in confinio vtriusque regni sitam. *Ibid.*

Iudæis autem in Gabaraca humaniter exceptis, prefecit R. Iudam cuius maiores fuerant de Granatæ potentioribus & dinoribus. *Ibid.*

g BELLATOR contra Saracenos pro Hierosolymis, *Platina.*

Huius consensu factum concilium in Gallia contra Abellardum, qui rationibus victus, non modo sententiam mutauit, sed & monasticam vitam professus est. *Summa Concil.* Serio fuisse conuersum & sanctè mortuum Petrus Cluniacensis in epistolis testatur. — 5232 — 5233

S. Amedeus Lausannensis, Drogo Hostiensis, Episcopi doctissimi.

Mesopotamiæ populi ferè omnes ad fidem Christi reuertuntur. *Palmer.*

Edessa paulò post à Turcis capta, Episcopus capite truncatur, & multa Christianorum milla trucidantur, an. 1145. *Sigeb. Continuator.*

HVMANA.

Cum oppidum Vuemsbergam iis conditionibus Conradus Imp. cepisset, vt mulieribus saluis abire liceret, portantibus de suis rebus, quamtuncumque vnaquæque posset: illæ

solos

Principibus.

Manuele Comneno, an. 38. Orient. Imp. centesimo decimo septimo.

Conrado 3. an. 14. Occident. Imp. vigesimo primo.

Ludouico 9. dict. 7. Iuniore an. 43. Franc. Reg. trigesimo septimo.

S. Zalibala Æthyopum pret. Ioso.

Alphonso. 8. Hispaniæ quinquagesimo nono.

Stephano Fráco Angliæ vigesimo quarto.

Vuladislao Poloniæ.

Balduino 3. Hierosolymorum rege quinto an. 20.

Alphonso Portugalliæ rege primo.

Dauide Scotiæ.

CONCIL. *Lateranense, ne laicus clerico ius inferret. Plati.*

172.

g LVCIVS II. Bononiensis, mens. 11. dies 4. — 1144

Vacat dies 2. — 1145

Patriarchis.

Constantinopoli Michaele Iuniore.

Antiochiæ Aymerico.

Hierosolymis Guilielmo.

Anni Christi. — *Anni mundi.*

Principibus.

Iisdem Imperantibus & regnant.

CONCIL. *Gallicanum contra Petrum Aballardum peripateticum.*

173.

h EVGENIVS III. Pisanus, an. 8. mens. 4 dies 20. — 1145 — 5235

Vacat dies 2. — 1153 — 5241

Patriarchis.

Constantinopoli Michaele Iuniore, deinde Cosma 2. mens. 9. Nicolao 3 an. 3. Theodosio 2. an. 2.

Antiochiæ Aymerico.

Hierosolymis Guilielmo, deinde Fucherio an. 11. dies 17.

Principibus.

Manuele Comneno Orientis Imp. centesimo decimo septimo.

Conrado tertio Occid. Imp. vigesimo primo.

solos maritos in humeris & paruos liberos in sinu atque amplexu gestantes exierunt cætetis rebus militum prædæ relictis. Qua philosorgia motus Imper. omnibus conuitio exceptis ignouit.

Moriturus præterito filio ætate iam maturo, Fredericum Ænobarbum imperio destinauit.

Henricus cog Leo dux Brunsuicensis & Saxoniæ, vir bellicosus & mirabilis, de quo veteres miranda canebant in carminibus Teuthonicis, quo modo scilicet cono insutus equino & per Gryphonem de naugio exportatus maris periculum euaserit, cum Gryphonibus pugnauerit, Draconem occiderit, per mare cum leone transierit, & similia multa. *Chron. Hirsaug.*

Sub Cælestino Lucióque pontificibus Rotgerus, quem Innocentius euocato in Italiam Lothario regno Neapolis exegerat: & in insulam Siciliæ compulerat, declarato Apuliæ duce Rainone Lotharij nepote, recepit omnia, tantum Italiæ regis titulo abstinuit, contentus in posterum rex Siciliæ appellari. *Ritius de Regg. Siciliæ.*

Pænos affecit magnis cladibus, & regem Tuneti iniquis conditionibus, ad pacem coëgit: picto stipendio in annos 30.

Hinc redacta ex Africa classe, Manuëlem Imp. appulsos in Asiam Christianos, male accipiente: bello persequitur. Corcyram, Euboeam, insulas cępit, Corinthum, Thebasque vrbes expugnat. Suburbia Constantinopolis igne ferroque vastat, donec rediens in Italiam, classe Imperatorum & Venetorum fusus est. *Ibid.*

Hic videtur esse Rodericus Siculus Othonis Frisingensis, quando sic scribit lib. 1. hist. Friderici. Rodericus Siculus expugnatis in Græcia Athenis, Corintho, Thebis opifices, qui Sericos pannos (vel potius bombycinos, Nam Serica ex arborum lana conficiuntur, non ex verme) texere solebant deduxit captiuos, & collocauit in Panermo Siciliæ vrbe: præcipiens vt eam artem docerent suos. Inde factum, vt quam texturam prius Græci soli, inter Christianos habuerunt, cum Romanis communicata sit ingeniis.

Hoc ergo æuo delitiæ, iltæ vestium innotuerunt Italiæ, indéque Occiduis populis.

h DISCIPVLVS S. Bernardi, qui ad eum sedentem in Petri cathedra scribit libros de Consideratione, religione & eruditione refertissimos, quos Pontifices debent semper habere in manibus.

Instituit Tornacensem Episcopatum in Gallia cùm per annos circiter 600. à tempore S. Medardi fuisset sub Noniodunensi Episcopatu: Electo in Episcopum Anselmo Laudunensi Abbate. *Guliel. Nang. Continuatio. Sigeb.*

Ad Armenios id per legatos petentes Sacrificij formam, iuxta Ecclesiæ Romanæ consuetudinem transmisit. *Otho Frising. lib. 7. cap. 32.*

Treuetos venientem ad Synodum cum 18. Cardinalibus, episcopis & abbatibus multis per tres menses, propriis sumptibus copiosissimè, Aldeberus loci Archiepiscopus alnit. *Chron. Hirsaug.*

Cardinales nutu diuino perciti, hunc Pontificem elegerũt. *Plat.* Ille per D. Bernardum impetrauit à Conrado Imperatore & Ludouico Francorum rege, vt Christianis in Asia contra Alcoranistas opem ferrent. Hinc vterque cum magno exercitu in terram sanctam profectus est, tempore Balduinorum. Illa fuit 3. expeditio contra Turcas. *Tyr. lib. 16. capite decimo octauo.*

Bellum ergo sacrum tertium Eugenij tempore, D. Bernardo oppidatim & regionatim ad illud exhortante, post

Universidad de Deusto
Biblioteca

Edessam à Turcis captam, cui præfuerunt Conradus Imp. & Ludouicus Iunior. Hanc expeditionem Tyrius scripsit, ex Græcis Nicetas Conates. ex Hebræis R. Ioseph Sacerdos.

Nam S. Bernardus miraculis clarus, Francofordiam veniés, Imperatori Conrado & Principibus persuadet: vt expeditionem contra Saracenos in Asiam suscipiant, seque cruce signent. *Helmold. in Chro. Slauorum, cap. 60.* Spiram habet R. Ioseph.

Contractus est exercitus maximus ex Germania, Gallia, Italia, Hispania, Anglia, Hungaria, atque adeo Europa tota. *Chron. Hirsaug.*

1146. Partem exercitus destinant in partes Orientis, alteram in Hispaniam, tertiam ad Slauos, qui iuxta Saxones habitabant. *Ibid. cap. 61.*

Manuel Imp. Const. per legatos amplissima munera Conrado afferentes, exemplo patris sui, fœdus cum eo renouat. *Frising. lib. 7. cap. 28.*

Interim tamen farinæ gypsum miscuit, ex quo Conradi exercitus in Syria miserè periit, *Nice. an. Annal.*

1148. Ipsi cùm venissent Hierosolymam iunctis copiis cum Balduino. 3. & Hierosolymorum quinto rege Damascum obsident: sed dissidio ac dolo cuiusdam Assyrij, obsidionem soluere coacti sunt, & ita quisque ad sua nauigauit. *Tyr. lib. 17. cap. 8. & Æmyl lib. 5. Gagui. lib. 5.*

Miserabilis fuit interitus, exercituũ Imperatoris Conradi & Ludouici regis Franc. legati Imperatoris Constantinopolitani dolo. *Helmold. in Chron. Slauorum, cap. 61.*

Itaque necessarius magis, quàm turpis fuit Conradi & Ludouici reditus in patriam: propter clades acceptas, partim Græcorum artibus & perfidia, partim Turcorum ttrat genatis & dolis, partim Latinorum ipsorum pecunia vel fauore corruptorum studiis, quos tamen aduitum è tam longinquis terris venerant. *R. Ioseph sacerdos vbi supra*

Inde deinceps Latinorum potentia, in Oriente vsque ad interitum debilitata est, quem annis post triginta quatuor, nempe Christi 1151. Saladinus attulit. *Idem.*

Hoc vnum prospere cessit de vniuerso opere, quòd peregrinus exercitus Lisbonam in Portugallia ceperit, & eam Portugalensi regi vindicarit. *Ibid. cap. 62.*

Sugerius Abbas S. Dionysij, regni Francorum negotia ob absentiam regis, iuxta illius cœnobij prærogatiuam, administrabat. *Frising lib. 1. de Friderico cap. 55.*

Gilbertus Porretanus Pictauorum episcopus, ob insignem eruditionem Vniuersalis dictus, proscribitur ab Ecclesia in concil. Remensi, quod negaret diuinitatem, qua Deus est, esse Deum. *Bernard sup Cantica ser 80. Contin. Sigeb.* 5233 1145

Rem paulò aliter narrat Ottho Frising. lib. 1. de Fuderic. cap. 55. 56. 57. Quatuor scilicet Porretano obiiciebantur: primo quod assereret diuinam essentiam non esse Deum. 2 proprietates personarum non esse ipsas personas 3. Theologicas personas in nulla prædicari propositione 4. Diuinam naturam non esse indeterminate incarnatam. De tribus vltimis ob exortum Cardinalium contra D. Bernardum & Gallos episcopos tumultum, simul ob Theologicas rationes, quæ hinc inde habebantur, nihil est decretum. De primo Romanus pontifex definiuit. Episcopus verò præmissam sumtni Pontificis sententiam reuerenter et excipiens, Archidiaconis suis in gratiam receptis, cum ordinis integritate & honoris plenitudine ad suam diœcesim reuertit.

Malachias Episcopus Ardinachensis siue Armachanus in Hybernia, doctissimus & sanctissimus miraculorum dono clarus obiit, an 1148. *Bernard. in eius vita.* 5233 1145

Eudo

Anni mundi		Anni Christi.
	Ludouico 9. dict. 7. Iuniore Franc. Reg trigesimo septimo.	
	S. Zalibala Æthyopũ pret-Ioso.	
	Alphonso 8. Hispaniæ quinquagesimo nono, deinde Sanctio, an. 14.	
	Stephano Franco Angliæ vigesimo quarto.	
	Boleslao Crispo Polonorum principe an. 27.	
	Balduino 3. Hierosolymorum rege quinto.	
	Alphonso Portugalliæ rege primo.	
	Dauide Scotiæ.	

CONCIL. *Vezelium siue Vizeliacum in Burgundia, pro expeditione contra Turcas, præside Eugenio, & præsente Ludouico Rege cũ Aleonora Regina, & aliis Regni Principibus, qui post orationem habitam à D Bernardo crucem acceperunt sacram militiam professi. Plati. Ioan. le Maire.*

Parisiense quoddam Concilium fertur tunc celebratum ab Eugenio. Ioan. Tili.

Anni Christi.		Anni mundi.	
			Eudo de stella, qui se dicebat esse Christum an. 1148.
			Narrabat Gabulensis in Syria Episcopus Eugenio Papæ, quod ante non multos annos, Ioannes, quidam vltra Persidem & Armeniam, in extremo Oriente agens rex & sacerdos: cum gente sua Christianam profiteretur religionem, verùm Nestorij fermento permixtam. *Frising. lib. 7. cap. 33.* Quem post aliquot annos à Tartaris deletum, ex Marco Veneto annotabimus.
			An. 1148. Rogerus Siciliæ rex Archiepiscopum Africæ, qui Romam vt consecraretur venerat ad sedem suam remittit liberum. *Sigeb. Conti.*
			An. 1146. Ludouicus Francorum rex Hierosolymam, voti causa, abiit. *Annon. lib. 5. cap. 53.*
			Robertus Nazarenus episcopus, crucem Christi erigens contra incendium, flammam & fumum, impellente vento, ea in exercitum Turcicum conuertit. *Tyr. lib. 16. cap. 21.*
			Libri 4. Ioannis Damasceni de Orthodoxa fide, è Græco in Latinum transferuntur: per Burgundionem iudicem & ciuem Pisanum, qui maiorem etiam partem operum Diui Chrysostomi è Græco in Latinum conuertit. *Antonin. tit. 17. cap. 1.*
1147	*Ptolomaicum præsente Conrado. 3 Tyri. lib. 17. cap. 1.*		
			Archiepiscopatus Vlisbonensis in Hispania instituitur, an. 1147. *Meier. in hist. Eland.*
			An 1152. quatuor Archiepiscopatus instituuntur in Hybernia, sicut illic sunt quatuor prouinciæ, Armachana, Dublinensis, Cassellensis & Tuamensis. Quarum Armachana, 15. habuit episcopatus. Dublinensis 5. Cassellensis 13. Tuamensis. 10.
			Templarij vt essent conspectiores suis candidis clamydibus, assuunt cruces panni rubei. *Tyr. lib. 12. cap. 7.*
			Potho præsbyter Prumiensis an. 1152. scribebat lib. de Domo Dei. *Ipse Ibid.*
1148	*Remense, præside Eugenio & præsente D Bernardo, contra hæresim Gilleberti Pictonum Episcopi, Abailardi subtilitatem secuti, quã ipse eo in Concilio publicè recantauit. Bernard. serm. 80. in Cantica. Ant. tit. 17. cap. 3. Fuit etiam contra quendam nomine Eonem, qui se magnum prophetam, imo verò Dei filium per quem omnis oratio concludebatur, cum diceretur per eũdem &c. prædicebat, & ex suis discipulis alios cõstituebat Angelos, alios Apostolos, Contin. Sigeb. Ottho Frising. lib. 1. de Frederico cap. 50. 51. vsque ad 55.*	5236	
			HVMANA.
			Rabbi Moses Hispanus, Ben Maimon (qui & contractis dictionibus dicitur Rambam) videtur floruisse circa hæc tempora. Hunc Iudæi habent in summo honore, adeò vt eum insigniuerint titulo משה רבינו id est, Doctoris iustitiæ.
			Ipse prefatione Maimonim, quo opere complexus est, vniuersum Talmud lingua purè Hebraica, in eorum gratiam, qui nesciunt linguam Talmudicam, vel vt impuram & barbaram, fastidiunt, se scribere tradebat an. 1108. excidij Hierosolymitani, Mundi 4936.
1150	*Baugentiacum, in quo Ludouicus Leonoram vxorem repudiauit, ex qua habebat duas filias, Mariã & Alisam Ioan. Til.*	5238	
			Idem in quadã epistola de Astrologia, meminit sua ætate fuisse in Australi plaga quendam impostorem, qui se prædicans præcursorem ac nuncium Messiæ siue Christi mox venturi, multos Iudæos ac Arabes seduxit ementitis miraculis.
			1146. persecutio secunda Iudeorum, quinquaginta annis ferè post primam, in Germania mota prædicationibus Rodolphi monachi: quando Conradus Imp. arma sacra induebat ad expeditionem Hierosolymitanam. *R. Ioseph Sacerdos.*
	Treuirense, cui interfuit Eugenius cum 18. Cardinalibus & D. Bernard. In eo libri S. Hildegardis recepti sunt. Trith. in Chro. Hirsaug.		Contra eam quidem nixus est S. Bernardus Abbas vrgens illud Psalmi: Ne occidas illos, ne forte obliuiscantur populi mei. *Ibid.*
			In ea tamen 1147 R. Simon Coloniæ capite truncatus est, & multi alij interfecti. R Isaac super suo libro occisus. Item R. Patar, & Rabbana Iaacob Mideus. Alij Spiræ, Coloniæ, Moguntiæ, se baptismo metu obtulerunt, & post ad Iudaismum redierunt. *Idem.*
			Conradus Imp. Iudeos, à Galliæ Germaniæque populo electos recepit: ac in suis municipiis, præsertim Norimbergæ tutum hospitium concessit. *Frising. libro primo, cap. 37. de gestis Friderici.*

Eee

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Francia perſecutio duntaxat fuit pecuniaria, dum Ludouicus rex abſoluit ære Iudaïco Chriſtianos: ſecum in tetram ſanctam profecturos, quo edicto Iſraël valde eſt debilitatus, quòd ei multa vndique deberentur. *R. Ioſephſacerd. in Chronicis regum Franciæ & Turciæ.* (Nam cunctæ Iudæorum opes ferè ſunt in vſuris &c. poſitæ.)

In Anglia ſe baptizari ferè permiſerunt. At in Franciam ſe recipientes, reuerſi ſunt ad Iudaiſmum. *Idem huius tertiæ expeditionis infœlicem exitum, huic perſecutioni aſcribens.*

R. Eleazar erat tredecim annorum, quando illa contigit. Vnde & eam maior factus ſcripto mandauit & deplorauit.

Euſtathius Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, in libros Homeri ſcripſit commentarios, ſicut & in Dionyſij deſcriptionem orbis. *Nicetas lib.7.*

Aleonora repudiata à Ludouico Rege in ipſius odium an. 1152. nupſit Henrico Duci Normaniæ & Andegauenſi Comiti, qui poſtea fuit Rex Angliæ: Ex quo habuit filios quatuor, Henricum, Richardum, & Ioannem poſtea reges Angliæ, & Gaufridum Comitem Britanniæ: filias totidem, quarum alia collocata eſt Regi Caſtellæ, ex qua nata eſt Blancha Regina Franciæ, mater S. Ludouici: Altera Alexio Imperatori Orientis: Tertia Saxoniæ Duci, vnde natus eſt Ottho Imperator: Quarta Tholoſano Comiti. Quæ nuptiæ fuerunt cauſa grauiſſimi belli, inter Francos & Anglos. *Guiliel. Nangiac. Guagui. lib.6. Æmyl. lib.5.*

1 AMATOR & nutritius pauperum. D. Mariæ rotundæ templum extruxit. Famis tempore, qua tota ferè Europa conflictabatur, victum egenis etiam extra Romæ mœnia degentibus, largiſſimè ſuppeditauit. *Plat.*

Tunium & Tenebium Ægypti pagi à Chriſtianis inhabitabantur. *Nicetas lib 5. in Manuele.*

Tamiathi inſignis virgini dicata Eccleſia habebatur in precio, inter medios Saracenos, quòd ibi olim Chriſtus cum parentibus ſubſtitiſſet, Herodem euadens. *Ibid.*

Apud Francos Politici bonis Eccleſiæ inhiantes, nihil non contra Eccleſias & monaſteria moliti ſunt. Claromontenſis comes, eiúſque nepos Podienſis Guilelmus, & alter de Polinaco comes. Sic Guillelmus Cabillonenſis. Sed eos repreſſit Ludouicus rex. *Anno. libro quinto, capite 56. Guagui. lib.6.*

Rupertus Buconienſis, Petrus Mauritius de monte Buſſerio in Aruernorum finibus cog. Venerabilis Abbas Cluniacenſis. Nicephorus Baſilaces Paulinarum epiſtolarum inſignis interpres *Nicet. lib.7. de Manuele.*

S. Hildegardis miraculis & prophetiis illuſtriſſima, D. Bernardo chara libros multos per reuelationem conſcribit, partim Latinè, partim Teuthonicè. *Cor. Hirſaug.*

Et per Spiritum. S. coacta multis in locis Verbum Dei prædicauit. *Ibid.*

Manegoldum Abbatem Hirſaugienſem, duriùs delinquẽtes monachos ſecundum regulam monaſticam corrigentem: ideóque infirmorum odia, contra ſe prouocantem adduxit: vt ſeueritatem in maximam manſuetudinem cõmutaret ſicque pax inter eum & fratres ſumma coaleſceret. *Ibid.*

Eodem tempore floret & multa ſcribit. S. Elizabet monialis in Sconangia dioceſis Treuerenſis; prophetiſſa & reuelationibus clara. *Ibid.*

Hæreſis Publicanorũ in Anglia. *Polyd. lib.13. Ang.* quos alij Catharos, alij Patrinos. *Concil. Lateran. cap.27.*

Catharorum hæreſis ex Tandemi reliquiis, primariis Arnoldo, Marſilio, & Theodorico, quos Egbertus S. Florini Abbas oppugnauit. *Chron. Hirſaug.*

Cardenſis hæreſis de corpore & ſanguine Domini malè ſentiens. *Ibid.*

Anni mundi.

Anni Chriſti.

Lincopianum in Suecia. Magnus lib.18. hiſt. Gothorum cap.18.

174.

5241 *i* ANASTASIVS IIII. Romanus, an. 1. menſ. 4. dies 24. — 1153

5242 Vacat dies 1. — 1154

Patriarchis.

Conſtantinopoli Conſtantino 4. an. 2.

Antiochiæ Aymerico.

Hieroſolymis Eucherio.

Ann. Chriſt. | *Anni mundi.*

Principibus.

Mannele Comneno Orien. Imp. 117.

Frederico 1. Ahenobarbo ſiue Barbaroſſa, an. 38. Occid. Imp. vigeſimo ſecundo.

Ludouico 9. dict. 7. Franc. Reg. trigeſimo ſeptimo.

S. Zalibala Æthyopũ pret. Ioſo.

Hiſpaniæ Sanctio tertio ſexageſimo.

Angliæ Stephano Franco vigeſimo quarto.

Poloniæ Boleſlao Criſpo.

Balduino tertio Hieroſolymorũ rege quinto.

Portugalliæ Alphõſo.

Scotiæ Dauide.

175.

1154 K ADRIANVS Anglus an. 4 menſ. 10. — 5242

1159 Vacat dies 3. — 5247

Guilelmus Aquitaniæ dux & Pictauienſis comes D. Bernardi diſcipulus, eremiticum vitę genus apud Gallos reſtituit, vt deinceps eius ordinis fratres non Auguſtiniani, ſed Guilelmitæ dicerentur, vſque ad Innocentium 3. qui eos Eremitarum S. Auguſtini nomine appellari voluit. Pariſiis, relicta eremo, prima iecit cœnobij fundamenta, Anaſtaſij, deinde Adriani Pont iuſſu. *Bergom. lib.12. & Chron. Colon.*

Fredericus hoc tempore ſuſcipit imperium, ſex expeditiones in Italiam moturus, & multas turbas in Eccleſia excitaturus. *Nicet. lib.7. de geſtis Manuelis.* Et in Armenia, vbi contra Turcas pugnabat, in rapido quodam amne ſubmergendus. *Naucler. Tyrtm.*

Sub 1153. Galfridus cognomento Arturus, quòd de Arturo Britannorum rege fictitio multa ſcripſerit, itẽ de Ambroſij Merlini eius vatis prędictionibus, &c. *Balæus.*

Hæreſis Armeniorum Monophyſitis conſentanea. *Nicet. lib.17. Orthodoxæ.* Hinc Manuel Imp. ſub. an. 1170. ad eorũ Catholicum, Theorianum legat, qui ab illa eum reuocaret, cuius diſputatio ibidem extat apud Nicetam.

Vterque tamen errat, ſi quidem Catholici ſiue ſummi Armeniorum Pontificis ad Græcos reſponſio, quam ipſi afferunt, nõ eſt ſuppoſita. Nam Armenij fatebantur duas quidem eſſe naturas in Chriſto & vnam, ſed diuerſa ratione. Vno modo naturam pro parte Conſtituti accipiebant, altero pro Conſtituto ſiue Compoſito, vt cum apud Ariſtotelem nunc Compoſitum, nunc partem Compoſiti ſignificare dicitur. Sic in Chriſto (inquiebant) duæ ſunt naturæ. i. duæ partes Conſtituti, deitas & humanitas, & vna natura. i. vnum Conſtitutum ex vtraque natura, Chriſtus ſiue perſona Chriſti. Afferebant pro ſimili hominem, in quo duæ naturæ exiſtunt, corpus & anima, & vna natura. i. vnum è corpore & anima compoſitum. Multum ergo aberant à Monophyſitarum ſententia.

Illo artificio Græci ſæpius vſi ſunt in Chriſtianos Orientales, vt quos cernerent in ſedem Apoſtolicam propenſos, hæreſeos infamia traducerent: vel etiam, quia præſe, alios ſolent contemnere.

Hinc eos ſuſpectos habeo, quotieſcunque de Syris, Maronitis, Æthyopibus, Perſis, Indis, Georgianis, Ægyptiis ſcribunt, eos vel Iacobitas, vel Neſtorianos appellantes. Nam qui verſus eos peregrinantur, Catholicos offendunt, nec niſi quibuſdam ritibus & ceremoniis à nobis differentes vident.

Mota quæſtione de dogmatibus Mahometis, Manuële Imperante, Deum Mahometis anathematizãdum viſum eſt, vt qui ſolitarius aſſeratur, auróque ſolido conſtans, (Holoſphyros) qui nec genuerit, nec genitus ſit, nec ſibi ſimilẽ quẽquam habeat. *Nicetas lib.26. Ortho. & lib.20. Anathematiſmo 22.*

HVMANA.

R. Benjamin auctor libri Maſſahoth. i. Profectionum, ſiue vt interpres Benedictus Arias vertit, Itinerarij, genere Hiſpanus, tunc vigebat. Narrat enim ſe Ludouico Rege & Alexandro Romano Pontifice, qui mox ſedebit, Lutetiam venijſſe Regni totius caput, in qua (inquit) ſunt ſapientium diſcipuli, omnium, qui hodie in omni regione viuunt, doctiſſimi, atque hi noctu diúque legis ſtudio incumbunt. Loquitur de Iudæis tum Lutetiæ degentibus, & ſtudiis ſuis Hebraïcis incumbentibus.

k NORVEGIAM ſub gelido axe (Onuphrius Sueciã addit) ſua prædicatione ad Chriſti fidem perduxit, antequam eſſet Roma. Pontifex. *Plat. Ioan. Stella in Chro.*

Templorum reſtaurator inſignis. Guilelmi Siciliæ regis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob rapta Ecclesiæ bona excommunicati subditos, omni sacramento liberat. *Plat.* Gradensem Ecclesiam primatum super omnes Venetorum, Istriæ & Liburnorum Ecclesias obtinere declarauit. *dec.2. lib.5. Blondus.*

Inter eum & Fredericum Imp. leui de causa persecutiones exardescunt.

Vuilhelmus seu Guilielmus huic Pontifici reconciliatus ab eo declaratur & coronatur Rex vtriusque Siciliæ: quam acceperat in feudum, *Crant.li.6.cap.16.* Ex eo tempore Regnum Siciliæ appellatum est Patrimonium Petri. Immò verò longè antè. Nam D. Gregorius sæpe in Epistolis, Siciliam patrimonium suæ Ecclesiæ appellat: vt supra in Bonifacio 3. docuimus ad an. 607.

D. Bernardus Abbas Clareuallensis oraculum sui sæculi, vitæ sanctimonia & summis miraculis clarus obiit an. ætatis 63. & an. Christi 1153. *In eius vita lib. 5. cap. 2.* postquam centum quadraginta sui ordinis monasteria per se, etsi alienis impensis construxisset *Chron. Hirsaug.* Alexander 3. PP. eum in Sanctorum numerum retulit an. 1165.

Eo intercedente Fredericum & Conradum duces, Bambergæ Lotharius Imp. in gratiam recepit. *Frising. lib.7 cap.19.* Sican. 1144. eodem conciliante Theobaldum comitem Ludouicus rex. *Sigeb. Cont.*

Balduinus. 3. qui Hierosolymorum rex fuit ab an. 1142. ad 1162. Alcalonem capit, ibique Episcopum constituit. *Tyrius lib.17. cap.30.* vel 1157 iuxta R. Ioseph.

1158. Norandinum ab obsidione Speluncæ vrbis, magna eius clade remouit. *R. Ioseph in Chron.*

Eius denique tempore Sagninus Turca, cum nostris multa bella in Oriente gessit, Edessa etiam expugnata. Germani & Franci in terram sanctam venêre. Norandinus Sagnini filius, Damasci Dominum vi se constituit. Post Francorum reditum fines Antiochiæ vastauit, Remundi loci principis capite, ad Baldensem Calipham misso. Manuel de manibus R. viduæ Remundi Antiochiam recepit. Turcæ Hierosolymam frustra obsedere. *Ibid.*

1157. Americus Patriarcha Antiochenus, ignominia affectus à Regnaldo Castellano, qui hæredem Antiochiæ in vxorem duxerat, Hierosolymam fugit. *Ibid.*

Sed postea an. 1160. à Balduino restituitur, postquam Reginaldus ad Edessam fuisset à Turcis captus. *Ibid.*

Visio admirabilis Tondali militis in Hibernia, his temporibus facta dicitur. *Chron. Hirsaug.*

Post Reginaldum Boemundus eius priuignus, in Patriarcham & Episcopos sæuit: frustra intercedente Balduino Hieros. rege. Quod dissidium res Turcarum mirè auxit. *Nauc. gener. 39. Tyri. lib.22.*

1158. Liuonia regio, quæ hodie vocatur Lisland. cœpta est tunc primum à mercatoribus Christianis explorari: vbi cùm plurimi lucri causa sæpe aduentarent, S. Menardus tunc presbyter doctissimus Christum prædicans: multos eorum, inter quos erat Cobbe Liuoniæ Princeps, à gentilitate ad fidem Christianam traduxit. Ipse postea rogatu Cobbe Principis ab Alexandro 3. PP. designatur illius loci Episcopus, vbi nunc est Riga Metropolis. *Crant. lib.7. cap.14.*

Eodem an. Siciliæ rex Guilhelmus captam Sibyllam, quę est Metropolis insulæ Getæ inter Africam & Babylonem Ægypti, Christianis incolendam dedit, præposito Archiepiscopo. *Sigeb. Continuat.*

HYMENA.

Eodem Manuel Imp. Const. profectscitur in Ciliciam, contra Turum principem Armenię, qui illam prouinciam ei eripuerat

Anni mundi.		Anni Christi.
5242	*Patriarchis.*	1154
	Constantinopoli Constantino 4. deinde Luca an. 12.	
	Antiochiæ Aymerico.	
	Hierosolymis Fucherio, deinde Almarico, an. 23.	
	Principibus.	
	Manuele Comneno Orientis Imp. centesimo decimo septimo.	
	Frederico 1. Ahenobarbo seu Barbarossa Occid. Imp. vigesimo secundo.	
	Ludouico 9. dict. 7. Fr. Reg. trigesimo septi.	
	S. Zalibala Æthyopũ pret-Ioso.	
	Sancio tertio Hispaniæ sexagesimo.	
	Stephano Fráco Angliæ, vigesimo quarto, deinde Henrico 2. Andegauensi, an. 34.	
	Boleslao Crispo Poloniæ.	
	Balduino 3. Hierosolymorum rege quinto.	
5247	*Alphonso Portugalliæ.*	1159

Ann. Chr. ſ.		Anni mundi.
	Dauide Scotiæ, deinde Macolmo. an. 12.	
	176.	
1159	ALEXANDER III. Senensis, an. 21. d. 19.	5247
1180	Vacat dies 14.	5268
	Patriarchis.	
	Constantinopoli Luca, deinde Michaele 3. an. 9. Charitone an. 1. mens. 2. Theodosio an. 6	
	Antiochiæ Aymerico.	
	Hierosolymis Amatrico.	
	Principibus.	
	Manuele Comneno Constantinopolitano siue Orient. Imp. 117.	
	Frederico Ahenobarbo siue Barbarossa Occid. Imp. vigesimo secundo.	

eripuerat depulsis Græcis. *R. Ioseph vbi supra.*

Sequenti 1159. item inter vtrumque diremit Balduinus Hierosolymorum rex. *Ibid.*

Mediolanum septem annos iam obsessum Friderico Imp. Iudæi produnt. *Bergo. lib.12.* quam vrbem postea diruit: & sale conspersit, auctoribus defectionis secuti percussis.

Brixiam, Cremam & alia multa Lõgobardiæ oppida idem cepit. *Chro. Hirsaug.*

Malcolmus Scoti rex quartus, regi Anglorum homagium primus præstitit.

An. 1158. electis, qui supererant in Obotritorium terra Sclauis, incolas ex Hollandia Frisiaque Henricus Saxo substituit. *Helmold. cap.88.*

Ducem Boemiæ regia dignitate & titulo insigniuit, ob res præclarè ad Mediolanum gestas: renunciatione & confirmatione publicè & solenni ritu facta.

A Gunthero poeta versibus celebratur.

CONFIRMAT ordinem Carthusiensium. *Fascic. temp.*

Optimè præfuit, quatuor Antipapis è medio sublatis, quos contra ipsum erexerat Fredericus Imp. bello furens contra Italiam.

Doctissimus fuit præcipue in sacris literis, decretis, Canonibus, & Romanis legibus. *Conti. Sigeb.*

Alphonso Portugalensium nouo & primo regi coronam per Albertum Cardinalem tradit, ea lege, vt quotannis Portugallenses reges duas auri libras Ecclesiæ Romanæ persoluant. *Garibay p.4. lib.34. cap.16.*

Romæ moritur sublatis prius è medio quatuor Schismaticis pontificibus, quorum seditionibus Ecclesia Romana penè subuerla est.

Cæsarianos Pseudo-pontifices excommunicatos, quanquã integra ætate, senex iusto Dei iudicio sepeliit. Fauebant ei legitimo Pontifici duo Reges, Ludouicus Galliæ & Guilielmus Siciliæ. *Ionius lib.1. vito illust.*

Eo tempore Guelphorum & Gibellinorum factione Italiã præcipuè miscebant. Guelphi auctoritatem Romani Pont. contra Cæsarem tuebantur.

Frederici Imp. vim metuens ad Venetos confugit. Verum Othone Imperatoris filio qui cum classe pontificem repetebat, à Venetis victo & capto: pax Italiæ est reddita. *Cromer. lib.6. de rebus Pol.*

Ad eius pedes procubuit Fredericus Imp. petens absolutionem excommunicationis, *Plati.* Ferunt Ludouicum Francorum & Hericum 2. Anglor. reges, pedites ei inseruisse stratoris officio, ac læua dextraque frænum equi ipsius tenentes eum per Totiacum vrbem magna cum pompa deduxisse.

Cuius eos pudere non debuit. Nam & magnus ille Constantinus, longe potentior, & Sanctior, priùs id honoris Sylueltro Christi vicario exhibuerat. *Photius in Nomocanone.*

Illum prensabat Emanuel Orientis Imp. Occidentis Imperiũ ambiens, nõ ignarus inimicitiarũ eius cum Friderico. *Plati.*

Fredericum Occidentis, Emanuelem Orientis Imperatores: Gulielmum Siculum & Longobardos dissidentes, in gratiam reduxit. *Martinus Polonus.* Henricum quoque regem Anglorum & eius filium. *Continuat. Sigeb.*

Præter vnum D. Petrum, qui 25. ferè annis, Sylueſtrum primum & Adrianum primum, quorũ vterque 23. annis præfuit, cæteros annorum numero in Pontificatu superauit. *Ibid.*

Cazimiri regis Poloniæ leges, quibus (an. 1079.) post quatuor Russiæ prouincias occupatas regnum suum ornauerat, confirmat. *Funcius.*

Inter Sanctos Bernardum Clareuallensem Abbatem an. 1165. id est, duodecim post eius mortem annis retulit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thomam Cantuariensem Archiepiscopũ 1174. id est tribus post eius necem. *Anni mundi.*

Sub hoc Alexandro, totus tunc orbis Christianus, mutuis bellis ferè collidebatur. Veneti cum Hungaris, & Græcis de Dalmatiæ dominatu decertabant. Græcorum Imp. Emanuel ab Alexandro Pontif. non ignarus inimicitiarum eius, cum Friderico; magnis pollicitationibus & donis Occidentis imperium ambiebat. In Anglia Henricus rex, Thomam Cantuariensem cùm occidisset, à filio regno pellebatur. Fredericus Imp. Longobardiam & Italiam vexabat. Germaniam Henricus Saxonum dux motibus concitabat. Boëmia ciuilibus bellis distinebatur. *Crom. lib. 6. de rebus Polon.* 5247

Alexander Lutetiam se contulit, & sacella multa in Sancti Germani de Prato Ecclesia dedicauit. *In Chronic. Monasterij Sancti Germani Pratensis quorum ibi fragmentum pendet de Sacellorum quorundam cancellis.*

1175. Fredericus Imp. totum imperium Romanum turbat, propter inobedientiam & rebellionem contra sedem Apostolicam. Excommunicatus Pontificem verbis, scriptis, & armis persequitur, cunctósque cum illo sentientes. *Chron. Hirsaug.*

In Asia Emanuël Orientis Imp. in prælio quodam captus à Turcis, inox ex pacto dimissus, paulò post obiit. *Cromer. ibid.*

Almericus Hierosolymorum rex sextus ab anno 1162. ad 1173. In eum Ægyptij rebellarunt, nec voluerunt, vt patri fecerant, tributum pendere, donec Soltanus audiens Siracum à Norandino Turca Damasci principe missum, in Ægyptum cum exercitu properare: se iterum ei subdidit, malens nostris esse tributarius, quàm Turcis.

Cum Norandino, qui annis 29. Alepi Dominum se gessit, sæpius pugnauit.

Siracum eius ducem in Ægypto vicit & Soar Sultanum liberauit.

Saladinum Siraci nepotem Alexandriæ obsedit, donec Hugonis Cæsareæ principis captiui interuentu, pace facta, tota Ægypto Siracus cessit.

1163. Hugo & Godofredus Germaniæ Principes, Tripolim appellentes Norandinum cæciderunt. Sed paulò pòst ad Antiochiam capti sunt à Norandino, bellum gerente contra Boëmundum Antiochiæ principem, Calumnosum Manuelis in Cilicia ducem & Turum regem Armeniæ.

1165. Pelusium cepit. Mox Siracus à Norandino missus in auxilium Sultani Soar, proditione ipsum Soarem occidit: & Sultanum se Turcarum primum constitui, à Calipha Ægyptio impetrauit.

Cui mortuo successit Saladinus, qui per 20. annos bella varia cum Christianis gessit; eósque tandem dominio terræ Sanctæ exuit. *Hæc omnia è R. Ioseph Vbi suprà.*

Idem Almericus ad reges occidentis, an. 1170. legatos misit contra Saladinum omnia in Syria expugnantem.

Quin & ipse an. 1171. ea de causa Constantinopolim venit. *Ibidem.*

1175. Balduinus 4. rex fit Hierosolymorum septimus, sed quia adhuc etat puer, nempe annorum 13. administratio demandata est Remundo Tripolis principi. *Idem.*

Cum Saladino multa bella gessit, vario matte. Zoram propè Damascum ei eripuit. Regnauit ab an. 1175. ad 1186. *Ibi.*

Petrus Longobardus cognomento Magister sententiarũ, qui Episcopus Parisiensis, an. 1160. salutatus est cessione Philippi Ecclesiæ illius Archidiaconi, Ludouici regis fratris, qui alioqui à maiore parte electus fuerat. *Æmil. in Lud. Iuniore. Contin. Sigeb.* 5268

Primus Latinorum Theologiam per antiquorum libros sparsam,

Ludouico 9. dict. 7. Francorum Rege, trigesimo septimo.

S. Zalibala Æthyopũ pret-Ioso, deinde Imra, an. 40.

Sanctio 3. Hispaniæ sexagesimo, deinde Ferdinando 2. an. 17. Alphonso 9. an. 38.

Henrico Andegauensi Angliæ, vigesimo quinto.

Boleslao Crispo Poloniæ, deinde Miecislao sene, an. 4. Cazimiro an. 17.

Balduino 3. Hierosolymorum rege quinto, deinde Almerico rege sexto, an. 12.

Balduino 4. an. 2. Alphonso Portugalliæ rege primo.

Macolmo Scotiæ, deinde Vuillelmo, an. 49.

Schisma 19. quod durauit an. fermè. 20.

Octauianus, qui & Victor 4. contra Alexandrum à tribus tantum, vel vt alij volunt quinque Cardinalibus factione Imperatoris Ahenobarbi electus PP. sedit an. 4. mẽs. 7. 1180

Anni Christi. 1159

Anni Christi. | *Anni Mundi.*

CONCIL. *Claromontense, præside Alexandro Rom. Pont. contra Victorem, & Fredericu. Imp. celebratum fuisse, testantur Platina & aliqui alij.*

Cistercienses habitum Morimundi. Helmold. lib. 2. cap. 9. de Slauis.

1163. *Turonense, præside Alexandro Papa, quo in Concilio acta Concilij Papiensis, in quo Victor Pseudopontifex, & Fredericus Imp. præfuerant damnata sunt, & vterque excommunicatur. Contin. Sigeb. Æmyl. lib. 5* 5252

1164 Calixtus 3. Victori in schismate succedens, sedit ferè an. 6. 5252

1169 Paschalis 3. anteà appellatus Ioannes, à quibusdã electus post mortẽ Calixti, iussus tãdem est à Friderico Imp se abdicare pontificatu: sic initium est schismæ, postquam sedisset an. 7. mens. 5. 5257

1171 CONCIL. *celebre plurimorum Episcoporum, coactum ab Henrico Angliæ rege Cassels, quæ vrbs est Hiberniæ insulæ, ad corrigenda ea quæ minus rite secundũ dogma* 5259

sparsam, in certam methodum artémque redegit, æmulatione Io. Damasceni, qui ante quingentos annos idem Græcis & Syris præstiterat. Illa autem methodus illo Damelis Versiculo recoli potest. *Est Deus in cælo reuelans mysteria.* Nam apud vtrumque primus liber est de Deo Deique essentia, natura, proprietatibus, attributionibus. Secundus De cælo cælique & rerum cælo comprehensarum creatione. Tertius de reuelatione, siue incarnatione Domini, & rebus ad eam pertinentibus. Quartus de Mysteriis & Sacramentis.

Gratianus Bononiensis monachus, rapsodus libri Decretorum, quem & summo Pontifici confirmandum obtulit.

Petrus Trecensis cognomento Comestor vel Manducator, auctor scholasticæ historiæ, si nonnullis credimus, fratres nothi. *In vita Gratiani.* Alij contra putant eos nec Germanos nec συγχρόνους fuisse: sed ipsi falluntur, quod ad eorum tempus pertinet.

Richardus à S. Victore Theologus Parisiensis. Lucas S. Cornelij Abbas. Richardus Cluniacensis Chronographus.

Contra Petri Longobardi aliqua capita, scripserunt Gulielmus episcopus Senonensis, Ioannes Gornubiensis in suo Eulogio, & Ioachim Abbas.

Hugo Etherianus, qui ad hunc Alexandrum suos tres libros de processione Spiritus S. scripsit, & apud Emanuel m Imp. Constantinop. magnæ fuit auctoritatis. Errat enim Trithemius, dum illum locat sub Alexandro 4. Multa Græcè & Latinè scripsit.

Leo Tuscus interpres Liturgiæ D. Ioannis Chrysostomi se eius σύγχρονον esse scribit.

Bandinus alter auctor librorum. 4. sententiarum Theologicarum. Nam nescitur vter, ipséne an Petrus Longobardus fuerat cuculus, alienum sibi supponens partum, vt fit in Plinio & Solino. Hoc vnum scitur Theologiam Scholasticam ab his duobus præcipuè fuisse fundatam, ob subtiles Græcorum contra Latinos disputationes de Trinitate, de Processione S. Spiritus, ob Berengarianos & Petrobusianos contra Sacramenta mula temerè & curiosè effundentes, ob Gilb. Porretanum, Petr. Abaillardum Philosophos Theologiæ philosophiam admiscentes, vt spinosas & subtiles quæstiones decideret & amputaret. Æmulati sunt Damascenum, cuius 4. libros de Orth. fide, citant, ordinem & methodum sequuntur.

Otho Frisingensis Episcopus filius S. Leopoldi, frater Henrici ducis Austriæ & Freder. Imp. patruus, Chronologiã ab orbe condito ad annum Christi. 1150 octo libris pertexuit. Primus Bauaros rationem disputandi Aristotelicam docuit. *Æn. Syluius.*

Helmoldus canonicus Bursonensis, Historiam Henetorum siue Sclauorum à Carolo Magno ad Fredericum Ænobarbum ceu vsque ad an. Christi. 1168. perduxit.

Petrus Blesensis Archidiaconus, Thomas Græcus Arnoldus Abbas Bonæuallis, Guibertus Abbas Gemblacensis, Petrus de Riga Remensis, Ganfredus Antisiodorensis, Ioannes Episcopus Carnotensis, Balduinus monachus Abbas Fordiensis, postea Vuigorniensis Episcopus, Baldumus Archiepiscopus Cantuariensis, Ecbertus Abbas S. Florini, Odo Cantianus scriptores Ecclesiastici. *Trit. de scripto. Contin. Sigeb.*

Ordo Vuilhelmitarum seu Gulelmitarum (quos vocant heremitas) sumpsit initium à Ioanne Bono Mantuano. *Sabel. Ennead. 9. Fascicul. temp.* Nomen autem à Guilielmo Aquitaniæ duce & Pictauiensium comite, qui eam familiam condidit, vt sectarentur collectam ex D. Augustini operibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

regulam.

S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, cognomento Bequetus, sit martyr in Anglia, an. 1171. *Tyr. lib. 20. c. 23.* Quam ob cædem Henrico 2. tunc Angliæ regi specie pœnitentiæ iniunctum est, inter cætera ab Alexandro Pontifice Rom. vt ipsius subditi possent liberè ad Romanam curiam prouocare: & ne deinceps vllus esset rex Angliæ, quem Roma. Pōtifex non designasset. *Polyd. lib. 16. hist. Ang. Blond. lib. 5. dec. 2.* Henricus. 8. Angliæ Rex ipsius S. Martyris reliquias incendit, an. 1538.

Petracensis vrbs vltra Iordanem in finibus Moab, secundæ Arabiæ metropolis, an. 1167. episcopali dignitate insignitur. *Tyr lib. 20. cap. 3.*

An. 1168. Rugiani Slauorum gens, ab Erico Danorum rege & vincuntur & Christo lucrifiunt. *Saxon lib. 15. & 16.*

Finlandi ab Erico Suecuorum rege, cruento prælio superati: Christum agnoscunt. *Ioan. Mag. Goth. lib. 19. cap. 3.*

An 1172. Petrus Legatus Rom. Pontif. sese Agennensibus hæreticis opposuit. *Contin. Sigeb.*

An. 1172. Ioannes Cardinalis ab Alex. Papa Constantinopolim missus, petente id Manuele Imp. vt Græcorum ecclesiam Romanæ vniret: à Græcis immaniter occisus est, & per vicos vrbis raptatus. *Sigeb. Contr.* Manuelis odio Andronicus hanc patrauit cædem. *Cuspinian. de Impp.*

Ordo Carmelitarum (qui tunc variegata Chlamyde induebantur) initium habuit in desertis Syriæ, Almerici Antiocheni antistitis opera. *Polyd. lib 7 deinuento. re. c 3.* Sed eorum origo altiùs repetitur, nempe à Prophetis Elia & Elisæo, qui Carmelum montem terræ sanctæ primi consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura, filios Prophetarum appellat. In Europam, eum postea induxit Albertus patriarcha Hierosolymitanus. Primi sunt mendicantium.

Milites D. Iacobi sub ritu S. Augustini, approbante Alexandro PP. exoriuntur in Hispania. Primus eorum magister fuit Petrus Ferdinandus. *Polyd. ibid cap. 5.*

Calatrauenses milites à loco denominati, auctore Sanctio rege circiter an. 1160. oriuntur. Nigrum vestitum cum rubra gestant cruce, ac Cisterciensium æmulantur regulam. *Polyd. li. 7. de Inuent cap. 5.*

Burgundio Pisanus, Chrysostomum in Ioannem in Latinū vertit. *Contin Sigeb.*

1164. Quidam hæretici de secta Catharorum, siue Cataphrygum, se mundos & solos Christianos asserentes: cæteros immundos & hæreticos, nec sibi obesse vlla flagitia, allegantes illud Pauli, Omnia munda mundis: Vbi de Flandriæ partibus Coloniam venissent: nec die Dominico Ecclesiam intrarent, detecti sunt. *Chro. Hirsaug.*

Cum eorum hæresiarchis Arnoldo, Marsilio, & Theodorico publicum disputationis certamen iniit. Eckbertus Abbas, cúmque nullis rationibus ad sanitatem reuocarentur, Coloniæ exusti sunt, cum quinque aliis maribus & duabus fœminis. *Ibid.*

Ex reliquiis Tādemi Adamitæ, de quo suprà cuius errores, etsi per fratres S. Norberti Præmonstratensis in inferiore Germania, & magna ex parte fuêre extincti, repullulatūr tamen in diuersis mundi Prouinciis, præcipuè in regno Boemiæ, in Alsatia, Turingia, &c. vt vsque in præsentem diem duret, quamuis occultè. *Trithem. in Coron. Hirs.*

Vualdensium (qui sic dicti sunt ab Vualdo Lugdunen eorum authore) siue pauperum de Lugduno variæ hæses exoriuntur, anno 1170. *Guido Carmelit. lib. de hæres.* Bernardus

Anni mundi.		Anni Christi.
	Christianum fiebant in Hybernia: (nam singuli pro opibus plurimas habebant vxores) quam ipse Henricus nuper edomitam, ab Alexādro Papa dono acceperat: cum iā ab initio post Christianam religionem acceptā, Hyberni sese ac omnia sua in Romani Pontificis ditione dedidissent. *Polyd. lib. 13. Ang. hist.*	
5266 vel 5268	Vndecimum generale Concilium (secundum vniuersale Latinorum) aliis primum Lateranense, celebratum fide Alexādro. Rom. Pont. Episc. 280 (Vel. 300. vt alii Tyrius li. 21. c. 26) cum Orientalium, tum Occiduorū: continens 30. capita de reformādis moribus, tam Laicorum quām Ecclesiasticorum, & ne infidelibus arma deferantur. *Antonin. tit. 17. c. 1. Tom. 3. Concil. In eo secta Vualdensium damnatur. Item Catharorum qui etiam patrini & Publicani. In eo etiam lex salutaris, de duabus tertijs suffragiorū Cardinalium ad euitanda in posterum Schismata facta est.*	1178 vel 1180

Anni Christi.		Anni Mundi.
5265	CONCIL. Northantonii in Anglia celebratur, à quodam Cardinale nomine Hugone legato Rom. Pontificis, conuocatis tam Anglicanis quàm Scotis Episcopis, ad cōponendas lites inter Cantuariensē & Eboracensem Archiepiscos, qui contendebant de primatu in Scotos Episcopos, qui cessit Eboracensi. *Polyd. lib. 13 hist. Ang.*	1177
5266	*Concilium alterum Northantoni coactum Episcoporum Angliæ, præside Hugone quodam Cardinale legato sedis Apostolicæ. In eo multa & varia pro Christianæ religionis statu agitantur. Polyd. lib. 13. Angl. hist.*	1178

nardus. Lutzemburgus eas reiicit in annum. 1218 Inter multa dogmata, quæ ipsis attribuit Æneas Syluius cap. 35. hæc sunt, Preces pro mortuis, & purgatorium ignem esse inuentum auaritiæ Sacerdotum: delendas sacras imagines: Confirmationem & extremam vnctionem non esse sacramenta: auricularem confessionem esse nugacem: Sacerdotem quocunque loco, quocunque tempore sacrum Christi corpus conficere posse, & sufficere si verba sacramentalia tantùm proferat. Iidem fortasse cum hæreticis illius temporis, quos auctor (qui tunc degebat) continuationis historiæ Sigeberti vocat Agenenses.

HVMANA.

Ann. 1162. Cingi siue Cangi Tartatus faber extra Imaum Magnus Cham siue Imp. gentis suæ per seditionem creatur, mox vicinos subigit, & tandem Vmcanum ipsum dominum suum, qui à Latinis presbyter Ioannes vocabatur, & in India & Serica, non Æthiopia, imperabat. Illic deinceps imperiū Orientis, desiit esse penes Christianos, manstit tamen religio incolumis: vnde & totus Oriens Christianis respersus est, & prouincia Tenduc, vbi erat presbyteri Ioannis Regia, tota penè Christiana. *Hæc ex M. Veneto, qui horum fuit spectator.*

Inde eius posteritas in Scythia & India latissimè regnat, collocata regni Metropoli in Catay & Quinsai, & tota Scythia Tartariæ nomen sortita.

Quidam Sardensis mente captus, elapsus à patentibus, diu more ceruorum vixit, gradiens pedibus manibúsque & vescens eorum pabulo. Tandem cùm Rex Sardiniæ insulæ venaretur, captúsque fuisset cum ceruis aliis, parentibus eum alloquentibus nihil respondit, sed necappositum panem & vinum gustare voluit, contentus herba: vnde & paulò pòst media nocte clàm, manus parentum euadens, ad ceruos rediit: nunquam postea visus ab aliquo. *Abben Ezra in cap. 4. Daniel.*

1163. Moguntia ob necem Arnaldi Archiepiscopi, iussu Frederici Imp mænibus exuta est, & sic sine muro per annos triginta septem permansit. *Chron. Hirsaug.*

1164. Oceanus in inferiore Germania per. 12. milliaria effusus in terras, multa hominum millia, maximè circa fluuium Vueseram submersit. *Chron. Hirsaug.*

1166. Siracus Turca occiso Soare Sultano Ægypti, se Turcarum primum à Calipha Ægyptio constitui obtinuit. Nam præcedentes Sultani erant Ismaëlitæ siue Saraceni. *R. Ioseph sacerdos in Chron.*

Eo deinde mortuo, Saladinus nepos Sultanus designatus est, qui ingressus ad Calipham Dominum suum, vt de more adorans Sultanismi insignia de manu eius acciperet, Calipham occidit cum tota ipsius familia, eiúsque Thesauros direptos militibus suis distribuit: séque Sultani & Caliphæ titulis simul eodem die exornauit. *Ibid.*

Inde per. 20. annos varia bella contra Christianos gessit, eósque tandem Dominio terræ sanctę exuit. *Ibid.*

Bernæ fundamenta iecit Bertoldus 4. Zeringiæ & Burgundiæ minoris dux, necnon Geneuæ & Lausanæ princeps, qui obiit an. 1185. Eam Bertoldus. 5. deinde. 1191. cum suis pagis imperio attribuit. *Chro. Burg. & Helueticum.*

Cum Berna (quæ lingua Heluetica Vrsum sonat quòd cum ædificaretur casu occurrisset vrsus) Friburgum vrbs ædificari cœpta. *Nauel. Munst.*

1170. Ingens terræ motus, Orientem concussit subuersis multis vrbibus, vt Tripoli Syriæ, Antiochia, Cæsarea,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alebia, Emesa, Amasò. *R. Ioseph in Chron.* Prænuntius cladis nostrorum, qua Orientis possessione excussi sunt à Turcis, principe Saladino. *Anni mundi* *Anni Christi.*

1171. In Gallia prope Aureliam multi Iudęi combusti sunt quòd increbruisset eos puerum in fluuium mersisse. inter eos R. Iehiel F. R. Dauid, & R. Iekuthiel sacerdotes discipuli R. Semuel. *Ibid. R. Ioseph.*

Hunc diem Iudæi Franci & insulani, anniuersario luctu & ieiunio recolunt. *Ibid.*

Eodem Coloniæ R. Beniamin & R. Abraham Scriba, de adulterato argento accusati pœnas euaserunt, Iudæis eos 140. aureis redimentibus. *Ibid. ex R. Ephraim F. Iacob.*

1176. R. Mose filius Maiemon absoluit suum Misna, quo totum Talmud lingua purè Hebraica elegantissimè est complexus.

Tzetzes tunc Græcè varia commentatur.

1177. Blesis habitantes Iudæi, puerum Christianum in crucem egerunt: die Cœnę Dominicæ. *Sigeb. Cont.*

Ob quæ & huiusmodi alia, Galliæ & Germaniæ vulgus passim in istos sæuit. *Frising. lib. 1. cap. 37. de gestis Frederic.*

1179. Philippus Franc. accusatoribus Iudæorum, quòd singulis annis funderent sanguinem innoxium: aurem non præbuit, sed pro eis legem tulit. *R. Ioseph. in Chron.*

1180. Colonię ob puellam inuentam mortuam in Rheni ripa, Iudæis fluuium nauicula traicientibus, Iudæi plerique occisi sunt. Cæteros Fredericus Imp. 500. aureis mulctauit. *Ibid.*

Miecislaus senex Monarcha, ter deiectus Poloniæ principatu.

177.

m Lvcivs literatus fuit. *Tyr. li. 22. cap. 7.* Vixit an. fermè. 50. in Cardinalatu. *Onuph.* Principibus auctor fuit, vt in Asia laborantibus Christianis suppetias ferrent. *Plat.* ab vrbe deiectus est, quòd ex ea consulum nomen abolere niteretur. 5279 5283

m Lvcivs III. Lucęsis, natione Tuscus, an. 4. mens. 2. dies 18. Vacat dies 12. 1181 1185

Primus iuxta constitutionis formam positam in 11. concil. Lateranensi creatus est pontifex.

Ad hunc vsque Nicolaus maniacutius, Heroicum carmen de Romanis Pontificibus edidit: & nomina 178. Pontificum centum viginti quatuor versibus scitè concluſit.

Theodorus Balsamon iurisconsultus & theologus, Antiochenus postmodum Patriarcha (sed nomine tenus. Nam Latini adhuc Antiochia potiebantur, in eáque Latinos Pastores præficiebant) multa hoc tempore scripsit, vt ipse de se testatur in præfatione super Nomocanonem, *Nicetas quoque lib. 3. de Isaacio.* Sed aliquot errores suis libris immiscuit, ex Ioanne Citri episcopo, qui eum audiuit, responsis ad Constantinum Cabasilam Ditrachij Archiep.

Sedit contra Aymericum tertium è Latinis Patriarcham capta à Turcis Antiochia an. 1186. Tum enim Isaacius Imp. Theodorum Bals. patriarcham nominauit Quemadmodum postea Hierosolymis captis, illic Græcum Laconicum siue Leonium virum eruditum Patriarcham Hierosolymitanum constituit. an. 4. Deinde Dositheum (*Nicetas lib. 3.*) Vnde intelligitur Isaacium collusisse cum Saladino. Vel alter Patriarcha Antiochenus, erat, titulo tenus duntaxat. Nam vel quando Latini erant Patriarchæ, non desierunt Græci suos instituere, & continuare vsque ad hodiernum, qui Ioachimus nominatur.

Ad interrogationes cuiusdam Marci Alexandriæ Patriarchæ respondit, sed peruersè in multis & contra Canones. *Ioannes Citri episcopus vbi supra.*

Petrus Comestor, iuxta quosdam, viget.

Hoc

Anni Christi. *Anni Mundi.*

Philippo. 2. cogno. Theodato & Augusto, an. 43 Franc. Reg. trigesimo octauo. 1177

Hoc tempore bella terræ sanctæ inualescebant. *Vuicelius.*

Saladinus Castro de Vado Iacobi vi expugnato, Templi milites ferris medio dissecuit sub an. 1180. reliquos sacerdotes capite damnauit. Plebi vitam promisit, si nepotem bello captum restituerent. *Sigeb. Cont.*

Armeniorum rex cum omnibus episcopis & regni subditis an. 1181. se sedi Apostolicæ subiicit.

Eodem Balduinus Hieros. rex, Ægyptiorum regem Saladinum non longè ab Ascalone superauit: & in fugam vertit. *Chron. Hirsaug.*

Balduino mortuo. 1182. Saladinus à Remundo Tripolis Principe, qui inimicitias exercebat cũ Guidone Lusignano nono & nouissimo Hierosolymorum rege, inuitatus multas vrbes Christianis eripuit: indèque per deditioné Hierosolymam. *R. Ioseph in Chronicis.*

Postquam omnes captiuos occidisset præter Guidonem regem & magistrum militiæ eius. Qua potito victoriâ Acco, Berytus & cæteræ regni vrbes sese dediderunt: præter Ascalonem. *Idem.*

Eodem an. 1182. Heraclius vltimus è Latinis Hierosolymorum Patriarcha, ad Lucium Papam & Philippum regem venit: petitum auxilium, contra Saladinum Ægyptium. *Gagui. lib. 6.* Claues vrbis & Sancti sepulchri, ipsi attulit regnum eius iuri subiiciens. *R. Ioseph.*

Inde Philippus exercitum Hierosolymam misit, sed intempestiuè. Quin & Heraclius venerat, conquisitum auxilia post cladem à Saladino factam. *Blond. de decli. lib. 6. decade secunda.*

Eius anno septimo Hierosolyma capitur. Tum contra eum sedit Laonicus siue Leontius Græcus.

Guilelmus Tyrius Archiepiscopus, quintus ex Latinis, suã historiam de bello sacro Latinorum contra Turcas & Sarracenos, 84. annos complectentem, ab anno Christi 1100. vsque ad annum. 1184. persequitur.

Scripsit etiam historiam Orientalium, annorum 570. Acta Synodi Lateranensis & alia quædam. *Ipse lib. 21. cap. 26.* Octogenarius obiit sub an. 1219. Heroldus.

Alexij Comneni tempore, dogma motum est de Mysteriis altaris, illãne essent corruptibilia, an incorruptibilia. Ea esse incorruptibilia confirmauit Alexius. *Nicetas libro 17. Orthodoxiæ.*

Ann. 1183. Multi hæretici combusti sunt in Flandria, iussu Philippi Flandrensium Comitis, & Guilelmi Remensis Archiepiscopi, sedis Apostolicę legati. Illi dicebant omnia æterna à Deo, corpus autem hominis & temporalia à Luciabelo creata esse: baptismum paruulorum & Eucharistiam reprobabant: sacerdotes ex sola auaritia missas celebrare calumniabantur. *Guilel. Nangia. Vincent. lib. 29. cap. 26.*

Septem millia Cotarellorum, qui regionem Biturigensem vastabant, ab illius terræ incolis interficiuntur. Ipsi persequebantur maximè viros Ecclesiasticos, quos miseris mortibus conficiebant. Sacrum Christi corpus pedibus conculcabant, & Ecclesias incendebant.

Philippo. 2. cogno. Theodato & Augusto, an. 43 Franc. Reg. trigesimo octauo.

S. Imra Æthyopiæ pretIoso, an. 40.

Alphonso 9. Rege Hispaniæ, sexagesimo secundo.

Henrico 2. Andegauẽsi Angli, ævigesimo quinto.

Cazimiro 2. Poloniæ.

Balduino quinto Hierosolymorum rege octauo an. 6.

Alphonso Rege Portugalliæprimo, deinde Sãctio an. 26.

Vuillelmo Scotiæ.

1185 *CONCIL. Veronense, præside Lucio Papa, vt Christiani oculti Principes Asianis contra Turcas ferrent suppetias, & contra Romanorum superbiã. Platin.* 5285

HVMANA.

Andronicus, vt Alexio puero nepoti imperium raperet, aula summouit æmulos, deinde puerum 15. annos agentem neruo arcu eliso immaniter strangulatum arcæque plumbeæ inclusum, in mare demersit, atque desponsatam illi Annam Francorum Regis filiam vxorem duxit.

Alexium vindicaturus Vuilielmus Siciliæ rex, prælio aggre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditur Tyrannum & vincit. Qua occasione Haacius seditione excitata fugientem comprehendit, & mutilat altera manu & oculo. Deinde scabro camelo facie ad caudam versa, per vrbem circumducit, vbi vulgi tumultu vncis & harpagonibus penè frustulatim discerptus est. *Anni mundi.*

Eustathius Thessalonicensis episcop. qui in Homerum & alia scripsit, adhuc vigebat.

Tartari circa an. 1180. Duce Cingis aut Chonigast, ab Oriente progressi Europam Orientaliorem miserè afflixerũt, indéque hodie in Hordas diuisi cognoscuntur.

Alphonsus 9. Hispaniæ rex Blancæ nostri D. Ludouici matris parens, regnat an. 38.

Iudæi è Francia expulsi sunt, & eorum synagogæ euersæ, vel mutatæ in Ecclesias, edicto Philippi Regis, quòd Christianum puerum in Christi ludibrium cruci affixissent, & grauissimis vsuris vexarent Frãciam. *Æmil. lib. 5. Gagui. lib. 6.* Verùm non multò pòst tempore redeuntes, ab eodem admittũtur. *Æmil. lib. 6.*

Inter eos fuisse aiunt R. Selomonem Iarhhi, quos rex in Germanias expulit. Est autem magni nominis Rabbinus, ordinarius veteris testamenti & Thalmud interpres, qui videtur cognominatus Iarhhi, q Lunensis. Luna autem oppidũ est Prouinciæ Aquitanicæ, vbi Iudæos mansisse scribit D. Greg lib. 4. epist. 21.

1175 Saladinus Damascum eripuit filio Norandini adhuc puero, qui principatum tenebat Alepi, eique præposuit Sirosidulum fratrem. Inde Ciliciam. *R. Ioseph.*

1177. Hierosolymam obsedit, deinde in biennium pacem dedit *Ibid.*

1179. Reuersus profligatus est, paucis è Christiano milite desideratis. Paulò pòst Euphratem trangressus, Carras in Mesopotamia cepit. Edessam quoque & vrbes vicinias fratri Norandini obtemperantes. Mox in Cœlesyriam conuersus, Alepum prouinciæ caput expugnauit. *Ibid.*

1182. à Remundo sollicitatus, bellum vltimum contra regé Hierosolymitanum suscepit, quo multas vrbes, & Hierosolymam ipsam nostri amiserunt. *Idem.* 5183

n VRBANO 2. sedente, Hierusalem fuerat Sultano Ægypno & Saracenis erepta. Vrbano hoc 3. Pontificatum gerente, recidit in eorundem seruitutem. 5285

Dissidentibus enim inter se Christianis, scilicet, Guidone Lusignano Rege Hierosolym. & Raimundo comite Tripolitano, Saladinus Calipha Ægyptius pòst maximam stragé nostrorum ferè. 22000 recepit Hierosolymam cum suo Rege ad Tyberiadem capto anno 1187. 2. Octobris, feria 6. anno 88. (Æmil. 89.) ex quo regnum Hierosolymorum cœperat esse penes Latinos. *Æmil. lib. 5. Blond. lib. 6. dec. 2. 87. Ioann lib. 1. Virorum. Illust.*

Campanas Basilicásque omnes præter Salomonis templum euerti iussit. *Simoneta lib. 5. cap. 82.*

Guilel. Nangiacus Haacij Orientis Imperatoris meminit sub nomine Cursac, quem ait alios vocare Haquinum: sed id non magnã in historia aliena.

Græci mox pòst captam Hierosolymam videntur egisse cum Saladino, vt Patriarchæ constituendi ius reciperent. Nam Leontium, virum eruditione & virtute præstantem, Hierosolymorum patriarcham extitisse & obiisse an. 1187. quo scilicet vrbs capta est, eique Dositheum suc cessisse Haacij Imp. Familiarem, scribit *Nicetas lib. 2. de Isaacio.*

Vrbanus de Turcarum victoris certior factus, Venetias pro compatanda classe contendit. Sed Ferrariæ in itinere, cum negligentius sacrum bellum à Christianis principibus susci pi cerneret, animi mœrore interiit. *Plat.*

178.

n VRBANVS 3. Mediolanensis an. 1.
mens. 10. di. 25 1185 1187

Vacat di. 11.

Patriarchis.

Constantinopoli Basilio, deinde Nicolao. 5. alias Niceta an. 6. mens. 6.

Antiochiæ Aymerico, deinde Rodulpho 2. an. 33.

Hierosolymis Heraclio.

Principibus.

Eisdem Imperãtibus & regnãtibus, & post Andronicum, Isaacio 2. Angelo an. 16. Orientis Imperatore. 120.

S. Imra Æthyopum pret. Ioso, Balduino

Pacem

Anni Christi.

CONCIL. Parisiense, præsente Philippo Rege, Episcoporum Galliæ pro expeditione contra Turcas. Gagui. lib. 6.

179.

1187 o GREGORIVS 8. Beneuentanus.

1188 mens. 1. dieb. 27.

Vacat di. 20.

Patriarchis.

Constantinopoli Nicolao 5. siue Niceta.

Antiochiæ Rodulpho secũdo.

Hierosolymis Heraclio.

Principibus.

Eisdem Imperãtibus & regnantibus.

S. Imra Æthiopum pretioso.

Hierosolymorum & Ægypti Calipha Saladino.

Anni mundi.

Pacem fecit inter Philippum Franciæ regem & comitem Flandriæ an. 1186 *Chron. Fland. lib. 6.*

Decimas Polonis indicit pro recuperanda terra sancta *Chron. lib. 3.*

Bellum Vngarorum cum Venetis composuit. *Idem.*

Danos excommunicat quòd sacerdotes ferrent coniugatos. *Saxo. lib. 15.*

Epistolarum eius particulæ innumeræ extant in Iure Canonico.

HVMANA.

Ann. 1185. Fredericus Imp. omnes Herturiæ ciuitates præter Pistorium, agraria priuat ditione, & multa in Italia peragit. *Chron. Hirs.*

1188. Saladinus persequitur reliquias nostrorum, qui in Oriente supererant *R. Ioseph.*

Henricus. 2. Andegauensis, Anglorum rex, Cymbriam & Northumbriam recepit. Vuallos ad defectionem inclinantes domuit. *Polyd. Mator.*

Deinde an. 1189. moritur. Atque hic Normanorum i. externorum hominum in Anglia principatus finis fuit, pòst annos 122. quàm Guilielmus primus regno Angliæ potitus est *Polyd. lib. 13. Angl.* 5285

o QVIDAM Historiographi hunc prætermittunt. 5286

Totus autem in bellis fuit contra hostes Christi, vt reciperet Hierosolyma. *Vuitelius.*

Tractans de recuperanda Hierosolyma Pisis moritur. Pontificatus die 57.

Perpetua per annos plus minus 50. inter populum Rom. & Pontifices discordia, de vrbis administratione fuit: cui Populus Patritium quendam summa cum auctoritate præte cerat senatoribus creatis, ab Innocentio 2. ad hunc vsque. Nam eius rei occasione Innoc. 2. & Cælestinus 2. animi dolore defecerunt. Lucius 2. penè interfectus est. Eugenius 3. Alexander 3. Lucius 3. Vrbe pulsi sunt. Vrbanus 3. & hic Gregorius 8. exules fuere, donec nouissimè conuentum, Clemente 3. vt Senatores confirmarentur, Patricij verò loco præfectus reponeretur. *Onuph. in Platinam.*

Leontius & Hermonopulus, qui de sectis scripserunt. Nam hic Bogomilos non multò ante suam ætatem ortos tradit.

Simeon Metaphrastes circa hæc anni 1200. tempora.

1188. in monasterio Schonangiensi Cistercensis ordinis Vuormaciensis diœcesis, non longè ab Heildeberga, S. Hildegundis moritur, quæ sumpto habitu, simulato sexu, Iosephi nomine, illic vsque ad mortem incognita permansit. *Chron. Hirsaug. Cæsarius prima Dialogorum distinctione.*

S. Margarita monialis miraculis clara, in Monasterio mõtis S. Ruperti apud Bingen. *Ibid.*

Imra Æthiopum rex, inter eorum Sanctos relatus, Presbyter consecratur. Rex magnæ abstinentię & virtutis, adeò vt sacrificium incruentum petagens, ministerio Angelorum panem & vinum, in corpus & sanguinem Domini consecrandum reciperet.

Miraculis clarus suis precibus stitit cursum Nili. Tributi loco à rege Ægypti materiam, præsertim ligna ingeniosi operis è Hierosolymis sibi exportari iussit: è quibus templũ construeret, vsque hodie tota Æthiopia venerabile. *Mart. Victor. de regg. Æthiopiæ.*

Fff

Universidad de Deusto
Biblioteca

HVMANA.

Anni mundi.

CLAREBANT Thebites ben Chorat genere Iudæus Hispanus, & Alfraganus Astronomi & Mathematici.

An. 1188. vel vt alij volunt 1202. Tartari Scythica gens è finibus suis, qui erant ad Taputos montes vltra mare Caspiũ egressi: deuicto & interfecto Indorum rege (Christiano & Presbyteri Ioannis nomine nostris tunc cognito. *Marc. Venetus & Osorius de rebus Emanuelis Portug.*) eorúmque excusso 5276 dominatu, cui seruierant, Asiam pene omnem victores longe latéque peruagati & Rhasiue Volga flumine transmisso ad 5279 Occidentem progressi, vicinis Russorum Polouuciis Campestria ad Tanaim & Mœotim Paludem habitantibus bellum intulerunt: eósque & Russos suppetias ferentes deleuerunt, & omnem illam oram cum Tautica Chersoneso habitare cœperunt. *Cromer. lib. 7. Polo.*

p VIR scientia literarũ, facundiáque clarus, sed & vitæ puritate, animique integritate præclarior, suique acer castigator. *Anton.*

Quarti belli sacri auctor. Cum Frederico pacem iniit.

1188 Fridericus Imperator, cum Conrado filio minore, Philippus rex Francorum, Guilielmus Siciliæ, Richardus Angliæ, Odo Dux Burgundiæ, Philippus comes Flandriæ, Henricus Comes Campaniæ, Theobaldus Comes Blesensis, Episcopi quamplurimi, & omnes fere regni Franciæ Barones, quartam expeditionem contra Turcas precibus huius Clementis Papæ suscipiunt, seque cruce insigniunt, cũ audissent Hierosolymam & totam Syriam præter tres vrbes Tyrum, Tripolim, & Antiochiam, & quasdam arces à Saladino fuisse occupatas. *Palmer. in Chron. Gagui. lib. 6. Blond. lib. 6. dec. 2.*

Philippus rex Franc decimam bonorum omnium ab iis exegit, qui se non comitarentur Hierosolymam. Quæ decima Saladini dicitur ad hunc vsque diem. *R. Ioseph.*

Verùm 1189. Fridericus in Armenia dum in flumine lauaretur submergitur. *Continuatio Sigeb. Palmer. Guil. Nangiac.* & à filio Conrado Tyrum effertur, vbi & tepelitur. *R. Ioseph.*

1191 autem Philippus & Richardus comuncto exercitu contra Saladinum prosperè primum bellum gerunt: sed mox discordia, diabolo instigante, interiptos orta, Philippus in Galliam reuertitur. Richardus autem inchoatum bellum strenuè prosequitur: sed anno sequente & ipse quoque domum reuersus est, Christianósque in terra sancta, multis periculis expositos reliquit. *Chron. Hirsaug.*

Alioqui Saladinus pacem Christianorum postulans regnum Hierusalem sibi illis redditurum, ciuitatem ipsam reædificaturum: & Damiatam cum adiacente regione ad 10. milliaria quietè possidendam concessurum, modò vlteriùs non procederent, promittebat. *Ibid.*

Nam eorum aduentu audito timuit, statuitque dimissa eis regione, in Aegyptum se recipere. *R. Ioseph.*

Porrò Gallus cum Anglo, & Veneti cum Pisanis, qui etiam classes suas in Asiam miserant, ex eo tempore postea diuturnis & grauibus bellis inter se conflictati sunt. *Cromerus lib. 8. de reb. Pol.*

Anglus in illa expeditione Cyprum inter eundem occupauit, eiecto Isaaci Comneni præfecto, qui in dominum suũ rebellauerat, *R. Ioseph.* & Hierosolymitano regi donauit, vt ibi amisso regno habitaret. *Nicetas sub finem lib. 2. de Isaacio Ang.* sed ea lege, vt Guido rex sibi iure regni Hierosolymitani cederet. Atque ita Cypri regno ipse & posteris eius potiti sunt: annis ducentis septuaginta quinque, videlicet

Anni Christi.

180.

p CLEMENS 3. Romanus, an. 3:
mens. 5.
Vacat mens. 8.

1188
1191

Patriarchis.

Cõstantinopoli Nicolao quinto, alias Niceta.
Antiochiæ Rodulpho.
Hierosolymis Heraclio.

Principibus.

Eisdem Imperantib. & vsque ad Henricum 6. Occid. Imperat.
Philippo 2. cog. Theodato & Augusto Francorum Rege trigesimo octauo.
S. Imra Æthiopum pret-Ioso.
Alphonso 9. Hispaniæ, sexagesimo secundo.
Henrico 2. Andegauẽsi, Angliæ vigesimo quinto, deinde Richardo an ferè 12.
Cazimiro 2. Polõ princip. Hierosolymorum & Ægypti Calipha Saladino.
Sanctio Portugalliæ secũdo Rege.
Vuillelmo Scotiæ.

CONCIL. *Parisiense, coactum à Philippo Rege, cui decimæ ab Ecclesiasticis cõcessa sunt, ad bellũ gerendum contra Saladinum Turcorum Regem, à quo illæ dictæ fuerunt Saladinæ. Gagui lib. 6.*

vsque

Anni Christi.

vsque ad annum 1470. *R. Ioseph.*

Henricus verò Campaniæ Comes à Richardo relictus, post Guidonẽ regnauit, & regni sedem Ptolomaide posuit: vbi anno vno pòst de fenestra lapsus interiit. *Ibid.*

Ex Frisia etiam & Dacia, eò miserunt naues 50. è Flãdria triginta septem. *R. Ioseph.*

Anni mundi.

HVMANA.

Frideric. ante discessum imperij successorem reliquit Hẽricum 6. an. 1186. despondens ei Constantiam Rogerij Siculi filiam è monasterio mox educendam: quæ ad eum Siciliæ regnum attulit. Etsi autem ea existimaretur nunquam paritura, quod 50. annum attigisset, tamen grauida facta an. 1193. 7. Calend. Ianuarij Panormi enixa est Fredericum 2. (magno Ecclesiæ damno) in sacello publico, quod vt spectari partus posset, ne suppositius esset, Henricus extruxerat.

Philippus Theodatus siue A Deo datus, multa Parisiis vtiliter instituit: Ædiles, quos vulgo vocamus Scabinos siue Echeuinos, eligendos curauit. Eam vrbem auxit tota illa parte (quæ à Paruo ponte ad Abbatiam S. Genouefæ tendit, quam etiam mœnibus cinxit, plurimos vicos strauit lapidibus D. Innocentij cœmiterium extruxit, forum vænale (vulgo Hallas, Græcè φάλας) in platea, quam Campellos vocabant, ædificauit, nemus Vicenarum (*de Vincene*) prope vrbem, mutis cinxit. *Guil. Nang. Æmil. lib 9. Gagui. lib. 6.*

1190. Londini seditio contra Iudæos, in qua multi cæsi sunt, donec res à Richardo rege componeretur. *R. Ioseph.*

Eodem octoginta Iudei, iussu Philippi Blaiæ combusti sunt. R. 16. Tob multos suorum interfecit, ne baptizarentur. *Idem.*

1191. in Anglia primùm 150. interfecti sunt, deinde in aliis vrbibus alij, qui baptizari recusabant. *Idem.*

q TOTI Franciæ sacris interdixit ob diuortiũ Philippi Regis, qui Ingebergam seu Gelbergam vxorem repudiauerat *Guliel. Nangiac.*

Occupatur & ipse bellis Palæstinis, & fœlicius. Præsul Ecclesiæ pertutilis. *Vuicelius.*

Teutonicorum ordinem confirmat, S. Augustini regulam eis prescribens; cum alba veste & cruce nigra: vt ab aliis differrent, *Polyd lib. 7. de Inuent.* Et singulis diebus ac noctibus ducenties orationem Dominicam, Symbolum Apost. & Angelicam salutationem repeterent, *ibidem.*

Constantiam monacham rege Rogerico natam occultè è monasterio Panormitano eduxit, & Henrico 6. dispensatione collocauit, è quo natus Fridericus Sedis Apostolicæ mastix. His sunt dispensationum illegitimarum partus.

Gilbertus Abbas, Alanus Episcopus Antissiodorensis, Philo Episcopus Carpathius, Guatricus Abbas Igniacensis, Ioachimus Calaber Abbas Florentinus, vt de se testatur super cap. 9. Apocalyp. Godefridus Viterbiensis, Mauritius Episcopus Parisiensis, cuius exemplo inualuit mos per aliquot annos in Francia, vt Sacerdotes morientes fabulam Catholicam fidem de resurrectione complectentem pectori apponerent, quod tunc multi de ea dubitarent. *Guilielmus. Nangiac.*

Ordo Crucigerorum oritur in Italia an. 1197. *Volater.*

S. Guilielmus Biturigiensis Episcopus floruit. Honorius 3. Papa eum in Sanctorum numerum retulit.

In Dania quidam persuadere conantur populo, vt sacerdotibus suis matrimonia decernat. Et vix hoc schis-

181.

1191 q CELESTINVS 3. Romanus an. 6.
1198 mens. 7. di. 11. 5286.

Patriarchis.

Constantinopoli Nicolao quinto siue Niceta, deinde Leontio an. 1. Dositheo an. 1. Georgio Xiphilino an. 7.
Antiochiæ Rodulpho 2.
Hierosolymis Heraclio.

Principibus.

Isaacio 2. Angelo Oriẽt. Imperatore. 120.
Henrico 6. an. 8. Occidẽ.
Imperat. vigesimo tertio.
Philippo 2. cognõ. Augusto & Theodato Frãc. Rege trigesimo octauo.
S. Imra Æthyopum pret-Ioso.
Alphonso 9. Hispaniæ sexagesimo secundo.
Richardo Angliæ vigesimo sexto.
Cazimiro. 2. Poloniæ, deinde Lesco Albo cum Helena matre an. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma à Vualdemaro rege & aliis Principibus repressum est. *Saxo.lib.15.Dano.*

Isaacius Angelus Imp. viduas Eleemosynis, pauperculas virgines dote, & sumptu nuptiarum magna hebdomade iuuabat. *Nice.lib.3.*

Xenodochiis Constantinopolim replexit. *Ibid.* ab eo Blachi & Bulgari deficiunt. *Ibid lib.1.*

Marcus Alexandrinus Patriarcha, qui Græcos de multis quæstionibus, diebus D. Isaacij Angeli, & D. Georgij Patriarchæ Constãt. an. 1203. Christianorum Saracenica regna incolentium nomine, consuluit. Ad quas respondit Theodorus Balsamon, sed vt Ioannes Citri Episcopus in suis ad Constantinum Cabasilam Dirrachij Episcopum responsis docet, peruersè & contra canonicas constitutiones.

Theodorus enim Balsamon Patriarcha Antiochenus (sed titulo tenus) adhuc clarebat. Nam Georgio Xiphilino libros suos in Nomocanonem Photij dedicauit..

An. 1190. 13. Calendas Decembris auctoribus quibusdam ciuibus Bremæ & Lubecæ Ordo Marianorum militum (ad Teutonicorum formam) instituitur in Ptolomaide, magnis sumptibus ædificato ibi Xenodochio, in vsum eorum, qui familiæ inserrentur. Postea cùm numerus creuisset, ceu Colonias inde in Germaniam deduxerunt, ad Christo subigendas Slauorum & aliorũ infidelium Septentrionalium terras.

Samuel Iudæus abdicato Mose Christũ amplectitur an. 1200 & contra Iudæos de vana Messiæ expectatione subtiliter disputat.

Anni mundi. 5283

Hierosolymorum & Ægypti Saladino, deinde Saphandino. Sanctio Portugalliæ rege secundo.

Anni Christi. 1200

Annus Dom. M C C. quo Tartari regnum suum delecto Presbytero Ioanne Vncano Indorum rege condunt. Constantinopolis à Francis & Venetis capitur, Theodorus extra Vrbem in Asiam imperium Græcorum transfert.

HVMANA.

In Asia per id tempus Christianorum res in deterius labũtur, nec multò pòst euertuntur. Quin Bætica siue Granata à Saracenis subacta est, Anglia & Hybernia insulæ Romano Pontifici vectigales factæ sunt. In Germania Henricus Imp. cum regnum Siciliæ nomine Constantiæ recepisset, ac Fridericum F. trimulum Cæsarem siue regem Romanorum renuntiasset moriens longam litem de imperio reliquit. *Cromer. lib.7. de Reb. Polo.*

Philippus enim dux Sueuorum patruus ac tutor pueri, coronatus est ritu solenni Moguntiæ. Contra quem Otho Saxonum dux ab Innocentio 3. Philippo ditis deuoto, confirmatus est. Sicque aliquandiu (per annos fermè octo, quibus Philippus vixit. *Chron. Hirsaug.*) Germania intestino bello collisa est, donec Philippo & Othone interfectis, Fredericus iam adultus imperio suscepto pacem restituit. *Ibid.*

In Græcia verò varij etiam motus erant, adeò vt an. 1200. Constantinopoli à Gallis & Venetis capta, Alexius Imp. pulsus Haliciam in Russia confugerit, ad ducem nomine Romanum Polonorum regis Clientem, cui cùm Alexius puer à Victoribus suffectus, & paulo post interfectus à suis esset, Balduinus Gallus successit, Orientemque sublato schismate Romanæ Ecclesiæ renunciauit. *Ibidem.*

Philippus Gall. rex Augustus D. Ludouici auus, expeditionem suscepit aduersus Guidonem Aruerniæ Comitem, qui vexabat Ecclesiasticos, Abbatiam euerterat, Episcopum Claromontensem in carcerem incluserat, captamque Aruerniam sui regni peculio adiecit. *Annal. Gallici.*

Ante hanc Phil. Augusti ætatem nullus liber Gallica lingua scriptus dicitur.

Sub an. 1190. tota Francia Iudæos expulit in Germanias (1186. habet R. Ioseph.) quos tamen paulò pòst, nempè an. 1198. Parisios reduxit, Ecclesias ibi grauiter

affligens

Anni Christi. 1200

Anni mundi. 3288

affligens. *Antonii tit. 17. c. 9.* quousque sub an. 1323. penitus exigerentur. In hac eiectione R. Salomonem Iarhi ordinarium veteris testamenti, & Talmud glossatorem fuisse aiunt. Hanc expulsionem Abben Bohan descripsit.

1191. Bertoldus 5. Zeringię & minoris Burgundiæ Dux, Bernam paulò antè à Bertoldo. 4. eius præcessore constructam cum suis pagis Romano imperio attribuit. *Chro. Burg. & Helueticum.*

1195 Henricus 6. Imp. Siciliam inuadit, captúmque Tancredum regni inuasorem, erutis oculis cum quatuor principibus in Teuthoniam mittit, & omne regnũ Apuliæ sibi subiicit. *Chron. Hirsaug.*

1197. Subsidiarium exercitum in Syriam mittit, qui dum Henrico sequenti anno mortuo reuertitur, Christiani, qui in Syria remanserant, auxilio destituti, reliquum Dominij, quod in ea prouincia possidebant, mox penitus amiserunt. *Ibid.*

Annos 10. duntaxat imperauit, iuxta alios, octo, nisi quòd cum patre viuente annis fermè duobus & viginti regnauerat.

Post eius mortem principum dissensio grauissima de eligendo successore. *Ibidem.*

Saladinus cùm regnasset an. 16. (10 habet R. Ioseph.) Saphandinum filium reliquit, qui Christianorum reliquias in Oriente debellauit. *Iouius. lib. 1. Viro. illust.*

Moriens Saphandino reliquit regnum Iuda & Syrię Miralino minori filio regnum Ægypti: sed insurgens Saphandinus pattuus eis omnia eripuit, & se Sultanũ totius Orientis constituit. R. Ioseph.

DVODECIMO hoc sæculo, doctrinam contra hæreticos sic continuat aliquet. MISSA Continuatur ritu superiorum temporum, vt scriptores huius sæculi de diuinis vel Ecclesiasticis officiis fidem faciunt, Honorus Augustodunensis, Odo Cameracensis, in Canonem Missæ, Hugo Victorinus, Rupertus Tuitiensis, Leo Tuscus in Liturgiam Chrysostomi, Ioan. Beletius Osmundus Sariscriensis, lib. de Ecclesiasticis officiis, &c.

Gratia Dei, fides, Iustificatio. *Honorius de prædest. & lib. Arbitr. item in Psalm. 17. Salutum me fecit, quoniam voluit me. Retribuet mihi &c. Nota in primis. Gratia à Deo gratis, vt ad bene volendum carpereturipse gratia per piæ actionis non ex meritis hominem præuenit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœnitentia & eius partes tres. M. *Sentent. lib. 4. cap. 14. & seqq. Bandinus lib. 4. cap. 13. & seqq. Hugo lib. de conscientiis. Petrus Cător c. 106. & seq. Theodorus Balsamō vbi suprà.* Anni Christi.

Claues Ecclesiæ, Absolutio. *Petrus Cantor cap. 21. Absolutio enim spirituale est, pertinens ad potestatem clauium. M. Sentent. li. 4. dist. 18. &c. Bandinus ibid. Richardus. lib. de potestate ligandi & solu. in confessionali. de peccatorū differentijs. Theodorus Balsamō in Canones.*

Confirmatio & reliqua alia sacramenta & eorum vsus. M. *Sentent. lib. 4. Bandinus li. 4. Hugo libris de Sacramentis, Rupertus lib. de diui. Offic. lib. 5. cap. 15. 16. 17. 18. &c. Honor. in Speculo Eccl.*

Primatus Sedis Apostolicæ. *Bern. serm. de Ioan. Baptist. & libris de consideratione ad Eugenium. Item epist. 133. 237. 285. Richardus lib. de authoritate Petri. Potho lib. 1. & 3. de statu domus Dei. Salisberiensis lib. 8. cap. 17. Petrus Cluniac. lib. 6. epist. 44. Zonaras & Cedrenus in vita Leonis Iconomachi, vbi hic Gregorium Apostolicum virum & Petri Coriphæi σύθρονον vocat.*

Liberum arbitrium, bona opera. *Bernardus tract. de libero Arb. & passim super Cantica vt ser. 81. 82. & alibi. Magister Sententiarum lib. 2. dist. 24. &c. Bandinus Ibid Honorius lib. de Prædest. & lib. Arbit. Richardus de statu hom. interio. cap. 2. 3. &c. & in explicatione dubiorum. Hugo lib. de Conscientiis & alibi. Petrus Cluniacensis lib. 1. de Miraculis cap. 6. Ioā. Salisberiensis li. 5. cap. 4. &c.*

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, Imagines. *Bernardus multis sermonibus & in Cant. Honorius in speculo Ecclesiæ. Rupert. li. 4. com. in Zachar. cap. 10. lib. 7. in Cant. Richardus sup. Canti. &c. Petrus Cluniac. contra Petrob. li. 1. Epist. 1. Sigeb. & Zonaras sparsim. Nicetas Coniates itidem, vt in Andronico, in Isaacio Angelo li. 3. in Alexio. Denique de Sanctis extant auctorum huius sæculi sermones penè innumeri.*

Preces pro defunctis, Purgatorium. *Etherianus li. peculiari, de regressu animarum ab inferis. Petrus Cluniac. li. 1. de Miraculis vt cap. 23. &c. li. 1. contra Petrob. epist. 1. & 2. Honorius in Speculo Eccl. sermone de Natiu. Dom. Mag. sententiarum li. 4. dist. 20. 21. 45. &c. Rupert. lib. 2. in Leuit. cap. 42. fol. 175. & in Genesim. c. 32. Examinatorium ignem. Bernard. serm. 66. in Cantica. Non credunt hæretici ignem purgatorium restare post mortem, &c. Tyri, li. 18. cap. 32. Sigebert. sparsim.*

Cætera itidem & cæteri huius sæculi auctores prolixè confirmant, de quo contra se testimonium ferunt Centuriatores Cent. 12. c. 2. de loco & propagatione Ecclesiæ col. 11. sparsim. cap. 3. de Persecutione & tranquillitate Ecclesiarum sparsim col. 38. cap. 4. de doctrina, ex profess. col. 775. & seqq. cap. de hæresibus sparsim col. 833. & seq. vbi Petrobusianorum contra Petrum Cluniac. Apostolicorum contra D. Bernard. ser. 65. & 66. in Cant. suscipiūt patrocinium. Per totum cap. 6. de ceremoniis & ritibus Ecclesiæ col. 858. & seqq. Per totum 7. de Politia & gubernatione ecclesiæ col. 1009. & seqq. cap. 8. de Schismatibus col. 1105. sparsim. toto 9. cap. de synodis col. 1235. & seqq. Per totū fere cap. 10. de doctoribus Episc. col. 1365. & seq. quos proinde maledictis insectantur. sparsim cap. de martyribus, de miraculis. Huc facit quòd ex instituto multi hac ætate scripserunt de hæresibus. Item contra Henricianos, Petrobusianos, Apostolicos, Publicanos, Patarenos Vualdenses, Agenenses, Hæreticos de Barulo, Clancularios Berengarianos, quorum maleficiis isti fascinantur. Adde totius huius Centuriæ Synodos, quæ non exiguo fuerunt numero. Consule & historicos. Nam & hi sui temporis Ecclesiam, à nostra nihil differre quantum ad doctrinam & ritus ostendunt.

AVIR doctissimus Theologus & Iurisconsultus, multâsque Epistolas decretales de rebus arduis scripsit, vt in libris quinque Decretalium plura ipsius rescripta reperiuntur, quam omnium aliorū simul Pontificum. Est idem belli accensor contra Saracenos. Anni Mundi. 5286

Suos quinque libros decretales legi, & obseruati in iudiciis vbique mandauit: quod & factum fuit vsque in præsentem diem. *Chro. Hirsaug.* 5305

1210. Othonem Imperatoré excommunicauit, quòd Marchiam Apuliæ ad Romanam Ecclesiam pertinentem per donationem testamentariam Methildis, Rutgeri Principis Siciliæ vxoris, & Conradi regis filiæ inuaderet: causatus huiusmodi

TREDECIMVM SÆCVLVM 182.

a INNOCENTIVS 3. Anagninus an.	18.	1198
mens. 7.	di. 16.	1216
Vacat dies 1.		

Patriarchis.

Constantinopoli Georgio Xiphilino, deinde Ioanne 9. Camatero an. 5. Michaele 4. an. 5. mens. 6. qui contra Thomam primumè La-

modi

Ann. Christi. *tinis sedit. Theodoro 3 an. 2. Maximo 2. mens. 7. Antiochiæ Rodulpho secundo, Hierosolymis Heraclio deinde Alberto an. 23.*

Principibus.

Isaacio 2. Angelo, Alexio Cōneno eius fratre, Alexio Angelo Isaacij filio, Alexio Ducatognomento Murzufto (aliis Mursypho, alijs Myrtilo) tribus his Alexijs anno vix vno, Balduino an. 1. & Henrico eius fratre an. 12. ex ordine Orientis siue Constantinopolitanis Imperatoribus: Theodoro Lascari Græcorum Imp. an. 18.

Philippo an. 10. Othone 4. an. 4. Friderico 2. an. 33. Occid Imp.

Philippo 2. Franc. Reg.

S. Imra Æthyopum pret-Ioso, deinde Naakutolab. an. 50.

Alphonso 9. Hisp. deinde Henrico 1. an. 3. Richardo Angliæ, deinde Ioanne Richardi fratre an. 17. Lesco Albo Polon. cum matre Helena, deinde Vuladislao Lascongo an. 4. rursum Lesco Albo reuocato an 21.

Hierosolymorum Saphandino Ægypti Caliphæ.

Sanct. Portu. deinde Alphons. 2. an. 12.

Ann. Mundi.

1199 Vuillelmo Scotiæ. 5287

CONCIL. *Diuionense, plurimorum Episcoporum Galliæ, præsidelegato Apostolico, qui secundo ex sententia Concilij Philippo Regi & toti regno sacris interdixit propter diuortium Reginæ, & secundum matrimonium cum Agnete Ducis Moraniæ filia. Gagui. lib. 6. Æmyl. lib. 6. Rex appellauit ad Pontificem, Vel vt alij dicunt, ad generale Concilium.*

1215 DVODECIMVM œcumenicū Concilium Lateranense, omnium, quæ vnquam fuerunt in Europa celeberrimum, contra errores Abbatis Ioachim &c. in quo præfuit Innocentius Papa, interfuerunt duo Patriarchæ Constantinopolitanus & Hierosolymitanus Archiepiscopi tum Græcum Latini 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores conuctuales 800. Simul omnes Patres 1285. Legati Romani & Græci Imperatoris, Oratores regū Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, Hierusalem, Cypri &c. Eo in Consilio actū est de 70. capitibus contra hæreses, & ad mores atque statum Ecclesiasticum pertinentibus. Tractatum item est de recuperanda Hierosolyma. Tom. 3. Concil. 5303

modi donationem esse inualidam, quòd facta esset per mulierem sine consensu Principū. Vnde secutæ graues dissensiones. Hinc Fredericus 2. in Imperatorem designatur. *Ibid.*

Misit an. 1212 ad Battum siue Baidonem vnum è Tartaroru m Chamis siue Impp. aliquot viros religiosos, qui per Croac um & Russiam iter agentes, ibi etiam acceperunt equos Tartaricos, qui aquam & pabulum sub niue norunt quærere. Illi vbi rediissēt, hoc vno impetrato, Christianis ne molestus esset, Sataceni persuadent vt Mahometis legem amplectatur. Ità ab eo tempore Tartari Mahometismo inficiuntur. *In epist Asiaticis. Ies.*

Alij & melius conferunt in annum 1245. & ad Innocentium quartum. *Vincent lib. 31. cap. 51.*

Ipso procurante Liuonia Christi fidem amplectitur. *Blond. lib. 6. dec. 2.*

Eius temporibus orta hæresis in Tholosæ partibus, quam D. Dominicus mira celeritate compescuit.

Exorti sunt multi ordines religiosorum, siue monachorum. Dominicus Calaguritanus Hispanus instituit ordinem Prædicatorum, cuius ordinis feruntur fuisse 4143. cœnobia. Fráciscus Assisiates Italus ordinem Minorum. *Palmer. Plati.* Horum suo tempore 90. millia fuisse scribit. *Sabel. Ennead. dec. 9. lib. 9.*

Carmelitarum ordo, cuius prior in monte Carmelo erat Cyrillus Græcus, tunc ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano regulam certam accepit. Ordo Eremitarum S. Augustini. Ordo S. Trinitatis inchoatur à Ioanne Mattha & Felice Anachoreta. *Gag. lib. 6. Polyd. lib. 7. de Inuent. cap. 21.*

Abbas Vrspergensis suum Chronicon ab Orbe condito ad hæc sua tēpora, id est, annū 1199. conscripsit & Fredericū secundum. Contadus de Lichtenanu nominatur ab Onuphrio.

Lite apud Græcos de Eucharistia orta, dum Ioannes Xiphilinus Patriarchatu fungeretur, damnati sunt, qui negabant corpus Christi in ea esse incorruptibile, & quale nunc est in cælo, aut totum in tota & totum in singulis eius partibus. *Nicetas Coniates lib. 3. de gestis Alexij Angeli.*

Guillelmus Episcopus Antisiodorensis, Absalon abbas, Petrus Senonensis, Stephanus Anglus, Cæsarius Heysterbachensis, Eustathius abbas Anglus, Alexāder Neckā Anglus.

Helmandus siue Helynandus monachus Frigidi montis, in Beluacensi territorio præter alios libros composuit Chronologiam ab orbe condito ad annum Christi 1210. *Guil. Nangia. Antoni. tit. 18. cap. 5.*

Albigenses, aliis Albiani, aliis Albij, hæretici, in Comitatu Tholosano inter alias hæreses reiiciebant omnia sacramenta, damnabant nuptias. Vide eorum errores apud Bernard. Lutzem. *in catal. hæret.* Taliū protectores erant rex Arragonum, Comes S. Ægidij, Princeps Fuxi, & Raymūdus Comes, Tholosates. Illi Catholicos miserè tractabant, eosque illudentes, quòd Sanctos & D. Virginem venerarentur, blasphemabant in D. Virginem, eam meretricem appellantes. *Guilel. Naugiac.*

Contra eos à Francis, tam clericis quàm Laicis variè certatū est ferè per 12. annos. Tandem victi sunt à Simone Montifortensi Comite, qui contra eos missus fuerat à Philippo Rege Franc. Eique decreto Lateranensis Concilij datus est Tholosanus Comitatus. *Polyd. lib. 16. Angl. hist. Æmil. lib. 6. Blond. lib. 6. dec. 2. Fasc. temp.*

Dominicus etiam plures eorum ad veram fidem reduxit. *Plati.*

Apud Marochium Franciscani aliquot prædicandi gratia hinc inde vagantes, propter Christi nomen necati sunt. *Schedelius ætat. 6.*

1212. Lupoldus dux Austriæ cum magno Christianorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

exercitu cruce signato, aduersus Albienses hæreticos, qui & Ruptarij & Corerelli de terra sancti Ægidij, nisi illi mox partim relictis ciuitatibus & castris fugissent, partim ad Ecclesiam rediissent: contra Saracenos à Massamuto Marochij rege nauigio missos in Hispaniam progressus est, & memorabilem obtinuit victoriam, infinita Saracenorum multitudine occisa, cæteris in mari submersis. Chron. Hirsaug. *Anni mundi* 5303

Almaricus siue Amorricus Carnotensis vir eruditus, sed hæreticus, conuictus est viginti errorum, quorum vnus erat: Corpus Christi non magis esse in Sacramento Eucharistiæ, quàm in qualibet alia re. Eius sequaces cum eiusdem ossibus refossis Lutetiæ postea vsti sunt. *Gagui.lib.6. Æmil.lib.6. Bernard Lutzemb.in Catal.hæretic.*

Alij quidam hæretici blasphemi in Personas S. Trinitatis comburuntur Parisijs. *Gagui.lib.6.*

Alij hæretici in Alsatia cum carnium in Quadragesima & quouis alio tempore dicebant esse licitum: negabant fornicationem esse peccatum, quòd coitus esset res naturalis. Quare eorum circiter octoginta vno die apud Argentinam comburuntur. *Nauel.Trith.in Chron.monasterij Hirsaugiensis.*

Hvmana.

Isaacius Angelus à fratre, quem à Turcis captum multo auro redemerat, imperio & oculis priuatus est, atque in sordidum carcerem detrusus. A quo postea per filium extractus cum insueti aëris nouitatem & asperitatem ferre non posset, morbo contracto interiit. *Ibid.*

Alexij Comneni posteritas vno anno pœnas luit impeditæ clam Gallorum expeditionis contra Turcas, quatuor his Alexiis vno anno miserabiliter sublatis, imperióque in Balduini potestatem redacto.

Bonifacius Montisferrati marchio, Balduinus Flandriæ & Henricus S. Pauli comites, & Allobrogum dux in Iunioris Alexij gratiam, classe è Dalmatia ad Bosphorum Thracium adducta, è sinu, qui Peram à Byzantio 15. stadiorum interuallo dirimit, occupato: rupta catena ferrea, quæ obtensa fuerat, vrbem capiunt deditione, & certis cõditionibus Alexio Iuniori tradunt. Alexio altero aufugiente auectis secum Thesauris imperij.

Alexius Ducas post vrbem secundo captam fugiens, in Peloponneso comprehensus est & è turri præcipitatus.

Nicetas Acominatus Choniates libris 19. historiam rerum memorabilium quę in Constantinopolitano Imperio per 88. circiter annos, hoc est, ab anno Christi 1117. in quo desinit Zonaras, vsque ad an. 1205. contigerunt complectitur.

Post cędem Philippi, Pontificis opera imperium Otthoni commissum est. Sed cum is postea anathemate fuisset percussus, Germaniæ principes Fridericum 2. eligunt.

1212. in expeditione Thuringica Othonis Imper. haberi primùm cœpit vsus instrumenti bellici, quod Tribock appellatur. *Chron.Hirsaug.*

Fredericus 2. cum Philippo Franc. fœdus init, quod cum esset suspectum Anglo, hic promissione auxiliorum Otthonem attraxit in Belgicam. Verum Ottho à Francis profligatus, ab imperio sponte destitit.

Philippus post varia prælia cum Anglo, totã Normaniam septem Episcoparibus constantem recepit anno 332. (alij 260. Aemyl. 270. Polyd. 316.) postquam Carolus Simplex eam concessisset Rollioni Duci Normanorum. *Guiel.Nangi. Æmyl. lib.6. Polyd.lib.15. Angli.histor. Gagui lib.6.*

Aquitaniam etiam totam ferè subdidit Philippus: ita ab vniuersa, quam in Gallis habebat, possessione Ioannes Rex

Transsvbstantiationis vocabulum auctoritate illius Concily, ad cauendas omnes hæreticorum tergiuersationes in Ecclesia receptum est. Capite 1. de sum. Trinit. Idque non secus (vt hoc obiter dicam) atque verbum Homousion antea decreto Niceni Cõcilij: nec aliud significat, quàm Cyprianus (ser. de cœna) panem vinum in carnem & sanguinẽ Domini mutari ac conuerti, & panẽ omnipotentia verbi factum carnẽ: Eusebio Emisseno (homil. 4. in Pascha) terrena commutari & transire: & iterum, creaturas conuerti in substantiam Corporis Christi & in verba Christi, Nisi manducaueritis, Ioannis 6. panem & vinum virtute ineffabili in sui corporis & sanguinis substantiam conuertere, mutare, &c. Greg. Nisseno in oratio 10. catechetica. Panem sanctificatũ in Dei verbi corpus immutari, Vt citat Euth. Græcus Panop. part. 2. tit 21. vbi est caput inscriptum, De transmutatione corporis & sanguinis Do. Chrysost. (ser. de Encæniis) nihil substantiæ panis remanere & (in Liturgia) Deum visibilia in corpus Christi μεταβάλλειν, id est, transmutare: Augustino (ser. 28. de verbis Domini) tam non esse panem, sed Corpus Christi: Hieronymo in Marc. Christũ transfigurare panem in corpus suũ: Ambrosio (lib. 4. de Sacram. cap. 4. & 5. & lib. de iis qui initiantur cap. 9.) creaturas & naturas sine substantiæ mutari: Damasceno (lib. 4. de Orthodoxa fide cap. 14.) & Hesychio (Leuit. lib. 9. cap. 22.) panem in carnem Domini supernaturaliter transmutari, & fieri sensibilium translationem & commutationem: Theophylacto (in 14. cap. Marc.) transelementari panẽ in Carnẽ Christi, vel transformari, in 6. cap. Ioan. & in 26. Matth. Bedæ, Panem fieri per transmutationem corpus Christi. Transire enim substantiam panis, non formã siue speciem in Christi corpus, in poetis librum de Trinitate. Bertramo ipsi, libro de Corpore & Sãguine Domini, quem hæretici laudant propter obscuras & quasi anceps de tanta re quæstiones & locutiones. Nam vtitur vocabulis permutationis, commutationis, conuersionis. Ipse namque (ait) qui nunc in Ecclesia omnipotenti virtute panem & vinum in sui corporis *Anni Christi* 1215

Anni Christi. 1215

carnem & proprij cruoris vndam, spiritualiter conuertit. Et rursum, (dicit Christus) verè per mysterium panem & vinum in corporis & sanguinis sui conuersam substantiam à credentibus sumendã &c. Quod & fatentur Magdeburgenses centuria 9. cap. 4. pag. 212. Trãssubstantiationi habet semina Bertramus &c. Nam &c. *Anni mundi.* 5303

In hoc Concilio certus habitus est Iudæis assignatus. cap. In nonullis de Iud. & Sarac.

Angliæ sua ignauia penè est depulsus. *Polydor.lib.15. Ang.*

Moriens marcarum centum & quinquaginta millia, in terræ sanctæ subsidium legauit. *Chron. Hirsaug.*

Galli & Veneti expugnata an. 1200. vrbe Constantinopoli contra Alexium Comnenum, qui Isacium Comnenum fratrem excæcatum detinebat in carceribus, inter se conueniunt: vt Galli Imperatorem Gallum, Veneti Patriarcham Venetum darent: Illi Balduinum Frandrum, hi Thomam Maurocenum nominarunt. *Blond.lib.5.dec.2. Æmil.lib.6. Nicetas lib. vlti.* Sic imperium Orientis manscipenes Gallos 60. ferè annis. *Blond.lib.8.deca.2.* alij 50. alij 63.

Obsidioni terra marique in 68. diem continuatæ, finem imposuit insana intra vrbem de imperio contentio, Theodori Ducæ & Lascaris.

Balduinus Orientis Imperator Græcam Ecclesiam, ad tempus Romanæ audientem & concordem reddidit. Illius vnionis facta est mentio ab Innocentio PP. in Concilio Lateranensi.

Thomas primus è Latinis an. 1204. in Cõstantinopolitana Patriarchatus Cathedra sedit. Contra quem è Græcis extra vrbem sedit Michaël quartus mortuo Ioanne 9.

A Philippo Imp. Premissus siue Ottocarus Boëmorum princeps, regium diadema suscepit & successoribus suis reliquit. *Crom.lib.7. Polo.*

Veneti an. 1202 eripiunt Græcorum Imperatoribus Cretam insulam, quæ olim Ἑκατόμπολις, hodie Candia dicitur. *Sabel. Ennead. 9. lib. 9.* Circuitus eius 588. millia passuum continet. Et ritus Græcos retinere permittunt. Inde cum Genuẽsibus multa bella gerunt, quæ vix componi potuerunt post an. 1270. per Gregorium 10. ea lege, vt Insula sub Venetorum iure & imperio remaneret. Nam Cretenses eis patere nolebant, donec omnes vrbes muris exutæ & coloniæ in insulam missæ sunt.

Duce Petro Zianeo, Corcyram, Modonam, Doronam insulam circa idem tempus ceperant, & paulò post Callipolim, Nassum, Paramolam, Herineam, cùm iam inciperet Tartarorum regnum, & Estensis in Italia marchionatus.

Ioannes Brennus, Christianorum Principum vno consensu Rex Hierosolymitanus designatur, sed nomine tenus. *Blond.lib.6.dec.2.*

Eius filiam Iolam Fredericus 2. prima vxore mortua ducit, accepto dotis nomine regno Hierosolymitano, ea conditione vt statim à nuptiis ad vrbem recuperandam proficisceretur. Hinc qui Siciliæ regnum possederunt Hierosolymitani regni nomen & insignia simul vsurparunt.

Henricum filium natu maximum Cæsarem factum in carcere necat. Gemellos ipsius filios veneno tollit per Conradũ filium & Manfredum nothum regni Siculi & Neapolitani æmulos. Multa bella contra Pontifices gerit.

Petrus 2. Aragoniæ rex ab Innocentio 3. Romæ coronatus, obtinuit vt successores sui Cæsaraugustæ coronarentur à Tarraconensi Archiepiscopo.

Eius successor Iacobus Baleares insulas & regnum Valentiæ ac Murtiæ à Mauris recepit.

Ioannes Rex Angliæ vir impius post sacras ædes à se spoliatas, & sacerdotes pulsos regno, & redditibus Ecclesiæ per sex annos retentis, in pœnam religionis contemptæ excommunicatus à Pontifice Rom. non anteà absoluitur, quàm diadema capiti ademptum Pandulpho legato Apostolico traderet; nunquam id ipse accepturus aut hæredes nisi à Pontifice Roma. Angliam item & Hyberniam reddidit feudatarias Romanæ Ecclesiæ, promittens pro Anglia 700. marchas auri, & pro Hybernia 300. *Polydor. lib. 15. Angli histo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Æmil.lib.6. Blond.lib.6. dec.2. Guilel. Nangia.

Anni mundi.

Saxo Grammaticus pertexit historiam Danorum vsque ad annum ferè 1200.

Græci odio Latini nominis nolentes parere Constantinopolitanis Imperatoribus, sibi ex sua natione Theodorum Lascarim Imperatorem creant ad Miceam vrbem. *Niceph. Gregoras lib.1.*

Quo anno Balduinus Constantinopolim cepit, Adrianopolim obsedit, sed irruentes Bulgari accitis Scythis, quos nũc Tartaros vocamus, ei in planitie Orestiadis cæso vitam & victoriam adimunt. Balduinus, cui dimidium vrbis, prouinciarum, vectigalium rerumque omnium, quæ communi bello quæsitæ fuerant, attributum erat, Bonifacium Montisfer. regem Thessaliæ declarat. Venetis Cretam insulam Bonifacio cedente, qui eam dono Alexij consecutus fuerat, tradit.

b Coronavit Romæ Fredericum 2. Imperatorem Occidentis, & Robertum Petri fil. Imperatorem Constantinopolitanum cum Iola vxore. *Plat. Blond.lib.7. dec. 2.* Verus pastor. *Platt.*

Longobardorum collegium contra Imperatorem exexit. *Chron. Hirsaug.*

Confirmauit ordines Prædicatorum & Minorum monachorum, biennio ante mortem D. Francisci.

Quo tempore Damiata capta est à nostris in Asia, & pro liberatione captiuorum post tres annos restituta. Fredericus 2. anathemate notatus.

Damiatam autem iuxta littus Nili munitissimam an. 1218. cepit Lupoldus Austriæ Dux, cum vno Cardinali Apostolicæ sedis legato, Rege Vngariæ, multisque Comitibus & nobilibus, ac copiosa Cruce signatorum multitudine in terram sanctam profectus. *Chron. Hirsaug.*

Monasticus Vallischolarium ordo sub regula D. Augustini originẽ sumsit in Campania, per Guilelmum, Richardum, & Manassem Theologię professores: cõfirmatur ab Honorio.

S. Claræ conciuis diui Francisci, ab eo edocta, ordinẽ Virginum auspicatur. *Volater. lib.* Alexander 4. eam in numerum Sanctarum Virginum retulit an. 1255.

Pruteni recoguntur à Teutonicis fidem Christi suscipere. *Munster. in Cosmog.*

Alexius Comnenus Theodori Lascaris socer, genero imperium inuidens, quod defendere nequiuerat, ad Turcos se confert. Turcis à Lascari superatis captus vita donatur. Contractis iterum copiis, quantas potuit, nouum imperium Trapezunti condit, complexum Cappadociam & Colchidem. Hinc Imperatorum Trapezuntinorum origo. Sic Orientis imperium diuisum est in Europęum, & Asiaticum ad Colchidem & Pontum.

Petrum Antisiodorensem Imp. in nemorosis Thessaliæ locis per insidias Lascaris Imp. intercipit, & biennio in squallido carcere detentum obtruncat. Pro eo vidua Imperium administrat vsque ad Roberti filij reditum ex Gallia.

Sub Ludouico Leone Franc. Rege, Gallis suo sermone Rythimos, id est, similiter desinentes versus vsurpasse ferunt Cùm Rythmorum vsus paulò antè cœpisset apud Siculos, deinde in Italam transisset. *Petrarcha præfatione ad Epist. famil.*

1222. Tartari gens Scythica per Chagiuscam primum suum regem, Georgianam Armeniamque maiorem sibi subegerunt, indè Poloniam Hungariámque depopulati sunt. *Blond. lib.7 dec. 2. Platt.* Et Moraniam, vicinasque omnes terras incendio, prædâ, & gladio fœdarunt. Contra quos multi principes Cruce signati ad Mersburgẽ conuenerunt, & cum maximo exercitu contra eos processerunt. *Chron. Hirs.* Vt istud confert

Anni christi.

183.

b Honorius 3. Romanus an. 10. mens. 7. dies 13. — 1216

Vacat dies 1. — 1227

Patriarchis.

Constantinopoli Manuele an. 4. mens. 7. Germano 2. an. 17. mens. 6.

Antiochiæ Rodulpho secundo, deinde Raimerio an. 20.

Hierosolymis Alberto, contra quem sedebat Dositheus Græcus.

Principibus.

Petro Antisiodorensi an. 5. Roberto eius filio an. 7. successiuè Constantinopolitanis Imperatoribus.

Theodoro Lascari an. 18. & Joanne Duca Græcor. ex ordine Impp.

Friderico 2. nepote Barbarossæ Occid. Imp.

Philippo 2. Ludouico Leone 10. dict. 8. an. 3. per ordinem successionis Franc. Reg.

Naakutolab Æthiopum pret. Ioso, an. 50.

Anni christi.

S. Ferdinando 3. Hispaniæ an. 45.

Ioanne Richardi fratre Angliæ deinde Henrico 3. an. 56.

Lesco Albo iterum Poloniæ.

Hierosolymis Saphădino Ægypti, Calipha.

Alphonso 2. Portugalliæ deinde Sanctio 2. an. 26.

Vuillelmo Scotiæ: deinde Alexãdro 2. an. 35.

1225 Concil. *Germanicũ, præsidente Conrado Legato Apostolico, cõtra Simoniacos & concubinarios clericos. Tom. 3. concil.*

Oxoniense, præside Stephano Archiepiscopo, de officio & statu Ecclesiasticorum. Tom. 3 concil.

184.

1227 c Gregorius 9. Anagninus an. 14. mens 3.

1241 Vacat m. 2. d. 1.

Patriarchis.

Constantinopoli Germano secundo, deinde Methodio 2. mens. 3.

Antiochiæ Raimerio deinde Elia an. 8.

Hierosolymis Thoma designato duodecimo, sed nõ ineunte, Roberto an. 12. cuius tertio Hierosolyma à Frederico recuperata est.

Anni mundi.

5313

5315

5393

in an. 1238.

Idolum Christianorum dominatu excusso ac vicinis edomitis, Cathaïnæ amplissimum regnum Magnæ Tartariæ nomine condiderunt. Quod regnum per vastissimas & latissimas Orientis solitudines ad Oceanum vtrumque Orientalem & Meridionalem ex parte vna, ex altera ad Tanaim, & Persidis & Turcorum regna extensum, vtramque Scythiam ac multas alias terras, vt Sericam, Ariam, Sinarum regionem, ad quam Lusitani nauigant, complectitur. Ad Boream ignotis circumscriptum limitibus. Regia sedes Cambalu, cuius ambitus 28. milia passuum continet. Hodie internis & externis bellis valde imminutum dicitur, ex quo repudiato Christo se Mahometi addixerunt. Nam initio Mahometem nescientes Christianis studebant, pro eis ad Hierosolymam contra Turcas multa bella gerentes. *Infra ex Haytone Armenio.*

Vincentius Cadlucus primus Polonorum historiam conscripsit, & episcopatu Cracouiensi vltro se abdicauit, nequicquam aduersante principe & sacerdotum collegio. *Herbutus lib. 5. cap. 8. Chron. Polo.*

Mancipia siue seruitia hominum etiam inter Christianos, nondum his temporibus desisse testantur constitutiones istius Frederici Imperatoris, De seruis & ancillis fugitiuis, in Placitis Regni Neapolitani: sed ea tamen non longè post cessasse coniicio ex Bartholo, qui, Ad hostes de captiuis, scribit suo tempore (viuebat an. 1320.) nusquam homines Christianis moribus vendi & iampridem seruitia desisse.

1219. Hierosolyma à Coradino siue Gordilio Saraceno filio Saphadini, penitus subruta præter Templum Domini, Ecclesiamque Sancti Sepulchri, & arcem quam Turrim Dauid appellant. *Guilel. Nangia. Trithem Chron. Hirsaugiensis.*

1220. Fredericus Imp. in Apulia versans, multa cum finitimis Saracenis bella commisit, & plurimis interfectis, reliquos suo dominio coëgit esse subiectos, *Chron. Hirsaug.*

1221. Pestilentia pecorum maxima per triennium, ab Vngaria in totam Germaniam & Galliam, quatertia pars pecorum interiit. *Ibid.*

Floruit tunc Accursus Florentinus, primus vniuersi iuris glossator & adhuc vltimus: licet anno ætatis 37. cœpisset studio legum vacare, tamen summus euasit iurisconsultus, natus 78. mortuus est Bononiæ an. Christi 1279.

Ludouicus Rex Franc. Rochellam vrbem expugnauit: tum Lemouicenses, Petragorij & omnes Aquitaniæ Principes, exceptis Vasconibus, qui vltra Garumnam habitant, ei fidelitatis sacramentum præstiterunt. *Guilel. Nangiac. Gagui. libro septimo.*

c S. Dominicum auctorem fratrum prædicatorum, octennio post eius mortem (nam obierat an. 1210.) & S. Franciscum minorum, biennio post eius mortem (nam è vita migrauerat an. 1226.) Sanctorum catalogo ascribit. Item S. Antonium Vlisbonensem Minoritam, qui dicebatur Episcopus S. Francisci. & Elizabetham Hessam Hungariæ regis filiam. *Trithem in Chron. Hirsaugiensis. Palmer. Krant. lib. 8. hist. Saxo. cap. 4. Plati.*

Vetuit ius ciuile legi Lutetiæ, & aliis in locis vicinis. *Cap. super specula. De priuilegiis.*

Libros quinque Decretalium, eo quo nunc sunt ordine digeri curauit, per Raimundum Barchinocensem.

Statuit Laicos cuiuscunque essent ordinis prædicare non posse. *Cap sicut de hæret.*

Statuit vt campanæ ad Euchatistiæ confectionem pulsarentur: & ad salutationem & laudes D. Virginis. Alij istud statutum adscribunt Honorio 3. vt *Abb. Vsperg.*

Exactor belli Asiatici contra Saracenos pro recuperanda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hierosolyma diligentissimus.

Crucem prædicat an. 1234. contra Stadingenses hæreticos, in confiniis Frisiæ & Saxonię populos, inuiis paludibus & fluminibus circumcinctos, quòd dudum à sede Apostolica excommunicati & interdicti claues Ecclesiasticas contemnerent. Victi, multis ad duo plus millia interemptis, ad vicinos Frisones fugiunt, ficque eorum contra Ecclesiam confœderatio cessat. *Chron. Hirsaug.*

Taxatur subinde Frederici 2. mala mens, vt hominis perfidi & hostis Romanorum &c. qui Italiam in factiones diuisit, vt sciret quinam suis partibus faueret, quinam pontifici. Cæsarianis præfuit Gibel. inde Gibelini. Pontificiis Guelphus, vnde Guelphi, alteri alteros ditipiebant, trucidabant &c. Quæ factiones Italicæ per annos ducentos duratunt. *Chron. Hirsaug.*

O impietates Frederici 2. planè indigni nomine Cæsaris. Fauisse dicitur Saracenis, spoliator Templorum &c. maximus persecutor Ecclesiasticorum, cuius occasione, Monasticæ conuersationis feruor in cunctis fermè Germaniæ locis repuit. *Chron. Hirsaug.* Mira verò huius Gregorij laus, vt veri pastoris, qui & istum excommunicauit. *Vuicel. in Epitom. Rom. Pontif.*

Odacharus seu Othocarus, & Vuentzeslaus Reges Bohemiæ dant ius consecrandi Reges: Bohemiæ Archiepiscopis Moguntinis, qui per multos annos illud retinuerunt, donec aliquis eorum tale ius vendidit Ecclesiæ Pragensi. *Trithem. in Chron. Hirsaug.*

S. Ethmundus Cantuariensis Episcopus, S. Stanislaus Cracouiensis, Ioannes Friburgensis Episcopus Bosiinensis, S. Samonas Gazensis Episcopus, doctissimi Theologi.

Iordanes Dominicanus Theologus suis silentium mensæ præscribit. *Volater lib. 21. Geographiæ.*

Tholosa & totus Comitatus à Francis in deditionem accipitur: sicque finitum est bellum contra Albios hæreticos. *Æmil. lib. 7.*

S. Antonius de Padua discipulus S. Francisci obiit an. 1231. *Truth in Chron. Manast. Hirsaugiensis.*

Longobardorũ hæresis. Illi Nicolaïtarum sectam profitebatur, erantque eis omnibus matres, vxores, & filij cõmunes. Singulis annis ex Alemania, Gallia, Italia, censum annuum Mediolanum, vbi diuersarum hæresum & errorum primatus agebatur, trãsmittebant. Certis signis circa ianuas domorum, vel supra tecta, peregrinando, habitationes complicum suorum inueniebant. *Chron. Hirsaug.*

Dum dira fames grassaretur in Francia, & tanta, vt homines belluarum more herbis campestribus vescerentur (*Guilel. Nangius.*) Guilelmus Niuernensis episcopus singulis diebus alebat duo millia pauperum. *Mater Historia.*

An. 1238. Theologi Parisienses post longam disputationem definiunt, neminem posse duo beneficia, si vnum sufficeret ad eum alendum, obtinere sine mortali peccato. *Chron. Franco. & Iac. Meier in Hist. Flandriæ.*

Factiones Gibellinorũ pro imperatore Frederico, qui ter fuerat à Gregorio. 9. excommunicatus, & Guelphorũ pro Rom. Pontifice, ardent in Italia, quæ per 260. fermè annos grauissima & plus quam intestina bella pepererũt. *Plat. Blond. lib. 7. dec. 2. & 3. Æmil. Krantz. lib. 8. Histor. Saxo. cap. 8. Trithe. in Chron. Monast.* cœperunt sub Alexandro 3. circa an. 1160.

Anni mundi.		Anni Christi.
5315	*Principibus.*	1227
	Balduino 2. an. 33 Constãtinopolitano Imp. & Ioanne Duca Græcorum Imp.	
	Frederico 2. Occid. Imp.	
	D. Ludouico 11. dict. 9. an. 44. Francorũ Rege.	
	Naakutolab Æthiopum pret-Ioso.	
	S. Ferdinando Hispaniæ.	
	Henrico 3. Anglię.	
	Lesco Albo iterum Polonorum principe, deinde Boleslao Pudico. an. 52.	
	Sanctio 2. Portugall.	
	Alexandro 2. Scotiæ.	
5293	HVMANA.	1241

Fredericus Imp. sublatis æmulis, post vexatam Italiam vix adactus à Gregorio nono an. 1228. expeditionem in Syriam

Anni Christi.		Anni mundi	
			suscepit. Ibi id tantum gessit memorabile, quòd Hierosolymam à Sultano ex pacto recepit, factis in decennium induciis regémque eius, ritu solenni, coronari se curauit. *Crom. lib. 7. de reb. Pol. o Chro. Hirsaug.*
			Hierosolyma per Fredericum Imperatorem sine sanguinis effusione, certis conditionibus à Soldano Ægyptiorum recuperata est, cum quibusdam castellis an. 1229. siue 1230. *Trit. in Chron. Monaster.*
			1232. Soldanus Babyloniæ Frederico tentorium mirabile, quinque Florenorum millibus taxatum misit, in quo imagines Solis & Lunæ artificiosè motæ, cursum suum certis & debitis spatiis peragebant, horásque diei & noctis citra errorem indicabant. *Chron. Hirsaug.*
	Biterrense, præside legato Pontificio, ad componendum dissidium Comitis Tolosani & Prouinciæ, sed cum Massilienses Comitẽ suũ recipere nollent, ille apud Sabaudiæ Comitem sororium suum reliquum vitæ peregit. Chron. Burgund.		Mox reuersũ Italici motus excepere, quos ille quidẽ placidè composuit, sed Hierosolymã multò pòst amisit. Titulũ tamen eius regni, etiã posteri & successores eius retinuere. *Ibid.*
			Siciliæ oppida & castra, quæ ad Pontificem defecerant, partim recuperat, partim euertit. *Chron. Hirsaug.*
			1231. Ludouicũ Ducẽ Bauariæ è Syria redeuntẽ occidendũ curauit, subornato Vetulo de Montanis, Saracenorũ principe sibi fœderato, qui ad hoc facinus seruũ percussoremisit. *Ibi.*
1237	*Londinense, præside Otthone Cardinale legato Apostolico. In eo Concilio post longam consultationẽ multæ leges latæ sunt, quæ deinceps sacerdotalem ordinem conseruarunt. Polyd. Virgil. lib. 16. Angl hist.*	5325	Maiorica insula olim regnum Saracenis, qui eam multis annis occupauerant, ab Arragonum rege est erepta. Magna etiã pars terræ quam ipsi in Hispania possidebant, occupata, cum Eremita & Valentia ciuitatibus, à rege Legionis, & eius filio Castellæ rege. *Chron. Hirsaug. Blond. lib. 7. dec. 2.*
			Academia Lutetiana, quę propter ciuium in scholasticos seditiones & cædes dilabebatur, quamque Henricus Rex Anglus, ad Oxoniensem scholam occultis nunciis ad se pellicere studebat, à S. Ludouico, restituitur. *Gag lib. 7.*
			Henricus Anglorum Rex Francos vicit in Aquitania, Pictones recuperauit, Valcones domuit. *Æmil. lib. 7. Polyd. 16. Angl. Hist.*
	185.		1235. Valesios & Sedunenses, vicinos Alpium populos Sabaudiæ Comes perdomuit. *Chron. Burg.*
1241	d CÆLESTINVS 4	5329	Annus Christi 1240. est Iudæis quintus millesimus ab orbe condito, à quo solent plurimùm numerare.
	Anagninus, dieb. 18.		d SENEX optimus. *Vuicel.* Vacat eo mortuo sedes, donec
1243	Vacat an. 1. m. 9.	5331	Cardinales, qui à Frederico Imp. in carcere detinebantur, liberati sunt.
	Patriarchis.		Lyranus è Iudæo Christianus. *Antoninus titul. 24. cap. 8.*
	Constantinopoli Manuele 2. an. 14.		Circa annũ 1240. Franciscanus factus dicitur. Eius sepulchrũ & epitaphium Hexametrum ostenditur Lutetiæ in Francifcanorum capitulo. Se significat scripsisse in Esaiam an. 1293. Lege Paulũ Brugẽsẽ in prolog. operũ Lyrani, qui & ipse paulo post ex Iudæo & Christian⁹ & Episcopus in Flãdria extitit.
			Balduinus Imp. dominicæ crucis partem cum spongia & Lanceæ ferro Venetis pignori obligat. Quę postea D. Ludouicus, potestate redimendi accepta, in regio sacello Lutetię condidit, institutis ibi Sacrorum ministris. *Gagus lib 7.*
			Robertus Lincolinensis episc è Græco aliqua vertit.
			Dei-parmi milites, qui & Mariani dicuntur, Theutonici post Ptolemaidem in Syria amissam, in Germaniam reuersi, ne otio marcerent: concedentibus Frederico 2. & Massouiæ ducibus Prussiam Germanię & Sarmatiæ participem & conterminam armis acquirunt, & Christo suoque perpetuo iuri addicunt, *Ioann. Boem lib. 1. cap. 8. de Gentium moribus.*
			Circa hoc tẽpus Biblia in capitula, quæ hodie habemus, distinguntur. Scholasticorũ videtur esse inuentũ, eorũ fortasse, qui cũ Hugone Cardinali concordantiarũ fuêre auctores. Nã ante ista tempora Theologi superiores ea non vsurpant, inferiores frequenter, Alexander Alesius, Albertus Magnus Diuus Thomas, Bonauentura & cæteri vsque in hanc diem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scholastici. Inuentum tam commodum, vt hodieque Iudæi eo frui velint, quòd eorum in Parshiloth & Haphtaroth pattitio sit nimis prolixa, id est, sectionum & explicationum.

Distinctio autem veterum partim nulla, partim numerosior & longe pluribus paginis comprehensa, partim cuique propria & arbitraria, vt Hilario, Ammonio, Eusebio, Tatiano, Bedæ, Ambrosio, Euthymio, Oecumenio, Andreæ, Arethæ.

Alexander Villadeus Dolensis, qui scholasticum compendium, quod vocant, metricum complectens ducētis & duodecim versibus Hexametris, totius veteris & noui testamenti librorum & capitum summulam composuit: vbi singulæ dictiones singulorum capitum sacræ scripturæ argumenta perstringunt.

HVMANA.

Iachinus Magni Cham Tartarorum filius Ariæ, Drangianæ & Aracosiæ terris occupatis, ad regnum Turquestan & Persidis oram, continentibus prælis Turcos lacessit, donec an. 1242. Batto duce, Goniatæ Turcorum regi regnum ademit, Vniuersisque ad pontum gentibus sub iugum redactis, Mæotidis accolas superauit ad Poloniam vsque.

An. 1240. Tartari, qui ante 30. annos Russiam maxima ex parte subiugatam habitare cœperant, Poloniam finitimam inuaserunt, & vsque ad Vistulā longè latèque depopulati, etiā Cracouiam incendunt, & Hungariam cum finitimis prouinciis triennio vastant. *Crom. lib. 8. de Polo.*

Hunc annum Christi, Hebræi annum mundi quinquies millesimum faciunt. Quo tempore florebant in Hispania eorum literæ & disciplinæ.

R. Abraham Abben Ezra Hispanus, qui commentariis vetus testamentum illustrauit. *Ipse in præfat. decalogi* Rhodi expositionem Malachiæ scripsit an. mundi 4917. (i. Christi 1237.) *Ipse Mizmo Malae.* Diu ergo floruit.

1241. Mons in Burgundia à montibus dehiscens, vallēsque coarctans, multa millia agricolarum miserè oppressit. *Chron. Hirsaug.*

Anno sequenti Vuormaciæ media pars incendio fortuito consumpta est *Ibid.*

5331 S. Ferdinandus ab omnibus ferè Hispaniæ finibus Mauros expellit. Vtroq; regno Castellæ & Legionis potitus, Cordubam & Hispalim Christianis reddit. *Vasæum.*

Academiam Salmaticensem instituit. *Idem.*

e SCRIPSIT Apparatus decretalium & Authenticas: & de iurisdictione imperij auctoritateque Pontificis apologeticū, contra quendam Petrum Vineam omnia Imperatori tribuētem Cognominatus est Pater iuris. *Volat. lib. 22.*

5342 Cardinales vt pileo vterentur roseo & equo vcherentur instituit. *Ibid.*

Bene vexatus, à Frederico, tandem hunc deponit à Cæsareatu. Hinc ille omnia vastat incendio &c. sed perit. *Puricelius in epito. Rom. Pont.*

Cùm Fredericum Italiam infestantem factionésque Guelphorum & Gibellinorum, sumpto à Pisis initio in singulis fere vrbibus excitantem, à cœpto reuocare non posset: coacto Lugduni concilio, Imperium ei diris deuoto abrogauit, Germanósque principes concitauit, vt Henricum Lantgrauium Thuringiæ, D. Elizabethę filium successorem ei absenti crearent, & post Henricum interfectum Guilelmum Hollandiæ comitem. Sicque non multò pòst, Fredericus profligato à Pontificiis exercitu: & Eutio filio capto, in Apulia perit an. 1250. *Crom. lib. 8 de reb. Polo.*

Lugduni in Concilio Cardinalibus proprium insigne Pileum rubeum dedit *Martin. Polon.* Quo significabatur eis etiā caput suum, si opus esset, pro Ecclesia offerendum, eo præ-

Anni mundi.

Antiochiæ Elia.
Hierosolymis Roberto.

Principibus.
Balduino 2. Constantinopolitano Imp.
Joanne Duca Græcorum Imp.
Friderico 2. Occid. Imp.
D. Ludouico Franc. Rege. Naakutolab Æthiopum pret-Joso.
S. Ferdinando III. Hispaniæ.
Henrico III. Angliæ.
Boleslao Pudico Polonorum principe.
Sanctio II. Portugalliæ.
Alexandro 2. Scotiæ.

186.

c INNOCENTIVS 4. Genuensis an. II. mens. dies 12. Vacat, non quidem annos 2. *vt quidam putant*, sed dies 3. vel vt alij 1.

Patriarchis.
Constantinopoli Manuele secundo.
Antiochiæ Elia vsque ad an. 1247. Nam quis post eum è Latinis Patriarchis sex creatus fuerit, incompertum est.
Hierosolymis Roberto, deinde Iacobo Pantaleone an. 14.

Anni Christi.

1243

1254

sertim

Anni Christi. | Anni mundi. | *Principibus.*

Balduino 2. Constantinopolit. Imp. & Ioanne Duca Græcorum.

Friderico. 2. Occid. Imperat. & interregno Occid. Imperij an. 17.

D. Ludouico 11. dict. 9. Francorum Rege.

Naakutolab Æthiopum pret-Ioso.

S. Ferdinando 3. Hispaniæ.

Henrico 3. Angliæ.
Boleslao Pudico Poloniæ Principe.

Sanctio 2. Portugalliæ, deinde Alphonso fratre an. 32. Alexandro 2. Scotiæ.

1246 | 5333 *DECIMVM tertium Vniuersale Concilium Lugdunense, præside Innocentio Rom. Pontif. contra Fredericum Imperatorem, qui vocatus ad Concilium & non comparens, hostis Ecclesiæ iudicatur ac deponitur Imperio: Fuit etiam actum de recuperanda terra, Sancta D. Ludouico Franc. Rege constituto Duce illius quintæ expeditionis: qui Cruce signatus, vbi in Asiam cum ingenti exercitu trajecisset, rediit in Galliam quinto post anno. Plati. Æmil. lib. 7. Guilel. Nang. Tom. 3. Concil. Vincent. lib. 32. Gagui lib. 7.*

sertim tempore, quo Ecclesia à Frederico 2. vehementer oppugnabatur. Reliqua eius ordinis insignia posteriores Pontifices addiderunt, præcipuè Paulus 2. *Onuphrius in Plat.*

Stanislaum Cracouiensem Episcopum, & Petrum ordinis Prædicatorum retulit inter Sanctos. *Volat. lib. 22. Antonin.*

Ascelinum ordinis Præd. cum tribus aliis an. 1245. in Tartariam mittit in Baiotnoi (Battum alij, opinor, appellant) castra ad eos ad Christianismum inuitandos, sed sine fructu. *Vincent. lib. 31. cap. 51.* Hanc peregrinationem confecerunt annis 3, mensib. 7. illic multos Christianos repererūt & principem Cuine, qui clericos Christianos alens in sacello ad maius tentorium erecto: quotidie suum habebat sacrum. Clerici autem certis horis cantabant more Græcorum. *Idem lib. 29. & 30. Nauclerus gener. 42. Vol 2.*

Hugo Cardinalis S. Sabinæ, antea Batchinonensis monachus, scripsit in vniuersam scripturam cōmentaria iuxta quadruplicem sensum, vtens numerali citatione & enumeratione capitum, quam nunc habemus.

Primus ex ordine Prædicatorum ad Cardinalatum assumptus, primus in capitula libros sacros distinxit. Primus Biblicum indicem, quem vocant concordantias maiores, cum Conrado Alberstadio monacho collegit, coniunctis quingentorum monachorum è diuersis cœnobiis operis, atque omnia Nomina, Verba, Participia, denique omnes tam declinabiles, quam indeclinabiles orationis partes, toto Bibliorum contextu comprehensas, in Alphabeticum ordinem digessit, annotatis librorum capitibus & capitum lineis. Labore tam vtili sacratum literatum studiosis, vt Græci opera Eutalij Rhodij Monachi, & Hebræi studio R. Isaac Nathan istud fuerint æmulati. Obiit sepultúsque est Lugduni an. 1262. *Ex Bibliotheca Sixti Senensis lib. 4. & alijs.*

Albertus Magnus Dominicanus & Ratis-bonēsis Episcopus, S. Bonauēturæ Frācisc anus, Alexāder Alesius, Io. Valleis Anglus, Gualterus Pictauiēsis Episcopus, Ioānes de Rupella Parisiensis, Guilelmus Episcopus Parisiēsis, ex oppido Aruerniæ Aurilaco, Bartholomæus Brixianus, Gilbertus Tornacēsis, Bernardus Parmensis presbyter Compostellanus, Hilarius episcopus Aurelianēsis, Iacobus Achonēsis Episcopus, Odo Cancellarius Parisiensis, Henricus Ebredunensis Archiepiscopus, Theologiæ præsertim Scholasticæ & iuris canonici doctissimi interpretes.

Magnificentia & studiis Innocentij 4. S. Ferdinandi Hispaniæ. S. Ludouici Franciæ Regum Theologia & bonæ artes, quæ valdè languerant ab annis 100. vires recepēre. Itaque præter hos extiterunt alij viri docti innumerabiles, vt Martinus Polonus Innocentij 4. Pœnitentiarius, qui vitas Romanorū Pontificum vsque ad suam ætatem conscripsit, &c.

Vincentius Bellouacensis Dominicanus historiam vniuersalem, maximè Ecclesiasticam ab Orbe condito ad annum Christi 1250. in suo Speculo historiali complexus est.

Grossioni gens Arabica, instigante Soltano Babylonico Christianos miseris modis persequuntur in Asia: & expugnata Hierosolyma templum Sepulchri Domini destruxit. *Blond. lib. 7. dec. 2. Æmyl. lib. 7. Guliel. Nang.*

Iacobus Rex Arragonum duos ordines militum instituisse fertur, quorū alterū amictu albo & nigra cruce insignitū vocauit ordinem D. Mariæ de redēptione captiuorum siue de mercede: quibus scilicet cura esset de redimendis captiuis: alterum appellauit ordinem militū Montesiæ rubenti cruce insignem. Alij hanc institutionem paulò antiquiorem faciunt, & incidisse in an. 1212. ac vtramque militiam aiunt fuisse à Gregorio 9. approbatam.

Frederico 2. excōmunicato & decreto Concilij expoliato

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imperio, vacauit Imperium per 28. annos vsque ad Rudolphum. *Palmer.* interea multę sunt ortæ dissensiones inter principes ob electionem, adeo vt tres ordine electi sint, non quidem Imperatores sed Reges Romanorum. Nam primò iussu Pontificis electus est à quibusdam Principibus, contra Fridericum, Henricus Lantgrauius seu Comes Hassiæ & Thuringiæ, qui non consecutus Imperij coronam obiit an. 5. Regni, viuo adhuc Friderico, vllas ob Pontificis execrationes nolente cedere Imperio. Mortuo Henrico an. 1259. statim ab Electoribus Imperij, procurante PP. per Legatum Petrum Caputium, contra Fredericum & Conradum fil. designatus est rex Romanorum & coronatus Vuilhelmus Comes Hollandiæ. Quo mortuo 7. anno Regni, electus est à duobus Electoribus & quibusdam Principibus Richardus Cornubiæ Comes, sed anni Regni ipsius sunt incerti. *Trithe. in Chron. Monast. Hirsaugiensis.* Historici mirè variant hoc loco: alij numerant Conradum filium Frederici, & Vuilhelmum, ac constituunt Interregnum annorum tantùm 17. alij. 22. alij negant sedem Imperij vacasse. Sed omnium optimè *Trithe.*

Robertus Sorbona Theologus, primus instituit & ditauit Collegium Sorbonæ, pro scholasticis, qui vacarent Theologiæ. *Guil. Nang. in Chron. Fran.* Valde sunt inepti Historici recentes, qui Robertum hunc è Theologo Fratrem D. Ludouici faciunt.

1248. Conradus Colonien sis Archiepisc. in vigilia Assumptionis primum ponit lapidem maioris Ecclesiæ: quod opus propter ingentem sui magnitudinem & excellentiam, & si perpetuo continuatum, nondum tamen post annos ducentos & quinquaginta quatuor, erat absolutum tempore Trithemij. *Ipse in Chron. Hirsaug.*

Circiter an. 1245. Tertius Imp. Tartarorū, Regis Armeniorū suasu, ad Christum conuertitur & baptizatur. *Hait. Arm.*

Defensionem Christianorum aduersus Saracenos suscepit, misso Hiclone fratre cum exercitu, qui Persiam Syriæ ac Mesopotamiæ magnam partem debellauit. *Idem.* & anno 1258. Mustacenum Calipham Babylonium Christianos Orientis mirè affligentem, & illud Euangelij ab eis, propositis alioqui pœnis, exigentem, *Dicite Monti huic & transferetur*, in suam potestatem redegit, atque inter ipsius thesauros fame peremit. *Idem.*

Ab hoc Calipha vsque ad Sophim, Persarum populus summo legis doctore caruit. Vnde & Sophim sub an. Christi 1500. suum genus & doctrinam ad Mahometis generum Halim referentem facile admisit. *In Epist. Asiaticæ Iac. Nauarchus.*

Christianis de Hierosolymitano regno, cum Ægyptiis certantibus Hielon & Ablaga eodem itinere, quo ceritum ferè annis post Tametlanes in Asiam inundauit, è Tartaria in Syriam penetrarunt, incertum socij an hostes forent cùm religiones Idololatrarū secuti, neque Christianarum, neque Mahometanarum partium viderentur. Verùm illi frustra muneribus Baldumi regis inuitati, repudiatis Christianorum sacris ad Mahometis impietatem declinarunt. (Bellum deterius fere militibus persuadet) *Iouius in Tamerlane lib. 2. Vir. Illust.*

Hielon siue Agelonus frater Mangu regis Tartarorum, bellis ciuilibus & externis distractus, cum Virboco exercitū & Syriam commendasset, in Tartariam rediit.

Virboco Christianis infesto, quòd Germani milites nepotem eius occidissent, multaque contra eos hostiliter gerente, Ægypti Sultanus Meledinus Tartaros Hierosolymæ obsidionem molientes, duce eiecto & reliquiis fuga dilapsis Syria expulit. *Lib. 4. continuat. historiæ sacræ. cap. 15.*

Meledinus per Grossoinos ex Babylonia accitos Gazam Templariis eripit, Ascalonā & alia loca Hospitalariis. Denique

Anni mundi.

5331

Henricus deposito Friderico eligitur, cui mortuo succedit Vuilelmus, quamuis Conradum 3. Frederici filium nonnulli præponant.

RVBER Pileus, & Purpura in eo Concilio primùm concessa sunt Cardinalibus, Vt admonerentur se semper paratos esse debere: sanguinem pro Christiana religione fundere. Illis etiam concessum est vehi equo, in vrbe & ferre rubrum galerum. Plati. Gagui. lib. 7. Æmyl. lib. 7.

5342

Anni Christi.

1243

1254

trucidatis

Anni Christi. *Anni mundi.*

trucidatis iuxta Tyberiadem Christianis militibus Hierosolymam occupat, sine delectu omnes mactat, templum & sepulchrum Dominidiruit. *Ibid.*

D. Ludouico ad Cyprum cum classe appellenti ann. 1249. occurrunt Tartari quidam ab Erchaltao Principe cum literis missi, quibus cognoscit Cham Tartarum regem Christi fidē anno abhinc tertio recepisse, & baptizatum esse cum magnatum & plebis multitudine maxima, instructūque habere militem, quem in fidei hostes duceret. *Gag. lib. 7.* literatum à legatis exhibitarū exemplar superest apud *Vincent. lib. 13. c. 91.* Ludouicus vicissim ad Ercaltau legatos misit additis literis, quę eum & magnū Cham hortabantur, ad permanendum in pietate. misit & tentorium quoddam ex purpura in Sacelli formam constructū, in quo arte singulari depicta erant, quæcunque Christus in corpore pro nobis gessit & alia ad cultū diuinum pertinentia. *Gag. lib. 7. Vinc. lib. 3. cap. 92. 94.*

Eum Soltanus (Saphādinū Saladini filiū Iouius vocat, sed dudum ille erat mortuus) ad Damiatā vrbē in Pelusiaco Nili ostio cepit: qui vt se redimeret in pactionis fidem, Christianam Hostiam victori tradidit. *Iouius lib. 1. Virorum illustrium.* Quam postea numerato pretio redemit.

Sanctius 2. Portugalliæ Rex iussu Innocentij 4. Alphonso fratri regno cedit, quòd ineptus esset ad eius administrationem. Alphonsus autem ducta vxore Beatrice F. Alphonsi decimi Castiliæ reg regnū Algarbiorū in dotem accepit. Vnde reges Portugaliæ se deinceps ita inscribunt. *Vas. in Chro. Hisp.*

In India erat magnus quidam Rex Christianus. Terra Caghat, vnde tres reges in Bethleem venerunt, tota adhuc erat Christiana, sed sub dominio Cham. *Conestabularius Armenia, ad Cypri regem apud Vincent. lib. 31. c. 92.*

Tartari quidam ad Lugdunense conc. venerunt ad Innocentium 4. qui domi Christianam religionem edocti, tum sacro baptismate imbuuntur. *Blond. Martin. in Chro.* alij id factum sub Gregorio 10. *Lib. 5. cap. 1. continuatæ Historiæ sacræ.*

HVMANA.

Henricus primus Dux Brabantiæ, cùm antea ipsius maiores essent Louanij Comites.

Circa hęc tempora lingua Germanica cœpit scribi Latinis characteribus: tunc etiam Germani nomina Sanctorum imponere cœperunt suis in baptismo, cùm antea peregrinis Scytharum appellationibus vterentur. *Curio lib. 2. Chronol.*

Ioannes de Sacro Bosco Anglus, tunc insignis Mathematicarum professor Parisiis, vt licet ex eius Computi Ecclesiastici fine colligere, sepultus est Lutetiæ, in claustro Mathurinorum. Methodo Aristotelica, non Geometrica Sphęram tractauit.

1255 f Alexāder 4. Agnagninus, an. 6. 5342

1261 mens. 5. dies 5 5349

Vacat m. 3. d. 4.

187.

Patriarchis.

Cōstantinopoli Manuele secūdo, deinde Nicephoro, qui non iniit, mox Arsenio an. 4. Germano an. 1.

Hierosolymis Iacobo Pantaleone.

f MAGNA huius Papæ laus, nam pater pauperum. Edicto aboleuit libellū contra paupertatem scriptum à Guilielmo de S. Amore, doctus & scriptor. *Vuicelius.* Sub hoc fœliciter fuit in Asia pugnatū, & Guelphi electi per Gibelinos ad sua reuocati. *Idem.*

Ludouicus multa in Regni vtilitatem instituit: Dignitates & officia noluit esse venalia. Blasphemis, & in vanum iuratibus per nomen Dei, cauterium in fronte inussit: Lupanaria prohibuit: vetuit Magistratibus in toto suæ iurisdictionis tractu aut fundos emere, aut liberis sacerdotia procurare, aut eos collocare nuptui: histriones aula exegit: multa cœnobia Valetudinaria partim condidit, partim instaurauit & ditauit: beneficia Ecclesiastica noluit conferre, sed ius illud restituit collatoribus ordinariis, iuxta antiquos Ecclesię canones. *Gagu. lib. 7. Chron. Franc.*

Cùm ei instituendi pastores à Pont. potestas facta fuisset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad idque diploma legatus Roma rediens attulisset. Quòd mea (inquit) Romæ negotia strenuè obieris, Laudo, quòd mihi à Pontifice munus hoc retuleris, non probo. Intelligo enim, quanto cum periculo animæ meę & regni id susceperem. Ac protinus diploma in ignem proiecit. *Broimard. cancel. in eius vita.* — Anni mundi. 5342

D. Ludouicus nolebat se immiscere collationibus Sacerdotiorum, dicens: Sat mihi est coram Deo de temporalibus mihi creditis, non etiam spiritualibus, rationem reddere. *In libell. Virgæ directionis pag 32.*

Ad Cheradum (sic Græci Strumas, glandularum quarundam induratarum genus vocant) curationem, Crucis signum primus adhibuit: cùm decessores reges solo tactu veterentur. *Nangiac.*

Daniel Russorum dux, legatione ad Opissonem legatum Apostolicum in Poloniam missa, cùm promitteret se cum vniuersa gente ad Romanæ Ecclesiæ communionem accessurũ: & Christianas regiones aduersus Tartaros, qui iam ingentem formidinem omnibus Principibus Christianis incusserant, & superiori biennio Poloniam Nogaio & Celebuga ducibus, iam tertiò vastauerant, defensurum: nomen ac diadema regium sibi & posteris suis, dissuadentibus frustrà Polonis, impetrauit. Verum consecutus id quod concupierat, fidem violauit & in Græca communione permansit. *Cromerus lib. 9. Polon.*

S. Thomas Aquinas Dominicanus, discipulus Alberti Magni scholasticæ doctrinæ princeps.

Henricus de Segusia dictus Cardinalis Hostiensis, tunc Summam suam edidit: habuit auditorem Guilelmum Durandum, qui dictus est Speculator. Floruit Guilelmus de S. Amore doctor Sorbonicus, qui scripsit contra ordines Mendicantium.

1254. Borussi ad religionem deducuntur per fratres Teutonicos, quibus Fredericus 2. eam terram acquirendam tradiderat. *Nauclerus vol. 2 gen. 42. Crantzius Vandaliæ libro septimo cap. 21.*

Eodem tempore Mandanus Lithuanorum dux, abiecta religione Christiana, quam simulatè ad tempus susceperat, infestior in dies Christianis vicinis erat. *Crom. lib. 9.* omnemque Masouiam & Cruciferorum terram depopulatur. *Idem.*

Sic paulo ante, sub an. 1240. Suentopelci suasu Prussi religionem Christianam abiicientes, Germanos Polonósque omnes, qui apud se negotiabantur, vel sedes inter ipsos posuerant, certa die trucidant. *Idem lib. 8.*

HVMANA.

Cùm Edoardus filius Henrici 3. Anglorum Regis duxisset in vxorem Aleonoram Alphonsi Castellæ Regis sororem, pater eum donauit Principatu Vualliæ: Hinc fit vt filius Regis Angliæ natu maior vocetur Princeps Vualliæ. *Polyd. lib. 16. Angl.* Antea cùm Ducatus Normaniæ esset sub ditione Anglorum, Regis major natu, dicebatur Princeps Normaniæ: à tempore Henrici I. qui Guilelmum filium suum Ducem fecerat eius regionis circa an. 1120. *Polyd. lib. 11. Hist. Ang.*

Iacobus de Bellouiso Iurisconsultus, scripsit in libros Feudorum, quos septies publicè interpretatus fuerat.

Memorabile fœdus an. 1259. (alij 1269.) inter Anglos & Francos, Lutetiæ in magno Principum conuentu, præsentibus Ludouico Francorum & Henrico Anglorum Regibus, percussum est: vt Ducatus Normaniæ, Comitatus Andegauensis, Cœnomanensis, (quorum causa tot olim bella inter — 5349

Principibus.

Balduino 2. Constantinopolitano Imp.

Theodoro Lascari iuniore, Ducæ fil. Græcorum Imp.

Michaele 7. Comneno Paleologo an. 35. Cõstantinopoleos & Græcorum Imp.

Interregno Imperij Romani.

Haalono Tartaro Fratre Mãgonis Cham quarti Persarum rege, an. 4.

S. Ludouico Francorum Rege.

Naakutolab Æthiopum pret-Ioso.

S. Ferdinando Hispaniæ.

Henrico 3. Angliæ.

Boleslao Pudico Poloniæ.

Alphonso 3. Portugalliæ.

Alexandro 3. Scotiæ annis 37. — Anni Christi. 1254 … 1261

Anglos & Francos, & quos à Philippo Augusto receptos, Franci ad eam ætatem possidebant) item etiam Turonensis & Pictauensis cederent in perpetuum Franco: acciperet verò Anglus pro impensis bellicis 150. milia aureorum, & in singulos annos vectigalis nomine dena millia, contentúsque esset vlteriori Aquitania, & citerioris parte vsque ad Carantũ fluuium, cum finibus Agenensium, Lemouicum, Cadurcorum, de quibus tamen ius clientelare deberet Franco, renũcians iuri, quod sibi in Galliæ regno vendicare posset: sicque adscriberetur inter Barones Franciæ, ac Par, Duxque Aquitaniæ vocaretur.] *Polyd. lib. 16. Angl. histor. Gagui lib. 7. Æmyl. lib. 7. Guiliel. Nangiacus.*

Michaël Palæologus Iohanni Theodori Lascaris Iunioris filio, ne patri succederet, annum 10. egresso oculos eruit & imperium inuadit: Balduinum Constantinopoli expellit, stratagemate Alexij Cæsaris, qui cum 50. satellitibus noctu per cuniculos antiquos ab incolis intromissus elato clamore horribili & iniecto multis in locis igne ciues ità terruit vt plena esse omnia hostibus putarent, domique se clauderent. Sic effractis portis reliquos 750. qui ad vrbem excubabant, introduxit *Gregoras lib. 4.*

Ita Imperium Constant. pulsis Gallis post an. 58. vel vt alij volunt 63. Græcis restituit. Nec multò pòst in Lugdunensi Conc. concordiam inter Græcos & Latinos tredecies scissam & refectam redintegrauit. *Cromerus lib. 9. Polon.*

Circa ann. 1258. totum regnum Persarum, Sultanis dissidentibus, Haalonus Tartarus eripuit: persuasu Haitonis regis Armeniæ, capta Babylone, siue Bagdad & Calypha, cuius regnum circiter sexcentos annos duranerat, nempè ab Omare Mahometis nepote.

Regnum autem Persarum, cùm extinctis veteribus eorum principibus, fuisset penes Saracenos annis 297. & Mahomet vltimus contra aliquos Sultanos & Turcos armasset, atque ab iis postea regno exutus esset, ad Turcos deuenit ann. 1055. per annos 203. vsque ad hunc annum 1258. quo iam penes Tartaros fuit vsque ad an. 1350.

* FESTVM Sacramenti corporis Christi institutum. *Trith. in Chron. Monast. Polyd. de inuent. rer. lib. 6. cap. 8.* Thomas Aquinas composuit officium illius festi cum hymno & prosa, quod misit ad Vrbanum PP. à quo in præmium retulit columnam argenteam. *Naucler.* Extat inter eius opera.

Centum annis pòst*, Papiæ cœpit lustratio sacramenti, qua corpus Christi in ferculum fertur. *Chronica Bosiy.* Atque hinc ad reliquas Occidentis partes manauit. præsertim Andegauum, vbi Berengarius fuerat Archidiaconus & Sacramentariam impietatem sparserat, vt corporis Christi præsentia preces sint ardentiores, fidei publica fiat professio contra Sacramentarios: debitus cultus Christo exhibeatur, qui nobiscum corporaliter versari dignatur. Sic olim publicè circumgestabatur arca Testamenti, manna corporis Christi symbolum continens. *Ios. 6. 1. Reg. 4.* ad pacem & misericordiam procurandam, ad debitum cultum Deo, qui in arca habitare dicebatur, exhibendum, &c. Sic Iudæi hodie festo Septembris, quod חגת תורה dicitur, librum legis circum Synagogam ferunt solenniter, adorant, posteaque in Tebá, deinde in Hecal, ceu armario reponunt [*simchas thodah.* id est festum siue lætitia legis, *tébá.* id est area *hécal.* templum.]

Fuit humili loco ortus, fertur enim habuisse patrem sutorem veteramentarium: cùm Cardinales non possent conuenire ad vnum eligendum ex suo collegio, ex Patriarcha Hierosolymitano creatus est Roman. Pontifex. *Plati.*

Diu in Thuscia, cum Romana curia permansit, quòd Manfredi Siciliæ regis potentia ecclesia vexaretur: & Gibelini

Anni Christi.		Anni mundi.
1258	*CONCIL. Oxoniense, contra Pictos qui ingenti numero confluxerant in Angliã: quos statuerũt cum cæteris alienigenis exterminãdos. Polyd. Virgil. li. 16. hist. Ang.*	5346
	188.	
1261	* Vrbanus 4. Trecensis an. 3.	5349
1265	mens. 1. di. 4.	5353
	Vacat m. 5.	
	Patriarchis. Constantinopoli Josepho an. 13.	
	Hierosolymis Thoma, post quem quis è Latinis sederit, non literis traditum.	

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guelphis essent potentiores.

Annī mundi.

Annī Christi.

Principibus.

Misit in Angliam Othobonum legatum, ad componendū intestinum bellum, inter Henricum regem & eius optimates, *Polyd.* 5349

Michaele 7. Comneno Paleologo cognom. Magno Orient. Imp. 1261

Ioannes Seneca cognomen. Theutonicus primus glossator, vt vocant, Decreti, Hūbertus, Alexander de Villa Dei minorita, Albinus Abbas Ferrariensis, Adamus de Matisco Anglus, Ioannes Episcopus Bostinensis, Dauid Germanus Vualricus Argentinensis Alberti discipulus, Theodoricus Turingus, Ioannes Bizuntinus Episcopus Adeledinus Sagiensis Episcopus Theologiæ scriptores, vt ferebant illa tempora, doctissimi.

Libera Christi prædicatio per Aphricam à Saracenis concessa. *Blond. lib. 8. Dec. 2.*

Iam Vuingis victis à Boleslao Polonorum Duce, & reliquis ad fidem conuersis, Gnesnensis Archiepiscopus authoritate Vrbani 4. Episcopum præficit an. 1264. *Crom. libro 9.*

*Exist*ẽte *Interregno Imperij Occident.*

HVMANA.

Manfredus Frederici 2. nothus Frederici filios legitimos tollit regni Siculi cupiditate, Henricum iuniorem clam iugulari curat à Saraceno transfuga: Henricum alterum pisce infecto extinguit. Conradum veneno. Sic ex vniuersa Frederici familia tres tantùm restabant. Manfredus iste, Conradus cog. Caputus Antiochiæ princeps, nepos Frederici ex notho Frederico, & Conradinus Conradi veneno sublati filius.

Haalono Tartaro Persidis Reg. deinde Abaga Filio, an. 20.

Neapolim occupat. Nonnullos, qui in Germania Conradinum tollant, subornat, cæde nondum patrata mortem illius diuulgat: literis commentitijs demonstratis, ac regna iure successionis sibi vendicat. Præsidia pontificia in Apulia opprimit. Regium nomen vsurpat, Siciliam adiungit. Se munit affinitate Iacobi Arragonum regis, filia Constantia filio eius maximo Petto desponsata.

S. Ludouico Frāc. Reg.

Carolus Andegauensis ab Vrbano, qui Manfredum anathemate percusserat, attractus: victoriam cum vtroque regno obtinuit. Siciliam paulò post amisit, Conradino regna sua repetente, adiuto auxiliatibus copijs Frederici Austriaci Pisanorum, Senensium, & Genuensium, Panormo, Messana & Siracusis exceptis, Conradinum & Fredericum Austriacum in conflictu Marsico postea captos an. scilicet 1268. secuti percussit. Vesperatum Sicularum coniuratione Insulam, quam hoc bello recuperauerat, ad extremum perdidit.

Naakutolab Aethiopū pret-Ioso.

Alphonsus 10. cog. Sapiens Hispanię rex, insignis philosophus & Mathematicus Septipartitum opus iuris ciuilis, Hispanorum historiam generalem, librum thesauri, & tabulas Astronomicas conscripsit. Quater decies vniuersa Biblia cum suis Glossis, inter tot negotia legit. Imperator Romanorum electus fuit, sed recusauit imperium: contentus solo titulo, quem ob eligentium honorem ad tempus in literis suis retinuit. *Vasæus. Tritem. in Chron. Hirsaug.*

Alphōso 10. cog. Sapiēte Hispaniæ an. 25.

Richardus Cornubiæ Comes Regis Angliæ frater, eius loco libens imperium assumpsit, & Aquisgrani consecratus fuit. Cúmque per omnes Regni ciuitates ascendens iter faceret vsque ad Basiliam, & pecuniæ pro adeptione imperij nimis prodigè expensæ: iam iam defecerant, Principes eo relicto omnes ad suas redierunt, tacitè innuentes prædam se hactenus secutos fuisse, non Regem. Qui cernens se Principum auxilio destitutum, commisit Philippo de Falckeiflein, & Philippo de Hoenfels ciuitates imperij, assumptāque vxore in Angliam reuersus est, nec vltrà in Alemaniam

Henrico 3. Angliæ.

Boleslao Pudico Poloniæ principe.

Alphōso 3. Portugalliæ reg. 5353 1265

Alexandro 3. Scotiæ.

venit

Annī Christi.

Annī mundi.

venit. *Chron. Hirsaug.*

Abaga Tartarus, rex Persarum contra Melechoio Sultanum Ægypti, cum Armenio R. infeliciter pugnat.

189.

1265 g Clemens 4. Narbonensis an. 5. di. 21. 5355

1271 Vacat an. 2. m. 9. 5359

Alexius Cæsar Strategopulus, iussu à Michaele Paleologo obiter tentare Constantinopolim, eam cepit cum 800. tantùm militibus. *Niceph. Gregoras lib. 4.* Ità Balduino Græcia expulso Gallorum imperium apud Constantinopolim 55. annis obtentum finitum fuit. Illud deinceps Græcis restitutum mansit penes familiam istius Paleologi. 200. fermè annis donec Mahometes Turca Bizantium occuparet an. 1453.

Patriarcha.

Constantinopoli Iosepho.

g OPTIMVS Pontifex, vir nempè sanctæ conuersationis, & Prophetico spiritu (vt dicebatur) illustratus. *chron. Hirsaug.*

Bona Ecclesię optimè dispensauit. Cùm duas filias ex mortua vxore ante Pontificatum susceperisset, vnā in monasterio collocauit. 30. tantum libras dedit. Alteri 300. libras dotis nomine, Clerico nepoti tres præbendas habenti duas abstulit, se dicens Deo, non carni & sanguini vello acquiescere.

Principibus.

Eisdem Impp. & durante interregno Imperij

Siculum & Neapolitana regna, quæ, post Frederici Imp. necem, Manfredus nothus eius inuaserat, Carolo Ludouici Regis Francorum fratri addixit, à quo Manfredus & mox alio prælio Corradinus Frederici è Conrado filio nepos interfectus est. *Crom. lib. 9 Polon.*

Iisdem quoque in Perside, Francia, Hispania, Anglia, Polonia, Portugalia, Scotia regnantibus.

Carolum D. Ludouici fratrem inunxit Romæ, Siciliæ & Hierosolymorum Regem, ea lege vt in singulos annos 48. millia aureorum (Naucler. 40. mil.) nomine tributi penderet *Platt. Blond. lib. 8. dec. 2. Æmil.*

Hoc Pontifice Guelphi reuixerunt, Duce Carolo quodam.

Icum Nuamlach Aethiopū pret-Ioso, an. 15.

D. Ludouicus Frāco. Rex, signatus cruce, relicta Regni administratione, Simoni Neclæ & Matthęo Vindocinensi Abbati D. Dionysij, cum tribus filijs, Ioanne Philippo & Petro, magna classe comparata traiecit in Africam, secundo dimicaturus contra Saracenos: sed anno proximo Carthagine expugnata, Tuneto obsessa, & Ioanne Tristanne priore filio defuncto, ipse ex alui profluuio (alij peste) obiit ad 8. Cal. Septemb. an. 1270. *Gagui. lib. 7 & Æmyl. blond. lib. 8 dec. 2. Palmer. in chron.* Bonifacius eum inter sanctos retulit. *Gaguin lib. 7.*

1266 *DVO Concilia plurimorum sacerdotum celebrantur in Anglia, per Othobonum Apostolicum Legatum, de rebus ad religionē pertinentibus, quibus etiam nunc in Anglia vtitur. Polyd. Virgil. lib. 16. Angl. hist.* 5354

Margarita eius vxor, sanctitatis viri defuncti æmula, se totā Deo vouit, ac Lutetiæ suburbanum cœnobium Franciscanarum extruxit.

Quemadmodum ab eius viro D. Ludouico, cœnobia Sanctæ Catharinæ Vallischolarium, Maturinorum, & Sanctæ Crucis Guilelmitarum Lutetię fuerant posita.

Desyderius Longobardus, multis scriptis impugnauit ordines mendicantium: contra quem D. Thomas lib. contra impugnantes religionem, cap. 6.

Tartarorum duces quidam in Asia, religionem Christianam susceperunt, & magnas res in Syria & Persia fociis Armeniorum regibus: contra Saracenos & Ægyptios aliquandiu gesserunt. E quibus vnus Cassanus, successoribus suis Persarum regibus nomen dedit. *Crom. lib. 9. polon.*

Aiterum fuit. { *Northantons.* / *Londini.*

Icum Naimlach de familia Dauid Æthiopicum imperium, quod Presbyteri Ioannis vulgò dicitur, maioribus suis ereptum, ante trecentos triginta tres annos à stirpe regina Treddigaber, ope optimatum, qui res Sabæ prouinciæ gubernabant, recipit, & ex Axuma prouincia in Sabam transfert. *Victorius Reatinus de Regibus Æthiopiæ.*

Nicolaus Paulus & Matheus Veneti, cum Chogotalo nobili Tartaro, à Cobila Tartarorum 6. Camo siue Imperato-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re destinantur ad Pont. Clementem : vt mittantur, qui tartaris legem Christi prædicent. *M. Paulus in suo libro.* Cobilam tandem sacro baptismo fuisse initiatum tradit *Hayto Armenius.* — Anni mundi. 5359

HVMANA. — 5364

1268. bellum rusticum in partibus Hollandiæ ad defendos nobiles, seque asserendum in libertatem : quod dissipatum est industria Traiectensis Episcopi, & Comitis Geldrensis, multis captis, pluribus occisis *Chron. Hirsaug.*

1269. Collegium Quæstorum siue Thesaurariorum, à Guielmo de Szana, Ecclesiæ Rothomagensis Thesaurario. Lutetiæ conditur.

1270. Franci & Carolus Siciliæ rex, Tunetum in Africa capiunt, captiuos Christianos liberos faciunt, in omnibus regni ciuitatibus monasteria construunt, *Chronic. Martini. Gaguin. lib. 7. Æmil. lib. 7 Continuatio historiæ sacræ lib. 4. cap. 17.*

In Corandino, Frederici è Conrado filio nepote, illustriũ Sueuiæ Ducum genealogia defecit, in qua Romanum imperium plusquàm centum & viginti annis tutò quiescens, incrementa sui accepit. *Chron. Hirsaug.*

Philippus D. Ludouici filius, in Africa Rex salutatus, post leges barbaris datas, tributúmque impositum, exercitum in Galliam reduxit, regnauitque an. 15.

ELECTVS est Viterbij post triennij ferè vacationem, cùm duntaxat esset Leo diensis Archidiaconus, ac eo tempore in Asia cum exercitu Christianorum, contra infideles pugnaret *Chron. Hirsaug.*

Sapiens & integer. Vnijt Latinam Ecclesiam cum Græca, & vt fieret continua expeditio in Saracenos contendit, *Vincelius.*

In Concilio Lugdunensi Rudolphus confirmatus est Imperator, quòd nollet ire Romam, pro imperij corona, dicés: Multorum Alemannorum Reges Italia consumpsit, non ibo Romam. *Chron. Hirsaug.*

In eodem, Minores 25. annis à cura Parochialis ecclesiæ exclusæ sunt. *Ca licet canon. de Elect lib. 6.*

D. Thomas Aquinas obiit ætatis quinquagesimo, dũ Lugdunum ad Concilium euocatus proficisceretur. *Mater. hist.*

Emerserunt ex Italia flagellantes hæretici incerto auctore, qui vagantes per Germaniam & Gallias, semetipsos flagellabant, & prædicabant multos errores : vt Aquam benedictã nihil plus habere efficacię, quàm non benedictam: Euangelium finem accepisse post aduentum suæ sectæ præferebant suam flagellationem Martyrio, &c. *Zero. Luxemburg & Alphons. lib. 3. cont. Barct.*

Magna pars historicorum Philippum Francorum regem cognominat audacem, sed tanta fuit morum & animi lenitate, vt merito potuerit appellari Lenis. At fortasse quod dicebatur de Philippo Duce Burgundiæ, qui fuit vir stultus & forti animo, ipsi imprudenter traxerunt ad Philippum Regem Francorum. — 5367

Michael Palæologus Imperat. Græcos nolentes Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ fidem ac ritus recipere, variis modis mulctauit, bonorum publicationibus, relegationibus carceribus, excæcationibus, flagris, mutilationibus, & alijs similibus pœnis. Becum Constantinopolitanum Patriarchã, vicũ exosi ingenij & doctrinæ, suo edicto auctoritatẽ, cũ omnibus ferè ipius sanguinis coniecit in tetertimos carceres. *Niceph. Gregoras lib. 5.*

Paulò post Ioannes Becus, postquam librum sibi ab Imperatore missum (quem ante 25. annos, cum ea quæstio agitata

esset

190.

h GREGORIVS 10. Placentinus, an. 4. mens. 2. dies. 10. — Anni Christi. 1271 — 1276

Vacat di. 9.

Patriarcha.

Constantinopoli Iosepho cogno. Beco, deinde Ioanne an. 10.

Principibus.

Michaele 7. Comneno Paleologo Orient. Imp. Post finitum interregnũ Imperij Rudolpho an. 19 Occid. Imp.

Abaga Tartaro Persidis. S. Ludouico Frãc. Reg. & post eum eius filio Philippo 3. Audace an. 15.

Icun Nuamlac Æthiopum pret-Ioso.

Alphonso 10. cog. Sapiẽte Hispaniæ.

Hẽrico 3. Angliæ, deinde Eduardo 4. dicto 1. an. 34.

Boleslao Pudico Polonorum principe.

Alphonso 3. Portugallię reg.

Alexandro 3. Scotiæ.

DECIMVM quartum generale concilium Lugdunense secundum, præside Rom. Pontifice, Epise. 500. Abbatum 60. & aliorum minorum prælatorum & sacerdotum ferè 1000. Pro terra sancta recuperanda (hæc de re nihil fuisse definitum ait Ioan. le Maire) & contra Græcos de processione S. Spiritus à filio. Interfuerunt Græcorum & Tartarorum legati (Guilel. Nang & Gregoras) & si Tritemio credimus, Michael Palæologus Imp. Græco- — 1273 vel 1272

Anni Christi. — *rum, cuius auctoritate etsi repugnantibus pluribus Græcis (Nicephorus Gregoras lib. 5. Pachymeres lib. 5. conciliata est quidem (siue per eum siue per legatos) decima tertia (Trith. in Chron. Monast Hirsaug.) vnio siue concordia vtriusque Ecclesiæ, sed ea non diu duravit, sicut nec præcedentes. Gaguinus lib. 7. Æmyl. lib. 7. Tom. 3. concil. Blond. dec. 2. lib. 8. Plat. Palmer.* — Anni mundi.

192.

1276 — i INNOCENTIVS 5. Burgundus, Tarẽtasiensis. mens. 6. di. 2. — 5364

1276

Vacat di. 9.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne decimo.

Principibus.

Eisdẽ Imperantibus & regnantibus.

Alexandro 3. Scotiæ.

192

1276 — k ADRIANVS 5. Genuensis mens. 1. di. 9. — 5364

Vacat d. 28.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanno 10.

Principibus.

Iisdem Impp. & regnãt.

esset, ex multis sacræ Scripturæ & sanctorum patrum libris pro Latinis collegerat Nicephorus Blemmydes) diligenter expendisset, & cum sanctorum libris, ex quibus Blemmydes ea excerpserat, ad verbum contulisset, mutata sententia restituitur suæ dignitati, & deinceps sit ab intimis consiliis Imperatoris, adeo vt sine eo nihil prorsum gereretur. *Niceph. Gregor. lib. 5.*

Qui an. circiter 1270. partem Imperij Vncami Preto-Ioannis à Tartaris ante 100. an. confecti, sub Cobila 6. Cham regebat, de Vncami stirpe quartus erat, Rex & Sacerdos Georgius. *Ex. M. Veneto.*

An. 1274. Boleslio gentis Rege quatuor milliaribus à Cracouia, Poloni duros salis lapides effoderunt, præcipuas regni opes. *Munst. lib. 4 Cosmog.*

Petrus 3. Regum Aragoniæ primus, per mortem Manfredi soceri sui : fit rex Siciliæ: *Vasæus.*

i ABSENS eligitur & primus ex ordine Prædicatorum, fit Romanus Pontifex. Anteà vocabatur Petrus de Tarantasia & erat doctor Theologus, qui super libros 4. sententiarum & epistolas Pauli scripsit : vir optimus, de quo omnia bona sperabantur : Amator publicæ tranquillitatis. *Trith. in Chron. Monast. Volater. lib. 21. Plat.* Alij volunt eum fuisse Longobardum. *Fascic. temp.*

Philippus Cancellarius Parisiensis, Thomas à Cantiprato, Richardus Mediauillanus minorita Anglus, Albinus Bononiensis, Ioannes Valensis, Guilelmus Arronius, Godofridus seu Cuiardus Episcopus Cameracensis, scriptores Theologici.

Philippus Tudertus ciuis Florentinus, ordinem seruorum Beatę Mariæ redegit ad formam. *Polyd. lib. 7. de invent. cap. 4. Sabel. Ennead. 9. lib. 7.* Honorius 4. eum confirmauit.

HVMANA.

A Rudolpho Imperatore procreatus est Albertus Dux Austriæ, qui & post Adolphum fuit Imperator, à quo domus Austriaca, ad hunc vsque diem imperio fruens. *Chron. Hirsaug.*

Ducatus enim Austriæ, mortuo sine liberis Duce illius, cum Comitatibus Stiriæ, Tirolis, & Carinthiæ vacabat. *Ibid.*

Quin & Rudolphus Odacharo Rege occiso in bello, Boemiæ regnum suæ ditioni subiecit, deinde regnum Burgundię *Ibid.*

Omnia castella & latibula latronum, qui fuerant multiplicati, quòd nullus esset Imperator, mortis prædonum reprimens : ideòque omnia gererentur per tumultum sine lege, sine ordine, pro lubitu, destruxit *Ibid.*

1286. Cancellarium suum in Italiam misit, qui accepta pecunia, populos omnes liberos faceret. *Ibid. de quo suo loco.*

k MORITVR Viterbij ante consecrationem suam. Revocauit constitutionem Gregorij 10. de Conclaui, quam revocationem & Ioannes 21. successor confirmauit. Atque ita fiue conclauis reclusione sequentes pontifices Nicolaus 3. Martinus 4. Honorius 4. Nicolaus 4. Cælestinus 5. creati sunt. Cælestinus verò 5. renouauit, deinde Bonifacius 8. successor, qui & in librum 6. decretalium eam retulit. A quo deinceps tempore, Cardinales in conclaue reclauduntur. *Ioan. Andreas ca. Vbi periculum.*

Rudolphum Imp. in Italiam vocauit ad comprimendam Caroli Siciliæ regis insolentiam, qui oblitus beneficiorum Innocentij quarti, qui regnum legitimis hæredibus Conrado & Corandino filio eius ablatum, ipsi contulerat Romæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia pro arbitrio gerebat, Deo iniuriam illi factam vindicante. Verùm Rudolphus Boemico bello distentus, Pontifici satisfacere non potuit. *Chron. Hirsaug.*

Haito postquam multa bella confecisset contra Tartaros, Persas, Malec Sultanum siue Calipham Babylonium & Melechdaer Soltanum Aegyptium, ac per annos 45. eos quinque memorabilibus prœliis superasset, 1. in Pamphilia. 2. in Seleucia, tribus reliquis in Persida, Præmonstratensem ordinem in Cypro professus, & Macarij nomen sortitus, anno 1273. in Domino moritur. *Ex historijs Armeniorum.*

HVMANA.

Tuio eius filius, Rex Armeniæ, ab Emerico Lusignano Cypri Rege, & Villarelo Templariorum magistro, suppetias contra Mahometanos obtinuit. *Ibid.* 5364

VIR literatus, sed in rebus gerendis parum prudens. Moritur Viterbij, noua super eum camera ruente. In Philosophia & Medicina eruditissimus erat, & multa scripsit, è quibus summula quædam extat, quam Thesaurum pauperum appellant, medicinæ non inutilis. *Chron. Hirsaug.* 5365.

Sub eo damnantur, qui asserebant Christum & discipulos nihil habuisse, ac in his, quæ habuerunt, nullum obtinuisse ius. *In Extrauag. cum inter nonnullos de Verborum significe.*

Sub eodem damnantur, errores Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis. *In extrauag. communi Vas electionis.*

Pontifices qui idem nomen habent variè apud historicos numerantur, sed in his, qui nomen Ioannis obtinuerunt, tanta est in numerandi ratione confusio: vt vix quicquam certi liqueat, adeò vt quod de vno dicendum erat, sæpe imprudenter à multis alteri tribuatur. Qui faciunt Ioannem 17. Schismaticum, hunc nominant 20. qui verò illum inter pontifices adscribunt, & simul numerant Ioannem illum 8. si dijs placet, fœminam, vocant ipsum Ioannem 21.

HVMANA.

Mortuo Duce Austriæ sine liberis, Rodulphus Imperator ex concilio principum dedit eum Ducatum filio suo Alberto, quem eius successores etiam hodie possident. *Trith. in Chron. Monast. Hirsaug. & Vuolfang Lazius.* 5365

m NVNQVAM sacrificabat, quin lachrymas funderet. Sacerdotia non nisi idoneis conferebat. Notarios & tabellliones curiæ Romanæ, vt pestiferos sustulit. Gregorium 10. & Ioannem 21. imitatus. 536 9

HVMANA.

Dionysius rex Portugalliæ sextus. 44. oppida partim instauravit, partim à fundamentis struxit. *Vasæus.* Agricolas appellabat netuos Reipub. vnde & eis consulebat. *Idem.*

Ordines militum Christi, militum S. Iacobi, & militum Cistercienses de Auys aduersus Mauros instituit.

Rodulphum Hasburgensem quidam tradunt, ciuitatibus Italicis imperi, iura vendidisse.

An. 1280. Turci, qui à Tartaris attriti fuerant, resumptis animis reuersi ad latrocinandi consuetudinem, reliquias imperij Græci in Asia comminuunt: terras subactas in Satrapias 7. partiuntur, à mari Pontico & Galatia vsque ad mare Lycium & Carium, fluménque Eumedontem.

Carimannus Alusmeius Phrygiam & Antiochiam, Satranus Ioniam, Sanson Magnesiam, Prienen & Ephesum, Calames & Cerasus filius Mysiam. Ottomanus Bythiniam

Anni mundi. *Anni Christi.*

193.

l IOANNES 21. (alijs 20 alijs 22.) Lusitanus Vlysliponensis mens. 8. 1276 1277

Vacat m. 6. d. 7.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne 10.

Principibus.

Iisdem Impp. & regnat.

149.

m Nicolaus 3. Romanus, *ob vitæ integritatē vulgo dictus Cōpositus,* 1277 1281

an. 3.

mens. 8. di. 15.

Vacat m. 5. d. 20.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne 10.

1265

Anni Christi. *Principibus.*

Eisdem Imperātibus & regnātibus, & post Alphonsum Portugalliæ Dionysium, an. 46. Icum Nualac Æthiopiæmox Iacha-bazeon an. 9.

CONCIL. Cantuariense, præside Archiepiscopo, ad cōfirmādā statū religionis. Polyd l. 17 Ang. hist.

195.

1281 n Martinus 4. Turonensis, an. 4. mens. 1. 5369 5373

1285 Vacat di. 3.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne decimo, deinde Iosepho iterū mens. 1. Mox Georgio siue Gregorio an. 6. mens. 6.

Principibus.

Michaele Palæologo Orient. Imp. Abaga Tartaro Persidis, deinde Tangadore an. 2. Argone an. 4. Rodulpho Occid. Imp. Philippo 3. Franc. Rege. Iacha ha Zeone Æthiopiæ præ-loso siue Belul. (id est dominus Vnus.) Alphonso 10. cog. Sapiente Hisp. deinde Sanctio 4. an 8. Eduardo 4. dict. 1. Angliæ. Lesco Nigro Polo. principe Dionysio Portugalliæ Reg. Alexādro 3. Scotiæ.

1283 *CONC. Herbipolense, præside Legato Apostolico à latere, multorū Episcoporum, Abbatum, præsentibus Rodulpho Imp. Principibus Ducibus & Comitibus, vbi inter alia Legatus nomine Papæ contribut ionem decimi denarij à clero, & Rege ab vniuerso populo exigere cæperunt. Trite. in Chro. monasterij Hirsaug. Ait Munsterus in Cosmog. refert ad an. 1287.* 5371

196

1285 o Honorius 4. Romanus an. 2. di. 1. 5373

1288 Vacat m. 10. 5376

Patriarcha.

Constātinopoli Georgio

Anni mundi.

thiniam, Amuriada à Sangaro flu. vsque ad Paphlagoniam sibi distribuunt.

Cæteris oppressis se quatuor familiæ extulerunt, Assumbei Candeloti, Caramanni (hinc Ciliciæ Caramanniæ nomen accepit) Ottomani.

Candeloti Sinopen regionem circa pontum, Caramanni Ciliciam cùm obtinuissent, diu Ottomanis restiterunt. Victi confugerunt ad Assumbeum, qui Cappadocum terras & minorem Armeniam possidebat, ex cuius stirpe natus est Vsumcassanus: qui regnum Persicum inuasit postea.

Iacobus Meyerius ad ann. 1278. suum Chronicon Flandriæ deduxit.

Siculi impatientes libidinis & insolentiæ militaris Gallorum, communicatis consilijs, cum Nicolao 3. qui Carolo infensus erat, & Palæologo Byzantino Imp. qui Gallos nuper ex vrbe eiecerat, & Petro Aragonio, coniuratione facta an. 1281. die Paschæ ad pulsum campanarum conuocantium ad vesperas, omnes Gallos ad vnum supra octo millia, cum vxoribus etiam grauidis, intra duarum horarum spatium contrucidarunt. Vnde prouerbium, VESPERÆ SICILIANÆ, seu Vesper Siculus, de subita cæde. *Æmyl. lib. 7.* Soli illi superfuerunt, quos Spitlinga arx munitissima protexit.

Deficiunt Siculi ad Petrum Aragonium regem, (cui Regnum Siciliæ debebatur iure dotis Constantiæ vxoris, filiæ Manfredi: quem Carolus vita & regno spoliauerat) qui ad Hipponem Africæ armata classe, euentum Siculæ conspirationis præstolabatur: propterea à Nicolao 3. Roman. Pontifice hostis Ecclesiæ iudicatus. *Amyl lib. 7. Plat. Blond. lib. 8. dec. 2.*

n FVIT vir sanctissimus, adeo vt cæci, muti & claudi, ad eius sepulchrum sanitatem recuperarint. *Trith. in Chron. monast. Hirsaug.*

Italicis bellis indignè implicitus, semper tamen pacis expetens. Sub hoc infantuerunt Vrsina & Annabalica factio. *Vuicelius in Epitome.*

Martinus Polonus à Beato Petro incipiens, vsque ad Honorium quartum, vitarum opus edidit.

HVMANA.

Tangador Tartarus Persarum Rex, relictis sacris Christianorum ad Mahometem defciuit, ac se Mahomet Cham appellari iussit. Quin & Christianos persecutus est, clausis eorum templis: Quæ postea successor Argon aperuit, Christianos mirè complexus.

Eldad Danius Hebræus historicus scripsit suam historiam, de Iudeis Clausis in Æthiopia, circa annum Domini 1283. qui iuxta rationem numerandi Hebræorum, est an. orbe cōdito 5043. *Ipse ad finem sui libel.*

o VIR, bonus & integer, scientiæ & honestatis verus amator. *Chro. Hirsaug.*

Cardinales habere noluit nisi paucos, ac eos non minus bonos, quàm doctos. *Vuicelius in Epitome.*

Ordinem Carmelitarum (qui sic dicti sunt à Carmelo monte Syriæ) mutatis chlamydibus virgulatis, siue versicolotibus in albas, confirmauit & reformauit. *Plat. Trith. in Chron.*

Ordinem Eremitarum sancti Augustini, Lutetiæ Parisiorum nondum receptum confirmauit. *Trith. in Chron.* Sunt autem, vtid obiter dicam, præcipui quatuor Ordines probatissimi: quorum cæteri omnes sunt veluti appendices, Basilij, Augustini, Benedicti & Francisci, sanctorum patrum. *Volater. lib. 21. Geograph. Polyd. lib. 7. de inuent. cap. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vacat sedes 10. menses ob ægritudinem Cardinalium, qua apud S. Sabinam correpti sunt.

S. Rochus Narbonensis, Guilelmus Durandus Miniatensis Episcopus, auctor Rationalis, Gilbertus Magnus Anglus Ægidius Biturigensis Archiepiscopus, Guilelmus Lugdunensis Archiepiscopus, Ioannes Genuensis, Ephrem (alius ab Eremita) Græcorum historicus Arlothus generalis Minoritarum, Guido Bononiensis Archidiaconus, Nicolaus Cabasilas Dyrrachij Episcopus Ecclesiastici viri & Scriptores.

Geraldus de Aluernia, Chronicon Abbatũ Cluniacensiũ ad annum 1287. protraxit.

Raymundus Lullius Catalanus Monachus Tuneti in Africa, multa scripsit de rebus nimium curiosis: in eius libris adnotati fuêre plusquam quingenti errores à Petro Tetracensi Archiepiscopo: vt Deum plures habere essentias, (tale quidpiam hodiè asserunt noui Trinitarij in Polonia) Patrem priorem filio: Spiritum sanctum conceptum ex patre & filio, &c. quæ tamen omnia, hæretica & plusquam diabolica audacia, asserebat se à Christo sibi apparente in forma crucifixi, in quodam monte accepisse, vt totum orbem à tenebris, quibus detinebatur liberaret. *Bernard. Lutzeburg. in catal. hæretic.*

HVMANA.

Palatium Parisiense (vbi Ludouicus Hutinus Parlamentum olim vagum sedentarium fecit) extructum est à Philippo Pulchro, Engerrano Marinio fisci præfecto, illud opus in insula regiæ vrbis vrgente. *Aemil. lib. 8.*

Parlamentum quoque Tholosanum, Occitanorum gratia rex idem instituit. Quo regnante bellum sacrum in Oriente, Ptolomaide à Sultano capta, finitum est. *Idem.*

Collegium Scholasticorum Choleticum Lutetiæ instituitur à Ioan. Choleto natione Picardo Cardinali. *Mater histo. riarum.* 5379

Ioanna Nauarrorum regina, Philip. Pulchri vxor Gymnasium Campanum, vulgo Nauarricum, Parisijs extruit & locupletat. *Ibid.* 5382

Eodem tempore collegium Cardinalitium, Ioannes Monachus natione itidem Picardus Cardinalis posuit.

1283. Rodulphus Imper. cùm circa Moratum ab equo deiectus fuisset, in lacum insiluit armatus, ac miro robore corporis euasit. Cùm inde Friburgum delatus esset, copiis collectis ex omni Sueuia, illud & Heluetios Comiti Sabaudiæ, cui erant subditi, eripuit. *Blond. lib. 8. Dec. 2.* & multa alia, *Chron. Burg.*

1286. Pecunia populos Italię liberos fecit. Lucensenses ob eam rem duodecim millia nummûm persoluerunt, Florentini sex millia. &c. *Chron. Hirsaug.*

1287. Vuernerus puer Christianus, à Iudæis furtim raptus occiditur: acubus & cultris, ad excipiendum eius sanguinẽ, in oppido Vuesaliensi iuxta Rhenum: qui postea, tanquam martyr signis claruit multis. *Ibid.*

Philippo Comiti Sabaudiæ, cui Rodulphus multa eripuit, successit Amadęus, à rerum magnitudine Magni cognomen adeptus.

Philippus Pulcher, rex quoque fuit Nauarræ an. 36. propter vxorem. *Vaseus.*

P PRIMVS Pontifex è Franciscanorum ordine. Nam errant, qui scribunt Honorium 4. fuisse minoritam. Vir bonus, amator religionis & pacis. *Chron. Hirsaug.*

Quo tempore Gibelini & Guelphi in Italia in se ardebant, & Soltanus in Asia Christianos crudeliter opprimebat.

Anni mundi | Anni christi

siue Gregorio.

Principibus.

Michaele Paleologo Orien Imp.

Argone Tartaro Persidis, deinde Regayto an. 6

Rodolpho Occi. Imp.

Philippo 4. Pulchro an. 28. Franc. Reg.

Iacha Hazeone Æthiopiæ Belul.

(Belul *duæ sũt dictiones*, Bel *dominũ sonat El verò vnum, id est solum.*)

Sanctio 4. Hispaniæ.

Eduardo 4 dicto 1. Angliæ.

Lesco Nigro Polo, principe.

Dionysio Portugalliæ.

Alexandro 3. Scotiæ.

197.

1288 p Nicolaus 4. Ascu-
lanus an. 4.
mens. 1. di. 8.
1294 Vacat an. 2. m. 3. d. 2.

Patriarcha.

Constãtinopoli Georgio siue Gregorio, deinde Athanasio an. 4.

Principibus.

Eisdẽ Imperantibus & post Rodulphum Astaulpho seu Rodulpho an. 6.

Impp. & regnantibus.

Regayto Tartaro Persidis, deinde Baydone, an. 4

Sanctio 4. Hispaniæ, deinde Ferdinãdo 4. an. 13

Iacha Hazeone Æthiopiæ pret-Ioso, moxeius liberis Baarsada, Esbrahad, Cadem saghed, Vdim Raab, an. 15.

Anni christi | Anni mundi

Eduardo 4. Angliæ.

Lesco Nigro Poloniæ principe, deinde Præmislo, qui regium titulum repetiuit an. 6.

Dionysio Portugalliæ.

Alexãdro. 3. Scotiæ deinde interregno annorũ sex, ob Anglorum irruptiones.

1291 CONCIL. *Londinense ad Vuest. monasterium iussu Eduardi Regis. Eo in Concilio publico edicto, iussi sunt Iudæi de Anglia in perpetuũ exire: cautũ est etiam, Vt nemini liceret dare prædia collegijs monachorum, sine Regis permissu: neue monachis aut aliis sacerdotibus emere possessiones, idque ne eiusmodi possessiones cœnobiorum aliorúmue sacerdotum dotes fierent. Eam Legem ad Manumortuam vocarunt, quòd res semel datæ collegijs sacerdotum non rursus venderentur magis, quã res mortuæ. Durat in hodiernum diem. Polyd. Virgil. lib. 17. Anglic. hist.* 5397

1291. ASCHAFFENBVRgense prouinciale, *præside Gerardo Archiepiscopo Moguntino cum 7. suis suffraganeis, Abbatibus & presbyteris, vbi multa vtilia de negotijs Ecclesiasticis statuuntur. Trithem. in Chron. monast.* 5380.

1194 q S. CÆLESTINVS 5. Eserniẽsis, mens. 5. di. 7. 5382

Vacat d. 10.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne vndecimo an. 6.

primebat.

Mulech Sapherapes Saracenorum Soltanus (hoc est, Imperator) non quidem Aegyptius, vt quidam putant, sed Babylonius, Tripolim, Tyrum, Berithum, Sidonem & Ptolemaida, nobilissima emporia, quæ sola tunc à Christianis tenebantur, ferro & igne vastauit: altercantibus inter se de finibus, iamdudum per 30. annos Venetis, Genuensibus, & Pisanis. *Æmyl. libro octauo Plati. Blond. libro. 8. dec 2. Fascicul. tempo.* Ità dissidentibus inter se Christianis amittuntur omnes portus Asiatici. Tuncque finitum est bellum Sacrum in Oriente.

Miraculosè per vxorem filiam Haytonis Regis Armeniæ, Mangu Cham Tartarorum à Cingis Cham quintus, conuersus baptizatúsque est, cum fratre Allan siue Hielon & tota familia. Deinde Allan exercitum in Palæstinam duxit, habens in vexillo Christi crucifixi effigiem: contra Cathos Melechmees, vt Hierosolymam reciperet. *Guil. Nangiac.*

Mox redierunt Tartari ad priscam impietatem. Vnde hodie sunt Mahometani vel potius Sagomorbarei. Nam habent Sagomorbat Cham pro magno propheta, vt Turcæ Mahometem, qui de Deo vno & de Politia & moribus aliqua eis dictata reliquit, inter quæ est edictum, quod vsque hodie iurant successores Cingis Cham, de non affligendis Christianis, nèque tributo ab eis exigendo copiosiore, quam à reliquis.

Hielon pulsis quidem Saracenis, potitus est regno Syriæ & Hierusalem circa an. 1290 At triennio post Soltanus Babyloniæ illud accepit. *Continuat. Nangiaci. Sabell. Ennead. 9. lib. 7.*

Adhuc viuebat & scribebat Nicolaus Lyranus. *Ipse in. 2. cap. Esaiæ.*

HVMANA.

Inter Philippum Regem Franciæ & Eduardum Angliæ erat capitale odium, quod fuit causa secundi belli Anglici seu Francici: & multorum malorum. *Polyd. lib. 17. Ang.* quo per Carolum Valesium Pulchri fratrem, Aquitania ditioni Francię adiungitur.

Angliæ rex Adulphum Imp. pro centum millibus Marcarum argenti, ea conditione in auxilium vocat, vt diuisa inter Imperij principes pecunia, communiter ei contra Francos assisteret. Quod non est assecutus, quia Adulphus acceptam pecuniam in priuatos vsus conuertit. *Chron. Hirsaug.*

Ferdinandus 4. Hispan. mortuus dicitur die sibi dicto à duobus, quos iniustè tanquam homicidij reos, occidi iusserat. *Vasæus in Chron Hispan.*

q PERCANNAM deceptus est voce tanquam cœlitus missa intonantem, vt desereret Pontificatum & Bonifacium institueret. Sedisse biennium aliqui scribunt.

Instituit ante Pontificatum ordinem S. Benedicti in Montibus. *Guiliel. Nangia. Polyd. lib. 7. de inuento. cap. 2.* Eum confirmauit Bonifacius 8.

Fertur edixisse, Ne deinceps Romani Pontifices & Cardinales veherentur equis & mulis, sed tantum asinis, Christi, cuius haberi vellent vicarij, exemplo. *Mater histo.*

Cùm rebus agendis parum idoneus haberetur, persuasus est vt Pontificatum resignaret, itáque coram omnibus in Consistorio, mitram, annulum & Sandalia deponens, Pontificatu se liberè abdicauit., *Platin.* Relatus est inter Diuos à Clemente 5. *Blond. 9. dec. 2. & Mater Histor.* vel à Ioanne 22. *Palmer.* vel à Viennensi Concilio. *Ioannes Meyerus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Nicolaus Tolentinus tunc obiit: qui catalogo Sanctorum adscriptus est ab Eugen.4.

HVMANA.

Michael 7. Comnenus Palæologus cognomento Magnus obiit anno sui imperij 35. sed quòd ad Ecclesiam Romanam descuisset priuatus est, etiam à proprio filio Andronico, sacra sepultura. *Nicephorus Gregor. libro quinto Æmylius libro octauo.*

Angli Normaniam & Aquitaniam inuadũt, capto clausſtro Blauiæ, & duobus aliis oppidis circa Burdegalam, à cuius accessu propulsantur per Radulphum Neela Magistrum Equitum. Proditione ciuium in deditionem accipiunt Baionam vrbem, *Guiel Nang.* Sibi Adulphum Imp. & Guidonẽ Flandrum sociant. Hinc bellum inter Francos & Flandros per annos quindecim.

Sub an. 1295. iam tertiò Iudæi à Philippo Pulchro tota Francia spoliati & exacti sunt. Quam exactionem ipsi appellant גלח, quòd ea contigerit 55. anno post quintum mundi conditi millenarium, & in aliquando תלח, quòd anno 136 post illam Philippi Augusti eiectionem quæ incurrit in annum 1190 falluntur qui in hac R. Salomonem fuisse aiunt. Nam ille est antiquior Abben Ezra, qui se vixisse scribit sub annũ mundi 5000. i. Christi 1240. Itaque eum relego ad illam priorem.

Pulsi Iudæi migrarunt in Germaniam. Quare Iudæos Germanos esse de radice siue trunco Francorũ scribit Elias in Tisbi, Rad. קרנץ vicit

Casanus Tartarus Persarum rex Sultanum Ægypti sub an. 1300. vicit.

I INSTITVIT duplex maius (vt vocant) in Festis 12. Apostolorum, 4. Euangelistarum, & 4. Doctorum Ecclesiæ Plati.

Fertur fuisse auctor illius orationis Ecclesiasticæ, Aue virgo gloriosa &c.

Aliquot epistolas Romanorum Pontificum, quas vocant Decretales, in quinque Libros per tres doctissimos viros, Guilelmum Ebredunensem Archiepiscopum, Berengarium Episcopum Biterenensem, & Richardum de Senis, iuris vtriusque doctorem, digeri curauit, eásque sub nomine Sexti libri Decretalium in Concilio Lugdunensi confirmauit, & legi in Scholis ac in iudiciis obseruari mandauit. *Prafatio libri ex Decret. Paulo aliter Volater. libro 22. Anth.* Sextum inquit, Decretalium iuuante Dino Mugellano composuit.

Lustralem annum siue IVBILÆVM, centesimo quolibet anno, celebrandum primus instituit, anno 1300. *Platin.*

Ingentia bella in Italia excitauit. Excommunicauit regem Gallorum Philippum, & totum regnum donauit Alberto Austriacæ domus Cæsari. Captus est postremò Anagnæ in paterna domo dormiens, nihilque tale metuens, indèque Romam perductus in carcere periit. Atque hinc dicitur, Intrauit vt vulpes, regnauit vt Leo, mortuus est vt canis. Quod tamen falsò & temerè vsurpatum à maleuolis, & principum assentatoribus plerique existimant, quoniam Platina, valde alioqui pronus ad notandas Pontificum maculas, nihil tale retulit, sed nec alij, qui eorum vitas descripsere. Vnde & eum laudant, tanquam Ecclesiasticæ libertatis æmulum, Imperatoribus Regibúsque sua potestate abutentibus formidabilem. Sed & Philippus Rex, cuius opera captus fuerat

Anni mundi	Principibus.	Anni Christi.
	Michaele 7. Paleologo Orientis Imp.	
	Casano Tartaro Persidis an. 6.	
	Adulpho Occidẽtis Imp.	
	Philippo. 4. Pulchro Franc. Rege.	
	Baarsarda cum quatuor fratribus Æthiopiæ pret-Ioso.	
	Ferdinãdo 4. Hispaniæ.	
	Eduardo 4. dict. 1. Angliæ.	
	Premislo Poloniæ.	
	Dionysio Portugalliæ.	
	Interregno Scotiæ.	
	199.	
	r BONIFACIVS 8. Anagninus, ex nobili familia Caietana, an. 8 mens. 9. di. 17.	1294 1303
	Vacat d. 10.	
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Ioanne 11. deinde Athanasio iterum an. 8. contra quẽ an. 1305. Hugolinus Latinus sedit.	
	Principibus.	
	Andronico Palæologo seniore, siue maiore filio Michaelis an. 37. Oriẽt. Imp.	
	Casano Tartaro Persidis deinde Cambagagano.	
	Ottomano 1. Turcorum Imp.	
	Adulpho & post eũ Alberto 1. an. 10 Occid. Imp.	
	Philippo 4. Pulchro Franc. Rege.	

atque

Ann. Christi.		Anni mund.
1271	*Baarsarda cũ 4. fratribus Æthiopiæ pret-Ioso. Ferdinando 4 Hisp. Eduardo 4. dict. 1. Angliæ. Premislo Poloniæ, deinde Vuladislao Loctico ann. 3 Vuenceslao Boemo an. 5. Dionysio Portugalliæ. Interregno Scotiæ, deinde Ioanne Balliolo an. 7.*	
1297	CONCIL. *Lugdunense, pr side Bonifacio Pontifice, qui animaduertens quotidie Principes nona vectigalia sacerdotibus imponere interdum sine iusta causa, interdixit in eo Concilio, ne posthac id facerent neue sacerdotes iniussu Rõ Pontificis illa imposita conferrent. cap 3. de immunit. Eccles. lib 6. Fuit causa magnæ discordiæ apud Anglos. Polyd. lib. 17. Anglic. hist.*	5385
1297	*Londinense, cum Episcoporum tum Virorum omnium ordinum, præside Roberto Cantuariensi præsule, præsente Edoardo 2. in quo statuitur, ne in perpetuum Regi liceret tributum vllum Anglis imponere, nisi ex Concilij decreto. Id etiam hodie manet inuiolatum. Polyd. lib. 17. Angl. hist.*	5385
	Romanum, quo Philippus Rex Franciæ, Alberto Imperatori subiicitur. Onuph. Plati.	
1302	*Parisiense, præside Ioanne Cardinali legato sedis Apostolicæ, quò missus fuerat à PP. quòd Episcopi Franciæ vocati iniussu Romani à Bonifacio, non comparuissent. Guil. Nang.*	5390

atque interierat, Deo vnctum suum vlciscente, nunquam deinceps prosperè se habuit: vt ab aliquo Episcopo prædictũ fuerat.

Malè tractauit Gibellinos, qui iidem Columnenses & Alani, vt contrà Guelphi Nigri dicebantur. Vnde ad Porchetũ Episcopum dixit cinere in oculos sparso: MEMENTO, quia Gibelinus es, & cum Gibelinis in cinerem verteris. *Vuceliussin epit.*

Henricus de Gandauo Tornacensis Archidiaconus, Iacobus Genuensis Archiepiscopus, Alexander de Villa, Conradus Halsbertadensis Dominicanus, Ioannes Scotus Franciscanus (doctor subtilis, qui obiit an. 1308.) Ioannes Sanctogeminianus, Petrus de Palude, Renerus Pisanus, theologiæ Scholasticè vt vocant, acutissimi scriptores *Trith.*

Circa hæc tempora Nicephorus Calixtus Xanthopulus, historiam suam Ecclesiasticam à Christi natiuitate ad annum 625. decurrentem, Andronico maiori Constantinopolitano Imperatori dedicauit. *Ipse in dedicatione operis, & libro VII. cap. vltimo.*

Guilelmus Nangiac, monachus monasterij D. Dionysij prope Lutetiam, Chronographiam vniuersalem ab origine mundi ad annum Christi 1302. digessit, quam duo eiusdem cœnobij monachi vsque ad annum 1368. continuarunt. Extat codex hac in Parisiorum vrbe, apud cœnobitas S. Germani.

Quidam qui volebant haberi tertij Ordinis D. Francisci, quique vulgò fraterculi siue Fratricelli, seu Fratres de paupere vita, vel Bisochi siue Beguini, & aliis nominibus vocabantur, in partibus Italiæ, Siciliæ, & Narbonensis prouinciæ, damnati sunt hæreseos à Bonifacio 8. (alij volunt id à Ioanne 22. primò factum fuisse.) Ipsi Ecclesiastica sacramenta contemnebant: dicebant Sanctas animas non frui visione diuina ante diem extremum in suis nocturnis conuentibus post inuocationem Sancti Spiritus, & luminibus extinctis promiscuè coibant cum mulieribus, quæ aderant. Ecclesiæ potestatem iam diu ob corruptos mores Ecclesiasticorum extinctam fuisse: se solos esse Ecclesiam Dei, seque imitari Apostolos, at Ecclesiam Romanam esse meretricem, ac Pontifices omnes post Syluestrum I. fuisse impios, quòd in paupertate non degissent, ideo ipsis denegandas esse decimas: Margaritam concubinam Dulcini grauidam ab eo factam, tam erant impudentes, vt affirmarẽt concepisse de Spiritu sancto. *Mater hist. Supplement. Cronic. Extrauag. Sancta Romana de relig. domib. Plati Bernardus Lutzemburg.* Dulcinus erat eorum hæresiarcha. *Plati.* MANSERUNT in Marchia vsque ad Eugeniũ. 4. & Nicolaum 5. qui eos comburi iusserunt, sed multi in Græciam fugerunt. *Anto. tit. 24. cap. 9 § 15.*

Apamientis Episcopatus instituitur à Bonifacio Papa, cùm antèà ea regio subiaceret Tholosano Episcopatui. *Guil. Nang.*

HVMANA.

Vectigal quod Malam toltam vocabant, centesimæ, & pòst quinquagesimæ omnium bonorum primò solis mercatoribus, deinde tam clericis, quàm laicis impositum est anno 1296. cuius causa magnæ seditiones ortæ sunt postea in Flandria. *Guliel. Nang.*

Tota Lutetia Sequanæ illuuione inundatur, vt per 8. ferè dies nauigiis, annonæ consulendum fuerit, nec liceret per vllũ ferè vicum incedere, absque nauiculis & scaphis. *Guil. Nang.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Burdegalenſes timentes, ne iterum agitata pace cum Anglo ei ſubderentur, nec mitiùs cum eis ageretur, quàm paulo antea cum Londinenſibus, pulſis vrbe omnibus Francis, ſui iuris fiunt. *Guil. Nangiac. Gaguin. lib. 7.* 5390

Fœdus percuſſum eſt inter Philippum Reg. Franc. & Eduardum Reg. Angliæ, cui Philippus quadriennio poſtquam locaſſet Margaritam ſororem: vniuerſam Aquitaniam reddidit. *Guiliel. Nangiac. & Polydor. Virgil. lib. 17. Angl. hiſt.* Philippus vniuerſam Flandriam ſubegit. *Gagui. lib. 7. Aemyl. lib. 8.*

1305. Præſmilus regni titulum apud Polonos repetiuit, quod fuerat annis 215. intermiſſum *Crom lib 11.*

1308. Cuncti, qui contra Adulphum Imp. conſpirauerunt, miſera morte perière. Nam Albertus ipſe Imperij vſurpator & ſucceſſor, à fratris filio necatus fuit. Comes de Holoch & Comes de Ochſenſtein ſimiliter fuerunt occiſi. Moguntinus Archiepiſcop. ſuper ſella ſedens, repentina morte ſublatus eſt. Comes Bipontinus in ripa Gliesiæ ſubmerſus. Conradus Epiſcop. Argentinenſis ante Friburgum à quodam ruſtico gladio interemptus. Comes Liningenſis phreneticus & variis calamitatibus miſer periit. Cæteriquè penè omnes ſimili interitu. *Chron. Hirſaug.*

1300. Vuenceſlaus Boemus Rex Polonis expetitur, tempore Ottomani primi. *Chron. lib. 11.*

1301. Factio Ruſticorum in Francia ingentes regis copias bello ſuperat. Sed paulo poſt omnes deleti ſunt. *Chron. Hirſaug.*

Cambagadus Tartarus Perſiæ rex, repudiato Chriſtianiſmo Mahometiſmum amplexus, alios ſuo exemplo pertraxit: cæteros ita preſſit, vt non multò pòſt Chriſtiana religio, apud eos ferè exoleuerit. Hinc concidit Tartarorum imperium in Aſia. Nam Syriam Ægyptij retinuerunt. In reliqua Aſia vſque ad Pontum, Turcorum potentia Ottomani auſpiciis reſtitui cœpit. Parthi Perſiam inuolarunt circa an. 1350. duce Gempla Parthorum Sultano, deuictis poſteris Cambagadi.

Reliquiæ Tartarorũ in Hordas diuiſæ, per Europam & Aſiam diſperſæ ſunt, quibus ſinguli principes præfuerunt. Alij in Taurica Cherſoneſo conſederunt, quę hodie Gazara, & hi Precopitæ dicuntur, quorum princeps filiam in vxorem dedit Solymo Turcæ, ex qua natus eſt Solymanus. Alij Mogai, qui non vnius imperio, ſed Reip. more à Senatu reguntur, à quibus Horda Hagutaiorum, ſeu Zauollienſiũ quorum Metropolis Samarcanda Tamerlanis patria.

Tunc primum, Tartarorum imperio valde imminuto, an. 1300 tyrannicum Imperium Turcorum nullius antea ferè nominis per Ottomanum Turcam (qui regnauit an. 28.) originem habuit: mille annis poſtquam Eccleſia à Conſtantini tempore floruerat. *Volater. Paul Iouius.* Illud autem intelligi per Beſtiam Antichriſti Apocalyp. cap. 20. nemo ſanæ mentis ibit inficias, cùm multorum vetetum & recẽtiorum iudicio, nomine Gog. & Magog intelligantur Saraceni & Turci, vt etiam cogitur fateri Funccius lib. 1. commenta. 1. in Chrõ.

Eodem fermè anno Auſtriacam domum inter Chriſtianos principes Deus extulit. Vtinam in Chriſti gloriam & Ottomaniæ perniciem. Sic Hebræi obſeruant, quo die diruit tẽplum Nabugdonozor, eo natum Cyrum qui eius poſteritati exitium attulit.

Nouæ factiones Alborum & Nigrorum in Italia. *Blond. li. 9. dec. 2.*

Anni mundi.

An. Dom. M. CCC. quo Ottomanus Turca de genere Scytharum ſiue Magog emerſit, mille annis poſt ligatum Satanam, ne perſecutionibus amplius noceret Eccleſiæ, eis à Conſtantino ſublatis & orbe converſo. Apo. 20. Vſque ad hoc tempus, quo ſolus cœpit & myſterium iniquitatis à Mahomete inchoatum in apertum proferre.

Anni Chriſti. 1302

Anni Chriſti. 1302

DECIMO tertio ſæculo doctrinæ continuatio ſic elucet.

Miſſæ iiſdem ritibus & verbis quibus antea. Innocentius 3. libris de Myſteriis Miſſæ. Durandus Mimatenſis in Rationali diuinorum officiorum. Thomas opuſc. 66. de expoſitione Miſſæ, & 3. parte, q. 83. Cabaſilas Græcus libro de diuino altaris ſacrificio. Samonas Gazenſis contra Achmed Saracenum. Simeon Theſſalonicenſis libro de ſeptem Sacramentis.

Gratia Dei, fides, iuſtificatio. *Cabaſilas in expoſ. liturgiæ, cap. 29. de morte Chriſti quis neſcit eam eſſe ſolam, quæ peccatorum remiſſionem in mundum introduxerit? ſed illud etiam ſcimus, quod poſt mortem illam, etiam fide & pœnitentia & confeſſione opus eſt, &c. Bonauentura in tractatu de reſurrectione hominis à peccato ad gratiã. Innocẽtius in 7. Pſal. pœnit. Cũ nemo iuſtificetur, niſi ex dono gratiæ, patet quod nullus iuſtificetur ex merito vitæ. Nã infuſio gratiæ propriè iuſtificatio appellatur, quam Deus nulli concederet, ſi eum ſecundum meritorum exigentiam iudicaret. Audis Romanum Pont. Thomas in 1. Apoc. Remiſsio peccatorum gratis datur. Denique Scholaſtici in 2. ſenten. diſt. 27.*

Euchariſtiæ veritas, ſacrificium, tranſubſtantiatio, adoratio, Miſſæ ritus. *Cabaſilas in expoſ. liturgiæ multis capitibus. Innocentius libris de myſteriis Miſſæ. Thomas lib. de Sacramento Euchariſtiæ. in officio feſti Sacramenti, & in 4. ſentent. 3. q. 74. & ſeqq. lib. peculiari, de Sacramento Altaris vbi cap. 29. populus non accipit ſanguinem ſub ſpecie vini, & quare. Guilel. Pariſienſ. lib. de eadem re. Alexander 4. q. 36. 37. & ſeqq. S. Samonas diſp. contra Achmed Saracenum.*

Baptiſmi effectus, neceſſitas, aliena fides, ceremoniæ. *Thomas 3. q. 66. & ſeqq. in ſumma cont. Gentil. lib. 4. D. Samonas Gazenſis diſp. contra Achmed Sarac. Scholaſtici in 4. ſentent. diſt. multis. Guil. Pariſ. de baptiſmo & eius partibus. lib. de tempore Baptizandi. li. de ritu baptizandi. Ioachimus Abbas variis locis. Albertus Magnus itidem. Hugo Cardinalis & Lyranus ſimiliter in varia Bibliorum capita. Durandus de diuinis offic.*

Pœnitentia & eius partes tres. *Cabaſilas cap. 29. Guilel. Pariſ. lib. de Sacramento Pœnitent. Innoc. in 1. & 3. Pſal. Pœnit. Bonauent. in dictis de Pœnitentia. Thomas in tract. de Articulis fidei cap. 14. & 3. q. 84. &c. Doctores huius ſæculi in 4. ſent. diſt.*

Claues Eccleſiæ, abſolutio. *Cabaſilas c. 29. Thomas opuſc. de forma abſolutionis. 3. q. 84. Durandus Mimaten. de diuinis officiis. Scholaſtici in 4. ſentent.*

Confirmatio & reliqua alia Sacramenta & eorum vſus. *Simon Theſſalonicenſis libro de ſeptem Eccleſiæ ſacramentis, (Nam etiam Græci nobiſcum tot conſtituunt, immo & cunctorum populorũ Chriſtiani.) Thomas in tractatu de Articulis fidei, & Scholaſtici in 4. ſentent. Guilel. Pariſ. priuatis tractatib°. Durãd. Mimatẽſis de diuin. offi. Hugo. Card. & Lyra. in Biblia ſæpius. Cabaſilas in expoſitione liturgiæ cap. 29. Vltimum (ait Græcus ille, & quidem diſputans contra Latinos) olei ſacramentum perfecit ſacerdotum oratio, quod etiam corporalis morbi medelam & peccatorum remiſſionem dat iis, quibus peragitur, vt habet apoſtolica traditio &c. vbi & inter ſacramenta nominat ſanctiſsimum vnguentum, Ordinationem per impoſitionem manus, myſteriũ remiſſionis peccatorum per ſacerdotem, orationem ſacerdotis in Matrimonio, vt intelligas hæc ſacramenta non eſſe Papiſtica, ſed etiam Græcorum, & quidem diſputantium contra nos.*

Primatus ſedis Apoſtolicæ. *Fredericus Imp. epiſt. 3. & quidem Sedem Apoſtolicam oppugnans. Græci in conc. Lateranenſi. Ruſci, Poloni, Boemi apud Vincentium in ſpecul. lib. 31. cap. 39. nuntiis & literis confeſsi ſunt. Accurſius in Authentica vt Eccl. Rom. gaudeat 100. annorum præſcrip. vetus Roma habet primam ſedem Eccleſiarum, item originem legum, item ſontem ſacerdotij. Thomas lib. 4. contra Gentil. cap. 76.*

Liberum arbitrium, bona opera. *Thomas in ſumma de Veritate, Mater. 24. q. 1. 1. q. 83. art. 1. & Scholaſtici in 2. ſenten. diſt. 3.*

Sanctorum preces, ſuffragia, inuocatio, reliquiæ, Imagines, feſta. *Pſellus ad Andronicum Imperatorem, vbi infrà. Cabaſilas in expoſitione liturgiæ cap. 33. 34. 48. 49. 50. Thomas 2. q. 83. Innoc. ſer. 1. de dedicat. templi, &c. Denique ſermones & tractatus pene innumerabiles*

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctorum huius sæculi.

Preces pro defunctis. Purgatorium. *Psellus ad Andronicum Imp. cap. de exitu animarum, & cap. de benefactis pro iis qui è vita decesserunt. Cabasilas cap. 33. 42. quod inscribitur, de iis qui dormierunt, an sanctificentur à Missa 44. 45. quod præfert hunc titulum. Quæ his, qui dormierunt, perfectiùs sit sanctificatio. 47. Thomas 3. q. 82. art. 6. & in summa contra Gentil. lib. 4. ca. 91. Bonauent. in 7. parte Breuiloq. cap. 2. Innocent. in 3. Psal. Pœnit. Doctores in 4. sentent. dist. 21.*

Cætera iidem & cæteri huius sæculi auctores prolixè confirmant, de quo contra se testimonium ferunt Centuriatores, in epist. nuncupatoria Cent. 13. Tum (aiunt) normæ docendi & iudicandi controuersias constituta sunt patrum scripta & conciliorum decreta &c. deinde cap. 2. de loco & propagatione Eccles. col. 11. & seq. cap. 3. de persecutione & tranquillitate Ecclesiæ sparsim col. 18. & seqq. cap. 4. de Doctrina prolixissimè col. 25. & deinceps cap 5. de hæresibus sparsim col. 554. & seqq. per totum cap. 6. de ceremoniis & ritibus Ecclesiæ col. 590. & seqq. per totum 7. de Politia & gubernatione Ecclesiæ col. 686. cap 8. de Schismatibus col. 754. sparsim. cap. 9. de Synodis col. 789. & seqq. Per totum ferè ca. 10. de Doctoribus & Episcopis col. 780. & seqq. sparsim in reliquis. Vt de Martyribus, de Miraculis. Huc facit, quòd ex instituto multi hac ætate scripserunt de hæresibus. Item contra Albigenses, Almaricum, Petrum Ioannis, Desiderium Longobardum, quorum damnatas opiniones isti recoquunt: adde totius huius Centuriæ Synodos, quæ non exiguo fuerunt numero. Sed & Historici istius curriculi omnes docent non alium fuisse Ecclesiæ vsum.

DECIMVM QVARTVM sæculum.

200.

Anni mundi. Anni Christi.

a BENEDICTVS 10. dict. 11. *Palmerio* 12. *Taruisinus.*
mens. 8. di. 17. 5361 1303
Vacat an. 1. mens. 1.

Patriarcha.

Constãtinopoli Athanasio.

Principibus.

Iisdem & in Imperio & in regnis, & Ottomano Turcarũ primo Imp. an. 28.

Cambagado Tartaro Persidis.

VOs Cardinales Columnenses & Philippum regem Franc. regni iure, à superiori pontifice deiectum restituit. De interfectoribus Bonifacij quæstionem egit. *Vol. lib. 22. Antb.* Franciam Bonifacij interdicto soluit. 5361 1303

Sanctimoniam vitæ eius, miraculis à morte declaratam fuisse tradunt. *Vuicelius.*

Ecclesia Romana sub an. 1300. non à passione Domini, vel potius conceptu siue incarnatione, vt olim, *Beda cap. 47. libri de Natura rerum*: sed à natiuitate numerat. *Lucidus de vero die passionis. cap. 3.* Sed trium mensium duntaxat est differentia. 5393 1305

Ottomanus Turca, qui ab Abagano Persarum rege, Natoliam regendam acceperat: de se augendo cogitans duobus aut 3. an. ante Benedicti 10. Pontificatum, Turcici Imperij iacit fundamenta, Christi trecentesimo, aut certè 301. Et si quingentis antè annis, Turcas è Scythia profectos, sedes in Asia collocasse compertum sit: verum neque regem neque imperatorem habebant, diuisi duntaxat per tetrarchias & regulos, nisi quòd metu Gothfredi Bulonij, Solymanum tumultuarium olim ducem creatunt.

Ira Andronico auo in Andronicum Iuniorem nepotem indulgentiore, proindéque Iuniore auxiliis Genuensium imperium inuadente, occupata Thracia & vrbe Constant. Ottomanus pleraque vrbes Bythiniæ capit, Prusiam caput & metropolim suæ gentis, bellique contra Europæos arcem constituit.

Maximè eum nobilitauit Sebastia expugnata.

An. 1303. Occidentalis Tartaria cœpit nostris innotescere, è qua legatus ad Philippum Pulchrum venit, auxilium petens aduersus Mahometanos suas regiones infestantes: promissa suorum ad Christum conuersione, si quidem Christianorum manu assererentur. Re non impetrata discessit.

Circa eundem an. Flauius quidam Melfensis in regno Neapolitano,

Anni Christi. Anni mundi.

Baarsarda cum fratribus.

Æthiopum pret. Ioso.

201.

1305 b Clemens 5. Burdegalensis. an. 8. mens. 10. di. 15. 5393
1315 Vacat. an. 2. m. 3. di. 17. 5403

Patriarcha.

Constãtinopoli Athanasio, deinde Niphone an. 3. m. 10.

Principibus.

Andronico maiore cum filio Michaele Iuniore Orient. Imp.

Ottomano Turcarum Imp.

Cambagado Tartaro Persidis.

Alberto, Henrico 7. an. 6. ex ordine Occidẽt. Impp.

Philippo Pulchro Franc. Reg.

Andizeone Æthiopiæ pret. Ioso.

Ferdinando 4. Hispaniæ, deinde Alphonso 11. an. 42.

Eduardo 4. dicto 1. Angliæ, deinde Eduardo 5. dict. 2. an. 19.

Venceslao Boemo Poloniæ, deinde Vuladislao Loctico regnum recuperante anno 28.

politano, reperit Aciculam siue Indicem, siue Bossulũ Marinum, cuius cuspis Magnete intingitur: vt perpetuo prospectet ad Aquilonarem Polum, polarémve vestellam. Valet aduersus Maris fluctus, tempestates & pericula, vt scias quo in loco verseris, quo sit deflectendum, &c. Est species Astrolabij. Eo nondum vtuntur Græci neque Caspij, neque Rubri maris nautæ siue propter ignorationem, siue quia illorum nauigatio est breuis, facilis, litoralis, viu trita. Tam præstans & necessarium inuentum Deus noui orbis apertioni præmisit, quòd ad eum nauigatio, non nisi emenso Oceano: & per altum pelagus fieri possit.

Capcapo, (quem Damasco præfecerat Cassanus magnus Cham, qui deuicto Bandone suo consanguineo Mahometis religionem abiecerat, Christianam amplexus, & rogatu Armenij R. Hierosolymam in potestatem acceptam restaurarat cum Templo dominico, eamque Armenijs, Georgianis, cæterisque è Cypro & latebris conuolantibus inhabitandam: Malaio verò gubernandam an. 1298. concesserat) ad Ægyptum Sult. defecit, & cum eo Hierosolymam expugnat. Hunc Molaius tandem (cum supplementa misisset Cassanus) in fugam vertit an. 1301. & qualemcumque pacem Syriæ restituit. *Lib. 5. continuatæ histo. de bello Sacro.*

b Fuit filius Bertrandi equitis ex oppido Mihandran, Burdegalensis diœcesis in Vasconia: vnde antequam electus esset Pontifex, dicebatur Bertrandus, Burdegalensis Archiepiscopus.

Transtulit propter seditiones Italicas, quibus mederi non poterat, magno Christianorum incommodo sedem Pontificiam ab vrbe Roma Auenionem Galliæ vrbem, vbi successores mansere an. 70. *Volat. lib. 22. Antho. Plat.* quod captiuitatem Babylonicam Itali appellabant, vsque ad Gregorium vndecimum 1. an. 1371. Congessit constitutiones quę ab eo dictæ sunt Clementinæ, & publicatæ in Viennensi con. *Ibidem.*

Guelphorum dux erat Guedo, Gibelinorum Maphæus.

Leges à Gregorio 10. editas confirmauit, nonnullis additis vel suppletis in Viennensi concilio.

Templariorum ordinem iustis de causis destruxit, eorum bonis Rhodiis militibus concessis. *Ibid.* res Italicas per tres Cardinales administrat.

Archiepiscopum Cambaliensem in Dominio Tartarorum, creat Iohannem de monte, ordinis Minorum, & ad eum pallium misit pro successoribus ob loci interuallum. Octo item alios fratres eiusdem ordinis, consecrat in Episcopos, mittitque ad illas Orientales partes, vt eius essent suffraganei & adiutores. *In Catalogo Episcopatuum orbis.*

Andronicum Imperatorem anathemate percutit.

Lugdunensem ciuitatem ditionis Philippi Pulchri effecit. *Chronicon Comitis à Monte forti. Chron. Burgund.*

Multa collegia monachorum in Aquitania seculari habitu donauit, vt metropolim Ecclesiam dioceseos Burdegalensis, & collegiatas S. Seuerini, & D. Æmiliani, quatum Abbates coniuertit in Decanos.

Denique hęc Sedis Apostolicæ translatio, valde fœdauit antiquam Ecclesiæ faciem. Nam præter inauditas dispensationes, & sanctorum Canonum eneruationes, periit illud diuinum ius, Sæcularia Sæcularibus & Regularia Regularibus, maximè in Gallia: dum Pontifices huius trãsmigrationis pluscquam Babylonicæ (nam obseruantiam regularem, disciplinã Ecclesiasticam penè totam, iuta denique confudit, corrupitque) patriæ & principibus impiè fauere gestiunt.

Guido Ferrariensis auctor Margaritæ Bibliorum, Alanus Insulensis, Gerardus Leodiensis, Petrus de Verberia, Huber-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinus Catalanus, Gerardus Bononiensis, Malachias Dominicanus, Albertus Patauinus, Guilelmus Haffliginensis, Ioan. Vitalis Cardinalis, Raymundus Eremita, Richardus Pampoliranus, Bernoldus Cistercienſis, Porchetus Saluaticenſis, Guido seu Gilo Cameracenſis Episcopus, Iacobus Vetulolonius Eremita. Marsilius Paduanus, Galterius Burgensi Episcopus Pictauensis, Ioan. Glodeston, Petrus Aruernus, omnes Theologiæ peritissimi.

Florebant quoque nominatissimi iurisconsulti, Dynus Mugellanus, Petrus de bella Pertica Burgundus, Iacobus de Arena Parmensis, qui sæpe laudatur à Bartholo. Richardus de Malumbris Cremonensis, Iacobus de Butrigariis Bartholi præceptor, Oldradus de Ponte Laudensis, Cynus Sigisbulius Pistoriensis.

Hæresis noua apud Nouarienses per Dulcinum & Margaritam inuenta, qua mares & fœminæ simul habitantes in omnem libidinem prolabebantur: & Anabaptistarum more, senserunt nihil habendum proprium, non esse administrandas Reip Christianis & similia absurda. *Summa concil.*

Beguardi & Beguinæ hæretici in Germania, inter alia asserebant hominem adeò perfectum esse posse in hac vita, vt peccare nequeat nec iustior fieri: nullum coitum esse peccatum: ideo licere quidquid natura suggesserit. Christum non esse adorandum in sacramento Euchatistiæ, quòd illud esset imperfecti hominis. Damnati fuerunt in concilio Viennensi, & iterum à Ioan. 22. *Clemens. Ad nostrum. de hæret. Massæus lib.* 18.

An. 1309. Equites Hospitalarij S. Ioannis Hierosolymitani, Rhodum insulam cum vicinis aliis quinque à Sarracenis seu Turcis recipiunt anno 4. obsidionis. Hinc cœperunt dici Equites Rhodij & haberi illustres. *Æmyl. lib. 8. Blond lib. 9. dec. 2.* Eam retinuerunt 214. annis.

Anno 1314. vacauit Imperium, sedes Pontificia, & regnum Francorum.

Multi hæretici, quorum auctor erat Lolhaldus quidam nomine Vualtherus, comburuntur in ciuitate Cremensi vrbe Austriæ, & aliis in locis, quòd dicerent inter alios errores, Missam, Baptismum, & extremam vnctionem nihil prodesse: Luciferum iniustè cœlo pulsum fuisse, & tandem restituendum: omnes Angelos & suæ sectæ aduersarios deputandos æternis cruciatibus: D. Mariam non mansisse Virginē: Dominicum corpus in Sacramento esse Deum fictitium: matrimonii esse iuratū meretriciū: Deū nec scire nec punire mala quæ hic fierēt prætextu charitatis coibant promiscuè in locis subterraneis: carnes quouis tempore edebant: dies festos non obseruabant: Merita & intercessiones Sanctorum irridebant, & multa alia eiusmodi profitebantur, adeo pertinaciter, vt cuiuslibet essent ætatis & sexus mallent mori quàm resipiscere, sic eos fascinauerat Satanas: In Austria & Bohemia vel vicinis locis erant eius sectæ plus 800. millia, vnde cœperunt Bohemorum hæreses. *Trith. in Chron. Monast. Hirsaug.*

Ex hac fœce Boëmia tunc infecta vsque in præsentem diē, isdem erroribus & turpitudinibus scatet. *Ibid.*

Georgius Pachimeres, historicus & Philosophus, ab anno primo Michaëlis Palæologi ad 23. Andronici senioris historiam Græcorum per annos circiter quinquaginta octo persequitur.

Cyro Athanasio Alexandrino Patriarchæ (nam etiam Patriarchæ & Hierarchia Ecclesiastica sub principibus Mahometanis durant) suam Paraphrasim in Dionysium dicauit, qui Constantino polim veniens, fortassis legatus, ad eam edendam ipsum incitauerat.

Anni mundi. 5399

Anni Christi. 1311

Dionysio Portugalliæ.

Interregno Scotiæ, ob eandem Anglorum violentiam annis 10.

DECIMVM quintum generale Concilium Viennense præside Clemente 5 præsentibus tribus regibus Franco, Anglo, Tarraconēsi, duorum Patriarchatum Alexandriæ, & Antiochiæ, Episcoporum 114. (alij volūt 300.) & aliorum multorum Patrum, contra Sarracenos, pro recuperatione terræ sanctæ contra hæreses, Templarios, & mores corruptos clericorum, biennio celebratur. Plati. Palmer. Tom. 3. Concil.

Eo in Concilio ordo & nomen Templariorum, qui annis 203. (Trit. 184.) steterat, condemnatur: eorum redditus D. Ioannis Hospitalarius, qui tunc vocabantur equites Rhodij coeduntur, Gaguin. lib. apud quem vide errores Templariorum.

Beguardi & Beguinæ etiam in eo damnantur.

Approbantur Clementinæ constitutiones: Festum corporis Christi confirmatur.

Eum

Anni Christi. 1304

In eo etiam decretum est, vt in principalibus Academis professores honestis stipendiis donarentur, qui Hebraicam, Chaldaicam, Græcam (nam autographum Concilij hanc vocem habuisse testatur Ioan. Andreas iuris Canonici interpres) vt Arabicam linguam publicè docerent, vt essent qui apud infideles, qui has linguas potissimum callent fidem possent propagare cap. 1. de Magistris in Clementinis lib. 5.

Anni mundi. 5391

Eum, qnia nonnulli confuderunt cum magno Athanasio, Pachymerem in Historicum & Philosophum diuidunt. Hunc ad annum 370. illum in hunc locum conferentes. Sed perperam.

Fuisse autem hac tempestate Patriarchas Alexandriæ, Antiochiæ, Hierosolymis liquet è Nicephoro Gregora, Pachymeris suppare lib. 10. cap. vltimo. Quorum successiones, hoc quarto lib. interrumpere coacti sumus ob causas initio illius commemoratas.

Franciscus Maronius Franciscanus sub an. 1315. magnanimum illum actum Sorbonicum introduxit, quo ætate per singulos dies Veneris, respondetur à quinta matutina ad septimam vespertinam sine præside, sine socio, sine prandio & pastu, sine vlla emigratione, in eadem perpetuo corporis sede & animi contentione, donec cunctis opponentibus satisfactum sit, præsertim Baccalaureis primi & secundi ordinis, qui sunt minimum sexaginta: & argumenta circiter centum agitant. Nam singuli primi ordinis duo texunt, primus etiam (quem Priorem appellant) nouem. Facinus inexpertis formidabile, at cuius causa nemo hactenus in valetudinis discrimen venerit, plures meliu, habuerint, siue quia vis audentes diuina iuuat, siue quia mentis contentio non sinit cogitare de corpore, minus de tempore.

1308. Moritur Coloniæ Ioannes Scotus, Doctor subtilis, quo anno Henricus Comes Lutzemburgensis creatur Imperator. *Chronic Hirs.* Nondum mortuum fuisse, quando in sepulchrum illatus est, ferunt: sed duntaxat letnargo correptum. Quod aperto sepulchro postea innotuerit, dum in gradibus Mausolei, deuoratis manibus repertus est.

HVMANA.

Philippus Pulcher Iudæos è Francia exegit, & bonis spoliauit. Sed 7. annis pōst Ludouicus Vtinus pecunia, vt ferunt, corruptus eos recepit. *Æmil. lib. 8. Guag. lib. 7.*

Aurelianensem Academiam auctoritate Clementis confirmatam tribuit *Chron Franc.*

Templarios tota pæne in Gallia, vno quasi momento deleuit. Quod cum in Germania auditum esset, illis vt postulabant, Moguntiæ an. 1311. auditis, nomen tantùm & leges mutantur, personis & redditibus distributis in alias sacrorum ordinum familias. Per reliquum orbem Christianum, ob nefanda quædam scelera & opiniones prauas de religione, quasi dato à Pontifice signo è concilio Viennensi, totus eorum ordo deletus est.

Nurus eius omnes an. 1313. probri causam dixerunt: Iohanna quidem Philippi longi vxor absoluta: at Margarita Ludouici Vtini, & Blancha Caroli Comitis Marchiæ conuictæ. Ideò Margarita in custodia miserè periit. Blanchæ verò libellus repudij datus. *Chron Burgund.*

An. 1309. morte Vindonis Marchiæ Engolismensium comitatus regi Franciæ obuenit. *Gagui.*

Ioannes Meunius Poëta mandato Philippi regis, multos libros è Latino in Gallicum transtulit.

Equus pictus Constantinopoli, quo ante sacellum Deiparæ virginis sustinebatur D. Georgius, media nocte bis hinniit, magno omnium terrore: vt prius fecerat anno plus minus 50. *Niceph. Greg. lib. 8.*

5403 Ioannes Rex Armeniæ, dimisso regno Leoni suo nepoti, fit monachus ordinis Minoritarum. *Antonin. tit. 24. cap. nono para. 13.*

1315 Albertus Imp. à fratris filio Ioanne interficitur, cui tanquā prodigo, administrationem Sueuiæ ademerat: Iohannes

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea ab Henrico 7. perpetuis carceribus in Pisano Eremitarum cœnobio damnatur.

Henricus 7. Imp. pro more Mediolani Ferrea corona decoratur. Postea Romæ à tribus Cardinalibus à Pontif. missis auream coronam, imperij insigne, suscepit. *Trith. in Chro. Æmil. lib. 8.* — Anni mundi. 5403

Veneno sublatus dicitur à Dominicano, cum sacrosanctum Christi corpus sumeret. Ea de causa 13. aut 14. annorum interregnum in Germania tenuit. — 5423

Coitionem factam Heluetiorum Alpinorum contra Nobiles, in Albertum Austriæ principem propensiores, qui se hostem Adulphi Imp. professus fuerat, probauit: & eorum tres pagos, Vrios, Suissios, & Vndertualdos, inter liberas Imperij vrbes connumerari voluit: iis priuilegiis, vt cætera liberi in capitalibus tantùm causis iudicem ab Imp. datum admitterent, quem sua lingua Præfectum vocant. Id quod libertatis Helueticæ origo prima fuit. *Stumpfius in Chron. Helvetico.*

Quam deinde Lupoldus Bauarus an. 1316. non modò confirmauit, sed & capitalium causarum iudicium perpetuo priuilegio concessit. *Idem.*

In Italiam traiiciens Amadæum Sabaudiæ Ducem, Imperij principem constituit, *Paradinus.*

Imperatorum Constantinopolitanorum tempora, apud vllum auctorem vix hîc satis distincta reperiuntur, adeò vt ex collatione Græcorum & Latinorum scriptorum fetè diuinandum fuerit.

Ferunt Margaritam Comitissam Hollandiæ, vno partu peperisse 363. liberos, eosque omnes viuos, qui fuerint baptizati. *Annales Hollandiæ, & Mater historiarum.*

Sic paulò antè, an. scilicet 1269. in Cracouiensi regione, quædam honesta matrona, Margarita etiam nomine, Virbossai Comitis vxor. 36. pueros viuos vno partu edidit. *Herburtus hist. Polon lib. 7. cap. 13.*

c EDIDIT 20. constitutiones, quas Extrauagantes vocauit. Ante Pontificatum Iacobus Caducensis vocabatur, Cancellarius Franciæ, vnde & ope Ludouici Hutini pontificatum Max. est adeptus.

Aureorum florenorum decies ac septies centena millia, in ærario pontificio reliquit.

Instituit vt ter singulis diebus, tintinabula à mane ad vesperum pulsarentur, quò vnusquisque ter salutationem Angelicam recitaret. *Polyd. lib. 6. de inuent. cap. 12.*

Episcopatum Tolosanum in sex Episcopatus diuisit, & Tolosam sedem metropolitanam constituit. Sic quoque Episcopatum Pictauiensem in tres, Pictauiensem, Maleacensem, & Lucionensem: cùm hi duo postremi antea essent Abbatiæ. *Continuatio Nangiac.*

In Ludouicum Bauarum, censuris ecclesiasticis animaduertit.

Quendam de ordine Prædicatorum Archiepiscopum Soltaniensem creat, ei dato pro se & successoribus pallio. Eo etiã ad partes Aquilonis septem, eiusdem ordinis fratres misit pro coëpiscopis siue suffraganeis. *In Catalogo Episcopatuum orbis.*

1310. Vuladislaum Poloniæ principem regem nominauit.

Nouam militum religionem in Lusitania instituit, quorum caput est oppidum Syluensis Diocesis. Huius etiam tempore, secta Fratricellorum de opinione excitata est: qui Petro Corbario Pseudopapæ obtemperabant. *Volaterr. lib. 22.*

Errorem Lactantij & Irenæi, de receptaculis animarum vsque ad resurrectionem tenuit: & publicè prædicauit, (*de quo post.*) Sed ex decreto Parisiensis facultatis illum retractauit. *Marsil. in 4. dist. 13. art. 3.* Tanti olim fiebat huius Facultatis authoritas.

Anni Christi. 1315 vel 2316 1335

202.

c IOANNES 22. (aliis 21. aliis 23.) Cadurcensis. an. 19. mens. 4. Vacat dies 16.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioanne duodecimo an. 4. Gerasino an. 1. Esaia an. 18.

Principibus.

Andronico seniore Palæologo, cum Andronico iuniore nepote, Oriẽt. seu Græcorũ Imp.

Carbanda Tartaro Persidis.

Ottomano an. 28. & Orchane an. 22. ex ordine Turcorum Imp.

Ludouico 4. Bauario siue Bauaro an. 32. Occi. Imp. Lud. V tino 12. dict. 10. an. 2. Philippo 5. Lõgo an. 5. Carolo 4. Pulchro an. 7. filiis Philippi Pulchri, & Philippo 6. Valesio cogno. Catholico an. 22. per ordinem successionis Francorũ Regibus.

Aindezeone Æthiopiæ, deinde Seipharad, an. 28.

Alphonso 11. Hispaniæ.

Eduardo 5. dicto 2. Angliæ, deinde Eduardo 6. dict. 3. an. 50.

Vuladislao Loctio Poloniæ.

Dionysio Portugalliæ, deinde Alphõso 4. an. 31.

Roberto Brusio Scotiæ an. 24.

Anni Christi. 1327

CONCIL. *Moguntinum Prouinciale, præside Matthia Archiepiscopo Moguntino, præsentibus eius suffraganeis, Abbatibus & multis aliis sacerdotibus. In eo multæ constitutiones ad Ecclesiæ vtilitatem sunt editæ. Trith. in Chron. Monast. Hirsaug. & Continuatio Nangiac.* — Anni mundi. 5415

Damnauit eos qui dicerent Christum & Apostolos nihil possedisse. *Extrans. Cum inter nonnullos, de Verbo significat. Mater Histor.*

Nicolaus Aqueuillanus, Franciscus Maronius Scotus, Petrus Aquensis Archiepiscopus, Conradus Sanctogeorgianus, Augustinus Anconitanus, Guilelmus Ochan Anglus (conductitius Papæ oppugnator, ait Pighius) Guilelmus Abbas Pictauiensis, Martinus pœnitentiarius Episcopus, Guido Maiorisensis epise. Alpharus Minorita, Guillelmus à Petra alta, Adamus Goddamus, Astasanus siue Astesanus, Monaldus, Lupoldus Carthusianus, Ioan. de tenera munda Carthus. Guido moritis Rocherij, Petrus Episcopus S. Pauli, Theologiæ scriptores.

Petrus Cunerius aduocatus regius in Senatu Parisiensi, conatus labefactare Ecclesiasticorum iurisdictionem temporalem, Ecclesiasticamque libertatem infringere: sibi perpetuam ignominiam accersiuit, Bertrando Episcopo Heduorum, pro Ecclesiæ iuribus apud regem Philippum Valesium perorante: & Sigillo simo deformique ilh per iudibrium in Chori cathedralis parietem infixo, quod etiam hodie stylis suis scriptoriis, pugnisque prætereuntes in perennem impietatis memoriam confodere solent.

Refutatio erat facilis, etiam si Cunerij causam impij quidam Principum consiliarij, veneno haud dubiè Centuriatorum & Caluinistico tincti, restaurare studeant. Contra quos hæc pauca annotabo. Prima iurisdictio in fideles, etiam in causis ciuilibus est Episcoporum. Nam Christus fundamentum Iurisdictionis in laicos iaciens, eos hortatur, si se aliqua in re læsos putent, vt adeant non Curiam, sed Ecclesiam, Matth 18. Et Paulus 1. Cor. 6 de determinandis in Ecclesia causis præceptum dat, id est, apud Episcopum, vt intellexerunt & interpretati sunt veteres & conc. Carthaginense præsente Aug cap. 9. Et 1. Tim. 5 aduersus presbyterum accusationem recipiendam à Timotheo episcopo sub duobus aut tribus testibus.

Constantinus Mag. apud Nicepho. lib. 7 cap. 46. iudicium & iurisdictionem in clericos episcopis mandat, & apud Sozom. lib. 1. cap. 9. appellandi è ciuilibus iudicis ad episcopos potestatem facit.

Theodosius Mag. leges tulit, vt liceret cuique siue is actor esset, siue reus relicto foro sæculari, etiam lite contestata, forum Ecclesiasticum adire.

Patrem secuti Arcadius & Honorius dant optionem actoribus & reis, vt causas sæculares ad Episcopos deferant l. si quis ex consensu, Cod. de Episcoporum audientia, & l. Episcopale, iidem Impp. tantam vim tribuunt Episcoporum iudiciis, quantam præfecti prætorio. Tantum abfuerunt sanctissimi illi Imp. vt Ecclesiæ iura abolerent, vt ea augerent fori sæcularis detrimento.

Carolus & ipse Magnus in constitutionibus, ex Calchedonensi & Carthaginensi Synodo, clericorum & Ecclesiasticorum lites inter Ecclesiasticos, & non apud sæculares compositum debere decernit.

Iustinianus §. si quis contra, 123. Nouel. Monachos & clericos liberat à Iurisdictione magistratuum & coram Episcopo citare iubet.

Sic apud Hebræos Deut. decimo septimo & alibi, ad Tribunal Ecclesiasticum fontes citari iubentur, & Num. quinto Mulier de adulterio suspecta, quam & adiuret (inquit) Sacerdos, &c.

1335 — 5423

Quin imo apud eos nulla fiebant iudicia, nisi duobus Leuitis assistentibus, è Iosepho Ant. lib 4 c. 8 ἐκάστῃ δὲ ἀρχῇ (ait pa. 107.) δύο ἄνδρες ὑπηρέται διδόσθωσαν ἐκ τῆς τοῦ

Universidad de Deusto
Biblioteca

λευιτῶν φυλῆς. Quam legem secutus Iosaphat 4.Reg.3. & 2. Paral 19.vt idem refert initio lib. 9. χρατεῖσθε καὶ σὺ τούτοις κρίτας ἐκ τῶν ἱερέων, καὶ ἐκ τῶν λευτῶν.

Quare Synedrion etiam tempore Christi, de quo Thalmudici in Tract. Sanedrin, ferè totum Sacerdotibus constabat. Et Phariſæorum iuriſdictio, explicatur à Ioſepho Ben Gorion Hebraico lib.4. cap.6.

Sic apud Paganos Ius Pontificium, iuxta quod Cicero pro Domo ſua apud Pontifices contra Clodium perorat, & de Aruſpicum reſponſis, eoſdem quandam habuiſſe ciuilium iuriſdictionem teſtatur.

Tertium Conc.Carthag. cap.9 prohibet, ne Clerici in Iudicio Laicorum de re ciuili litigent, cùm Priuatorum (id eſt Laicorum) cauſas Apoſtolus etiam Eccleſiæ deferri: & ibi determinati præcipiat. *Nota vim argumenti.*

Vnde Auguſtinus teſtatur ſe audiuiſſe multorum lites, & Chryſoſtomus lib. de Sacerdotio quartam officij Pontificij partem in eo poſitam docet. Et epiſtola 1. Clemens, apud Preſbyteros Eccleſiæ negotium fratrum (quoſlibet Chriſtianos intelligit) quæcunque illa ſint, iudicentur. Et lib.2.Conſti.c.47. Fiant iudicia veſtra ſecũda feria, vt ſi fuerit diſceſſum à ſententia, poſſitis liberè vſque ad Sabatum ſedare controuerſiam, & pacare diſceptantes in diem Dominicum (tam breui tempore ius dici Apoſtoli volebant.) Denique extat non tantùm epiſtola 1. Clementis de iuriſdictione Eccleſiæ in ſæcularia, verùm etiam Anacleti prima. Hæc contra noſtri ævi Cunerianos.

Ioannes de Columna auctor libri, cuius titulus eſt Mater hiſtoriarum. Guido Parpinianus & Ioan. Andræas Canoniſtæ, Dantes Aligerius Florentinus inſignis poëta in lingua Hetruſcorum, obiit anno Chriſti 1321. & ætatis 56. vel, vt alij volunt, 61. Gentilis Fulginas, & Dinus Florentinus medici. Franc. Petrarcha & Bocacius.

Durandus de Vuldach in Arragonia Hæreſiarcha, inter alia euomebat matrimonium eſſe occultam ſcortationem. *Bernard. Lutzemb. in catal. hæreti. Tandem comburitur.*

Complures Manichæi, cum ſuo doctore ad Eccleſiã Catholicam ſe conferentes, ſacrum baptiſma ſuſcipiunt. *Niceph. Gregoras lib.8.*

Petrus Ioannes Birzenſis ſeu Pyranenſis hæreticus, per Babylonem Meretricem magnam (*Apocalyp.cap.17.*) intelligebat Catholicam Eccleſiam, & Papam per Antichriſtũ. *Bernar. Lutzemb.* Sententia Clementis, 6. exhumatus, flãmis traditur.

1321. Lothardus Vualterus magiſter & princeps ſectæ, de quo paulò antè, Coloniæ comburitur. *Chron. Hirſaug.*

Carolus Pulcher fertur primus Regum Francorum petmiſiſſe Papæ decimas, ex ſuis ſubditis, vt eius quæſtus fieret particeps. Vel vt pontifex Ludouicum Bauarum Imp. hoſtẽ Eccleſiæ iudicatum bello perſequeretur. *Chron. Franc.*

Gottofredus Plaſſæus, Lutetiæ Gymnaſij Pliſſæi conditor.

Ordo militum Ieſu Chriſti exortus eſt tunc primum in Luſitania an.1316. *Plat.* confirmatus eſt à Benedicto 11.

Guilielmus Occamus Imperatoris ſtipẽdiarius & à Papa ob aliquos errores excommunicatus, *Trit.* Ioannem 22. maledictis lacerat. *Æmyl. lib.* 8. in eum multa blaſphemando conſcribens. *Trit. in Chro. Hirſ. & de Script. Eccleſ.* magna impudentia. Nam etſi Ioannes Papa probabiliùs putaret ſanctos nondum clara Dei viſione frui, quæſtione de hac re orta, quòd ita ſentire videretur Tertullianus, Lactantius, Victorinus, Ambroſius, Auguſtinus, Prudentius, Bernardus, & ex Græcis Iuſtinus Martyr, Irenæus, Origines, Chryſoſtomus, Theoritus, Oecumenius, Theophylactus, Euthymius, apud Sextũ Senenſem in Biblioth. lib.6. annot.345. *tamen morte præuentus,*

(inquit

Anni mundi. *Anni Chriſti.*

5415 1327

Schiſma 20.

Nicolaus 5. antea dictus Petrus, ordinis Minorum, contra Ioannem 22. (quem acerrimè oderat Ludouicus Imperator) in ſciſmate ab Imperat. Pſeudopontifex Romæ creatus ſedit. an.3.m.3.d.4.

Auenione in carcere moritur.

Anni Chriſti. *Anni mundi.*

1315 5403

(inquit Benedictus Papa ſucceſſor) *iſtud perſistere nequiuit. lege Bonifatij conſtitutionem lib. 5. Alphonſi de Castro contra hæreſ. verbo, Beatitudo.* Quin & Occamus ipſe fatetur Papæ Ioannis verba hæc fuiſſe. *Nunquam tamen mea intentio fuit, dicere aliquid contra fidem. Et ſi aliquid diximus, totum ex tunc reuocamus.* Dialogo primo part.2. cap.9. & 10.

Impudentius Caluinus Inſtit. primarum cap. 8. num. 133. Ioannem 22. palàm aſſeruiſſe animas eſſe mortales, vnàque cum corporibus interire vſque ad diem reſurrectionis, & neminem Cardinalium huic ſe tantæ infamiæ oppoſuiſſe. Nam nemo Chriſtianus vnquam ſenſit animas eſſe mortales, nedum aſſeruit: & tota quæſtio in eo verſabatur, an ſanctorum animæ à Dei facie ſiue eſſentia; ante diẽm Iudicij clare cernenda retardarentur. Vt etiam pontificis, Malcuoli confitentur.

HVMANA.

Cùm bella inter Ludouicum Bauarum & Fredericum Auſtriacum pro imperio exarſiſſent, Heluetij præſertim Vri, Syluani & Suitenſes ſoli, (Nam reliqui Imperio ſubditi Frederico ſtudebant) Bauaro adfuerant. Quare hic rebus bene geſtis, remunerationis loco, αὐτονομίαν, ab Henrico ſeptimo anteceſſore impetratam confirmauit, additis immunitatibus & poteſtate ſeſe perpetuo fœdere, defenſionis cauſa, coniungendi. Quoniam verò initium confœderationis factum eſt in oppido Suitenſi, Suitenſium ſiue Suiſſorum nomen omnibus confœderatis eſt tributum. Hic ergo incipit Heluetiorum reſpub.

Henrico 7. mortuo interregnum imperij fuit menſium 14. Quatuor electores Ludouicum Bauarum, tres reliquit Fredericum Auſtriacum elegerunt. Vnde bellum ciuile in octẽnium, donec victus & captus eſt Fridericus.

Ludouicus Bauarus Guil. Occam ſcholaſticum ſtipendiarium ſibi fecerat, vt ſe tueretur aduerſus fulmina Apoſtolica, Innoc.22. & Benedicti 12. vt eius ſcripta teſtantur.

Orchanes filiorum Ottomani minimus cæſis fratribus, Tyrannidem adipiſcitur. Myſiam, Phrygiam & Cariam domuit, Pruſſiam vi cepit, regiam olim Bithyniæ, vbi accepto vulnere interiit anno imperij ſui 22.

Niceam & Nicomediam obſidione fatigatas fermè, tandem domuit.

Ludouicus Vtinus viuo patre, per matris obitum coronatus eſt Pompelone: & appellatus Rex Nauarræ annis 9. *Vaſæus in Chron. Hiſp.* Engerranum Marinium Longæuillæ comitem ſilci ſummum præfectum, tanquam grauiſſimi tributi imperandi auctorem, ob quod Campani, Atrebates, Bellouaci, Burgundi, multique alij populi in ſe conſpirauerant, furcæ ſuſpendit. Pauiotum magum laqueo ſuſtulit. Claudiam ſortilegam, ob cæreum ſigillum effictum, vt eo paulatim ad ignẽ liqueſcente, ſenſim ac tabe lenta deperiret: igne conſumpſit. Iudæos in Galliam reuocauit. Parlamentum prius motorium, ſtatarium fecit.

Philippus Longus excluſa filia Ludouici Vtini, regnum Nauarræ tenuit an. 6. atque ex eo tempore dicunt apud Gallos filias non eſſe hæredes regni. *Idem.* eius vltimo. 1313. Iudæi propter ſuſpitionem veneni in puteos ſparſi, in regno Gallico vexati ſunt: vt deinceps in eo manſiſſe non videantur. A Philippo Aug. ſub an. 1190. pulſi fuerãt. Reuerſi, à Phil. Pulchro ſpoliati & exacti ſunt iterum, an. 1295. quam exactionem Hebræi notant נרב id eſt, an. 55. poſt quinque mille annos orbis conditi, & עץ, id eſt, anno 136. poſt illam primam, in qua fuiſſe R. Selomonem aiunt. Poſtea à filio Ludouico Vtino reuocati quidem ſunt, at poſt quinquennium aut

1335 5423

Universidad de Deusto
Biblioteca

sexennium vltimo Philippi Longi .i.1323. vti dictum, planè sedes mutare non tam Principis iussu, quam Plebis ejectione coacti sunt. Atque hæc quarta est & postrema eorum exactio, cuius ipsi tamen, non meminere, quòd illam Vtini attingeret. Vnde & eam Symbolo n^12 notant, non solum quia annum designat, verum etiam quia significat, *Desiit, Consummatum est.*

Philippus quintus nunquam ab Ecclesiasticis & populo decimas sibi à Pontific. concessas, & tributa impetrata impetrare potuit. Eius vxor Ioanna comitis Burgundorum filia, collegium Burgundum Parisiis extruit fundatque.

Carolus Pulcher an. etiam 6. rex fuit Nauarræ.

Ducatus Borbonius initium habuit à Ludouico Claromõtensi Comite, qui munificentia Philippi Valesij Regis Francorum nominatus est Dux. *Gagui. lib.* 8.

Carolus Franc. Rex, offensus, quòd Edoüardus 2. Anglorum Rex, vt beneficiarius non iurasset, nomine possessionis Aquitaniæ & Pontini, in verba Ludouici Regis, deturbatis Anglis, ferè totam Aquitaniam occupauit: exceptis tribus ciuitatibus, Burdegala, Baiona, & S. Seuero: Verùm biennio post an. 1323. iureiurando, per Eduardum 3. adhuc iuuenem 12. annorum, dato, renouatóque fœdere, omnem Aquitaniam reddidit Anglo, precibus Isabellæ sororis Reginæ Angliæ. *Gagni. lib.* 8. *Æmyl. lib.* 8. *Polyd. Angliæ histor. lib.* 18. *& Chron. Franc.*

Vltimus Philippi Pulchri filius etiam ad regnum peruenit. Nempe notandum oraculum, vt cæteri hoc exemplo caueãt, *Nolite tangere Christos meos.* Episcopus Morianensis vir sanctissimæ conuersationis, coram multis ait, postquam Bonifacius 8. insidiis Philippi Regis esset captus, Hoc nuncium magnã afferet lætitiam Regi Franciæ, sed notabile propter tantum facinus irruet in eum & eius progeniem. Quod totum impletum est, non multo pòst tempore. Nam Rex intercurrente apro, inter equi sui crura, mortuus est. Tres autem eius filij, vnus post alium breui spatio regnarunt: eorumque omnium vxores in adultetio deprehensæ sunt. *Antoninus part.* 3. *tit.* 20. §. 20.

Isabella Philippi quarti Franc. Regis filia, Eduardum Anglorum regem maritum suum cepit, & custodiæ mancipauit vsque ad mortem, propter desolationem, vt dicebat, quam cum seruis in regno fecerat. *Chron. Hirsaug.*

1324. agitur conuentus nobiliũ Londini in Anglia, vbi inter alia statutum est, vt deinceps suspendio strangulandi statum sepelirentur: qui mos etiam nunc durat in Anglia. *Polyd. lib.* 18.

Mortuo Carolo Pulchro absque virili stirpe an. 1327. orta est quæstio (quam adhuc Angli dicunt esse sub iudice) inter Francum & Anglum, de regno Franciæ. Eduardo 3. Rege Angliæ, quòd esset filius Isabellæ filiæ Philippi Pulchri, iure proximioris gradus cognationis, contendente regnum sibi deberi: contra Philippo Valesio filio Caroli Valesii, fra. Philippi Pulchri decreto legis Salicæ, qua fœminæ à regni successione excluduntur, illud sibi vendicante. At Franci Valesiũ regem decernunt, Eduardus verò Regis Galliæ solum titulum & insignia assumpsit: quibus eius posteri in hunc vsque diem vsi sunt. *Polyd. lib* 19. *Æmil. lib.* 8. Hinc ortum est funestum & cruentum bellum Anglicum, quod cœpit in Aquitania, sæpius intermissum & renouatum.

Vuladislaus impetrato à Pontifice Diademate regio, qui illud olim ademerat post cædem Diui Stanilai, cum Heduigi vxore Cracouiæ coronatur solenni ritu an. 1320. Ex eo tempore ius coronandi Reges Polonos atque ipsa insignia Regum Gnesnæ, Cracouiam translata sunt. *Herburtus libro 9.*

Histor.

Anni Christi.		Anni mundi.
	203.	
1335	d BENEDICTVS 11. dict. 12. Tolosas, an. 7. mens. 3. dies 17.	5423
1342	Vacat dies 15.	5430
	Patriarcha.	
	Constãtinopoli Esaia, deinde Ioãne 13. an. 16.	
	Principibus.	
	Andronico iuniore Palæologo an 13. Græcorum Imp.	
	Carbanda Tartaro Persidis, deinde filio Carbandæ.	
	Orchane Turcorum Imp.	
	Ludouico 4. Bauaro Occi. Imp.	
	Philippo 6. Valesio Franc. Reg.	
	Seipharad Æthiopiæ an. 28.	
	Alphonso 11. Hispaniæ.	
	Eduardo 6. dict. 3. Angliæ.	
	Cazimiro tertio (dicto 2.) cog. Magno, Polonorum rege, annis 37.	
	Alphonso 4. Portugalliæ.	
	Roberto Brusio Scotiæ, deinde Dauide secundo, an. 41.	

Histor. Pol. cap. 8.

1326. Comes Geldriæ in Ducem sublimatur à Ludouico Imperatore, Comitatus de Zurphania titulo, vsque in hodiernum diem retento.

Alphonsus 11. Hilpaniæ rex adiutus auxilio Alphonsi 4. Portugalliæ regis socerì sui infinitas Barbarorum copias vicit: & bellum gerens contra Allibohacen Marochi regem, & Banamarim & alios 4. reges: quadringenta quinquaginta Saracenorum millia occidit, Christianis duntaxat 20. desideratis. *Vasæus, ibid.*

d E Cistercienſium ordine Papa. Confirmauit ordinem Militum Iesu Christi.

Reformauit ordines Benedictinorum & Cistercienſium, condita constitutione, quæ Benedictina dicitur: lectaque est in comitiis S. Germani à prato, an. 1337. 26. Iunij, celebratis à diœcesis circiter Abbatibus Diœcesium Remensis & Senonensis. Nam nondum profanata erant Monasteria, vt eis sæculares passim præficerentur.

Hunc esse aiunt, qui Benedictinis & Cistercienſibus relaxauit perpetuum vsum piscium. Et certè cap. 26. constitutionis decernit, vt per totam feriam quartam, & à prima Dominica Aduentus, vsque ad diem Natalis Domini, & à Dominica Septuagesimæ vsque ad diem Paschæ, ab esu carnium abstineant, nisi obstiterit infirmitas. Quasi voluerit licere cæteris temporibus ab Ecclesia non prohibitis.

Censuras in Bauarum à Ioanne vt in vsurpatorem Imperij, factas confirmauit. *Plat.*

Vir sanctissimus omnibus collachrymantibus sepelitur.

Auenione sedens collegium & templum Bernardinorum Parisiis fundauit, cuius Bibliothecam Cardinalis quidam Tolosas, Ordinis Cistercienſis libris exornauit: & sedecim operam Theologiæ dantes alumnos perpetuos instituit.

Decretalem edidit, determinans, animas sanctorum nihil habentes expurgabile, statim vt decedunt, ante diem iudicij faciem Dei cernere. *Lazzardus Celestinus in Epitome vniuersalis historiæ.* id est, decidit, quod Innocentius morte præuentus, non potuit perficere. *Paulo supra.*

Confirmauit gymnasium vniuersale Heidelbergense, à Ruperto Palatino Rheni primùm fundatum, vt & Vrbanus 6. cuius primus director & moderator fuit, Marsilius de Ingen Doctor Parisiensis & Canonicus, Thesaurarius Colonien sis. *Trith. Chron Hirsaug. & de Script.*

Indulsit præfectis Mediolani, Veronæ, Vicentij, Mantuæ, Rhegij, Cararij, Fatauij, Ferrariç, Mutinæ, Argentæ, certo illis imperato tributo, vt Marchionum & Ducum titulos præferrent, & à iure Imperij propter assiduas Imperatorum tyrannides, rebelliones, & impietates, exirent. *Idem.*

S. Lupoldus Babembergensis episcop. qui de veterũ principum Germanorum erga religionem Zelo scripsit.

Petrus 4. Aragoniæ rex, obiit citatus in sexagesimum diem ad tribunal Christi, à procuratoribus Ecclesiæ Tarraconensis, quòd eius patrimonium tyrannicè vellet vsurpare. *Vasæus in Coron. Hisp.*

Increbuere tunc per vniuersum ferè orbem Christianum, greges virorum pariter & mulierum nudis vmbilico tenus corporibus obambulantium & flagellantium sese, diuinam clementiam miserabilibus vocibus implorantium: vexillis præeuntibus. Hi in Poloniam quoque, tunc venere ex Vngaria. Sed cùm ea superstitio à flagitiis & hæresibus, non penitus immunis esse deprehenderetur: pœnis coërcita & extincta est. *Herburtus lib. 10. cap. 6.*

Custodia Sepulchri Christi an. 1336. Hierosolymis octo Fraciscanis committitur, à Sultano Ægyptio. *Munster in Cosmog.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

R. Leui ben Gersom Theologus & Philosophus magnus Hebræorum scribebat in Pentatheucum anno mundi 5093, id est Christi 1334. *Ipse in Leuit. 2. sectio.*

Hermanus de Schildis Augustinianus Eremita, Simon de Cassia, Ioannes Baconthorpe, Bartholomæus Sanctocordius Pisanus, Ioan. Hasalanus, Theologici scriptores.

Aluarus Pelagius. *Ipse in proœmio libri de Planctu Ecclesiæ.*

Anni mundi.

Anni Christi.

HVMANA.

Puella 9. tantùm annorum peperit filium in quadam regione, prope Mosellam fluuium. *Mater Historiarum.* 1341

[Ne hoc incredibile videatur, puella 8. annorum, apud Lectorates anno D. 1562. grauidata à puero æquali peperit filiam, tam fœliciter, vt ipsa intra annum, 22. matris suæ, illam auiam sobole propria reddiderit. Illa etiamnum familia, ibi durat.]

Andronicus senior post multas contumelias obiit in monasterio (in quo ferè biennium agere coactus est) anno ætatis 74. & ex quo Imperium susceperat 50. an. verò Christi 1335. *Niceph. Gregor. lib. 5. & 10.*

Matthias Golaceuius gente Toporus tunc Vuladislauiensis Episcopus, qui solus è 12. quos mater vno partu edidit, vixit, reliquis, mox vt nati fuerant, mortuis. *Heburtus lib. 9. histor. Polo cap. 10.*

Cazimirus 2. meruit Magni cognomentum, non tam virtute bellica & victoriis, quàm magnificis operibus & plurimarum arcium & oppidorum munitione, & erga tenues munificentia & liberalitate. *Cromer. lib. 12. Pol.*

Ludouico 4. Cæsare, in plerisque vrbibus Italiæ noui tyranni extitêre. Qui postea Ducum & Marchionum titulis, indulgentibus Pontificibus, sese cohonestarunt. *Cromer. lib. 12. de reb. Polo.*

Per idem tempus Ludouicus Vngarorum Rex regnum Neapolitanum armis receptum in vltionem Andreæ fratris Neapo. regis à Ioanna vxore strangulati, annitente Pont. Max. Ioannę restituit. Illa verò Auenionem Narbonensis prouincię vrbem Pontifici loco mercedis iure sempiterno donauit. *Ibid.*

Philippus Valesius Philippo Eburonicum Comiti ea lege regnum Nauarræ restituit, vt posteri eius reges Francorum patronos suos agnoscerent. *Annales Franc.*

Catholici cognomentum retulit, quòd adiectionem Petri Cunerij irritam iudicarit, iura Ecclesiarum augere se potius, quàm imminuere velle prædicans, *Ibid.*

Longobardos & Italos trapezitas ob immodicas vsuras expulit & proscripsit. *Ibid.*

Petrus Bertrandus Eduorum Pontifex, qui Cunerio Episcopis temporalem iurisdictionem auferre conanti restitit, collegium Eduense Lutetiæ posuit, & Stephanus Burgolus Turonensis Archiepisc. collegium Turonense.

1340. Rex Benamerim, Rex Granatæ, & Allibohacen, Rex Marochiorum, cum duobus aliis regibus, dum Tarifam ciuitatem regni Castellæ obsident, ab Alphonso 11. Portugalensium auxilio delentur, quadringentis quinquaginta Saracenorum millibus confossis, vt vix tantæ cladis nuntius superfuerit, cum tamen è Christiana acie viginti duntaxat milites desiderati sunt. *Garibay p. 4. lib. 34. cap. 34. Vasæum pag. 175.* 5430 1342

e VIR pius & doctus Monachus Sancti Benedicti. *Chron. Hirsaug.*

Depositionem Ludouici Imp. confirmat, ac principibus mandat, vt nisi ius electionis velint amittere, in eius locum alium eligant, qui mandatis Ecclesiæ, vt filium decet pareat. 5440 1352

CONCIL. *Anglicanum, in quo multi suo officio abutêtes, turpiter deponûtur. Polyd. Virg. li. 19.* 5429

204.

c Clemens 6. Lemouicensis an. 10. mens. 6. dies 28.

Vacat dies 11.

Anni Christi. 1342

Patriarcha. Constantinopoli Ioanne decimotertio.

Principibus. Andronico Iuniore, & posteum Calo Ioane Palæologo eius filio an. 30. Græcorum Imp.

Filio Carbandæ Tartaro Persidis, inde Gempsa Partho an. 48.

Orchane (& iuxta quosdam Salaimanio) & Amurate an. 23. ex ordine Turcarum Imp.

Ludouico 4. Bauario, & post eum Carolo 4. Imp. an. 32.

Philippo Valesio, & Ioanne an. 14. ex ordine, Franc. Regibus.

Seipharad Æthiopiæ. Alphonso 11. Hispaniæ, deinde Petro 9. cognomento crudeli an. 19.

Anni mundi. 5430

Alioqui se necessariò curam, vt supremum Christi vicarium, de Imperio habiturum. Atque hinc Carolus 4 Ioannis Boemiæ regis primogenitus eligitur, & Bonnæ à Colonienſi Archiep. inungitur. *Ibid.*

Inscripsit catalogo sanctorum S. Iuonem, qui sub Honorio 4. floruit in iure Canonico. *Sabel.*

Missis in Germaniam legatis fecit prædicare bellum contra Turcos infideles, his, qui suis bonis subuenirent vltra solitas condonationes, indulgens esum ouorum & lacticiniorum in sextis feriis & quibuslibet ieiunijs, præter Quadragesimam: quod Treuerensis & Colonienſis Archiepiscopi in perpetuum impetrarunt, sed Moguntino Archiepiscopo recusante aliquid contribuere ad Cruciadam, vt vocabant, etiam in hodiernum diem mansit, vt in tota dioceſi. non liceat ouis vti tempore cuiuslibet ieiuni), sicuti permittitur in alijs duabus dioceſibus. *Trith. in Chron. Hirsaug.*

1350. Iubilæum de centesimo Bonifacij ad 50. annos retulit, atque ita Romæ annus indulgentiarum, videlicet iubilæus secundus celebratus est, multis vndique concurrentibus.

Emit Auenionem vrbem Galliæ à Ioanna filia Roberti Siciliæ Regis: vnde in perpetuum Pontificij iuris facta est. *Plati.* Errant igitur qui putant ipsi datam esse à Philippo Rege Francorum.

Heresim flagellatorum in Vngaria extinguendam curauit, resipiscentes admittendo ad pœnitentiam publicam, pertinaces sæculari magistratui tradendo. Sic autem appellabantur quidam Rustici & imperiti, qui prætextu pœnitentiæ, vtroque sexu mixtim seminudi incedentes, cruces lineas in manibus portabant, capitibus caputio & pileo opertis, pudendis lineo velamine, flagellis in cuspide tres nodos & aculeos habentibus, semetipsos publicè intra & extra Ecclesiam se cruentabant: carmina quædam fidei partim contraria, partim suspecta cantabant: sæpius in terra procidendo in modum crucis, orantes clamabant. *Chron. Hirsaug.*

Carolus 4. Boëmus Imp. auctor aureæ Bullæ, sigillo quodam aureo roboratæ, multas in Boemia fundat Ecclesias. *Ibid.*

HVMANA.

Vir bonus, sapiens, doctus, quinque linguarum cognitione ornatus, qui Parisijs diu literis operam dedit, & in auxilium Regi Francorum cum patre suo Rege Boemiæ aduersus Regem Angliæ venit. *Ibid.*

Cernens superiores aliquot Imperatores ab Henrico 4. propter infectationem sedis Apostolicæ infelices fuisse, pacem cum eius Pontificibus perpetuam firmat MAXIMAM autem laudem meruit ob auream bullam, in qua multa ad pacem publicam pertinentia est complexus. Hinc Imperium in eius posteritate adhuc permanet, Deo eius virtutum, & in sanctam Sedem obseruantiam fœlicitante.

Nam Vuenceslaus, deinde Sigismundus, ipsius filij, per ordinem diu imperarunt, Ponec Sigismundus, cùm sine virili sobole decederet, Albertum Austriæ Ducem filiæ suę maritum, hæredem Imperij reliquit. A quo Imperium deinceps ad posteros deriuatum per Fredericum 3. Maximilianum Frederici F. Carolum 5. Maximiliani nepotem, Ferdinandum Caroli 5. frattem, Maximilianum 2. denique Rudolphum, qui hodie imperat.

Vniuersitatem Pragensem ita instituit, vt breui tempore cunctas totius Germaniæ gloria & numero doctorum hominum superauerit, quousque tandem post annos fermè 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multis commaculata hæresibus, in nihilum redigitur. *Chron. Hirsaug.* — Anni mundi.

Andronicus iunior Græcorum Imperator an. ætatis 45. & Imperij 21. post mortem auté aui 9. ex hac vita decedens an. Christi circiter 1344. reliquit Imperatorem Calo Ioannem fil. natum 12. an. tutoremque ei assignauit Ioan. Cantacuzenum. *Laonicus Chalcocondylas lib. 1. de reb. Turci. Niceph. Gregoras lib. 11.* — 5430

Ioannes Cantacuzenus, Ioan. Palæologi tutor annis 16. non se pro tutore, sed pro vero Imperatore gerit, donec armis ejiceretur. Palæologus Genuẽsibus, qui sibi in eo bello affuerant, Lesbum insulam dono dedit, qua sunt potiti vsque ad an. 1464. Turca eam eis eripiente.

Nicephorus Gregoras descripsit libris 11. Græcam historiam annorum 145. nempe à capta vrbe Constantinopoli à Latinis, vsque ad obitum Andronici Iunioris, qui contigit anno, vt ipse computat, Orbis conditi 6849. hoc est, (numerando secundum vulgatem morem Græcorum, quibus primus annus Christi est, ab orbe condito, 5505. vt liquet ex Nicephori Calixti libro 1. cap. 10.) anno Christi 1344.

Angli deditione ceperunt Caletum, post arctam obsidionem 11. mensium. *Polyd. lib. 19.* Eam circiter 210. annis retinuerunt, vsque ad annum Domini 1558.

1349. Delphinatus Viennensis (cuius caput est Vienna Allobrogum) vili 40. mille aureorum pretio venditur (ei testamento relictum falsò ait Polyd. lib. 19.) Philippo Valesio Regi Franc. ab Humberto Principe, post amissum filium vnicum, ordinem Prædicatorum professo, ea quidem lege vt primus Regis filius Delphinus vocaretur, Delphinatúsque eorum esse diceretur (quod etiam nunc obseruatur) sibique, quoad viueret, florenorum decem millia quotannis penderentur. *Æmyl. lib. 8. Gagui lib. 8. Mater histor.* Lutetiæ in eorumdem templo sepultus est. Hinc Carolus Regis Ioannis filius, Normaniæ Dux, primus Delphinus, an. 1354. dictus est.

1346. Comitatus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, ad Bauarię Duces peruenerunt, morte Vuillelmi Ducis vsque ad annum 1425. Tunc enim ad Burgundiæ Duces deuoluti sunt. *Chron. Hirsaug.*

1348. propter absentiam Pontificũ Nicolaus Rentius Romæ scriba publicus, in spem restaurandæ veteris Monarchiæ elatus, se Augustum Seuerum, Clementem, libertatis, pacis, iustitiæque Tribunum ac sacræ Rom. Reip. vindicem nominat: armis Capitolium occupat, Ciues Romanos ac ferè totius Italię principes ipsius successibus permotos sibi vel subijcit vel adiungit. Pontificem interpellat vt vel intra certum tempus redeat, vel se pontificatu priuandum sciat. Ludouico, deinde Carolo Impp. cæterisque Germaniæ principibus & Electoribus diem dicit, se alioqui aduersus eos, vt rebelles progressurum. Verum is tandem, dum tyrannus paulatim efficitur, mense septimo Italia pulsus, fugit ad Carolum Imp. qui vinctum Auenionem ad Pontificem misit. A quo post dimittitur Romam, vt Franciſc. Baroncello ciui Romano, qui similem tyrannidis stultitiam moueret, resisteret. *Volater. lib. 22.*

Ioannes Franc. Rex, ordinem equitum Stellæ est auspicatus: in antiqua & nobili domo S. Audoeni ad Lutetiam. Illi stellam aut in caputio aut alio loco conspicuo vestis, pro insigni gestabant. Tessera erat, Monstrant regibus astra viam.

Eduardus Rex Angliæ adductus æmulatione, ordinem Garteriorum equitum numero lex & viginti D. Georgio sacrum instituit. Horum princeps eques, est rex Angliæ:

Eduardo 6. dict 3. Angliæ.
Cazimiro Magno Poloniæ.
Alphõso 4. Portugalliæ.
Dauide 2. Scotiæ.

Anni Christi. — 1342

vtuntur

Anni Christi. — Anni mundi.

vtuntur pallio cœruleo, & crus sinistrum infra genu loro (à quo nomen datum est toti ordini, quòd garter lingua Anglica significet periscelidem) fibulato gemmis & auro ornato cinguntur, eique inscribunt Gallicis verbis, Vituperetur qui male cogitat. *Polyd lib. 19. Angl. hist.* — 1342 — 5430

Vectigali salis Francis imponi cœptum est, à Philippo Rege ad belli necessitatem. *Gagui lib. 8.*

Ioan. Cantacuzenus fraude cuiusdam Apocauci familiaris Imperatoris missus in exilium, iniuriæ impatiens bellũ quinquennale gessit contra Ioannem Imperatorẽ, & Turcorum arma Europæ inferens (non quidem primus, vt vulgò putant, sed tertius, sicuti constat ex Gregoræ lib. 7. & Galcocond. lib. 1.) capta Constantinopoli, & filia data in vxorem Orchani Turco. Imp. Imperio Constantinopolitano est potitus per aliquot annos, donec Calo-Ioanne Genuensium &, vt ait Egnatius, Turcorum (quibus primus tradidit in Europa locum ad habitandum, vt idem ait) ope impetrum recuperante, coactus est eo se abdicare, & ingredi monasterium: vbi vna cum Achęmemide Meletio quodam è Saracenis ad Christum conuerso, scripsit contra legem Mahometicam pro religione Christiana. *Calcocondylas lib. 1. de reb. Turci. Egnat lib. 2. & Cuspinia.*

Salaimanium tertium siue Solymanum, Turcorum Imperatorem nominat Chalcocondylas lib. 2 quem ait aliquot annis regnasse. Nostri eius non meminerunt.

Eo interfecto, Amurathes auo & patre excellentior, à Ioanne Palæologo vocatus Callipolim occupat: in ipsum quoque Palæologum impetum facit. Postea Seruiam, Vngariámque ingressus, occupata Adrianopoli, ab Lazaro principis Seruiæ seruo interficitur, regni 23.

1349. magna per vniuersam orbem pestilentia fuit, ab India incipiens, passimque per prouincias omnes irrepens, trium annorum spatio: vsque in Alemaniam, Galliam, Angliam, inque omnes gentes miserabiliter sæuiens, mediam hominum partem consumpsit. *Chron. Hirsaug.*

Cuius calamitatis causa Iudæi, fuit ascripta, quòd fontes & aerem veneno infecissent, vnde in diuersis mundi regionibus fuerint suffocati, submersi, combusti, &c. per integrum biennium.

Hanc plagam excepit sanguinis profluuium, inaudito genere cruciatus infinitos absumens, denique sacri ignis adustio, carnem ad vsque ossa penitus conficiens: adeò vt etiam mortuorum inuadens cadauera insepulta, canes, antequàm sepeliri possent, consumeret. *Ibid.*

1351. Margareta Imperatrix, olim Ludouici Imp. vxor, ab Hollandis, vt vnica terræ illius hæres, inuocata contra Vuillelmum filium eos crudeliter opptimentem: expeditionem mouit. Commisso autem nauali super Mosam prælio, victa cum paucis in Angliam fugit.

1350. Filius Carbandæ Tartarus, Rex Persidis, auctore Gẽpsa Parthorum Sultano, exutus est Persidis regno. Sic Tartari in Asia regnarunt & Perside ab an. 1222. vsque ad 1350. per annos 128.

Vuladislaus Dux albus Poloniæ, qui è monasterio D. Benigni Diuionensis, dispensatione Papæ, pro successione Regni Poloniæ reuocatus est ad Regni administrationem: obijt in ciuitate Argentina an. 1388. 10. cal. Maij, & vt iusserat, sepelitur in Ecclesia D. Benigni Diuioni, vt constat ex eius epitaphio: quod miror historias Poloniæ subticuisse.

Parthi Duce Gempsa Turca, qui aliquanto ante Saracenorum iugum expulerat, an. 1350. Persiam pulsis Tartaris subiugarunt. A Gempsa deinde descenderunt Persarum reges, vsque ad Malouchrem: quem Vssumcassanus è familia As-

Universidad de Deusto
Biblioteca

		Anni mundi.
	sambæorum Turcarũ, in Cappadocia & Armenia minore regnantium interfecit. Hinc cœpit Tartarorum potentia deflorare. *In Epistolis Asiaticis.*	
	f VRBANVS, amator religiosorum, Canonista maximus, qui Carolum Imperatorem coronauit. *Chron. Hirsaug.*	5440
	Pacem inter Anglorum & Francorum Reges iunxit.	
	Præbendas Ecclesiasticas non nisi probatissimis dedit, felicitque vt omnes Pastores ad suas Ecclesias proficiscerentur.	5451
	Ægidium Carillum Hispanum Auenione, ad res Italiæ componendas misit. *Volat. lib. 22.*	
	Bernardus Abbas Montiscassini, Michael de Massa, Fischatius, Ioannes de Bachone, Gregorius Ariminensis, Petrus Berthorius, Thomas Argentinensis, Henricus à Balma, Ioan. de Tambacho, Armacan, Heluicus Germanus, Henricus Constantiensis, Omnes hi circiter hæc tempora de Theologicis quæstionibus scripserunt.	
	1354. Balduinus Archiepiscopus Treuerensis obit, qui ordinarium totius anni breuiarium emendans, in eam formam, quæ nunc est, restituit. *Chron. Hirsaug.*	
	1361. Guilelmus Latinorum tertius an. 10. contra Calixtum Patriarcham Constant. & Philetum sedit.	
	Bertholdus de Borach. Begardus comburitur Spiræ an. 1355 quod inter alia Blasphema, diceret Christum in passione derelictum, adeo vt etiam de salute dubitarit. *Continuatio Ab. Vrspergensis & Nauler.* Idem sentit Caluinus lib. 2. Institutio. cap. 16. sect. 11. & sæpè alibi.	
	Pragensis Academia & Archiepiscopatus in Bohemia instituitur per Carolum 4. Imper. *Trithem. in Chron. Munster. in Cosmog. Nauler. in Chron.*	
	1355. Obijt celebris ille iurisconsultus Bartholus de Saxoferrato, Mathematum & Hebraicarum quoque literarum peritus, an ætatis 46. *Palmer.* alij aiunt 46.	
	1358. in Aragonia in conuentu Valentiano, à rege Petro sublata est temporis per æras, numerandi ratio. *Vasæus cap. 22. chron Hisp.*	
	Item Castella paulo post, nempe 1383. à Ioanne 1. Reg. Et in Portugalia à Ioanne 1. sub an. 1415. à quibus iussum, vt à natiuitate Domini in posterum numeraretur. *Ibid.*	
	Ioannes Vuiclefus hæresiarcha, quia non potuit consequi Episcopatum Vigorien sem, cœpit tunc sua dogmata euomere in Anglia, & composuit plusquam 200. Volumina librorum, quibus præter suos immiscebat Martionis & Manichæorum errores. *Æneas Sylu. histor. Bohemi cap. 35.* In 8. sessione Concil. Constantiensis damnati sunt 45. articuli ex eius libris collecti, quorum nonnulli nostra ætate recruduerunt.	

HVMANA.

1158 Albertus Dux Austriæ Alberti Romanorum quondã regis filius obit. Ab eo Rudolphi qui hodie imperat, & totius domus Austriacæ genealogia contiuuatur. *Chron. Hirsaug.*

Albertum Ducem Austriæ filium reliquit: qui Vniuersitatem Viennensem in Austria fundauit. *Ibid.*

Et Rudolphum, qui Comitatum Turolis Austriæ Ducatui coniunxit *Ibid.*

Ludouicus eodem anno, Vngariæ Rex, propter regnum Dalmatiæ, Venetos, qui illud multis annis possederant, aggreditur: ac primùm quidem ciuitatem Iardensem, deinde maritimas vrbes, postremò Dalmatiam totam occupat. *Ibid.* 5451

Tunc primum in Anglia an. 1361. in conuentu principum anno ætatis Eduardi 50. decretum est, vt deinceps in toro

Anni Christi.	205.	Anni mundi.
	f INNOCENTIVS 6 Lemouicensis an. 9. mens. 8. di. 6.	
	Vacat an. 1. m. 5.	1363
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Ioanne decimo tertio, deinde Calixto an. 2. Phileto an. 13 mens. 6.	
	Principibus.	
	Calo Ioanne Palæologo Græcorum Imp.	
	Gempsa Partho Rege Persidis.	
	Amurate. 1. Turcorum Imp.	
	Carolo. 4. Occid. Imp.	
	Ioanne. 1. Franc. Rege.	
	Seipharad Æthiopiæ, deinde Vdma Asfan an. 10.	
	Petro cog. Crudeli Hispaniæ.	
	Eduardo 6. dicto 3. Angliæ.	
	Cazimiro magno Poloniæ.	
	Alphonso 4. Portugalliæ, deinde Petro, cog. Iustitiario, an. 10.	
	Dauide 2. Scotiæ.	
		1363

actiones,

Anni Christi.	206.	Anni mundi.
1342		
1363	g VRBANVS 5. Lemouicensis an. 8.	5451
1371	mens. 4.	5459
	Vacat d. 10.	
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Phileto Principibus.	
	Calo (siue Carolo) Ioanne Græc. Imp.	
	Gempsa Partho Persidis	
	Amurate 1. Turcorum	
	Imp. Carolo 4. Occid.	
	Imp.	
	Ioanne 1. & post eũ Carolo 5. Sapiente an. 16.	
	Franc. Rege.	
	Vdma Asfan an. 10.	
	Petro cog. Crudeli Hispaniæ, deinde Henrico 2. an. 10.	
	Eduardo 6. dict. 3 Angliæ.	
	Cazimiro 2. magno Poloniæ.	
	Petro Portugalliæ, deinde Ferdinando an. 17.	
	Dauide 2. Scotiæ.	

actiones, sententiæ & cætera acta fierent lingua Anglica, nec amplius Gallica vel potius Normanica, vt antea fiebat. *Polyd. lib. 19. Histor. Angl.*

Eodem anno Eduardus Angl. Rex in similitudinem iubilæi Christiani, celebrans iubilæum suæ ætatis, exules quosdã reuocauit, & custodias omnes dimisit, condonatis maleficiorum pœnis: magnas immunitates, præcipuè quas vocant Magnæ Chartæ, de integro populo concessit. Hinc Reges iubilæum ætatis celebrare consueuerunt, vt scilicet Rex vel regina in annos singulos, tot pauperes die suo natali vestiat, eisque largitiones faciat, quot illo die annos ætatis compleuit. *Polyd. Ibid.*

1360. fœdus inter Anglum & Francum initur, & auctoritate Innocentij Papæ ratum habetur. Eius summa erat, vt Anglus Franco cederet omni iure, quod in Franciæ Regnum, in Normaniam, in Andegauenses & Cenomanos haberet: at obtineret Aquitaniam his finibus, ad quos iungerentur Vascones, Pictones, Santones, Petragorij, Cadurci, Lemouices Engolismenses, Caleti, Ginarum & Pontiuum Comitatus, ipseque nullum deinceps vectigal vel tusiurandum daret Franco: Francus verò redemptionis nomine, ad certam diem tricies centum millia aureorum persolueret, & interea datis obsidibus liber è captiuitate rediret in Franciam. *Polyd. libro 19. Chro. Franc. Æmil lib. 9.*

Calo-Ioannes Græcorum Imperator cum Amurate Turca, inijt societatẽ: contra Principes Græciæ Bulgarorum ope fretos, Theodoro natu minimo dato obside, factusque vectios, Theodoro natu minimo dato obside, factusque vectigalis: filio suo Andronico natu maiori filiam Susmani Mysiorum Regis, & sororem vxoris Amuratis, dedit in vxorem *Calcocond. lib. 1. de reb Turc.*

Hæc fuêre initia tristissimæ seruitutis, quæ nihil aliud, præter inane Imperij nomen attulerunt. Nam deinceps militare cogebantur, per se & filios contra quos Turcæ vellent, nec capescere nec vsurpare imperium, nisi accepta ab eis potestate.

Amurates cum 60. millibus Turcarum ann. 1363. vsus Genuensium tritemibus numerato in singula militum capita aureo nummo, traijcit in Europam: tanquam socius vel inuiti Cæsaris ad reliquias belli persequendas, & pœnas exigendas de defectoribus.

Mox Callipolim in Chersoneso, & aliquot vicina Hellesponti oppida expugnat, Thraciam peruagatur, Philippolim occupat, deinde Adrianopoli, frustra Palæologo inirum cũ infido hoste fœdus & res perditas deplorante, regni sedem constituit: nunquam deinceps de relinquenda Europa cogitaturus.

g VIR doctus & sanctissimæ conuersationis, qui crucem prædicari fecit contra Turcos. *Chron. Hirsaug.*

1362. latrunculi de Anglia exeuntes ad 40. millia (societas magna Anglicana dicebatur) per Hispaniã, Galliam, indeque fines Treuirensium discurrunt: mox Alsatiam & alias Germaniæ regiones depopulantur, suum ducem Archipresbyterum appellantes. *Ibid.*

Anno circiter 1368. Romam venit Nestorianus quidam Marãus nomine Patriarcha designatus, quem summus Pont. consecratum ad suos remisit. Nam Nestoriani, Christiani quorum Patriarchalis sedes est in Mezal. i. Seleucia Parthorum, suum Patriarcham non nisi à 4. Metropolitanis initiari posse sentiunt, aut si numerus hic desit, à solo Rom. pontifice. *In profess. fidei Stud. quam transtulit è Syro And. Massius.*

Romanum enim Pontificem, Apostolorum principis successorem appellant. *Iacobus Nauarcus in epist. Asiatica, qui & superiorem historiam recenset.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contra Vuicleffum complures viri docti scribunt, Ioannes Kyningam, Strodus, Richardus Lauinham, Guil. Bertho, Ioannes Gascoyn, Simon Sothray, Thomas Ascheborn. Thomas Vuynetetton, Richardus Maydeston, Galterus Dissa, Robertus Humbleton, Ioannes Tyssigton Ioan. Maronis, Ioan. Mark, Gulielmus VVodfordus, omnes Angli.

Ordo montis oliuarum instituitur anno 1370.

S. Brigitta (altera ab Scotica) Regina quondam Suetiæ Neritiæ, veniens Auenionem (alij, Romam) ab Vrbano 5. confirmationem regulæ ordinis à se instituti impetrauit. *Chron. Hirsaug. & Polyd. lib. 7. de Inuent. cap. 4. & Volater. lib. 21. Geograph. Palm. in Chron.*

HVMANA.

Baldus, Angelus, & Petrus fratres, ex Petro de Vbaldis medico Petulino insignes iurisconsulti.

Baldum leuiter morsum in labro à sua canicula, post quartum mensem rabiem concepisse: & hydrophobeticum (. i. aquas metuente) interijsse, narrat Mattheolus in Dioscoridem.

1366. Ioannes Auentinus libros Annalium Boiorum scribit.

Bellum inter Anglos & Francos renouatur, sed cuius culpa non satis constat. Itaque Cadurci, Lemouicenses, & aliæ plures Aquitaniæ vrbes, quia nimis vectigalium exactionibus ab Anglis premebantur, Carolo Regi Francorum se dediderunt: sed paulò pòst Angli diripiunt Lemouicum principem vrbem illius defectionis, & sibi resumunt ius in Franciæ Regnum. *Polyd. lib. 19. histor. Angl.*

Carolus legem tulit, vt Regum filij anno 14. consecrentur & coronentur. *Conting. Nang.*

Ioannes Rex Franc. Burgundiam, Ottonis & Philippi nepotis principum interitu desolatam inuasit: atque eam Galliæ regno coniunxit, excluso Carolo Nauarræ rege. Eam enim sibi hæreditario iure deberi, quod Iohanna mater esset Ottonis, Ruperti filij filia, nec Philippus sobolem reliquisset. 1371

Eam pòst Carolus 5. Philippo Audaci fratri Turonum duci donauit, vt ei nuptias Margaritæ Flandricæ conciliaret. 1378

Caroli 5. cog. sapientis studio, maxima pars Latinorum classicorum, in Gallicam linguam conuertitur: eademque opera veteres Romani prosa editi fuêre, qui vetere Rythmo constabant.

Petrus Portugalliæ Rex, cog. Iustitiarius, quòd iuris esset obseruantissimus, vt litibus pabula subduceret, causidicos, procuratores, fori rabulas, è regno eiecit. *In hist. Portug.*

Lymiam ciuitatem condidit, cum ponte obliuionis Hispaniensium celèbertimo. *Ibid.*

Henricus 2. Petrum cog. crudelem Regem Hisp. occidit, sicque successit *Vasæus.*

h SEDEM Pontificiam pòst septuagesimum annum, Romam Auenione retulit: suasione & litetis S. Catharinæ Senensis, & Baldi Perusini Iurisconsulti. *Plati.* Cùm omnia in Italia Pontificatus oppida defecissent, Tifernatibus, Perusinisque initium facientibus, ac Florentinis sollicitantibus. *Volater. lib. 21. Antbro.*

Et Amurates traiecto nauibus Genuensium Hellespontо, plurimas Græcorum & Constantinopoli. Imp (à quo fuerat contra rebelles Despotas ex Asia in auxilium euocatus) vrbes cepisset, magnaque strage Bulgaros, Serbos & Alanos profligasset, Italiam terrens. *Cromer. lib. 13.*

Anni mundi.

207

h GREGORIVS 11.

Lemouicensis an. 7. mens. 2. di. 27. 5459

Vacat di. 11. 5466

Patriarcha.

Constantinopoli Phileto, deinde Macario an. 3. mens. 7. di. 6.

Anni christi.

Anni christi.

Anni mundi.

S. Catherina Senensis & Baldus Perus. vrgebant Romam propriam esse sedem summi Pontificatus, quòd eam D. Petrus suo sanguine consecrasset &c. Dominicus tamen Soto dubitat, num successor Petri possit vel sedem suam mutare in aliam Ecclesiam, vel nullibi omnino residere, sed manere duntaxat Vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, vt quondam Apostoli per totum mundum obambulantes. *4. sentent. to. 2. q. 1. art. 1.*

1459

1371

Principibus.

Turelupini Cunicorum sectam suscitantes de nuditate pudendorum, & publico coitu. *Bernard. Lutzemb.*

Petrus Bercorius mandato Ioannis Francorum regis, conuertit Titum Liuium in Gallicum sermonem.

Calo Ioanne Græc. Imp.

Richardus Notinghamius, Maximus Planudes Græcus monachus, Iacobus Lausanensis, Nicolaus Oresmus Gallus, Guilelmus Anglus, Humbertus Abbas Pruliacensis, Matthæus Cracouiensis, Pelbartus Pannonius, Gualtherus Hunte Anglus, Bartholomæus Pisanus, Richardus Lauinham Anglus, Ioannes Thauretus Colonienſis, Gerardus Magnus Dauentriensis, Paulus Venetus, Theologiæ scholasticæ præsertim scriptores.

Gësa Partho Persidis.

HVMANA.

Amurare I. & post eum Baiazete I. siue Paiazite siue Paizete (varie enim legitur) an. 26. Turcorum Imp.

Carolus 5. Franc. Rex secundus à Carolo Magno, iussit Sacra Bibria fideliter vertim Gallicum sermonem: cum Vualdense & alij pro libidine ea transferrent. *Ioannes. Tilh.*

Carolo 4. Occid. Imp.

Carolo 5. Sapiente Frac. Reg.

Iohanna Neapolis regina adoptat Ludouicum Andegauensem fratrem Caroli 3. deinde an. 1415. Alphonsum Ferdinandi regis filium. Quo portea exhæredato, regnum promittit Ludouico Andegauensi superioris Ludouici nepoti. Hinc bellum inter Alphonsum & Ludouicum, qui Iohannæ consensu hæredem instituit fratrem Renatum Lotharingiæ ducem: propter Isabellam vxorem lotharingici ducis filiam. Quoniam verò Renatus ius suum in fratris Caroli filium transtulit, qui solus restabat ex Andegauensi stirpe & is vicissim in Ludouicum 11. Carolus 8. expeditionem Neapolitanam postea suscipiet.

Vdma Asson Æthiopię, mox Dauide an. 33.

Henrico 2. Hyspaniæ.

Carolus Sapiens Senatoribus promulgantibus sanxit, vt filij regum Franciæ anno suæ ætatis 14. vngerentur & coronarentur. *Annal. Franc.*

Eduardo 6. dicto 3. Angliæ, deinde Richardo 2. an. 22.

Otesmum libenter audiebat, qui multos Aristotelis, Ciceronis, aliorumque auctorum libros in Gallicum diligenter transtulit. *Ibid.*

Ludouico Vngaro Poloniæ rege an. 12.

Quicquid patri ablatum fuerat, id omne ferè per fratres & præfectos rogatus recepit. Quin & regium ærarium, licet initio regni exhaustum, copiosum reliquit ad duodecies millia nummûm aureorum. *Amir. lib. 9.*

Ferdinãdo Portugalliæ

Eduardus Anglorum Rex, in conuentu principum Regni primus indixit pœnam immanem in, qui in posterum vlla Anglicana sacerdotia impetrarent à Romano Pontifice, aut causas, nisi per appellationem, ad eum deferrent. *Polyd. 19. Angl. histor.*

Dauide 2. Scotiæ, deinde Roberto 2. Stuardo an. 19.

Amurates tertius Turcarum Imperator, ex Ogoziorum siue Ottomanorum familia, qui plures in bello occidit, quàm vllus præcessorum, post 27. bella in Europa Asiaque confecta tali fortuna, vt in nullo victus succubuisset, à seruo quodam Seruiano siue Tryballo, siue Vngaro Seruiæ comitis Lazari Patroni sui recens vindicatuto, vt Turcis & Latinis placet, vel vt volunt Græci, à quodam Miloe generoso milite interfectus est, sub an. Christi 1376. & Imperij 23. (neque enim ratio temporum & historiæ ferre potest annos 57. quibus legitur apud Chalcocondylam li. 2. re-

1378 5496

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnasse, apud quem, vt obiter id dicam, numeri plerúmque mendosi, aut obliterati reperiuntur) *Ionius de rebus Turci. & Ioan. Egnatius Lonic. Chalcocond. lib. 1. de reb. Turci.*

Baiazetes Bulgaris Seruiisque deuictis, cum Marco Despota & vniuersa nobilitate deleta, in extremam Illyriæ regionē & interiorem Macedoniæ & Epiri partem: quæ nunc Albania, atque Hungariam penetrauit. *Idem.*

In Vualachiam excursiones fecit, totam ferè Græciam subegit. Constantinopolim obsedit an. 8. quam & cepisset, ni Tamerlanes è Scythia occurrens eum vicisset, atque in caueam detrusum per totum Orientem circumduxisset, donec in ea miserè se necatet, anno 1397.

Vuenceslaus Boemiæ rex Imperator factus, Ioannem Galeacium Mediolanensem Vicecomitem, primum Mediolanensem, ducem nominat, sceptro pileóque eius dignitatis insignibus, per legatos transmisso: vrbe ditionéque grandi pecunia vendita, additáque potestate, vt in hæredes eam transferre posset. Nam antea Imperatoribus eam præfecturam tribuere, quibus vellent, liberum erat. 5466

Ioannes Galeacius dux factus Veronam & Vincentiam Scaligeris ademit. Caratiensibus Patauium, Toruisium mōtanaque oppida, cum Tridento, Perusinis, Assatiatibus, Senensibus, Lucensibus eius imperium minime detrectantibus. 5477

Florentini contra eum Gallos euocant, qui ad Alexandriam vincuntur, duce interfecto.

Per 900. plus annos vsque ad mortem Cazimiri Magni semper Polonia sui generis reges atque principes habuit. i. vsque ad annum 1370. Vuenceslao Boemo excepto. Cazimiro nullos mares relinquente, iam externi apud Polonos regnarunt, Ludouicus Vngarus & gener eius Vuladislaus Iagello Lituanus, cum sua posteritate, quæ ad hunc vsque diem durat & regnat. *Crom. lib. 3 Pol.*

Ludouicus Vngarię & Poloniæ rex apud Polonos. an. 12. regnat, apud Vngaros an. 41.

Franciscus Petrarcha, insignis poëta, & Ioan. Bocatius vir amœni ingenij, mortem obierunt: ille 72. anno ætatis, hic 62. *Palmer. in Chron.*

i POST Gregorium ingens schisma oritur. Itali Italum pontificem Vrbanum, Galli Gallum in Italia, quem Clemētem 7. appellarunt, qui se Auenionem recepit. Alter in alterum censuris sæuiebat. Durauit hoc schisma an. 36. vsque ad Concilium Constantiense.

Tota Resp. Christiana duos tunc habebat pontifices ab Vrbano & Clemente. Nam Clementis Galli Cardinales & qui cum eis sentiebant Benedictum huius nominis 13. natione Aragonensem, qui Auenione sedit, an. circiter 30. Vrbano verò Itali Bonifacium nonum, Innocentium 7. Gregorium 12. suffecerunt. Hos alij principes & populi, illum alij sequebantur. *Crom. lib. 16.*

Vrbanus Festum visitationis D. Mariæ instituit. *Mat. histor.* Annum Iubilæi tertiò celebrat. *Plat.*

Satis infœliciter suum Pontificatum transegit.

Carolus 5. Francorum Rex fuit literarum & literatorum amator summus, ac Scripturarum sacrarum studiosus: iudiciis frequenter aderat: Arma nunquam induit, ex quo Rex creatus est, sed mansit togatus: Quicquid patri ablatum fuerat, id omne fermè ab Anglis recuperauit: Reliquit post mortem decem & octo milliones aureorum, licet initio regni ipsius exhaustum fuisset regium ærarium. *Gagui. & Chron. Franc. Æmil. lib. 9.* ait duodecicies 100. millia nummorum aureorum.

Iagello Lithuaniæ princeps, cum octo fratribus suis, & tota

Anni mundi.

208

1 VRBANVS 6. Neapolitanus an. 11. mens. 8. 5466
Vacat d. 17.
Patriarcha.
Constātinopoli Nilo an. 20.
Principibus.
Calo Ioanne cum Emanuele fil. Græc. Imp. postea Andronico 3. & Emanuele eius filiis, ann. 3. ex ordine Græcor. Imp.
Gempsa Partho Persidis.
Baiazete 1. Turcorum Carolo 4. Occident. Imp. cū filio Vuenceslao Cæsare, postea solo Vuenceslao Imp. an. 22.

Carolo 5. Sapiēte, & post eum Carolo 6. Beneamato an. 42. Francorum Rege.
Dauide Æthiopiæ an. 33
Henrico 2. Hispaniæ, deinde Ioanne primo. an. 10.
Richardo 2. Angliæ.
Ludouico Hūgaro Poloniæ, deinde Interregno 4. annorum, & Vuladislao Iagellone an. 48.

Anni Christi.

1378

1389

Anni Christi.

Ferdinādo Portugalliæ, deinde Ioanne an 50. Roberto 2. Stuardo Scotiæ.

Schisma 21. & omnium grauissimū, quod durauit an circiter 50. alij volunt 30. alij 39. alij 40 nonnulli an. 52.

1378 CLEMENS 7. Atrelatensis, à quibusdā Cardinalibus Gallis pseudopapa electus, sedit Auinione contra Vrbanum, & eius successorem Bonifacium 9. PP. an. 15. mens. 11. di. 23. 5466

Clementi adhæsit Francia & Hispania.

Vacat dl. 11.

1379 *Duo Concilia Gallicana ecclesiæ, ob electionem Clementis Antipapæ habita sunt Lutetiæ.* 5467

Primum 3. Idus Septembris.

Alterum 16. Calend. Decemb.

Anni mundi.

& tota Lithuania & Sumogithia ad fidem conuertitur, & Vuoladislaus nominatur. *Ola. Mag. lib. 2. hist. Septentr. c. 1. Munster. in Cosmog.*

Lithuani populi vltimi in Europa, fidem Christianam consecuti sunt. *Munst. in Cosmog.* extirpatis Vilnæ idolis à Iagellone, &c.

Ordo monasticus Iesuatorum (sic dicti sunt quod nomen IESV frequens esset in ore eorum) Senis initium habuit à Ioan. Columbano, & Francisco Vincentio Senensibus. Gestabant pro insigni album tunicam & capitium quadratum, à ceruice ad humetos deiectum, cingebantur scortea zona, & nudos pedes ligneis soleis in inferiore parte muniebant, propterea áque canusinum pallium tunicæ superiectum ferebant. *Sabel. Ennead. 11 lib. 9. Polydor. lib. 7. cap. 4. de inuent. rer.* Alij referunt eius initium ad Vrbani 5 tempora.

Floruit tunc Bartholomeus Salicetus Bononiensis iuris cōsultus.

Ioann. Hus pseudo euangelista Bohemorum, hæreses Vuiclefuistarum spargit in Bohemia, sub Vuenceslao Rege. *Æneæ Syl. histor. Bohem. cap 35.*

HVMANA.

An. 1380. Bertholdus Schuartz siue Niger (dubium an fuerit monachus & Germanus) artis chymicæ peritus, apud Venetos excogitauit machinam aneam, quam à sono terribili (nempè à bombo & ardeo) Bombardam dixerunt. *Plat. & Monster. in Cosmogr. Herburtus lib. 11. Polo. ca. 6.* Alij ad Gregorium 11. referunt.

Totus Occidens ciuilibus seditionibus agitabatur ob noua vectigalia. *Polyd. lib. 20. Angl. hist.*

1379. Vuenceslaus Boemiæ Rex, Cæsarum qui vnquam fuerunt, ignauissimus, Imperium init, quem tribus antè annis Cæsarem pater designauerat. Quare & ei Imperium abrogatum an. 1399.

Ortum est graue bellum, propter successionem Regni Lusitaniæ: inter Ioannem I. Regem Castellę & Legionis, qui duxerat in vxorem Beatricem filiam Ferdinandi Lusitaniæ, & Ioannem Nothum ipsius Ferdinandi, qui exutus monastico habitu regnum paternum obtinebat. *Polyd. lib. 20. Ang.*

Carolus 6. Franc. Rex tantùm tres flores liliorum pro insigni Regum Franciæ pingi instituit. Cùm iam inde ab Odone increuerunt liliorum numerum, per insignia sua spargerent & adhiberent Reges.

Nunquam alias Francia tam vexata fuerat, quàm Carolo 6. iuuene & stulto imperante. Nam præter alia vectigalia, tūc primùm ablatæ sunt vi & armis sacræ decimæ ad necessitates belli. *Chron. Franc.*

Græci dum inter se miserè certant de Imperio, fiunt sub potestate Turci Imperatoris, totam ferè Græciam amittunt: Andronicus cum filio Ioanne contra patrem Calo-Ioannem & fratrem Emanuelem à Baiazete precario Imperium obtinet, & eius ope Bizantium expugnauit, quam 4. plus minus annis tenuit, donec Emanuel promissis tributi nomine tribus myriadis aureorum, Imperio restituitur à Baiazete: apud quem deinceps Andronicus & eius filius facti Ianissarij, vt vocant, diu manserunt. *Chalcocondyl. lib. 2. de rebus Turci.* Quāquam alij institutum Ianissariorum, Ammurathi secundo huius nepoti tribuunt.

Ioannes primus, Hispanię Rex, memorabili victoria, casu equi à Lusitanis occisus est. *Vasæus.*

Ioannes illegitimus Petri Regis filius ex magistro mili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ declaratus Rex Portugalliæ, regnum à Castellanis, iam penè Nobilium defectione, possessum recepit. Septam Africæ ciuitatem Mauris ademit, totius Hispaniæ portum. Idem oppidum Almeirim extruit.

Scribarum consuetudinem, qua numerabant ab Augusti Imperio sustulit: iussitque vt à Domini natiuitate numeros suos deducerent.

Iagello Lithuaniæ Princeps, post Ludouici Vngariæ & Poloniæ Regis mortem anno 4. accepta eius in vxorem filia an. 1386. Cracouiam venit, & suscepto Christianismo, Rex Poloniæ coronatur. *Chron. lib. 13.*

Cuius Poloniæ, reges, vsque ad nouissimum Sigismundum fuêre posteri, Hedumgam, deinde Annam ea mortua Polonici regni hæredes in vxores duxit. Regno Lithuaniam, in qua Borysthenis fluuij origo, Samagitiam & Russiam in perpetuum addixit. *Munster. Cosmogr. lib. 4.*

Academiam Gracouiensem instituit, Professoribus è Pragensi Academia accersitis, census è Salinis & Telonio tribuens. *Ibid.*

Denique, quæ Cazimirus 2. de ea ordinanda, impetratis à Pontifice priuilegiis, proposuerat, perfecit, ann. 1401. Tum duæ domus siue Collegia excitata. Alterum Philosophis & Theologis, in platea, quæ Iudæorum tunc fuit, nunc D. Annæ nuncupatur. Alterum Iurisconsultis & medicis, qua ex vrbe ad arcem itur. *Herburtus lib. 13. Pol. cap. 2.*

k FERTVR confirmasse festum Visitationis virginis Mariæ. 5477

Ad Onera belli contra infideles secundus indixit Annatas beneficiorum vacantium, vt qui beneficium consequeretur fructus vnius anni, aut dimidiam eorum partem fisco Apostolico persoluetet. Illud soli Angli reculauunt, tantùm in Episcoparibus & maioribus sacerdotiis admittentes. *Plat.* Quidam hoc inuentum referunt ad Ioan. 22. sed, si credimus Polydor. *lib. 8. de Inuent. cap. 2.* multò est antiquius, cùm Hostiensis (quem diximus vixisse circa an. 1260.) in cap Inter cætera, de offici. ordina. dicat de ea re sæpe reclamatum fuisse & Francis. Zarabella scribat in Concilio Viennensi statutum fuisse, vt sublatis annatis, vigesima pars vectigalium sacerdotalium quotannis Rom. Pontifici penderetur. 5492

Hic annorum circiter 30. erat: cùm pontificatum iniit. Ita tamen vixit in tanta peccandi licentia, vt nihil ei obiici posset, nisi quòd fortassis Annatarũ vsum sacerdotiis imposuit. *Summa Cunc.*

1390. Ecclesiam Olysipponensem metropolim Portugalliæ fecit.

Hoc tempore Albi per totam Italiam visi, quos Bonifacius compressit, eorum duce supplicio affecto. Quidam enim ex Alpibus descendens cum vexillo crucis & alba veste ingentem omnis ordinis, sexus, ætatis cateruam secum specie religionis trahebat. *Volat. lib. 22.*

Ioan. Rusbrochius, Iacobus Peretz de Valentia, Simon Cremonensis, Conradus Ratisbonensis, Gallus Abbas Aulæ regiæ, Laurẽtius Iustinianus Venetus, Dionysius Burgensis eremita, Matthæus Episcopus Vuormacensis, Ioan. de Hisdinio Hospitalarius, Michael Angrianus Bononiensis, Gerardus Zutphanius, Renerus Pipetnus, Henricus Boicius, Nicolaus Gorranus, Dominicanus, Philippus montis Galerii, Thomas Calensis, Alphonsus Thostatus Episcopus Abulensis, Hugo à Castro nouo, Iacobus Magnus Toletanus, Ioannes Baromiardus omnes Theologici scriptores.

An. 1391. in conuentu Regis & Principum Angliæ

Anni mundi.

289.

k BONIFACIVS 9. Neapolitanus an. 14. mens. 11. 5477

Vacat d. 15. 5492

Patriarcha.

Constantinopoli Nilo, deinde Antonio 4. an. 4. cõtra quem Latinis quartus sedit Angelus Corovius.

Principibus.

Emanuele Paleologo filio Calo Joannis an. 30. Græcor. Imp.

Gẽpsa Partho Persidis, deinde Tamerlane an. 5.

Balazete, (deinde iuxta quosdam Iesu siue Iosue, Musulmane seu Mulsumane) Turcorum Impp. Vuenceslao, & Ruperto an. 10. ex ordine Occidẽt. Impp.

Anni Christi.

1342

1389

1404

sancitum

Anni Christi

1389 *Carolo 6. Franc. Reg.*

Dauide Æthiopiæ.

Henrico 3. cog. Valetudinario an. 16.

Richardo 2. Angliæ, deinde Henrico 4. an. 14 mens. 6.

Vladislao Iagellone Poloniæ.

Ioanne Notho Portugalliæ.

Roberto 2. Stuardo Scotiæ, deinde Roberto 3. an. 16.

1394 Clementi 7. Pseudopontifici successit Petrus de Luna, dictus Benedictus 13. vir doctissimus, à Cardinalibus tanti schismatis auctoribus electus Papa confedit Auenione: annos plus minus 30.

Anni mundi.

sancitum est, iurisdictionem Rom. Pontificis esse teminandam Oceano, itaque nemini Anglo licere in posterum, sub pœna perpetuæ custodiæ: pro quouis causa agere apud Rom. Pont. vt quispiam in Anglia eius auctoritate excommunicaretur, neue exequi aliquod tale mandatum, si quod ab eo acciperet. *Polyd. lib. 20. Angli.* 5477

Exoriuntur sectæ Hussitarum, Adamitarum & Orebitarum siue Orphanorum in Boemia, Albanorum in Italia. *Æneas Syl. Histor. Boem. c. 35. 41. & 42 & 43. Bonf. dec. 3. lib. 2. Polyd de inu. lib. 7. cap. 5.*

Boemica hæresis tam multiplex & diuersa, vt contrariis semper fluctuet opinionibus. Hîc Adamitas cum mulieribus nudos incedentes, sine pudore pudenda ostendentes cernere erit. Hîc Iacobitas, hic Paulinos, hic Taboritas, hic Hussitas, ac varias hæreticorũ formas quisque spectabit. *Matthias Vngariæ Rex apud Bonf. lib. 2 dec. 4.*

Benedictus 13 Antipapa fertur à nonnullis, primus Eucharistiam ante se gestasse ad sui custodiam.

HVMANA.

Emanuel Chrysoloras Byzantinus, Græcas literas in Italiam quasi postlimio reduxit, quæ per 700 annos ferè exulauerant. *Platin. Palmer.* A Ioanne Palæologo missus, vt regum opem imploraret, perfunctus munere in Italia substitit.

Blondus Forolulensis historicus, seriem temporum ab an. Christi 407. vsque ad 1400. retexit.

Ioannes Frossardus canonicus & presbyter historiam Franciæ, Scotiæ, Hispaniæ, Britanniæ, Vasconiæ, Flandriæ ab an. 1326. ad an 1400. est prosequutus.

Academia Erdfurdensis instituitur anno. 1392. *Krantz. li. 10. ca. 15.* & Cracouiensis anno. 1400. *Monster in Cosmogr.*

In Lutetiana multa collegia extruuntur, inter ea Forteticum an. 1391. à Petro Forter Autisiacensi Auerno.

Paulò antè regnante Carolo 5. Sapiente collegium Prælleum à Rodolpho Prælleo, Dormanum, seu Bellouacum à Ioanne Dormino Cancellario Franciæ, Cardinali & Episcopo Bellouaco, Damillæum à Iohanne Damillæ, à manuensi Regum Ioannis & Caroli 5. cum fratre Mormorum episcopo.

Sigismundus Vngariæ seu Pannoniæ Rex, post vnum aut alterum prælium contra Baiazetem, cum Gallorum & Vngarorum copiis fœliciter gestum, an. 1395. solemni legatione missa ad Principes Christianos, à Rom. Pontifice summam vim pecuniæ præter exercitum & à Carolo 6 Franc. Rege 8. millia militum, cum præcipuis Regni Principibus: quorũ Dux erat Ioannes Niuernensis Comes, obtinuit. Itaque dũcens exercitum in Bulgariam cepit Orizum & Biolinium vrbes: sed cùm post 18. diem quo Nicopolim obsidebat, cum Baiazete acie congressus esset, temeritate Gallorum magna clade affectus, fugiens Veneta classe seruatus est, & 300. nobiles Franci capti sunt, quorum 24. redempti sunt 200. millibus aureorum, cæteris cæsis. *Chalcocond. lib. 2. Gagum. lib. 9. Egnat. & Volat Chron. Francorum.*

Ioan. Niuernensis, post patrem Philippum Audacem, principatum Burgundiæ obtinuit. Domum è captiuitate Baiazetis reuersus equites instituit, quorum symbolum esset torquis aureus angulosis nexibus, & quasi annulis concatenatus, ita inter se aptatis: vt figuram crucis S. Andreæ exprimerent, silice annexo & subtus aurei velleris effigie dependente, quòd in his locis exulasset, in quibus Iason aureum vellus quæsiuerat, ac S. Andræas concionatus fuerat. 5482

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baiazetes (qui à celeritate cognominatus est lingua Turcica Heldrin, & Græcis Lælaps, quasi turbo venti seu procella) Turcorum Imperator, totam ferè Græciam & magnã Bulgariæ partem sibi subegit. *Ignatius & Iouius.* Indignatus quòd Emanuel Constantinopolita Imperator nollet apud eum fungi munere Ianizarij, Byzantium decennio (Ignatius ait octennio) oppugnauit. Quo tempore Emanuel Imp. venit in Italiam & Franciam à Rom. Pontifice, Venetis, Italiæ Ducibus, & Carolo 6. (Pau. Iouius falsò putat eum fuisse 7.) tũc phrenetico & furioso suppetias petiturus. Sed cùm moras aliquandiu traxisset in Francia, donec rex Carolus curaretur, (nam ex Gagui. lib. 9. circa an. 1399. duo Eremitæ D. Augustini se eum sanaturum receperant, licet frustrà, vnde supplicio capitis petierunt) coactus est redire Constantinopolim re infecta (si enim Græcis & Gallis historicis credimus, decipitur Paul. Iouius, qui exercitum à Francis antea concessũ, Sigismundo regi Vngariæ nondum Imperatori, huic datum refert.) *Chalcocondylas lib. 2. de reb. Turci.*

Tamberlanes seu Tamerlanes (quem Demetrius Moscus Themircutlum, Græci Temirem vocant) Scytha, ex latrone & priuato homine factus Imperator, & Dei flagellum, incursione in minorem Asiam facta, Baiazetem ab obsidione Constantinopolis (quam alioqui expugnaturus fuisse creditur) retraxit: & cruentissimo conflictu captum catenis aureis ligauit, & in ferream caueam intrusum secum per omnes Asiæ & Syriæ expeditiones circunduxit : atque si nonnullis credimus, eo vius est pro scabello, si quando equum conscẽderet an. 1402. *Chalcocondyl. li. 2. & 3. de reb. Turci. Egnati. Sabel. Pius 2. lib. 2. descrip. terræ.* Regnauit Baiazetes an. 25. *Chalcocondyl. lib. 3.*

In numerandis Turcorum & Græcorum Imperatoribus, sequor Chalcocondylam, qui vt erat natione Græcus, rem propriùs attigisse videtur. Nam propter Tamerlanem victorem, fuit hic Turcorum perturbata successio. Alioqui Latini aiunt Baiazetem habuisse regni successorem, filium Cyriscelebẽ (quem vulgò nominant Calepinum) qui regnarit ann. plus minus 6. cuius filios faciunt Mahometem & Orchanem. *Paul. Ionius.* Alij eos duos faciunt filios Baiazetis, & volunt Orchanem eum esse qui dictus sit Calepinus Sed in rebus alienis facilè est hallucinari. Earum autem cognitio necessariò est, ad multa loca Apocalypseos intelligenda. Vel fortassis Iosue Chalcocondilæ, est aliorum Cyriscelebes filius Baiazethis: qui è manibus Scytharum fugiens, paternum Imperium recuperat, Græcis conniuentibus: Sigilmundum Vngariæ Regem fugat: denique victor Despotam bello lacessens, moritur in ætatis flore, postquàm annos sex imperasset. i an. 1413.

Secundum Baiazethis filium Mosem fuisse dicunt qui superiore fratre mortuo, interfecerit Orchanem nepotem: & Imperium rapuerit, donec à Mahomete primo necaretur.

Isabella 8. annos nata filia Caroli Regis Franciæ, Richardo Anglorum Regi desponsata, inter Francos & Anglos inducię in 30. annos pactæ sunt an. 1396. *Polydorus lib. 20. Ang. historiæ.*

1395. Iudæi se eiectos quarto & extremo exilio è Francia asserunt. i. ante annos 188. centum ferè annis antequam pulsi sunt ex Hispania.

Anni mundi.	*CONCIL. Gallicanum omnium prælatorum Franciæ, iussu Caroli 6 habitum Lutetiæ 23. Ianuary cõtra schisma, in quo Benedictus Antipapa deponitur, qui nihilominus noluit cedere. Chron. Franc.*	*Anni Christi.*
		1394
5481		alij
5486		1398
5488	*Annus Dom. M.CCCC. quando Tamerlanes mundi terror emergit, & Chrysoloras studia Græcarum literarum in Italiam reduxit, è qua 700. annis exulauerant.*	1400

Anni mundi.

5412

DECIMO quarto sæculo, permansisse veterem Doctrinam per scriptores illius ostenditur.

MISSA Continuatur iisdem ritibus & solennibus, quibus anteà, vt è scriptoribus de Diuinis vel Ecclesiasticis officiis liquet, vt Radulpho Tungrensi, Ioan. de tenera munda, Guil. Antissiodorensi, & Scholasticis huius sæculi, Pachymere Græco in Ecclesiasticam Hierarchiam Dionysij.

Gratia Dei, fides, iustificatio *Cantacuzenus Apol. 11. & 4. Pachymer. lib. 12. hist. Solius Dei est, vestras illustrare conscientias, &c. Niceph. Calixtus lib. 11. cap. 5. ex quo capite possit intelligi, quid sibi velit Pauli illa conclusio Ro. 3. Arbitramur per fidem iustificari hominem absque operibus legis. Occam in Centilogio concil. 67. Sententiarij in 2. dist. 26.*

Eucharistiæ veritas, Sacrificium, transsubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. *Nicephorus Calixtus multis locis, qui & libro 16. cap. 36. dæmonia ex ædibus, quas infestant, abigi celebratione Missæ testatur, vt Augustinus longe ante lib. 22. de Ciuit. cap. 8. Pachymeres in Eccl. Hierarch. Dionysij cap. 3. de Synaxi & lib. 4. & 5. hist. Niceph. Calixtus lib. 1. cap. 28. lib. 12. cap. 41. lib. 11. cap. 14. lib. 13. cap. 7. & 19. Aluarus lib. 2. de Planctu animæ cap. 52. Occam libello de Sacramento Altaris. Herueus in cap. 7. ad Heb. Corpus & sanguis Christi permanent in Ecclesia in æternum. Propter ista recte dicitur Melchisedec manere sacerdos in perpetuum, quia nullus alius ritus instituetur, per quem eius oblatio mutetur, & quia Christum designat perenniter pro nobis interpellantem. Durand. lib. 4. Sent. dist. 10. q. 1. A principio Ecclesiæ fuit articulus fidei, ab omnibus concessus, quòd verum corpus Christi esset realiter in hoc sacramento: & non figuratiuè, nec sicut in signo tantùm, nec per solam communionem Idiomatum. Scholastici huius æui omnes lib. 4. sent. dist. 10. & seqq. Ioan. de tenera munda libro de Sacramento altaris.*

Baptismi effectus, Necessitas, aliena fides, ceremoniæ. *Pachym. ibidem cap. de Sacramento illuminationis. Nam sic Dionysius vocat Baptismum, Cantacuz. Apol. 4. Niceph. Calixt. lib. 7. cap. 33. lib. 14. cap. 12. 17. lib. 16. cap. 35. Scholastici fusè lib. 4. sent. & aliis libris.*

Pœnitentia, & eius partes tres. *Pachymeres paraph. in Epistolam Areopag. ad Demophilum & lib. 4. histor. Niceph. Calixtus lib. 11. cap. 34. & lib. 12. cap. 28. Scholastici in eundem lib. 4. sent.*

Claues Ecclesiæ, absolutio. *Ibidem Pachym in Eccl. Hierarchiam cap. 5. & epist. ad Demophilum. Niceph. Calixt. lib. 12. cap. 28. & 41. Niceph. Gregoras lib. 10. cap. vlt. Cantacuzen. in Apologijs. Occam in Dialogo.*

Confirmatio, extrema vnctio, & reliqua alia sacramenta, & eorum vsus. *Pachym. lib. 11. Historiæ, Michael Andronici Imp. filius, è desperato morbo sancto oleo recreatur, & c. 4. & 5. Eccl. Hierarch. Scholastici huius sæculi in totum 4. Sententiarum.*

Primatus sedis Apostolicæ. *Pachimeres historiarum lib. 5. recitans capita Græcorum ad Latinos Principatus sit Romanæ sedis. Ad eum appellare liceat Græcis. Et memoria Romani Pontificis vnà cum Patriarchis celebretur. Nicephorus Calixtus, Rom. Pontificem gloria cæteros antecire lib. 4. cap. 38. Primariam Apostolorum sedem lib. 9. cap. 37. Niceph. Gregoras lib. 5. è libro de eare Nicephori Blemmydis, & cap. vlt. lib. 10. in suo contra Latinos alioqui consilio. Occam in Dialogo. item in prologo libelli de sacramento Altaris, de illo protestor me nihil asserturum, nisi quòd Romana tenet & docet Ecclesia. Guido Carmelita in summa de hæresib. de Valdensibus. Aluarus in proemio lib. 1. de Planctu Ecclesiæ & cap. 6. 13. 36. 37. 68. Durandus in 4. sentent. dist. 14. q. 5. August. de Ancona libro de potestate Ecclesiæ. Herueus lib. de potestate Papæ. Bartholus in constitutione extrauagante, quæ incipit: Ad reprimendum. verb. Totius orbis. Post Christi aduentum, sublatis monarchiis, omne imperium est apud Christum & eius vicarium: & transfertur per Papam in principem sæcularẽ, de quo prophetauit Daniel ca. 9. Ipsemet Vuicleffus epist. ad Vrbanum 6. apud Ioannem Foxum Caluinitam lib. 1. com. rerum gestarum. Romanus Pontifex summus Christi vicarius in terris.*

Liberum arbitrium, bona opera. *Cantacuzenus contra Mahometem. Niceph. Calixtus lib. 1. cap. 3. Occam in Centilogio. Sententiarij in 2. sent. dist. 25. & 26. & 28. vbi de hæresi Pe-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iagianorum. Paulus Brugensis in Biblia passim.

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, Imagines, festa. *De iis extant auctorũ huius sæculi sermones & tractatus penè innumeri, testimonia etiã non pauciora, vt Niceph. Gregoræ lib. 9. cap. vlt. Cantacuzenus Imp. Constant. integra Apologia tertia cõtra Mahometanos & orat. 3. contra eosdem. Pachym. lib. 4. hist. & 6. vbi D. Nicolai cura è maris periculo Antiochenus Patriarcha liberatur, item 9. 11. 12. & in Eccles. Hierarchiam Dionys. Niceph. Calixt. lib. 7. cap. 33. & 34. lib. 14 cap. 2. Sententiarij lib. 4. dist.*

Preces pro defunctis, purgatorium. *Pachymer. in Eccl. Hierar. cap. 7. de dormientibus. Nicep. Calixtus lib. 8. cap. 31. vbi & nocturnæ defunctorum memoriæ. Doctores in 4. sententiæ dist. 21. &c.*

Non hic possumus Centuriatorum testimonium proferre, *quando non sunt vltra decimam tertiam* Centuriam, *quod sciam, progressi, sed quid ipsi sentiant, quid concipiant, non difficile est diuinare ex eo, quòd posteriorum sæculorum doctoribus acerbius irascantur, quòd quæ laudẽt Marsilij Patauini, Flagellantium, Lothardorum & Ioannis Vuicleffi apostasiam, qui de iis tragedias hoc sæculo excitarunt. Verum vti memini, non modo ab eius scriptoribus refutati sunt, sed etiam ab omnibus Synodis, quæ non fuerunt paruo numero: denique ab historicis, qui Ecclesiæ cursum secundum, non plane extitisse docuerunt.*

DVONVS annis infœlicijter pontificatu administrato moritur. *Anni mundi.*

Iurisperitus comis ac blandus. Contra hũc quoque Antipapa Auenionensis Petrus Luna furit, præterquàm quòd multis procerum Italicorum bellis affligebatur.

Creauit multos Cardinales Eo mortuo vehementius in- 5412 ualuerunt bella Italica.

Dissidium Galliæ & Italiæ ob diuersos Papas. 5495

HVMANA.

Ab anno 1399. imperabat apud Tartaros siue Barbaros Tamerlanes, humili quidem loco natus, verum scientia rei militaris & fœlicitate eò prouectus, vt duodecies centena millia hominum haberet in exercitu, ac ad Stellam montem memorabili Pompeij magni victoria, & Mithridatis calamitate celebrem: Turcis profligatis Imperatorèque eorum Baiazete capto & in ferrea cauea feræ in modum circumiecto: Iberia, Albania, Armenia, Persia, Mesopotamia, & Ægypto incredibili trium annorum celeritate vastatis, orbem terrarum nominis sui terrore impleret. Cum hoc Lithuani duce Vitoldo, cum multa nobilitate Polonica & Germanica, confligentes vincuntur. *Herburtus lib. 12 hist. Pol cap. 10.*

Baiazetẽ captũ in caueaque duos annos & semis detentũ, dorsoque sibi acuto piscis osse iugulũ perforatet, & extingueret: non vt regem, sed paricidam, vt qui fratrem natu maiorem occidisset, se digna pœna plectere dicebat, item se Dei esse iram, quæ deprauati sæculi mortales vlciscereturꝰ. In eo prælio cæsa narrantur, supra centum & quadraginta hominum millia. *Iouius lib. 2. Virorum illust.*

Primo die tendebat alba, secundo nigra, tertio rubra, quòd primi diei deditionem obsessis esse vellet innoxiam: secundi luctuosam & pœnis mixtam, tertij planè cruentam, & citra veniæ spem & delectum, dicatam tuinis, igni, cædibus.

Tandem spoliis vniuersæ Asiæ onustus, Samarcandam rediit,

DECIMVM QVINTVM sæculum.

210.

a INNOCENTIVS 7. Sulmonensis an. 2. di. 22. 1404
Vacat d. 23. 1407

Patriarcha.

Constantinopoli Antonio quarto.

Principibus.

Emanuele siue Manuele an. 30. vt dictum est. Constantinopolitano Imp.

Tamerlane Tartaro Persidis, deinde Tzochio eius filio, an. 22.

Mulsumane Turcorum Imp. deinde Mose fratre paucis mensibus.

Ruperto siue Roberto Occident. Imp.

Carolo 6. Beneamato Francorum Reg.

Anni christi.		Anni mundi.
	Dauide Æthiopiæ, deinde Theodoro mens. 2. Isaac anno 17.	
	Henrico 3. Hispaniæ.	
	Henrico 4. Angliæ.	
	Vuladislao Iagellone Polon.	
	Ioanne Notho Portugalliæ.	
	Roberto 3. Scotiæ.	
	211.	
1407	b GREGORIVS 12. Venetus Theologiæ doctor celebris an. 2.	5495
1409	mens. 7. dies 5.	5497
	Vacat dies 10.	
	Patriarcha.	
	Constantinop. Calixto an. 13.	
	Principibus.	
	Eisdem Imp. & regnant.	
	Isaac Æthiopiæ.	
	Ioanne 2. Hispaniæ Rege an. 50.	
	CONCIL. *Pisanum plurimorum prælatorum, indictum à Cardinalibus contra Schisma. In eo ambo Pontifices Benedictus 13. & Gregorius 12. accusati de collusione, abrogantur, & Alexander eligitur Papa, sed illud nullum fere fuit profectus, nam neuter voluit cedere, sed nec ad concilium venire, varia causans. Palmer. Plati.*	
	212.	
1409	c ALEXANDER 5. Cretensis, Theologiæ doctor. mens. 10.	5497
1410	dies 8.	5498
	Vacat dies 11.	
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Calixto.	
	Principibus.	
	Eisdem Impp. & regnant.	

rediit, vbi fato functus dicitur an. 1402. *Ibid.*

Cuius duo filij hæredes sic à paterna virtute degenerarunt, vt imperium tueri nequiuerint, breuique tempore maximum Imperium collapsum defecerit.

b ANGELVS Corrarius antea dicebatur. Cõtra hunc etiam sedit Petrus Lunensis qui Benedictus 13. appellatus est. Itaque extinguendi schismatis causa quod supra 40. annos, binis ac ternis interdum de summo pontificatu contendentibus, valde Ecclesiam afflixit, Pisanum Concilium in Hetruria coiit. Sed non modò non oppressum est schisma, verum etiam auctum, cùm duobus frustrà depositis, tertius Petrus Cretensis de ordine Fráciscanorum creatus sit & Alexander 5. appellatus *Crom. lib. 16. Pol.*

Poloni secuti sunt Concilij authoritatem, cùm antea Gregorium pro Pontifice habuissent. *Ibi.*

Hinc Ioannes Hus & Hieronymus Pragensis, Boëmiam inficere hæresibus cœperunt. *Ibid.*

Hugo Ambriotus prætor, vel iuxta alios præses (non autem Episcopus, vt malè quidam censent) Parisiorum, Iudæorum sectator, osor clericorum (quòd aliqui de Scholasticis interpretantur) & Eucharistiæ contemptor, vt hæreticus à Parisiensi Episcopo perpetuo carceri adiudicatur. Ipse est, qui Bastildum a D. Anthonij portam munitissimum propugnaculum, & Pontem D. Michaëlis extrui curauit, cum Ponticulo & Castello ad propulsandos Scholasticorum noctu vagantium impetus. *Gaguin. lib. 9.*

Ordines Mõtoliuetensium auctore Bernardo Ptolomæo: Canonicorum S. Georgij de Alga auctore Laurentio Iustiniano, & Mendicantium D. Hieronymi (quos Ioan. 23. confirmauit) instituuntur an. Domini 1407.

Iesus siue Iosue minimus filiorum Baiazetis, Christianæ religioni initiatus mox moritur. *Chalcocondyl. libro quarto de rebus Turci.*

HVMANA.

Ciuile bellum in Gallia, ob controuersias duarum familiarum Ioannis Burgundiæ & Ludouici fratris regis Aureliani Ducum, quod magnum multorum annorum malum inussit Galliæ. Burgundio dum rerum est potitus. Carolum regem suo arbitratu regebat; Reginam & eius filiam huc illuc pertrahebat & vexabat. *Polyd. lib. 22. Angli.*

c CVM Gregorius 12. promisisset se cessurum pontificatu, si Benedictus iidem non recusaret, & fugiente Benedicto in Cotaloniam, relicta Auenione promissum, suum reuocasset, Concilio Pisis à Cardinalibus vniuersis habito, vtérque est depositus & in locum suffectus tertius, hic Alexander quintus Sanctus Dei. *Crom.*

Qui adeò fuit munificus in pauperes, vt de se ipso sæpe per iocum diceret, se diuitem fuisse Episcopum, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem. *Plati.*

Ordo Scopetinorum, siue S. Saluatoris originem habuit à Stephano Bononiensi anno 1410. *Volat. lib. 21.*

Ioannes Gerson, qui Concilio Constantiensi interfuit, quem indoctè, vt cætera Caluinus lib. 4. Instit. cap. 7. sect. 28. sub Ioanne 22. vixisse affirmat.

HVMANA.

Mediolanensem Ducatum Franci, armis repetunt: diuturno & atroci bello. Valentinæ scilicet, quam nuptui dederat Ioan. Galeacius pater, Ludouico Aurelianorum principi Caroli 5. fil. cum eius fratres sine legitima prole decessissent, debebatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galeacij filij ingeniis & fortuna patri dissimiles vrbibus Italicis exciderunt. Duces enim Galeacij, validis præsidiis subnixi: passim vrbium dominatum arripuerunt. *Anni mundi.* 5498

d VNVS de tribus contendentibus de Pontificatu. *Crom. lib. 17. Pol.* 5505

Bononiæ mansit, vt Gregorius 12. Arimini, Benedictus 13. in Hispania, vsque dum Sigismundi Imp. opera. Constantiæ Synodus cogeretur, vbi sunt tres patitet deiecti, & electus Martinus 5. *Idem.*

Petrus Aquilianus, Thomas Campensis, Iordanus Magdeburgensis, Thomas Haselbachius, Henricus Hessus, Reinhardus Fronthonensis, Petrus de Aliaco Cardinalis & Episcopus Cameracensis, Ioannes Capreolus, S. Vincentius Valentinus (hic semel in die tantùm manducabat, & à Calixto 3. in numerum Sanctorum relatus est. *Volater lib. 21.*) Franciscus Zarabellus, Ioan. Dominici Cardinalis: Omnes Theologiæ professores.

Nicolaus Clemangis doctor Parisiensis, qui de corrupto Ecclesiæ statu scripsit.

Florent tunc Laurentius Valla doctus Grammaticus, Alphonsus Rex Arragonum, Antonius Panormitanus, Ioannes Imolensis, Paulus Vergetius Iustinopolitanus.

HVMANA.

Alphonsus 5. cog Magnanimus Aragoniæ regum primus, fuit rex Neapolitanus. *Vasæus in Chron. Hisp.*

In Synodo Constantiensi Adolphus 2. Cliuiæ, & Amadeus Sabaudiæ comites donati sunt iuribus amplioribus: ducésque imperij constituti.

e DECREVIT vt singulis decenniis celebraretur Concilium vniuersale. *Plati.*

Pater patriæ salutatus, sectis Boëmicis valde iniquus.

Huius pedes Sigismundus Imperator est exosculatus. *Volater.* qui duos & triginta regulos, Mariæ Ludouici Pannoniarum regis filiæ aduersantes: securi percuti iussit. *Egnat. lib. 3. Rom.*

1416. & Amadæum octauum, decimum sextum Sabaudiæ Comitem Ducis titulo insigniuit. *Munsterus.*

Antonius à Rampegolis; Ioannes de Turrecremata Hispanus, Ioannes Fouentinus, Antonius Parmensis, Thomas de Kempis, Hermanus Sturdorpius, Henricus de Gonsueldia, Nicolaus Dunkelspuglius Viennensis, Henricus Hessus, Poggius Florentinus, Thomas Vualdensis, Raymundus Sebeidius, Hermannus Petra Carthusianus. Hi omnes illius temporis insignes Theologiæ scriptores.

Paulus de S. Maria (ita dictus est postquam ex Iudæo Hispano Christianus factus) Theologus Episcopus Burgensis, & Archicancellarius Ioannis Regis Castellæ absoluit suas additiones ad postillas Lyrani super Biblia Sacra, annis 1429. *vt est in eius prolog. initio. Glossa ordinaria.* 5505

R. Moses Gerundensis in Hispania tractatum, aduersus huius Paulum Burgensem scripsit, vbi pressus authoritate testimoniorum Talmudicorum dixit non esse incommodum, si nonnulla interdum Talmudicorum dicta minime admittantur. *Rittius sub finem libri 2. de cœlesti agricult.*

Sub Martino 5. Boemorũ hæreticorũ duces, postmortẽ Zischæ Cœci orphanos sese dixere. Qui cum Lutatiã Silesiã &c. diuexassent, in templa, atque monasteria, in sacerdotes & monachos barbarico furore debachabantur. Ziscæ autem ducis sui immanitatem sequebantur, qui quasi viuens parum insanisset, moriens cutim sibi detrahi, eamque tympano induci iussit, fore pollicens, vt ad eius tympani sonum, animis

213.

d IOANNES 23 (aliis 22. aliis 24.) Neapolitanus an. 5. dies 15. *Anni Christi.* 1410

Vacat an. 2. 1417

Patriarcha.

Constantinopoli Calixto.

Principibus.

Emanuele Constantinopolitano Imp.

Ezochio Tamerlanis Tartari F. Persidis, Mose, filio Baiazetis ex ordine Turcarum Imperat.

Sigismundo an. 28. Occid. Imp.

Carolo 6. Francorum Rege.

Isaac Æthiopiæ.

Ioanne 2. Hispaniæ.

Henrico 4. Angliæ, deinde Henrico 5. an. 9.

Vuladislao Iagellone Polo.

Iohanne Notho Portugal.

Interregno Scotiæ 13 annorum.

DECIMVM sextũ Vniuersale Concilium Constantiense in Germania, Patriarcharũ 4. Cardinalium 29. Archiepiscoporũ 47. Episc. 160. (alij 270.) Abbatũ & Doctorũ 564. præsidente initio Ioãne Papa & præsente Sigismundo Imp. celebratum fuit contra schisma trium pontificum, Ioannis 23. Bononiæ, Gregorij 12. Arimini, & Benedicti 13. in Hispania, qui tres priuati fuerunt, electo PP. Martino 5. Fuit etiam contra hæreses, præsertim Ioan Vuicleffi, & Ioan. Hus, & ad schisma tollendum. Denique cõtra vitia tam Laicorum quam clericorum. Liber Conc. Plat. Palm. Naucle. Duravit annos tres & aliquot menses, ab an. 1414. die 5. Novemb ad an. 1418 inchoatum, vt liquet ex actis ipsius Concilij. Mirum est quod narrant à die Paschæ, ad Pentecostem numeratas fuisse 60500, exteras personas: quæ ad Concil. confluxerant. confirmatur à Martino 3 Plat. Onuph. 1414.

214.

c MARTINVS 5. Romanus, vir optimus & doctissimus, an. 14 mens. 3. 1417

Vacat dies 22.

Patriarcha.

Constantinopoli Calixto, deinde Euthymio 2. an. 5. mẽs. Iosepho an. 15

Principibus.

Emanuele Paleologo, & post eum Flauio Ioanne eius fil. & abnepote Andronici 2. an. 4. & Ioan. Paleologo an. 24. ex ordine Constantinopol. Impp. *Anni Christi.* 1414

Tzochio Tamerlanis F. Persidis, deinde Trochio 2. an. 18.

Mechmete siue Mahomete 1. fil. Baiazetis Turcorum 9. (iuxta alios 5.) Imp. an. 17.

Sigismundo Occid. Imp.

Carolo 6. & Carolo 7. Victore cog. an. 38. ex ordine Franc. Reg.

Isaac Æthyopiæ, & per ordinem Andræa an. 4. Hesbinaam & Amde filiis Iesu.

Ioanne 2. Hispaniæ.

Henrico 5. Angliæ, deinde Henrico 6. an. 38.

Vuladislao Iagellone Poloniæ.

Joanne Notho Portugaliæ.

Interregno Scotiæ, deinde Iacobo Roberti. 3. filio, an. 13.

Continuatio Schismatis.

Clemens 8. Hispanus, à quibusdam anticardinalibus factione Alphonsi Regis Arragonum, post Benedictum 13. in Antipapam creatus est, sed, post reconciliationẽ Alphonsi cum Martino Ro. Pontifice coactus est se abdicare Pontificatu an. postquam sedisset ferè quinto. 1414

Anni mundi. 5419

ipsorum aduersarij conciderent. *Cromer lib. 20. Polo.*

Non est hic dissimulandus error auctoris Summæ Angelicæ, cuius occasione Canonistæ futiles quæstiones excitarunt, & Petrus Martyr. in 2. Samuel. cap. 13. calumniam inusslit huic Pontifici: nam quod ille auctor ait in verbo, Papa, Martinum 5. relaxasse alicui matrimonium cum sua sorore Germana, imprudentissimum esse commentum facile conuincitur ex ipso Antonino, quem idem citat. Ille enim in summa, *tomo 3. tit. 1. cap. 11. de affinitate in fine* scribit Martinum 5. post longam Theologorum & Canonistarum de ea re consultationem, dispensasse cum quodam qui consummauerat matrimonium cum quadam Germana eius, quam (vt loquitur) cognouerat fornicariè, Germanam propinquam, non sororem vocans.

HVMANA.

Mahometes Turcorum nonus (Ioui. 6.) Imperator, post recepta omnia loca, quæ Tamberlanes in Asia minore occupauerat, Imperatoria insignia ex Prusa (quæ hodie Bursa dicitur) in Græciam transtulit, & Adrianopoli vrbi Thraciæ collocauit. *Iouius lib. de rebus Turci.* Vt erat moribus tranquillus & placidus perpetuam habuit amicitiam cum Græcorum Imperatoribus: cum regnasset 12. annos (Ioui. ait 14.) & Imperij successorem designasset Amuratem filium. obiit anno circiter 1420.

Patruum Mosem Imperium paternum vsurpantem interfecit. Inde Bulgaros & Valachos afflixit, tributo magno imposito. Complures principes Turcas è Galatia & Capadocia extirpauit: de cuius linea iam reliqui successere.

Primus traiecit Danubium, & afflictis Valachis Dominatũ Bosniæ est consecutus.

An. 1425. vsus Bombardarum tum primùm à Gallis agnosci cœpit, Thoma Montacuto Salisberiense Comite Anglo, Cœnomanorum vrbem illis tormentis oppugnante. *Polyd. lib. 23. Angl. Histor.*

Lutetia à Ioanne Burgundiæ Duce occupatur, & Rex Carolus 6. cum tota aula in eius potestatem recidit: postea Philippus Burgundiæ Dux, cognita cæde Patris (qui paribus insidiis, quibus antea Aurelianum Ducem ficariis Lutetiæ necandum præbuerat, ad Monsteriolum oppidum perierat) iniens societatem cum Henrico 5. Angliæ Rege in patris sui vltionem regem, reginam, Lutetiam, & quicquid suæ factionis habebat ei tradidit an. 1419. eóque tempore apud Trecas, Catharinam Caroli filiam illi nubere coëgit, ea lege vt ij eorúmque liberi Franciæ Regno succederent, & Henricus interea viuente Carolo, Regens Franciæ cognominaretur. *Polyd. lib. 22. Æmyl. Gagui. lib. 9. & 10.*

Interregnum anni vnius.

Ioanna Puella siue virgo, inope pastore in Lotharingarum Damprenio pago orta, anno ætatis circiter 20. Aureliam vrbem obsidione Anglorum, qui Lutetiam magnámque Galliæ partem possidebant, liberat an. 1429. eius auspiciis multa prælia, fœliciter à Francis gesta sunt. *Gaguin. lib. 10. Baptist. Fulg. lib. 3.* 5512

Trecas, Lutetiámque cepit, inter primos milites in muros ascendens. Ab Anglis tandem capta Rhotomagi, vt Maga combusta est. *Ibid.*

Tum duæ erant in Gallia factiones, Burgundionum, & Armeniacorum, à Comite Armeniaco, qui Carolo Delphino, deinde Regi contra Anglos operam nauabat.

Louaniensis Academia an. 1427. erigitur à Ioanne 4. Brabantiæ Duce. *Monster. in Cosmogr.*

Hesbinaam & Amde filij Iesu in Æthiopia imperarunt vs-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que ad an. 1431. I. Eugenium, per annos quinque. Post hos, *Anni* suobus regiæ curię simul cum populo, auuertius Dauidicam *mundi.* obolem rebellantibus, puer quidam in regia sede positus fuit an. 2. Verùm diuino aliter dispenente consilio, auctores rebellionis capti fuerunt, regnumque consecutus est Zara Iacob. *Victor in de regibus Æthiopiæ.*

1414. Rhæti (Grizones vocant) ad suæ libertatis propú 5519
gnationẽ, primo fœdere sese inter se cõiungunt. *Chron. Helvet.*

Gentiles errones (quos Germani Heidem, nos Bohemos vocamus) primũ an. 1417. per Germaniã visuntur, qui excocti 5535
sole, immundi veste, intentique furtis, homines falsa sua chiromantia passim decipiunt. *Volyd. lib. 7. de invent. cap. 7. Krant lib. 11 cap 2.*

f AB EVGENIO 4. Georgius Trapezontius Romæ Gymnasio præficitur, & multis annis Rhetoricam ac Philosophiã docet. Deinde à Nicolao quinto Eugenij successore, scriba fit Apostolicus. Præ morbo, etiam sui nominis memoriam amisit. Æmulos habuit Ioan. de Monte regio, ob Ptolomæi opus de magna Constructi. versum & scholiis illustratum, Theodorum Gazam, ob librum de animalibus Arist. quem quoque verterat, & Ioan. Episcopum Aletiensem.

Eugenius in Æthiopiam legatos Theodorum, Petrum, Didymum & Georgium mittit ad Zerah Iacob Abyssinorum Imp. significans Ioannem Palæologum Imp. & Græcos cõuenisse in Ecclesiæ vnitatem: & ad eandem illum inuitans, quod reuerenter præstitit, *David Æthiopiæ Imp. Epistola ad Clementem 7. apud Damianum Goe. lib. de Æthiopum moribus.*

Zerah Iacob, pius & fidelis (vnde & rectæ fidei cognomentum retulit) duobus principibus, contra posteritatem Dauid rebellantibus cæsis: sub an. 1431. imperium Æthiopiæ adipiscitur. *Marius Victor.*

Ad Concilium Florentinum legatos misit. Nam illius actis Æthiopes & interfuisse constat.

Gregorius Constantinopolitanus Patriarcha in Concil. Florentino obiit. sentiens cum Catholica Ecclesia, cui successit Bessarion: deinde eo non recepto, Gennadius post captã Constantinopolim.

Ioannes Gritsius, Carolus Aretinus, Gerardus Cartusianus, Nicolaus Burgũdio Dominicanus, Nicolaus Amici, Ioannes Niderus Dominicanus, Ioã. Segonius, Ioan. Noblet Carmelita, Thomas de Corsellis, Ioan. à Spina, Bartholomæus Carthusianus, S. Bernardinus minorita Remensis (hic factiones Guelphorum & Gibellinorum ferè repressit. *Sabel.* & eum Nicolaus 5. inter sanctos numerat an 1450. *Flavin.*) Ambrosius Camaldulensis Ioannes Episcopus Leodiensis.

In Concilio Basiliensi ædita est Pragmatica sanctio, apud Bituriges à Carolo 7. Nonis Iulij an. 1438. probata, & in Senatu Parisiensi publicata 3. Idus Iul *Gaguin. lib. 10.* Damnatæ sunt annatæ Beneficiorum, & deambulationes in templis, dũ sacra celebrantur *sessio* 21. Cautum est ne numerus Cardinalium 24. excedat, ac ne quis nepotum Pontificis aut Cardinalium ad Cardinalatum admittatur *sessio* 23. Festa Conceptionis & Visitationis D. Mariæ confirmata fuere, *sessio* 36. & 44.

In eo indultus est Boemis vsus Calicis, quòd is iam apud eos inoleuisset. Ea tamen lege, ne diuersum vsum improbarent, neu se ab Ecclesia Catholica, in cæteris rebus dogmatibusque sciungerent. *Crom. lib. 21. Pol.*

Circa id ferme tempus Sigismundus Imp. ab ea gente rex appellatus est, ingressusque Boemiam ad pacandas res animum intendit. Sed diu non postea vixit. *Ibid.*

Iacobini & Armenij Ecclesiæ reconciliantur.

Græci ferè omnes cum Ioanne Imperat. Constantinopolim è Florentina synodo reuersi, fiunt infensi Rom. Pontifici,

Sic finitum est tam ingens *Anni* & diuturnum schisma, & Mar *Christi.* inus 5. mansit solus verus Põtifex Maximus.

CONCIL. *Senense. Onuph.*

215.

f EVGENIVS 4. Venetus, an. 15. 1431
mens. 11. di. 21.

Vacat d. 12.

Patriarcha.

Constantinopoli Ioseph, deinde Gregorio 3. an. 13.

Principibus.

Ioanne Palæologo Cõstantinopolitano Imp. an. 24 denique Constantino vltimo an 8.

Amurate 2. Turcorũ 10. (aliis 6.) an. 34. Imp.

Trochio 2. Tartaro Perfidis, denique Tranire an. 12.

Sigismundo, Alberto an. 2. & Friderico 3. an. 54. ex ordine Occid. Impp.

Carolo 7. Franc. Reg.

In Æthiopia interregno duorum annorum, inde Zara Jacob Rege, an. 34.

Joanne 2. Hispaniæ.

Henrico 6. Angliæ.

Vuladislao 3. Poloniæ an. 11. & interregno annorum 4. vsque ad an. 1447
1447.

Ioanne Notho Portugalliæ rege vndecimo, deinde Eduardo an. 5. Alphõso 5. Africano an. 43.

Iacobo 1. Scotiæ, deinde Iacobo secundo an. 24.

quòd

Anni Christi. *Anni mundi.*

1431 *DECIMVM septimum generale Concilium Basiliense contra Hussitas, primum à Martino 5. indictum Papiæ, sed ob pestem ibi grassantem, Senas translatum & inchoatum, deinde interruptũ ab Alphonso Arragonum rege, continuatur Basileæ, vbi interfuit Sigismundus Imperator, præside Iuliano Legato sedis Apostolicæ, & post eius reuocationem, Ludouico Cardinale Arelatensi, & præsentibus multis prælatis, ad reformationem Ecclesiæ, & componendos mores tam laicorum quàm clericorum: Ea demum acta quæ ad censuras & causas beneficiales attinent, confirmata sunt à Nicolao 5. Papa. Fuit etiã contra Hussitarum seu Bohemorum hæreses. Plati. lib. Concil. Æneas cap. 49. & 50. hist. Bohemi. Perductum est vsque ad annum 1442. vt constat ex vltima sessione 45. durauitque an. 11. mens. 9. di. 27. In eo damnatæ fuerunt annatæ beneficiorum, & cautum ne Cardinalium numerus 24. excedant. Ac ne quis nepotum Pontificis aut Cardinalium ad Cardinalatum admittatur.* 5519

Schisma 23.

1439 Fœlix 5. antea Amadæus olim Sabaudiæ Dux, in concilio Basiliensi contra Eugenium 4. Pontifex electus, liberè se Pontificatu abdicauit, postquam sedisset an. 9. m. 6. dies 7. 5527

quòd ab eo tantum auxilij quantum erat policitus non acciperent: & conuentioni, quam cum Latinis de religione inierant, non stantes, iterum ad vomitum redeunt: auctoribus Marco Episcopo Ephesino, & Scholario, Græcorum doctissimis. Quibus motus Eugenius, misit viros doctos Constantinopolim, qui rursum disputationes de eadem re cum Græcis haberent: sed ipsi re infecta discedere coacti sunt. *Calcocondyl. lib. 6. de rebus Turcis.* Paulò pòst Isidorus Ruthenus, qui erat ex iis Græcis, qui ad Concilium accesserant, Cardinalis, ad Græcos missus, ipsos cum Romano Pontifice reconciliauit, sed serò nimis. *Chalcond. lib. 8.*

Metropolitanus erat Kiouensis. Quare vnione Ecclesiæ Romanæ percepta, in Russiam rediit. Sed eum Mosconitæ obedientiam Romanam illis prædicantem spoliauerunt, & in necem extremam impulerunt. *Matthias Michou libro secundo de Sarmatia.*

In Russia plures sectæ, Græcorum videlicet, Armeniorum & Iudæorum. Vbi etiam est regio Christiana Romano Pontifici subiecta, quæ regitur ac præualet, quamquam sit exigua numero. *Ibid.*

HVMANA.

Amurates Turcorum 10. (Latinis 6.) Imperator Mustraphã patruum delet, ordinem institutum iam ante ab Ottomano primo rege. (*Chalcocondylas lib. 1. de reb. Turc.*) peditum militum, quos Ianuas seu Ianizaros vocant, ad sex seu decem millia auxit, & eos ex Christianorum filiis eligendos iussit: quorum viribus, qui succesſere, totum deuicere Orientem. Duos vniuersæ suæ Monarchiæ præposuit Imperatores seu Bassas, vnum Europæ (quem Bassam Romaniæ vocant) alterum Asiæ, qui Bassa Natoliæ dicitur. *Chalcocond. lib. 5. Callimachus in histo. Vngariæ.* Ipse obiit an. Christi 1450. & sui Imper. 32. vel vt ait Iouius, 31. *Chalcocond. lib. 7.*

Fastidita Imperij proferendi cura, ita regno se abdicauit, vt Hali purpurato Mahometis filij nutritio reliquerit, & in nemorosum Bithyniæ specum, cum paucis sacerdotibus ad contemplationem rerum cælestium (*si tamen aliquam præbere potest impuritas Alcoranica*) abderetur. *Iouius lib. 3. Vxor. Illust.* Sed pœnitens resiliit, cùm certior fuisset factus, de Ladislai regis Hungariæ & Poloniæ, Christianorumque principum aduentu, terra marique. Tandem Mahometem 2. ea lege hæredem reliquit, vt esset perpetuus Christiani nominis hostis. *Idem.*

Thessalonicam Venetis eripuit an. 1444. Qua clade motus Theodorus Gaza Thessalonicensis, & alij viri docti relicta Græcia, in Italiam se contulerunt: & linguam Græcam propagare illic cœperunt.

Mustahapa Patruo & Mustapha fratre, quos Græci contra eum adiuuabant occisis, peragrata Thracia & acceptis in deditionem vrbibus: Phocidem, Atticam, Beotiam, Æoliam, Acarnaniam & omnem intra Peloponesum regionem, vsque ad sinum Corinthiacum perdomuit.

Ladislaum Vngariæ regem vicit.

Ioannes Castriotus in Epiro, & ea Macedoniæ parte regnans, quæ Albania dicitur, ab Amurate pacem impetrauit: cessione Croiæ oppidi & filiis tribus obsidibus datis. Inter quos Georgius Scandebergius, qui magna calliditate, post patris mortem euadens, per adulterinas literas Croiam, Epiri & Macedoniæ populos recepit: suumque regnũ per multos annos tutatus est.

Eduardi 5. Portugalliæ reg. ex filia Leonora nepos extitit, Maximilianus Augustus Caroli 5. Imp. auus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alphonsus 5. eius successor Affricani titulum meruit, multis magnisque victoriis in Africa contra Mauros potitus. Nam Arzillam ciuitatem, & Tingitanam Mauritaniam Lusitanis domuit. *Anni mundi.* 5526

Carolo 7. Franc. Rege Burgundioni omnia, quæ petebat, & adeò plus quàm posset, concedente: factiones diuturnę sunt sopitæ an. 1435. & ex quo cœperant an. circiter 28. *Æmyl.* Anno sequente Lutetia à Francis, virtute Ioannis Villarij recepta est post 16. an. quàm in Anglor. ditionem venerat. *Polyd. lib. 23. Gagum. lib. 10.* Anno 1440. sedatæ sunt inimicitiæ Burgundionum & Aurelianensium.

Parlamentum Tholosanum à Philippo Pulchro institutum an. 1320. à Carolo 7. renouatur, qui pulsis è Francia Anglis, regnum bellis attritum: præsidiis munitionibúsque firmare statuit. Vnde & Centenarias & Quinquagenarias militum turmas instituit, & vt sine externo pedite, regni fines tutaretur: quinque millium peditum cohortes descripsit, habito delectu Peditum Agrestium, qui vulgo Areuarij dicti sunt, quia liberi omni tributo arcu sagittaque in militia vtebantur. 5526

Ioannes Guttenbergius Argentinensis Artem Impressoriam, seu excussoriam, nouum scribendi genus, primus excogitauit an. 1440. in vrbe Argentinensi: inde veniens Moguntiam eam fœliciter perfecit *Iacob. Wympfelingius in Epitom. Germinor. cap. 65. & Fulgosius lib. 8. cap. 11.* Platina & ferè omnes tale inuentum referunt ad Ioannem (Polyd. vocat Petrum) Faustium Moguntinum sub annum 1452. *Infrà.* at Paul. Iouius à Cataynis Indiæ populis, per Scythas & Moscos illud ad nos peruenisse scribit. Addo Temistitaneos, quorum vrbem Patrum memoria Castilij in nouo orbe occuparunt, Ferunt libros Augustini de ciuitate Dei, & Lactantij Firmiani de Diuinis institutionibus fuisse primos, qui typis excussi sunt. *Volat.*

Ladislaus siue Vuladislaus 3. Poloniæ Rex, cùm magnam partem Hungariæ occupasset, Iohannem Huniadem Transsyluaniæ siue Daciæ præfecit: vt se intestino bello distento, Turcos ab ea parte arceret, Georgium Seruiæ Despotam Principatu & liberis ab Amurate spoliatum, ad limites contra Belgradum collocauit. Carambeum Bassam Phrygiæ Huniadis consilio aggreditur & obruit. Pacem dat in annos decem, his conditionibus, vt Amurates totam Seruiam redderet Georgij Despotæ liberis: Moldauiam non repeteret, ab iniuriis abstineret in posterum.

Huniades multos Turcorum exercitus delet, Seruiæ partem & Moldauiam recipit. Maximam Seruiæ & Bulgariæ partem, victricibus armis percurrit. Anatoliæ Bassam Amutatis affinem cum 30. Turcorum millibus occidit.

Ladislaus Poloniæ & Vngariæ, siue Pannoniæ Rex, in non dubiam recuperandi Bizantini Imperij spem elatus, Iuliani Cardinalis exitialibus consiliis fœdera rumpens: prope Varnam vrbem cum Amurate Turco ad pugnam congressus, post maximam suorum stragem, à Turcis occisus est anno 1444. cùm esset certatum totos tres dies noctésque, & victória primum ad Christianos inclinasset, primis Turcorum ordinibus disturbatis, atque in fugam dilapsis. *Chalcocond. lib. 7. de rebus Turci. Bonfin. dec. 3. lib. 6.*

Cùm eo occisi sunt Iulianus Cardinalis & Varadiensis & Agriensis Episcopi, qui cruce pro vexillo vtentes: voluntariorum militum numerum duxerant.

Amurates hac victoria elatus Peloponesum petijt, vbi fratrem Imperatoris Const. cum Græcorum exercitu repentina clade obruit: captisque aliquot oppidis, reliquam tributariam fecit.

In prælio quod gerebat aduersus Vuladislaũ regẽ Vngarię, cum

CONCIL. *Gallicanum apud Eituriges, omnium Episcoporum Franciæ, pro approbatione Pragmaticæ Sanctionis. Ioan. le Maire.* *Anni Christi.* 1438

DECIMVM octauum (Græci vocant octauam Synodũ) œcumenicum Concilium Florentinũ, Idus inchoatum quidem Ferrariæ 5. April. sed inde ingruente peste, translatum Florentiam: præside Eugenio 4. præsentibus Iosepho Constantinopolitano Patriarcha (qui Florẽtiæ obiit Chalcocond. li. 8.) Ioanne Palæologo Orientis Imperatore, multisque Græcorum & Latinorum Cardinalibus & Episcopis. In eo Græca Eccl. vltimò conuenit cum Romana, item cum ea Armeni & Indi vnitatẽ fidei redintegrarunt, recipientes Sacramentũ Confirmationis. Plati. Volater. Palmer Naucler. Chalcocond lib. 6. de reb. Turc. Bessarion Trapezuntinus Nicenus Archiepiscopũ & Isidorus Thessalonicensis Archiepiscopus Ruthenorũ, doctissimi Græcorum in Latinũ perinde ac Græcũ literũ, quòd in eo Concilio fuissent auctores Concordiæ Ecclesiarum, in Cardinalium ordinem cooptantur. Chalcocond. lib. 6. Duravit partim Ferrariæ, partim Florentiæ ferè an. 1. mens. 3. De primatu Romani Pontificis. tunc in Concilio tractatũ fuit, toto hoc ferè tempore propter Græcos (Nam hoc antèà nũquam in quæstionem venerat) & tandem definitum Romanum Pont. in Vniuersum orbem tenere primatum, esseque successorem B. Petri, & quæ sequuntur in Decreto. 1438

cum

Anni Christi. *Anni mundi.*

cum valde timeret, vouit si incolumis & victor euaderet: se commissurum filio Imperium & secessurum in monasterium monachorum Turcicorum. Sed post victoriam cum aliquandiu mansisset monachus, mutato consilio imperium recepit, industria Chanus Principis, qui tunc Mechmetem eius filium venatum abire iusserat. *Chalcocondyl. lib. 7.*

Fl. Blondus Eugenij secretarius 30. libros ab inclinatione Imperij, ad sua vsque tempora, & libros 10. de Roma triumphante scribit.

Antonius Bonfinus Asculanus.

g HIC fuit linguæ Latinæ & bonarum literarum Illustrator, doctis viris tam in humanioribus, quam in diuinis literis magna stipendia adsignauit. Vaticanam Bibliothecam erexit missis, quo quouersus viris doctis ad comparandos libros. Quid de veteri factum sit, nescio. Nam Bibliothecæ Romanæ mentio apud D. Greg lib. 7. epist. 29. Iubilæum quintum celebrauit. *Plati. Volat. lib. 22. Anth.*

Electus supplex rogauit Cardinales, vt maturius Ecclesiæ consulerent. se enim esse indignum tanto magistratu. Tandem inuitus assumpsit pontificatum.

Officium nullum seu magistratum vendidit. Quinque ducatorum millia, ad se Euangelium D. Matthæi Hebraicum afferenti, promisit. *Ekius hō. de S. Matth.*

Ludouicus Cardinalis ex bonis Ecclesiasticis, primus sui ordinis: canes & equos alere cœpit. *Volater in Anthropolog.* Quo tempore Turca Mahometes res gerebat in Græcia.

Moguntiæ, qui limes est superioris & inferioris Germaniæ, inuenta est laudabilis illa ars typographica circa an. 1453. per Ioannem Faustum. *Petrus Appia 2. parte Cosmog.* de eo proximè antè fusius.

Nicolaus Iaquerius, Ioannes Huxarus, Bernardus Parentinus, Nicolaus Ausimius, Hugo Parisiensis Tusculanus Episcopus, Oliuerius prior S. Bauonis, Ioannes Vuesfalia Erfordiensis, Leonardus Vtinensis, Ioannes Capistranus, Ioannes Varenasterius, Bartholomæus Channius, Ioannes Raulinus, Fœlix Malleolus, Theologici scriptores.

Matthæus Palmerius Florentinus, suum Chronicon vniuersale ab an. 449. in quo defierat Hieronymus, ad an. 1449. deduxit, postea conuictus de hæresi ob librum, quem de Angelis ediderat, comburitur apud Cornam. *Trithe. de scriptoribus.*

Friburgensis Academia in Brisgoia instituitur an. 1450. *Munster in Cosmog.* Alij id accidisse ferunt an. 1463.

Bosina gens infecta Manichæorum hæresi. *Sabel. Ennead 10. lib. 6.*

Leo Baptista Albertus, Nicolaus Perotus Episcopus Sipontinus, Franciscus Philelphus, Theodorus Gaza, Thessalonicensis, Gregorius Tiphernus, Georgius Trapezuntius, (qui oblitus omnium literarũ, in extrema senectute obiit Romæ, anno 1486.) Victorinus, in Latinis & Græcis doctissimi.

Constantinopolis (quæ hodie Czarigrad, i. regia vrbs appellatur) à Mahomete Turcorum Imperat. an. ipsius 3. & Christi 1453. 4. Calend. Iunij, die Martis & 60. die obsidionis expugnatur, & Constantinus huius nominis 11. Imperator Constantinopolitanus, vltimus Christianus & ex familia Palæologorum, in illa expugnatione ad vrbis portam fortiter pugnans occiditur, anno 8. & Mens. 3. Imperij. *Paul. Iouius. Chalcocondyl. lib. 8. Egnatius lib. 3. Gaguin lib. 10.* De hinc Orientis seu Constantinopolitanum Imperium, cœpit esse penes Turcicos & Ottomanicos Imperatores. Tantam crudelitatem in ea exercuit, vt nulla id queat oratione explicari.

1447 216. 5535

g NICOLAVS 5. Saranensis an. 8. di. 19. Vacat d. 4. 1455 5543

Patriarcha.

Constantinopoli Gregorio 3. deinde Gennadio 1. post captam Constantinopolim an 8 (alij nouem) an Dom. 1452.

Principibus.

Constantino 11. Dragose cognomento, fratre Ioannis, & vltimo Christiano Constantinopolitano Imperat.

Trauise Tartaro Persidis, deinde Vsumcassano. Turca an. 28.

Amurate 2. & eo mortuo, Mechmete seu Mahomete 2. eius filio Turcor. 11. (aliis 7) an. 32. Imp.

Friderico 3. Occid. Imp.

Carolo 7. Franc. Reg.

Zarah Jacobo Æthiopum pret-Ioso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tunc labente illo imperio cœptæ sunt Græcè literæ à Chrysolora, Bessarione, Giza, Trapezuntio Chalcocondyla, Musuro, Gemisto, Plethone, Lascare & alijs in Italiam, è qua 700. annis ferè exulauerant, reduci: ac deinde in alias Europæ Latinæ partes ferri. Nam post annos circiter septuaginta, Andronicus Cantoblaca Basiliæ, & Hermotimus Spartanus Lutetiæ, ludum istarum literarum primi aperuerunt.

Gregorio tertio mortuo Gennadium primum an. 1452. post captam Constantinopolim Patriarcham Græci creant, & sic deinceps suam Hierarchiam ad hæc vsque tempora perducunt. Omnes autem ex eo tempore fuêre monachi, numero vndecim: vsque ad Hieremiam, qui hodie sedet. Cardinalis quidem Bessario, annis 20. beneficio Nicolai PP. Cõstantinopolitanus Patriarcha nominatur, sed titulo tenus: sicuti ij, qui deinceps è Latinis Romæ hunc titulum ferunt. Imperatoria & Despotarum species, illic penitus aboletur. Sic inter Turcas & Saracenos Regum & Principum status, non Ecclesiæ perit, ne quis hanc ex illis pendere putet.

Nescio autem an is sit Gennadius Scholarius, qui Synodo Florentinæ interfuerat: & pro Latinis contra Græcos de capitibus quinque, scripserat è Græcorum Patrum testimoniis.

Nam is Patriarcha creatus, iterum retraxit omnes Græcos ab Ecclesia Latina, à Marco Ephesino persuasus, qui noluit Concilio Florentino acquiescere: etsi interfuisset, & contra Latinos disputans, cunctorum, & quidem Græcorum, qui aderant, iudicio victus fuisset. Vnde secuta est totius Græciæ pernicies, & iugum Turcicum.

Scholarius dicitur, vt apparet ex confessione, quam ipse Mahometo 2. statim post captam Constantinopolim postulanti obtulit, quæ translata fuit in Arabicum ab Achomad Cadde Berahzensi, patre Mahometis Tselepe Scribæ.

Eligitur autem Patriarcha à confratribus sine Principis intertuentu, & post consecrationem Canonicam in demortui cathedram sufficitur. Spiritualem habet iurisdictionem in Græcos, præsertim in montem Athos, in quo 45 monasteria, aliquam item ciuilem, ad quam etiam Mahometanis appellare & Christianos citare licet. Moschi, Bulgari, Russi & plærique alij populi eum pro summo Patre agnoscunt & obtẽperant, Benedictinorum habitu se ferè induit, vt reliqui Calogeri. Tria Sequinorum millia pendit, vt Turca crucem aureã in Patriarchatus pinnaculo toleret, quam alioqui publicè in suis ditionibus non fert. Est autem Patriarchatus situs in antiquo monte, vbi Palatium Constantini Imp. *Hæc è D. Ioanne Maumontio, amico meo, qui eo profectus, ista hæc partim vidit, partim ab ipso Patriarcha accepit.*

[Hæc dictio Calogeri est turcica planè, & ex vsu plebis turcicæ ipsis etiam monachis inoleuit. Est à radice Chalach per Cheth vtrinque, significat mortificatum, et verò syllaba est terminatio Persica, vt *Dhacher*, qua voce vtuntur pro nostra *humilis*. in literarum suarum subsignatione. etiam ipsi *Mirmiramler*, id est Proteges, vt argete & aliorum regnorum sub Imperatore magno.]

Annis mundi.

Annis Christi.

Ioanne 2. Hispaniæ, deinde Henrico 4. an. 17.

Henrico 6. Anglorũ. Cazimiro 4. dicto 3. an. 45.

Alphonso 5. Africano Portugalliæ Rege duodecimo.

Jacobo Scotiæ.

5537 CONCIL. *Gallicanum, Lugdunum celebratum, iussu Caroli Regis ad tollendũ Schisma inter Nicolaum & Fælicem, qui rogatus à Concilio & Friderico 3. Imp. libere cessit Pontificatu. Vnde vulgo de eo ferebatur carmen.* 1449

Lux fulsit mundo, cessit Fælix Nicolao. Ioan. le Maire.

HVMANA.

1450. Carolus 7. prætextu recuperandæ Normaniæ, primus tributum, quod deinceps perpetuatũ sit, atque adeò auctum, imposuit. Nam Antecessores reges dignitatem suam antea tuebantur solo domanio. Sic autem auctum est, vt cum Carolus duntaxat septemdecim librarum millia imposuisset, offensionem & motus populi mouens filius Ludouicus vndecimus, augeret vsque 43. millia. Deinde Carolus octauus nonnihil

Annis Christi. Annis mundi.

nonnihil adderet, donec Ludouicus 12. (Pater populi proinde dictus) ad primam originem reduceret, id est, ad septemdecim millia. Qui secuti sunt reges, nullum illorum emulantur. Nam ratione negotiorum, sine modo. Totam ferè Normaniam (nam restabant Caletum vrbs & aliquot vicina loca) recuperauit anno 1451. post annos 30. quàm Henricus 5. Hẽrici 6. qui tunc regnabat, patet Anglorum Rex eam occupauerat. Anno sequenti capta primum Burdegala & Baiona ciuitatibus, Franci vniuersam Aquitaniam recipiunt, post annos circiter 299. ex quo Henricus Andegauensium Comes, & mox Angliæ rex eius nominis 2. illam nomine dotis Aleonoræ vxoris (vt diximus) acceperat an. 1153. & post annos 222. quàm Henricus tertius eandem à Philippo Augusto Francorum Rege, Ioanni eius Patri paulò ante ademptam receperat. *Polyd. lib 23. histor. Angl.*

An. 1453. Burdegala & aliquot vicina oppida, ad Ioannem Talbotum Anglum Comitem Salopiensem deficiunt, sed eodem anno recuperantur à Carolo septimo post cædem Talboti & multorum Principum Anglorum, qui in pugna, ad Castellionem apud Petragorios occiderant. *Polyd. Ibidem Gagni. lib 10.*

Ita cessauit per multos annos bellum inter Francos & Anglos, qui tunc ità exacti sunt è Francia, vt nihil possiderent in Gallia, præter Caletum & aliquot vicina loca. Deinde ciuilia bella per annos aliquot in Anglia & Gallia regnarunt.

Transiles Trochium Tamerlanis nepotem regno Persidis exuit. Idem postea patitur ab Vsumcassano Turca. Sicque pulsis Tartaris, imperium Persarum iterum ad Turcas peruenit.

217.

1455 h Calixtus 3. Hispanus Valentinus an. 3. 5543

1458 mens. 3. dies 16. 5546

Vacat dies 17.

Patriarcha.

Constantinopoli Gẽnadio Monacho.

Principibus.

Vsumcassano Turca Persidis Reg.

Mechmete siue Mahomete 2. Turcorum & Constãtinopolitano Imp.

Friderico 3. Occidẽt. Imp.

Carolo 7. Franc. Reg.

Zerath Jaacob Æthiopiæ.

Henrico 4. Hispaniæ.

Henrico 6. Angliæ.

Cazimiro 4. Poloniæ.

h FESTVM transfigurationis IESV CHRISTI instituit ad 8. Idus Augusti, ob victoriam de Mahomete Turca, anno 1456. eo die acceptam ad Belgradum vel ad Taurinum oppidum, quod nunc Albam vocant. *Mathias Palmer.*

Ad Vsumcassanum Persarum & Armeniæ principem misit, ad eũ in Turcam excitandum. Ferunt Vsumcassanũ rescripsisse, se ob eius preces victoriam de hoste reportasse *Plati.*

Renouauit extrauagantem Martini 5. de conditionibus, quæ necessariæ sunt ad emendos annuos census: cum pacto retrouendendi, &c.

Nicolaus Dorbellanus, Ioannes Bononiensis archidiaconus, Ioannes Hagen de Indagine, Ioannes Capgraue Anglus, S. Antonius Florentinus Archiepiscopus, S. Laurentius Patriarcha Venetus, Ioannes Sabinensis Episcopus, Godeschaldus Hollensis, Iacobus Chrysopolitanus Episcopus, Ægidius Cameracensis Decanus, Theologi.

Ioannes Behaim tympanista, & pecorum pastor, vitam Cleri accusans, decimas, deinde vlteriùs progressus telonia, vectigalia, tributa persoluenda esse negabat: quin & aquas & nemora omnibus esse libera volebat. *Munster lib. 3. Cosmog.*

HVMANA.

Ioan. Huniades expeditionem in Turcas continuo sumpsit, 12. triremes instruit, Lesbum cum aliquot castellis per classis præfectum expugnat, Vsumcassanum Regem Persiæ & Armeniæ per oratores contra eosdem induxit. Quare ille victoria potitus, gratulatum ad pontificem legatos misit, quòd eo impulsore hęc fœlicitas sibi contigisset. *Volat. lib. 22.* Dictus est fulmineus Turcorum terror.

Mahometem à Belgradi obsidione fortissimè depulit, cæsis 40 millibus. Vbi dierum duorum prælijs fessus, mortem placidam & gloriosam obiit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Ann. Christi

Post hanc cladem Mahometes cogitans, de inuadendis maris Ægei insulis, Vsumcassani bello reuocatus est: in quo duobus prioribus conflictibus, attritus est, tertio victor euasit: Persis in solito Bombardarũ fragore territis, vnde Vsumcassanus sese ad suos recipere coactus est, amisso filio Zucalde: qui globo traiectus occiderat.

Vsumcassanus ex Assumbeia Turcica stirpe, Cappadociæ, Armeniæ & aliquot vicinorum locorum Dominus, interempto Malaonchee siue Demitio Persarum rege, ex vetusta stirpe Gempsæ magni apud Parthos Sultani, Persiam inuasit. Alij malunt regem Persarum Trauisem, è Tamerlanis stirpe.

Præter Sarochum nepotem magni Tamerlanis, apud Caspium mare Samarcandæ regnantem, Hiemselem Babyloniæ regem, Ægypti Sultanum, Georgianos, Mesopotamios, finitimósque populos vicit: cùm esset iam Parthorum, Medorum, Persarumque Dominus. An. 1470. magnas victorias de Sagataianis retulit. Moritur an. 1478. ætatis 78.

5546 Cazimirus Polonorum rex, 14. annis bellum gessit contra milites Theutonicos, tandémque eis totam Prussiam ademit. *Munster. lib. 4. Cosmog.* 5458

5552 i PRIVS dicebatur Aneas Syluius, fuitque vir bonarum artium peritissimus, scripsit enim complures libros: profectione contra Turcos cùm indixisset, præuentus morte non potuit perficere. *Plat.* 1464

Scribarum breuiatores primus creauit, qui postea à Paulo 2. exauctorati, à Sexto 4. denuo recipiuntur. *Polydor. de inuent. lib. 8. cap. 2.*

Subactatum à Turcis Christianarum gentium misertus, & à cæteris propulsare cupiens Christianos principes atque populos ad pium bellum: Crucis vexillo proposito cohortabatur, dux belli ipse futurus. *Cromerus & Herburtus hist. Polo. lib. 16. cap 14.*

Ludouicus de Bononia minor à Nicolao 5. & Calixto 3. in Asiam & Orientis partes missus, vt pro sua prudentia, rerum, locorum, hominúmque notitia Christianos Orientis & alios Christianorum amicos excitaret contra Turcam, ad Pium hunc 2. redit, secum adducens Michaelem Imperatoris Trapezundarum, Nicolaum Regis Persarum, Costopam Ducis Georgianiæ, Mannethem Assembech Sultani Mesopotamiæ, Morathum Verbrecht in Armenia Dominum, oratores ac nuntios, qui suorum Dominorum literas Pontifici attulerũt, exprimentem fauorem contra Turcam. *Pius ad Ducem Burgundiæ epist. 376.*

Stephanus Brusleferius, Nicolaus de Cusa Brixiensis Episcopus & Cardinalis, Albertus Albergensis canonicus, Henricus Herphius Theologi.

An. 1461. Trapezus à Turca capitur, ducentis annis post eam Imperij caput constitutam. Nam Alexius Conuenus Trapezuntinum Imperium complectens, Cappadociam & Colchidem relicta Europa condidit, sub an. 1261.

Laonicus Chalcocondylas Atheniensis historiam de origine ac rebus gestis Turcorum, quæ ab anno Christi circiter 1300. ad hæc sua tempora. i. ad annum 1462. cõtigerunt, libris decem est complexus.

Ludouicus Francorum Rex, per legatos missos ad Pium 2. liberam Ecclesiæ & Pontificis Regno obedientiam præstitit: abrogationem Pragmaticæ Sanctionis, & magna in Turcos auxilia pollicetur. *Mathias Palmer. in chron.* At Senatus Parisiensis non potuit adduci, vt pragmaticam legem tolleret. *Gaguin. lib. 10.*

Petebat Pius vt eam tolleret, vtpote, quæ Schismatis tempore, atque per seditionem mota esset. *Ipse epist. 375. ad Regem Franciæ.* Cui Rex se obtemperaturum promisit literis datis

Alphonso 5. Africano Portugalliæ.

Iacobo 2. Scotiæ.

218.

i PIVS 2. Senensis an. 5. mens. 11. dies 26.
Vacat dies 16.

Patriarcha.
Constantinop. Gennadio, deinde Sophronio an. 11.

Principibus.
Mahomete 2. Turcorum & Constantinopolitano Imp.
Vsumcassano Persarum.
Friderico 3. Occid. Imp.
Carolo 7. & Ludouico 11. an. 23. per ordinem Franc Reg.
Zarah Iacob Æthiopiæ.
Henrico 4. Hispaniæ.
Henrico 6. Angliæ, deinde Eduardo 7. dict. 4. an. 23.
Cazimiro 4. Poloniæ.
Alphonso 5. Africano Portugalliæ.
Iacobo 2. Scotiæ, deinde Jacobo 3. an. 22.

Anni christi. | Anni mundi.

Turonis sub magno Sigillo suo, die 27. Nouemb. an. Dom. 1461. Regni sui primo.

HVMANA.

Georgius Schanderbegius Epirotarum Rex vir bellicosus, strenuè in Græcia Turcis restitit. *Æneas Syluius in descriptione Europæ cap. 15. Volat. lib. 8.* Barletius libros 13. de eius vita reliquit.

Multas victorias de Amurate & eius filio Mahomete retulit. Nec tamen vnquam auctis copijs maius militiæ robur, quàm sena equitum, ternáque peditum expeditorum millia hostibus opposuit. Delectu veterani militis, non numero victorias parati prædicans. Vnde & eorum nomina factaque memoriter tenere consueuerat, &c. *Ioui. libro tertio Viror. illust.*

i GEORGIVM Pogebracium Bohemiæ regem, publico consistorio hæresi damnatum an. 1466. regno priuauit. *Palmerius.*

Matthiæ Hungariæ regi regnum illud donat, qui proinde ante 1468. Georgium vicit, eius filium cepit & tantam regni Boemiæ partem possedit, quantam in eo bello occupasset, Hæretici posteritate regno exuta. Nam Moraui Slesicæque interdicto promulgato deterriti, Georgij partes deseruerunt, Senatus populusque Brunensis, Olomutij, Catholicæ denique omnes ciuitates Bohemiæ & Morauiæ illum regem Bohemiæ eligunt, eumque Orthodoxæ fidei vindicem, perpetuò se habituros profitentur ac iurant, *Bonfin. de. 4. lib. 1. & 3.*

Cardinalatus insignia multa excogitauit.

Omnia sacerdotia ipsius tempore Romæ erant venalia, officia & beneficia episcopatus his committebat, qui officium aliquod haberent venale, vnde elici munus posset, *Summa conc.*

Apoplexia solus in cubiculo, neminem videnti, secunda hora noctis moritur. *Ibid.*

Gaza scribit librum de mensibus an. 1470.

Ordo Minimorum IESV MARIÆ (quos Franci vocant Bonos homines) sumit originem à S. Francisco de Paula (quem Leo PP. adscripsit inter sanctos) Siculo. *Volater. lib. 22.* postea confirmatur per Sixtum & Iulium.

Henricus Gorricanus, Landulphus, Dionysius Ricelius Carthusianus, Nicolaus de Vuachenheim Heidelbergensis, Guilelmus Vorillonius, Theologiæ professores.

Baptista vel Bartholomæus Platina, historiam Pontificum in hoc Paulo 2. à quo in carcerem trusus est, terminauit. Reliquos Onuphrius persecutus est. Poli in Æquicolis.

Poli in Æquicolis quidam hæretici dicentes, nullum verè Christi vicarium fuisse, post Petrum: nisi qui Christi Paupertatem essent imitati. *Platina.* Pantaleon peruersa fide & verbis hæc recitauit. Sed sic habet historia.

Hermanus Rissiuch Apostata. Nam à fide Christiana penitus deficiens, eam totam velut stultam damnauit, Aristotelis doctrinam ei præferens. *Bernard. Lutzemb.*

HVMANA.

1470. Capnion Aurelijs Pictauique iura discens, linguam Græcam, quam ab Andronico Contoblaca Græco Basileæ didicerat, seminat. *Ipse Epist in suum Heb. lexicon.*

Aliquot annis pòst Eberhardus probus, in Vangionum Comitijs à Maximiliano Romanorum rege, vno Imperij consensu, Dux primus Vuittembergensium octoratur. *Ibid.*

1464 i PAVLVS 2. Venetus an. 6. mens. 10. 5552

1471 Vacat d. 11. 5459
Patriarcha.

Constãtinopoli Sophronio.

Principibus.
Mahomete Turcorũ & Græcorum Imp.
Vsumcassano Persarũ.
Friderico 3. Occident. Imp.
Ludouico 11. Franc. Reg.
Zara Iacob Æthiopiæ.
Henrico 4. Hispaniæ.
Eduardo 7. dict. 4. Angliæ.
Cazimiro 4. Poloniæ
Alphonso 5. Africano Portugalliæ, rege duodecimo.
Iacobo 3. Scotiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mahometes 2. Turcorum 11. (iuxta latinos nonus) Imperator duo imperia Constantinopolitanum Trapezuntinum euertit: Regna 12. Christianis ademit: cepit 200. vrbes Chalcidem insulam armis, & Scodram deditione Venetis extorsit: Rhodum oppugnauit: Italiam capta Hydrunte inuasit: in bellis, quæ gessit, plusquam 300. hominum millia perijsse compertum est, *Egnat. lib. 5. Iouius hist. de rebus Turc.* Obijt cholico dolore anno 1481. & Imperij fere 32. ætatis 53. à capta Constantinopoli anno 27. mense 11. die 5. *Iouius & Palmer. in Chron.*

Subiecto sibi Radulone Palatino Transalpinæ Moldauiæ à Stephano Palatino siue Vaiuoda, qui vix 30. millia producebat, omni æuo memorabili clade, apud Batladum amnem & Racouecium paludem profligatus est. Centum viginti millia in eo exercitu fuisse dicuntur, nec prius fugam stitere Turcæ, quàm Danubium transmiserunt: persequentibus fugientes Vualachis & vsque ad lassitudinem trucidantibus, vel in paludem ac Danubium impellentibus. Bassæ quatuor in eo prælio desiderati, signa militaria capta centum & amplius *Cromerus & Herburtus hist. Polo. lib. 17. cap. 7.*

Natus matre filia Georgij despotæ Seruiæ, à qua cum esset ad Christiana instituta à teneris assuefactus, ad Mahometismum ita se contulit, vt matri addictus, Ateum se ageret nullum nisi bonæ fortunæ numen reueritus.

An 1480. Rhodi oppugnatione, post cruentissima prælia, ductu Petri Dambuson summi Magistri natione Galli repellitur.

Ludouicus 11. Franc. Rex ordinem Equitum D. Michaelis instituit an. 1469. cuius aureum insigne quòd Franciscus Dux Britanniæ recusasset, ipse exercitum mittit contra Britones sed mox reconciliato duce cum Ludouico omnia inter ipsos fuerunt pacata. *Gaguin. lib. 10.*

Diuersoria equis curtorijs primum in Gallia constituit, sublatis sagittarijs Heluetijs ad quinque millia stipendium dedit. Fuit ferox, omnium impatiens, literarum osor, vnde nolebat filium plus Latinè discere, quam illa quinque verba, *qui nescit dissimulare, nescit regnare.* Populo formidabilis, vectigalium & tributorum maximus exactor primus emancipasse reges fertur.

Parlamentum Grationopolitanum instituit. Diuionense in Burgundia à Philippo Duce institutum restituit.

k IVBILÆVM ad annos 25. reduxit. *Cap. 4. de pœnitentijs & remiss. in Extrauag. Comm.* Festum Conceptionis D. Virginis confirmauit, cum approbatione officij eius dici. *Cap. 1. de reliquijs in Extrauag.*

Bibliothecam Vaticanam libris auxit & restituit.

Principes Bosnæ, reginas Cypri, Andream Paleologum Peloponnesi & Leonardum Toccum Epiri Despotas aluit. Templa, Xenodochia, opera publica restituit, denique Romam ex lutea Lateritiam, sicut olim Augustus ex Lateritia marmoream reliquit. *Volater. lib. 22. Anthro.*

Sixto 4. Platina vitas Romanorum Pont. dicauit, cuius libro à Sixti Pontificatu quatuordecim sequentium Pont. in Pio 5. desinentium vitam subiecit *Onuphrius.* In Paulo 2. cuius iussu in carcerem conuectus est, terminauit.

Eidem Andreas Trapezuntius Patris sui Georgij versionē, de magna constructione Ptol. dicat, scribens Patrem suum Roma ob æmulorum inuidiam Neapolim discessisse, comiterque ab Alphonso illic susceptum & educatum cum tota sua familia.

1481. Fratres Boemi siue Picardi à Matthia Rege Vngariæ eijciuntur è Moravia, sicque fugiunt in Vualachiam.

Petrus Oxoniensis Theologiæ professor in Academia Salmantica

Anni mundi.		Anni Christi.
	220	
5559	k SIXTVS 4. Sauonēsis an. 13. d. 5.	1471
	Vacat d. 15.	3484
5582	*Patriarcha.*	
	Constātinopoli Simeone an. 9. deinde Maximo an. 10.	
	Principibus.	
	Mahomete & post eum Baiazete 2. an. 31. Turcico Imp.	
	Vsumcassano Persarum deinde Iacuppo cog. Chiorzeinal an. 7.	
	Friderico 3. Occid. Imp. Ludouico 11. Frāc. Reg. Zarah Iacob Æthiopū pret-Ioso, mox Bethemariā an. 10. mens. 2. die 14. Ferdinando 5. cog. Catho-Hispaniæ an. 30. Eduardo 7. dict. 4. Angliæ, deinde Richardo 3. an. 2. Cazimiro 4. Poloniæ. Alphonso 5. Africano Portugalliæ, deinde Joanne 2. an. 14. Iacobo 3. Scotiæ.	

matica libellum confessionis edit, qui per Alphonsum Toletanum & Theologos damnatur & comburitur. *Summa Conc.*

Antonius Florentinus Archiep. fusam historiam ab orbe condito vsque ad an. 1470. deducit.

Auctor Fasciculi temporum peruenit vsque ad an. 1484.

Guilelmus Hilacensis, Rodericus Samorensis Episcopus, Iacobus Gruytrodius, Ioannes Tinctorius, Ioan. Betsius, Alexander Ariostis, Nicolaus Denisius, Michael Mediolanēsis, Henricus Arnoldi Carthusianus, Paulus Cortesius, Bernardus Decanus Moguntinus, Theologi.

Tubingensis Academia auctoritate Apostolica instituitur à Comite Vuitembergensi. *Naucler.*

HVMANA.

Ioannes de Monte regio summus Mathematicus, auditor Purbachij, Rudolphus Agricola, (qui obijt an. 1485.) Ponponius Lætus, Ambrosius Calepinus auctor Latini lexici, in literis humanioribus excellentes.

1472. Alphonsus 5. Rex Portugalliæ, auream mineram in Guinea aperuit, è qua paruis cum Nigritis mercibus auri plurimum in Occidentem importauit.

Initium illarum nauigationum cœperat Henricus eiusdem loci rex.

1473. Dauid Calo Ioannes Trapezontinus Imp. captus à Mahomete cum vniuerso regio sanguine necatur, qui in suum caput contractam ab eo affinitatem cum Vsumcassano Persarum rege hoste suo interpretabatur. Dauide enim Vsumcassano filiam suam Despinam Catonem elocauerat.

Vssumcassano successit Iacuppus, qui nulla re memorabili gesta, impudicæ vxoris dolo perijt. Scilicet vt regnum Ismaeli Sopho sororis filio inuadendum obijceret.

Post mortem Iacuppi, Alenante & Morath Chamo eius filijs contendentibus, in antiquam Gempsæ familiam regnum sub an. 1500. redijt.

1474. Isabella & Ferdinandus 5. reges verè Catholici in annos 30. regnare incipiunt. Hi expugnato regno Granatensi, Saracenos Hispania penitus exterminarunt. Iudæos vel Christum agnoscere, vel regnis suis exulare coëgerunt. Inquisitionis officium instituerunt. *Vasæus. Chron. Hisp.*

1479. Heluetij primùm à rege stipendium accipiunt, sublato ordine Francorum sagittariorum (hos Carolus 7. instituerat. *Gagui. lib. 10.*) quòd latrocinijs & rapinis vacarent. *Naucler. in Chron.*

Ludouicus Francorum Rex instituit vt hora meridiana (sicut mos erat ad vesperam) ad pulsum campanæ qui libet è populo Virginem salutaret Angelica oratione, obtinendæ publicæ pacis gratia. *Gaguin. lib. 10.* Id primùm fieri cœptum est anno 1472. primo die Maij. *Mater historiarum.* Fuit vir ferox, versatili ingenio, & osor literarū, vt qui nollet filiū suū Carolū plus discere Latinæ linguæ, quàm illa quinque verba, Qui nescit dissimulare, nescit regnare. Primus pressam nobilitatē seruire coegit, se populo formidabilē præbuit: eum tributis & vectigalibus plus vexans, quàm priorum Regum quisquam alius, ita posteris Regibus viam muniens ad nimiā potentiam & opes, vnde dicitur primus emancipasse Reges Franciæ: primus adsignauit equis curtorijs (quos postas vocamus) diuersoria & stathmos: Statuerat, nisi morte præuentus fuisset, morem & ius vnum lingua vulgari & breui libello comprehensum per totam Galliam constituere, ad hæc pondus vnum & mensuram. Vide eius historiam, quam Scādalosam vocant, & Philip. Cominium. Calixtus PP. fertur

Anni Christi.	Anni mundi.
1471	5559
1482	5572

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. Anni Christi.

ratæ statuisse, vt ad meridiem post pulsum campanæ, fierent preces pro Christianis pugnantibus contra Turcos.

Carolus Burgundiæ vltimus Dux occisus est ad Nancium an. 1476. pridie Id. Ianuarij (alij volunt Nonis) à Renato Lotharingiæ Duce fines suos recuperante. *Gagum. lib.* 10. Is fuit exitus triumphorum & deliciarum domus Ducum Burgundionum.

Vnicam eius filiam Mariam Maximilianus Friderici Imp. filius sibi connubio copulauit, eiusque iura sibi tuenda & vindicanda contra Francos sumpsit. Ex eo matrimonio Philippus natus est, Caroli quinti Imp. pater, qui Ioannam Dionysij Lusitaniæ Regis filiam Hispaniarum Reginam duxit.

Eodem an. 1476. Burgundia Ludouico 11. se certis conditionibus, legibus, & pactis dedidit, quæ singuli Francorum reges singulis suis inaugurationibus: se inuiolatè seruaturos iureiurando pollicentur.

1481. obiit Renati Siciliæ regis, Andium Ducis & Prouinciæ Comitis, ac Caroli Cœnomanorum Comitis eius fratris, Prouincia ipsi quoque accessit, nec ab eo tempore ad hunc vique diem patere Francis vnquam desijt.

Facto Regum Franciæ & Angliæ congressu ad Pinguiniacum oppidum Ambianorum ann. 1475. induciæ inter eos constitutæ sunt ad aliquot annos (Gagum. ait 7. alij 9. Polyd. in multos annos) *Gagum lib* 10. *Polyd. lib.* 24. *Anglic. histor.*

Iacuppus Persarum Rex fratrem maiorem interfecit, vt regnaret. Ab vxore tandem veneno tollitur.

Ioannes Moschorum dux Tartarorum tributarius & seruus, vxore Græca magis etiam hominem incitante, sumptis armis iugum turpe excussit. Finitimos Russorum principes consanguineos suos astu magis, quàm armis subiugauit, & longius ad Occidentem solem prouectus Nouogrodum totius Septemtrionis emporium celebertimum Polonis & Lituanis extorsit. Nouogrodensis prædæ magnitudine tantus euasit, vt magno hodie sit terrori Tartaris, Turcis, Polonis & cæteris vicinis. *Cromer. lib.* 29. *de reb. Polo.*

FERRVM lameæ, quo Christi latus apertum est, dono Baiazethis per Mustapham Bassam est consecutus *Iouius de rebus Turcicis.* 5572

Eius tempore inuentus Crucis Titulus, in Basilica S. Crucis, in medio templi pariete occlusus: cum triplici lingua, Iesus Nazarænus Rex: cætera deficiunt. *Volater. lib.* 22. *Ant.* 5580

Baptista Trouomala scriptor Rosellæ casuum, Gabriel Biel monachus Germanus, Angelus de Clauasio auctor Summæ Angelicæ, Vuernerus Vuestphalus Carthusianus, Rupertus Episcopus Aquilanus, Guilelmus Textor, Nicolaus Salicetus abbas, Ioan. Lapidanus, Ioan. Tesseranus, Theologi.

A Ioanne Lapidano Theologo Parisiensi, rudimenta linguæ Hebraicæ Reuchlinus Capnion didicit *Ipse in Apologia.* Reliqua à Iudæo, Abdia ben Iacob Spuono, dum legatione fungeretur apud sequentem Pontificem Alexandrum. *Ipse Epistola in suum lexicon, vbi primum inter Latinos se Grammaticam & lexicon Hebr. emittere asseuerat.* Vir magnus, nisi lingua Hebraicæ mysteria Cabbalicis nugamentis maculasset.

Albertus Krantius Bambergensis, Ioannes Trithemius Abbas Sphaheimensis. Matthias Palmerius Pisanus, insignes historici. Marsilius Ficinus, Baptista Mantuanus poeta & carmelita, Iouianus Pontanus, Philippus Beroaldus, viri summa eruditione clari.

HVMANA.

1484 Ioannes decimus tertius Rex Portugalliæ, primus classem misit ad quærendas nouas terras, & promontorium Bonæ spei, vnde ingentia auri pondera aducta & excussa.

221.

1 INNOCENTIVS 8. Genuensis an. 8. di. 26. Vacat d. 22. 1484 1492

Patriarcha.

Constantinopoli Maximo, deinde Niphone an. 10.

Principibus.

Baiazete 2. an. 31. Turcico Imp.

Iacuppo Persidis, mox Iulauero an. 3. Bayasingiro an. 2. Rustano an. 7.

Zamoram

Anni christi. Anni mundi.

Friderico 3. Occidẽt. Imp.

1484 5572

Carolo 8. an. 14. Frãc. Rege.

Bethe-Mariam Æthiopiæ, deinde Schẽde an. 15. mens. 6.

Ferdinãdo 5. Hispaniæ, cum Isabella vxore.

Henrico 7. Angliæ an. 24.

Cazimiro 4. Poloniæ

Ioanne 2. Portugalliæ rege decimo tertio.

Iacobo 3. Scotiæ, deinde Iacobo quarto an. 52.

1492 5580

Zamoram Africæ ciuitatem, tributo decem millium Alosarum, sponte à Saracenis oblato suam fecit.

Ferdinandus Magnus Hispaniæ Rex an. 1487. (alij 1461.) Mauris siue Saracenis, decimo post cœptum bellum, ademit Regnum Granatæ, siue Bæticum, quod, vt dixi, ipsi 800. ferè annos occupauerant. Hinc sortitus est à Roman. Pontifice cognomentum CATHOLICI. Idem 124. (alij 120.) millia familiarum Iudaicarum Hispania expulit, nec eis permisit aurum vel gemmas Regno exportare. vide Pontanum de bello Ferdinandi.

In his fuit R. Isaac F. R. Ioseph Karn, cõmentator Pentatheuchi, vt in Portugalensi exilio R. Abraham auctor fasciculi Myrrhæ, qui se fessam vrbem Mauritaniæ recepit.

Guinea ab Hispanis 12. gradibus ab æquatore inuenta est, circa quam complures insulæ postea ab ijsdem exploratæ.

Tumque compertum est regionem torridam, quæ appellabatur, commodè habitari. Quod ante millie quingentos annos, Iubam Mauritaniæ regem probasse Solinus narrat, & ante Iubam, referente Strabone, Polybius.

Paulo pòst nouus orbis veteribus incognitus, præter infinitas insulas exploratus est, & America siue Bresilia, quarta terræ pars nominatus, cùm ab incolis vocaretur vna sui parte *Petru*, (quò naues singulis triennijs misisse Salomonem, exportandi auri causa, probabile est: cùm scriptura in Paralipomenis illam regionem nominet Paruam, duali numero, vtrumque Peru) altera *Clobacana. R. Ioseph. parte secunda suæ historiæ.*

Tertiò Africæ Australis & Asiæ Orientalis, siue Indiæ vltimæ pars cognita est, & circumnauigata.

Quartò terra Australis vltra mare æthiopicum & Indicum inuenta est, etsi nondum interiùs cognita, quintaque terræ pars appellata.

Quo anno bellum Hispanorũ perfectum est contra Mauros, eorundem expeditio aduersus Indos Occidentales cœpit: quasi Hispanorum opus sit expugnare infideles & Paganos.

Ferdinandus Isabellæ Reginæ Castilliæ, Legionis, Aragoniæ, Siciliæ vxoris suæ suasu Christopho. Columbum Genuensem, ad vestigandas nouas terras misit, quas & Columbus aperuit an. 1492.

Quo anno 1492. in perpetuum Iudeos suis Hispanicis regnis expulit, 97. post Gallicanum eorũ exilium. Et vt hæreticos & Mauros penitùs inde euelleret, Inquisitionis officium instituit, cui etiam Rex ipse subesset. Granatense, Neapolitanum, & Nauarræum regnum subegit. *Vasæus.*

Doriphori (quos Lantznecthos vocant) tunc primùm exorti sunt in Germania.

Ducatus Britanniæ Regno Francis accessit, nomine dotis Annæ hæredis Britanniæ, quam, repudiata Margarita vxore Carolus 8. vxorem duxit, licet ipsa per legatum nupta iam esset Maximiliano Austriæ Archiduci *Nauder. Gaguin. lib.* 11. *Chron Franc.*

Mediolanenses mortuo Philippo Maria duce vltimo Vicecomite, libertatem vendicant & ex Plebe 12. viros, Reip. constituẽdæ causa creant. Verùm post duram obsidionem, Franciscum Sfortiam, qui Blancam Philippi filiam notham duxerat, in vrbem & ducem recipere coacti sunt: à quo Carolus Aurelianensis competitor victus est. Fredericus Imperat. suum ius neglexit, bellis domesticis detentus, & multitudine competitorum absterritus.

Alphonsus rex Neapolit. quem Philippus hæredem testamento instituerat, cum hæreditatem longe à se dissitam & à competitoribus vndique circumsessam videret, quieuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thoma & Demetrio Palæologis fratribus inter se dissidentibus, Demetrius ad hostem transijt filia ei in vxorem data, Thomas rebus perditis Romam fugit. Sic Mahometes Peloponesum subigit sublato illic Palæologorum & Venetorum Dominatu. Lesbum, Lemnum, Euboeam, siue Nigropontum ponte admirabili super Eutipum constructo recipit.

Per id tempus Vngari duce Bathoro, ex Turcis quorum erant centum millia insignem: & omni æuo memorabilem victoriam Matthiæ regi retulerunt. *Crom. lib. 29. Polo.*

Cazimirus Cazimiri Regis Polonorum filius, medicis concubitum sua dentibus, si fanus esse vellet, Ne se pollueret, maluit ille mori. *Crom. Ibidem.* Michaeli Verino poetæ Hispano vix 18. annos nato paulò post idem visum est. *Pol. Ianus.*

Boemici motus ab hæreticis excitati, regi etiam periculosi, ita vt Rex de vita sua periclitatus ad Cuthnos montes fugere coactus sit, Senatus verò veteris & nouæ Pragæ contrucidatus sit & Monasteria direpta. *Herburtus lib. 17. Polo c. 10.*

Ioannes Standon Theologus, collegium Montisacuti Lutetiæ fundauit, legauitque multa ad Pauperum, vulgo Capetarum, alimoniam.

Carolus 8. cum Cancellario & libellorum supplicum magistris, septemdecim, consiliarios laicos & sacerdotes creauit, quia Cancellarius tot negotijs se implicare non poterat.

Henricus 7. Rex Angliæ, ex Elizabetha coniuge tres tantùm liberos superstites reliquit, Henricum octauum, Margaritam maiorem natu, quæ Iacobo 4. Scotorum regi nupsit; Mariam, Ludouico 12. Francorum regi primùm, deinde Carolo Brandono Suffolciæ Duci collocatam. *Ex historijs Angl. & Scot.* 8.

Henrici ergo defuncta posteritate, de qua vnica superest Elizabetha, rerum hodie potiens, regnorum Angliæ & Hiberniæ ius ad Mariam Scotorum Reginam vnicam Iacobi 4. & Margaritæ suprà dictæ hæredem, siue ex Iacobo 5. patre Scotorum rege eorum filio neptem eiúsque deinceps liberos, tecta aliis omnibus exclusis deducitur. m FAVENS auspicijs Ferdinandi & Isabellæ Hispa. regum, qui duce Columbo an. 1492. Indias Occiduas aperuerant, Bulla illos legitimos earum Dominos constituit: ita tamen vt præcones Euangelij illuc mittere tenerentur. Bulla ab Alexandro data est an. 1493. quarto nonas Maij sui Pontificatus 2. 1494. Correcta propter Hispanorum & Lusitanorum dissidia, ipsorum consensu, videlicet linea vtrosque separans ducta, à Septentrione ad meridiem per Occidentem distaret à Promontorio viridi 1080. miliaribus, non, vt antea, 400. duntaxat, vt quicquid ab ea versus Orientem acquireretur, Portugalensibus cederet, versus Occidentem Hispanis. Quod præsertim factum est, ne Hispani quicquam tentarent in interiore Africa, quam iam Portugalenses aperuerant.

Primus præco fuit Bueil Catalanus ordinis S. Benedicti, quem Alexander Bulla sacerdotibus duodecim præfecit, suumque e vicarium apud illas regiones nominauit. *Eumus in historia Gallica tadiarum Occidentalium lib. 1. cap. 2.*

Iosephus Indus patria Caragonorensis, vir Christianus, Romam venit, & Alexandro 6. narrauit, eorum populorum qui circa insulam Ormum & reliquum Orientem habitant, magnum quendam esse Antistitem, qui Catholicus appellatur: cui astant Cardinales duodecim, Patriarchæ duo, Archiepiscopi & Episcopi complures. *Ipse in sua nauigatione c. 33. Osorius de Emanuele.*

1494. Ordo pœnitentium mulierum ex prostitutis, cœpit

Anni mundi. *Anni christi*

222.

m ALEXANDER 6. 1492
Valentinus Hispanus
an. m. di. 8. 1503
Vacat m. 1. d. 4.

Patriarcha.

Constantinopoli Niphone, deinde Pachomo (qui præfinitè sedit an. 1500.) an. 10.

Principibus.

Baiazete 2. Turcico 12 Imp.

Rustano Persiæ, deinde Agniato mens. 6. Carabe an. 1. Aluaute an. 4. Ismaele Sophi an. 34.

Friderico 3. & post eum Maximiliano an. 25. Occid. Imp.

Carolo 8. & Ludouico

Anni christi. *Anni mundi.*

1503 5591

12. *Patre populi cog. an. 17. ex ordine Frãc. Reg Schender Æthiopiæ, deinde Amde Zeon, qui & Alexãder mens. 6. Nahud. an. 14.*

Ferdinãdo 5. Hispaniæ.

Henrico 7. Angliæ.

Cazimiro 4. deinde Alberto an. 9. Alexandro an. 5 Poloniæ.

Joanne 2. Portugalliæ, deinde Emanuele Magno an. 26.

Jacobo quarto Scotiæ.

An. Dom. M. D. quando Ludouicus 12. Pater populi dictus, regnũ Gallicum init. Sophus Persicum, nouæ terræ aperiuntur.

cœpit Parisijs prædicatione Ioannis Tisserant Minoritæ. *Continuatio Palmerij. Volater.*

Ioannes Mederus, Ioannes Dalburgius, Georgius Florus Baldinus, Guilelmus Pepinus, Baptista à Satis, Ioannes Keisserspergius, Hieronymus Sanatanola, Ioan. Ludouicus Viuaddus, Theologi. Ioan. Tritemius, qui suum librum de Scriptoribus Ecclesiasticis (nongentis & septuaginta, quorum volumina gradus, conditiones, dignitates, ac tempora potuit reperire) absoluit an. 1494.

HVMANA.

1497. Americus Vesputius Florentinus sub Zona torrida, vltrà citraque, terras Occiduas nauigationibus quatuor aperuit, & Americam de suo nomine appellauit: quarum duas versus Occidentem mandato Ferdinandi Regis Hisp. suscepit, duas alias versus Austrum Emanuelis Lusitaniæ regis iussu. Propter eius magnitudinem quarta pars orbis nominatur, nescitur continens ne sit, an insula: nisi quòd (est probabilius) versus polum quodam Isthmo cum Groenlandia iungi. Quoniam sæpius quidem tentatus est per Septentrionem ad Mare Moluccarum transitus, verùm nunquam repertus, per Austrum ad Moluccas transitum Magellanus reperit, & fretum Magellanicum de se nominauit.

An. 1501. Petrus Aruarus Cabralus, Brasiliam in torrida Zona extra æquinoctialem versus meridiem adinuenit.

Emanuelis Regis Portugalliæ auspicijs sub an. 1500. aperta est nauigatio in Indias, circumnauigata rota Africa & repertis multis nouis regionibus & insulis. Prima illa nauigatio fuit vsque ad Callicutium, deinde Cochinum, vbi magnum Christianorum numerum S. Thomæ videre licet; quorum sacerdotes in magna degunt abstinentia, in templis crucem tantùm habentes. Sacrificat pane Azymo, & vino ex vua passa & aqua expresso quòd alio careant. Apostoli corpus hinc procul 350. miliaribus situm est: apud oppidum Maliapar, etiam Saracenis & Paganis venerabile. *Volater. libro 12. Geograph.*

1493 cœpit expeditio Francorum pro acquirendo Regno Neapolitano, contra Alphonsum Regem: Carolus Rex Franco. statim illud regnum obtinuit, sed an. proximo ab eo ad Ferdinandum Alphonsi filium defecit.

Morbus sacer sub primũ descensum Francorũ in Italiã, primùm cœpit agnosci in Europa, & propterea dictus est Gallicus, & Neapolitanus, Hispani Artogonenses vocant eũ Morbum S. Sementi, Granatenses Curialem, Franci grossam verolam.

An. 1494. obierunt tria literariæ reipublicæ lumina, Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileiensis, Angelus Politianus vir eloquentissimus, Ioan. Picus Mirandulæ Comes summus Philosophus. *Continuat Palmerij.*

Ioan. Nauclerus Tubingensis, cuius historia à Surio Carthus. cõtinuata est. Philippus Bergomẽsis, Hermannus Schedellius, Baptista Egnatius, Raphael Volaterranus, Franciscus Irenicus, Iacobus Vuimphelingius, Polydorus Virgilius Anglus, Ludouicus Patricius, Antonius Sabellicus, historici celebres. Sebastianus Brand, Georgius Valla, Iodocus Badius, viri docti.

Parlamentum Rothomagense Scacarij loco, à Ludouico 12. institutum, an. 1499. Cal. octobr. Sic Aquense in Prouincia Narbonensi & Burdegalense in Aquitania.

Rustanus Persarum rex, Harduelem patrem Ismaelis Sophi interfecit, veritus ne is Halim Omari præferens, studeret rebus nouis, & se regno exueret. Ismael interim

Universidad de Deusto
Biblioteca

fugiens in Hircaniam ad Pyrcalim amicum paternum, eosdem titus, quos pater in Perside tradiderat prouexit, & Siach. i. Propheta habitus, regnum Persicum ad se transtulit, electis hæredibus. *Anni mundi.* 5591 *Anni Christi.* 1503

1499. septuaginta Turcorum millia, per Vualachiam in Russiam se effundentes frigore & fame consumpta sunt. Reliqui à Stephano Vaiuoda contrucidati. *Cromerus libro 30. Polon.*

1500. quidam Iudæus nomine Lemlem imposuit Iudæis quibusdam (credo in Germania) se esse verum Christum, quem expectabant. *Ioann. Isaac super Epistolam R. Mosis filij Maimon, quam ipse ex Hebræo in Latinum conuertit.*

Eo anno Portugallia Iudæi excedere iussi sunt, octo annis post quam à regibus Hispanis, in perpetuum electi essent. *Vasæus.*

Eo Rutheri ditionis Polonicæ, ad Moscouitarum Imperatorem, Schismatis eorum tutorem defecerunt, quod Alexander Dux Lituaniæ eos Ecclesiæ Romanæ adiungere vellet. *Ioan Sacramus, in Elucidario errorum Ruthenicorum.*

Inde secuta bella, donec socer Moscus (Nam filiam suam Alexandro collocarat) innumera Catholicorum millia tam per suos è Lituano Dominio, quàm per Tartaros è regno regis Poloniæ Alberti in perpetuam seruitutem abigeret. *Ibid.*

Ismael Sophus ex Assumcassani filia progenitus, Mahometanam legem nouis interpretationibus exponens, nouam religionem introduxit, atque ea via Persiæ Regnum occupauit. *Paul. Iouius.*

DECIMO quinto sæculo, *continuatam quidem fuisse Doctrinam dubitari non potest, quòd ideo Lutherus & innumerabiles hæreticorum copiæ insurrexerint: &c. Sed interim id more nostro demonstremus è certis Græcorum & Latinorum testimoniis.*

MISSA. *Iisdem ritibus ac priùs, è scriptoribus de Diuinis vel Ecclesiasticis, Bessarione Cardinali, Marco Ephesio, Dionysio Carthusiano, Gabriele Biel in Canone Missæ.*

Gratia Dei, fides, Iustificatio, *Græci in sua Apologia Basilienſi concilio exhibita. Bessario & Trapezuntius multis suorum librorum locis. Sic Gerson &c. Biel in can. Missæ lect. 23. §. E Sententiarij in 2. dist. 26. & 27. & lib. 1. dist. 41. vbi disputatur, an Prædestinationis sit aliquod meritum.*

Eucharistiæ veritas, sacrificium, transubstantiatio, adoratio, Missæ ritus. *Bessario de Eucharistiæ sacramento. Marcus Ephesius lib. Quibus verbis conficiantur diuina mysteria. Laonicus Calcocondylas, Euchologium, in quo tres liturgiæ Chrysostomi cap. 2. Basilij cap. 3. cap. 4. & 7. cum eius interpretatione cap. 5. & 6. Thomas Valdensis in tomis de Sacramentis contra Vuicleffistas. Biel in Canonem Missæ. Sententiarij multis distinctionibus libri 4. Gerson parte 1. tractatu de Communione sub vtraque specie & part. 2. in Compendio Theologiæ tract. 3. de Sac. Eucharistiæ & alibi.*

Baptismi effectus, necessitas, aliena fides, ceremoniæ. *In Euchologio Græcor. c. 15. 17. 79. Sententiarij multis distinctionibus lib. 4. Gerson in compendio Theologiæ tract. 3.*

Pœnitentia & eius partes tres. *Euchologiũ cap. 49. 98. &c. vbi canon in extrema vnctione, in Peccatoris confessione seruandus. Ibidem Gerson. Sententiarij libro 4. dist. 14. vsque ad dist. 22.*

Claues Ecclesiæ, Absolutio. *Trapezuntius, in dictum Euangelij si sic volo eum manere &c. Græci in suo Euchologio ca. 114. Sententiarij lib. 4. dist. 18. & 19. per totum. Biel. in can.*

Anni Christi.

Miss. lect. 2. 3. per totum. Gerson parte 2. tract. de potestate ligandi atque soluendi, & alio, de contemptu Clauium.

1503 Confirmatio, reliqua alia sacramenta, & eorum vsus. *In Euchologio ca. 95. 97. 98. vbi sacramentum vnctionis extremæ vocatur, τελείωσις & παρέκλησις. 5. cap. Iaco. ca. 18. & 19. & seqq. vbi Matrimonij officium cap. 111. & seqq. vbi ordinum singulorum dispensandorum ritus & officium. Æneas Syluius epist. 130. ad Bohemos. Septem sunt Ecclesiæ sacramenta, etsi vos tantum quinque recipitis. (Nam de confirmatione & extrema vnctione nihil sentiebat.) Gerardus Stredoneus lib. de septem Sacramentis D. Antoninus p. 3. tit. 14. c. 1. §. 3. ad eripiendum nos ab infirmitatibus spiritualibus animæ, Dominus instituit medicinas septem Sacramentorum, Gerson in regulis Moralibus part. 2. & in compendio Theologiæ tract. 3.*

Primatus sedis Apostolicæ. *Gennadius Scholarius Patriarcha Constantinopol. in defensione de primatu Petri. Gerson de Auferibilitate Papæ, & 4. parte Sermo. de pace & vnitate Græcorum. Omnes principes & alij subiectionem habent ad Papam in quantum suis iurisdictionibus, temporalitate & dominio abuti vellent, contra legem diuinam & naturalem. Item lib. de modo habendi se tempore Schismatis Baldus leg. f. in fine C. D. LL. nu. 4. solus Papa potest deponere Imperatorem, & non ex omni causa sed solum ex causa graui & notoria, ex qua turbatur vniuersalis status Christianus vel Ecclesiæ. Et Nu. 2. Cum Apostolicus confirmet Principem, istud est manifestum signum superioritatis, vt in Authentica, De defensore ciuitatis, §. interim. Et ideo Imperator iurat Papæ fidelitatem. Thomas Vualdensis contra Vuicleffistas. 10. de Turr. Cre. in summa de Ecclesia, & alibi. Trapezuntius in dictum Euangelij, Si volo eum manere. Æneas Syl. epist. 288. Gabriel Biel in Can. lect. 23. Clemangis de corrupto Ecclesiæ statu.*

Liberum arbitrium, bona opera. *Græci in Apologia ad Concilium Basiliense. Trapezuntius vbi supra. Biel. in cano. Missæ lectio. 29. & 59. Gerson in compendio Theolo. tract. 2. Sententiarij in 2. sent. dist. 25. 26. 28.*

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, festa. *Græci in Horologiis & Menologiis suis. Item Euchologio, vbi de crucis collocatione c. 30 & Exaltatione cap. 93. & lectiones Apostolicæ & Euangelicæ de SS. Martyribus cap. 103. de sanctis medicis cap. 104. de Sancto Chrysosto. & reliquis Sanctis pontificibus cap. 105. de aliis variis Sanctis cap. 106. 107. 108. 109. sed & apud nostros huius sæculi scriptores de iis omnibus extant sermones & tractatus pene innumeri. Biel in canonem Missæ lectione 30. 31 32. 79. & de imaginibus lect. 49. & de reliquiis lect. 42. Gerson præmittens Aue Maria sermonibus, quos habuit in Concilio Constantiensi.*

Preces pro defunctis, Purgatorium. *Dionysius Carthusianus de quatuor Nouissimis. In Apologia Græcorum de Purgatorio igne, Basilienſi concilio exhibita, & per Ioan. Hartungum versa, vbi Græci huius rei docent tria è suis patribus 1. quorundam reatus post mortem à Deo condonari. 2. id fieri Dei clementia & Ecclesiæ precibus. 3. eos interim expiari lustratione carcere. condonari. 2. id fieri Dei clementia & Ecclesiæ precibus. 3. eos interim expiari lustratione carcere. constituant. Hinc in eorum Euchologio cap. 118. pro monacho mortuo ferale officium. cap. 119. pro sacerdote mortuo. cap. 120. pro laicis mortuis. ca. 121. pro fœminis dormientibus. c. 122. & vltimo, pro infantibus defunctis. & in ipsorum liturgiis cap. 2. 3. 4. 7. Sententiarij dist. 21. lib. 4. Biel in can. Missæ 56. 57. 58.*

Relinquo infinitos alios Latinos, quoniam his præcipuè temporibus hæreticis suspecti sunt, quòd Hussitas, Hieronymum de Praga, Ziscam ac eorum multiplices & dissectas sectas proscripserint stylo & igni persecuti sint. Superfluum etiam esset Synodos totius huius spatij, itémque Historicos recensere, cum omnes eandem prorsus Ecclesiæ faciem, cum superioribus sæculis nobis pingunt, vt propterea ad illos, nec velint nec ausint prouocare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a REGNVM Manicongo an 1503. in Africa Christi fidem suscipit.

Helenę Alexandri regis Pol. vxori diadema de more reginarum non est impositum, quòd Græcorum Schismati esset dedita: vt pote Ioannis magni ducis Moschorum filia. *Cromer lib.30 Pol.*

Bogdanus Vualachiæ Vaiewoda, his legibus Elizabetham sororem Alexandri regis Pol. accipit in matrimonium, vt is ad Ecclesiæ Romanæ ritus cum aulico suo comitatu accederet: In Vualachia vt templa, sacerdotes, & vnus Episcopus Romani ritus instituerentur, Romanus Pont. Bogdano postulante matrimonium id approbaret. *Ibid.* 5591 5591

Georgius Amboesius Cardinalis & Legatus Franciæ instituitur, qui vnico Rothomagensi sacerdotio absque vllis Abbatiis &c. contentus, è viuis multo post decessit. Vir antiqua virtute & fide, nondum conscientiis ad Sacerdotiorum Polygamiam prostitutis.

HVMANA.

Aleuante & Morath Chamo Iacuppi filiis contendentibus adueniens Ismael Sophus adhuc adolescens, qui nouam sectam Mahometanæ perfidię à patre Harduelle cœptam, supplicij metu suppresserat: primo Aleuantem acie secum congressum obtruncat. Deinde Morath Chamum, in Arabiam profugere compulit.

Sic rerum potitus à Persico Oceano, ad Seruanorum fines, atque ipsum Caucasum montem: & per Hyrcani maris meridionalem oram ad Coraxenos omni regione perdomita: Zagalcisque Tartaris, ad Oxum Iaxartémque flumina pertinentibus, sæpe acie superatis: in Armeniam reuersus est, vbi aliquantò post in Calderanis campis à Selimo Turca vincitur, cuius virtuti totus Oriens cesserat.

Ismael Sophi magni Vssumcassani Regis ex filia nepos persuasione commutatę religionis excitatis in suam sectam Orientis gentibus, paternos, maternósque agros cum exercitu recuperauit. Inde multas vrbes cepit. Mox 1499. Iacuppi Regis auunculi sui filios regno depulit, mortem patris vindicans, & nouam religionem propagans, per Armeniam, Mediam, Persidem, Parthiam, Mesopotamiam, Assyram, Hyrcanos & Turcas lacessiuit. Edicta inusitati generis venatione Syluestres equos cepit & domuit, qui aspectu truces, prælongis atque horrentibus comis, rigida ceruice, & arietino capite deformes, bidui curiu minimè fatiscunt. *Iouius libro quinto Vitę.*

Legatos Venetias misit, qui fœdus atque amicitiam peterent. Item ad regem Cambaiæ (ad ostium Indi fl.) & ad Zabaimum Idalcamum, reliquósque Indiæ Reges, religionis causa, quam tamen mutare noluerunt.

In Indiam ad Lusitanos, quorũ Prorex erat Albuquercius, tametsi Ormuzium ipsi auertissent, misit Coiealeamum, & cum eis fœdus agitauit. Ad eum Albuquercius vicissim Michaelem Feirteram, ad illud firmandum ablegauit.

Legationem distinauit ad Baiazethem, cum irrito successu. Sibi enim Carmanorum regiones hęreditarias reddi postulabat. Item vt abiecta vetere religione suam assumeret,

Anni mundi.

DECIMVM SEXTVM ET vltimum sæculum.

223.

a PIVS 3. Senensis. di. 16.

Vacat d. 24.

Patriarcha.

Constantinopoli Pachomo.

Principibus.

Baiazete 2. Turcorũ Imp.

Ismaele Sophi Persarũ.

Maximiliano Occid. Imp.

Ludouico 12. Frãc. Reg.

Nahud Æthiopiæ an. 14.

Ferdinando 5. cog. Catholico Hispaniæ.

Henrico 7. Angliæ.

Alexandro Poloniæ.

Emanuele Mag. Portugalliæ.

Iacobo 4. Scotiæ.

Anni Christi.

1503

1503

Anni Christi. Anni mundi.

224.

b IVLIVS 2. Genuensis an. 9. mens. 3. di. 12.

Vacat d. 17.

Patriarcha.

Constantinopole Pachomo, deinde Theolypto an. 10.

Principibus.

Baiazete 2. & post eum Selimo 1. an. 8. Turcorũ 13. (aliis 9.) Imp.

Ismaele Sophi Persarũ.

Maximiliano Occi. Imp.

Ludouico 12. Franc. Reg.

Nahud Æthiopiæ, deinde Helena eius vxore ob filij pueritiam.

Philippo primo an. 2. & iterum patre Ferdinãdo Catholico an. 10. proCarolo nepote suo Hispaniæ Reg.

Henrico 7. Angliæ, deinde Henrico 5. an. 39.

Alexandro Poloniæ, deinde Sigismundo 1. an. 41.

Emanuele Portugalliæ.

Iacobo 4. Scotiæ.

1510 *CONCIL. Gallicanum Turonense, omnium Episcoporum Galliæ & plurimorum doctorum tã Theologiæ, quàm iuris Canonici, pro Rege Franciæ contra Pontificem Romanũ. In quo decretum est, vt mitteretur ad P.P. legati, qui cum eo de pace agerent, vel si ipsos nollet audire, eum prouocarent ad conuocandum generale Concilium. Chron. Franc.* 5598

umeret, habitumque immutaret.

Eius res gestas contra Turcos, explicauit Henricus Penias ad Cardinalem Saulum.

Nahud eductus est ex illo monte munitissimo & altissimo Æthiopiæ, in quem solent regum filij ac propinqui relegari ne quid contra Principem rerum potientem moueant: postquàm frater eius Alexander rex, absque liberis discessisset. Alnaresius in histo. Æthiopica c. 59.

Ludouico 12. Academiam Parisiensem priuilegia sibi sublata conquerentem, turbásque concitantem reprimente, in publico Academiæ apud Bernardinos cõuentu decretũ est: vt conciones, Medicinæ praxis, studium, lectionésque statutæ intermitterentur.

b BELLICA gloria, quàm Pontificia clarior. Moritur dum celebratur Concilium Lateranense.

Bononiam expugnauit: Seruiam, Rauennam, Fauentiam, Forum Iulium & reliquas Ecclesiæ terras a Venetis occupatas vi obtinuit: Mirandulam & Mutinam cepit. *Paul. Iou. & Continuatio Palmerij*: Gallos opera Heluetiorum è tota Italia expulit, vnde à nõnullis ei tribuitur titulus liberatæ à Gallis Italiæ. *Surius in histor.*

Edictum in Ludouicum 12. promulgauit, quo eũ & quotquot illi studerent, omnibus & Schismaticorum & Hæreticorum pœnis subiiciebat: facta cuique potestate fortunas, regna, resque illorum inuadendi. Ex quo secuta est regni Nauarræ occupatio, *Guicciardinus historiarum sui temp. lib. 11.*

Iulius Pont. Maximilianus Cæsar, Ferdinandus Hispanus, Ludouicus Gallus, Alphonsus Ferrariensis in Venetos conspirantes, eos omni Imperio terrestri spoliarunt. Ottomani autem multis vrbibus & insulis Græcis, donec Cyprum tandem nouissimè amiserint.

Academia Francofordiensis approbante Iulio PP. instituitur an. 1506. ab electore Ioachimo Brandeburgensi Marchione. *Monst.*

Florent doctissimi viri, Ioannes Lapidanus doctor Theologus, qui linguam Hebraicam Lutetiæ docet ipsum Ioan. Reuchlinum Capnionem, *Vt agnoscit ipse in sua Apologia.* Ioá. Reuchlinus Capnion Hostratiano dissidio variè afflictus, (qui primus eo tempore cœpit Hebraicam linguam in Germania profiteri) Marcus Marulus Spalatensis, Lodoicus Viues, Iacobus Faber Stapulensis, Desyderius Erasmus Roterodamus (obiit an. 1536. septuagenarius) Syluester Prierius Dominicanus Italus.

Petrus Galatinus, qui eandem Hebraicam in Italia excolebat. (Nam ea inter Christianos incipiebat propagari.)

Ælius Antonius Nebrissensis, Iacobus Leopes, Stunica Philosophus & Theologus, Græcæ, Hebraicæ & Arabicæ linguæ peritus, Hispanus vterque.

Ioan. Picus Mirandula marti. Datyli Hebræi discipulus, & æmulus Pici Mithridates Romanus, Hiero. Aleander Brundusinus, Iustinianus Nebiensis, Aug. Steuchus Eugubinus Itali.

Franc. Ximenius episcop. Toletanus Cõpluti Biblia multis linguis & interpretationibus insignia typis exprimi curauit: secundus post Origenem Adamantium.

Gallus & Pontifex vario marte congrediuntur in Italia. *Paul Iou.* Vnde Rex Ludouicus & Maximilianus Imper. curant haberi Concilium, quod nunquam fieri potuit, Pontifice propter principum factiones reclamante.

1510. 8. Idus Februarij circa horam noctis secundam, Paulus *Form.* in Marchiæ Brandeburgensis villa *Knoblock*, è templo subreptam thecam argenteam & inauratam, qua Eucharistia conseruabatur, cum sacra hostia vendi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit cuidam Iudæo, qui post multos ictus pugionis videns eam integram permanere, ira excandescens, Si tu es (inquit) Deus Christianorum te ipsum manifesta: mox hostia in tres partes diuisa sanguine per oras maduit. Eo territus Iudæus, postquam illas particulas panno inuolutas apud se detinuisset missis duabus ad duos alios suæ factionis, tertiam iterum pugione confodit, sicque denuò sanguinis guttulæ dimanarunt. Tunc timens ne scelus proderetur, eam absumere voluit, sed cùm non posset, proiecit in flumen, dein illa enatante, in ignem: demum cùm intacta esset, commiscuit azymo, ac vbi furno imposuisset, ille alioqui obscurus resplenduit, & massula azymi, cui tertia illa particula erat immixta, in Iudæi faciem insiliit. Re à Magistratu cognita Paulus *Form.* forcipibus discerptus est, & in cineres redactus: Omnes Iudæi illius Marchiæ carceribus inclusi sunt Burlini, ex quibus habita quæstione, cùm inter alia flagitia fatentur se septem Christianorum infantes acubus & punctionibus peremisse, eorum 38. (al. 40.) flammis traditi sunt, & duo, qui petierunt baptizari ante mortem, capite plexi sunt *Surius in histor. & Historia rerum memorabil. &c. conuersa à Pontano libro* 1.

Anni mundi. 5559 — Anni Christi. 1471

5599 — *Pisanum, coactum à Maximiliano Imp. & Ludouico Rege & quibusdam Cardinalibus, contra Iulium PP. postea translatũ est Mediolanum, deinde Lugdunum: sed sine profectu & vllo exitu, interueniente morte Iulij Papæ. Chron. Franc.* — 1511

Acurius Ioseph sacerdos, Moses Monachus Diaconus, Helias Hypodiaconus è Syria ad concilium Lateranense legati mittuntur à Petro Pattiarcha Maronitarũ è Monasterio S. Mariæ de Camibin, in monte Libano ann. 1515. Febr. 14. Ab his Theseus Ambrosius Albonesij regulus Iurisc. literas Syriacas didicit, à quo postea canonico D. Augustini Bononiæ illæ inter nos cœperunt propagari, Leone 10. Pontificatum administrante, quando introductionem in linguam Chaldæam, Syriacam & Armenicam euulgauit. *Ipse ibid.*

Sub an. 1510. Occidentales populi per Dominicanos, ex Hispania conuertuntur.

HVMANA.

Philippus Archidux Austriæ, Caroli quinti Imp. pater annos 2. regio Hispanię sceptro potitur. Comitatum Flandriæ cum reliquis ditionibus regno Castiliæ vnit. Immatura morte præreptus regnum Ferdinando 5. Catholico patri, qui se Neapolim receperat, reliquit, donec Carolus adoleuisset.

Sultanus Ægyptius ereptum sibi dolens vectigal reliquorum Christianorum, Alexandriam gratia mercis Indicæ adeuntium, ad Iulium Pont. Oratorem denuntiatum misit, nisi Portugalenses abstineant, se quoque Hierosolymitanum iter prohibiturum. *Volaterr. libro* 12. *Geogr.*

Huius laudis æmuli Hispani, sub Ferdinandi regis auspiciis duce Christophoro Columbo an. 1496. Gadibus soluunt inter Zephirum & Austrum, & Canarias, aliásque insulas, deinde Orbem nouum aperiunt, non ad Antœcos siue Antipodas, vt Lusitani, sed ad Parœcos nostros cursum dirigentes. *Ibid.*

5599 — *DECIMVM nonum Concilium œcumenicum Lateranense indictũ est à Iulio Papa contra Concilium Pisanum, contra Turcos, & pro reformatione Ecclesiæ, sed ipsius morte est interruptum, & postea continuatum & absolutum à Leone* 10. *PP. anno* 1517. 17. *Calend. April. Sleid. lib.* 1. *& Surius. In hoc Pragmatica Sanctio, factione quorundam abrogari simtur.* — 1511

Baiazetes secundo Turcorum duodecimus Imperat. venenato Pharmaco, sibi iussu Selimi filij, per Iudæum quendam medicum parato, interit an. 1512. postquam Imperio præfuisset 31. annis, quibus Valachiã & Moncastrum (hodie Neper) ac Lithostomum oppida subegit, contra Caitheum Sultanum ægyptium copias misit (tunc Turci tantam ab illo Sultano stragem acceperunt, vt nullam vnquam maiorem tulerint) Venetis Lepantum (antiquis Naupactum) Dirrachium & Methonem vrbes ademit:

Gallos se aggressos fugauit: fœdus iniit cum Venetis, quod durat in hodiernum diem: ferrum Lanceæ, quæ Christi latus aperuit, ad Innocentium 8. PP. per Mustapham Bassam Virtum dono misit. *Paulus Iouius lib. de reb. Turci.*

1509. Helene auia Dauidis, ad Emanuelem Regem Portugalliæ, Matthæum Legatum cum literis mittit: opem polliceus, aduersus Mammelucos & Mauros Indiæ, prout rogata fuerat à Tristane de Cugna, illius in India Proregę. Atque hîc prima Lusitanorum cum Æthiopibus conjunctio.

Selymus Campsonem Gaurum Cairi Sultanum eiusque exercitum ad Singam occisione deleuit. Indéque Syriam, Iudæam, atque Ægyptũ victoriis peruagatus, Mameluchorũ nomen & Sultaneum Imperiũ euertit, Tomombeio vltimo Sultano, qui in locum Campsonis demortui, tumultuariè suffectus fuerat, capto.

Tomombeium vltimum Ægypti Syriæque Soltanum vicit, captum, diuque in quæstione de Thesauris tortum, impositúmque vili camelo & per Cairum circumductum, ad Basuëlam Syrię portam laqueo necauit, vncoque ferreo suspendit. *Iouius lib.* 4. *Vir. Illust.*

Ismaëlem Sophum occupata Tauriso eius regia, in Calderanis campis deuicit. In eo loco cancerosо renum vlcere pestilenti, infœlicem exhalauit animam: octauo Imperij anno, in quo pattem Baiazethem acie adortus opptimere cogitarat, & veneno sustulerat: postquam Acomathem & Corcuthum Germanos fratres, & septem impuberes consanguineos ad vnum omnes peremisset, dictitans nihil suauius, quàm sublato omni consanguineorum metu solum regnare. *Idem libro quinto.*

Ei Solymanus successit an. 1518.

c ANNO 1517. PP. promulgauit per vniuersam Christianorum ditionem, remissionem omnium peccatorum iis, qui sua bona in expeditionem Turciam erogarent, quę Cruciada vocabatur. Eius rei cura in Germania Alberto Moguntinensi Episcopo à PP. demandatur, qui elegit Ioannem Tetzellium Dominicanum: quod ità offendit Augustinianos, maximè Staupitium ordinis generalem per Germaniam, genere clarum ac disertum: Martinum etiam Lutherum, vt ipse contra tales Indulgentias eodem anno tonare cœperit, fretus Frederico Saxoniæ Duce quem suarum partium reddiderat: 95. propositiones edidit quibus oppugnabat Indulgentias: contra Tetzellius alias 106. Luteranis planè contrarias. Ex hac lite ortum est illud Luteranę hæreseos incendiũ, quo tota pene Europa conflagrauit. *Surius in sua historia.* At Sleid. lib. 1. paulo aliter.

Pragmaticam sanctionem sustulit, Concordata, quæ vocantur, cum Rege Francisco agitans, de nominatione Episcoporum & Abbatum speciosо prætextu, vt Rex propter electionum abusus Doctorem quidem vel licentiatum Theologiæ, Iuris ve canonici è celebri academia ad Episcopatum, Religiosum eiusdem ordinis, Doctorem similiter, vel certè Baccalaureum earundem facultatum ad Abbatiam nominare teneretur: reuera autem ageretur mysterium illud iniquitatis, quo perditam Ecclesiam Gallicanam cernimus.

Hinc enim eius pernicies, in ea omnis generis hæreseon, Simoniarum, Fiduciarum seminarium, scientiæ, virtutis, pietatis exterminatio, regni pestis.

An. 1515. Concordata sunt condita. 1516. decimæ sacrilegij species introductæ 1517. Lutherus emersit. paulo pòst fœdus cum Turca agitatur, & magistratus omnes vænales prostituũtur, ne quisquam bonus & doctus ad eos possit sine numerata pecunia contendere. Bella successio & nostris digna

Anni Christi. 1513 — 1522

225.

c LEO 10. Florentinus (*Prius dictus Ioannes de Medicis*) an. 8. mens. 8. di. 21. Vacat m. 1. d. 7.

Patriarcha.

Constãtinopoli Theolypto, deinde Ieremia an. 15.

Principibus.

Selimo 1. *& Solimano eius filio an.* 46 *per ordinem successionis Turcorum Imp.*

Ismaele Sophi Persarum.

Anni mundi. 5601 — 5610

Universidad de Deusto
Biblioteca

moribus, ad quam aliquis scilicet Deum expectet propitium. *Anni mundi.* *Anni Christi.*

1516. Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis, Octaplum vtriusque Testamenti in quinque præcipuis linguis molitus, prægustamenti loco Psalterium emittit. 5610 1522

Nouum etiam Testamentum more veteris Hebraïci, per versiculos distinguit, numerorumque notis diuidit, cùm antea duntaxat distingueretur per paragraphos literis A, B, C, &c. expressos ab Hugone Cardinali sub an. 1240. Quam versuum distinctionem deinceps nostri secuti sunt.

Ioānes Eckius, Frideric⁹ Nausea, Iacob⁹ Latom⁹, Syluester Prieras, Ioā. Cochlęus, Iacob⁹ Sadoletus, Huldrichus Huttenus eques Germanus, Ludouicus Bertus, Langdailus Anglus, Ioan. Atboreus, Laudunensis, Ambrosius Catharinus, Thomas de Vio Caietanus Cardinalis, Ioann. Fischerius Roffensis Episcopus, & Thomas Morus eques, Angli (hi duo pro tuenda religione, & quòd nollent secundas nuptias Henrici 8. priore viuente, approbare, mortem obierūt an. 1535.) Iodocus Clictouæus, viri doctissimi, & fidei defensores.

Mattinus Ludderus siue Lutherus Saxo (ferunt eum ex incubo natum *Cochl. de actis Luth.*) monachus Augustinianus, cum suis sectatoribus hæreticus pronuntiatur anno 1518. (alij 1520.) 6. Calend. Augusti. *Carion lib. 3.* An. 1520. Louanienses & Colonienses Theologi multos ipsius libros dignos flammis decernunt, qui in Germania eodem anno ex mandato Imperatoris & Leonis PP. combusti sunt. *Sleid. lib. 20.* Anno sequente Parisienses Theologi damnarunt hęresi eiusdem scripta: Carolus 5. eum proscripsit. Ipse dum esset in exilio scripsit librum de abroganda Missa priuata (ad quam cum cōmunionē sub vnica specie abolendam, se ratiocinationibus diaboli persuasum fuisse gloriatur in lib. de Missa angulat. fol. 128. tom 7.) ad trattes suos Augustinianos Vuitembergenses, qui primi omnium Missas abrogarant, quos hortatur, vt in eo incœpto etiam contra conscientię (ô vox impia) accusationem perstistant, sicut & se in quibusdam feciſſe ait, *sleid. lib. 3. Surius in histor.* Tamen postea Lutherus factum Augustinensium publicis concionibus reprobauit. *Suri.*

Aliqui eum Antichristum esse contendunt, quòd sit caput & Patriarcha hæreticorum in Occidente, qui se toti armarunt contra Christi doctrinam & beneficiorum eius memoriam. Addo ad illorum coniecturas לוטהר *Luther* characteribus Hebraicis reddere numerum Antichristi 666. Apo. 13. Ex quo apparet, vt quamuis non videatur verus Antichristus, tamen nobile proximúmque eius sit membrum, qui Mahometis veri Antichristi regnum in has terras inducturus sit, quemadmodum & eius ministri & sectatores certatim, ad Mahometismum quotidie deficere (pro dolor) cernimus.

Omnes in regno Granatæ aut Christiani fieri, aut regno exire coguntur. Regnum Magnicongo in Africa, Regi Lusitaniæ fœderatum, fidem Christi suscipit. *Contin. Palmer.*

1519. Vlrichus Zuinglius cœpit Tiguri oppugnare Indulgentias, & posteà an. 1524. Berengarij hæresim refricare vna cum Oecolampadio, propositis 47. articulis suę doctrinæ, (*Surius. Sleid. lib. 1.*) cuius probationes, saltem quantum ad præcipuum caput, de Cœna, in somnijs à quodam monitore spiritu (ater ne an albus fuerit ignorat) Idib. Aprilis se accepisse gloriatur, in lib. Subsidij de Eucharist. Tum Vuormacię conuentum egit Carolus, in quo Lutherus ob res belli opinione turbatas, se suamque doctrinam palàm defendit.

1511. Ignatius Layola Hispanus societatis Iesu fratribus initium dedit. Decem alios sibi adiunxit, quibus comitatus Lutetia Romam, obtinuit an. 1540. vt suæ religionis institutum à Pont. confirmaretur. Ex iis primus Franciscus Xauierius ad

Maximiliano & Carolo 5. an 39. ex ordine Occidentis Impp.

Ludouico 12. & post eum Francisco 1 Valesio an. 32. Franc. Regibus.

Nahud, inde Helena Dauidis matre (iuxta alios auia) Æthiopum regina.

Ferdinando 5. cog. Catholico iterum Hispaniæ reg. deinde Carolo 5. Imp. an. 39.

Henrico 8. Angliæ.

Sigismundo 1. Poloniæ.

Emanuele Portugalliæ.

Jacobo 5. Scotiæ, an. 29.

Anni Christi. *Anni mundi.*

1513 5610

Indos mittitur, principio an. 1541. tanto Dei numine, vt socij deinceps consecuti, multa & præclara pro religionis incremento gesserint: quotidiéque gerant. Superiore ab ineunte societate anno. i. 1520 Lutherus à Pont. declaratus fuerat hęreticus. Nempe, quo tempore Satanas ad diruendū aliquos erigit, Deus alios ad ædificandum excitat.

1520. Viuebat Abuna Marcus, summus Æthiopum in regno presbyteri Ioannis Patriarcha, annum agens centesimū quinquagesimum, vegeto adhuc animo & corpore. *Aluaresius in sua legatione Æthiopica.*

HVMANA.

Emanuel Portugalliæ rex, ad extendendam subactæ à se Indiæ laudem: Leoni pontifici suæ victoriæ trophæa, Elephantum aurea instratum stragula & turrito ephippio, Indos homines gestantem, passus ad modulos tibiarum temperantem, Principem hominēsque augustiore habitu, certo gestu venerantem, per Tristanum Acunium Lusitanum dono misit. Addiderat Rhinocerotem Elephanto paulo humiliorem, longitudine parem, sed in Ligusticis scopulis mersus est. *Iouius lib. 4. Viror. Illust.*

Florentini, qui intestinis discordiis ferè continenter per an. 300. laborauerant, tanta quidem rabie, vt modo Patricios, modo Populares alternante victoria è ciuitate in exilium expellerent: sæuis sedibus integras sæpe familias delerent, armis Cæsarianis oppressi, Dominum sibi imponi passi sunt, Alexandro Duci, qui mox interfectus est à Laurentio cognato, primum obtemperantes ea lege, vt hæc dignitas ad liberos eius pertineret: atque his deficientibus ad eius cognationis proximos.

Senenses & ipsi seditiosissimi, aliquot post annos eandem fortunam subierunt.

An. 1514. Muleamethes, cui Scitisso quasi magno sacerdoti cognomen erat, ex Eremita & concionatore ad regna Fessæ & Marochi peruenit: religionis nouæ authoritate & armorum gloriæ florens. Ita Africam miscuit, vt coacta multitudine in Lybiæ & Ægypti interiora penetrans, tribus annis obtinuerit præter superiora duo, regna Trenasſæ, Daræ, Taphiletæ, Suæ, quæ 43. annis tenuit, venando à stipatoribus corporis senex admodū interfectus sub an. 1557. *Iouius lib. 7. Vir. Illust.*

Huius Eremitæ initia attingit Ioannes Leo in descript. Africæ, qui cum eo versatum se per tres dies scribit.

Eius filius Abdala pòst, Marochi regnat. Eodem tempore & spiritu Lutherus de ordine Eremitarum August. cœpit tale quid moliri in Europa, sed ad tantam fœlicitatem peruenire non potuit, etiam si Cardinalatum, indéque Papatum animo fuisset complexus.

Franciscus Valesius Dux Engolismensium literarum instaurator, Rex Francorum inauguratur an. 1515. quo quidé Mart. Lutherus scribit cōtra indulgētias. Sequente an. expeditione in Mediolanū susceptā ad 15. horas cum Heluetiis pugnās, victor euadit, Mediolanū recepit, fœdus cū Heluetiis iniit certa pecuniæ, quæ singulis annis illis pensitatur, pactione: cū Leone PP. conciliatur: ius creandorum Præsulum conuentibus Sacerdotum & Monachorum adimit & sibi vendicat. *Tili.*

1522 5610

Henricus 8. Anglorum Rex, quòd librum plenum pietatis & eruditionis contra Lutherum scripsisset, meruit titulum Defensoris Fidei, sibi & suis posteris à Leone Pontifice concessum. *Sleid. lib. 3. Georgius Lilius in Chron. Anglor.*

Ferdinandus Hispaniæ Rex nullo meliore iure, quàm quod sibi vtile & commodum esset, Regnū Nauarræ, expulso Ioanne Albreto occupat an. 1513. *Ioan. Tili.* Et regnis Castiliæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sociat. Ioanni autem Albreto siue Labritensi regnum venerat, è Catarina Foissea hætede. Paulo alitet rem narrat Guiciardinus historiarum sui temporis lib. 11.

Ex Aragoniis tandem potitus nuptiis Isabellæ Castiliæ reginæ, deinde regno Granatensi pulsis Saracenis siue Mauris, qui id tenuerant annos plus 780. decennali bello, vniuersæ Hispaniæ vires obtinuit, Lusitanis exceptis, quæ cum Ioanna filia, nuptiis, postea transierunt ad Philippum Austriacum Maximiliani Imp. filium. Caroli 5. & Ferdinandi Impp. patrem Iudæos seuero Edicto ablegauit, Punicas vrbes à Syrtibus ad Herculis columnas vi cepit, nouum orbem ac inauditum immensō & insuperabili Oceano, mira fœlicitate perdomito: tot auitis regnis adiecit, vt regum huius memoriæ maximus haberi possit.

Eo tamen defuncto, quòd patrum esset liberalis, Hispani Philippum Maximiliani Cæsaris filium, qui in Hispaniam nauigauerat ad adeundū Isabellæ socrus regnū recipiunt: anteponentes alienigenam principem indigenę, generum socero, nouum regem iuuenem seni, qua re Ferdinandus offensus Neapolim nauigauit. Nec multò pòst, vbi obortа febre Philippus interiisset, rebus compositis ad sua regna rediit.

Eo defuncto Carolus 5. postea Imp. regnis Castellæ, Legionis Aragoniæ, Nauarræ, Valentiæ, Granatæ, & reliquis potitus est.

Hispania cùm primùm paruit Austriis Dominis & Belgis præfectis, magnis motibus agitata est. Belgas enim perosi Hispani rebellarunt. Quam defectionem & prælia multa & incendia vrbium & damna prouinciarum secuta sunt, nec cessarunt, nisi externo milite conspecto.

Anno 1516. abrogata est in Gallijs Pragmatica sanctio, & & Concordata (vt vocant) substituuntur, fremente vniuerso clero, Scholasticis, populo, bonis denique & doctis omnibus. *Ioan. Tili. Carion lib 3.* Vnde & hæc iactabantur.

Prata vorat mulier, frendens leo rodit virumque.
Prata, leo, mulier, sulphurs antra petant.
Prata, leo, consorte carent, Mulierque marito.
Connubio hostuogas, Cerberus alter erunt.

Nam Leo Pontif. Regina mater, & Cancellarius à Prato, huius facinoris habebantur auctores.

An. 1517. Elias Leuita Iudæus Grammaticorum Hebraïcorum summus & facillimus, suæ linguæ discendæ, Christianis Romæ, Venetiis, & alibi in Italia, in quàm è Germania venerat, copiam facit: ob quam rem magnas à reliquis Iudæis calumnias & odia sustinuit. *Ipse passim.* Egidius Cardinalis Eliæ studiosus hebraicatur.

R. Abraham de Balmis, qui Grammaticam scripsit Venetiis, R. Iacob filius Selomonis, qui collectanea è Thalmud Constantinopoli medici.

Anno 1519. quo Carolus 5. Imperium suscepit, quatuor post Francisci Reg. inaugurationē, vno ante Solimani Turcę principatum, ad 4. Non. Iul. cœpta est disputatio Lipsica in aula Georgij Ducis Saxoniæ inter Ioan. Eckium, Lutherum & Andræam Carolostadium, in qua Lutherus iracundus, admonitus vt sedatè se gereret. Neque (respondit ille) propter Deum hæc res cœpta est, neque propter Deum finietur. Durauit illud colloquium 11. dies. *Historia rerum memorabilium &c. conuersa à Pontano, lib. 1. Surius in sua hist. & multi alij.*

1521. cœpit bellum funestissimum, inter Carolum Imperatorem & Franciscum Francorum Regem. Durauit 38. an.

Cum quartum iam mensem Ticinum Franc. obsedisset, pugnauit cum Cæsarianis & captus est an. 1525. Quam Cæsar Carolus quinto anno proximo in Franciam remisit, duobus eius filiis obsidibus receptis: quos redemit Pater vicies centenis

Anni mundi.		*Anni christi.*
5610	CONCIL. *Lateranum an. 1517. absolvitur 17. Cal. April. in quo decretum fuerat bellum gerendum cum Turca, vt communi hoste (qui Syriam & Ægyptum proximè suo Imperio adiecerat, Soltano victo) depositis domesticis armis, pœna instituta in, qui pacem vel Inducias infringerent: quam societatem, fraternitatem sanctæ Crucidæ vocarunt, de rebus seruatis, supplicationibus, eleemosynis pauperum donatiuis per totam Europam nostram, & stipendio militū, cæteráque pecunia decreta ad octuagis centena millia, cui duces Prapositi fuerunt Maximilianus Cæsar, & Franciscus Rex Galliæ. Sed mors Maximiliani insequuta, & religionis per Lutherum perturbatio, hanc tam salutarem Societatem diremit. Hæc Ioan. Sturmius Lutheranus Præfatione in Psalmos Conradi Heresiarchij.*	1513

Anni christi.		*Anni mundi.*
	226.	
1522	d ADRIANVS. 6. Batauus Traiectēsis, an. 1. mens. 8. dies 6.	5610
1523	Vacat m. 2. d 4.	5611
	Patriarcha.	
	Constantinopoli Ieremia.	
	Principibus.	
	Solimano Turc. 14. Imp.	
	Ismaele Persarum.	
	Carolo 5. Occid. Imp. & Hisp. Reg.	
	Francisco 1. Valesio Francorum Reg.	
	Lebnadenghel Dauide Æthiopiæ an. 36. cum matre Helena.	
	Henrico 8. Anglorū.	
	Sigismundo 1. Polonorum.	
	Emanuele, deinde Ioāne 3. Portugalliæ an. 36.	
	Iacobo 5. Scotiæ.	

tenis millibus nummûm aureorum.

Selimus Turcorum 13. Imperator, postquam debellato Sophi Persidis, & Capsone ac Tomombæo duobus, per ordinem, Ægypti Sultanis in prælio cæsis, suo imperio adiecisset Syriam, Ægyptum & Arabiam, obiit an. Christi 1520. & sui Imperij 8. proficiscens Adrianopolim eo in vico, Chiorlico nempe, in quo anno ante decimo, cum Baiazete Patre ausus fuerat bellum committere. *Paul Iouius lib. de reb. Turcic.*

1516. Turci Syria Ægyptóque subacta templum S. Ioannis Baptistæ Damasci occuparunt.

d VIR doctissimus, & moderatæ vitæ, olim Theologus Louanienſis, præceptor Caroli 5. Imperatoris & nomen, quod antea habebat, retinuit: multa scripsit.

Iniquior fuit poëtis, id nominis nihil aliud præ se ferre arbitratus, quàm vel impietatem, vel lasciuiam.

Cùm apud eum Erasmus accusaretur, respondit, Se non bonas literas persequi, verùm impias hæreses.

Sanctes Pagninus Dominicanus, concionator Apostolicus, secundus Latinorum post Reuchlinum Lexicon Hebraïcum edidit, tanta eruditione refertum: vt etiam Rabbinos in eo argumenti genere vicerit, & reliquos à præstantiore conficiendo deterruerit.

Munsterus aliquot annis pòst, illud in breuius contraxit.

Seditio Vuittembergēsis propter Carolostadium, qui concitarat plebem ad Imagines sanctorum è templis enciendas, cui conatui restitit Lutherus. *Sleid lib. 3.*

Cœpit clam glisscre secta Anabaptistarū in Saxoniæ partibus: eorum opinioni subscribebat Carolostadius, *vt aiunt Lutherus, Sleid. lib. 3. & 5. & Melanchthon in comment. ad Coloss.*

HVMANA.

Solymanus Turca vrbem Belgradum, Hungariæ propugnaculum, anno regni tertio, sub 1522. & 1524. Rhodū insulā 7. mense obsidionis cœpit. *Sleidanus lib. 3. & Surius in histor.*

Mustapham filium maiorem, per speciem colloquij euocatum: in conspectu suo strangulari fecit. Baiazethem alterum filium, qui contra alium filium, Selimum de Imperio decertans in media Asia & victus in Persiam fugerat: à Sophi Tāma, post multas legationes vltro citròque missas postliminio redditum: extemplò cum tribus filiis in ipsius Imperij aditu interfici iussit.

Ludouicum regem Vngariæ vicit, Budam in deditionem accepit: Viennam, sed frustrà, oppugnauit. Corcyram inuasit, Melitam tentauit. Tandem Sigetum Vngariæ oppugnans, moritur anno 1566.

Ismaëli Sophi, qui cum Selimo conflixit an. 1515. successit Tammas, qui cum Solymano bella gessit, Postremo Casulas, ad quem ante 20 an. Solymani filius confugit.

1522. Victoria vnica è quinque Magellani nauibus, nauarcho Ioan. Sebastiano in Hispaniam rediit: confecta duobus annis, totius Oceani nauigatione, per fretum Magellanicum tunc primùm inuentum.

Dauid Æthiopum Rex ad Emanuelem Regem Portugalliæ, legatum misit Matthiam. Inde Zagazabo, qui scripto explicatam reliquit suæ gentis fidem, è qua liquet Ecclesiæ illius cum nostra maximus consensus. Hoc scriptum Damianus Goës in Latinum vertit.

An. 1523. Emmanuel Rex Portug. regni 26. moritur, qui Armuzium Arabiæ partem, Indiam, Indo & Gange fluuiis definitam: eam etiam, quæ vltra Gangem est, extremáque Oriētis solis regiones suo Imperio adiecit: & terras incognitas per suos perlustrauit. *Osorius lib. 12. de eius reb.*

Ad eas victorias potissimum vsus est, ductu Vasci Gauæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Odoardi Pacieci, Franciſci, Almeïdæ, & Alphonſi Alburqui etij. *Ibid*

Indignantęs Luſitanos ab extremo Solis occaſu ad ſe profectos, Oceanúmque Atlanticum & Æthiopicum prætuectos, vſque ad aureã Cherſoneſum & Cathainum Sinarum regionem (quod ſpatium eſt ferè ſex millium leucarum) ſibi iura dare & excitatis arcibus, Calecuthæ, Cananoræ & aliis celeberrimis aromatum, vnionúmque emporiis ſedes poſuiſſe: adeptos dominatum maris Arabici, Perſici, Indici, ſociatunt vires ad illos inde pellendos. Quibus acceſſerunt Turcæ, ſed neutris hic conatus proſperè ceſſit, quin potius maiotibus rebus principium dedit, Deo in ortu Solis cupiente Eccleſiæ ſuæ firmum ſtatum dare, quando in Occaſu ſenſim perit.

Solymanus Eunuchus Baſſa præfectus claſſis Turcicę, quæ ad oppugnandos Luſitanos in Indiam mittebatur, cum magnis viribus Dium vrbem, quæ illorum præſidiis firmabatur, fruſtra oppugnaſſet Ademum fœlicis Arabiæ oppidũ proficiſcitur, vbi Ademanum Regem ſub fide ad ſe vocatum, in antenna prætoriæ triremis laqueo ſuſpendit. Eiúſque Gaza omni ſutrepta, vrbem lapideo muro munitiſſimam occupat. Pari ſæuitia ad Zidam portum Zibitinum regem ſumptuoſis munęribus gratiam eius appetentem interfecit: præſidiis eius aulæ omnibus ſub fide immanitet ttucidatis.

Ioan. Stophlerinus Aſtronomus, Andræas Alciatus Iuriſ. Bilibaldus Pirkaimerus. Noribergenſis.

Chryſoloræ, qui primus literas Græcas Florentiam Coſmo Mediceo Florentino duce attulit, diſcipulus Tifernas in Fracią venit, Budæúque literas Græcas docuit. Deinde Ianus Laſcaris mortuo Laurentio Mediceo Mecœnate ſuo. Atque inde literatura Græca deſerta Italia ad nos migrauit.

Laſcari & Budæo auctoribus Franc. 1. Bibliothecam Fontanablæam inſtruxit, indéque an. 1530. Linguarum & Mathematum profeſſores. Nam cæteri ſunt aſcriptitij.

An. 1522. Chriſtiernus rex Daniæ ab Eccleſia deficit. Tribus regnis propter crudelitatem exactus in carcere miſer cõſenuit & mortuus eſt. Nam ciectus à ſuis à Chriſtiano Fridrici, qui regnorum Daniæ & Noruegiæ curam ſuſceperat, filio in eius locum ſuffecto, perpetuis vinctus catenis an. 1532. tanquam indomita bellua, clatrata in cauea ad mortem vſque ſeruatus eſt. *Iouius lib. 7. hr. Illuſt.*

Eius cum Stenone Sueuo bellum crudele, quale eſt hæreticorum ingenium, deſcribit Zieglerus in ſua Geogr. & Ioan. Mag in hiſt. Sueuorum.

Suetia primum experta crudelitatem iſtius, demum Gunſtanum nouum hominem regnare patitur. Cuius filij Ericus & Ioan. male concordes alternante fortuna in ſe ſæuierunt. Nam Ericus maior fratrẽ nihil tale ſuſpicantem, in cuſtodiã tradidit: è qua emiſſus Ericum viciſſim incluſit. *Ioan. Magnus.*

c AD Clementẽ 7. an. 1524. Helena auia & Dauid Æthiopiæ Imp. literas & legatos mittunt, obedientiam pollicentes, benedictionem & communionem Apoſtolicam deprecantes. Eas Latinas fecit Paulus Iouius, & in ſuum librum de Fide & moribus Æthiopum, retulit Damianus Goes eques Luſitanus. Legatorum præcipuus erat Zaga Zabo. Elias Leuites in lib. Bahus ſe cum eis contuliſſe narrat.

Ad Emanuelem & Ioannem Luſitaniæ Reges, ijdem literas & legatos mittunt, ad fœdus & amicitiam, confirmãdam, quam Emanuel per Aluareſium & eius comites poſtulauerat. *Ibid. & in Aluareſio qui hiſtoriam Æthiopicam deſcripſit.*

1524. ſecta Lutheranorum cœpit diuidi in Zuinglianos, qui tropum in verbis Sacramenti Euchariſtiæ inducunt, Caroloſtadianos, qui particulam, HOC, in verbis cœnæ Chriſtum ipſum

Anni mundi.		Anni Chriſti.
	227.	
5611	c CLEMENS 7. Florentinus familia Medicea an. 10. menſ. 10. dies 8.	1523
5622	Vacat d. 16.	1534

Patriarchæ.

Conſtantinopoli Ieremia.

Anni Chriſti.		Anni mundi.
1523	*Principibus.*	5611
	Solimano Turcor. Imp. 14.	
	Iſmaele Sophi Perſarum, deinde Tamma an. 42.	
	Carolo 5 Occid. Imp. & Hiſpaniæ rege.	
	Franciſco 1. Valeſio Franc. Reg.	
	Lebnadenghel Dauide Æthiopiæ an. 36. cum matre Helena.	
	Henrico 8. Angliæ,	
	Sigiſmundo 1. Poloniæ.	
	Ioanne 3. Portugalliæ.	
	Jacobo 5. Scotiæ.	
1534		5622

ipſum mensæ aſſidentem monſtrare dicunt, (hanc opinionem amplexati ſunt Anabaptiſtæ) & Lutheranos qui *in, cum, vel ſub pane* Corpus Chriſti eſſe aſſerunt. *Surius in hiſtor. Lauacherus in hiſtor. controuerſ. de Sacrament.*

An. 1525. Caroloſtadius Archidiaconus Vuitembergenſis, qui paulò ante primus omnium ſacerdotum noſtri ſeculi vxorem duxerat Vuimtemberge, opera & ſtudio Lutheri è tota Saxoniæ Ducis ditione profligatur. *Surius. Sleidanus lib. 5.*

Ruſticanum bellum pernicioſiſſimum & ſæuiſſimum contra Clerum, Principes & Magiſtratus initum prætextu libertatis Euangelicæ, cœpit aduerſus Comitem Luphium Sueuum anno 1524. Menſe Nouembri. Serpſit per totam ferè Germaniam, Alſatiam & Sueuiam anno 1525. quo Thomas Muncerus ſiue Monetarius, Cœleſtium Propheiarum hæreſiarcha, infinitam turbam ruſticorum ad ſeditiones concitauit, qui 200. arces & monaſteria in vna Franconia incenderunt: quique ad 130. millia (alij 150. milia, vt eſt in vita Clemẽtis PP.) in acie ceciderunt. Hic fuit exitus belli Ruſticani, quod intra vnum menſem Maium maiores cędes & vaſtitates attulit Germaniæ ſuperiori, quàm bellum decennale Hiſpanorum & Gallorum per id tempus Italię. *Sleid. lib. 4. & Sur. in hiſt.*

Bernardus Lutzembergus, Franciſcus Titelmanus minorita Louaniẽſi, Ioannes Faber Viennenſis Epiſcopus, Laurentius Campegius Cardinalis, Thomas Murnerus, fidei propugnatores inuictiſſimi.

1525. Lutherus ducit in vxorem Catharinam Boram, ſanctimonialem olim virginem. *Sleid. libro quinto Surius in hiſtor.*

1527. ſecta Anabaptiſtarum vigere cœpit. *Sleidanus lib. 6.* Eorum auctor variè refertur: alij volunt eſſe Thomam Muncerum, vt Sleid. lib. 10. alij, vt Echius contra confeſſionẽ Zuinglij, Baltazarem Pacimontanum, alij, vt Eraſmus Albertus, Caroloſtadium, alij, vt Antonius Coruinus, Zuinglium, alij, vt Staphylus, Bernardum Rotman, alij, vt Lind. Nicolaum Stolkium, ipſi ſe à Luthero originem trahere gloriantur, ob eius epiſtolam ad Vualdenſes, in qua ait melius eſſe omittere baptiſmum, quàm pueros ſine fide, id eſt non credentes baptizare.

Tunc quidam Anabaptiſta Sangalli oppido Heluetiorum fratri ſuo germano caput pręcidit, præſente vtroque patente, quibus perſuaſit (ó cæcitas!) id ſibi diuinitus imperatum, ſed a magiſtratu comprehenſus eandem pœnam & ipſe luit. *Sleid. lib. 6. Suri. in hiſtor. Gilbert. Cognat. in narrat. tragica.*

Hoc ipſo anno decreta fuit apud Bernates Heluetios, valdè pernicioſa diſputatio Catholicorum cum Zuinglianis, ſed nullus Catholicorum voluit àdeſſe (quòd Senatus Bernenſis leges diſputationis ipſis iniquas præſcripſiſſet) præter Conradum Tregerum prouincialem Auguſtinianum. Finita diſputatione an. 1528. 7. Cal. Ianuar. mox apud illos & aliquot vicinos, inter quos numerantur Geneuenſes, Miſſæ, aræ, & imagines deturbatæ & deiectæ fuerunt. Dies & annus abolitæ antiquæ Catholicæ religionis, aureis literis in columna inſcriptus eſt: vt teſtimonium apud poſteros extaret ſempiternum. *Surius in hiſt. Sleid. lib. 6.*

1528. Diſputatio Bernæ Heluetiorum de Euchariſtia, poſt quam planè deteriores euaſerunt amplexo Caluiniſmo.

Eodem acta fuerũt comitia Imperij Spiræ multis de cauſis, maxime de expeditione cõtra Turcos, & pace religionis. Tũc natũ eſt Proteſtantiũ nomen, eorum, qui proteſtantes ſe quibuſdam decretis eius cõuentus: ſalua conſcientia, ſubſcribere non poſſe, prouocarunt ad Imperatorẽ, *sleid. lib. 6. Suri. in Hiſt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi.

Eodem anno iussu Philippi Hassiæ Landgrauij fit conuentus Marpurgensis, vt Lutherani & Zuingliani inter se agerent de concordia religionis: sed, cùm decreuissent vt à scriptis famosis vtrinque abstineretur (quod Melanchthon violauit anno proximo) re infecta discessum est, Luthero recusante Zuinglianos fratrum loco habere, licet plurimum hortaretur Landgrauius, & Zuinglius palam cum lachrymis corã Landgrauio & omnibus rogaret, vt saltem frater, appellaretur à Lutheranis, *ex Lutheri scriptis Brentius in append. & Surius in hist.*

Mox mense Octobri iidem alteram disputationem instituunt Suabachi: sed cùm inter se conuenire non possent de cœna Domini, tertium colloquium indicunt Smalcaldię ad Idus Decembris (alij ad mens. Nouembris) sed nihil ad cõcordiam confici potuit, quam tamen plerique eorum optabant, vt facilius suas vires contra Imperatorem & Principes coniungerent. *Surius in histor. Lauatherus in histo. controuersiæ sacramentariæ Sleid. lib. 6. & 7.*

Anno 1530. comitia Imperij Augustana celebertrima præsente Carolo 5. Imp. in quibus Lutherani, Protestantes dicti, suam confessionem (quam Melanchthon composuerat) lingua Latina & Germanica scriptam obtulerunt, quam, licet postea sæpe auctam, emendatam & adulteratam, multi Lutheranorum tanti faciunt, vt malint de Paulo (ait Ioan. à Lasco in Epistola ad Regem Poloniæ) quam de ipsius doctrina dubitare. Zuinglianorum etiam quatuor vrbes, Argentoratum, Constantia, Memminga, Lindauium, suam confessionem ab altera longè diuersam, in eo conuentu exhibuerunt. *Surius in hist. Sleid. lib. septimo. Lauatherus in historia controuersiæ Sacramentariæ.*

1531. 5. Idus Octob. an. ætatis suæ 48. Zuinglius occubuit in prælio, quod Catholici (qui tamen erãt numero & apparatu bellico inferiores) Quinquepagici Heluetij, contrà Zuinglianos Tigurinos & eorum socios gerebant: eius cadauer postea exustu est. *Sleid. l. 8. Surius in histor.* Hinc illud cuiusdã.

Occubuit patrio bellator Zuinglius ense,
Et pressa est armis gens populosa suis.

Heluetij asperi montanique homines, soliti alij dissidentibus mercenaria auxilia submittere, inter se de religione acriter dimicarunt, ex vno fœdere, quo prius 13. pagi deuinciebantur, duo facientes.

Mense Nouembri proximo (alij aiunt triduo post mortem Zuinglij) obiit Oecolampadius, siue ab vxore in lecto extinctus, vt quidam aiunt, siue ignitis Satanæ telis & hastis cõfossus, vt scribit Lutherus lib. de Missa priuata, siue iuxta alios sui ipsius suorũmque manibus clam peremptus. *Lind. Dialog. 3. dubita.* Zuinglio successit Bullingerus Oecolãpadio Osualsus Myconius.

1534. Henricus 8. Anglus ab Ecclesia deficit, an. seq. Thomam Morum & Roffensem Episc. viros pios & doctos secuti percutit.

Eodem coacta est Synodus (sic ipsi vocabant) Constantiensis auctore Buccero, inter Lutheranos & Zuinglianos, in qua frustra laboratum est de concordia & pace. *Lauater.*

Tum Anabaptistæ, Monasterium vrbẽ Vuestphalię occupant, Nouam Hierusalem nominant, quam tandem amittunt in natali S. Ioan. Baptistæ, opera Episcoporum & Friderici Saxonis, qui Ioannem Lapidanum Sartorem illorum ducem, quem regem Israël & Sion appellabant, in spectaculũ caueæ ferreæ inclusit, atque è turris S. Lamberti fastigio suspensum inedia peremit, *Pet. Apianus 2 parte Cosmog.*

Anabaptistę Monasterienses an. 1535. vi homines ad suam hæresim compellentes, Ioannem de Leiden sartorem Regẽ eligunt, Clerum & Magistratus pellunt. Tandem sumptu &

Anni mundi.		Anni Christi.
5612	CONCIL. *Senonense prouinciale, ad reformationem morum & contra hæreses. Finitur anno 1528. Tomo 4. Concil.*	1527
	Ratisbonense ad reformandum clerum Germaniæ.	
	Hildemense.	
5615		1523

opera

Anni Christi. | Anni mundi.

opera Episcoporum, & Ioannis Friderici Saxonis electoris extirpantur. *Sleid. lib. 10. Surius in histor.*

1523 | 5611 — Ordo Sodalitatis diui amotis siue Theatinorum (posteà hoc nomen sortiti à Petro Carapha, qui factus PP. dictus est Paulus 4 Episcopo Theatino eam viuendi rationem suscipiente) initium Romæ accepit. *Diegho lib. 1. orthodoxarum explicationum.*

HVMANA.

Basilius Moscorum princeps, licet Græcos ritus sequatur, Demetrium Legatum ad Clementem Pont. misit, vt ex principe adoptaretur in regem, quod paulo ante per legatos suos, cum Maximiliano Cæs. tractauerat. *Iouius lib. 6. Viror. Illustr.*

Eum Mahometes & Abiagermani fratres Tartari, quorũ ille regnabat in Taurica, hic ad Citracam Volgæ in Hyrcanum erumpentis Emporium illò redegerunt, vt per Syngraphum Mahometi se perpetuo tributarium profiteretur. *Ibid.*

Ioannes & Olaus Magni Gothi fratres, Paulus Iouius historici. E quibus hic historiam omnium penè populorum sui temporis, ab an. 1494. vsque ad 1540. scribit. Illi de populis Septemtrionalibus.

Franciscus Alumnus Symbolum Apostolorum, & initiũ Euangelij Ioannis, quod à sacro recitatur, in Denarioli spatio, siue notis scripsit, stupentibus Imper. Carolo & Clemente Pontifice. *Petrus Aretinus.* Sic Iliadem Homeri nucis putamini inclusam, vidisse Ciceronem tradunt. Plinius lib. 7. & Solinus.

1526. Fœdus Mediolanensium, Gallorum, Anglorum, Venetorum, omniúmque Longobardiæ ciuitatum contra Carolum Imp.

Interfecto Lud. rege Vngariæ & Boëmiæ, à Turcis Ferdinandus Romanorum Rex vtrumque regnum consequitur: ob Annæ Ludouici regis sororis coniugium.

Sigismundus Pol. Dantiscum venit, hæreticos punit. Catholicos restituit.

1527. Roma ab exercitu Caroli Imp. Duce Carolo Borbonio capta direpta, incensa. *Eug in 8. Genes.*

1529. Sudor Anglicus exoritur, morbus antè incognitus, prænuncius hæreticæ pestis, quæ illum pop. erat infecturа duobus pòst annis.

1530. Florentia ab exercitu Imp. & Pontificis vi famèque expugnatur.

Eodem Francis. 1. Franc. Rex Gulielmo Budæo & Ioanne Belaio hortantibus, ad addendum Colophonem iis, quæ in Parisiensi Academia desiderabantur, destinato aureorum ducentorum honorario, Regios linguarum professores instituit. Hebraïcæ quidem Franciscum Vatablum, Græcè autem Petrum Danesium Parisiensem, Postea Episcopum Vaurensem. Quibus duobus continuo addidit Iacobum Tusanum Græcè, Agathium Guidacerium Hebraïcæ doctorem. Aliquantò pòst duos in Mathematicis Orontium Finæum & Ioan. Martinum Poblacionem. Denique auctore Petro Castellano Anagnioste suo, alios in literis Latinis Medicina, Philosophia adiunxit. *Carion. lib. 3. Ioan. Tol. in Chron.*

1534 | 5612 — Solymanus Turcor. Imperator an. 1526. Vngariam igne & ferro vastat, Budam diripit, Ludouico Rege Vngariæ eum exercitu cæso, Viennam obsidet. Idem postea an. 1532. alteram faciens irruptionem in Vngariam & Austriam, per 20. dies oppidulum Huns (iam à Turcis 13. oppugnatum) frustrà obsidet. *Iouius lib. 23. & 28. Carion. lib. 3.*

Turci non procul à Neapoli Austriæ cędunt, duce Sebastiano Sterlinio. Mare exundat in Hollandiam, Frisiam, Zelandiam, &c. Sophus duplici clade Turcos afficit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1534. Barbarossa Turcæ pirata, regnum Tuneti occupat in Africa. Vnde secuta expeditio Caroli 5. in Africa ad regem Muleassem, qui ad se confugerat, restituendum.

Catharina ex iuniore Laurentio Medice, neptis Pontificis, despondetur Henrico Valesio secundo regis filio, apud Massiliam vrbem anno 1533. Interfuit nuptiis Clemens PP. Præter materna oppidain Atuernis, 100. millia aureorum cum vnionibus, multisque gemmis & preciosa supellectile, dotis nomine Henrico accesserunt. *Surius histor. Sleid. lib. 9.*

Ferdinandus Cortesius post Columbum Ligurem, primus ab vltimo insulæ Cubæ promontorio, sub Cancri tropico ad Peruana & Cuscana regna aurifera peruenit: & cuidam regulo auxiliaria arma iungens, Mutezumam [alij Moteccuma, & Motecuma cin dicunt, estque vox Indica, *an* Regem significat *Motec* Mors, *cuma* Imperiū. Ei autem hoc nomen, fato quodam inditum fabulantur Indi: quasi futurus esset summus omnium imperator, & aliorum potentiam superaturus: cum interea seipsum cum regno perdiderit. Narrant id à numine fallo *Vitziliputzloc* qui in forma ignis appareret fuisse oraculi vice prænunciarum] potentissimum inter Mexicanos regem in Temistitana vrbe inter Tropicum Cancri & Æquatorem regnantem domuit, dum Barbari equitum conspectū & tormentorum bombum horrerent. Eique mortuo suffragiis multorum regulorum suffectus est eo titulo, vt Cæsaris supremi Imperatoris se vices gerere profiteretur. *Iouius lib. 6. Viror. Illustr.*

Ibi Deo, Christo, & Virgini aras extruxit & Baptisterium condidit, ad quod tincti sunt infiniti, aduenas Hispanos non homines, sed Deos arbitrati. Quin & duos illustres gentis proceres, publico decreto instructa legatione ad Cæsarem in Hispaniam, atque inde ad Clementem Romam miserunt: qui omnium nomine obedientiam pollicerentur. Quos Clemens cum multis muneribus ad suos remisit, cum Antonio Mendocio, quem Cortesio successorem Cæsar destinauerat. *Idem qui & eos se Romæ vidisse scribit.*

f Hoc Pontifice Orientales populi, per Iesuitas & Franciscanos è Lusitania conuertuntur. Eò enim nauigarant è Iesuitis an. 1541. primus omnium Franciscus Xauier, Nauarreus, vsque ad an. 1552. quo est mortuus, deinde Simon Roderi cus.

Sacramentariorum siue Zuinglianorum secta in Gallia innotescit anno 1534. 15. Calend. Nouemb. sparsis passim & affixis in aula Regia Lutetiæ famosis libellis contra Eucharistiæ sacramentum. *Ioan. Tit.* Vnde grauiter animaduersum est in hæreticos.

Ex tribus præcipuis sectis Lutheranorum, Zuinglianorum, & Anabaptistarum, Caluinistæ noui sacramentarij, Antinomi, Stancariani, Seruetiani, Suencfelsdjani, Glancularij, vulgò fratres Hortenses, Osiandrini, Vbiquitarij Trinitarij siue Deitæ (qui Trinitatem vocant Cerberum tricipitem) & tot tamque pugnantes sectæ & hæreses hoc ferè tempore natæ sunt, vt vix certus constet numerus. Quidam 52. alij 65. alij 90. numerant, at Hedio Zuinglianus epistola ad Melanæthonem conqueritur emersisse errores ferè 128. quos tamen multi pro verbo Dei venditent. Quales sint Staphyl. in Apologia, Lindanus in Dubitant. docent, *& Nos paulo post.*

Vatabli nomine noua Bibliorum versio conditur, Genevensibus, multis in locis impurior & indoctior, quam nec Vatablus agnouit, nec qui leuiter linguis tincti sunt, probant. Beza in Iconibus Leoni Iudæ Heluetio attribuit. Eius causa Robertus Stephanus Genevam sontium receptatricem profugit, surreptis secum Regiis characteribus: adulterinos

alios

Anni mundi. 5622

Anni Christi. 1534

228.

f PAVLVS 3 Rom. ex nobili familia Farnesiorum an. 15. di. 29. Vacat m. 2. d. 29.

Patriarcha.

Constantinopoli Ieremia, mox Dionisio an. 20.

Principibus.

Solimano Turcor. Imp.

Tamma Persarum an. 42.

Carolo 5. Occid. Imperatore, Hispaniæ Reg.

Francisco I. & post eū Henrico 2. eius filio an. 12. Franc. Reg.

Anni Christi. 1534

Dauide Æthiopiæ, cum Helena matre.

Henrico 8. Anglorum, deinde Eduardo 8. dict. 5. hæretico an ferè sex.

Sigismundo 1. Polonorum, deinde Sigismundo 2. cogno. Augusto an. 24.

Ioanne 3. Portugalliæ.

Iacobo 5. Scotiæ, deinde Maria filia, quæ Francisco Delphino nupsit his iam annis 38.

1549

Anni mundi. 5622

5637

alios partus vitis bonis & doctis suppositurus, vel genuinos, ritu loci, corrupturus. Quare Lutetiæ in stramineo simulachro vstus est, quod viuus capi non potuerit. *Beza in Iconibus, & in Passeuentio.*

Henricus 8. Rex Angliæ an. 1539. egit conuentum (Angli vocant Parlamentum) ordinum Regni in quo inter alia de religione decreta contra Lutheranos, edicit primo in Eucharistia sub panis & vini specie post consecrationem esse corpus & sanguinem Christi: nec amplius remanere substantias panis & vini. 2. communicare sub vtraque specie non esse omnibus necesse ad salutem, & sub alterutra esse totum Christum. 3. non licere nuptias sacerdotibus. 4. vota castitatis præstanda. 5. Missas priuatas retinendas. 6. confessionem auricularem esse ad salutem necessariam: iis qui secus docerent, vt hæreticis, supplicia grauissima constituit. *Sleid. lib. 12. Suri. in hist.* Talia decreta paulò post an. 1547. edicto publico abolentur sub Eduardo Rege, filio & fere eodem tempore Missa ibidem abrogatur. *Sleid. lib. 19 & 20.*

Ità cùm primis regni annis Deum sanctissimè coluisset, Ecclesiam Catholicam, libris etiam editis contra Lutherum, defendisset, Iulium Pont. Gallorum armis oppressum erexisset, Clementem Cæsarianorum impetu in vrbem facto captum adiuuisset, inter Catholicos reges belli & pacis pius arbiter extitisset, insano mulierum amore corruptus, duarum probarum & nobilissimarum vxorum repudiis, & aliarum duarum cædibus, vt Boleniæ adamatæ secundo, & Pariæ sexto coniugio iungeretur, an. 1535. à Maiorū religione defecit: & truculentus piorum carnifex euasit. Phischerio Episcopo Roffensi, à Pontifice in Cardinalem lecto: & Thoma Moro epistolarum eius magistro trucidatis: quòd sacrorum antiqua iura ardentissimè tuerentur. *Paulus Iouius, Georg. Lilius in Chro. Surius in histo. Sleidan. lib. 9.*

Ordo Societatis Iesu institutus ab Ignatio Loyola Cantabro, qui fuerat olim Dux Hispanorum, in arce Pompeiopolitana tunc obsessa à Gallis: à Paulo 3. PP. primùm approbatur an. 1540. & ab eodem confirmatur an. 1543. Post eum Iulius 3. Paulus 4. Pius 4. & Tridentinū Concilium sessi. 9. cap. 15. eum ordinem iterum confirmarunt. *Suri. in histor. Diegho. lib. 1. Oribod. explication.*

Martinus Bucerus ex Dominicano primò Lutheranus, postea Zuinglianus, tandem in magna Lutheranorum Synodo apud ædes ipsius Lutheri habita Vuitembergæ an. 1536. cum multis aliis à Zuinglianis ad Lutheri partes defecit (*Func in Chro. & Alan. Copus dialog. 6. Lauather in histo. controuersiæ sacram. id etiam testantur eius synodi acta publicè edita*) præcipuos duos errores Zuinglianorum reuocans, de Baptismo paruulorum, quem negant esse necessarium, (hoc enim ipse antea scripserat in Math. cap. 3. Quosdam infantes sine baptismo æternam vitam consequi, quosdam licet baptizatos delabi in infernum) & de Cœna. *Ipse in Comment. in Ioan. cap. 6. & Math. 26. Vbi veniam precatur à Deo & Ecclesia, quod multos Zuinglij hæresis fascinauerit, quam tamen antea scripserat in epistol. ad Norimbergenses esse diminutus à Christo traditam, & Lutheri doctrinam esse nugas & cum sacris literis pugnantem: imo in epistol. ad Eslingenses vocauerat Lutheranos fanaticos, suermeros, furiosos, &c.*

Collegia equitum Teutonicorum in Prussia & Liuonia sublata sunt, amissis per discordiam religionis, & luxum arcibus & vrbibus suis, quas Poloni, Dani, Suetij, Mosci occuparunt.

An. 1545. Lutherus quē tertium Heliam quidam ausi sunt vocare, Puellam quandam dæmoniacam, è Milnia Vuitembergā ad se deductā, cùm à dæmone liberare conaretur suis exorcismis: in quodā sacrario parochianæ ecclesiæ inclusus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi dæmonem cœpit adiurare, eius voce ita est pertertitus, vt statim de fuga cogitarit, sed cùm ostium ita malus dæmon obstruxisset, vt neque foris neque intus reserari posset, in eas venit angustias, vt etiam per fenestras cancellis ferreis obductas erumpere conaretur. Verùm non prius reperit exitum, quàm securi ferrea per cancellos immissa, ostium confringeretur à Staphylo tunc iuuene & eius auditore; qui hanc historiam vt viderat scriptam reliquit Apologi. 2.

Anno seq. 1546. 12. Calend. Martij, & ætatis 63. Islebij, cùm vesperi bene potus ac hilaris in lecto cubuisset, manè repertus est mortuus. *Hos. lib. de Haer.* Iustus Ionas cocus ipsius, libro de eius vita & obitu, refert Lutherum paulò ante mortem sibi, Cælio, & aliis qui tunc aderant, dixisse: Orate Deũ pro Domino nostro Deo (ineptissima locutio) & eius Euãgelio, vt ei benè succedat, &c.

Eum sub mortem probasse dogma Zuinglianorum, de Eucharistia contendunt ministri Heildelbergenses: in libro Germanico, qui inscribitur, Acta colloquij Mulbrunensis fol. 217.

Monialem ex Monasterio Nymicensi raptam Catherinam de Bore vxorem duxit. *Turianus lib. 5. de epist. pont. cap. 2.*

Carolus 5. Imp. anno 1547. pactis cum Turca induciis, & pace cum Gallo confecta, instigante Paulo PP. bellum gessit contra Protestantes (eorum exercitus creditur fuisse supra 60. millia) quos fœliciter simul cum tota Germania domuit, Vuitembergensi Duce omnibus facultatibus exuto, captisque Ioanne Friderico electore Saxoniæ, & Philippo Landgrauio Hassiæ: mulctatisque ingenti pecunia ciuitatibus, quę contra se arma tulerant: vnde ob res tam præclarè gestas cognomentum Maximi & Fortissimi accepit à Pontifice. *Suri. in histor. sleid lib. 19.*

Eodem anno celebrauit comitia Augustana, pro pace religionis & Reipub. in quibus omnes Principes, excepto Saxone, Concilij Tridentini decretis se submittunt. Formula quædam (quæ passim dicebatur Interim) certa capita doctrinæ, & ceremoniarum, & emendationis Ecclesiasticæ continens: omnibus per Germaniam obseruanda preci pitur, vsque ad Concilij definitionem. *Surius. in histor. Sleid. lib. 21.*

In odium Romani pontif. qui Catharinæ matertęr Caroli Imp. legitimę & priscæ vxoris repudium anathemate damnauerat, templa expilauit, sacra vasa conflauit, Cœnobia euertit, multis piis, seorsum Carthusianis, martyrio affectis. Diuorum ossa & cineres in Fl. Tamesim proiecit, Ecclesiæ redditus & latifundia in fiscum redegit, leges fecit an. 1534. in publicis comitiis ad 3. Nouembris, quibus se caput Ecclesiæ Anglicæ appellauit, & sibi eo nomine annatas Sacerdotiorum, decimasque persolui iussit. Ecclesiæ Doctrinam & religionẽ & ritus, quæ contra Lutherum libris defenderat, immutauit: tot tamque impia aggressus, vt eum iterum Pont. anathemate percusserit, & eius regnum primo occupaturo addixerit. Eduardum filium regni ac impietatis hęredem reliquit. Vnde ex eo tempore Anglia, in eum horrorem deducta est, qui etiamnum hodie magno proborum dolore cernitur. *Hæc ex huius temporis historiis.*

Catharina regum Hispaniæ Ferdinandi & Elizabeth filia, quæ regi Arcturo Anglię fuerat per verba de præsenti desponsata, eodem absque liberis defuncto, per dispensationem Iulij secundi nupsit Henrico octauo matrii fratri, ex quo Mariam genuit. Hinc postea Henricus causari cæpit non potuisse summum Pontificem super Matrimonium eius cum fratria dispensare, vt potiretur nouis nuptiis. Hinc illa malorum hydra, quæ Angliam hæresum clade prostrauit. *Soto. in 4. Sententiæ D. 41. Art. 3.*

Anni mundi.		*Anni Christi.*
5624	CONCIL. *Colonienſe, prouinciale præſide Hermano Archiepiſcopo (qui poſtea in hæreſim lapſus eſt) ad reformationem Cleri, & de dogmatibus & ceremoniis religionis. Tom. 4. lib. Concil.*	1536
5633	VIGESIMVM *Generale Concilium Tridentinum contra Lutheranos & alios hæreticos, præſidibus tribus Apoſtolicæ ſedis Legatis, præſentibus quibuſdam oratoribus Principum Chriſtianorum & circiter 24. Epiſcopis, celebratum contra hæreſes, abuſus, & corruptos mores tàm Laicorum quam Clericorum. Bellis ingruentibus tranſfertur Bononiam an. 1547. licet Epiſcopi & Theologi Imperatorij manſiſſent Tridenti, iuſſu Imperatoris. To. 4. Cöcil. Sleid. lib. 19.*	1554

1535.

Anni Christi.		*Anni mundi.*
1548	*Treuerenſe prouinciale, reformatorium, vt vocant, præſide Ioanne Archiepiſcopo Treuirenſe. Tom. 4. Concil.*	5636
1548	*Auguſtanum dioceſanum, ad reformationem Cleri, præſide Othone Cardinale Auguſtano Epiſcopo. To. 4. Concil.*	5636
1549	*Treuirenſe alterum, eodem præſule, tom. 4. Concil.*	5637
1549	*Moguntinum, prouinciale, de fide & moribus, præſide Archiepiſcopo cum ſuis ſuffraganeis. To. 4 Conc.*	5637

1535. Genuenſes penitus Catholicam eiurant, exactisque Episcopo & pastoribus, Caluino se deformandos tradunt.

Eodem prima Gallica Bibliorum interpretatio, auctore quidem Petro Roberto, adiutore autem Ioan. Caluino Valdensiũ sumptibus absoluitur Neocomi, vt quòd hodie Biblia Gallicè leguntur, Valdensium Ecclesiæ merito feratur. *Beza in Iconibus* mentitur. Nam multo antè extabant à Caroli 5. cog. Sapientis temporibus, cuius primum exemplar ostẽditur in Bibliotheca regia, nempè ab an. 1374.

Zuingliani & Lutherani crebras synodos priuata auctoritate celebrant, in quarum vllis, cùm de ipsorum concordia ageretur, nunquam potuerunt inter se conuenire. Ioachim. Vadianus lib. 3. Aphorismorum.

Ab anno 1548. quo sunt Boëmia à Ferdinando rege eiecti fratres Boemi ob religionem, maiorem Poloniam incolunt. *Lasicius in Moscouitica Theologia.*

Ioannes Hofmeisterus, Iulius Pflugensis, Georgius Vuicellius, Dominicus Soto, Isidorus Clarius, Ambrosius Catarinus, Petrus Lysettus Abbas S. Victoris, Aloysius Lypomanus Episcopus Veronensis, Alphonsus de Castro, fidei Catholicæ propugnatores.

Damianus Goes eques Lusitanus & Aluaresius æthiopiæ, Ioan. Osorius Indiæ siue de rebus Emanuelis historiam conficiunt.

An. 1535. Carolus Imp. Tunetum Africæ capit 1542. Algerum Africæ oppugnat, sed naufragium passus repellitur. 1544. Africæ regnum per suos obtinet. 1550. Aphrodisium, quod nunc Africa, per Hispanos occupat.

An. 1536. Rex Portugallię: magnam Indiæ maritimæ partem consequitur.

An. 1538. Pax inter Regem Franc. & Carolum Imp. non diu duratura, vnde & 1540. Carolus Parisios amicus venit. 1544. hostis eam vt expugnaret.

Regem Thabor Christianum regionis Tartariæ, qui an. 1540. traiecerat in Europam ad Regem Francisćum deinde ad se, quòd Hispanos ad Iudaismum sollicitaret, in Hispania combusti.

An. 1544. Vuillelmo duci Cliuensi, quòd Gallo adhæreret, ad obedientiam compulit, adempto ducatu Geldrensi.

An. 1546. bellum contra protestantes incipit, in quo Io. Fredericus Saxo capitur & Landgrauius vincitur.

1535. Rotæ supplicium primùm in Gallia, aduersus Latrones decernitur. *Appendix Carionis, & Tilius.*

1539. Franciscus rex vetuit, ne decreta, vt antea, latinè fierent. *Matarellus contra Francogalliam. Leo Tripaldus in Cels. Hellenismo.*

1542. Maria Stuarda Iacobi 5. Scotiæ Regis filia, quòd suscepta esset è Guisianorum principum familia, post patris mortem in Gallia sub tutoribus degit: tandemque ducitur à Francisco Franciæ Delphino, qui postea rex huius nominis secundus fuit.

Obierunt Lutetiæ Guilelmus Budæus an. 1539. *Tili.* in Germania Ioannes Eckius & Albertus Pighius an. 1543. *Suri.* Lutetiæ Franciscus Vatablus, Iacobus Tusanus è primis Regijs professoribus an. 1546. eodem quidem die & anno, sed non eadem hebdomada: Beatus Rhenanus an. 1547. Andræas Alciatus Papiæ an. 1549.

An. 1548. Ioachimus Perionius Benedictinus Theologus Parisiensis, Philosophiæ Aristotelicæ curriculum ita Latinè & Ciceronianè primus vertit, vt deinceps Philosophi Latinè loqui cœperint, qui antea erant infantes, & paulatim dediscere barbariem, qua eorum disciplinę & libri erant fœdati. Repudiatis veterum versionibus & formulis, hoc diuinũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni Christi.		Anni mundi.	
	229.		conabatur. *Iouius ibid.*
	* IVLIVS 3. Rom. sed	5638	Anno 1542. Aden & Arabiæ fœlicis magna pars Turcæ cessit per Solymanum Bassam, fraudè illicientem in suam nauem regem loci, atque illic eum perfidè strangulantem.
1550	ex Aretina diœcesi		* BELLVM Lutheranorum contra Zuinglianos, propter ciuilia bella Imperatoris aduersus Protestantes & hæreticos, simulata cõcordia triennio intermissum, instauratur an. 1552. à Ioachimo Vuestphalo, edito libello, Sacramentariorum confusaneas & inter se dissidentes opiniones de cœna Domini continente. Tale dissidium nunquam postea potuit extingui, sed magis ac magis exarsit, scriptis ab vtriusque partibus doctis & indoctis multis libris, orationibus, dialogis, confessionibus, epistolis, adeò vt maiori quàm vnquam antea impetu, sursum & deorsum res agitata fuerit. Lutherani multas habuerunt Synodos, quibus de opprimendis Sacramentarijs actitarunt: multi eorum se iunxerunt Catholicis, vt Zuinglianos facilius opprimerent (sic nuper factum est Antuerpię) in quos tanquam pestilentissimos hæreticos acerbè inuehebantur, eisque aqua & igni interdicebant: nec erant contenti, nisi omnes expressè profiterentur se Corpus & Sanguinem Christi corporaliter & substantialiter ore corporis, quin & impios quoque, manducare. Erant in hoc negotio vehementes scriptores, ex Lutheranis Ioachimus Vuestphalus, Ioan Timannus, Erardus Suepstius, Erasmus Albertus, Stolzius, Brentius: ex Sacramentarijs Henricus Bulingerus, Ioan. Calumus, Bernardinus Ochinus, Ioannes à Lasco. Hæc & alia multa scribit Ludouicus Lauatherus Zuinglianus. *in historia controuersiæ Sacramentariæ.*
1555.	oriundus. an. 5. mens. 1. di. 16.	5643	Quidam hoc tempore, qui per Galliam dicebat se habere Spiritum D. Ioannis Euangelistæ, exuritur Tholosę, alter visus est Lutetiæ & Basileæ, qui genio Petri duce se frui contenderet: alius etiam Basileæ ausus est asserere se Mosis angelum habere. *Surius in hist.*
	Vacat di. 17.		1550. Petrus Caroli è doctore Theologo Ministet, postquàm Caluini in sanctam Trinitatem & Symbolum Nicenũ blasphemias prædicatione, deinde scriptis pudendas reddidisset: ad se & Catholicam reuersus, eum tam priuatim, quàm publicè in Synodo Bernensi expugnauit, indeque Romam profectus, vt veniam apostasiæ consequeretur: illic tandem apud Cardinalem Lenuncurium piè & laudatè moritur, præsente D. Lenuncurio nepote, qui etiamnum hodie multis nominibus in nostro regno floret. Hęc contra putidum Bezæ mendacium, qui vt triumphati sui magistelli honori consulat, eum miserè Romæ in publico Xenodochio perijsse scripsit.
	Patriarcha.		[Iste Lenuncurius nepos fuit factus Cardinalis & strenuè dignitatem sacrosanctæ sedis tutatus est: cum Regio nomine.]
	Constantinopoli Dionisio.		Dauid Georgius impudenter per Hollandiam & Frisiam scribebat se esse verum Messiam & Dei nepotem, & non ex carne natum, sed ex S. Spiritu.
	Principibus.		Ionas cocus Lutheri se Iustum Ionam prædicabat, Osiander se Enochum secundum. *Surius in hist.*
	Solimano Turcor. Imp.		Rodolphus à Moshan decanus Patauiensis, Lutheranismũ & Papatum (sic Ecclesiam Catholicam vocabat) Antichristo iungebat, & se vtriusque partis mediatorem constituebat, ait Osiander.
	Tamma Persarum.		Obijt Martinus Buccerus in Anglia an. 1551. 5. Cal. Mart. Scribunt quidam se ex fide dignis & ab eius discipulis accepisse, ipsum moribundum dixisse Iesum Christum non fuisse verum illum promissum Messiam, sed alium nobis expectandum. *Lind. dial. 2. dubita.*
	Carolo 5. Occid. Imper. & Hispaniæ Reg.		An. 1552. Grauis controuersia de Iustificationis arti-
	Henrico 2. Franc. Rege.		
	Dauide Æthiopiæ, deinde Asnasaghet Claudio.		
	Eduardo 8. dict. 5. Anglorum, deinde Maria sorore Catholica cum Philip. Hispaniarũ an. 5.		
	Sigismundo 2. cog. August. Polonorum.		
	Ioanne 3. Portugalliæ.		
	Maria Scotiæ.		

Anni mundi.		Anni Christi.
	beneficiũ manauit longiùs. Nam & Theologi, Medici, Iurisconsulti certatim sese ad eius imitationem componentes, antiquam Cypriani, Arnobij, Lactantij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Cornelij Celsi, Vlpiani & similium elegantium reuocarunt: velut postliminio, impuritatem loquendi è suis scholis & libris depulerunt, suumque sæculum adeo facundũ reddiderunt, vt cũ quouis de ea laude facile possit contendere.	
5637	Mattinus Cromerus elegantissimè libris 30. & vna oratione funebri de Sigismundo 1. Historiam rerum Polonorum ab an. 550. ad 1548. complectitur.	1549
	Carolus Imper. celebrat an. 1541. Comitia Ratisponæ cùm Turcis resistendi, tùm religionis componendæ causa, sed soluta sunt re omni infecta. *Suri. in histor. qui hac in re impudentissimi mendacij arguit Sleidanum.*	
	Germania postquam maxima ex parte à Religione defecit, etiam Cæsaris maiestatem & authoritatẽ negligere cœpit. Hinc Plebeij à Nobilibus passim tota Germania defecerunt & per cohortes distincti, in eos eorumque fortunas cæco impetu corruerunt, nec bellum tam latum extingui potuit, nisi post supra centum millia hominum maximè Rusticorum occisa.	
	Hanc calamitatem secuti sunt motus Principum Germaniæ, qui Cæsaris maiestatem imminuentes, eodem quod excitarant, incendio conflagarunt.	
	Hinc Turca Viennam bis adortus, omnia circum finitima loca igne & ferro longe lateque partim populatus est, partim cepit. Illinc Moscus inuasit Dorpatium in Liuonia imperio subiecta.	
	Seditio Aquitanica excitatur an. 1548. ob salinarum vectigal, & extraordinaria tributa: demùm comprimitur, seditionis grauiter castigatis à Rege Henrico, misso illuc cum exercitu Anna Momorantio Conestabili.	
	An. 1535. Carolus 5. Tunetum Solimano extorquet: Gouletam arcem expugnat: regnum Tuneticum totum recipit, & Regem Altzacheum siue Mulcassem antè pulsum restituit. *Paradinus.*	
	Mulcasses Tuneti rex ab Ariadeno Barbarussa regno spoliatus à Carolo 5. restitutus est, cuius causa ad nostra vsque tempora Tuneti reges, regi Hispano subduntur. Iterum ab Amida filio pulsus fuit, à quo oculorum vsu priuatus est, candenti scalpello, proscissa vtriusque pupilla, sicut ille suis fratribus olim fecerat.	
	Ariadenus cog. Barbarussa è Lesbo insula, piraticam cum fratre Horucio exercens: rex Algeri in Mauritania euasit, vndique oram Hispaniæ, Italiæ, insulásque omnes maris Mediterranei populatus: & Turcarũ classi à Solimano præfectus. Deinde incidentibus inter Hispanos & Gallos bellis, cum ingenti classe Francisco Regi opem tulit, gementibus pijs, quibus impiorum à Christi nomine abhorrentium fœdera improbantur. Quod cum euentu congruit. Nam Barbarussa in Prouincia apud Tolonem hyemans, Prouincialium tantum bona & opes consumpsit. Sequenti anno vastata Hetruriæ ora atque insulis Ilua, Igilio, Ænaria & Lippara afflictis Constantinopolim rediens, exploratis Galliæ portubus & locis, ed introducendos, cum erit commodum, Turcas, Afanem filium Algeri Regẽ reliquit. *Iouius libro 6. Vir. illust.*	
	Eodem tempore Sinas Iudæus è piratica à Solimano accersitus & subito mari & Iudicio præficitur, vice Solimani Epirotę Eunuchi qui Lusitanorum nauigationes ex India Aromatum merces in Europam aduehentium, magno Mempthici portorij & vectigalis detrimento, fructia intercludere	

Universidad de Deusto
Biblioteca

culo & Dei iustitia inter Andræam Osiandrum & alios Lutheranos præsertim Vitembergenses. Iam ab an. 1548. Mathias Flaccus Illyricus turbare cœperat hæreticos Saxoniæ & vsitatam illorum doctrinam miscere.

Tum Mauritius & Albertus in Carolum Imp. arma capiunt propter diu in captiuitate detentos duces & Concilium Tridentium an. superiore inchoatum.

Vita defuncti sunt Fridericus Nausea, Andræas Asiander (quem hoc tempore fuisse vnicum veritatis assertorem audet scribere Funccius in Chro. Eum autem plane mutum obijsse ait Palladius) Conigpergij, & Gaspar Hedio Argentini. an. (isti duo eodem die) 1552. *Sleid. lib. 24.* Lyzetus Lutetiæ an. 1554.

Siud à Nestorianis Syriæ, Assyriæ, & Persiæ Patriarcha Mozal siue Seleuciæ Parthorum designatus an. 1552. Romam venit, vt à Pont. vngeretur, cum Epistola populi Nestoriani, in qua summum Pont. Patrem Patrum & pastorem max. nominant, Petrum temporis nostri, Paulum dierum nostrorum, cinguloque comprehendentem vniuersum Christianorum cœtum, vicarium Christi, clauigerum regni cælestis, Murum fortis ciuitatis & matris ciuitatum Romæ, quam piscatus est Petrus Apostolorum princeps & prudens Architectus Paulus. Addunt se mittere magistrum nostrum Siud virum doctum, temperantem, cælitum charitate præditum, excellentem omni vitæ probitate, quia Sacerdotium nostrum (inquiunt) à priscis temporibus à Roma est, quæ est Sedes Petri, dolentque iam 300. annis viam interceptam esse, quominus Romam tuto venire queant. Professio autem fidei Siud, quam Romæ professus est ore & scripto an. 1552. edita & versa est ab Andræa Masio. In ea recipit omnia concilia, quæ Romana Ecclesia admittit, eiurat nominatim Nestorium, vt iam Christiani illi non videantur dici Nestoriani à Nestorio hæretico, sed à gente quapiam.

An 1553. quidam ordinis Patricij in ius vocatus à plebeio, cui debebat aureos ferè 300. petens dilationem 8. dierum ad respondendum iurat facta imprecatione (constabat autem ipsum falsò iurare) se dolo cum eo non agere: vix extra palatij scalas delapsus, cecidit similis apoplectico & sexto die moritur. *Appendix Carion.*

Catholica religio magna ex parte restituitur in Anglia, & Euangelici egregiè mulctantur, translato per mortem Edouardi ad Mariam reginam Imperio, Philippo Caroli Imperatoris filio desponsatam. Anno sequenti 1554. prorsus restituitur, & Euangelicis diffugientibus. Tota Anglia Ecclesiæ conciliatur, accepta in regni Comitijs generali absolutione schismatis commissi contra Ecclesiam, Rege & Regina cum cæteris qui aderant ad genua Cardinalis Reginaldi Poli procumbentibus. *Suri. in hist.*

1554. Ioannes Moscorum Cæsar in tres monachos apostatas hæresis Lutheranæ veneno infectos sæuire voluit: sed illi se fuga celeri è Moscouia in Lituaniam receperunt. *Lascius Lutheran. libello de Theologia Moscouitica.*

Polonos istorum receptatores ex eo tempore odit grauius. Quare susceptis in eos aliquot expeditionibus, tres iam & septuaginta arces Lituanicas occupat. *Idem è Michalone Lituano de emendanda Theologia Lituanica.*

Cùm Andræas Zebedæus & Ioannes Angelus ministri Zuingliani, ille Nyonis, hic Butsini oppidorum Bernatensium, publicè in suis concionibus & priuatis colloquijs hæresi notarent Ioan. Caluinum, ipse cum suis quibusdam discipulis Bernam profectus an. 1554. mense Nouembri, in eos actionem calumniarum intendit: illi contra collectos ex eius libris Latinis & Gallicis, articulos 15. de prædestinatione & repro-

Anni mundi.		Anni Christi.
5639	CONCIL. *Tridentinum ex Bononia reducitur Tridentum, sed post 8. menses quàm cõtinuari cœperat, bello Germanico dissoluitur. Surius in histo. Sleid. lib. 24.*	1551
	Augustanum Diœcesanum.	
	Treuerense Diœcesanum.	

Aliud Treuerense.

230.

Anni Christi.		Anni mundi.
1555	g MARCELLVS 2. natione Tuscus, oppido Politiano humili Ceruina familia ortus, pius ac doctus, dies 22. Vacat d. 22.	5543
	Patriarcha.	
	Constãtinopoli Ioasaph an 8.	
	Principibus.	
	Solimano Turcorũ Imp.	
	Tamma Persarum.	
	Carolo 5. Occid. Imp.	

& reprobatione, hæreticos esse pœna incendij docendum susceipiunt: & præterea conquerontur quorundam Francorum exulum clandestinis persuasionibus suos Bernenses Geneuam attrahi, vt illic cœnam de Caluini manibus sumerent. Itaque Senatus consulto Bernensi cautum est anno 1555. 3. Non. April. ne Geneuenses libros, quibus huiusmodi articuli continerentur (qualis est institutio Caluini) deinceps ederent aut etiam venderent: vtque formula solius Catechismi Bernensis retineretur, repudiato Geneuensi. *Hæc Carol. Molineus in libello Gallico, quem pro sui defensione contra Caluinistas, nomine Simonis Challudri edidit. pag. 62. 63. & 64.*

HVMANA.

Henricus Franc. Rex prætextu tituli quo se libertatis Germaniæ & Principum captiuorum vindicem appellabat, an. 1552. ingenti cum exercitu progressus, tres Episcopatus, Tullum, Verodunum, & Metim Imperio subtrahit: Lotharingiam occupat, Ducem puerum 9. annorum in Gallias mittens, eique filiam suam in matrimonium spondens. *Sleid. lib. 24. Surius in histor.* Eodem anno cùm Carolus Imperat. Metim per vnum mensem obsedisset, hiemis intemperie obsidionem soluere cogitur. *Sleid. lib. 24.*

Turci à Persis magno prælio vincuntur.

Claudius, quod est Baptismi nomen grate ista in Æthiopia regnat. Vocatur autem altero nomine, à parentibus ei natiuitatis tẽpore impositio, Azuaphsaghet, cuius expositio est, *Adoratur à finibus terræ.* Sunt autem omnes reges Æthiopiæ vsque ad nostra tempora 165. quibusdam, qui locij in regno fuere, minimè hic in supputatione connumeratis. *Marius Victorius scribens an. 1552.*

g PRIMVM Marcelli nomen retinuit. Obiit die 22. non sine veneni suspitione, quòd nimium rectus quibusdam futurus videretur. *Ostendit tantum terris hunc, esse neque vltra,* permisit Deus.

Non ex scrutinio. i. codicillis solis, vel ex codicillis & accessu electus est Pontifex, sed eo creandi Pontificis modo, qui per adorationem dicitur. Hoc autem est, cùm duæ partes Cardinalium, non expectato, vt vocant, scrutinio, sed voce tenus, omnium consensu & voluntate quem piam in Ro. pontificem Lilutant ac venerantur. Qua ratione etiam Iulius 3. & Paulus 4. renunciati sunt. *Onuph.* Modus ex scrutinio est duplex, vnus ex codicillis siue tabellis solis. Alter è codicillis & accessu, quando ad complendum codicillorum duplum numerum vocum accessio totam electionẽ perficit. *Idem.*

Cæterum sæpe variatus est mos eligendi Romani pontificis. Primum D. Petrus suos successores designauit Linum, Cletum, & Clementem. Anacletus & cæteri vique ad secundum schisma inter Damasum & Vrcisinum, Cleri & Populi suffragijs creati sunt, & ab Episcopis, si qui forte præsentes essent, vt ex Cypriani epist. 52. colligere est. Tum autem in electione Damasi interponi cœpit Imperatorum auctoritas. Et primum quidem in schismate duntaxat, ad sedandos tumultus, vti à Valentiano res composita est inter Damasum & Vrcisinum: ab Honorio inter Bonifacium & Eulalium: à Theodorico rege inter Symmachum & Laurentium. Deinde etiam extra schisma, ne fortè tumultus contingeret. Imo eo res paulatim decidit (*Tyranni solent suam exaggerare licentiam*) vt sine illorum assensu, consecrationem non auderent suscipere. Durauit hic mos ad Imp. Constantinum 3. qui sanctitate Benedicti 2. permotus, liberam potestatem soli Clero populoque Rõ. eligendi & designan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

di Pontifices reddidit.

Postea Adrianus Papa, conuocata ad hoc synodo Lateranensi Episcoporum 153. (quod antea nulli Imperatorum cōcessum fuit) etiam eligendi Pontificis ius (ob pulsos Italia Longobardos) Carolo Mag. concessit, sed illi iuri, paulo pòst filius eius renuntiauit. 63. *dist. C. Ludouicus, Vt inquo, Vnde nec nisi ad tempus concessum fuerat.*

Sic libera denuo fuit Romanis electio & consecratio Papæ, per multum temporis vsque ad Leonem 8. Qui cum ab Ottone primo Germ. vi & armis in sede Apostolica collocatus esset, denuo à Clero & Plebe ad Imperatorem ius omne eligendi transtulit.

Quo abusi sunt Ottonis successores ad Henricum vsque 4. donec ad Ecclesiam iterum reuocaretur à Gregorio 7. etiam paulo ante eius pontificatum, qui tum Hildebrandus dicebatur, vir à Deo datus ad sedem Apostolicam tyrannide Imp. Germanicorum liberandam, occasione schismatis inter Benedictum, Syluestrum, & Ioannem sub Henrico Imp. 3. Nam Stephanus 9. Nicolaus 2. Alexander 2. sine assensu Imperatoris creati sunt. Quod cum iterum surreptitiè impetrasset à Paschali 2. Henricus 5. per ipsum Paschalem denuo reuocatum est in synodo Lateranensi.

Ita postremo ad solos Cardinales ius peruenit Nicolai secundi decreto, nisi quòd aliquoties postea interceserunt Cleri populique Rom. suffragia, donec constitutiones de electione in Conclaui in celebranda æditæ sunt in Conc. Lugdunensi, à Gregorio 10. *Hæc ferè ex Pamelio in epistolam Cypriani 52.*

Ioasaph, siue Iosaphat, è monacho creatus Patriarcha Constantinopolitanus, eodem cum Marcello tempore, vsque ad 1563. per annos octo, quando Metrophanes successit.

Marcelli familiaris fuit Petrus quidam Æthiops è quo Marianus Victorius Reatinus linguam Æthiopicam didicit, an. 1552. Institutionibus de ea æditis, nunquam antea à Latinis visis. *Ipse in illis instit.*

An 1555. Viennæ Austriacæ primùm editum est nouum testamentum, lingua & Charactere Syriaco, rogatu Mosis Mardeni Mesopotamij, quem Patriarcha Antiochenus ad id in Europam destinauerat: iussu autem & liberalitate Ferdinandi Imp. designati. Præfuerunt operæ Ioan. Albertus Vuidmanstadius Iurisconsl. & Austriæ Cancellarius & prædictus Moses.

Hoc tam insigne opus aliquot annis pòst, quidam Tremellius Emanuel ex Iudæo indocto indoctus Capharnaita & Sacramentarius cuculli dominicani excussor, Geneuæ characteribus Hebraicis incredibili peruersitate publicauit. Primò sustulit titulos epistolarum & Euangeliorum per totum contextum inspersos, è quibus apparebat admirabilis omniū Ecclesiarum Orientis cum Romana consensio, vt de sacrificio Altaris siue Missa, de adoratione S. Crucis, de Ieiuniis, de Quadragesima, de cultu Diuorum, de festis eorundem, de ordinationibus Ecclesiasticis &c.

Deinde tabulam Euangelicarum & Apostolicarū lectionum suppressit, sicut hæ in dominicos & festos dies anniuersarios Ecclesiæ Syriacę ritu distribuuntur: è qua ritus, ceremoniæ, cultus & cæteri sancti religionis ipsorum actus discebantur, & nostris simillimi conspiciebantur.

Tertio multas motiones quas putabat inanes, præ imperitia subduxit, in earum locum affixis pro libidine punctis contra analogiam, vsum & Phrasim Syrorum. Quam infantiam, vt clarius ostenderet, breuissimum Alphabetum editioni subiunxit inscitiæ plenissimum, antiquæ nec recenti Grammaticæ consonans.

Anni mundi.		Anni Christi.
5643	*Henrico 2. Franc. Reg.*	1555
	Arnaphsaget Claudio Æthiopiæ.	
	Philippo 2. Hispaniæ rege qui etiamnū regnat.	
	Maria Philippi huius uxore Angliæ Catholica.	
	Sigismundo 2. cog. Aug. Poloniæ.	
	Ioan. 3. Portugalliæ.	
	Maria Scotiæ.	

Anni Christi.	Anni mundi.	
1555.	5643	Vnde si eius editionem Syri legerent, se Syriacè illic nihil aut parum legere faterentur. Quarto non modo literas Protractionis sustulit, quod Marrani impudentiam, simul ac inscitiam, eleuare vtcumque potuisset, sed & Consonantes, præsertim literam Nun, cuius loco solet substituere Iod, quod nesciret apud Syros literam Nun esse symbolum tertiarum personarum futuri, æquè ac primarum pluralium. Quod discere potuit non modo è lingua hodierna Syrorum, cuius se illic expertem prodidit, verum etiam è suis veteribus Talmudicis & Baal Haruch, qui etiam sic loqui solent. Postremò Guidonis Fabricij Boderiani docti & Catholici laborem per plagium sibi vendicauit, qui illud ante è characteribus Syriacis in Hebraicos transcripserat: & addita latina interpretatione Antuerpiæ Plantini typis emiserat, nisi quòd dum fationes, & apparatus per cunctas Indicia Theologicarum Academiarum, & priuilegia Regum & Principū tribus aut quatuor annis expectantur, publicatio in annum 1572. relecta est, quam iste anteuertit an. 1569. Quæ quāuis publicè, aliquot D. Pauli epistolas Syriacè prælegendo, satis docuerim, hìc tamen repetere volui, ne quis Marrano hæretico, in linguis peregrinis fidendum putet. Ioan. Lascus Polonius, Episcopi dignitate excidens, primùm Lutheri, deinde Zuinglij dogma suscepit. Tandem ne frustra nixus penitus videretur, ab Eduardo Rege Angliæ profugus, obtinuit, vt peregrinorum Episcopus & superintendens vocaretur. *E defens. secundo contra Vuestphalum.* Ioannes Caluinus ex matre pontificij sacrificuli concubina, Canonicus Nouiodunensis. *Vuestphalus Lutheranus in Apologia*, incipit clarescere & de fori rabula, Theologus de repente prodire, vbi ad pœnam quæsitus cum quodam Copo tunc Academiæ Parisiensis rectore: regij magistratus manus subdolè effugisset. Robertus Mancop Scotus à puero cæcus, vsque eo Parisiis in literis profecit vt Theologiæ doctor Romæ creatus Archiepiscopus Amachanus, deinde Legatus à latere in Hybernia fieret. Præter vlgates Lutheranos, Zuinglianos, Caluinitas, Seruetianos, Anabaptistas, & infinitas Sacramentariorum formas, recrudescunt alij se in contraria scindentes, *Brentiani*, Vbiquistę, vbiquitatem humanitatis Christi docentes, *Osiandrini*, hominem iustificari ea iustitia, qua Deus essentialiter iustus *Stancariani*, Christum iustificare secundum solam humanam naturam. *Amsdorfiani*, bona opera ad salutem esse pernitiosa. *Maioristæ*, infantes non saluari per solum baptismum, *Antinomi*, hominem ad legis Dei obedientiam non obligari. *Suenckfeldiani*, sacras literas penitus esse abiiciendas, & pendendum è sola diuina inspiratione, qui proinde dicti sunt prophetæ Cælestes. *Trinitarij siue Tredeitæ*, tres esse Deos. *Anturinitarij*, tres personas non in se subsistere, sed in diuina essentia, essęque diuinæ essentiæ duntaxat residentia, siue qualitates. Sabellianorum secta, qua infames sunt omnes ferè Lutherani, & Caluinitæ, vt multis libris docuimus *Autotheani*, Christum esse Deum à se, non à patre, vt proinde impropriè dixerint patres Niceni, Deum de Deo, lumen de lumine, &c. Hoc venenum suis miscuit Caluinus, vt ibidem ostendimus. *Libristæ*, nihil proponendum in Ecclesia populo, vel in scholis iuuentuti, præter Biblia, nec discendas vllas Philosophiæ artes. *Sabbatarij*, non dominicam diem colendam, solum Patrem esse inuocandum, non Filium, non Spiritum Sanctum. *Stebleri*, nec gladium, nec petam
1555	5643	

Universidad de Deusto
Biblioteca

portandam, nec vllo modo litigandum, aut in iudicio comparendum,

Anni mundi. *Anni Christi.*

Dæmoniaci, Dæmones post finem mundi saluandos. *Georgio Dauidici*, Georgium Dauidem esse Christum, Diabolum nullum existere, non futuram Carnis refectionem.

Memnonitæ, Christum carnem è Maria non sumpsisse.

Ochimistæ siue Polygamistæ, licere viro multas simul habere vxores.

Musculus diuinam Christi naturam vna cum humana fuisse mortuam.

Ioannes Langus, carnem Christi esse deificatam siue transiisse in diuinam substantiam.

Matthæus Flaccus Illyricus multa horrenda in omnes sectas inuexit.

Melanchthon vt multorum reus etiam à suis traducitur.

Hieronymus Zanchius & Iacobus Schekius Medicus de duabus Christi naturis, & de S. Trinitate monstra nouis portentis auxerunt, quę proprio opere refutauimus. 5610 1553

Hos quidem defendere hodiè conatur *Lambertus quidam Danæus*, at nimis inuerecundè, quoniam sola impudentia hęretica armatus, disciplinarum omnium expers, tantam prouinciam suscipit.

Valentinus Gentilis cum Seruetianorum fermento Deistarum Lemani lacus vndas miscuit, contra quem præcipuè tertium meum de Trinitate dictaui.

His iam omnibus superstes *Theodorus Beza* quotidie aliquid noui, ad iam putres eorum Blasphemias addit. *Hæc ex istorum scriptis & ferraginibus.*

1555. Ioannes à patria (*Beza in Iconibus*) sine cognomento videlicet, quia spurius, gente Belga ab anno 1517. ad 1555. suos de Religione & Rep. libros produxit, quos Cordillus & Latomus *De Vndecim millibus mendaciorum Sleidani* inscribendos docuerunt, propter apertam Auctoris falsitatem; de qua apud Carolum Imper. conuictus, Basileam euadens, paulò pòst, nempè anno 1556. desperatione, tædio, & miseria, fœdam mendaciis animam exhalat. *Spenceus libro 1. Apolog. c. 4.*

In eo plura sunt παέργα, quàm ἔργα, *ibid.* Encomiastes Lutheri verius quàm historicus. *Crom. Colloq. lib. 1.* Impostura-rum innumerabilium conuictus à Groppero, Fontano, Gennepæo in Germanica Epitome, Lindano, Copo, Staphylo, Pontano, Billicio, Surio, &c.

HVMANA.

Maria Stuarda regina Scotiæ Francisco Delphino, qui postea regnauit, nubit. Stuarda autem familia, cum Danicæ esset stirpis, à Saladini Sultani temporibus Scotiæ inserta est à Macolimo rege. Nã is Valterum nobilem oriundum è dania virtutis causa, quam aduersus Saracenos in Syria ostenderat, ad Stuardi (sic enim Scoti regij conuiuij magistrum vocant) dignitatem euexit. Eius familię & nominis reges quinque Iacobi nomine continenter sibi succedentes humanæ miseriæ speculum præbuerunt. Nam primus in cubiculo trucidatus, 2. diffracti ærei tormenti frustulo interemptus, tertius à Filio interfectus 4. in bello ab Anglis occisus 5. huius Mariæ pater paulo post nuptias, adeo leui morbo succubuit, vt nonnulli veneno sublatum arbitrarentur. *Iouius lib. 6. Viror. illust.*

Eod. an. 1555. Philippus 2. Hispaniæ regnum adit, Patre Carolo cedente, & in sacram solitudinem abeunte.

Eodem Turci accersiti à Gallis Corsiuam depopulantur.

Anni Christi. *Anni mundi.*

Carolus 5. qui Solymanum tantarum vitium fastu tumentem solo prope Castrorum fremitu aliquoties profligarat, qui Africa depulerat, qui imperium superiorum Impp. ignauia labefactatum ac penè perditum restituerat, qui coniurantem Germaniam retuderat: defectionis ducibus victis & captis, qui regem Franciscum, & Clementem Pont. in potestate habuerat, qui in orbe nouo multa præclara in Dei & Ecclesiæ decus per suos gesserat, ædificans vrbibus, templis &c. qui denique, vno dempto Carolo Magno, omnes Occid. Impp. pace belloque superarat, religione tactus, quam sanctissimè semper coluit, & aduersus hæreticos asseruit, tædio rerum humanarum affectus, propter cælestium & æternarum desiderium, primus post conditum Germanicum imperium. (Nam Lotharius Francus erat) majestate Imperij Fratri Ferdinando abdicata, reliquis regnis atque ditionibus vnico filio Philippo traditis ad vitam religiosam, assumptis aliquot piis viris, se contulit & in sacram solitudinem secessit.

Ioannes Fuccius Prutenus Chronologiam vsque ad ann. 1553. ab orbe conscripsit. Postea an. 1566. de quadam coniuratione conuictus, sub Sigismundo Polonorum rege, laqueo vitam hæreticam finiit. Eum aliqui continuarunt vsque ad an. 1574.

Tammas Sophus de Imperio Mesopotamiæ & Assyrię excidit. Taurini regiam expilari, Persidem diripi à Solimano passus est. Solimanus postea 400. Turcarum millibus amissis in Carintho cum eo pacem an. 1557. facere cogitur.

Guilielmus à Prato Episcopus Claromontensis Cancellarij regij, Cardinalis & Legati filius qui postea an. 1559. obiit, relictis copiosis pecuniis & redditibus, è quibus dues Valetudinarium Claromonti, & tria Iesuitarum collegia cõderentur, vnum Lut etiæ Parisiorum, alia duo in Auernia, Biliomi & Moriaci.

1555 Nicolaus Villegagno, eques Rhodius, cum Gallico comitatu in Brasiliam Americæ partem Capricorno subiectam, ad 16. gradus Æquatoris nauigauit. In eius quadam insula ad Genebarum fluu. castrum extruxit, & Colliguium de nomine Admiralij appellauit: vt totam regionem Franciam Antarcticam, & aliquot ædes tumultuariè ad littus constructas Henricopolim, quòd Henrici 2. auspicijs & sumptibus suscepta esset nauigatio.

Quæ paucis pòst annis omnia venere in Lusitanorum potestatem, Frãcis partim cæsis, partim expulsis. Nempè istiusmodi nauigatio non magis succedere potuit, quàm illa Iosaphat Regis Iuda cum Ochozia rege Israel, 2. *Par.* 20 quòd mixtim eò confluxissent Catholici & Caluinitæ, improbante Deo istiusmodi societatem, ac nolente, vt agrestes illarum regionum populi pro Catholica puritate venenum Caluinisticum, ipsis à Richerio Carmelita, & aliquot aliis apostatis propinatum hauirent: sicque à circumeuntibus impijs mare & aridam ad proselytas efficiendo, filij Geennæ plus duplo fierent.

Infœlicitatem auxere motus ab hæreticis contra Catholicos excitati, vt proinde Villegagno istos partim strangulauit, partim in patriam puniendos præmiserit, mox ipse, nempè an. 1558. insecuturus. *Tenetus, & Ioan. Lerius Caluinista, qui istarum tragœdiarum magna pars fuit, in sua America. Beza in Iconibus.*

h BELLVM mouit proregi Neapolitano. Pietate & virtute insignis.

Ioannes Caluinus ad nundinas autumnales Francfortiani. 1556. cum ministris eius loci de Cœna conferre vo

231.

1555 h PAVLVS 4. Neapolitanus, ex familia illust. Caraffa. an. 4. 5643
mens. 2. di. 27. 5648
1560 Vacat mens. 4. d. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lens, reiectus est, quod Zuinglianum profiteretur. *Lauater. in hist. Controuersiæ Sacramentariæ. Surius in hist.*

Eodem anno cum plerique Laici in Polonia, vsum calicis in sacramento Eucharistiæ contentiosè efflagitarent, quasi Christus esset exanguis sub altera specie, & Roma. Pontifex eò misisset Aloysium Lipomanum Veronensem Episcopum ad Regem Poloniæ Sigismundum, ea quæstio diuino miraculo est iudicata. Nam cum quidam Iudæus *Bohim* siue Benedictus in quodam Poloniæ oppidulo Sachazeto nomine, tribus milliaribus ab arce *Louitz*, à sua ancilla Christiana, Dorothea Lazezla nomine, sacram Eucharistiam (quam ipsa ad pagum Catzo die Paschę susceperat, & ex ore extractam in sudariolum reposuerat, vt ad suum herum deferret) tribus daleris & veste sericas fimbrias habente emisset, & in synagoga pugionibus, & cultris confodisset, repente ex illa MVLTVS CRVOR emanauit, quem Iudæi cocleari in vitreum calicem transfundunt. Hac de re paulo post cognita, & ad Sigismundum Regem, qui tunc erat Vilnæ (quæ est vrbs Lituaniæ metropolis) delata, mandatur illius oppiduli præfecto secundario, vt totum negotium diligenter inquirat, & in huius sceleris conscios exttemo supplicio animaduertat. Itaque Dorothea cum Iudæo suo hero, die Veneris post Christi Ascensionem flammis exuritur, reliqui item Iudæi sceleris socij (vno excepto qui aufugerat) Calend. Iun. idem supplicium luunt. Vnde multi & ipse Poloniæ rex, non mediocriter in retinenda Catholicæ Ecclesiæ communione confirmatur. *Historia rerum memorabilium &c. conuersa à Pontano lib. 5. & Surius in hist.*

Sub hæc tempora imago Crucifixi, à quodam lapidibus per indignationem icta emisit sanguinem: sed sceleris reus Moguntiæ supplicio afficitur. *Brentius in cap. 3. ad Galat.*

An. 1556. obierunt mortem Ioannes Sleidanus Argentinæ, Conradus Pelicanus ex minorita, Zuinglianus Rubeaqui, & omnium pessimus Dauid Georgius Basileæ.

Lutetiæ Franciscus Picardus Theologus, & Andræas Tiraquellus iurisconsult. an 1558. Romæ Ioannes Groppetus Theologus & Cardinalis 1559.

Eodem anno Non. Septemb. Lutetiæ summo mane, via Iacobæa in ędibus cuiusdam priuati hominis, qui tunc aberat, ante collegium Plessiacum comprehenduntur Caluinistæ siue Lutherani, vt vocabantur, vtriusque sexus circiter 120. qui nocte ipsa illuc ad concionem & preces conuenerant. Ex ipsis nonnulli paucos post dies comburuntur. *Nox & amor vnumque nihil moderabile suadent.*

Eodem, iuniores Saxoniæ Principes & Comites Mansfeldenses Lutherani, edunt separatim publicum scriptum, quo vndecim sectas huius sæculi, & præcipuè Zuinglianam, vt execrabiles hæreses damnarunt. *Surius in hist. Lauater. in hist. Controuersiæ sacramentariæ.*

Anno 1557. Prid. Non. Septemb. inchoatum est Vuormatię colloquium inter Catholicos & Lutheranos, decreto Comitiorum Ratisponensium, sed turbatum atribus Flacci Illyrici. Aderant Euangelicarum partium 12. ministri, qui à Catholicis interrogati, quas sectas confessioni Augustanæ consentaneas & dissentaneas existimarent (quòd variæ sectæ sub Augustana confessione comprehendi vellent, & decretum esset, eum iis duntaxat colloquium habendum, qui essent antiquæ Religionis vel Augustanę confessionis) per 16. dies inter se concertarunt, cùm alij ex ipsis sectas quasdam vt à confessione Augustana discrepantes damnarent & excluderent, alij retinendas, eisque parcendũ censerent. Ea concertatio eò vsque progressa est, vt ex 12.

Anni mundi.	Patriarcha.	Anni Christi.
5643	Constãtinopoli Ioasaph.	1555
	Principibus.	
	Solimano Turcorũ Imp.	
	Tamma Persarum.	
	Carolo 5. & Ferdinãdo eius fratre an. 6. per ordinem Occidentis Imperatoribus.	
	Henrico 2. Franc. Rege, & vsque ad regni Francisci 2. initium.	
	Claudio Æthiopiæ.	
	Philippo 2. Hispaniæ	
	Maria Philippi vxore Catholica Angliæ Regina, deinde Elizabetha sorore, quæ his iam annis 22. regnat.	
	Sigismundo 2. Augusto Poloniæ.	
	Ioanne 3. Portugalliæ. deinde Sebastiano an. 21.	
	Maria Scotiæ.	
5648		1560

Anni Christi.		Anni mundi.
1555		5643.
		ministris. 5. reiecti & excommunicati fuerint, tanquam contrarij confessioni August. in præcipuis capitibus, vt de Lege & Euangelio, de Libero arbitrio, de Iustificatione, de Operibus, de Sacramentis, & vsu Ceremoniarum. His ita gestis, quia à 7. reliquis Ministris nunquam impetrari potuit, vt sigilatim multiplices sectas à confessione Augustana secernerent & damnarent, ne inanis esset labor colloqui, illud vix adhuc benè cœptum intermittitur & suspenditur, *Amsdorfius in lib. Publicæ confessionis purę doctrinæ Euangely &c. Nicol. Gallus in suis Thesibus & hipotypos. Historia rerum memorabilium &c. conuersa à Pontano lib. 5. Lauatherus in hist. controuersiæ Sacram. Sur. in hist.* Daudis æthiopum Imper. successor Claudius, ad Ioannem Portugalliæ scripsit de communione Catholicorum regum ineunda, & obedientia summo Pontifici præstanda. Iesuitas ad se missos satis quidem humaniter excepit, sed cæteris non potuit satisfacere, bello Maurico distentus, in quo victus est ac cæsus. *In Epistolis Iesuitarum.*
		HVMANA.
		An. 1558. Franci Duce Francisco Guisiano Principe, vrbem Caletum omnium opinione inexpugnabilem 7. obsidionis die 5. Non. Ianuarij expugnarunt. Mox Guinam arcem munitissimam captam incendunt, & Hamam capiunt, denique Anglos ex tota Gallia exturbant. Eodem an. Nouembris die 17. ætatis verò suæ 43. Maria Angliæ Regina Catholica obiit. Eodem die, post horas duodecim, Cardinalis Polus vespere defũctus est: natus an. 58. mens. 6. *Surius.* Quibus duobus luminibus vno die extinctis, magna simul & regni & religionis subsecuta est in Anglia: & vicinis regionibus obscuritas. Scoti expellunt Gallica præsidia. 1559. Ianuarij 15. in Demortuæ locum Angli substituunt Elizabetham, quam Henricus ex Anna Bolemia susceperat. Hinc restituitur Zuinglianismus & Caluinismus, Clero & Episcopis carcere & rerum suarum amissione mulctatis, nonnullis etiam veneno, nece &c. absumptis. Eodem anno. 7. Non. April. Inter Gallum & Hispanum inita pace, qua hodiè fruimur, Philippo Regi Hispaniarum Elizabetha filia Henrici Francorum Regis natu maxima desponderur, & Margarita eius soror vnica Emanueli Philiberto Allobrogum Duci.
	CONCIL. Colonienſe ſub Adolpho.	
		Vigesimo secundo Iunij, dum celebrabantur nuptiæ Philippi regis & Elizabethæ Henrici Regis Franc. filiæ, simulque Philiberti Sabaudiæ Ducis & Margaritæ Sororis eiusdem Henrici, ipse Henr. hastæ fragmento per galeam adacto à Montgomerio Comite in cranium, occumbit ex vulnere, natus an. 40. mens. 3. di. 11. & Regni an. 12. mens. 3. d. 11. Eius obitus in Gallia locum dedit crebris rerum nouarum machinationibus, & hæreticorum imprimis audaciæ.
	Moguntinum.	
		Dithmarsi domantur à Rege Danorum, populus ante liber & inuictus, dum Archiep. Bremensi pareret & Catholicam sequeretur. At tum Lutheranizans, dat suæ leuitatis pœnas. Ioanni 3. Portugalliæ defuncto succedit Sebastianus his 21. annis. Nam eius parens Ioannes 4. vt nominatur, ante Ioannem 3. Patrem mortuus est, ita tamen vt Sebastianum hunc, vix tres menses agentem reliquerit.
1560		5648
		1557. di. 22. Septembris Natalis Brularrus, regius causarum cognitor, pietate, iustitia & eruditione illustris, moritur: cui Ægidius Burdinus successit, summa etiã eruditione ac virtute.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1559. Ioannes Fernelius summus Medicus Lutetię. Franciscus Duarenus Iurisconsult. apud Biturigas. In Vngaria Isabella, quæ rara fœlicitate, fuit regis filia, regis vxor, soror, & mater. *Anni mundi.* 5648

i HOSTIS Simoniacorum, & plura habentium Beneficia, osor dispensationum. 5654

An. 1564. Decretali siue Bulla Fiduciarios Sacerdotiorum, quos vulgo Custodinos appellamus, perpetuo anathemati subiecit, restitutioni addixit, Simoniacos declarauit, peccati expiationem soli Cathedræ Apostolicæ reseruauit. Inscribitur Bulla contra quoscunque Ecclesias & beneficia Ecclesiastica quæcunque, in confidentiam retinentes seu recipientes. Quod successor Pius 5. renouauit.

Addisu filius Ioannis de domo Mattia, ex Ciuitate Gezira in Tigri Flumine olim monachus ord. Sancti Antonii, Monasterij Sanctorum Rahæ & Ioannis fratrum, electus primas siue Patriarcha ciuitatis Muzal in Assyria Orientali Romam venit, vt confirmaretur, vbi & obtulit Pio professionem fidei, & attestationem manu sua pictam & subscriptam, die 7. Martij, An. Do. 1562. Iurans se credere, recipere, & approbare omnia quæ in Sede apostolica tenerentur, & se id curaturum in sua iurisdictione, sub qua essent multi Metropolitæ, Episcopi & Dioceſani. Videlicet Arbel Metropolis, Saraua, Hancaua Episcopatus, Cheptiam metropolis, Caranileys, Achusch Episcopatus, Nassybin Metropolis, Machazzin, Tallescaui, Mardin Episcopatus, Sceert, metropolis, Azzen Episcopatus, Elcheſſen Metropolis, Zuch & Mesciara Episcopatus, Gurgel Metropolis, Esci Episcopatus, Amed Metropolis, Chiaruchiæ, Hayn, Tammit episcopatus, quæ omnes simul regiones subsunt *imperio Turcarum*, Ormi superior Metropolis, Vscimi & Cuchia Episcopatus Ormi inferior Metropolis, Durra, Soldos, Eschinuch Episcopatus, Esputgan Metropolis, Nate, Gien nunc Episcopatus, Salamas Metropolis, Baumar, Sciabatam, Vascham Episcopatus. Omnes *Persarum Regi vulgo Sophi vulgo* nuncupato subiecti. In India verò *Lusitanis suspecta* Cuschin Metropolis, Cananor Metropolis, Goa Metropolis, Calicuth Episcopatus, cui subest Carongol ciuitas, quæ adhuc ab Idololatris & Ethnicis hominibus possidetur. *Hæcibi.*

Metrophanes Constantinopolitanus Patriarcha, centesimus quadragesimus primus sedere incipit: anno 1563. in annos 8. vel 9.

An. 1560. Lutherani & Sacramentarij ardentissimo odio inter se flagrant, cum scriptis contrariis, tum edictis publicis. Nam Vuitembergenses, quibus præerat Brentius, edictum promulgant contra Sacramentarios: Tenenses ministri edunt supplicationem ad Ioan. Fridericum 2. Ducem Saxoniæ, eiusque fratres ac alios Principes & ordines confessionis Augustanæ, pro legitima synodo, in qua soli Lutherani conuenirent, & Zuinglianos atque alios, quibus aduersantur, condemnarent. Contra ab Heidelbergensi academia post publicã disputationẽ Zuinglianorũ cõtra Lutheranos, Heshusius Lutheranus abire iussus est: & mox Superintendentes Heidelbergenses, edunt decretum, quo Lutheri & Brentij Catechismi extra Ecclesiam eiiciantur, & eorum scripta nullam habeant auctoritatem. *Lauaterus Zuinglianus in hist. controuersiæ Sacrament. Surius in hist.* 5643

Magni tumultus à nescio quibus Euangelicis, religionis causa excitantur in Gallia, & Allobrogibus.

In Scotia etiam mirè tumultuatum est, dum Caluinismum implectũtur, Anglis suppetias ferentibus, qui & ipsi hæreticum furorem fuerant amplexi, *Surius.* Primi autem Scotorum ministri fuere Paulus Methnen pistor, & Ioan. Knox è

232.

i PIVS 4. Mediolanensis, an. 5. mens. 11. di. 8.

Vacat di. 29.

Patriarcha.

Constãtinopoli Ioasaph, deinde Metrophane.

Principibus.

Solimano Turcorũ Imp.

Tamma Persarum.

Ferdinando & Maximiliano 2. an. 12. ex ordine Occidentis Imperatoribus.

Fracisco 2. an. 1. & post eum Carolo 9. Maximiliano, eius frat. 14. Franc. Rege.

Claudio Æthiopiæ. 1555

Philippo 2. Hispaniæ. 1555

Elizabetha Angliæ.

Sigismundo 2. Augusto Poloniæ.

Anni Christi. 1560 1566

bresbytero

presbytero apostata, indeque Necromanticus.

Regina Scotiæ Maria Guisiani olim ducis filia, Mariæ quæ Francisco 2. nupsit, mater: interhos motus Edimburgi tædio & curis moritur. *Surius.*

In Vuallia regione Angliæ crux inuenta est, in quadam fraxino turbinis vi & tempestate deiecta. *Idem & Alanus Copus in Dialogo.*

Magdeburgenses ministri, quorum antesignanus est Matthias Flaccus Illyricus, Centurias diuulgarunt errorum, mendaciorúmque plenissimas, contra quos Alanus Copus Anglus paulò pòst sex Dialogos edidit, Bucingerus centuriam vnam, Canisius libros de corruptelis scripturæ, nempè de Ioanne & de D. Virgine. Turrianus opus pro Epistolis Pontificum decretalibus. Nos huius Operis posteriorem partem, quam speramus suffecturam ad eorum fraudes & calumnias detegendas atque dissoluendas: aut certe iter prænonstraturam vt quisque facile per sese cætera adiiciat. Nam facile est inuentis addere. Quin & res ac historias ab istis prætermissas magno numero colligauimus. Studuerant enim immanibus illis voluminibus non historiam scribere, sed fabulas, vt Pontifices traducerent.

Genevæ nefandissimum consilium de Francisco 2. Rege Franciæ, Regina vxore, Regina matre, eius liberis, Proceribus, & bonis Magistratibus ad certum diem per insidias trucidandis, Beza principe, Caluino authore, Otomano subsignatore, Spifamio suasore, omnibus Gallię prædonibus & latronibus conscijs. *Surius.*

Hinc seditio Amboësiana prætextu boni publici, & conseruandarum legum Franciæ, à quibusdam sectarijs non admodum claris, numero 500. præter aliquot pedites, quæ detegitur 9. Calend. April. Eius quidem duces grauissimis supplicijs plectuntur, at mox Rex omnes reos hæresis absoluit edicto publico, modò in posterum fidem Catholicæ Ecclesiæ retinerent. Ex eo tempore, qui prius Lutherani dicebantur, per totam Galliam cœperunt vocari Huguenoti.

[Variatur sententijs circa nomen illud hugonotorum. Aiunt ab hagunoa ciuitate sic dictos, quæ est in Germania: vbi primùm sua conatlia iniissent, quodam nobili perdito Larenaudio vtrimque promouente. Alij ab hugone rege, quòd primùm Turonibus in porta quidam ab ipso denominata in publicum prodire ausi fuissent. Alij denique ex euentu quodam, quod in legatione obeunda apud Principes Germaniæ: sæpius inculcassent, Huc nos, Huc nos, Huc nos, neque vltetius orationem produxissent, vnde pro ridiculis electi, id nominis ridiculi, omnium cachinnis repottassent.]

E vita excesserunt an. 1560. Robert. Cœnalis Arboricensis Episcop. & doctor Theologus Lutetiæ, quinto Calendas Maij. Ioan. à Losco Zuinglianus in Polonia Idibus Ianuarij. Philippus Melanchthon decimo tertio Calendas Maij Germaniæ cothurnus, de omni religione securus. Vnde post eius mortem, eum statim quisque hæreticorum sibi vendicare voluit. Caluinus contendebat in sua confessione mortuum, alij in alia.

Multa hoc tempore variis in locis ferebantur visa portenta, & horrenda monstra, præsertim in Anglia, in qua Londini, Pyramis Paulinæ Ecclesiæ tota ferè lignea plumbóque coopertà de cœlo exuitur: deinde mensa illa, in qua hæretici Caluini communionem exercebant. *In Annalibus Anglorum.*

An. 1561. quidam Lucas Stembergerus, docet inter alia non esse Trinitatem, sed vnum Deum Patrem, Sabbatum esse seruandum, Eucharistiæ & baptismi sacramentum Satanicam esse institutionem, &c. *Surius.*

Anni mundi.

5643 *Ioanne 3. Portugalliæ.*

Maria Scotiæ cum Francisco 2. Francorum Rege.

Anni mundi. 1555

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Polonia contrà Gregorius Paulus, Cazanouius & alij tres esse Deos, Symbolum Athanasij esse Sathanasij, & cæt. Quibus dum se Caluinus & eiusdem metalliministri se opponunt, Autotheani & Antitrinitarij siue Sabelliani euadunt, & doctrinam de Deo Vno, & Trino sceleratis modis conspurcant. Quas blasphemias hodiéque perpetuant. *Vide nostros libros de S. Trinitate, & contra Schekium.*

Anni mundi. 5650

Eodē anno, quòd multæ nouæ hæreses, prætextu cōfessionis Augustanæ irreperent, fuit cōuentus Principū Numburgi in Thuringia, in quo egerunt de Zuinglianis solenniter condemnandis, sed id à quibusdam Principibus impeditum est.

Saxones etiam Lutherani ad sedandos motus, propter rem Sacramentariam exortos: cōuentum agunt Lunæburgi, damnátque hæreseos Albertum Hardemburgium Zuinglianum. *Lauater. in hist controuersiæ Sacrament.*

In Transsyluania alij Lutheri, alij Zuinglij doctrinam sequuntur, magno apud Turcos ludibrio religionis Christianæ. Bremenses omnes Lutheranos vrbe sua exire iubent. *Ibid. & Surius.*

Institutum fuit à Rege colloquium Possiacum inter Catholicos & Euangelicos, sed cùm primùm publicè, deinde priuatim colloquuti fuissent per aliquot dies, dissoluitur absque vllo profectu. Impudentissimum est mendacium, quod Lauatherus scribit colloquutores Catholicos consensisse cum ministris. Huius fructus fuere Bella immania quæ deinceps per 18. annos vsque nunc consequuta sunt.

1561. anno 16. Cal Februa. edicto Regio permissum est Euangelicis suos conuentus ac exercitia & negotia suæ religionis, extra mœnia vrbium habere, donec aliter à Rege decerneretur: siue vsque ad Concilij œcumenici Tridentini determinationem. Promulgatur in senatu Parisiensi Pridie Non. Martij. cum hac clausula: *Audito procuratore regis, absque tamen approbatione nouæ religionis, & id totum per modum prouisionis, & donec aliter per Dominum Regem fuerit ordinatum.*

Francorum exulum (qui erant Zuingliani) Ecclesia cùm Francforti per annos ferè 7. mansisset, anno 1561. 9. Calendas Maij Senatusconsulto Francfordiensi vrbe excedere, aut ab exercitiis suæ religionis abstinere iubetur: quòd ipsi à Lutheranis siue Germanis ministris dispares essēt, & religione & ceremoniis & doctrina, quòdque à præcipuis capitibus confessionis Augustanæ, eius Apologiæ, pacificationis Vuitembergensis, factæ an. 1536. denique Francfordiensis concordiæ actæ an. 1542. 5. Idu. Decembris, dissentitent. *Vide huius Rei acta & historiam editam à Francisco Philippo.*

1562. Mense Maio factus est conuentus Luneburgensis, à Lutheranis contra Caluinistas & Sacramentarios. Metuebant enim Lutherani, ne irrepentibus iam in Saxoniam Caluinistis, ipsi solum vertere cogerentur.

Tilmanus Hessusius Lutheranus contra Caluinum, Boquinum & illius fæcis ministros scribit.

Paulus Alciatus Caluinita Mahometanus tandem effectus est *Beza præfat. in acta Valentini Gentilis pag.* 17. Caluinismus scilicet gradus est proximus ad Mahometismum. Vnde & Valentinus Gentilis probabat sua dogmata è veteri Testamēto, nouo, & Alcorano, quasi hæc tria essent θεόπνευστα. *Benedictus Aretius Bernensis minister cap. 1. & 3. Historiæ Valentini Gent.*

Petrus Martyr Florentinus, ordinis quondam Sancti Augustini, pridie Idus Nouemb. non sine suspitione veneni à Caluinistis propinati, dum respondere parat Brentio mōstrosum Vbiquitatem introducenti, & Caluinistis, à quibus vt spectrum in Eucharistia constituentibus: proximè in Possiaco

CONCIL. *Tridentinum aliquandiu interruptum continuatur, præsidentibus 4. Legatis sedis Apostolicæ, & præsentibus, 2. Cardinalibus, 3. Patriarchis, 21. Archiepiscopis, 168. Episcopis, 7. Abbatibus, 7. Generalibus ordinum, 39. procuratoribus absentiū cum legitimo mandato. Durauit, 1. m. 11. d. 4. Clauditur die 4. Decembris 1564.*

Anni Christi. 1562

conuentu

conuentu dissenserat, exclamans pro sua parte, neque reipsa Corpus Christi esse in Eucharistia, neque reipsa sumi, cùm isti affirmarent reipsa quidem abesse, reipsa tamen sumi, quod est prodigij plusquam simile, infœlicem exhalat spiritum. *Spenceus in Apolog.*

Olim cùm ei non successisset consilium, cum Ioanne Valdesio Hispano initum: de (hæreticorum) aliquo cœtu cogendo, tum viris tum fœminis frequentato, (Nam hæc Bezæ verba sunt) & paulò pòst Romæ vstulandus esset, Lucæ Italiæ oppido, in cuius monasterio Pauli Epistolas profitebatur, fugit Tigurum cum Bernardino Ochino Capucino, qui pòst fuit Trinitarius, & magnas turbas inter Euangelicos excitauit. *Beza in Iconibus.* vbi nota hæreticos libenter Rabelletij istius Athei cōuenticulum excituros, quod sit tam fœminis, quàm maribus commune, quale etiam vnus ex eorum maioribus Nicolaus Antiochenus Apostolorum sæculo, indéque aliquot alij impuriores hæretici animo complectebantur, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Ex eiusdem ordinis monasterio, Petrum Martyrem secuti sunt Paulus Lacisius Veronensis, Argentinæ postea Græcizando vitam tolerans, Celsus Martinengus Italicæ Geneuensis synagogæ minister, Hieronymus Zanchius, nunc Argentinæ, nunc Heildebergæ, modò Neostadij, modò in Rhoetia exulans, & Emmanuel Tremellius (è Iudæo quibet, pro secta principum, è quibus possit aliquid lambere.) *Ibidem.*

1566 Anni mundi. 5661

An. 1563. Bullingetus calamitosus senex Brentio respondet: calamitosius deinde moritur Tiguri an. 1575. Ità inter Lutheranos, Caluinitas, Zinglianos rixa est implacabilis, quam non nisi mutuis cædibus placare possint.

Mense Martio in suburbio Augustæ Vindelicorum, textoris cuiusdam filia an. 20. nata à malo dæmone obsessa: cum à Lutheranistis nullo modo liberari posset, quòd Satanas Satanam non eiiciat, à Simone Theologo & Catholico Ecclesiaste, apud Diuum Mauritium Augustæ, inuocato nomine Christi, liberata est.

An. 1564. Caluinus 14. Cal. Iunij tam variis morbis extinctus est, petulantis & effrenatæ suæ impietatis pœnas expendens, vt (nisi à Beza scriptum esset, *Præfatione Comm. Caluini in Iosue, & in ipsius vita*) vix crederetur. Per 4. ferè annos discruciatus 9. horrendis morbis, Cholica, Calculo, morbo articulari, Hæmorroidibus, febri phthisica, Asthmate, Hemicranio, Catharro continuo, Vomitu denique sanguinis. An mentiar Beza, esto tu iudex. Nam ad verbum ista è tuo Gallico opusculo exscripsi. An Herodes terribiliùs animum Satanæ reddiderit, equidem nescio. Tanquam sorex, Beza, tuo indicio periisti? Cur ista de tuo præceptore vel etiam Patre (sic enim eum flebiliter nominas, cui scis te nunquam fuisse cordi) non occultabas? Cur famę tui doctorculi sic malè consulebas? Sicuti iusserat, nullo sepulchri apparatu elatus est, postquam Geneuensem cloacam, totos viginti tres annos fouisset. *Beza in Iconibus in quibus Caluinum pingit horribili forma, vultu scilicet funesto, barba barbarica, ore hiante, & cacaturiente.*

Quinto die Martij, Ingolstadij obiit Fredericus Staphylus an ætatis 51. vir doctissimus, qui se à Luthero ad Catholicam rediisse scripsit, cùm aliis de causis, tum quia se præsente Luthetus, anno vno ante obitum ab Energumena vllis exorcismis dęmonē non modo nō potuisset eiicere, sed etiā ab eo in ipsum insilente, & fetā, ne egrederetur miscēte, egregiè vapulasset donec per loci fenestram semimortuus à sociis extraheretur, qui & ipsi per fenestram exilierant. *Ipse apol. 2.* Similem historiam de filiis Sceuæ exorcistis Iudæis refert D. Lucas Act. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multi Sinenſes, populi Noui orbis, in Oriente fidem Chriſti ſuſcipiunt. *Sur. in hiſtor.* — Anni mundi. — Anni Chriſti.

Eodem anno menſe Aprili inchoatum eſt Mulbrunenſe colloquium, inter Luthetanos & Zuinglianos ſiue Caluiniſtas, præſentibus Palatino electore & Duce Vuitembergenſi: cui etiam interfuit Brentius colloquutore Iacobo Smidelino, pro Lutheranis contra Boquinum Zuinglianum: inter quos poſt longam concertationem, non ſolùm nulla fieri potuit concordia, ſed odium & ſimultas acriùs exarſit, ſe mutuis iniuriis proſcindentes: Vuitembergenſes vocabant Palatinos, ſectarios, falſarios, quòd corrupiſſent verba Lucæ: cõtra Palatini dicebant Vuitembergenſes noua, falſa, & inaudita dogmata proferre, ſuis ſermonis ſcripturam peruertere, & de vna eademque re affirmanter & neganter ſolere reſpondere. Vide acta eius colloquij tam ea, quæ ab Vuitembergenſibus, quàm quæ à Palatinis (qui ſcriptum Vuitembergenſium crebro mendacij inſimulant) edita ſunt. — 5648 — 1560

1565. Scotia magnis motibus concutitur ob hæreſim.

Eodem an. fuit Coloniæ vir grandæus ex Thebaide, ab Alexandrino Ægypti Patriarcha, qui eiuſdem Patriarchæ nomine obedientiam Romano Pont. in ſcripto offerret. *Surius.*

Indi magis ac magis ad fidem conuertuntur. *Surius, & Epiſtolæ Indicæ.*

Franciſcus Xauier, qui primus è ſocietate Ieſu, ætate noſtra Indis Chriſtum prædicauit: miraculis clarus moritur. *Surius.*

Hoc anno exorta eſt in Anglia, è Caluinitarum omniumque iſtiuſmodi hæreſeos ſentina, ſecta noua Puritanorum, ſic appellata: quòd tam purè ſe à Catholica ſeparent, vt nec orare in templis, quæ fuerant olim Catholicorum, nec clericali veſtitu indui, aut vllo prorſus veteri ritu vti velint. Quam ipſi opinionem vſque ad bonorum amiſſionem, & vinculorum perpeſſionem defendunt, etiam contra ſuam Reginam, quã alioqui caput ſibi conſtituerant in omnibus cauſis, tam Eccleſiaſticis, quàm ciuilibus. *Sanderus de Monarchia Eccleſi. lib. 5 capite quarto.*

Mameiacus miniſter Chalnienſis, Dæmoniacum ſibi oblatum, culeo inſutum in Iſaræ amnis profunda, ſaxis aggrauatibus demerſit. *Faius in ſuo Energumenico pag. 56.*

Paulò poſt Nicolaa Dæmoniaca, portectione Euchariſtiæ tandem ab Epiſcopo liberatur. Lauduni circumſtantibus decem hominum millibus, & notariis publicis acta omnia excipientibus, procuratione Caluinitarum, qui rem ſuppoſitam quoquo modo videri cupiebant. *Idem.* Hiſtoria huic planè ſimilis, quam narrat Proſper de Dimidio temp. cap. 6.

HVMANA.

1560. Franciſcus 2. Rex Francorum Prid. Non. Decemb. non ſine veneni ſuſpitione interit, dum conuentus trium ordinum Aurelijs celebraretur: in quo libertim è pro Eccleſia, vt vitium bonum decuit, contra hæreſim & eius principes, Ioannes Quintinus Heduus, multorum librorum eruditus ſcriptor perorauit.

Illo anno Carolus 9. frater Rex Francorum ſexageſimus regnum ingreditur.

Moſci deletis 6000. Tartarorum redeunt in Liuoniam. Liuonij à Polonis auxilia petunt. — 5654 — 1566

Baiazethes & Selymus Solymani filij inter ſe dimicant ad Anaſum, deinde Alepum Syriæ. Baiazethes victus fugit ad Perſas, vbi & moritur.

1561 Ferdinandus Imperator in Vngaria fœliciter res gerit contra Turcos & Tranſſyluanos. Paulò pòſt Tranſſyluaniæ Vaiuoda occupat arcem Zathmar. Vnde initiũ noui belli.

1562.

Anni Chriſti. — Anni mundi.

1562. in regno Franciæ omnia fuerunt funeſta, graſſantibus per totam ferè Galliam bellis, fame & peſte: Plura certe mala vnico anno Gallia à ſuis pertulit, quàm cunctis ſuperioribus bellis ab exteris. Illis commemorandis, propter legem ἀμνηστίας, prudens lubenſque ſuperſedeo. — 1560 — 5948

In hoc primo ciuili bello, Rex Nauarræ Rhotomagum obſidens interficitur. In conflictu Drydum Dux Niuernenſis, Sanctandræanus Mareſcalus & plærique alij deſiderantur. Princeps Condæus & Annas Montmorantius, vtriuſque partis Ductores capiuntur, Dux Guyſius, dum victoriam perſequitur, in Aureliarum obſidione, proditorie à Poltroto, quem Admiralius & Beza ſubornarant, glande percutitur & poſt aliquot dies ſanctiſſimè expirat.

In mediis his Galliarum tumultibus Angli ſe iungunt Huguenotis, Normaniam vaſtant, fortiſſimum maris portum, vulgo Portum gratiæ occupant à Septembri an. 1562. vſque ad finem Iulij anni ſequentis, è quo prius non exierunt, quàm grauiſſima peſte inde diſcedere coacti ſunt: quæ diſcedentes in Angliam vſque comitata eſt, ita vt Londini ſolùm, eo anno pluſquam 20. millia hominum perierint.

Incipit bellum inter Fredericum Daniæ & Ericum Suetiæ reges, in quo Dani Noruegiam recuperant.

Hoc ferè tempore Abdilu Aſſyriorum Patriarcha Romam venit, vt à Pontifice confirmaretur, & polliceretur obedientiam, ſeque Conciliorum & ſpeciatim Tridentini decreta omnia ſuſcepturum. *Surius.*

Huius anni menſ. Nouembri, Francofortii in Romanorum regem eligitur Maximilianus Ferdinandi filius.

1563. apud Tartaros Naugaios, è quibus ortus dicitur Tamerlanes, circiter 500. milliaribus Germanicis à Moſca verſus Orientem diſtantes, Murſe quidam (ſic Nobiles vocant) nomine Iſmael monoculus, & inſignis Necromanta (Necromantia enim nihil illic frequentius) ſuis artibus reliquos omnes Murſas, quos armis ſubigere non valebat, extinxit. Alioqui illarum regionum populi, certo deſtituuntur Domino, domos & ſedes fixas nullas habent, viuunt abſque vlu pecuniæ, frumenti, ſalis: ſunt ſine magiſtratibus, legibus, iudicijs. Imperium ita partum morte illius diſcuſſum eſt, liberis ipſius, eadem ratione, qua alios necauerat, conſumptis.

In obſidione Aureliæ, Franciſcus dux Guyſius præfectus exercitus Regij: incredibili luctu piorum omnium, à Poltroto proditorie perimitur.

Paulo poſt è cuſtodia liberantur capti Caluinitarum proceres, pax agitatur non diu duratura. Lugdunenſes ſe regi dedunt, & Catholica religio apud illos reſtituitur.

Tum, inito fœdere cum fautoribus nouæ religionis, promulgatur edictum pacificationis.

Menſe Decembri, finis optatus impoſitus eſt Synodo Tridentinæ.

Presburgi in Vngariæ regem. coronatus eſt Maximilianus Romanorum & Boemiæ rex.

1564. Rex Daniæ & Lubecenſes bellum, quod ſuperiori anno in Regem Suediæ ſuſceperant, continuant.

Lituani Moſcos ad Vbium oppidum profligant & è ſua prouincia eijciunt.

Hiſpanica claſſis, Mauritaniam littoralem infeſtat è regione Beticæ.

Ferdinandus Imp. 8. Cal. Aug. moritur, & Maximilianum 2. filium Imperij ſucceſſorem relinquit.

Hoc anno Turcarum arx munitiſſima, *Peuol di Velez* appellata ad Africæ oram ſita, capitur à Garſia Toletano pro Rege Catholico 6. die Sept.

Melita ſiue Malta inſula à Turcis oppugnari cœpta eſt an

Universidad de Deusto
Biblioteca

1565. 15. Cal. Iuni. In obsidione ceciderunt ex 500 equitibus Rhodijs siue Ioannitis 313. alijs ferè omnibus valde vulneratis: Turci audito aduentu Garsiæ Proregis Siciliæ soluunt obsiditionem 7. Non. Septemb. post 3. mensem & 17. diem, quàm descenderant in insulam, relictis illic suorum cadaueribus 23000. — *Anni mundi.* 1560 — *Anni Christi.* 5948

In Liguria haud procul à Nicæa aliquot vici repentino terræ hiatu absorpti sunt. *Idem.*

Maximilianus Cæsar contra Turcas & alios quosdam Duce Lazaro Schuendio res in Hungaria gerit. *Idem.*

Adrianus Turnebus in Græcis præceptor meus, professor regius, natus an. 53. obijt Lutetiæ pridie Idus Iunij Catholicus, etsi hæretici contrarium spargere conati sunt.

k VIR sanctus, eo nomine etiam hæreticis venerabilis & Turcis formidabilis, aduersum quos fœdere sacro colligauit Hispanos, Venetos, Italiæ proceres, equites Melitenses, cæteris Christianis Principibus ad hoc fœdus inuitatis, etiam Moschis & Presbytero Ioanne, item ex Profanis Sophi Persa. Quod cessit fœlicissimè in Lepantina pugna, de qua mox. — 5624 — 5661

233.

k PIVS 5. Alexandrinus an. 6. mens. 3. di 16.

Patriarcha. Constantinopoli Metrophane.

Principibus.

Tamma Persarum.

Solimano Turcor. Imp. an. 8.

Maximiliano 2. Occid. siue Rom. Imp.

Carolo 9. Maximiliano Franc Reg.

Claudio Aethiopiæ, deinde Adamasto.

Philippo 2. Hispaniæ.

Elizabetha Angliæ.

Sigismundo 2. cog. Augusto Poloniæ.

Sebastiano Portugalliæ.

Maria Scotiæ.

1566 — 5654

Pontifex longiore sessione dignissimus, ad corruptelas nostrorum temporum profligandas. Pontificios reditus omnes in vsum belli sacri. i. Turcici & Hæretici, cæterorumque piorum operum contulit. Maiores mensæ & cameræ luæ sumptus, quadraginta duntaxat assibus faciens, quàm in Cardinalatu.

Diuinitus electus, præter omnium expectationem. Cùm priuatim singuli reiecturi viderentur, communiter vniuersi pontificem nihil tale cogitanté declarauerunt 7. Idus Ianuarij 1566. & coronatus 16. Calend. Februa. *Onuphrius.*

Noluit missilia dare (vt mos erat) ne compressione turbæ, aliqui suffocarentur, sed maiorem pecuniæ summam diuisit in monasteria, loca pia, & vrbanos pauperes.

Ex opilione Bononia oriundo Dominicanus, inde Cardinalis, demum summus Pontifex: cui illud Psalmi 77. competit. De post fœtantes accepit eum, vt pasceret Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam.

Miræ sanctitatis, & Cõcilij Tridentini rigidus obseruator. Tres Cardinales præposuit cognoscendis causis, quibus Episcopi Romæ detinentur, vt si idoneæ non sint, ad suas diœceses extrudentur. Concubinatum omnem perpetuis carceribus aut exilio mulctauit, etiam renuentibus Romanis ciuilibus, nec siuit suos consanguineos bonis Ecclesiasticis ditari: Numerum domesticæ familiæ valde imminuit, vt plus in rem Ecclesiæ possit impendere: mulctas à reis non coegit: Multos abusus sustulit: Leges seueras tulit contra symoniacos & blasphemos: Statuit resignationes beneficiorum simplices non admittere, nisi habita priùs diligenti examinatione num qui designantur essent idonei: Cùm autem aliquis ad ipsum retulisset, id esse Curiam destruere, minus malum est, inquit, destruere Curiam, quàm cultum Dei negligere, & Christianam Rempub. turpiter prodere. Vetuit edicto Iudæos, Christianum quemquam ad opus conducere. Vide epistolas aliquot nuper editas, de cæteris eius gestis.

An. 1569. renouat decretum siue Bullam Pij 4. contra Fiduciarios, quos Custodinos vulgus appellat. Simoniacos eos pronunciat, sedi Apostolicæ absolutionem reseruat, cæteris adimit, ac tam eum qui custodit, quàm illum, cui custoditur, restitutioni alligat, vt sic pro Sacerdotio (verbi causa) 100. aureorum ducenti restituantur. Hoc Simoniæ genere, apud nos plena sunt omnia: magna conscientiarum socordia & pernicie. — 1566

Regnum Angliæ proscripsit, prædæque exposuit, cuius

fulminis vim pij quotidie deprecantur.

Hinc sententiam declaratoriam an. sequenti 1570. in ipso Corporis Domini festo, Ioannis Feltonus nobilis Londini ad fores Episcopi iuxta summum templum publicè affixit: qui postea damnatus & in cratem iniectus suspensus est, deinde funè præsciso viuus, adhuc multa tormenta alia subijt. *Sanderus lib. 7. de Visib. Monarc.*

Tridentinum Conc. seruandum curauit, quantum in ipso fuit, è cuius præscripto Breuiaria, Sacerdotalia siue Missalia, & preces horarias recensuit, Catechismum emisit, &c.

Dæmoniacas multas suis precibus, in publicis supplicationibus liberauit.

Graui Calculi morbo pressus, solebat exclamare: Adauge Domine dolorem, sed da patientiam.

Ordines Monachorum multos reformauit, & certis regulis astrinxit.

Aureum numerum in Calendario restaurauit.

Cardinalatum recusanti, & cum lachrymis deprecanti, Hieronymo Sucherio Aruerno Abbati Clareuallensi simul ac Cistercienſi obtrusit. Ei autem in morte nominanti ad Abbatiam quidem Cistercienſem Nicolaum Bucheratum, ad Clareuallensem autem Lupinum Myreum religiosos eiusdem ordinis, magnis virtutibus instructos, assensit: ne illæ profanis more Gallico prostituerentur, & hos bolos à principum coruorumque aulicorum frustrà renitentium faucibus fortiter eripuit.

1570. Cosmam Mediceum magnum Ducem Hetruriæ creauit, cùm antea Dux Florentiæ tantùm appellaretur.

Adamas Claudij frater, Æthiopum Rex, olim fidem Christianam eiurarat, crudelis & sæuus, erga sedem Apostolicam: contra morem maiorum initio Imperij, malè affectus, hodiè melius. *In Epistolis Iesuitarum.*

1566. Ioan. Albinus nobili Valzergorum & Seresiorum familia ortus Tholosanus Ecclesiastes & Archidiaconus, fidei defensor, & voce & libris clarus, toti Aquitaniæ charus, obijt 13. Cal. Sept. sub horam noctis decimam, natus ferè 38.

Eodem, Despina & Roserius ministri conferentes Lutetiæ de Religione, cum Simone Vigoreo & Claudio Sanctio Parisiensibus Theologis, posteaque Episcopis Narbonæ & Ebroici, turpiter victi ac triumphati causam præbuerunt, vt in proxima Synodo Caluinitæ decernerent: nullas deinceps cum Catholicis collationes esse habendas: ne ob frigida & manca suorum deputatorum responsa, plurimum sui Euangelij incrementis decederet. *Launeus lib. 2. Apologiæ cap. 12. qui Synodo interfuit, nondum eiurato Caluinitarum ministerio.*

Hac Theologorum collatione perculsus Roserius, nec deinceps animo quietus. an. 1572. Catholicus factus est, & pro Catholica libellum Caluinitis exitiosum vulgauit. Sequẽti autem, propter minas insidiasque in Germaniam cuadens, Lutheranismum professus est, vt paulò pòst nec Catholicus, nec Caluinita moreretur. *Ibid.*

Elias, Eliæ Leuitę, qui Metburghemam, Tisbi, Bahum, Zicronoth, Masoreth, & multa alia scripsit, filius: Romanæ synagogæ Iudęorum præpositus, cum tota sua familia fit Christianus, & à PP. baptizatur prid. Idus Iunij 1566. Eodẽ an. eius exemplo Iudæi plus 300. fidẽ Christianã suscipiunt.

Carolus Molinęus Iurisconsultus obijt mens. Decembri. Statuerat multa contra Caluinitas scribere, inter quos diu vixerat, etsi perpetuo cum eis altercans ęquè ac cum Catholicis, sed magno eorum commodo morte est præuentus. — 1572 — 5661

Belgium commouetur, in multis locis factis imaginibus deiectis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Franciſcus Sonnius Epiſcopus Boſcoducenſis, Vuilelmus Lindanus Ruremundenſis, Cornelius Ianſenius Gandauenſis, Cunerus Leuoardienſis, vt primi ſuarum Dioceſeon in epiſc opatus nouos erectarum præſules, ita & probi iuxta ac docti.

Ioannes Heſſelius Louanienſis, Iudocus Raueiſten Tiletanus Sixtus Senenſis doctores Theologi.

1567. Cambreſij quidam Ioannes Carmelita apoſtata mutato nomine ie Philippum vocat. Captus pernegat ſe eum eſſe, etiam ſi multi & mater ipſa certis indicijs id oſtenderet, & ad reſipiſcentiam hortaretur. Cùm ſuſpenſus fuiſſet, ſparſo rumore hæretici excitatum dixerunt, ac in Francia concionari. Eius ergo cadauer perquiſitum, denuò eſt ſuſpenſum.

Ad reliquias S. Liuini Gãdaui abſcõditas, clauda mulier ſanata eſt, & alia facta miracula, quæ in publica acta relata sũt.

Flaccus Illyricus renouat Manichęos furores, de cauſſa & eſſentia peccati.

1570. Vncti in Surria Comitatu Angliæ, è Caluini ſchola oriuntur, qui docent peccare neminem, niſi qui veritatem ab ipſis prædicatã non recipit, &c. *Sanderus l. 7. de Viſibili Monarchia.*

Anni mundi. 5654

CONCIL. Mediolanenſe & alia paſsim prouincialia pro executione Concilij Tridentini.

Anni Chriſti. 1566

Eodem Ioannes Kohita, miniſter legatorum Sigiſmundi Regis Poloniæ, à Ioanne Baſilio magno Moſcorum Cæſare ſiue Imperatore, de religione Lutherana auditus, cum ignominia & conuitijs non Chriſtiani, Canis, Onagri, Antichriſti, &c. reiectus eſt, ac voce ſcriptoque Principis refutatus præſertim in capitibus de Patribus ſiue Doctoribus Eccleſiæ, de miraculis, de ſtatu defunctorũ, de bonis operibus, de Sãctorũ, potiſſimùm de Virginis veneratione, de Traditionibus, de Ieiunijs, de Liturgia ſiue Miſſa, de Imaginibus, de caſtitate, votis & Monachis, *Ioan. Laſcius hæreticus lib. de Theologia Moſcouitica, Spira an. 1582. quo Mimſtrum ſædè proſtratum erigere conatur: ſed iuxta prouerbiu, Pinguis Venter tenues ſenſus non gignit.*

Ex eo tempore Moſcus ſæuior fuit Polonis, tanquam hæreticorum fautoribus, & eos magnis prælijs fudit. *Ibid.*

1569. Dauid Chytræus Lutheranus Orationem in Academia vrbis Roſarum habuit de ſtatu Eccleſiarum hoc tempore in Græcia, Aſia, Africa, Vngaria, Boemia, Æthiopia, &c. qua docet per totum orbem terrarum non modò eſſe Chriſtianos, ſed nec differre quantum ad ſubſtantiam doctrinæ, & Liturgiarum ſiue Miſſarum ſolennia à Pontificijs (ſic nos appellat) ſed tantum in exigui momenti ritibus. Vbi & dolet Chriſtianos, illic vbique occupari in Miſſificationibus. Sic enim loquitur. Ità Satanas per ſuos adminiſtros, teſtimonium interdum perhibet veritati, docetque Pontificiam, quã appellant, fidem eſſe verè Catholicam. i. vbique receptam & agnitam. Orationem illam tandem ediditan. 1580. Franco. furti apud Andræam Vvechelium.

Ioannes Storeus Anglus, Londini illuſtri martyrio ad ſuperos migrauit. Nam Chriſtum confitenti præcidũtur genitalia, aperitur venter, viſcera eruuntur, caput amputatur, membra diſſecantur. *Sanderus in fine lib. 7. de Viſib. Monar.*

Quarto Octobris, Claudius Spencæus Theologus Polygraphus obijt, poſt S. communionem peruto & ſumpto extremæ vnctionis ſacramento: ſuæ inſtructiſſimæ Bibliothecæ herede relicto Cardinali Lotharingo & 7 Sorbonicis doctoribus, legatione Franciſcanis & Dominicanis facta ducetarum libellarum, Carmelitis & Auguſtinianis centum, Sorbonæ ducentarum, Nauarricis doctoribus quingentarum, Parœchiæ S. Coſmæ centum quinquaginta, in qua ſe ſepeliri iuſſit: conuocatis omnium collegiorum & Eccleſiarum ordinibus, accenſis innumeris cereis, funere ornatiſſimo: Præter

Apologiam & alia opera impreſſa relictis ſcriptis poſthumis, quibus ſe ab hæreticorum furijs alieniſſimum oſtendit.

Anni Chriſti. 1566 *Anni mundi.* 5654

An. 1572. Angliæ regina excommunicatur & proſcribitur à Pont. à quo an. 1569. hæretica fuerat denuntiata, vt inde omni dominio & poteſtate in Catholicos excideret, ipſique ideò in illam, velut Ethnicam & publicanam, ſe poſſe inſurgere, nec illius legibus & mãdatis deinceps teneri intelligeret.

Tumultus Flandrici Caluiniſtarum, qui ex hoc tempore Gueuſiorum, hoc eſt, balatronum nomen retinuerunt contra Philippi Regis Hiſpaniæ edicta, poſt vnum ferè annum quàm excitati fuerant, coercentur: receptis ciuitatibus, quæ defecerant, à Regijs magiſtratibus: Seditioſi egregiè puniũtur, Philippi Regis Hiſpaniæ aduentu in Flandriam nunciato. In his turbis egregiam ſuo Regi nauarunt operam Norcamius Hannoniæ præfectus, Raſſegemius quarundam etiam ciuitatum præf. Comes Meganus in Geldria.

Tumultus Scotici, quibus vt tutiùs occurreret Maria regina, nubit Darleio nobiliſſimo iuueni, ex veteri Anglorum Scotorúmque regum ſtirpe.

In his Caluinitæ noui regis animum clam regina tentarunt, atque ad ignoſcendum ipſis omnia pellexerunt.

Reuocati ab exilio, in oculis ipſius ac reginæ Dauidem Secretarium interficiunt, in animo habentes reginam grauidam, ſi quid effudiſſet, ſimul ſpe partus tollere, adulterij crimine in illam confícto, & Catholicos omnes interficere, vel ſaltem regno pellere, Miſſam abolere, Caluiniſmum ſtabilire.

Regina ſimulans ſe ad illorum omnia conniuere, ſe Regemque eduxit media nocte, illorumque manus effugit, deinde collectis amicis & fidis perduelles in Angliam, vnde prima mali labes, fugauit, aliquot etiam ſupplicio affectis. *In literis Louanij excuſsis an. 1566.*

Paucis menſibus interiectis nempè die 19. Iunij, an. 1566. peperit Maſculum, cui vel hoc vno peſſimè conſultum, quòd ipſi Georgius quidam Buchananus Minorita, excuculiatus Bacchicus hiſtrio & Atheus poeta pro præceptore tributus ſit.

Iacobus nothus reginæ frater ſpe regnandi curat vt rex, qui exacto conuiuio dormitum abierat, inter conſœderatorum manus ſuffocaretur, ſiue è feneſtra elapſus, ſiue cum ædibus puluere tormentario in aera ſublatus.

Reginam, quòd huic conuiuio non interfuiſſet, propter eáque coniurationem fruſtrata eſſet, auctorem huius cædis mox ſpargunt, prætextu cuiuſdam Zelotypiæ, ac nubere è veſtigio cuidam Boduuelo cogunt, vt his nouis & acceleratis nuptijs, nonnulla etiam apud Catholicos fieret ſuſpitio & adulterij paricidij. Quæ vbi ſe collegiſſet, vſa ſtrategemate euaſit in Angliam, vbi calumnijs obruta contra ius Gentium, paris dominium perpetitur.

Sic Iacobus Nothus regni adminiſtrationem occupat, & ſpecie pacis & concordiæ data fide, initoque colloquio, nobiles & reginæ amici omnes ſunt comprehenſi, & in cuſtodiam arctiſſimam traditi. Luit ille pœnas, nam an. 1570. pòſt, à ſuæ ſectę aliquo glande ærea confoſſus eſt, idque priuati tantùm odij ac inimicitiæ cauſa. Atque hæc ſunt in Scotia noui Euangelij conſtituendi initia & ſucceſſus, a ſeditione, conſpiratione, Principum cæde, profugatione, calumnia.

Elizabetha Londini diſputationem indixit, ſed Catholici antiſtites, partim circumſtantium vndique proteſtantium fremitu, partim nobilium quorundam auctoritate interrupti ac perturbati: quietè auditi non potuerunt, nec inchoatam orationem abſoluere.

1572 *Anni mundi.* 5661

Cùm autem hæretici victi triumphatique conticuiſſent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine pudore tamen libellum diuulgant, in quo singula longe aliter referebant, tanquam ipsi superiores euasissent.

Ecclesiam illic afflictam recreant è Belgio scriptis Anglicis & Latinis Angli exules Thomas Hordingus, Nicolaus Sanderus, Thomas Heskynus, Guil. Allenus, Thomas Stapletonus, Copus, Theologiæ Doctores, Thomas Dormanus, Ioannes Martialis, & alij, quibus impij flammis duntaxat publicè illorum libris decretis occurrunt.

An. 1567. Traiectenses ad Mosam atque Masecam sactis imaginibus & Episcopo suo Leondiensi bellum indicunt.

HVMANA.

1566. Solymanus venit in Vngariam. Ante expugnationem Sigeti in castris moritur, cùm priùs Nicolai Serinensis Comitis caput, qui oppidum strenuè defendisset, perfidè amputasset.

Selimus Turcicum Imperium susceipit duodecimus ab Ottomano, vsque ad an. 1574. solus, è filijs Solymani. Nam ritu patrio cæteri cæsi & iugulati à patre fuerant.

Septimo Ianuarij Frisia pacatur à Comite Arembergio.

Tornacum etiam mox occupatum est à Norcarmio & Episcopus cum clero pulsus restitutus.

In fine Feb. Valencenę iam ferè expugnatæ à Norcarmio, sine vlla conditione se permittunt Regis voluntati.

Septimo April. Gubernatrix Ducissa de Parma, conditiones quasdam Antuerpiensibus præscripsit. Quibus acceptis res ibi meliusculè habere cœperunt. 18. Iulij Bruxellas est reuersa Comite Mansfeldio Antuerpiæ relicto cum præsidio.

Mense Augusto Belgium venit Dux Albanus corpore senex, animo iuuenis, cum electo militum Hispanorum manu, in locum Ducissæ Parmensis, quæ annis plus septem pacificè illud gubernarat.

Comes ab Helfenestein Vlricus ad Catholicam redijt, abactis è sua ditione hæreticis. Sic Gablerus medicus, qui Paulo Vergerio adfuerat intercunti, apud quē mira viderat.

In Gallia noui tumultus, accito etiam è Germania peregrino milite: Comes Arembergius eò venit cum auxiliaribus copijs. Nam an. 1567. ciuile bellum secundum.

In conflictu Dionysiano Montmorantius Comes Stabilis nouissimus cæditur, & paulò pòst interit. Admiralius & reliqui fuga euadunt. Deinde collectis reliquijs Carnutum obsident, ne victi viderentur, & vt secundam pacem consequerentur.

Anno igitur sequenti confecta pax, sed non diu duratura. Nam mox tertium bellum exardebit.

1568. Gulielmus Auraicæ princeps, duxit exercitum in Brabantiam irrito conatu.

Mox Albæ dux capit perduelles multos, securi percutit Comites Egmontanum & Hornensem, aliósque complures fœderatorum principes. Granatense regnum mouet defectionem, contra Philippum R. sed frustra.

Comes Arembergius è Gallia reuersus, in Frisiam contra Gueusios mittitur, vbi *procumbens contra Ecclesiæ patriæque rebelles non potuit leto nobiliore mori.*

Eum secutus dux Albanus ad primum conflictum occidit 1500. non longè à Gruninga. Ad secundum 7000. partim ferro, partim submersione. Ludouicus Auraici principis frater nando se seruauit. Capta sunt signa 13. è 25. tormẽta bellica 16. commeatus omnis generis, prædaque maxima. E regio milite desiderati sunt tantùm sex aut septem.

Ad tertium in fine Septembris 8000. vt proinde Auraicus excesserit ditionum Belgij limites in fine Nouēb. nulla re memorabili gesta, nisi quòd in Ecclesias sit grassatus multo plus

damni

Anni mundi. 5654

Anni Christi. 1566

5661

Anni Christi. 1572

Anni Christi. 1566

Anni mundi. 5654.

Catholici regis sui ditionibus.

Albanus Bruxellas reuertitur, ac pacem toti Belgio restituit.

Turcæ in Asia bellum gerunt contra Saracenos & prouincias, quæ defecerant. Perdunt Mecham ad mare rubrum.

1569 Ioan. Basilius Moscorum Cæsar captos in Isborg arce Liuonica 300. Nobiles Polonos ortus ipse eædem, in suo conspecta contrucidari iussit. Præsertim quod Poloniam audisset in suo gremio fouere Lutheranos. *Lasicius hæreticus lib. de Turcol. Moscouitica.*

1570. aduersus Venetos in Cypro pugnant & eam capiunt, nullo fœditatis genere prætermisso 1572. infœliciter res gerunt contra Moscos ad Tranaim.

Tertium bellum ciuile in Francia in duos annos. In Iarnacensi conflictu an. 1569. Princeps Condæus interfectus est. Bipontinus Comes non ita diu post mortuus est.

Hinc Montcoturiana pugna, in qua magna parta victoria Caluinitarum partes plurimum sunt commutate Admiralio de more fugiente in Vasconiam.

A Philippo rege mittitur in Galliæ regis subsidium Comes Mansfeldius: cum magno Burgundionum auxilio, qui in mensis Octobris prælio vulneratus est.

Regina Scotiæ è manu per duellium euadit in Angliam, vbi perfidè capitur & contra iura hospitij detinetur in hunc vsque diem.

An. 1570. Tertium pacificationis editum in Francia.

Eodem Anna Maximiliani Imp. filia Philippo regi Cathol. nubit, quæ in fine anni sequentis 1571. ei hęredem masculum peperit. Altera autem Elizabetha nomine Carolo nono Francorum Regi.

Ægidius Burdinus Regius Procurator, Catholica virtute & literis prestans 21. Ianuarij ad Deum migrat.

1571. Die Epiphaniæ Franc. à S. Andrea supremi senatus præses ætatis octogesimum primum agens, post diuinas humanasque leges pure obseruatas ad Christum migrauit, suos, non modo suarum opum & honorum, verum etiam pietatis, virtutis, doctrinæ hæredes de re literaria bene meritos relinquens.

1571. Cyprus à Turca Veneris eripitur, Duce Mustapha, qui Astorem Baleonum & M. Bragadenum vna cum trecentis Christianis Famagustæ, siue Salaminę superstites, contra fidem datam crudeliter necauit. Quam perfidiam Deus vltus est. Nam octo annis pòst, iram Amurathis Selymi successoris metuens, sumpto veneno de se statuit, natus plus minus an. 80.

Hic est ille Mustapha, qui Baiazethem Solymani filium viuo patre contra fratrem Selymum insurgentem vita exuit, Ægypti & Syriæ motus composuit, Arabes rebellantes domuit.

In Italia terræmotus immanes maximè in vrbe Ferraria, quæ vastas ex ijs ruinas perpetitur. Maris & Fluuiorum magnæ inundationes, præsertim in Frisia, contra in Anglia littora maris intro cedebant, vt homines possent ad aliquot passuum millia, intra maris ambitum pedibus incedere.

Franciscus Balduinus Iurisconsultus obit, qui è veneno Caluini tandem conualescens, sui doctoris & ministri pudenda detexit.

1571. in Anglia mons sat procul à mari dissitus, motus est est suo loco euersis radicitus arboribus, &c.

1572 5661

Septimo die Octobris tribus aut 4. horis pugnatum est à Turcis & Christianis, sed victoria inclinauit ad Christianos, Ioanne Austriaco Caroli 5. notho belli socialis contra Turcas duce in Sinu Lepantino. Triremes Turcarum captę 180. combustæ 20. submersæ totidem Magnus Balsa interfectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

25. millia Turcarum occisa, multa capta, è quibus nobiliores, si tamen illic sit nobilitas, vbi cuncta sunt seruilia, ad Pont. tracti & in castrum S. Angeli inclusi, 20. millia Christianorum recuperata. Ex nostris triremes admodum paucę desideratæ sunt, sed viri plures quàm fortissimè pugnantes occubuerunt: quorum pietas in meliorē vitam transijt.

Ochiali Amyralis Turcicus, natione Calaber, qui tunc Algēriæ Prosultanus erat, fuga tempestiuè sibi consuluit, cum 40. ttiremibus, cùm segniùs eum Andræas Auria eum insequeretur. Vnde breui classem reparauit, & postero anno Nostrorum conatus in Peloponneso retardauit: & tertio post pugnam anno cum Sinam Bassa Guletam expugnauit.

Iste est Ochiali, qui olim veniens in Turcarum potestatem primùm ad remos damnatus fuerat: verum abnegans fidem Christianam, Mahumeti se dedidit, indeque ad tantos honores ascendit.

Diplomate à Rege obtento Lutetiæ aperitur Academia Musicorum, quorum Musica constabat vocibus, fidibus, & fistulis. Quæ quamuis autibus grata esset, tamen quia neque erat Diatonica, neque Enharmonica, neque Chromatica, vt potè noua, è tribus confusa, denique in eadem cautione plurimum modorum siue tonorum mutationibus astricta: auditis Dudraco & ceteris Senatoribus Regijs ad eius examen destinatis, à Senatu regij diplomatis approbationem consequi non potuit, sicque tandem exoleuit.

Columnæ suæ classis præfecto, magnificentissimum ttiumphum Pontifex decernit, virtutis ergo: ad veterum speciem, vt sic in Capitolium veheretur.

Mensibus circiter 18. post cæsum Iacobum Nothum, in Scotia interfectus quoque est pari ferè modo Comes Lineuxensis, qui secundus Prorex, etiam cum præsidio, ex Anglia, eo missus fuerat. Dehinc varijs multisque cædibus, inter se Scoti ad hunc vsque diem sæuiunt, nec vllus adhuc tantorum malorum exitus videtur.

Fernandus Princeps Philippo 2. Hisp. regi, ex Anna Austriaca nascitur, Madriti die 4. Decembris.

Eodem anno Criminensis Tartarus, Turcæ tributarius, cuius regnum cingit Imperium Moscouiticum à Meridie, expeditionem in Moscum suscipit, qua vrbs Mosca deletur incendio. Se ei coniunxerant Tartari Nagaij, è quibus Tamerlanes originē duxit, Moscis Orientales, & à Mosca 500. milliaribus Germanicis distantes, Mosco infensi, quamuis superioribus annis in Liuonia pro eo steriliēt & grassati essent.

EXIMVS Iurisconsultus, ad vestigia sanctissimi sui præcessoris se componit. Vir tanto Pontificatu dignus, faxit Deus vt diu sedeat & se non ad opes, sed ad opus euectum perpetuo meminerit. Ipsius cura & constantia pastorali Ecclesia vbique hodie indiget.

Simonem Vigoreum & Ioan. de Prouetis Theologos Paris. renitentibus Aulicis ad Narbonensem Archiepiscopatum, & Præmonstratensem Abbatiam, solo virtutis & doctrinæ, nomine euexit. Suspectos à Sacerdotijs quouis prætextu excludit. Fidem Catholicam vbique restituere conatur.

Varia doctrinarum collegia, ad subleuanda inopum iectarumque nationum ærumnas instituit, ac magnis vectigalibus instruxit. Hinc Romæ collegium Græcorum, Armeniorum, Afrorum, Iudæorum, Neophytorum, Germanorum, Anglorum, Scotorum, &c.

Nuper etiā adiecit seminarium Hebræorum, vt idonei quique in bonis literis, maximè Hebræis, Chaldæis & peregrinis erudiantur. Inter hos sæpè Turci & Mauri baptizantur.

Rhemis item Anglorum seminarium, Lorettæ Slauorum,

Anni mundi.

5661

5673

Anni christi.

234.

I GREGORIVS 13. Bononiensis nunc sedet, *cui det Dominus vitam diuturnam, Imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populū probum, quietum & pacatum.*

1572

1684

Patriarcha. Constantinopoli Metrophane, deinde Ieremia Principibus.

Selimo Turcorum Imp. deinde Amurate 3.

Anni christi.		Anni mundi.	
	Tamma Persarum, mox		Pontimosellæ in Lotharingia Scotorum erexit.
	Ismaele 2. an. 2. denique		Menses diesque præcurrentes retraxit, ac labantem festorum dierum rationem correxit, iuxta veterem Nicenæ Synodi, Alexandrinumque rationem, demptis è mense Octobri anni 1582. diebus decem, deinceps æquinoctio Verno ad 21. Martij affixo, quod in decimum retrocesserat, & Epactis ad nouilunia designanda in Aurei numeri locum substitutis.
1572	*Mahomete Hobubendo.*	5661	Ius Pontificium recognouit. Sacra Biblia Latina ad pristinam integritatem redegit.
	Maximiliano 2. Occidētis siue Romanorū Imp. deinde Rodolpho 2.		Linguas fouet. Quare eius iussu & sumptibus elegantes characteres Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Armenios an. 1579. & 1580. Granjon Parisiensis Romā euocatus fabricauit.
			Aliæ eius virtutes & præclara facta, literis suo tempore mandabuntur, Iam duodecimum annum sedet, cui vitam in hoc sæculo diuturnam, in futuro æternam omnes pij exoptant ac precantur.
			Post mortem Metrophanis, ho die in Patriarchatu Constātinopolitano sedet Ieremias ab an. 1572. quo & cœpit sessio nostri Gregorij, vt in Antiocheno Ignatius, Hierosolymitano Germanus, Alexandrino Syluester. Est autem Ieremias inter Constantinopolitanos centesimus quadragesimus secundus.
	Carolo 9. Francorū rege deinde Henrico 3. qui & Polonorum.		Plures quidem constituunt, qui originem sedis Constantinopolitanæ repetuut, non à tempore Constantini, sed ab Andræa Apostolo. Nam ab eo vsque ad Alexandrum, quē propriè primum Patriarcham cum veteribus instituimus, nominant 23. nempè Andræam, Stachim, Onesimum, Polycarpum, Plutarchum, Sedicionem, Diogenem, Eleutherium, Fœlicem, Polycarpum 2. Athenodorum, qui Ecclesiam in Elea extruxit, Euxoium an. 16. Laurentium an. 16 Alypium 13. Pertinacem virum Consularem Romanum 19. Olympiū 11. Marcum 13. Chorucum 16. Castinum, qui extruxit Ecclesiam sanctæ Euphemiæ 7. Titum 35. Domitium fratrem Probi Imp. 24 Probum filium huius Domitij 12. Metrophanem filium Probi superioris, qui primus dicitur vocatus Episcopus Constantinopolitanus, quòd eius tempore Constantinus ibi cœperit habitare. Sed hi Patriarchatus titulum & iurisdictionem non sunt consecuti.
	Philippo Hispaniæ.		
	Elizabeta Angliæ.		
	Sebastiano Portugalliæ, deinde Henrico Infanti Cardinali, denique Philippo, qui & Hespaniæ.		Ieremiæ autem, qui hodie Constantinopoli sedet, an. 1575. Tubingenses Ministri (seorsum Iacobus quidam: puto esse Iacobum Andræam Smidelinum: & Martinus Crusius): 1576 Vvittembergenses, 1577. Rostochiani Augustanam Confessionem obtulerunt, iudicium de ea scisciātes, & vt in communionem Ecclesiarum eius reciperentur petentes. *In Epistolis Chytræi Lutherani editis an. 1580. apud Vechelum Francofurti.*
1572	*Maria Scotiæ.*		Quos non modò non recepit, sed etiam scripto triplici summa illius Confessionis capita refutauit. Hinc illa censura Orientalis Ecclesiæ, quam Stanislaus Socolouius Cracouiæ vertit, & emisit an. 1581. Hinc & acta atque scripta Theologorum Vuittembergensium, & Patriarchę Constant. quę vtrique ab an. 1576. vsque ad 1581. de Augustana Confessione inter se miserunt Græcè & Latinè Vuittembergæ 1584. Vos misistis ad Ioannem, ille testimonium perhibuit veritati. Nam illic nostra omnia quæ in controuersiam vocatis, confirmat: septem sacramenta esse docet, Missam esse sacrificium, &c. Quibus responsis de conspiratione cum Romano pontifice suspectus, (istorum proditione) apud Turcam redditus in carcerem, indéque in exilium trusus, Macharium quendam in sedem suam substitutum hodie cernit.
	Stephano principe Poloniæ.		Quia capta Constantinopoli siue an. 1452. pro Patriarchis Græcis Latinos Cardinales nominant Bessarionem an. 20. Petrum an. 2. Hieronymum Landum an. 11. Ioannem Michae-

Universidad de Deusto
Biblioteca

		Anni mundi.		Anni Christi.
	em an. 18. Marcum Cornelium an. 21. Egidium Viterbiensem an. 6. Franciscum Pisaurum an. 14. m. 3. Marinum Germanum an. 1. m. 7. Ranusium Farnesium an. 4. Fabium Columnam an. 4. Ranusium iterum an. 12 Scipionem denique Rebibam, titulo tenus id faciũt, nec Canonicam successionem, minus ministerium sequuntur.	1561		1572
	1572. Ioan. Maldonatus Iesuita Capellum, Helinum, Loqueum, & 20. alios Ministros Calumitas Sedani primùm differendo, deinde declamitando prostrauit. Nam in declamationes disputationem transmutandam censuerant, quòd eius vim syllogisticam non possent depellere. *Launeus, quitum Minister aderat, lib. 2. Apolog. ca. 12.*			
	Magloriani Monachi è vico D. Dionysij in suburbana D. Iacobi translati sunt, vbi olim valetudinarium D. Iacobi de alto passu, vt in eorum monasterium filiæ Pœnitentes intromitterentur.			
	Hieronymus Burgensis Catalaunensis Episcopus & Comes de pietate & literis benè meritus: mẽse Decẽbri è vita discedit.			
	1576. Matthæus Launeus & Henricus Penneteris Ministri Caluinismum eiurant, ac eius flagitia suis scriptis detegunt, quæ nondum Beza & reliqui Ministelli diluere potuerunt.	1670	*CONCIL. Rhotomagense Carolo Borbonio Cardinali præside, præcipuo actore & altero Erra Claudio Sanctio. epist. Ebroicens.*	1581
	1580. Chytræus Lutheranus Orationem vulgat de statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Æthiopia, Armenia, &c. Francofurti. Illic autem docet apud omnes eas gentes cuncta esse Missarum plena, sacramenta septem dispensari, Ecclesiam per Hierarchiam à Patriarchis in Archiepiscopos, Episcopos, &c. descendentem administrari, Sanctis inuocationes, honores, imagines, saltem pictas, adhiberi, tria loca morientium discerni, vt tertius media conditione inter beatos & damnatos collocetur, applicari sacrificium missæ pro viuis & mortuis, honorarium pro Missis dari, pro Basilij quidem Missa duos aureos, Chrysostomi vero paucos denarios. Maritos sacrificio fungi, sed Monogamos duntaxat. Coniugium, intra septimum consanguinitatis & affinitatis gradum, & in secundo affinitatis genere intra quartum, in tertio intra secundum gradum interdici, Constantinopoli 20. esse Christianorum templa, vigere & illic Senatum siue Collegium duodecim sacerdotum, cum quo Patriarcha communicatis sententiis per inferiorum graduum pastores res Ecclesiasticas gubernet.	1671	*Rhemense præside L. Guisiano Cardinali.*	1582
	Syros & Georgianos veterem Iberniam & Albaniam incolentes inter Colchos, Caucasum, mare Caspium, & Armeniam, in 18. Episcopatus distribui: Syros liturgiæ suæ auctorem D. Basilium laudare, Armenios à finibus Cappadociæ & Ciciliæ vsque ad Iberiam, mare Caspium, Mediam, Assyriam, longissima terrarum spatia occupantes, religione & ritibus esse Pontificiis simillimos, habere Patriarcham, quem Catholicum nominent: in Missa inuocationis & intercessionis Sanctorum & oblationis Sacramenti præ cæteris expressiùs prolixiúsque meminisse.		*Burdegalense de eadem re, nempe de se componendo ad Canones Tridentini.*	
	Passim etiam in Persida toto Oriente idem facere Christianos, vni Patriarchæ, quem Iacelichum appellent, obedientes. Maronitas ad montem Libanum, Latinæ Ecclesiæ in cũctẽ esse conformes. Multò latiùs in Asia & Africa Iacobitas à Iacobo Syro, qui circa an. 550. pro Eutychis & monothelitarum doctrina pugnauit, propagari, & Missis operam dare, &c. *Hæc ille, pag. 7. 8. 11. 12. 13. 15. 18. 20. 21. Vbi ex arc hostiũ innotescit nostra esse Catholica. i. Vbique per totum orbem vsurpari.*			
	1578. Ioã Sturmius Argentorati conatur sectã introducere, quam Mediam viam appellat, & absque offensione Catholicorum & Protestantium. Vtroque enim modo eos vocat. Ad eam autem rem firmandam, ex decem Circensibus singulis Imperij prouinciis, septem eligendos censet: ex illorum numero,	1573		1584

Anni Christi.		Anni mundi.	
1572		5661	mero, qui eiusmodi scripserunt, quòd vtriusque non displiceret, vt 70. illorum virorũ cõciliũ concordiã constituat, receptis è Concilio Tridentino, quæ placeant, & hominibus placere possint, reiectis cæteris & adhibita etiam charitatis regula, directa, non ad seueritatem, sed ad mansuetudinem. *Ipse præf. in psal. Conradi Hereshachij Iurisc. Basileæ apud Petrum Pernam* 1578. De quo genere liberationis, se scripsisse ait ad Cæsarem, in Sermonibus suis Turcicis. Vsquequò miseri claudicatis in duas partes? Vtinam esses calidus aut frigidus: sed quia es tepidus, &c.
			Scribunt varia hoc tempore Iac. Billius Prunæus, S. Michaëlis in Eremo Cœnobiarcha, Laurentius Surius Carthus. Martinus Cromerus, Iacobus Pamelius, Benedictus Arias, Martinus Isengrenius, Petr. Canisius, Fran. Turrianus Iesuitæ, Ioannes à S. Andrea, Ioannes Maumontius, Gentianus Heruetus.
			Ex Anglis Sanderus, Hardingus, Fekmanus, Alanus, Heskinus, Stapeltonus, Marsallus, Dormanus, Rostallus, & alij.
			Stanislaus Hosius Polonus, Carolus, Borromæus, Guil. Sirletus Cardinales, Hieronym. à martyribus Bracarensis, Vuillelmus Lindanus Rurenundensis.
	Turonense de eodem.		Iacobus Amiotus Altissiodorensis, Petrus Epinacus Lugdunensis, Guilielmus Rusæus Andegauensis, Claudius Sanctius Ebroicensis, Arnaldus Pontacus Bazatensis, Aimarus Ennequinus Redonensis, Arnaldus Sorbinus Niuernensis Episcopi scriptis & pietate illustres.
			Ioannes Baptista Ficletus, qui ius ciuile Theologicum, siue Theologiã iuridicam condidit, è Iure ciuili docens fidem nostram Catholicam illam ipsam esse, quæ ante mille ducentos & eo amplius annos floruit: ac Iurisconsultos, si qui fiat hæretici, contra suam artem, libros leges, principia peccare.
			Inter hæreticos solus ferè Theodorus Beza, ex obscœno & impuro poëta repentinus Theologiæ Geneuensis Minister, indèque Caluini istius rabulę & spurij successor, scribit, quãquam ab aliquot annis ratiũs, siue quia ad eruditionis suæ fundum peruenit, siue quia delictis sudoribusque iuuentutis fractus est, nisi quòd ad poesim reuersus, interdum ea latrãtem demulcet conscientiam, veteribus amoribus decantatis. Hinc profana illa Præfatio in Psal. 51. *Miserere.* & versificatoria Canticorum paraphrasis, contra quam aliam Iambicis versibus condidimus, & commentariis illustrauimus.
			Ministri cæteri, qui hodie supersunt vel nascuntur, præ infantia nec scribere, nec intelligere solidi quicquam possunt. Ita breui infœlicem Caluinianæ bestiæ interitum expectamus, nisi grauissima nostra scelera Deus Maometismo, quò Caluinismus inclinat, vindicare velit. Quod ipse auertat, qui est benedictus in sæcula.
			Ex quo Apocalypsim Maometismi abominationes diserte pingentem, suorum factis congruenter, suspectam faciunt. Nam Caluinus de libro Apocalypseos sententiam rogatus, ingenuè respondit se penitus ignorare, quid velit tam obscurus scriptor, qui, qualisque fuerit, nondum constet interet eruditos. *Bodinus de method. hist. capitulo 7.* cùm tamen esse de sacrarum literarum numero, ac scriptorem habere Ioan. Euangelistam, inter omnes eruditos Catholicos constet.
		5673	
1584			HVMANA.
			Sacrum fœdus siue vinculum, post mortem Pij Pontific. cuius studio & sumptibus fuerat conciliatum, à Ve-

Anni mundi. | Anni Christi.

netis dissoluitur, dum clam sociis Victores à victo Turca magno ære & integra Cypri cessione pacē turpiter promercantur: pertæsi Dei hostes vincere, nisi interim per totius Mediterranei emporia suam quæstuosam mercaturam exercerent, nec recordati illud Græcorum apud Pachymerem
5661 | 1572 lib. 5. historię. *Cum Hostibus Crucis geratur bellum, vbi & victoria laudabilis est, & vinci salutare. Item, Pax colenda, vbi Dei iacturam non facimus, rursus bellum gerendum, vbi religio periclitatur.*

1572. Nauarræ regina Lutetiæ moritur.

Genlisius & cæteri Galli prope Montenaldum ab Albano cæduntur, nempè *Hæreticis certum est Flandrorum terra sepulchrum.*

Regis Nauarræ nuptiæ, quas excepit ob quandam in Catholicos Principes, coniurationem dies Bartholomeanus, siue matutinæ Bartholomeanæ.

Postero die de aliis pœnæ sumptæ. Inter eos Petrus Ramus Veromanduus, turbulentæ vitæ, & sui in Linguas, Artes, disciplinas, Theologiam denique ipsam furoris supplicium dedit.

1573. Rupella obsidetur. Item Sancerra, vbi horrenda fames obsessos nefandis cibis vti coegit, quòd promulgatæ pacis conditiones nollent admittere.

Quarta pacificatio, ob Henricum Regem Poloniæ designatum.

1574 Montgomerius Comes, Lutetiæ securi percutitur.

Henricus 3. è Polonia rex fit Galliæ sexagesimus primus.

Et Amurathes 3. Selymo patri post octo dies, in Turcico Imperio succedens, à quinque fratrum impuberum strangulatione & cædibus eius administrationem auspicatur, ætatis 26. Mahumetanæ impietati vehementer addictus fertur, iuris amans, Solymani aui imitator eximius.

Ad armorum sonitum, & tormentorum fragorem contremiscere aiunt. Vnde bella contra morem maiorum per legatos gerit.

Matris vxorisque imperio agitur, qua vnica dicitur contentus. Filium habet vnicum Mahometem, qui & liberos habere narratur, etsi vix sit pubertatem egressus, vti & iste Amurathes à Selymo vix pubere est genitus.

Vino contra Patris consuetudinem abstinet. Milites tamē, qui sub Patre consueuerunt, vt nunc abstineant, cogi non possunt, *Hæc Epist. Franc. de Billerberg, ad Dauidem Chytræum.*

Literas, Christianorum maximo dedecore, sic inscribit, Amurathes *Deus terræ*, gubernator mundi vniuersi, nuntius Dei, fidus seruus magni Prophetæ Mahometi, &c.

Amidas Rex Tuneti victus à Turcis regno excidit, quod in prouinciam redactum est: expugnata demum Guleta, quæ Hispanico præsidio tenebatur.

Calendis Februarij Iacobus Carpentarius in Philosophia meus præceptor, professor, & medicus regius, antiquæ Philosophiæ contra Ramum & alios Logodædalos assertor tabe trimestri, magno eruditorum desiderio ex hac vita decęssit.

Vigesimo sexto die Decembris, die S. Stephani moritur Carolus Lotharingus Cardinalis summo Caluinitarum voto, siue quia sua authoritate & consilio illorum conspirationes disturbabat, siue quoniam in conuentu Possiaco Petrum Martyrem, Bezam, & decem alios Ministros luculenta oratione lætaliter vicerat, & vniuerso Conuentui piaculares reddiderat.

5673 1575. Quartum bellum ciuile Francicum, inita Caluinitarū cum aliquot Catholicis societate. Vnde quintum Pacis edictum an. 1576. secutum est.

An. 1584.

ATQVE hic decimum sextū sæculum terminamus, in quo perpetuari doctrinam superioribus sæculis per manus acceptam, vt in singulorum coronide docuimus, ne isti quidem qui eam impugnāt inficiari possunt. Nam statim eis restiterunt omnes boni, docti, pariter & indocti, deinde sapiētissimi quique pro ea scripserunt. In genere quidem Ekius, Erasmus, Cochleus, Trapper, Gropperus, Osius Cardinalis, Theologi Parisiēses, Salmaticēses, Louaniēses Oxoniēses Colonienses, Henricus 8. Rex Ang. Raffensis, Alb. Pighius, Sonnius, Lindanus, Alphonsus de Castro, Melchior Canus, Canisius, Auratus, & alij infiniti, vernaculis etiam linguis. In specie verò ij, à quibus de sequentibus capitibus, circa quæ eorum præcipuè versantur hæreses, libri peculiares confecti sunt.

MISSA, *continuata iisdem ritibus, ceremoniis, verbis, quibus priùs. E Titelmano Tract. de expositione mysteriorum Missæ, Cl. Sanctij, Cassandri, & Pamelij Liturgicis: Espencæi de adoratione Eucharistiæ, & libello de vtraque missa: Democharis opere de Missæ sacrificio, seorsum lib. 4. cap. 15. & infinitis aliis.*

Gratia Dei, fides, Iustificatio. *Driedo lib. de concordia liberi arbitrij. Pighius opus. de Iustitia* 1584

Eodem

Anni Christi. | Anni mundi.

Vuicelius libro de voluntate hominis Christiani. Carbaialus in explicationibus argumento-
1572 | 5661 *rum obiectione 22. & 1. Sententiarum cap. 59. Sententiarij huius æui lib. 3. sentent. dist. 19. & aliis scriptis. Qui & allegant illud Augustini de spiritu & litera ca. 9. Iustificati gratis per gratiam ipsius: Non itaque iustificati per legem, neque per propriam voluntatem, sed gratis per gratiam ipsius. Non quòd sine voluntate nostra fiat, sed quod sanet gratia voluntatem, vt sanata voluntas impleat legē non constituta sub lege, neque indigens lege. & cap. 10. per gratiam quispiam iustificatur gratis, idest, nullis suorum operum præcedentibus meritis. & illud D. Thom. in 2. cap. Iacobi. Nonne ex operibus iustificatus est. Contrà Paulus Ro. 4. & ibi glossa Augustini. Non ex operibus iustificatus est, sed ex fide. Responsio, Apostolus & Aug. loquuntur de operibus præcedentibus fidem, vt patet ibidem, ex quibus nullus planè iustificatus est. Hic autē loquitur de operibus sequētibus fidē, quæ dicūtur iustificare, non quatenus iustificatio dicitur gratiæ infusio: sed quatenus dicitur iustitiæ exercitatio, vel ostensio, vel confirmatio. Res enim dicitur fieri quando perficitur, vel innotescit. Guillaudius Parisiensis doctor in epist. ad Rom. duplex est iustificatio prima & secunda, &c.*

Eucharistiæ veritas, sacrificiū transsubstantiatio, adoratio Missæ ritus. *Demochares lib. de Sacrificio Missæ, & lib. de Eucharistia. Garetius de eadem. Tonstallis de ead. Caietanus contra Lutherum. Cassander in Liturgicis. Pamelius in Liturgicis, & in Cyprianum. Ioannes Hessel lib. de probatione corporalis præsentiæ Corp. & sang. Domini. Espenceus lib. de adoratione Eucharistiæ, & libel. de vtraque Missa. Claudius Sanctius in repetitionibus, & in liturgias Græcorum. Soto in 4. Sententiarum, vbi & omnia dubia istorum soluit. Canisius in Catechismo maiore. Seresius libris sex de sacram. Altari, Gaspar Casalius Lusitanus de Cœna & calice Do-*
1584 | 5673 *mini. Iacob. Faber Molinensis pro sacrosancto Missæ sacrificio aduersus Anatomem Missæ. & alij innumerabiles.*

Baptismi effectus, necessitas,

Eodem Abdemelec regnum Marochianum & Fessense, armis Turcicis adiutus nepoti suo Mahometi Cheribo tripis, qui post aliquot prælia in Portugalliam elapsus, magnarum calamitatum Christianis ipsum reducere conantibus auctor fuit.

Eodem Basileæ consulentibus Ministris, vt Turca contra Pontificem & Reges accerseretur, Princeps Condęus restitit. Quin ne talia sibi deinceps proponerentur, sub pœna sanxit. *Lauræus lib. 2. Apologiæ.*

1576. Torensis cum copiis, quas è Germania deducebat, profligatur à Duce Guysio: qui tamen, dum ardentius palātes & fugitiuos insequitur, in vultu vulneratur.

Rodolphus 2. Romanorum fit imperator.

Conuentus Blessensis, in quo reuocatur edictum pacificationis, quo prætextu vrbes aliquot à Caluinitis intercipiuntur. In eo perorarunt pro primo ordine Petrus Epinacus Lugdunensis Archiep. celebri sui & totius Ecclesiastici nominis palma, pro secundo Nobilium, Claudius Baufremontius Senescei Baro, vt genere, sic virtute doctrinaque nobilissimus, pro tertio, Versorius Parisiensis Patronus.

Isiodorum in Aruernia funditus, à Francisco regis fratre & prorege deletur.

Erastus contra Paracelsum veteris medicinæ labefactatorem, & nouæ conditorem scribit.

1577. Belgij accepta potestate conuocandi ordines, vt de re sua & tranquillitate patriæ deliberarent, modò nihil de religione tractarent, circumuenti à Gueusiis, mortuo Gubernatore in suum Principem conspirant, abigendos Hispanos decernunt, se hæreticis iungunt, Auraico principi obsequuntur, euocant Matthiam Imperatoris fratrem dominationis specie, cùm interim ipsi & Auraicus omnia essent gesturi.

Antuerpiam milites introducunt, Hispanos in arce obsident, qui facto impetu, quamuis pauci, de eorum perfidia pœnas dignas sumunt: quatuor externorum militum millia iugulant, oppidanos sternūt, diripiunt, in carceres coniiciūt, fugant, ædibus compluribus concrematis.

Ioannes Austriacus ad Flandriam pacandum mittitur, cum imperio. Certis conditionibus recipitur ab Ordinibus, qui ei postea insidiantur, externos principes alliciunt. Catholicis melioribus diffidunt, sacerdotes & omnis generis clericos eiiciunt.

Chirurgi à Medicorum Parisiensium schola deficiunt, ac, illis frustra se eorum Patres, Dictatores, Magistros esse docentibus, quòd hactenus ex ipsorum lectionibus, dictatis, consultationibus, examinibus pependissent, seorsum sua omnia agere, publicè Chirurgiam prælegere, priuatum denique corpus conficere incipiunt, actionibus, declamationibus, libris hinc inde versu ac prosa contra se mutuo editis.

Petrus Danesius Parisiensis professorum regiorum primus, per quem literę Græcæ deinceps suum solium Lutetiæ constituerunt, deinde Vaurensis Episcopus Aprilis 23. sub ætatis 80. tribus linguis & omnibus disciplinis ornatus, vitæ puritate illustris in Domino obdormit. Sepultus est in D. Germani Pratensis, quò se biennium ferè antè contulerat vt in sancta solitudine inter Psallentium choros psallens ipse moreretur, quando id in sua Diœcesi per hæreticorum arma non licebat. *E nostra in eum funebri oratione.*

Tristandus de Bizet, Episcopus Sanctonensis, mille libellas annui reditus reditus Lectoribus, & aliquot aliis de collegio Bernarditarum Parisiensium assignat.

Grassinorum Collegium absoluitur pecunia testamentaria Grassini Senatoris. Atque ita Lutetiæ 54. Col-

legia exiſtunt, eaque omnia ferè ab Eccleſiaſticis vel condita, *Anni mundi.* vel locupletata: quot & quāta in vlla alia orbis academia vix quiſpiam notauerit.

5621 Muſtapha Georgianos ſiue Iberos, qui Chriſtum more Græcorum colunt, an. 1576. oppreſſit. Tiffim regni caput cepit, tributo annuo impoſito. Inde in Mediam irrumpit contra Iſmaelem Perſarum Regem.

1577. Mahometes Hodabendus fratri Iſmaeli ſuccedens, bellum contra Turcas ſuſcipit, vt Mediam recuperet, ac Georgianos veteres ſocios vindicet, proſperèque pugnat.

Nam ad Seruan, a qua vrbe hodie Media Seruan appellatur, commiſſo prælio Turcas ad 70. millia concidit. Scythas cum 30. millibus equitum ſubſidio eis venientes penè omnes deleuit. Tartarici regis, qui ad Mæotidem paludem dominatur, fratrem necauit.

1578. Muſtapha, Turcarum ductor, victus excurrit in regnum Seruanum. i. Nudorum Georgianis tranſitum præbentibus, Samachium regni caput occupat. Ibi Achnieto Eunucho Baſſa relicto cum 25. millibus hominum, in Armeniam contendit. Sed cum Perſæ aſſecuti, iterum vincunt, & 80. millia Turcarum trucidant, cunctis proceribus penè vel interfectis, vel captis, adiuuantibus Georgianis, qui & ipſi repentè copias contra eos collegerant, vt pontem a Muſtapha in ſua regione excitatum, & à triginta millibus armatorum ſeruatum reſcinderent, ſéque Turcicis terroribus liberarent.

Sammachia à Perſis recipitur cum multis tormentis, ſpoliis pretioſiſque impedimentis, atque omnibus bellicis apparatibus, Eunucho Derbentum verſus profugiente.

Eodem anno magna infœlicitate Sebaſtianus Portugalliæ rex, cum Muleyo Mahomete Cheribo, quem in ſuum Feſſenſe regnum temere reducere conabatur, ab infinita Barbarorum multitudine oppreſſus, fortiter dimicans perimitur: vbi & cæſis duodecim Chriſtianorum millibus, & totidem captis deſiderati ſunt Epiſcopi Coimbrenſis & Portuenſis, Præfectus Pontificius, Marchio Hyberniæ, quem Pontifex inſtruxerat cohortibus Italicis ad Hyberniam occupandam, multique alij Principes.

Paulò pòſt initio Octobris Ioannes Auſtriacus in Caſtris contra Flandros diem clauſit extremum, princeps immortalitate dignus: inuictus Hæreticorum & Turcarum victor, vt proinde appoſitè in ſuis ſignis militaribus crucem cum hac teſſera gereret. *In hoc ſigno vici Turcas, in hoc ſigno vincam Hæreticos.*

Ei ſuccedit Dux Parmenſis, de quo illud Eſaiæ *cap.* 14 *ſibi dictum* perduelles interpretentur. *Ne læteris Philiſtæa tu, quòd comminuta ſit virga percuſſoris tui* (Ioannis Auſtriaci.) *De radice enim colubri egredietur Regulus, & ſemen eius abſorbens volucres &c.*

Gandaui Gueuſij rati Catholicos ſatis iam à rege Catholico ſuis artibus abalienatos, quo conſilio cepiſſent arma detegunt: nempe non vt bono publico conſulerent, ſed vt pietatem labefactarent. Nam tunc ſacras imagines deiiciunt, templa ſubuertunt, diripiunt, Catholicos vexant & opprimunt.

Attrebati ſeditio & aliis in locis contra Gueuſios, apud ſe idem, quod Gandaui, molientes. Hinc Ordinum à ſe inuicem diſtractio. Mox ne perirent funditus & mutarent non Dominatum, ſed Dominum, incipiunt captare Imperatorem de pace à ſuo Principe exoranda. Vtinam eis illud Oſeæ 1. & 3. c. congruat. *Poſt hæc reuertentur filij Iſrael & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & dicent, Vadam* 5673
& reuertar ad regem meum priorem, quia melius mihi erat tunc, quàm nunc.

aliena fides, Ceremoniæ. *Soto & Sententiarij reliqui in 4. ſent. Caniſius in Catechiſmo maiore.* *Anni Christi.*
Cliſtoueus in 4. li. Damaſceni, de Orthod. fide. Tilmannus Segebergenſis lib. de 7. Sacramentis, & quotquot hac ætate ſcripſerunt de Baptiſmo contra Caluiniſtas & Anabaptiſtas. 1577

Pœnitētia & eius partes tres. *Caniſius in Catechiſmo, Sententiarij in 4. Concilii Colonienſe parte de ſacramentis. Stotanus lib. diſputationum aduerſus hæreticos, Turrianus lib. pro Epiſtolis Pontificum, &c.*

Claues Eccleſię, Abſolutio. *Caniſius in Catechiſmo. Sanderus de viſibili Monarchia Eccl. Ekius in locis communibus. Corteſius & alij Sententiarij in 4. Turrianus libris de Dogmaticis characteribus & libris tribus de primi capitis & iudicis authoritate & Principatu. Ioan. Antonius Delphinus oratione de Eccleſia.*

Confirmatio, extrema vnctio, reliqua alia ſacramenta, & eorum vſus. *Caniſius in Catechiſmo. Soto in 4. multis diſtinctio. Ekius in locis communibus. Concilium Colonienſe. Hoſius in confeſſione, & alij multi. Tilmanus Segebergenſis lib. de ſacramentis 7. Sed & Hieremias Patriarcha Conſtantinop. de numero ab ipſiſmet Hæreticis per Iacobū Smidelinum & Martinum Cruſium epiſtola conſultus, an. 1576. c. 7. ſui primi reſponſi, ſeptem eſſe docet hoc ordine, Baptiſmus, Vnctio (ſic Confirmationem appellant) ſiue Chriſma, ſacra Communio, Manuum impoſitio, ſiue Ordo, Matrimonium, Pœnitentia, Oleū ſacrum. Vt & Græci alij reſpōſione 12. & Vltima ad Iacobum Cardinalem Guiſianum, interprete Ioan. Leunclaio Germano hæretico, Baſileæ apud Oporinum an. 1571. Sic Orechouius natione Roxolanus, materno genere Græcus & de Patriarchatu Conſtantinopolitano, Epiſt. ad Hoſium. de loco & authoritate Romani Pontificis. Quod ſanè omnium ſæculorum Græcis Chriſtianis congruit. Nam Simeon Theſſalonienſis iam olim inſcripſit librum de ſeptem Eccleſiæ myſteriis (ſic Græci Sacramenta*
appellant) & Cabaſilas in Liturgiæ expoſitione, præter Baptiſmū, 1673
& altaris myſteria, cap. 29. cæte-

Anni Christi. *ra eſſe aſſerit vltimum olei ſacramentum, & mox ſanctiſſimum vnguentum (.i. confirmationem)*
1572 *ordinationem per manuum impoſitionem, myſterium remiſſionis peccatorum (pœnitentiæ ſacramētum) denique Orationem ſacerdotis in matrimonio. Quorum omnium diſpenſationes & ritus extant in ipſorum Euchologio ſiue Sacerdotali.* Baptiſmi cap. 15. 16 17. Vnctionis ſiue Chriſmatis. Ibid. *&* c. 11. 37. Communionis & Liturgiæ, *c.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. Manuum impoſitionis ſiue ordinis, *c.* 111. 112. 113. 114. Matrimonij *c.* 18. 19. 20. 21. 22. Pœnitentiæ, *c.* 98. *&c.* Olei ſacri *c.* 97. 98. *Vt iam conſtet non ſeptem eſſe Papiſtica, ſed & Orientalium Chriſtianorum, maleuolè alioqui affectorum erga Papam. Sic Moſci, libro de eorum religione.*

Primatus Romani Pontificis. *Acurius Ioſeph à Petro patriarcha Maronitarum, è Monaſterio S. Mariæ de Camilim in monte Libano an. 1515. Romam ad eum agnoſcendum miſſus, apud Ambroſium Theſeum in introductione in linguam Chaldaicam, Syriacam & Armenicam, quas ab eo didicit. Stud Syrus Neſtorianorum Patriarcha an. 1552. in ſua profeſſione fidei à Maſio verſa. Abdiſu Patriarcha Aſſyrius, in ſua atteſtatione manu ipſius picta & ſubſcripta die 7. Martij, an. 1562. Græci, in tractatu Nili de Primatu Romani pontif. quem vertit Flaccus Illyricus, vt tanquam ſorex ſuo indicio periret. Nā Nilus illic concedit Romanum eſſe ſummum Pont. impugnans duntaxat, quòd eum tantum eſſe dicimus iure diuino, cùm eſſet dicendum iure Eccleſiaſtico & Conciliorum. Abyſſini & Æthyopes apud Damianum Goes duabus legationibus Matthæi, & Zagazabi. Latinos producit & enumerat Nicolaus Sanderus egregio illo opere de viſibili Monarchia Eccleſiæ, vt iam nefas ſit dubitare hāc eſſe fidem non huius æui modo, ſed & reliquorum omnium præcedentium. Turrianus lib. pro Epiſto-*
1580 *lis Pontificum. Moſchi apud Nicol. Fabrum, de religione Moſcouitarum, & Liſitium Lutheranum.*

Liberum arbitrium, bona

Anni mundi. Pontis lapidei ſupra Sequanā, prope Auguſtinianos Pariſienſes: inſignia fundamenta iaciuntur in Lupatam regiam.

Menſe Decembri Seruan vrbs Meſopotamiæ muniſſima
5648 prope Tegil Fl. Amurati eripiti à Sopho Perſarum, cæſis cētum ſexaginta Turcarum millibus. Baſſæ, qui Conſtantinopolim euaſerunt, ab Amurate ob tantam cladem ſtomachante, ſecuri percuſſi ſunt.

Franci cùm antea numerarent per libellas ſiue Francos, iuſſi ſunt numerare per Aureos, & Aureorum partes, Aureo ad ſummam 60. ſolidorum redacto.

A peruilegio cœptus ordo Equitum S. Spiritus, die primo anni 1579. inſtituitur ab Henrico 3. Franciæ R. Faxit Deus, vt ſuo nomini conſonet, ſanctóque Spiritu regatur, neque ſit oneri & damno Eccleſiæ, pro qua honoranda tuendáque conditus dicitur.

Menſe Aprili riuus Gentiliacus, vulgo Bieura, nimio 30. horarum imbre exundās agros & ſuburbana D. Marcelli nocte obruit, aliquot hominibus & pecoribus extinctis, muris, parietibus, nonnullis etiam ædibus diſiectis.

Decimo ſeptimo Maij hora decima in Monaſterio S. Vedaſti Atrebatenſis Atteſij, Hannones Inſulæ Duaci, & Orchiaci pacem à rege Catholico certis conditionibus impetrāt, hymno *Te Deum* poſtridie Atrebati decantato.

In Flandros, Brabantinos, Hollandos, Zelandos & reliquos perduelles, eius nomine, Parmenſis Dux exercitum mouet, vt vel eaſdem pacis conditiones ſubeant, vel debitas perfidiæ pœnas luant.

Bar. Briſſonius patronus Regius (indéque ſupremæ curiæ præſes) & Renatus Choppinus ſummi noſtrę ætatis Iuriſconſulti hoc menſe Maio contra Paracelſiſtas (Pſeudomedicorum genus, qui damnato Hippocrate, Galeno, & veteri ſchola prodigioſam Medicinæ praxim vſurpant, & prodigioſiorem Theoriam, Principia, cauſas &c. conſtituunt) pro Medicorū vetere diſciplina, in Senatu Pariſienſi perorat.

1579. Mahometes Hodabendus Perſarum Rex, Turcas in quadam ampla planitie de improuiſo inuaſit, ad 30. millia inſtar pecudum mactauit, vt Amurathes Scytharum ſiue Tartarorum opem implorare coactus ſit: quibus vt tutò res neceſſariæ conuehi poſſent, Occhiali Admiralius Phaſis amnis accolas adortus, caſtellum prædicto amni impoſuit, & duas arces in littore maris Colchici ſiue Mengrelij ad arcendos hoſtes excitat. Sed eę à Perſis captæ ſunt & euerſæ.

Amurathes Muſtapham reuocat, indéque ad venenum compellit. Sinam autem Baſſam, qui victor ab Africana Guletæ expeditione redierat, in locum eius ſubſtituit.

De pace tractat, ſed quia Media non vult cedere, Perſæ eius agros vndique vaſtant, pagos villaſque exurunt, & commeatu intercepto, fame peſtéque Turcas abſumunt.

Munitionem in finibus maioris Armeniæ ab ipſis factam, vt Georgianorum vires à Perſicis deſiungerent, vna ſui exercitus parte diruunt: ac Turcas in ipſa inuentos trucidant. Altera Vanum & alia oppida in finibus Babyloniæ expugnāt: Triremibus 50. miſſis Carſin, munitionem, quę in ora maris Euxini ſtruebatur, capiunt & euertunt.

Aucti copiis auxiliaribus Bogodani reguli, & quadraginta millibus Hemircani Perſici regis filij, Sinam Baſſam ad pugnam prouocant, ac ad oppidum Aazirum ſiue Argitonem in finibus Turcomanię & maioris Armeniæ haud procul ab Euphrate vrgent. Tredecim millia equitum in ſuos agros excurſionem facientia, atque illinc commeatum conuehentia
5669 confodiunt. Prædam & captiuos recuperant.

Peſtis in vniuerſa Peloponenſo & aliis terris Turcis ſequit, vt vel in vna ciuitate Hieropoli plus 70. millia conſūpta ſint.

Srephanus Poloniæ Rex Iesuitis Polotię templum struit. *Vuarseuicius in Panegyrico ad illum regem.*

Anni mundi. 5661. Mahometes primarius Turcæ Bassa, mense Octobri circa horam pomeridianam: à quodam mendico antea milite, supplicem libellum porrigente in Palatio plagam in pectore excepit, & duabus pòst horis mortuus est. Percussor in tumultu laceratus, apud Turcam perpetratæ cædis causam dicere non potuit.

Mense Augusto Cardinalis ille Hosius, vitam hanc cum meliore mutat.

Suetiæ Rex Iesuitis profectis ad repurgandam Ecclesiam illic dogmatibus hæreticis corruptam se æquum præbet: cum spe Catholicæ fidei recipiendæ.

Archiepiscopus & Archidiaconus Angulamensis in ea Indiæ parte, vbi sunt Christiani D. Thomæ, characteres linguæ Chaldaicæ siue Syriacæ à summo Pontifice per Iesuitas postulant: vt sua non modò imprimant, (nam Missam & preces Canonicas lingua illa, vel etiam Hebraica celebrant) verùm etiam nostra in eam linguam conuertant. *Emanuel Texera in Epistolis.*

1580. ob siccitatem fermè inauditam Constantinopoli & locis finitimis, Amurathes ab Epidauris frumentum petit.

Filius Regis Persarum cum 20. millibus equitum in Turcicos agros excurrit, triginta millibus equitum sibi occurrentibus fugam simulat. Reuersus perturbat ordines, & ad 20. millia interficit.

Sina Bassa residet ad ciuitatem Ezerum, ad Euphratem sitã, & auxilia expectat.

Inde initio Octobris Turca magnam cladem à Persa accipit, frustràque ei in pacis lenocinium: magnam suæ ditionis partem offert.

Sub finem anni Persa stratagemate vsus, munitionem Tifis occupat, præsidium alterius Cats dictæ cædit.

Die 31. Ianuarij Henricus Cardinalis Portugalliæ Rex moritur, cuius successionem cùm Catharina Bragantiæ Dux, Antonius ex Ludouico Regis nepos nothus, & alij sibi designarent, tandẽ Philippus Rex Hispaniæ, qui, à Cardinali moribundo nominatus fuerat, eam Ecclesiasticorum & Nobilium suffragatione assequitur.

Die 27. Februarij Malicontenti Cortracum mutato habitu occupant. 30. Martij Niuoua duce Lanouio Gallo, scalarum ope capitur. 6. Aprilis & seqq. Anglia, Zelandia, Hollandia, & Flandriæ pars terrę motu concutiuntur.

9. Apr. Mechlinia ab Ordinibus Temptio duce ante diluculum superato vallo, in potestatem redigitur: magnáque crudelitate in ciues & præsidiarios sæuitur.

9. Maij Lanouius Gallus ab Hispanis capitur, quindecim peditum signis cæsis.

Initio Iunij Frisij traiecto Rheno patriam armis repetunt, obuiúmque Comitem de Hollac cum 22. vexillis peditum, ac equitum duobus millibus superant, cæsis mille quingentis, cùm de suis tantùm. 55. amisissent. Hac pugna Groningenses obsidione liberati sunt, & multa Frisiæ oppida, portus, & propugnacula recepta.

8. Iunij Flandri Disthemium oppidum occupant, & Ecclesiasticorum ędes diripiunt.

Eodem mense Cameracum, se patrocinio Ducis Alansonij Gallorum Regis fratris permittit.

Iulio Stephanus Rex Poloniæ ex Lithuania in ipsam Moscouiam ingressus, duas arces Vualisium & Vsuatum occupat. Deinde Vuielikilukium. Sed multis suorum amissis, sub fi- 5673 nem ferè anni reuertitur.

Eodem legati ab Ordinibus Belgiæ ad Ducem Alansonium

mittuntur

Anni Christi. 1572 *opera. Vuicelius li. de voluntate hominis Christiani. Driedo libro de Prædest. & lib. de concordia liberi arbitrij. Erasmus libro peculiari contra Lutherũ. Ambros. Catarinus in opusculis & contra Caietanum. Slotanus lib. disp. aduersus hæreticos. Clichtoueus in libros Damasceni de Orthodoxa fide, capite de hac materia. Sepulueda contra Erasmum.*

Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, festa. *Esselsius libro peculiari. Am. Catarinus in Opusculis. Soto in 4. sentent. Canisius lib. de virgine & lib. de Ioanne Baptista contra Centuriatores. Syri & Nestoriani in tabula & titulis noui testamenti, & in suis liturgiis & Ritualibus. Eckius tribus tomis de sanctis, de quibus & sermones innumeri sunt Theologorũ & Ecclesiasticorum huius ætatis. Moschi apud Lasicium Lutheranũ de Theologia Moscouitica.*

Preces pro defunctis, Purgatorium. *Græci hodierni, qui & illud vocant.* πυρκαθαρτήριον *vnico vocabulo, &* κενοφυλάκιον. *Nestoriani Mesopotamij, qui vocant Guentha. Moses Mardenus, in tabula lectionum noui Testamenti Syriaca. Syri & Nestoriani in titulis noui sui Testamenti, & in suis liturgiis. Hebræi Hodierni, vt & docent Hæretici Fagius & Munsterus in 14. Deutero. & Nos libro peculiari. Auratus paradoxo 86. ex August. Grego. Nysseno &c. De Latinis aliis non laboro. Nam sunt innumerabiles.*

Ieiunia, delectus ciborum, &c. *Græci, Syri, Abissini, Indi, Armenij, vt ex eorum Calendariis apparet. Mosci, qui apud Lasicium Lutheranum lib. de Theologia Moscouitica ritu Græco magnam anni partem. i. 20. hebdomadas in ieiuniis transigunt. Primò ante Natalem sex hebdomadas solis leguminibus contenti: deinde octo ante Pascha. Tertiò ab Octaua Pentecostes vsque ad ferias Petri & Pauli. Denique à Calendis Augusti vsque ad Assumptionem (obdormitionem vocant) Virginis, præter dies Mercurij & Veneris reliquarum Hebdoma-* 1584 *darum.*

Hæc & alia à Sectariis cõtra Religionẽ disputata omnia conuitia Im-

Anni Christi. *peratoria, cuncti conuentus Principum, Populorum, Academiarũ, vniuersæ denique Synodi huius tẽ-*
1572 *pestatis magno numero confirmant, Lutherum, Caluinum & istiusmodi reliquos detestantes & anathemate fulminantes. Cuius quanta sit vis euentus ipse loquitur. Nam non tam à nostris, quàm seipsis confecti sunt, quotidieque cõficiuntur. Lutherus Anabaptistas, Zuinglium, Carolstadium, Oecolampadium aggressus est. Protestãtes & aliæ Germanorum sectæ Lutheri dogmata penitus deseruerunt nec se amplius Lutheranos dici patiuntur. Ioac. Vuesphalus, Til. Heßusius, Castalio, Cazanonius, Gregorius Paulus, Molineus, Ioã. Morellius, Cassander, Valentinus Gentilis, Blandrata, Ochinus, Roserius, Bernenses Caluinum expugnauerunt, vel eius sectã in plurimas secuerunt. Castalio. Brentius, Smidelinus & plerique alij Bezã vexant. Protestantes, istorũ æmulos in Germaniæ multis locis exurunt. Denique ita in se sæuiunt, vt corpus istud peccati propediem interiturum speretur, cui & illud quadret Epiphanij, lib. 2. de Hæres. ca. 2. Veteres narrant fabulam, quòd ex multis aspidibus in vno testaceo vase collectis & in singulis quatuor angulis Tẽplorum Ægyptiacorũ positis si qua aliis fortior reperta fuit, ea reliquas aggressa deuorauit. Et vbi sola mansisset, alimentóque careret, cõuersa seipsam à cauda derodere cœpit, & vsque ad reliquam corporis partem se adedit, quoad viueret, vnde & Aspidogorgana vocauerunt. Sic hæresis se penitus consumit & per Christi potentiam delet.*

Accedit istorum Historicos & Chronologos omnes nobis dare testimonium, vt Sleidanum, Carionem, Magdeburgenses, Pantaleonem, Funccium &c. Nam etiam isti secundum nos Ecclesiæ cursum fuisse, esséque docent, & dum res Ecclesiæ se narraturos pollicentur, nostra dũtaxat explicãt, nostrósque solos allegãt, quasi apud nos positã esse Ecclesiam tacita conscientia fatentur. Quin & tradunt Romanã religionẽ in cunctis Europæ terris receptam esse, quam ipsi conati 5673 *quidẽ sint & scriptis & armis cõuellere, sed nondũ potuerunt, nec,*
1584 *Deo duce, poterunt, vt vel eorũ cõfessione sit nostra ecclesia cõtinua,*

Anni mundi. mittuntur, vt se patriámque Belgicam certis conditionibus, abiurato Hispaniarum Rege, ipsi offerant.

Augusti 19. proscriptio Hispaniarum Regis, contra Principem Auraicum Namurci publicatur.

5661 Mensibus Iulio, Augusto, Septembris, Fera Picardiæ vrbs à Rege obsidetur, tandémque certis conditionibus ab Huguenotis redditur.

Die primo Septembris anni huius 1580. Græci à Moscouitæ annum ab orbis conditu 7089. numerare incipiunt.

Mense Septembri Hispani & Itali milites, qui Pontificiorum nomen sibi indiderunt, duabus clauibus pro insignibus vsi, in Hiberniam appellunt, munitionemque erigunt cõtra Anglos.

27. Octobris Anna Austriaca, Philippi Regis vxor moritur, cùm is iam paulò antè, Lusitanico regno, extinctis in eo motibus, & perduellibus partim cæsis, partim captis, partim in gratiam receptis, inauguratus esset. Ita regnum Lusitaniæ cum Hispanico, à quo fuerat an. 1110. diuulsum, iterum coalescit.

Nouembri in Anglia publico edicto potestas fit vnumquemque vel detegendi, vel accusandi ex minima circunstãtia, quæ Catholicam religionem indicet. ex quo multi pij deinceps comprehensi, & aliis calamitatibus affecti. Quin & lex fertur, ne Catholicus exilio patriæve derelictione, se pœnis vel persecutionibus subtrahat.

Concordia discors. Sic appellata est à Catholicis quam frustrà Lutherani hoc anno 1580. cum aliis sectariis in Germania inire conati sunt.

Decembri, die Conceptionis, Guilelmus Laurentius Altiuilij minister, prope Gratiæ portum, in Caletensi Normanorũ agro, se fraxino fossæ imminenti suspendit.

Post Cadurcum à Huguenotis captum initur pax.

Eiconas virorum illustrium emittit Beza. Illustres vocat Ioannem Hus, Caluinum, Bucerum, & similes cuiusque sectæ apostatas, quorum nomina in inferno conscripta sunt, corpora vero in terris magna ex parte suppliciis dignis affecta.

1581. Sina Bassa arma & pecunias, per Pontum Euxinum & Trapezuntem contra Persam recipit.

Alter Turcarum exercitus ad portas Caspias duce Osmanuo Bassa, locorum beneficio & Tartarorum auxilio euasit.

Hic est annus, quem Græci ab orbe condito septies millesimum statuunt.

Beglerbegus Assyriæ siue Ezorumæ, huius belli suasor, ad pœnas deposcitur, quas euasit matre & vxore Amurathis, centum millibus aureorum sibi conciliatis, & ducentis millibus ducatorum in ærarium illatis.

Sina reuocatur Constantinopolim, vt mandata accipiat de pacis conditionibus, vel induciis vnius anni, quæ tamen breui pòst ruptæ sunt.

Die sexto Ianuarij, Magni Moscouiæ Ducis internuntius ad Rodolphum Imperat. venit, atque inde Romam ad Pontificem.

Occhiali Bassa Constantinopoli cum classe in Africam venit, vt seditiones Tunetani regni compescat: indéque regnũ Fessanum. Mauri enim recepto per Melitenses hæreditario suo rege, qui detinebatur Neapoli, & abnegato Mahomete Christianus euaserat, Turcis rebellarant.

Tusanus Giboult Lunæ Paschatis Rhotomagi in S. Audoeni, Caluini hæresim & ministerium eiurat, præsentibus & audientibus multis hominum millibus, sicque Ecclesiæ, manibus Cardinalis Borbonij, reconciliatur. Inde de veræ falsæque Ecclesiæ cõparatione, & suæ ad Ecclesiam reuersionis

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

causis concionatur. Nempè difficile est, vt hi, qui olim cœleste pabulum gustauerunt (fuerat enim Doctor Theologus Parisiensis, in sacris libris & lectionibus educatus, indeque Canonicus & Archidiaconus Tholosanus) postea in perpetuum siliquis porcorum vesci velint. Anni mundi. 5661

Amon Miniter Foquardi prope Fanuillam, in eadem Normania, è propria filia filium iustulit.

Mense Iulio Synodo Rupellano Ministri Cõmentaria Lancelloti du Voysin Poplinerij de rebus horum 30. annorum tota Europa gestis proscribunt, quòd purè & simpliciter, ad historiæ veritatem, non ad Cauiæ (licuæ perduellionis mysterium appellant) gratiam cuncta narraret. Quod paulò ante in alia Synodo Montis Albani factitarant, suis scilicet leges injiciunt: vt vel mentiantur, vel verum prætereant; Quod tamen nunquam à tanto, tam candido, & erudito viro contingit. *Prima* (inquit Cicero) *Historiæ lex est, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua sit suspicio gratiæ in scribendo, ne qua simultatis.*

Sanderus & alij plerique Nobiles & Catholici freti Bulla Pij quinti, in Hybernia contra Angliæ Reginam bella pro patria & religione gerunt.

Mense Septembri Guil. Postellus centenario maior, multarum linguarum peritus, Lutetiæ moritur.

Mense Decembri Turca duos internuntios in Galliam mittit, qui ad Circuncisionem filij Regem inuitant. Nam nonũ Martij anni sequentis festo Circuncisionis eius designarat.

Die Natalitio, domi meæ Iacobus Billius, de nobili Prunæorum familia, Abbas S. Michaelis in Eremo, Græcę literaturæ lumen, Hebraicæ non ignarus, placidissimè & sanctissimè expirat.

Primo die Decembris Edmundus Campion Iesuita, Scherrinus, & plerique alij sancti & docti martyrio afficiuntur Londini, quòd Catholice sacramenta vel administrarent, vel acciperent.

Inde Anglicana persecutio, quę iam 24. annos durat, ingraescit latis legibus, quarum hæc est summa. Quicunque vel vnicum, vt vt minimum actum Christianæ siue Catholicæ religionis exercuerit vel exercentes non detulerit, pœnas perduellionis luito.

Legatus Hispanicus Ioan. Martianus Mediolanensis, inducijs in triennium impetratis, Byzantio in Hispaniam redit, ita tamen vt neuter alterius amicitiam expeteret, sed quod Turca Persico bello vexatus à Christianis timeat, Hispanus hæreticorum fraudibus implicatus, cogatur sua bello persequi & repetere, cùm alioqui posset Christi præcipuo hosti resistere, & Deo Duce vincere.

Contentio Geneuę ob quoddam scriptum Lamberti Danæi ministri, quo tres blasphemas contra S. Trinitatem propositiones defendit. Ad quam sedandam Geneua Danæus exulare cogitur. Prima erat, *Deum de Deo, lumen de lumine*, in Symbolo Niceno duram, impropriam, & periculosam esse locutionem. 2. τὸ Ἁγιολούθρον, *Sancta Trinitas Deus, miserere nostri*, inconsultè à Patribus esse dictum, periculosè, barbarè, improprièque. 3. *Tres personas in vna diuina essentia subsistere*, proprie, rectè & piè dici, cùm Catholici eas in se siue per se asserant subsistere, & id perfectius verùmque quàm vlla rerũ procreatarum individua.

1582. mense Ianuario pax in decennium inter Ioannẽ Moscorum & Stephanum Polonorum Reges, per Antonium Possevinum Iesuitam Pontificis legatum transigitur, ac ea Moscus cedit Liuonia siue Gothia Orientali, relictis 34. arcibus cum tormentis omnibus & apparatu bellico, & redemptis captiuis: Polonus autem soluta Plescouiæ obsidione, 5673 1584

arces

perennis, immobilis, inuicta denique Catholica permaneat & omnes sectas spectet. Est enim Catholicum, quod semper, quod vbique, quod ab omnibus aut plurimis, & iis quidem quorum spectata est perspecta que sapientia & pietas, communiter est creditum. Anni Christi. 1572

Atque hæc quidem sunt, quæ simpliciter demonstranda suscepera, de doctrina, Fide, Religione, Ecclesiæ per singula sæcula perpetuitate, vnitate, continenti successione, atque Romanam Ecclesiã, quæ hodie est, esse Catholicam illã, quã Symbolo credi iubemur, simulque eandem semper religionem Christianorum tam inde vsque ab Apostolis, donec id fusius, atque etiam vel à nobis vel ab alijs præstetur Vale interim & nobis Deũ precibus concilia.

Anni Christi. 1572

Anni mundi. 5661 arces in Moscouia anno superiore captas ijsdem legibus reddit. Tres enim expeditiones in Moscum fecerat 1579. 1580. 1581. Nam huius Ioannis auus, & Basilius pater, regno Polonorum amplissimas prouincias ademerant, Plescouiensem Nouogordensem, Smalensensem, Vielcoluscensem iam receptam, Sueuierensem, & Mosaicensem.

Moscus tria Iesuitarum collegia in suo Imperio construit, spemque præbet de suo ad Ecclesiam Romanam transitu. Alioqui Constantinopolitano Patriarchatui obsequitur.

Mense Septembri legatos Romam mittit, petens Episcopos Catholicos, Latinæ Ecclesiæ communionem, denique Regis titulum.

18. Martij Princeps Auraicus à Ioanne Iauriguco Hispano glande plumbea in faciem per vtramque maxillam & palatum impacta, Antuerpiæ traiectus est, nec tamen mortuus.

Persa legatos Constantinopolim mittit, cum pacis conditionibus, vt Amurathes sibi restituat regionem Setuanam. i. Mediam, iuxta pactionem cum Sina Bassa initam.

Turcicum exercitum noua clade afficit, tria millia equitum perimit, quatuor Sangiacos siue Prouinciarum principes necat, duos capit, Bachallam expugnat. Denique eum aiunt Mesopotamiam, vtigò Diarbec, cum ipsa Babylonia & regno Siruano, siue Medorum recepisse.

Amurathes Sinam ad exercitum remittit.

Cum legato noui Principis Transyluaniæ ita transigit, vt quatuor millia Ducatorum veteri tributo Transyluanus addat.

De qua re Hieremias Constantinop. Patriarcha ad Henricum Regem Franc. scripsit, addens Transyluanum in gratiã, ipsius Regis caula, à Turca receptum. Quam Epistolam Iac. Amiotus Episcop. Antissiodorensis Regi vertit & explicauit.

Mense Augusti copiæ Antonij de regno Portugalliæ cum Philip. Rege Hispaniæ dimicantis ad D. Michaelis insulam nauali prælio cæsæ sunt. Hîc Strossius Franciscæ manus Ductor cum toto penè suo exercitu deletur.

Legato prioris Regis Fessani promittit Turca se Ochialum, quem ad opem nouo Regi ferendam cum exercitu miserat, reuocaturum: postquàm nouum illum Regem intellexisset Regi Hispaniæ portum Larcace è regione Arzillæ vrbis tradidisse, ac iam portum illum 600. Hispanorum præsidio teneri.

Calendarij à Pontifice correcti ratio obseruati in Gallijs cœpta est, nisi quòd decem dies sunt detracti è mense Decembri, non Octobri, à nono die videlicet ad vigesimum. Nam decimus dies habitus fuit pro vigesimo, &c.

Die omnium Sanctorum è corpore migrat Chrystophorus Thuanus, primus Senatus Parisiensis Præses, vigesimo anno sui magistratus, doctus, diligens, plebicola, Cleri amans, ętatis 75. integris adhuc dentibus, oculis sanis, & perspicillorum nescijs.

Ioan. Lasicius Sarmata primùm Trinitariorum æmulus sub an. 1565. mox Caluinita, postea frater Boemus siue Picardus iam anno 1582. libro Spiræ edito de Moscouitarum religione se Lutheranum profitetur. Verendum ne anno sequenti, peccatorum mole obrutus ad Mahometismum, inde ad ἀθεότητα migret. Quò inclinat illud eiusdem libri pag. 16. *In Hebraicis, Græcis & Latinis Veriusque Testamenti codicibus, Variata esse plurima, quibusdam sublatis ab Hæreticis, aliis depranatis, commutatis, additis.* Quod bellis testimonijs probat Erasmi, Bezæ, Castalionis, Franc. Lucę, & Franc. Iunij. Nam illud videtur Mahometis non fidendum Euangeliis, quòd corrupta sint. Sed & atrociter accipit Mahometem dici docerive 1584 5673

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antichristum, eique numerum 666. Apoc. 13. assignatum conuenire. Vbi lubens suam regulam applicaret, locum Ioannis fuisse à quodam Pontificio corruptum. Denique illic gulę, bibacitatis, voluptatis, impudicitiæ patronum agit: quod non mirabitur, qui eum viderit. Nam ea est forma & aqualiculo, vt totus ad ventrem natus videatur, si modò is est, quem Lutetiæ cognoui & confirmaui aduersus Trinitarios, circa an. 1567. | Anni mundi. 5661 | Anni Christi. 1572

Ioan. Brunnerus Dogkenburgensis in hæresi natus, educatus & annis circiter quatuordecim minister institutus, professionem Catholicam edit, & Græcarum literarum, sanctæque linguæ professor sit apud Friburgum Brisgoiæ. hic apud Anglos paulò ante Bellus ministet, lectione sanctorum Patrum ad Catholicam pietatem perducitur, & pro ea Martyrium facit.

1583. Persa Osmannum Bassam ad portas Caspias cædit, præter captiuos & vulneratos contrucidatis circiter quadraginta millibus, inter quos multi sunt Sangiaci siue prouinciarum prætores. Quin & ipse Osmannus dicitur captus cum plerisque proceribus, & nescio quot tormentorum millibus, magna pecuniarum vi, variáque supellectile.

Calendis Ianuarij Franc. Belloforetius, politus, piúsque multorum librorum Gallicorum scriptor, humanis eximitur, & apud Franciscanos Lutetiæ tumulatur.

Die Epiphaniæ Ioannes Maldonatus Iesuita, post Theologiam, præsertim Scholasticam, multis annis illustratam, & innumerabiles ad eius studium inflammatos, Romæ, quò se contulerat, ad recuperandam valetudinem sanctis illis laboribus fractam, ad Deum euolat, Doctorum laureolam percepturus.

Ianuarij decimo sexto, Ghebardus Archiep. Colonienſis Angustanam Confusionem amplexus, vt vxorem posset ducere, Bonæ edictum promulgat, quo cæteris hæreticandi & vxores contra Christianas leges ducendi, potestatem facit.

Decimo septimo Princeps Auraicensis & Antuerpian Francos in tutelam sui euocatos Antuerpiæ vel trucidant, vel in flumen præcipitant, nonnullis in custodiam receptis.

Natalis Iornet Caluinisticus Ludimagister Metis supplicio afficitur, quòd librum contra Patriarchas, Prophetas, Apostolos, eos vt impostores, & falsarum religionum auctores traducens, condidisset.

Martij vigesimo Lutetiæ apud Augustianos Pœnitentium sodalitium ab Henrico Rege introducitur, Nuntio Apostolico sacra operante, & candidas φραιδόρας vestes consecrante. Quo exemplo mensibus deinde Iulij, Augusti, Septembris in Lotharingia, Campania, Picardia, & nonnullis aliis prouincijs, supplicationes populosè promiscuæ multitudinis per decem, viginti, plurésve leucas actæ sunt, Clero corpus Christi sacrásve reliquas afferente, laicis cuiusque ætatis & sexus cum puris lineisque vestibus, & crucibus ligneis, litanias, aliásve pias precatiunculas flebili cantu per tot terrarum spatia modulantibus.

Lobecus pagus Normaniæ in agro Caletensi, igne cœlesti penitus præter vnam domum consumptus est. Id diuinæ vltioni tributum, quòd ille Caluinitis redundaret.

Ghebardus Colonienſis Archiepiscopus exauctoratus est quòd Lutheranus euadens, & Episcopatum & vxorem retinere cuperet. Leodiensis successor nominatus, illum & Cazimirum suppetias ferentem, Hispanorum Italorúmque auxilio fudit, ac spe percipiendi vllos in posterum ex Archiepiscopatu fructus exuit. | 5673 | 1584

28. Augusti Ioan. Baptista Castellius, Episc. Ariminensis,

Nuntius Apostolicus, qui nouo more pietatem cum politia coniunxit, rêsque spirituales temporariis prætulit: Sepelitur Lutetiæ in D. Matiæ choro. Oratione funebri à Iuliano de sancto Germano Coepiscopo, virtute & doctrina præstanti, decoratus est. | Anni mundi. 5661 | Anni Christi. 1572

Nuntium ei similem vix secla antiqua tulerunt:
Vnquam vix (metuo) secla futura ferent.

cunctis sua, non quæ sunt Christi, quærentibus.

Regina Angliæ Puritanos aliquot ritu barbarico suspendit, quòd negarent piè dici, fœminam esse caput Ecclesiæ alicuius prouinciæ, vel regni. Sic Deus hæreticos hæreticis committit, vt Catholicis tacentibus mutuò se conficiant.

Catholicos etiam exquisitis supplicijs afficit, vt eius annis Anglia plures videat, ferátve martyres, quam mille quingentis sexaginta superioribus.

1584. mense Ianuario Ministet Renatus Peschardus reconciliatus Ecclesiæ, à Sangermano Cæsareæ Episcopo, Lutetiæ recipit Franciscanorum indumentum, quod per apostasiam ante annos 30. exuerat.

Dissidium de funere mortuorum inter Geneuenses, Perrotus minister censet canendos esse Psalmos & Deum precandum, vt vsitata de profanis rebus tractatio impediatur. Beza consuetudinem retinendam, qua hæretici efferuntur in sepulchrum, more belluarum, absque vllo religionis vlu, & precationis specie: Ne (inquit) videamur more Papistarum orare pro mortuis.

Hyptum & aliquot aliæ inferioris Germanię vrbes ad Principem Parmensem deficiunt. Aliæ de deditione deliberant. Ad cæteras eò adigendas, continenter è Germania, Albania, Hispania, Italia, milites confluunt.

Franc. Gatugarellus Sabaudus, Geneuæ in Carcerem conijcitur: quòd captare occasionem vrbis, Principi Pedemontano prodendæ diceretur.

Perusilio D. Barnabæ Francisc. Valesius Alensoniorum Dux, Regis frater, post Cameraci tutelam suis hæredibus testamento commodatam: morte magnum sui desiderium Catholicis reliquit.

Vuittébergenses edunt Græcè & Latinæ tria Hieremiæ Constantinopolitani Patriarch. ad se responsa, in quorum vltimo iubet Patriarcha ne ad se deinceps scribant, quòd quia non paruerunt duobus prioribus rescriptis, cogatur eos hæreticorum illorum habere loco, de quibus Apostolus, Hæreticum post secundam aut tertiam correctionem deuita, sciens quoniam huiusmodi est planè subuersus, & iudicio proprio damnatus.

Turca in Hungaria contra Christianos firmissimam arcem struit. Ne ab illis fortasse ista parte inundatur, dum his octo cum annis cladibus perpetuis à Persa in Oriente affligitur. Sed fallitur. Nam malumus in Occidente hæresibus, voluptatibus, cæterísque sceleribus seruire quàm Christo, cuius iste se hostem fatetur.

1585. Speramus & optamus Deum opt. nobis fore propitium, suam iam pridem in nos inflammatam iram auersurũ, corda filiorum ad patres conuersurum, animos impiorum per hæresum & Atheismi deuia errantium, Spiritu suo sancto illustraturum, vt terra sit vnius oris & labij, ipse vnus agnoscatur, colatur, celebretur in vna Ecclesia, qui solus est in sęcula benedictus. Amen.

1584 | 5673

CHRONOGRAPHIÆ
Genebrardinæ.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RATIO, CVR PER PONTIFICES ROMANOS deducta sit Chronographia.

Irenæus lib. 3. cap. 3.

Maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romę fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ fidem per ſucceſſiones epiſcoporum peruenientem vſque ad nos indicantes, confundimus omnes eos qui quoquo modo, vel per φλαυτίαν malam vel vanam gloriam, vel cæcitatem, & prauam ſententiam, aliud, quam oporteat, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentioré potentialitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Fundantes igitur & inſtruentes Beati Apoſtoli Eccleſiam, eius adminiſtrandæ epiſcopatum Lino tradiderunt. Succedit ei Anacletus, poſt eum tertio ab Apoſtolis loco epiſcopatum ſortitur Clemens &c. vſque ad Eleutherium, ſub cuius, *inquit*, ordinatione & ſucceſſione veritatis traditio & prædicatio peruenit vſque ad nos.

Tertulianus lib. de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos.

Cupio oſtendant mihi ex qua auctoritate prodierint, edant origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit auctorem & anteceſſorem: hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum Eccleſia Polycarpum à Iohanne collocatum refert, *ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum, edit &c.* Confingant aliquid tale hæretici.

Auguſtinus contrà epiſtolam Manichæi Funda. cap. 4. Et de vtilitate credendi ad Honoratum, cap. 17.

Multa ſunt alia, quę in eius (*Eccleſiæ*) gremio me iuſtiſſimè teneant, tenet conſentio populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. *Tenet ab ipſa Sede Apoſtoli Petri, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotũ.* Tenet poſtremo ipſum catholicæ nomen &c.

Idem in Pſalmo contra partem Donati. tomo. 7.

Numerare ſacerdotes, vel ab ipſa Sede Petri & in ordine illo patrum, quis cui ſucceſſit videte, ipſa eſt Petra quam non vincunt ſuperbæ infe-

rorum portæ.

Idem in lib. Quæſt. veteris & noui Teſt. cap. 110.

Ordinem ab Apoſtolo Petro cœptum, & vſque ad hoc tempus per traducem ſuccedentium epiſcoporum ſeruatum perturbant, ordinem ſibi ſine origine vindicantes, corpus ſine capite.

Idem & Fortunatus & Alipius epiſcopi epiſt. 165.

Si ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quanto certiùs & vetè ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait, Super hanc Petram, &c. Petro enim ſucceſſit Linus, Lino Clemens, &c. vſque ad Anaſtaſium, qui tunc tenebat cathedram.

Optatus lib. 2. contra Parmenia. vbi Rom. Epiſcopos enumeraſſet ad Syriciũ vſque, inſultans Donatiſtis & probans ſuam Eccleſiam partem eſſe Catholicæ, quæ cum Romana conſentiat.

Vos, *inquit*, veſtræ cathedræ originem edite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vendicare.

Epiphanius lib. 1. cap. 27. tom. 2. vbi ſeriem Rom. Epiſc. ex catalogo enumerauit.

Et ne quis, *inquit*, miretur quòd ſingula ita recenſemus, per hæc enim claritas oſtenditur.

Eraſmus contra Nouatores.

Mihi pro mea cauſa ſufficit veterum ſanctimonia, vitæ probatiſſimorum auctoritas, Epiſcoporum maieſtas, publica Chriſtianarum gentiũ conſuetudo. Quos omnes ſi damnatis inſaniæ, malo cum illis inſanire, quàm vobis aſſentiri.

D. Paulus Epheſ. cap. 4.

Ipſe (*Chriſtum intelligit*) dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem *Paſtores & Doctores* ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: donec *occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei*, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, *vt iam non ſimus paruuli, fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ*, in nequitia hominum, &c.

Vſi ſunt hac ratione multi alij veterum, vt Origines, vt Auguſtinus alijs locis, qui & Manichæis eam obijcit quinquies aut ſexies in libris cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra Faustum, & in libro de vtilitate Credendi, & in lib.1.contra Aduersarium legis cap. 20. Quam etiam admittere coguntur istius æui hæretici, si suis principiis insistere velint. Quærentes enim cur Romani Pontifices semper habiti sint πρῶτοι τοῦ ἱερέως & cur, τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς in Ecclesia ipsis apud Ecclesiasticos scriptores etiam Græcos (*Soc. lib. 2.cap.15.*) attribuantur, tres aut quatuor causas fuisse respondent. 1. Quia Romanam Ecclesiam inualuerat Petri ministerio fuisse fundatam & constitutam, vnde & ipsi magnum honorem vbique veteres detulisse & reuerenter de ea locutos esse. 2. quia doctrina, peritia & multarum rerum vsu præstantes viros haberet. 3 Quod omnibus alijs sedatior & doctrinę semel traditæ tenacior fuerit, proindeque sedes Apostolica vocata habitaque sit. Centuriat. cent.4. cap.7. Calui. lib. 4. Instit. cap.6. sect.16. & cap.7. sect.11. 12.13.14.17.18.19. Bucerus in præparatorijs ad concilium, Molineus & Villerius contra Russum.

IN OPERIS COMMENdationem carmen.

Haud facile est (aiunt) complecti plurima paucis,
Nec promptum in tabula pingere lata breui.
Hoc opus egregiè factum proponit vtrumque,
Et duplici fœtu corda grauata leuat.
Nam breuitas sensum vincit, sed sensus abundans
Exuperat molem, quæ grauat ora virûm.
Digerit à prima nascentis origine mundi
Tempora, describit Cæsareasque vices.
Pontificesque sacros, & Regum nomina promit
Ordine, commonstrans aurea sæcla patrum.
Quos Romana colit, celebratque Ecclesia, tutam
Quæ tenet in terris tempus in omne fidem.
Vnde potest quiuis longo dignoscere cursu,
Quàm reliquis præstet sancta cathedra Petri.
Illam Pontificum firmat successio vera
Romanorum, vllum non habitura modum.
Non habitura modum (inuidia rumpantur inqui)
Nam æternùm Petri petra colenda manet.

Gilb. Cheze. Theologus Parisiensis.

AD G. GENEBRARDVM
Tetrastichon.

Si facis extinctum viuendo viuere tempus,
Ingratum (haud doleas) non tibi tempus erit.
Præteritis vitam sæclis, Genebrarde, parasti,
At tibi nunc vitam sæcla futura parant.

Petrus Catel Tholosas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRONOLOGIA HEBRÆORVM MAIOR,

QVÆ SEDER OLAM RABBA INSCRIBITVR, ET MINOR, QVÆ SEDER OLAM ZVTA',

De Mundi ordine & temporibus ab orbe condito vſque ad annum Dom. 1112. cum aliis opuſculis ad res Synagogæ pertinentibus.

Interprete G. Genebrardo Theologo Pariſienſi diuinarum Hebraicarúmque literarum profeſſore Regio.

PARISIIS,
Apud Ambroſium Drouart, ſub ſcuto Solari via Iacobæa.

1600.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOCTISSIMO ET NOBILISSIMO D. IACOBO BILLIO PRVNÆO, S. MICHAELIS IN EREMO COENOBIARCHÆ G. GENEBRARDVS Theologus Parisiensis, diuinarum Hebraïcarúmque literarum professor Regius.

QVONIAM te Hebraïca nostra literatura delectat, ac varia rerum sacrarum historia afficeris, Prunæe doctissime, accipe hunc libellum, mole quidem perexiguum, at argumento amplissimũ. Res enim quatuor ferè milliũ annorũ maximas perstringit, quas antea Rabbinorum nemo satis apto distinctoque ordine explicauerat. Occurret fortasse aliquid controuersum minúsq; certo & probatè constitutũ, vt fieri nõ potest, quin in tanta temporis longinquitate multi nodi, vt in senili corpore, non enascantur: verùm id obiter indicauimus, in nostra saltẽ Chronographia, quã simul locupletissimam, & iam nouem annis meditatam emisimus. Operis huius fructum exaggerando, pluribus commemorare nolo: ne simul meam operam & studium prædicare videar. Hoc vnum dicam, tanti ab Hebræorum doctoribus & magistris fieri, vt sine eo cæca & incognita suorum scriptorum vestigia non dubitent confiteri. Quod me ad ipsius interpretationem non tam auidè adduxit, quàm vt me olim fide discipulis nostris data plenè liberarẽ. Memini me anno ab hinc quinto me voti reũ constituisse, dum Seder Olam Zutà, i. breuius Chronicon, Latinè ex Hebraïco proferrem, vt maius exemplũ, nempe Seder Olam Rabbà, è quo illud erat excerptum, si quidem alicunde nancisceror, etiam verterem: vt quod vno duntaxat fuerat indicatum, copiosùs altero explanatum consequeremur. Si auctoris nomen expectas, liber est anonymus, nec satis teneo, cuinam certò attribui debeat. Sæculum mihi videtur liquidius. Quamquam ne id quidem satis, quoniam obiter duntaxat citatur à Rabbinis quadringentorum annorum: vt Selomone Iarhi, Abben Ezra, Kimhi. Qui ex eo descripsit Zutà, circa annum 1125. in Hispania vigebat, vt & R. Abraham Leuita cabbalæ historicæ & aliorum librorum auctor, quando Alphonsus septimus, qui se imperatorem Hispaniarum appellauit, Heroicis virtutibus clarebat, Saracenis Cordubam eripiebat, & sæpius de illis triumphabat, vt proinde ab hoc posteriore Rex regũ cognominetur. An verò idem sit vtriusque Seder, breuioris scilicet & copiosioris artifex: non facilè affirmauerim. Hoc mihi probabile videtur, vtrumque, si modo duo fuerunt, eadem extitisse ætate, vel certè alterum alterius ætatem proximè attigisse. Quicquid sit, methodus est recens, nec excedit, opinor, annum Domini millesimum, sententia autem vetus. Nihil enim hic pronuntiatur, quod non vel scripturæ auctoritate constet, vel veterum doctorum, præsertim Talmudicorum traditione & testimonio subsistentetur. Vtrique Chronico Epitomen Cabbalæ historicæ & duo capita de Messia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ extrema sunt pergrandis illius operis. R. Mosis Maiemonis filij, quod התורה משנה *inscribitur, aliáque eiusmodi simul edere operæpretium censui, vt qualem Christi historiam futuram putent Iudæi, cuiusmodi Christum expectent, quid de ipso sapiant, quid impediat, ne nostrum vnicum atque adeo verum amplectantur, iudicari sane possit atque intelligi, quid nobiscum habeant commune, quid proprium & per quam partem irrumpendum sit in ipsorum arces & propugnacula, vt celerius fidei imperio subiiciantur. Quod non valde videtur operosum, modò Deus mentium illustrator irasci istis desinat, qui propter Patres sunt charissimi, sinat attendere ad simplicem Prophetarum contextum: quando, vti scis omnes scripturas, quas de Messia Christiani interpretamur, non solum recipiunt, verum etiam de eodem interpretantur. Tota autem controuersia in eo versatur, Hiccine sit Christus iuxta illas scripturas, quas vtrique cõmuniter ad Messiam referimus, quem nos iam merito recepimus & Mariæ natum profitemur, an iste Tardigradus, quem isti, sed frustrà, præstolantur. Quocirca tota quæstio a Thesi relabitur ad Hypothesim, nec enim audiendi sunt, qui opinantur Iudæos ita malè animatos erga omnem Christianæ pietatis sensum, vt quo longiùs à nobis recedant, Psalmorum & Prophetarum oracula, de alio quouis potius, quàm de Messia exponant. Nam, vt de pauculis quibusdam locis id concedendum videatur, tamen vniuersè affirmari potest, nullum prope Psalmum, nullum Prophetarum prædictum ad Christi Saluatoris nostri personam, nostra sententia & interpretatione pertinere, quin Glossularij illorum ordinarij, qui passim versantur in manibus, ac vbique væneunt, ne ad libros lucifugas, multorum ritu, videar confugere, consimiliter id fateantur & clament. Veritas videlicet è corruptis, atque adeo coniuratis & inuitis cordibus erumpit. Quod quidem hoc libro ex Elia Leuita, qui alioqui hæc agens, nihil minus quam nobis gratificari cogitabat, deligenter obseruatum reperies. Nam etiam hunc locum meo opusculo dignum putaui, qui & Hebraicè & Latinè proferretur, nedum ista profitemur & miramur sanam intelligentiam sic potuisse conseruari apud nostræ sanctæ religionis hostes, erubescamus sine lege loqui. Clarum est caput quinquagesimum tertium Esaiæ, quo pacto Christum sonet, & tam graphicè eius perpessionem depingat, vt Iudæos ipsos cæcitate cùm mirabili tum miserabili esse percussos planè euincat, qui in tam fulgenti verbi prophetici splendore, nondum Dominum ipsum cernãt. Eóque magis, quòd ista Chaldæus Paraphrastes, quẽ primatũ tenere inter omnes suos interpretes fatentur, de ipso nominatim explicat, & R. Dauid Kimhi (quantus, Deus immortalis, nostri Iesu hostis!) ad extremum illius capitis, quod cæterò qui enarrauerat de toto populo Domini, affert Chaldæi Paraphrastis intelligentiam & suo veluti calculo concludit ac approbat. Atqui hoc oraculorum omnium maxime videbatur à male erga nostrum Iesum affectis labefactandum & more Geneuensium (tam illi sunt gloriæ Christi amantes) ad Cyrum detorquendum, vel quemlibet alium, modò non Iesum Mariæ filium vlla ratione insinuaret. Sed de iis alias. Si quid interim fructus inde res Christiana cõsequitur, id tibi, secundum Deum, acceptum ferat, cui nos qualemcunque hanc interpretationem in præsens dedicamus. Vale & Deum habe propitium, pridie D. Ioannis Baptistæ 1579.*

CHRONOLOGIÆ HEBRÆORVM MAIORIS,

CAPVT PRIMVM.

Interprete G. Genebrardo Theologo Parisiensi diuinarum Hebraicarúmque literarum professore Regio.

De mũdo Originario.

ADam vsque ad diluuium mille sexcenti quinquaginta sex anni, qui singulatim hoc modo numerantur.

Gen. 4.

Adam huius summę primos annos 130. præbet, quibus filium suum Seth antecessit.

2 Seth annos 105.	6 Iared 162.
3 Enos 90.	7 Enoch 65.
4 Cainan 70.	8 Mathusale 187
5 Maalaleel 65.	9 Lamech 182.

10 Noë denique an. sexcentos, quot erat natus propinquante diluuio.

Enoch.

Enoch Adamum sepeliit, vixítque post eum quinquaginta septem an.

Mathusale dies suos ad diluuium ipsum protendit.

De mũdo post diluuium renascente.

A Diluuio ad diuisionẽ vsque (gentium & linguarum) 340 an.

Post hanc diuisionem Noë communis omnium parens annos decẽ vixisse comperitur.

Mẽdose in venetiano 45. Heber Propheta. Genes. 11.

Abraham pater noster diuisionis tempestate attigerat 48 annum.

Heber, vt scriptum reliquit R. Iose, magnus fuit propheta, quoniam afflatu Spiritus sancti filiũ suum Phaleg nominauit. Nam scribitur, Quia diebus eius diuisa est terra &c. Non quidem dierum vitæ eius initio Nam certè Iectam frater eius natu erat minor, qui tamẽ tredecim cognationes siue stirpes & familiarum capita, quæ in hanc venerunt diuisionem, procreauit. Non in medio. Nam id minime occultâsset Mosaica Genesis historia, sed indicâsset. Quod ergo ait diebus eius diuisam fuisse terram, ad finem dierum & vitæ ipsius pertinet.

Abrahã. Genes. 15. Exod. 12.

Abraham pater noster, quando ipsum Deus est colloquio suo dignatus inter diuidẽdum victimas, peruenerat ad annum septuagesimum. Id liquet ex eo, quod in Exodo legitur, Fuítque in fine quadringentorum triginta ânnorum, vt egrederetur omnis exercitus Domini de terra Ægypti.

Post hoc colloquium descendit in Haran, ibiq; commoratus est annos quinq;. Hinc illud: Et Abraham septuaginta quinque annorum erat cum egredetur de Haran.

Gene. 12. a videturẽ seq. 26 legendum. Gen. 14. b Sic interpretatur Abbẽ Ezre nõ tredecimo, vt alij in Genesi vertit. multo quidẽ probabilius: sed tamen hoc vnde auctor noster nõ percognetalis diuisiõe gẽtium ad exitũ Abrahæ de Charris sunt 26. anni duodecim quibus Sodomitæ seruierũt, & tredecim, quibus re-

A generali diuisione gentium ad Abræ exitum de Haran, anni a viginti septem reperiuntur.

Illi isti sunt de quibus scriptum: Duodecim annis Sodomitæ & reliqui pentapolitani seruierunt Codorlaomer Elamitarum regi, b tredecim rebellárunt: decimo quarto ab eo superueniente superati sunt.

Is ipse annº, quo exiit Abrã pater noster de Harã, est annº famis, cuius causa descẽdit in Ægyptũ, vbi transegit tres menses. Deinde ascendens, rediit in terram Chanaan, sedítque in Alone Mamre, quæ in Hebron. Atque iste est annus, quo supra dictum Codorlaomerem & reliquos reges deuicit. Illic mansit annis decẽ priusquam duceret Hagarem. Nam scriptum, Accepítque Sara vxor Abram, Hagarem Ægyptiam ancillam suam post annos decem, quam habitare cœperant in terra

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bellarfons & ipfius, quo fuerat fub. Suma 26. Gen. 16. Ibid. Genef. 17 Ifaac.

Chanaan: & dedit eam viro fuo vxorem, præterea fcriptum extat, Abram autem octoginta fex annorum erat, quando peperit ei Hagar Ifmaelem.

Ifmaël maior natu Ifaaco reperitur annis, 14.

A diuifione gentium, ad patris noftri Ifaac ortum. 52. anni.

Habitata fuit Sodoma quinquaginta vno ann. Ex illis floruit & beatè tranquillèque ftetit tam ipfa, quam ipfius vicina oppida 26. Nam proditum eft à Mofe, a ficut paradifus Domini & ficut Ægypti venientibus in Soar.

A Diluuio, ad natiuitatẽ Ifaac anni 392. quorum hæc eft fingularis enumeratio.

Iftæ funt generationes Sem. Sem centenarius erat, & procreauit Arphaxad: biennio poft diluuium.

Arphaxad 35. annorũ erat, dum genuit

Sale.
2. Sale 30. an.
3. Heb. 34.
4. Phaleg 30.
5. Rehu 32.
6. Sarug 30.
7. Nahor 29.
8. Thare 70.

Abraham poftremo centenarius erat, quando fuftulit Ifaac filium fuum.

Genef. 22.

Ifaac pater noftet peruenerat ad 37. annum, quando fuper altare ligatus eft.

Abraham autem peregrinatus eft in terra Philiftinorum multis diebus. Hi dies fuperârunt eos, quibus hæfit in Hebron. Nã in Hebron manfit annis viginti quinque tantum, at apud Philiftinos annos viginti fex. Hoc ipfo temporis articulo nata eft Rebeca.

Conftat patrem noftrum Ifaac accepiffe in matrimonium Rebecam, dum quartum decimum ageret.

Pater noftet Abraham, Thare patrem fuum fepeliit: duobus annis ante mortem Saræ.

Iacob quamdiu vixit Abrahã & Sem. Confectarium fuperiorum omnium.

Iacob pater noftet, miniftrauit patri noftro Abrahæ: annis quindecim, & Patriarchæ Sem, annis quinquaginta.

Ex his colligitur omnib' Iacob patrem noftrum verfatum effe cum Sem annis 50. & Sem cũ Mathufale annis 98. & Mathufale cum Adamo 243. atque ita hos quatuor viginti duas generationes effe emenfos. Quinimo feptem funt homines, qui metiuntur totam ipfius mundi durationẽ, Adam primus videlicet, Mathufale, Sem, Iacob, Amram, Ahaia Silonites, & Elias, qui adhuc eft fuperftes & viuit.

Caput 2.

Iacob.

PATER noftet Iacob, quando benedictionem patris eft adeptus, complebat fexageſimum tertium annum, quo temporis puncto mortuus eft Ifmaël, vt indicat iſte locus, Videns Eſaũ, quod benedixiſſet Iſaac Iacob, miſiſſétque eum in Meſopotamiam, vt inde vxorem duceret, quodque obediẽs Iacob patri ſuo iſſet in Syriam, probánſque Eſaũ quod non libẽter aſpiceret filias Chanaan pater ſuus, iuit ad Iſmaëlem & duxit vxorem Melech filiam Iſmaël filij Abraham ſororem Nabaioth; Nam niſi mortuus fuiſſet Iſmaël, non erat operæpretium dicere Sororem Nabaioth. Cum verò id pronunciauit Scriptura, docuit Iſmaëlem quidem eam deſponſáſſe ipſi Eſaũ, poſteáque eſſe mortuum: At Nabaioth fratrẽ matrimonium abſoluiſſe, ipſíque Eſaũ ſuam ſororem à patre deſponſatam collocáſſe.

Genef. 27

Gen. 28.

Degit pater noſter Iacob in terra Iſraël, annos duodecim abſconditus (*propter metum Eſaũ*) & miniſtrans Patriarchæ Heber. Heber autẽ deceſſit ex hac vita, poſtquam deſcendiſſet Iacob in Meſopotamiam. Iam à duobus annis egreſſus fuerat *inde & peruenerat in Meſopotamiam. Cum ſtetit ad puteum ſeptuaginta ſeptem erat annorum, viginti annis ſubſidit in domo Labam. Nempe ſeptem, priuſquam duceret matres Liam & Rachelẽ, ſeptem alios, ex quo eas duxit, ſex denique poſt quam geniti ſunt vndecim tribuum principes & Dina. Inueniuntur enim omnes tribuum Patriarchæ intra ſeptem annos procreati. præter Benjamin, ſinguli ſingulis 7. menſibus.

*id eſt, ab Heber. Gen. 29.

Egreſſus eſt Iacob de Meſopotamia, peruenién ſque in Succoth, ibi hæſit menſibus octodecim. Nam ſcriptum, Iacob venit in Succoth, vbi ædificata domo & fixis tentoriis appellauit nomen loci Succoth. Relicto illo loco, acceſſit Bethel, ibíque eſt commoratus menſes ſex oblatis Deo ſacrificiis.

Gen. 33. Gen. 35.

Inde digreſſo natus eſt Benjamin. mortuáque Rachel. Eodem etiam temporis puncto, vitam cum morte commutarunt: Rebeca & Debora.

Conſtat Rachelem egreſſam ex hac vita anno ætatis 36. Lia autem non exceſſit annum 46.

Quin inueniuntur Rachel & Lia in matrimonium acceptæ anno ætatis 22. Nam eodem partu ſunt æditæ.

Peruenit Iacob ad Iſaac patrem ſuum in terram Chanaam, eíque miniſtrauit 22. annis. At Ioſeph nouem duntaxat cum auo eſt verſatus.

Iſtæ ſunt generationes Iacob. Ioſeph ſeptemdecim erat annorum, quo tempore hoc reliquit ſeculum Lia.

Gen. 39.

Deſcẽdit Ioſeph in Ægyptum, & manſit apud Putipharem mẽſibus duodecim. Nam ſcriptura proditum. A quo præpoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi domum & vniuerſa, quæ ei tradita fuerãt. Benedixítque Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus, quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam. In ædibus quidem propter æſtũ, agris verò propter frigus.

In carcere mãſit annis duodecim. Vnde Pſalmographus, Afflixerunt compedibus pedem eius, &c. Donec verbum eius, &c.

Gen. 41.

Anno triceſimo exiit de carcere. Nam legitur: Ioſeph autẽ triginta erat annorũ, quando ſtetit in conſpectu Pharaonis, & circuit omnes regiones Ægypti.

Eo tempore obiit Iſaac. Hinc ſeptem anni vbertatis & duo anni famis. Ioſeph, quando deſcenderunt patres noſtri in Ægyptum, agebat annum triceſimum nonũ. Leui autem erat annorum quadraginta quatuor.

Gen. 38.

Sic inuenitur Ioſeph à patre ſuo Iacob fuiſſe ſeparatus, vt ei non miniſtraret, viginti duobus annis. Quo temporis interuallo duxit Iuda filiam Suæ Chananæi, dicente ſcriptura, factúmque eſt in illo tempore vt deſcenderet Iuda à fratribus ſuis, viderétque ibi filiam hominis Chananei vocabulo Suæ. Et accepta vxore ingreſſus eſt ad eam. Anno primo ſatus eſt Her, annis ſeptem educatus auctúſque, & accepit vxorẽ, Habes octo annos. Annum vnũ Her potitus eſt illo coniugio, deinde Onan, qui fratris relictam duxit, annum alterum. Anno ſequenti dictum eſt Thamari. Sede vidua in Domo patris tui. Anno prætereà poſt implerum eſt, quod eodem Geneſis loco ſequitur, Euolutis autem multis *a* diebus mortua eſt Sue vxor Iudæ; Anno primo cõceptus Phares, qui poſtea creuit ſeptẽ annis, deindéque vxorem accepit. En anni octodecim. Annus ſequens fuit Hezronis, poſtremus Hamol. Hezron autem & Hamol deſcenderunt cum eo in Ægyptum.

Ibidem.

a Mélioré in noſtra Arabicâ bibliorũ Latina annit.

Gen. 46.

b Quia ſignificárat Pharaoni.

b Simile eſt quod legitur, Haran genuit Lot. Quot annis Abram prouectior fuit Sara? decem. Nam ſic ſcribitur, & dixit in corde ſuo, Nunquid centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Abraham autem duntaxat ſuperauit anno Nachorem. Et Nachor altero fratrem ſuum Haran, qui poſt ſeptennium ab ablactatione accepit vxorem, anno certè vitæ octauo; hinc natus eſt Lot, ſequenti demũ anno Ieſcha, quæ & Sara. Vocata verò eſt Sara Ieſcha à conſpiciendo, quoniam eam omnes intuebantur, pulchritudinis gratiã. Hinc illud, & laudauerunt eam apud Pharaonem. Vel etiam, quia cernebat futura, attétáque erat ad prophetiam, quod indicauit Deꝰ Abrahæ. Quicquid (inquit) dixerit tibi Sara fac & audi vocem eius. Quia in Iſaac tibi vocabitur ſemen.

amiſſe Ezechiam anno ætatis nono, quod prodigij eſt ſimile, canonem aliis exemplis id efficere probabilibus. Gen. 11.

Gen. 12.

Gen. 21.

Pater noſter Abraham hora circumciſionis ſuæ erat annorum nonaginta nouem, vt his verbis ſcripturæ declaratur, Abraham autem nonaginta nouem annorum erat, quando circumcidit carnem præputij ſui: vita verò fungitur centeſimo ſeptuageſimo quinto ætatis. Sara moritur anno vitæ ſuæ 127. Eo enim pertinet illud Geneſis, & fuit vita Saræ centum viginti ſeptem annorum & mortua eſt in ciuitate Arbee.

Gen. 17.

Gen. 23.

Iſaac moritur. 180. anno. Iacob 147. dicente ſcriptura, factíque ſunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta ſeptem annorum.

Gen. 35.

Gen. 47.

Caput 3.

Gen. 15.

DICTVM eſt Abrahæ dũ diuideret victimas. Cognoſcendo cognoſces quia peregrinum erit ſemen tuum quadraginta annis. Quodnam verò ſemen? Iſaac de quo pronuntiatum, In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Quæ promiſſio contigit anno vno ante eius ortum. Deinde Iſaac legitur ſexagenarius, quando procreauit Iacob & Eſaũ. Iacob autem teſtificatus eſt apud Pharaonem dies ſuæ peregrinationis peruenifſe ad annos 130. qui omnes ſummam 190. exhibent. Reſtant igitur 120. qui exprimuntur annis vitæ Iob, illa tempeſtate orti. Quod ſic demonſtrari poteſt. Vixit Iob (ait ſcriptura) poſt flagella hæc. 140. annis. Cúmque præmiſſum ſit, Et addidit Dominus omnia, quæcunque fuerãt Iob, duplicia, ante flagella attigiſſe eum oportet annum. 70. ſicque conſtat quando deſcenderunt Iſraëlitæ in Ægyptum natum fuiſſe Iob, quando autem ex Ægypto aſcenderunt, iam mortuum.

Gen. 21.

Gen. 47.

Iob 42. Iob 42. Ætas Iob 210. annorum.

Sed fortaſſe inquies, totis quadringẽtis

Universidad de Deusto
Biblioteca

annis fuerunt Israëlitæ in Ægypto. At nónne Caath fuit de descendentibus in Ægyptum: Nónne etiam scriptum est, Anni vitæ Caath 133. & anni vitæ Amrã 137. qui ad octoginta Mosis additi, dumtaxat reddunt annos 350. Tot enim natus erat Moses cum Israëlem ex Ægypto eduxit. Quid igitur respondendum? Quo pacto hæc inter se concilianda? Nẽpe quod dicitur, *Et seruient eis & affligent eos quadringentis annis*, docet totum tempus, quo semen Abrahæ fuit in terra non sua, comprehensum quadringẽtis annis. Dum ait, *seruient*, respicit dies seruitutis atque habitationis in terra aliena; dum verò, *affligent*, dies, quibus oppressi afflictique sunt à Pharaone, qui quidem omnes, (ab Isaac nato & versato cum suo semine in aliena ditione) vsque ad Mosis liberationẽ, quadringentos annos complent.

Exod. 16.

Gen. 15.

Mortuus autem est Ioseph & cuncti eius fratres. Ioseph mortuus est anno vitæ centesimo decimo. Nec est qui minus diu vixerit inter omnes fratres, quemadmodum nullus est qui inter eos diutius vixerit ipso Leui.

Gen. 50.

Quandiu Leui fuit in viuis, Israëlitæ non sunt oppressi Ægyptiorum seruitute. Nam scriptum, Mortuúsque est Ioseph & cuncti fratres eius, surrexitque rex nouus, qui non cognouit Ioseph: postquam verò fatis Leui concessit, cœperunt Ægyptij seruituti eos subiicere. hinc manauit prouerbium, vno fratrum mortuo dolẽt cuncti fratres, vno sociorum fatis functo, dolet vniuersa societas.

Exod. 1.

Filij autem Israël creuerunt & quasi germinantes multiplicati sunt ac roborati nimis impleuerunt terram. Surrexit interea rex nouus & cæterã. Numerantur anni ab obitu Leui ad exitum Israëlis de Ægypto 116. Proinde seruitus Ægyptiaca, nec plus nec minus 87 annis durauit, quantus fuit annorum Mariæ sororis Mosis numerus. Vnde Maria appellata est ab amatore (quẽ tota ipsius ætate senserunt.)

Ibidem.

Plagæ Ægypti vocat, quibus Ægyptij Israelitarum calamitatem auxerunt. Exod. 5. Iob 4.

Plagæ Ægypti duodecim fuêre mẽsium. Nam scriptum, & dispersus est populus in omnem terram Ægypti, ad colligendas paleas. Quando verò itum est ad paleas. In mense Iiar siue Aprili, ipsi verò exierũt ex Ægypto mense Nisan, qui est Martius.

Percussi sunt vicissim Ægyptij decem plagis per. 12. menses. (Sic) Plagæ Iob. 12. fuerunt mensium. Nam in eius libro commemoratum est, Hæreditare factus sum menses vanitatis & nóctes laboris constituerunt vel numerarunt mihi. Sicut noctes constitutæ fuere & numeratæ, ita & menses.

Esa. 18.

Iudicium Gog futuris temporibus duodecim quoque mensiũ erit. Eo enim pertinet istud Esaiæ, & æstiuabit super eo ales, cunctáque bestia agri super eo hyemabit.

Esa. 66.

Iudicium impiorum in Gehenna tot vigebit mensibus. Nam scriptum, à mense in mensem & à Sabbato in Sabbatum, veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea dicit Dominus. Et egredientur & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur & ignis non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. R. Iohanan Nuri filius à Paschate interpretatur ad octauam eius, quia additum est, & à Sabbato in Sabbatum.

Nugamẽ tũ Iudæorum: De mortuorũ impiorum statu.

Post duodecim menses priuaricatorum Israëlis, qui violarunt legem & præcepta, animæ veterascent & corpus consumetur, redigentúrque in cineres. Et Gehenna eiiciet eos foras, ventus autẽ disperget subter plantas pedum iustorum. Nam pronuntiatum à Malachia, Et conculcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum: in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Qui autem se separarunt à communione fidei, exempli gratia, hæretici, apostatæ, proditores populi Dei, hypocritę, Epicurei, & qui terrorem sui incusserunt in hac viuentium terra, item qui negârunt mortuorum resurrectionem, & prædicarunt non esse legem traditam diuinitus atque riserunt sapientum dicta, in sua præsentia Gehennam sera claudi cernent, intra eam luant vt pænas in sæculorũ sæcula. Scribitur enim, Egredientur & videbũt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. Præterea, quod grauius est, infernus veterascet, ipsi autem non veterascent. Hinc illud Psalmi, & forma eorum ad veterascendum in inferno ab habitaculo suo, hoc est, propter habitaculum suum vetustate conficiet formam eorum, & forma eorum erit ad infernum vetustate conficiendum. Quidnam huic rei causam attulit? Quia extenderunt manus suas in tabernaculum, sicut scriptum est, ab habitaculo suo. Nec verò per tabernaculum, siue habitaculum istud, quicquam aliud intelligendum præter ædem sanctuarij. Nam scripto proditũ, ædificando ædificaui domum tabernaculi tibi.

Mala. 4.

Esa. 66.

Ps. 49. quæ loci coactæ interpretatur. Psal. 49. 3 Reg. 8.

Caput 4.

Inepta obseruatio.

DILVVIVM durauit menses duodecim, vt liquet è discursu historiæ NOẽ. Nam cæpit anno sexcentesimo vitæ NOẽ. Vbi obseruandum homines ætatis illius non frui æterna vita, sed nec esse iudicatos siue damnatos, quoniam scriptum, Non iudicabit spiritus meus in homine in sæculum.

Genes. 6.

R. Iosue tradit decimo septimo die mensis secundi Iiar siue Aprilis, qui sequitur NISAN siue Martium, quo productus est mundus, quo & hyades, siue oculus Tauri occidit, cæpisse Diluuiũ. Ac Deum euertisse mundi ordinem, propterea quòd homines opera sua ante se peruerterant.

R. Eliezer mauult decimo septimo die mensis secundi Marhesvan, siue Octob. qui secundus est à Tirzi siue Septembri, quo creatum mundum asserit, quo & hyades siue oculus tauri oritur, vt quod tẽpus sit pluuiæ atque imbrium.

Nam annum ordiuntur ab aquinoctio verno.

Sapientes sequuntur sententiã R. Eliezer, quantum ad diluuium, ad R. Iosue, quantum ad anni tempestates.

Facta autem est pluuia per quadraginta dies & quadraginta noctes, vsque ad 27. mensis Cisleu, qui Decembri consonat. *Et inualuerunt aquæ super terram centum quinquaginta diebus*, ad vsque primum mensis Siuan, id est Maij. Tum aquæ consistebant & silentes conquiescebant, impiis intra eas supplicium debitum luentibus, prout quisque suis operibus commeruerat. Expletis centum quinquaginta diebus mínui cæperunt aquæ, cumque sensim deficerent, requieuit arca mẽse septimo vicesimo die mẽsis super montes Armeniæ.

Percurritur contextũ Gen. cap. 7. & 8.

Aquæ celsiores erant terra quindecim cubitis, & per sexaginta dies consumebantur, singulis quaternis diebus cubito, quotidie sesqui palmo. *Et requieuit arca mense septimo decimo septimo die mensis.* Siuan siue Maij. Quando verò numerare incipis à tempore quo cessârunt pluuiæ descendere, reperitur quieuisse ad decimũ sextum diem. Erat autem eleuata à terra quatuor cubitis, mersa autẽ intra aquas vndecim.

Siuan septimus ab Octobri quo cepit diluuium.

Genes. 8.

Cúmque transissent quadraginta dies, id est, post quadraginta dies, quibus cœperunt aquæ deficere, nempe decimo die mensis Tammuz, ceu Iunij, *Aperiens Noë fenestrã arcæ, quam fecerat, emisit coruũ, &c. Expectatis autem septem diebus aliis, emisit columbam ex arca quæ nõ inuenit, &c.* Distulit adhuc septem dies, & *decimo emisit columbam quæ non est reuersa vltra ad eũ, sed* abiit & cõsedit in montium cacuminibus.

Decimi mensis primo die apparuerunt montium cacumina. Iste verò decimus mensis erat Ab, siue Iulius. A primo tempore, quo cœperunt pluuiæ descendere, à primo die Iulij, vsque ad Septembris siue Tizri diem primum absorptæ sunt aquæ.

Ibidem.

Et factum est sexcentesimo primo anno vitæ Noë, primo mense, prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram. Pars mensis habetur pro toto, hinc discimus, vbi dies vnus mẽsis effluxit mensem numerari pro integro. item, vbi mensis vnus iniit annum, annum illum censeri integrum & completum. Nam pars mensis pro integro & completo mense æstimatur, & anni pars, pro toto anno.

Exiccatæ sunt aquæ super terram. aquas, quæ supernè descenderant, defiecauit vẽtus. Quæ verò inferne eruperant & super terram ascenderant in loco suo sub se absorptæ sunt. Adhuc autem terra erat humida & ad speciem turbidi & crassi limi redacta. Vnde dilata est satio, donec descenderent pluuię. Aquæ enim diluuij argumentum & speciem præbebant maledictionis. Nec verò cum maledictione stat benedictio.

Genes. 8.

Mensis autem secundi 27. die nempe Marhesvan siue Octobris, *aruit terra* & ad siccitatem reducta est. Sic voluti sunt duodecim menses integri & dies præterea vndecim. Nẽpe, si rationem postulas, vt doceremur annum solarem excedere lunarem diebus vndecim. Atqui, ait R. Eleazar, nónne ab initio mundi conditi, annus solaris excedebat lunarem diebus vndecim? Cum præsertim Sol & Luna creata sint plena (in plenilunio) decimo quinto die, è quo numero, si tollis quatuor, qui eorum procreationem antecesserant (Nam quarto die tantum producta sunt) supererunt vndecim. Cui cùm dixissent auditores, at post primum embolismum peruenit Luna ad Solem, ipse respondit, Luna ipsa progreditur & retrocedit. Rabban Simeon Gamaliẽlis filius, qui vult (inquit) scire, an annus Solis sit maior Lunæ anno, diebus vndecim notet punctum in solstitio æstiuo mense Iunio. Tum percipiet anno sequenti lunam non peruẽturam ad illud idẽ punctũ, ante vndecimum diem. Sic cursum solis lunarem diebus vndecim excedere deprehendas.

Exod. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput. 5.

Exod. 4. TOTIS septem diebus collocutus est Deus cum Mose in Rubo, vt ex his verbis colligi potest. Dixitque Moses ad Dominum, obsecro Domine, non sum eloquēs & ab heri & nudius-tertius, & ex quo locutus es ad seruū tuū. Nam *nudius-tertius* tres dies exhibet, tres autem coniunctiones, *Et, Et, Et*, tres alios, qui iuncti diei, quo cum Mose loquebatur, septem efficiunt. Erat autē Agni paschalis hora. Nam cumpræparabant ad. 15. Nisan siue Martij. Quo tēpore anno proxime sequēti egressi sunt Israëlitæ de Ægypto.

Genes. 15 Sic etiam. 15. die Nisan cōuenit Abrahamum Deus, inter sectas victimas. Decimo quinto Nisan venerūt Angeli ad Patrem nostrum Abraham ad nunciandum Isaaci conceptum, & eodem temporis puncto anno sequenti natus est Isaac Pater noster. Nam scriptum, reuertēs veniam ad te tempore isto. Decimo quinto item die Nisan exierunt Israëlitæ de Ægypto, Nā scriptum: Expletis triginta & quadringentis annis, quibus manserunt in Ægypto, eodem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti. Istorum autem omniū vnus idēmque terminus. Decimo quarto die immolārūt Israëlitę agnos suos paschales in Ægypto, qui dies erat quintus (.i. Iouis) Hac ipsa nocte percussi sunt primogeniti. A, crastino Paschatis, vesperè Sabbati, profecti sunt de Rameſſe. Nā scriptum, profectique sunt filij Israël de Rameſſe in Succhot item, & profecti sunt de Rameſſe mense primo, decimo quinto die mensis, & paulò pòst, videntibus cunctis Ægyptiis, & sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus. Et, de Rameſſe in Succhot, de Succhot autem in Ethan, ante libertatem. Sic tres dies consumpti sunt.

Quarto die, & nunciatum est regi Ægyptiorum, quod fugisset populus. Quinto & sexto, persecuti sunt Ægyptij filios Israël, &c. vbi illuxit septimus, descēderunt ad mare. Nam scriptum, & erat nubes tenebrosa & illuminans noctem, sub auroram ascenderunt Israëlitæ de mari, Ægyptij autem submersi sunt. Illāque horā cecinerunt Israelitæ canticum, quoniam dictum est, Tunc cecinit Moses & filij Israël carmen Domino, & dixerunt, Cantemus Domino. Glorioſe enim magnificatus est, &c. Iste autem dies septimus erat quintus hebdomadæ, itémque festus, nēpe extremus celebritatis paschalis.

15. De mari rubro profecti sunt in Mara, iuxta illud, Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas eius loci, quoniam amaræ erant. de quo loco paulò pòst proditum est, Ibique constituit præcepta & iudicia. Ibi enim traditus est Decalogus, cuius septem præcepta fuerant iam imperata filiis Noë. Siquidem legitur. *Præcepitque dominus Deus homini dicens de omni arbore Paradisi comedendo comedes.* Vox enim *Præcepit*, respicit iudicia, vt quidem è Genesi declaratur. *Scio enim, quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciāt iudicium & iustitiam, vt adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus est ad eum. Dominus* respicit benedictionem nominis Domini, itaque in Leuitico dicitur, Et maledicēs nomini Domini morte moriatur. *Deus* idololatriā spectat. Nam scriptum, Non erunt tibi dij alieni coram me, vt vtrobique eadem vox Elohim occurrat. Vox *Homini* sanguinis effusionē, siue cædē insinuat. Nam commemoratum alibi, Qui fuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis eius fundetur. *Dicens*, ad impuros concubitus pertinet. Nam Ieremiæ scriptis est consignatum. Si dimiserit vir vxorem suam & ab eo discesserit, factáque fuerit alterius, an reuertetur ad eam? Nónne contaminando contaminabitur terra illa? Tu autem scortata es cum amatoribus multis, dicit Dominus. *De omni arbore Paradisi.* Ad rapinam. Sic enim scriptum, de omni super quo falso iurauerit reddet solidum & quintam insuper partem. Quin etiam sic commentatur R. Haiá. Quod seruatur in horto, prohibitum est rapinæ nomine. Quod verò non seruatur in horto, permissum est rapinæ nomine. *Comedendo comedes*, ad membrum animalis viuentis refertur. Siquidem scriptum reperitur, verùm carnem in anima sua (&) sanguine suo non comedetis. His verò præceptis (naturæ) septem addiderunt Israëlitæ super se tria alia isto tempore, Sabbatum, iudicia, & parentum honorationem.

Num. 33. A Marà profecti sunt in Elim. Nā sic legitur, profecti de Marà ad Elim venerunt, vbi erant. 12. fontes aquarum. Ex quo colligimus Israëlitas dūtaxat mansiones collocâsse iuxta aquas De Elim porrò castrametati sunt in Alus. vt ibidem declaratur, profectiq; de Elim venerunt Israëlitæ in desertum Sin, id est, Alus, decimo quinto die

Ibidem. Ibidem. Num. 33. Exod. 15. Genes. 2. Gen. 18. Leuit. 24. Cœteritur frigida ad eliciendā septem præcepta legis naturæ. Gen. 9. Ierem. 3. Leuit. 5. Genes. 9. Num. 33. Alus.

die mensis septimi ab exitu Israëlitarum de Ægypto, qui primus dies fuit Hebdomadę. Vnde docemur principium mensis Iiar, id est, Aprilis incurrisse in primum hebdomadis diem. Prętera Israëlitas vicitâsse panibus subcineritiis, quos exportauerât de Ægypto, totis triginta diebus, isto autem die panes illos defecisse, & ad vesperam coturnices esitâsse, mane verò collegisse manna.

Raphidim. Exod. 16. Cæterum in Alus acceperūt sabbatum, ibíque primam sabbati celebritatem agitârunt. Eò enim pertinet istud Exodi, Et sabbatizauit populus die septimo. Sequēti die qui primus erat hebdomadæ & vicesimus tertius Iiar siue Aprilis, descendentes de Alus accesserunt ad Raphidim, vbi putei miraculum sunt consecuti, pugnārunt contra Amalechitas, celebrārunt secundum sabbatum.

Desertū Sinai. Hinc è Raphidim progressi sunt ad desertum Sinai, in quo repererunt nubes diuinæ maiestatis. Omnibus quinque diebus Moses ascendebat ad mōtis verticem & descendebat vt populo Dei oracula declararet, & responsa populi Domino renuntiaret. Sexto die mensis tertij traditus est Decalogus. Erat autem Sabbatum.

Caput 6.

Exod. 24. Moses mensem Maium in monte egit. POST datum Decalogum die septimo Moses in montem conscendit. Nam scriptum, Et habitauit gloria Domini super montem Sinai, eúmque texit nubes senis diebus, ad purificandum Mosem. Die autem septimo Dominus clamauit ad Mosem de nubis medio, ficque Moses ingressus medium nubis ad montem ascendit, illícque hæsit quadraginta diebus, & 40. noctibus. Decimo septimo mensis Tammuz, qui ferè cadit in Iunium, descendit, fregitque tabulas: & crastino conuocatam plebem arguit sceleris, Vos peccâstis, &c.

Iunius. Exod. 39. Iterum ascēdit decimo octauo eiusdem mensis Iunij & misericordiam Dei pro Israële implorauit. Nam legitur, Et procidi ante Dominum 40. diebus & 40. noctibus, quibus cum suppliciter deprecabar, &c. Qua horâ placatus est Dominus Israëlitis, iussitque Mosam alteras tabulas sculpere & denuo ascendere, Hinc illud, tempore illo dixit Dominus ad me, sculpe tibi secundas tabulas lapideas prioribus similes. Et summo mane iuit Moses, &c. Ascendit autem vigesimo nono mensis Ab, qui est Iulius, & iteratam renouatámque legem secundo est consecutus. Quod ille sic testatum reliquit, Ego steti in monte iuxta dies primos. diebus 40. & noctibus totidem: exaudiuitque me dominus etiam hac vice: & te perdere noluit. Cùm autem posuit, *iuxta dies primos* significauit diebus primis & postremis Deum fuisse placatum, interim diis verò iratum.

Augustū transigit in monte. Septēber. Decimo die Tizri siue Septembris, qui quidem dies erat expiationum de monte descendit, rectitudinis eorum causâ, ob quam in gratiam à Domino erant recepti, iuxta illud, & vt auferas iniquitates nostras atque peccata, nósque possideas. Ex quo constitutus est dies solennis & memorabilis sequentibus generationibus. Nam scribitur, & erit istud vobis in statutum sempiternum. Cúmque descendisset Moses venerunt etiam ad eum omnes filij Israël, quibus præcepit cuncta quæ audierat. Quænam verò sunt ista, quæ illis imperauit Moses? nempe vt facerent tabernaculū. Atque ita cæperunt incumbere in opus tabernaculi, & singuli obtulerunt mente promptissima atque deuota, &c. Quæ postquam Moses cuncta vidit completa, quemadmodum mandauerat dominus, benedixit eis. Benedictio autem hæc erat: Maneat, obsecro, diuina maiestas in manuum vestrarum opere, populo respondente, Et sit suauitas domini Dei nostri super nos, &c.

Exod. 34. Ibidem. 35. Exod. 39. Psalm. R. Meir putat Mosem non hac fuisse vsum benedictione, sed ista, Dominus Deus patrum vestrorū adiiciat, sicut estis, mille vicibus: & benedicat vobis sicut locutus est. Præterea super vos, Beati Israëlitæ estis qui ministerium tabernaculi meruistis. Quemadmodum autem illud meruistis, sic meritis vestris efficite, vt vobis ædes electa tribuatur, & habitet diuina maiestas in vestri medio. Nam scriptum, Et facient mihi sanctuarium & habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi.

Deut. 1. Exod. 25.

Caput. 7.

Exod. 41. a Sic à mense Septembri in tabernaculi structura consumpti sunt quatuor menses integri. LOCVTVSQVE est Dominus ad Mosem dicens. Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum conuentus & pones in eo aram, dimittésque ante illam velum, & illata mensa pones super eā, &c. Cæperunt septem consecrationum dies, 23. die mensis Adar. i. Februarij, primóque die Nisan siue Martij expleti sunt. Cunctis septem diebus consecrationum

Universidad de Deusto
Biblioteca

erigebat Moses tabernaculum mane quolibet, & ad illud offerebat oblationes, posteáque diſiungebat atque diſſoluebat. At die octauo erigebat quidem, ſed non diſiungebat. R. Ioſuë filius. R. Iehudæ in alia eſt ſententia. Nam, inquit, etiam die octauo erigebat & deponebat. Comedebant autem Aaron & filij eius carnes Arietum & panes qui in caniſtro erant poſiti.

Exod. 29. Leuit. 8.

Septem diebus nocte & die, manebitis in tabernaculi oſtio, vſque ad diem quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ, fecerúntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus eſt Dominus per manum Moſis. Facto autem octauo die vocauit Moſes Aaron, &c. Poſt ſeptem conſecrationum dies, qui primus erat hebdomadæ & principium menſis Niſan ſiue Martij.

Leuit. 8. Secundus annus ab exitu hic incipit. Ita tutus liber Exodi ad eum primum pertinet.

Martius ſecundi anni.

Illo verò die Aaron & filij eius abluerunt manus pedéſque è concha, & ſuis officiis atque miniſteriis iuxta ordinem conſtitutum functi ſunt. Quin & ipſo die cæpere principes offerre. Sic enim ſcripto traditum eſt. Primo die obtulit oblationẽ ſuam Naaſſon filius Aminadab de tribu Iuda, fuerúntque in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta ſiclorum, &c.

Num. 7.

Primus dies orbis conditi, primus fuit dies oblationis principum. Primus, quo inſedit diuina maieſtas Iſraëlitico populo, iuxta illud & habitabo in medio filiorum Iſraël. Primus quo prohibita eſt Idolorum ara. Primus, quo inſtitutum ſacerdotium. Primus, quo benedictus populus, primus ſolemnium ſacrorum, primus mẽſium, primus immolatarum hoſtiarum ad Septentrionem. Primus quo ſacra manducata ſunt, primus quo ignis cælitus deſcendit, ſcribente Moſe, & ecce egreſſus ignis à Domino deuorauit holocauſtum & adipes qui erant ſuper altare.

Dies dominici prærogatiua. Ne igitur mireminí, ô Iudæi ſi ex ſabbatum veſtrum ceſſerit.

Leuit. 9.

Illo ipſo die Iſraëlitæ iuge ſacrificium, ſacrificia votiua & ſpontanea, ſacrificia pro peccatis, pro delictis, primitias & decimas obtulerunt. Ac de iſto die Salomon ſcriptum reliquit, Excitare Aquilo, veni Auſter perfla hortum meum, fluant aromata eius. Nam excitatio Aquilonis eſt holocauſtum, quod in parte Aquilonari immolabatur, Aduentus Auſtri pacifica, quæ in parte Auſtrali mactabantur. Perflatio horti tabernaculum conuentus. fluxus Aromatum inceſum odoramentorũ. Quæ autem apud Salomonem ſequuntur, ſic debent intelligi, *Veniat dilectus meus in hortum ſuum*, diuina maieſtas & preſentia. *Et comedat fructum delectarum eius*, oblationem. *Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa.* die octauo. *Meſſui myrrham meam cum aromate meo*, incenſum & thus oblationum. *Comedi fauum meum cum melle meo.* membra holocauſtorum & adipes ſacrorum ſolennium. *Bibi vinum meum cum lacte meo*, libamina & adipes communium ſacrorum. *Comedite ſocij, ô* Moſe & Aaró. *Bibite & inebriamini dilecti, ô* Synagoga Iſraël.

Cant. 4. & 5.

Ipſo illo die Elizabet filia Aminadab affecta fuit in Iſraël quatuor inſignib⁹ gaudiis, & vno luctu. Nã Leuir eius erat Rex, maritus pontifex ſacerdotum maximus, frater princeps, filij Cardinales ſecundum pontificatus gradum obtinentes. At duos filios ſuos igne cæleſti concrematos luxit. Quidam addunt nepotem ipſius vnctum etiam fuiſſe ad bellum, nempe Phineem.

Moſes Aaron Naaſſon.

Num 19.

Secundo die menſis Niſam ſiue Martij cremauit Eleazar Sacerdos vaccam pro peccato, & aſperſi ſunt eunctí Iſraëlitę cocco, hyſſopo & cedro. Decimo quarto die immolárũt agnos ſuos paſchales. Erat autem Sabbati dies.

Caput 8.

Num. 1.

Locvtvs qve eſt Dominus ad Moſem in deſerto Sinaï, in tabernaculo conuentus: prima die mẽſis ſecũdi, anno altero egreſſionis eorum ex Ægypto, dicens, Tollite ſummam vniuerſæ cõgregationis filiorum Iſraël per cognationes & domos ſuas, & nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini à vigeſimo anno & ſupra omniũ virorũ fortium Iſraël & numerabitis eos per Turmas ſuas, tu & Aaró, erúntq; vobiſcum. Et poſtea, Numera primogenitos ſexus maſculini de filiis Iſraël ab vno menſe & ſupra, Et mox, Tolle ſummã filiorum Caath, de medio Leuitarum per domos & familias ſuas: à triceſimo anno & ſuprà, vſque ad quinquageſimum annũ. Et iterum, Tolle ſummam etiam filiorum Gerſon. Rurſum, Tolle ſummam filiorum Merari, denique: iuxta os domini numerati ſunt per manum Moſis principes tribuum ac domorum in cognationibus ſuis.

3.

4.

Decimo quarto menſis Iiar immolárunt immundi paſcha ſecundũ. Quo pertinet, factúmque eſt vt viri qui erant immundi anima, qui non poterant facere paſcha in die illo, accedentes ad Moſem & Aaron dicerent illis, Immundi ſumus ſuper anima hominis. Quare fraudamur, vt non valeamus oblationem offerre domino in tẽpore ſuo inter filios Iſraël. Quibus reſpondit Moſes, ſtate vt conſulam,

Aprilis anni ſecundi Num. 9.

quid

quid præcipiat dominus de vobis, locutuſque eſt dominus ad Moſem, dicés: loquere filiis Iſraël, Homo qui fuerit immundus ſuper anima, faciat paſcha menſe ſecundo quarta decima die menſis: ad veſperam.

Num. 10.

Anno ſecũdo: menſe ſecũdo, vigeſima die menſis: elcuata eſt nubes de tabernaculo fœderis. Sic inueniũtur morati in deſerto Sinaï, duo decim menſibus, demptis duntaxat diebus decem. Teſtante autem ſcriptura, ſcripſit Moſes exitus eorũ per ipſorum profectiones, quas domini iuſſione mutábãt. Profecti autem ſunt à deſerto Sinaï, & venerunt ad ſepulchra concupiſcentiæ, vbi hæſerunt diebus triginta, vt ex ſequenti loco apparet, Comedetis non vno die, nec duobus vel quinque, ſed vſque ad menſem dierum.

Num. 33.

Cap. 11.

De ſepulchris concupiſcẽtiæ profecti ſunt ad Haſeroth, manſerúntque ibi ſeptẽ diebus, vt hinc probari poteſt, Excluſa eſt itaque Maria, extra caſtra ſeptem diebus.

12

De Haſeroth profectus eſt populus in deſertum Pharam vigeſimo quinto die menſis Siuan. vigeſimo autem nono eiuſdem menſis Moſes exploratores miſit, vt colligi poteſt ex eo, quod ſcribitur. Erat autem tempus, quando iam præcoquæ vuæ edi poſſunt. Redierunt verò ab exploratione terræ, expletis 40. diebus. id eſt, nono die menſis Ab. Ex quo traditum à maioribus noſtris reperitur. Nono menſis Ab decretum eſt, ne patres noſtri ingrederentur terram.

13

Maius.

Iulius.

Cap. 16.

Poſt exploratorum reditũ accidit Chorę Sedirio, eiúſque hiatu terræ, conſumptio. Nam ſcribitur, ſanè nõ induxiſti nos in terram affluentem lacte & melle, nec dediſti nobis poſſeſſiones agrorum & vinearum. Et exarſit ira Domini in Iſraël. Porro in Deuteronomio legimus, Tempus autem, quo ambulauimus de Cades-Barne vſque ad tranſitum torrentis zared: triginta & octo annorum fuit, donec conſumeretur omnis congregatio hominum bellatorum de caſtris, ſicut iurauerat Dominus.

Deut. 2.

Num. 14.

Decimo nono anno iterum inſanierũt, & manſerunt nouemdecim annis in Cades Barne. Hincillud, Sedebitis ergo in Cades-Barne, iuxta dies, quibus antea ſederatis. Cùm ergo prius illic manſiſſent 19. annis, & poſtea aliis nouẽmdecim manſerint, ab exitu planè fluxerunt 38. Omnes autem manſiones inueniuntur quadraginta duæ numero.

Deut. 1.

Num. 33.

Caput 9.

Num. 20. Deſig. anno ab exitu.

Venervnt qve filij Iſraël & omnis multitudo in deſertũ Sin mẽſe primo, & manſit populus in Cades. Mortuáque eſt ibi Maria & ſepulta in eodem loco. Cùmque indigeret aqua populus conuenerunt aduerſus Moſem & Aaronem, quia defecerat puteus. Quadrageſimus voluebatur annus & principium menſis Niſan. Quo temporis puncto, miſit Moſes nuntios de Cades ad regem Edom, &c. Ibi conſederunt Iſraëlitæ lucrum facientes tribus menſibus.

Ibid.

Aaron moritur.

Aſcendit autem Aaron pontifex in mõte Hor, ibique moritur, natus annos centum viginti tres. Eo mortuo diſparuerunt nubes gloriæ, & Chananæi accurrerũt ad pugnandum contra Iſraël. Hinc illud, & audiuit Chananęus rex Arad, veniſſe Iſraël & pugnauit cõtra eum, & victor exiſtens duxit in eo prædam. Quidnam, obſecro, audiuit? Certè mortuũ fuiſſe Aaronem & obiiſſe præcipuum Iſraëlitarum ducem, itémque deſiiſſe columnã nubis quæ pro illis pugnabat. Iruit igitur, bellũ cum eis commiſit, vertit fugauitque, adeo vt retrocederent per ſeptem manſiones, & caſtra ponerẽt in Moſera. Sic enim ſcriptum: Filij autem Iſraël mouerũt caſtra ex Beeroth filiorum Iachan in Moſera, vbi Aaron mortuus & ſepultus eſt. Vbi tamen quæſtio eſt quo pacto mortuus dicatur in Moſera, cũ in Numeris obiiſſe tradatur in monte Hor. Nempe è monte Hor in quo vita exceſſerat Aaron, retro ceſſerãt ſeptem manſiones, donec caſtra collocarẽt in Moſera. Inde autem venerunt in Gadgad. de quo loco profecti caſtra metati ſũt in Iatbata terra aquarum atque torrentiũ. Et inde in Beer. nempe ad puteum, de quo locutus eſt Dominus ad Moſem, Congrega populum, & dabo ei aquam: illis enim puteus illo loco denuo apparuit. Poſt modum profecti filij Iſraël caſtra metati ſunt in Oboth, & de Oboth venerũt in Ieabarim, quæ eſt in finibus Moabitarum. Egreſſique illinc caſtra fixerunt in torrente Zared. Denique caſtra collocârunt à latere Arnon qui eſt terminus Moab, diuidens Moabitas & Ammonitas. Ibique dimicárunt cum Seon & percuſſerũt acie gladij. Verterúntque ſe & aſcenderunt per viam Baſan, & occurrit eis Rex Og cum omni populo ſuo. Dixitque Dominus ad Moſem, Ne timeas eum, quoniam in manu tua tradidi illum. & omnem populum &

Deut. 10.

Deut. 80.

Num. 33. 22.

Num. 21.

b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Num.22. 25 a Trans, comparatione loci ex quærãt

terram eius, faciésque ei, sicut fecisti Seon regi. Vnde & percusserunt eum cum filiis suis, profectíque castra metati sunt in campestribus Moab, vbi a trans Iordanem Iericho sita est. Post plagam illam locutus est Moses & Eleazar ad eos in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho, cúmque eos numerâsset, dixit Dominus. Istis diuidetur terra, iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Túmque stantes in campestribus Moab, filios reduxerunt ad patres: & loco patrũ hæreditatem assignarunt filiis.

Num.26.

Prodigij Similia.

Sara filia Aser ex iis extitit, qui ascenderunt in Ægyptum & de ea exierunt. Ascendisse in Ægyptum ex hoc Scripturæ loco liquet, Sara quoque soror eorum. Exiisse autem & in terram promissionis esse ingressam ex isto, Nomen autem filiæ Aser Sara.

Genes.46

Num.26.

Num.26. sed locus ille nihil euincit.

Iocabed similiter venit in Ægyptum, & ex ea rediit. Venisse docet iste locus, nomen vxoris Amram Iocabed filia Leui, quæ nata est ei in ægypto. Hæc genuit Amram viro suo filios Aaron & Moysem & Mariam sororem eorum. Iair & Machir filij Manassis, nati sunt viuo Iacob auo, patre nostro Mortui autem sunt post Mosis obitum. Nobe inter eos fuit qui nati sunt in ægypto. Cæterùm post Mosis magistri nostri mortem interiit, sepultúsque est in Iordanis latere, nec vero relictus est eorum quisquam, nisi Caleb filius Iephuné & Iosuë filius Nun.

Num.32.

Num.26.

Caput. 10.

Deut.

Quadragesimo anno, vndecimo mense, primo die mensis locutus est Moses ad filios Israël, omnia quæ præceperat illi dominus, vt diceret eis, postquam percussit Seon Regem Amorrhęorum, qui habitauit in Hesebon & Og Regem Basan, qui mansit in Aseroth & in Edraï, trans Iordanem in terra Moab. Cœpitque Moses explanare legem & dicere, quæ Deuteronomio comprehenduntur. A primo die Sebãt vsque ad sextum mensis sequentis Adar siue Februarij, per sex & triginta dies explanauit Moses doctor noster legẽ vniuersam. Sexto autem die Februarij ait dominus ad Mosem Ecce instãt dies mortis tuæ. Septimo autem die, Abiit itaque Moses & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel, & dixit ad eos. Centum viginti annorum sum hodie. Vbi particula *Hodie* declarat Mosem septimo die Adar fuisse natum, & eodem esse mortuum.

Ianuarius anni quadragesimi

Deut.31.

Ibid. finis capit

Quod etiam innotescit è libri fine & initio Iosue, mortuúsq; est ibi Moses seruus Domini in terra Moab iuxta oraculum Domini, & sepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo sepulchrũ eius. Moses autẽ centum viginti annorũ erat quãdo mortuus est. Non caligauit oculus eius, nec humor eius emotus est. Et factum est post mortem Mosis serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun ministrũ Mosis & diceret ei, Moses seruus meus mortuus est. Nunc igitur surge & transi Iordanem istum. Præcepit itáque Iosue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum & imperate populo ac dicite. Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem & intrabitis ad possidendam terram quam dominus Deus noster daturus est vobis.

Deut.34

Iosu.

Iosue.4

Populus autem ascendit de Iordane, decimo die mẽsis primi & castra metati sunt in Galgalis, contra Orientem plagam vrbis Iericho. Omnia ista retexito & ex illis sursum versus subducito triginta tres dies. Sic discres septimo die mensis Adar, Mosen fuisse mortuum.

Tres præstantes pastores & nutritij astiterunt Israelitis, nempe Moses, Aaron & Maria. Tria insignia dona illorum interuentu concessa sunt. Puteus, columna nubis & Manna. Manna quidem Mosis, columna nubis Aaronis, Puteus Mariæ meritis. (vnde) mortua Maria sublatus est puteus, recuperatus tamen postea meritis Aaronis & Mosis. Mortuo Aarone disparuit nubis columna, etsi postea sit illis Mosis merito reddita. Mortuo Mose perierunt tria hæc, nec recuperata. Nam scriptũ, & Excidi tres pastores mense vno. Etsi enim mense vno eodémque tres hi minime ex hac vita migrauerint, sed eodem potius anno (Maria quippe fatis concessit decimo die Nisan, Aaró primo Ab, Mosẽs septimo Adar) tamen quoniam, quo die mortem subiit Moses, tria ista ita intercederunt, vt non amplius apparuerint, tres pastores vno dicuntur mense excisi.

Februar.

Num.22.

Zach.11.

Martius. Iulius. Februarius.

Qui interea collegerant Manna septimo die Adar, eo vsi sunt vsque ad decimum sextum Nisan. legitur enim, Defecitque Manna postquam comederunt de frugibus terræ, nec fuit vltra filiis Israel Manna, sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan. Atque hinc exponi potest quod commemoratum fuerat in Exodo, filij autẽ Israel comederunt Man

Iosu.5

Exod.16

quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem, id est, vsque ad diẽ mortis Mosis. Illo enim die desiit Manna de cœlo decidere. Hoc autẽ cibo pasti sunt, quo vsque tangerent fines terræ Chanaan, id est, vsque ad illum diem quo in ipsorum manibus consumptum est Manna. Quæ quadraginta annorum summa existit. Desiderantur quidem dies triginta, at illi triginta, quibus vsi sunt tortis, quas secum de Ægypto exportauerant, quæ & victum eis abundẽ suppeditârunt, Mannæ instar, istum supplent numerum atque perficiunt.

Pârtis primæ Finis.

Cap. II.

Iosu.4

Populus autem ascendit de Iordane, decimo mensis huius & tulerunt sibi duodecim lapides de exteriore Iordanis ripa, & posuerunt eos, vbi steterant pedes sacerdotum. Præterea tulerunt alios. 12. lapides de medio Iordanis alueo, & posuerunt eos in Galgal contra Orientem vrbis Iericho.

Deut.11.

Postquam ascenderunt de Iordane, venerunt ad montem Garizim, & ad montem Ebal, qui erat in agro Samariæ à parte Sichem, iuxta Alone More. Sic enim scriptum est: An non isti sunt in latere Iordanis, post viam, quæ vergit ad Solis occubitum, in terra Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalam? Illic Israelitæ proclamârunt benedictiones & maledictiones, eásque disposituerunt iuxta ordinem, quem mandauerat illis Moses dicens, Tollite de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria. Porrò duodecim illos lapides, de Iordane sublatos erexit Iosue in Galgal. Vbi autem eos compegissent calce, supernè inscripserunt legem septem linguis. Sic enim memoratur in Deuteronomio, Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. Præterea obtulerunt sacrificia pacifica ibique epulati sunt. Hinc illud eodem loco, Et offeres super eo holocausta domino Deo tuo, & immolabis hostias pacificas: comedésque ibi, & epulaberis coram domino Deo tuo.

Iosu.4.

Deut.27.

Ibid.

Hac illa horâ Israelitæ cœperunt obligari & astringi ad præcepta de polenta & de præputio, & de Neomenia. Illo tempore dixit dominus ad Iosue, fac tibi cultros acutos vndecimo die Nisan, fecitque Iosue quod iusserat dominus, & circumcidit filios Israel in colle præputiotum.

Primus mensis primi anni instituti in Terram.

Iosu.5.

Decimo quarto Nisan immolârunt Israelitæ agnos suos Paschales, iuxta illud, manserúntque filij Israel in Galgal, & fecerunt Phase quarta decima die mensis, ad vesperum in campestribus Iericho.

Ibid.

Martius.

Decimo sexto Nisan obtulerunt filij Israel manipulum. Nam sequitur, & comederunt de frugibus terræ die altero.

Ibid.

Post Pascha vigesimo secundo Nisan mandatum acceperunt de circumeunda Iericho. die deinde septimo diluculo consurgentes circumierunt vrbem, sicut dispositum fuerat septies. Quem diem fuisse sabbati affirmat R. Iose.

Iosu.6.

Bella Ierichuntis & Hay & Gabaonis facta sunt intra trimestre, tertio die Tammuz. Dixitque Iosue coram vniuerso Israel: Sol contra Gabaon ne moueris, & luna contra vallem Hailon. steterúntque Sol & luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Quem diem tradit incurrisse in solstitium æstiuum R. Ioseph. Vnde colligimus principium mensis Nisan siue Martij, ille anno fuisse diem æquinoctij verni.

Iunius. Iosu.10.

Iosu.14.

Caleb allocutus Iosue, Quadraginta & quinque anni sunt (inquit) ex quo misit me Moses ad explorandam terram. Nunc autem hodie octoginta quinque annorum sum. Vnde licet colligere septem annos Israelitas consumpsisse in subigenda terra Chanaan. (Secundo enim anno ab exitu ista ad explorandum missio contigit.) Cæterum si quæras, vnde liqueat, quod septem aliis annis terram sortito diuiserint, priusquam inciperent numerare decimas, & annos remissionum, & Iubilæos, respondetur ex eo, quod octingẽtis quinquaginta consederunt Israelitæ in sua terra, ab eo die, quo in illã ingressi sunt, donec ex ea sint eiecti per integros & plenos iubilæos septem decim. Et quidem id declarat Ezechiel, vigesimo quinto anno (inquit) exilij nostri in exordio anni, decima mensis, quarto decimo anno postquã percussa est ciuitas, facta est super me manus Domini. Quod ipsi dictum est initio Iubilei. At, inquies, si septẽdecim Iubilei pleni perfectíque extiterũt, quo pacto redundârunt anni quatuordecim. Nempe quatuordecim hi anni sunt, quos trãsegerũt Israelitæ in Galgal, septẽ quibus subegerũt terrã & septem, quibus eandem di-

Exech. 40.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iosue vlt.
uiserunt. Postea enim congregata est omnis multitudo Israël in Silo. Atque tum cæptum est numerare decimas, remissionis annos, Iubilæos.

Iosu. 22.
Eodem tempore vocauit Iosue Rubenitas & Gadditas, & dimidiam tribum Manasse, allocutúsque eos dimisit in sua tabernacula, & benedixit eis. Illi autem ingressi terram suam, monimentum sui ædificârunt, altare admirabilis magnitudinis.

a Nempe anno 21. sui principatus Moritur antè anno 25. post, aut iuxta alios 28.
Iosue agitauit cum eis annum remissionis a primum. secundum non potuit absoluere quia antè fato concessit. Ædes autem electa sita in Silo infernè ædificata erat structura lapidea, supernè habebat pelles & cortinas. Stetit trecentis sexaginta nouuem annis. Demum in solitudinem est redacta.

Caput 12.

Iosuë. Ios. 24.
Iosue rexit Israelem. 28. annis. Post hæc mortuus est Iosüe filius Nun, seruus Domini ætatis centesimo & decimo, sepeliéruntque eum in finibus possessionis suę in Tamnath Sare, ad montem Ephraïm. Eodem tempore mortuum Eleazar: filium Aaron sepelierunt in colle Phinees, filij ipsius, ad eundem montem Ephraïm. Seruiuítque Israel Domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui produxerunt dies post Iosue, & qui nouerant omnia opera Domini, quæ fecerat in Israel. Vbi notandum literæ veritatem dicere, qui produxerunt dies non item annos.

Iud. 3.
In nostra tamē editione annos, legitur.
Othoniel.

Iud. 3.
Post Iosuem Othoniel filius Cenez tenuit principatum annis. 40. sed ab illis aufer octo annos, quibus seruierunt regi Cusan Rishataim, cuius tempore extitit Michæ sculptile. Nam scribitur: Et erexerunt sibi filij Dan sculptile & Ionathan filium Gerson filij Mosis ac filios eius sacerdotes posuerunt in tribu Dan vsque ad diem captiuitatis suę. Huius quoque diebus fuit concubina Gabaæ, vt ex Iudicum historia apparet, statim surrexit (inquit) & venit contra Iebus, quę altero nomine vocatur Ierusalem, qui dixit, Non ingrediar oppidū gentis alienę, quæ nō est de filiis Israel, sed transibo vsque ad Gabaa.
Ios. 18.
Iud. 19.

Aiod.
Othonieli successit Aiod filius Ghera 80. annos. Subducendi hinc sūt anni octodecim quibus seruierunt Egloni Maobitarum regi. Huius extremis diebus viguit Sangar filius Agath. Quin & Eglonis diebus accidit historia libri Ruth, quæ nupserat filiis Elimelech. Quod sic demonstrari potest. Naasson filius Aminadab mortuus anno secundo ab exitu Israelitarum de Ægypto. Salomon eius filius fuit de ingredientibus terram, mortuúsque est post Iosue, vt & tota illa ætas, Elimelech autem Salomonis erat frater.
Ios. 24.

Debora & Barac.
Post Aiod administrationem Reipub. susceperunt Debora & Bara filius Abinoam 40. annis, vbi subduxeris duos annos, quibus oppresi sunt Israelitæ à Iabin & Sisara. At anni septem, de quibus narratum est, fecerúntque Israelitę malum in oculis Domini, & tradidit eos Dominus in manum Madian septem annis, pertinent ad Gedeonis tempora, qui dominatum tenuisse dicitur annis. 40.
Iud. 4.
Gedeon.
6.

Regnauítque Abimelech super Israel tribus annis.

Iud. 9. Iud. 10.
Post Abimelech surrexit dux in Israel Thola: filius Phua patrui Abimelech & iudicauit Israel viginti & tribus annis.

Ibid.
Post quem Iaïr Galaadites, viginti duobus annis. Extrahe annum vnum qui vtrique fuit communis.

Interregnum. Ibid.
Filij autem Israel peccatis veteribus iūgentes noua fecerunt malum in conspectu Domini. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philistiim & filiorū Ammon per annos decem & octo, vsque ad secundum annum Iephte.

Iephte. Iud. 11.
Secundo anno, Iephte Regi filiorum Ammon nunciauit, Quando Israel habitauit in Hesebon & viculis eius & in Aroer & villis illius vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem: per trecentos annos, quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentasti? Principatum autem exercuit sex annos.

Abesan.
Abesan de Beth-lehem iudicauit septem annos, sed annus extrahendus est, vtpotè ipsi & Iephte communis.

Iud. 13.
Rursúmque filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit: eos in manus Philistinorum: quadraginta annos. Viginti scilicet Iephte temporibus & alios viginti diebus Samsonis.

Caput. 13.

Heli. Psal.
Heli gubernauit Israelem annis quadraginta. Quo autem die interiit, Dominus deseruit tabernaculum Silo & repulit tentorium Ioseph, & dedit in captiuitatē fortitudinē suam. Fuítque arca Domini in agro Philistinorum septem mensibus, & post hæc vocauerunt Philistim sacerdotes & diuinos dicentes, quid faciemus de arca Dei? Cúmque eam remisissent venerunt
1. Reg. 6.

nerunt viri Cariath Iearim & reduxerunt illam & intulerunt in domum Aminadab in Gabaa. Et factum est, ex quo die mansit arca Domini in Cariath Iearim multiplicati sunt dies, Erat quippe iam annus vigesimus. Quod si abstuleris septem illos annos quibus Dauid regnauit in Hebron super Iuda, supererunt tredecim è quibus Samuël vndecim imperauit solus & reliquos duos cum Saüle.
Samuël.
Iste putat Saülem duos annos duntaxat regnasse, quod falsum.

Initio autem istorum viginti annorum intulerunt tabernaculum fœderis siue cōuentus in Nob. Et quāuis arca Domini esset in Cariath Iearim, offerebant in Nob cunctis annis, tredecim primis & septem postremis in Gabaon.

a Nimis abruptè à 7 c. 1. Reg. ad 5. secundi transit. fallitur in eo quod existimet Samuelē & Saülem. 13. tātum annos principatum tenuisse, cū vt minimū imperauerint 40 an. Act. 13.
Expletis viginti annis, extulit arcam Domini Dauid de Cariath Iearim: in domum Obed Edom Gethęi. Mansit autem arca Domini, in domo Obed Edom Gethæi tribus mensibus: & ei benedixit dominus & vniuersæ domui eius. Vnde colligendum Obed Edom non nisi fuisse benedictum propter Dei arcam.

Saül. 1. Reg. 13. 1. Reg. 10. 11.
Filius vnius anni erat Saül cum regnare cepisset. Duobus autem annis regnauit super Israel. Nempe quando Samuel dixit Saüli post illum in regem consecratum, *Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe ascendam ad te vt offeras oblationem & immoles victimas pacificas*, annus cæpit primus. Quando autem Saül percussit Naas regem Amonitarum atque ab Israële vnctus fuit, secundus. Quando autem descendit in calgala, neque promissum seruauit audiens ex Samuele, *stultè egisti nec custodisti mādata Domini Dei tui, quæ præcepi tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparâsset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum vltrà consurget. Quæsiuit enim Dominus sibi virum iuxta cor suum*, tum certè vnctus est Dauid, dicente Domino ad Samuelē (sic enim memorat scriptura) *Vsquequo tu luges Saül, Cum ego proiecerim eum ne regnet super Israël?* Et paulò pòst, *Tulit ergo Samuël cornu olei, & vnxit Dauidem in medio fratrum eius.* Porrò Dauid tum attigerat vigesimum nonum ætatis annum. Non rectis autem oculis Saül eum aspiciebat à die illa & deinceps. Spiritus autem Domini recesit à Saül & exagitabat eum Spiritus nequam à Domino. Et directus est Spiritus Domini à die illa in Dauid: & deinceps. Illo tempore destructa est Nob, & migrauit sibi in Gabaon.
13.
6.
18.
16.
Gabaon ciuitas sacerdotalis post Nob destructam. 1. Reg. 22.

Vniuersi dies Samuelis videntis concluduntur annis quinquaginta duobus, maximè quoniam scriptum, Heli sacerdote sedente super sellam ante postes domus Domini, cùm esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter & votum vouit &c. Illo enim temporis articulo in futurum iudicem destinatus est. Postea enim legitur. Ipséque iudicauit quadraginta annis. Ita supersunt anni tredecim, à quibus tollendus est annus concepti Samuelis. Vndecim autem quibus Samuel iudicis munere functus est & primus annus Saülis his quadraginta adiuncti quinquaginta duos perficiunt.
Tempora ista nimis sūt contracta. Nam pendent è falso principio, quod Saülē tantū biennium imperauerit. Itaque cuncta gesta libri primi reg. ad illud referre coguntur. 1. Reg. Supponit Samuelē conceptum primo anno principatus Heli 4. Sed necesse istud satis liquet.

Samuel moritur ante Saülis obitū quatuor mensibus. Scribitur enim, fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philistinorum, quatuor mēsium. Post quos consuluit Dauid dominū dicens, Num ascendam in vna de ciuitatibus Iuda? Et ait dominus ad eum, ascende in Hebron. Natus erat Isboseth. 40. annos, cum regnare cœpisset super Israel, duobus annis regnauit in Ierusalem. Sola autem domus Iuda sequebatur Dauid, fuítque numerus dierum, quos commoratus est Dauid imperans in Hebron super domum Iuda, septem annorum & sex mēsium. Sic cōstat a regnū Israel quinque vacâsse annis. Venerūt autem vniuersæ trib⁹ Israel ad Dauid in Hebron. Venerūt quoque & seniores, vnxerúntque Dauid in Regē super Israel, quæ postrema fuit vnctio.
1. Reg. 27. 2. Reg. 2. 2. Reg. 2.
a Sic vocat Regnū Isbosethsiue domus Saülis ad discrimen regni Dauid, quē sequebatur tribus Iuda.

Filius triginta annorū erat Dauid, cùm regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit.
2. Reg. 5.

Caput. 14.

2. Reg. 6. 1. Paral. 15.
DAVID & seniores Israel & Tribuni cōgregati sunt vt adducerent arcam Dei in medium tabernaculi: quod tetenderat ei Dauid (in monte Sion). Cúmque complésset Dauid offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine domini exercituū. Et partitus est vniuersæ multitudini Israel, tam viris, quam mulieribus singulis collyridam panis vnam: & assaturam bubulę carnis vnam & similam frixam oleo, & dimisit ad sua populum. Cōstituítque coram arca domini de Leuitis, qui ministrarent & recordarentur operum eius & glorificarent dominū Deum Israel, Asaph principem & secundum eius Zachariam. In die illo fecit Dauid principem ad confitendum domino, Asaph & fratres eius. Mane dicebant, Confitemini domino & inuocate nomen eius, notas facite in populis actiones eius, & reliquum Psal-
Initio regni, Dauid constituit Dei cultū & religionem.
1. Par. 16.
Psal. 104.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi, vsque hunc versum, Nolite tangere Christos meos, in Prophetis meis nolite malignari.

Psal. 105. Inter duas vesperas cantabant sequentem psalmũ, Cantate domino omnis terra, annunciate de die in diem salutare eius, ad finem vsque, Et dicat omnis populus amen & hymnum Deo. Atque ista quotidie per quadraginta tres annos in Sion ante aream, quo vsque eam collocaret Salomon in æde fixa & immobili, quam ipse ædificauerat.

1. Par. 16. Cùm fugit Dauid à facie Absalom filij sui pontificatum exercebat Abiathar, adeò vt ascendens in montem oliuarũ oraculum Vrim & Thumin, apud ipsum consuluerit. At summotus est Abiathar pontificatu & in locum eius suffectus Sadoc.

Reducta autem arcâ in locum suum, tabernaculum fœderis siue conuentus quod fecerat Moses in deserto, itémque altare aheneum, quod perfecerat Besaleel, candelabrum, mensa, ignis diebus Mosis de cœlo lapsus erant in excelsis in Gabaon. Sadoc autem sacerdotem & fratres eius sacerdotes reliquit Dauid coram tabernaculo Domini in excelso, quod erat in Gabaon, vt offerrent holocausta super altare holocaustomatis iugiter mane & vesperi, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege domini. Et cum eis Heman & Ieduthum canentes tubâ, & quatientes cymbala & omnia musicorum organa, ad canendum domino. Quæ omnia ad hunc modum peregerunt cunctis quinquaginta annis in Gabaon, donec venirent in ædem Salomonis fixam & immotam: nempe à primo anno regni Dauidis, vsque ad decimum vel vndecimũ Salomonis, quo demum tẽplum absolutum dedicatúmque est.

2. Reg. 16. Quo tempore vebello Absalom. Expletis quadraginta annis dixit Absalom ad Regem Dauid, Vadam & reddam vota mea, que voui domino in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus, cùm esset in Gessur Syriæ, &c. Hic autem annus incidit in 37. regni Dauid. Rabbi Nehorai nomine R. Iosuæ terminat hos 40. annos ad finem illius temporis, Postulárũt Israëlitæ regem. Nempè annum decimum Samuëlis videntis. Vnde colligis Salomonem, cum regnare inciperet, fuisse annorum duodecim. Nam quo tempore genitum Salomonem misit Dauid, in manum Nathan prophetæ, factum est vt Absalom filij Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar adamaret Ammõ filius Dauid, & deperiret eam valde. factum est autem post tempus biennij, vt tonderentur oues Absalom in Balasor quæ est iuxta Effraim, & vocauit Absalom omnes filios Regis, è quibus Ammon fratrem interfecit. *Ibid.* Absalom autem cum fugisset & venisset in Gessur fuit ibi tribus annis. En anni quinque. Reuocatus deinde Absalom, mansit in Ierusalem duobus annis & faciẽ Regis non vidit. En nunc septem. Facta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter. Audis numerum annorum decem. Iam vndecimum accipe. Et lustrata (inquit) vniuersa terra affuerunt (destinati numerando viritim populo) post nouem menses & viginti dies in Ierusalem. *1. Par. 36. 26.* Anno denique vltimo, reformauit Dauid custodias sacerdotij & cleri: & ordinauit vniuersam religionis ædem, de quo & scriptum legitur, Quadragesimo anno regni Dauid, recensiti sunt & inuenti sunt viri fortissimi in Gazer Galaad. &c.

Caput 15. *De Salomone.*

3. Reg. 2. 6. Dies autem: quibus regnauit Dauid super Israël quadraginta anni sunt. Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno, egressionis filiorum Israël de terra Ægypti in anno quarto mense Zieu, qui erat secundus mensis regni Salomonis super Israël, ædificare cœpit domum Domino. Nam hæc summa sic facilè potest ostendi. Scriptum est in historia Iephte, Habitauit Israël in Hesebon & vinculis *Iud. 11.* eius & in Aroër & villis illius, vel in cũctis ciuitatibus iuxta Iordanem per trecentos annos. A secundo autẽ anno Iephte, quo vsque ædificatum est templum sunt anni cẽtum quadraginta. Deinde quadraginta annis Israëlitæ hæserunt in deserto. Qui anni in vnum collecti reddunt quadringentos octoginta.

De Hebdomada annorum non dierũ loquitur. 2. Para. 6. In medio Iubilæi ædificatum est templum anno quarto hebdomadæ. Itémque quarto Regni Salomonis. Nam sic scriptũ. cœpit autem ædificare mense secundo anno quarto regni sui domum Domini. Et in anno vndecimo mẽse Bul, qui est octauus, *3. Reg. 6. 7. 8.* perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus, ædificauitque eam septem annis. Domum autem suam ædificauit tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit. Tunc congregati sunt omnes maiores natu cum principibus tribuũ & duces familiarum filiorum Israël ad regem Salomonem in Ierusalem, vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, id est, de Sion. Conuenítque ad

regem Salomonẽ vniuersus Israël in mense Bethanim in solenni die. Ipse est mensis septimus. Ex quibus intelligitur Deum non exhibere suæ præsentiam majestatis, nisi in congregatione siue Ecclesia. Hinc illud, vidítque omnis populus & iubilárũt, &c. Rursum, Propinquarúntque omnis congregatio Israël & steterunt coram domino, &c. Sic in legis promulgatione scriptum est, *Exod. 19.* die tertio descendit dominus ob oculos totius populi super montem Sinaï. *3. Reg.* Item de templo fixo & Salomonico Cùm desiisset Salomon orare, ignis descendit de cœlo, omnibus filiis Israël cernentibus. Atque de illa tempestate intelligitur illud *Cant. 3.* Salomonis, Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua, in die desponsationis illius: & in die lætitiæ cordis eius. In die, inquam, desponsationis i. die octauo post septem consecrationum. Et in die lætitiæ cordis eius. i. in die templi completi & absoluti.

3. Reg. 11. Dilexit verò Salomon Dominum, adeò vt ambulárit in statutis Dauid annos quatuor, priusquam inciperet templum construere. At postquam cœpit ædificare templũ filiam Pharaonis coniugio acceptam *10.* introduxit in ciuitatẽ Dauid. Habuitque Adad Idumæum hostem, itémque Razon Regem Damasci. Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem quanta & lapidum. Educebat equos de Ægypto & de Choa. Emebat quadrigas ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equos centum *11.* quinquaginta. Adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis & Moabitidas & Ammonitidas Idumæas, & *Exod. 34.* Sidonias & Cethæas, de gẽtibus, quas prohibuerat dominus, ne auerterent corda Iudæorum & sequerentur deos earum, vt *Ierem. 32.* licuerit dicere illud Ieremiæ, Quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, à die quo ædificauerunt eam vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo, propter malitiam filiorũ Israël: & regum eorum, & principum eorum.

Interea sub senium Salomõ propè mortem, Spiritũ sanctum habuit inhabitãtem: & dictauit libros istos, Prouerbia, Canticũ Canticorum & Ecclesiastem. Ahia autem *3. Reg. 11.* locutus est ad Hieroboam nomine Domini. Si igitur audieris omnia, quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis: sicut fecit Dauid seruus meus, ero tecum & ædificabo tibi domum fidelem & tradam tibi Israël, sicut ædificaui Dauidi domum. Nempè quemadmodum dedit Dauidi regnum triginta & sex annorum super Israël, ipsimet Dauidi videlicet triginta trium annorum, (Tandiu enim regnauit in Ierusalem super vniuersum Israël præter alios septem, quibus in Hebron rex fuit solius tribus Iuda) Salomoni verò filio eius regnũ annorum trium: ad hũc profecto modum si Ieroboã filius Nebat meruisset, habuisset sibi regnum Israël per triginta tres annos & filios per tres. Vnde subiungitur in Regibus, Et affligam semen Dauid super hoc, verumtamen non cunctis diebus. vbi illud *super hoc* refertur ad 36. annos, quibus affinitate coniunctus fuit Pharaoni Ægyptio, &, *Verumtamen non cunctis diebus* ad *2. Par. 14.* Asam, quem dominus liquidò sciebat altaria peregrini cultus & excelsa subuersurum: & statuas lucósque succisurum, præcepturúmque Iudæ, vt quæreret Dominũ Deum patrum suorum.

Caput. 16.

3. Reg. 14. Regnavit Salomon in Israël quadraginta annis. Roboam filius eius tribus. Abia filius eius tribus. Anno autem vigesimo Ieroboam filij Nebat, quadraginta & vnius annorũ erat Roboam, cum regnare inciperet, regnauit autem septemdecim annis in Ierusalem. Vnde Dauid auus illum non vidit nisi annum vnum. Obseruauit autem legem ipse & filij eius tribus annis. Quarto verò rebellárunt, vt locus iste indicat. Quia ambulárunt in viis Dauid & Salomonis annis tantum tribus, *2. Par. 11.* & quarto præuaricati sunt, vt alter ostendit. Cùm roboratum fuisset (inquit) regnũ Roboã & confortatum dereliquit legem *12.* Domini, & omnis Israël cum eo. Quin etiam cynædi erant in terra. Anno autem quinto regni eius Sesac Rex Ægypti ascendit in Ierusalem, quia peccauerat Domino cum mille ducentis curribus & sexaginta millibus equitum, & sustulit thesauros domus Domini, &c. Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam, & cepit ciuitates eius Bethel, & filias eius & Hiesana cum filiabus eius. Ephron quoque & filias eius. Nec valuit vltra resistere Ieroboã in diebus Abia: Quem percussit Dominus & mortuus est. Nec verò facilè intelligis vtrũ dominus percusserit, Abiãne an Ieroboam. *1. Melius alio de Ieroboam.* Sed de Abia est accipiendum, vt quem Ieroboam sepelierit. Verùm cur non percussit Ieroboã sed Abiam? Quoniam subsistens ad montem Samarię, qui erat in Ephraim exprobrans Israëli,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicénsque. Habetis vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos, & quæ illic sequuntur Abiæ verba ad Israëlis exercitum, Sat habuit capere Bethel filiásque eius, vnde quoniam conspectum vitulum aureum missum fecit nec substulit vel fregit, ideo à Domino percussus est.

Asa. Asa regnauit quadraginta vno annis. Eius Imperio quieuit terra decem annis. Decimo quinto regni anno venit Zarah Æthyops, & Asæ restituit vniuersam prædam, quam exportauerat Sesac Rex Ægypti de Ierusalem, cœpitque eam Asa anno
3.Reg.11. illo, id est, anno 35. à Salomonis morte, quando suscitauit ei Deus aduersariũ Razin filium Eliadæ.

Ieroboã. Ieroboã rexit Israëlem viginti duobus annis Nadab filius eius duobus. Anno tertio Asæ regis Iuda regnum Israëlis suscepit Baasa filius Achiæ per 22 annos. Anno.
2.Par.16. 36. regni Asæ ascendit Baasa Israëlis Rex contra Ierusalem, Hæc quidem habet scriptura. At fortasse dices, Nónne Asa Baasam sepeliuit anno regni sui vigesimo sexto? Qui ista possunt conciliari? Nempè triginta sex anni isti dicuntur respectu 36. annorum, quibus Salomon coniugio filiæ Pharaonis Ægypti Regis potitus est, itémque respectu 36. annorum, quibus decretum est, vt Regnum Dauidicæ familiæ diuideretur, & ad extremum redintegraretur. Denique respectu 36. annorum, quibus decretum fuit, vt de regibus Syriæ, esset aduersarius Israëli, tandémque manu & potentia domus Dauidicæ concideret. Ideo enim sic dictum est, Anno tricesimo sexto regni Asa ascendit Baasa, &c. Id est, anno 16. Asæ postquam manu ipsius cæsus est Zara Æthyopum Rex. Nam hic annus est trigesimus sextus à morte Salomonis.
Ibidem. Túmque hoc ipso temporis articulo pepigerunt fœdus Reges Israël & Syriæ, vt ascenderent contra Asam, commissóque prælio perderent. Protulit autem Asa argentũ & aurum de Thesauris domus Domini, misitque ad Benadab regem Syriæ, qui habitabat in Damasco dicens, Fœdus inter me & te est. Quo comperto Benadab misit Principes exercituum suorum ad vrbes Itraël, qui percusserunt Ahion & Dan, & vniuersas vrbes Neptalim muratas. Quod cùm audisset Baasa desiit ædificare Rama & intermisit opus suum. In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regẽ Iuda & dixit ei. Nónne Æthiopes & Lybes multo plures erant? quos, quia in domino credidisses, tradidit in manu tua. Nec destiterunt Reges Syriæ esse hostes Israëlis vsque ad Achaz mortem, cuius diebus fœdus agitárunt cum Regibus Israël, vt iunctis copiis ascenderent & præliarentur contra Achaz. Cúmque nihil haberet iustitiæ & meriti Achaz, cuius causa vtrique armis Iuda cæderentur, conciderunt ambo manu Teglath Phalassar Assyriorum monarchæ.

Caput 17.

1.Reg.16. Baasa rexit Israëlem 24. annis. Ela filius eius duobus. Ita liquet Asam sepelisse Elam anno regni sui vigesimo septimo.
Ibidem. Zamri interfecit Elam regnauitque post illum septem dies in Tarsa, porro exercitus obsidebat Gebbethon vrbem Philistinorum. Cúmque audisset populus Israël rebellásse Zamri & occidisse regem, tunc diuisus est in duas partes. Media pars populi sequebatur Tebni filium Gineth, vt cõstitueret eũ regem & media pars Amri. Prævaluit tamen populus, qui erat cum Amri. Durauit autem istiusmodi contentio armis quatuor vsque ad annum tricesimum primum Asæ. Tum enim mero dominatu regnare cœpit Amri prævaluitque populus, qui ipsius partes sequebatur. Amri enim postquam ipsius filiam Asa accepit vxorem filio suo Iosaphat, Tibni competitorem occidit. Regnauitque Amri in solidum annis duodecim (connumeratis annis discordiæ quatuor) vsque ad 38. Asæ.

Anno tricesimo octauo Asæ regis Iudæ rexit Israëlem Achab filius Amri, 22. annis. Anno ipsius quarto, regnum 25. annorum auspicatus est in Iuda Iosaphat natus annos triginta quinque.
Iosaphat. Anno tertio Achab fuit vehemens fames in Samaria per tres annos, & bellum Benadab per duos annos & semis, Quieuerunt tribus annis sine prælio tam Syri quam Israëlitæ.
3.Reg.22.

Ochozias filius Achab biennium functus est Israelis principatu. Anno ipsius secundo reconditus est Elias, neque comparebit donec veniat Christus. Tum enim apparebit & recondetur secundò, donec prodeat Gog & Magog. Nunc interim singularum ætatum res & acta conscribit. Mortuus autem est Ochozias iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda. Non enim habebat filium. Atqui inquies, Nonne anno 19. Iosaphat regis regnare cœpit? Respondeo Iosaphat quando desc-

Elias. Ergo Christus à Iudæis venire debuit ante Gog & Magog sine Antichristo.
4. Reg. 1. 4.Reg 3.

cendit

cendit in prælium inita cum rege Israel societate: & lapsus in manus hostium, exclamauit, merebatur quidem illa hora interfici, sed tamen quia exclamauit inuocauítque Dominum, ita septem annis superuixit, vt tamen Scriptura eos filij ipsius regno attribuat & assignet.
3.Reg.vlt.

Ioram. Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel & Iosaphat regis Iuda, dum redirent de prælio, postquam interemisset Ammonitas, Moabitas & Idumæos constituerunt
2.Par.21. regem Ioram filium Iosaphat super Iuda, qui habuit fratres filios Iosaphat sex. Deditque eis pater suus multa munera argenti & auri & pensitationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda. At postquam mortuus est Iosaphat, surrexit Ioram & occidit
Ibid. omnes fratres suos gladio, quemadmodũ in Paralipomenis scriptum extat. Allatæ sunt autem ei literæ ab Elia propheta, in quibus res ipsi euenturæ scribebantur. Nimirum de cælo. Nam iam septem erant anni, ex quo Elias reconditus disparuerat.

Ibid. Ioram autem erat triginta duum annorum quando regnare cœpit. Octo verò annis regnauit in Ierusalem. De filio ipsius Ochozia relinquitur aliquod dubiũ. Nam in regibus dicitur, 22. annorum erat Ocho-
Ochozias 2.Par.22. zias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem. At in Paralipomenis, Quadraginta duorum annorũ erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem. An enim (inquit R. Iose) potest esse filius senior patre duobus annis? Respondendum, Ex quo Asa rex Iudæ dedit Iosaphat filio suo in matrimonium filiam Amri regis Israel, diuinitus decretum est (detestandæ impiæ illius affinitatis gratia) vt regnum Iuda periret cum regno domus Achab & Israel, (nẽpe quadraginta duobus annis ante præsentem historiam.) Hoc significatum fuit ista posteriore numeri notatione, item eo quod
Ibidem. subiectum est. A Domino quippe fuit cõculcatio Ochoziæ, vt veniret ad Ioram, & cum venisset & egrederetur cum eo, aduersum Iehu filium Namsi, interficeretur, Athaliáque regnum familiæ Dauidicæ labefactaret. Sícque ambo reges eodem die simul sunt extincti (annis 42. post contractam affinitatem.)

Caput 18.

Diebvs Ioram filij Achab, contigit grandis fames in Samaria per annos septẽ, quo spatio Benadab bellabat cum Israel. Anno autem extremo maledixit Elisæus ipsi Giezo, abiénsque Damascum vnxit Hazaëlem regem Syriæ, & misit Ionam filium Amitthæi, qui consecraret Iehu regem Israël in Ramoth Galaad.

Cùm ergo euerteret Iehu domũ Achab inuenit principes Iuda & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei & interfecit illos. Ipsum quoque perquirens Ochoziã comprehendit latitatem in Samaria, adductúmque ad se occidit. Athalia autem mater eius videns, quòd mortuus esset filius suus, surrexit & interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram. Porro Iosabeth filia Regis tulit Ioas filium Ochoziæ & furata est eum de medio filiorum Regis cum interficerentur, fuitque cum ipsa in domo Dei absconditus sex annis quibus regnauit Athalia super terrã. Atq; illud est quod legitur in Psalmis, Quia abscondit me in tabernaculo suo & in petra exaltabit me, id est, in Ioïada Pontifice homine petræ simili. Vnxit ergo illum Ioïada Pontifex & filij eius & comprecati sunt ei atque dixerunt, Viuat rex, & lætatus est vniuersus populus terræ.

Septennis erat Ioas, cum regnare inciperet. Regnaréque cœpit anno septimo regni Iehu, & regnauit 40. annis in Ierusalem. Anno 23. Regni restaurauit sarta tecta templi Dei, anno centesimo quinquagesimo quinto, postquam fuerat ædificatum à Salomone. Fecitque Ioas rectum in oculis Domini, quandiu vixit Ioïada. Senuit autem Ioïada plenus dierum & mortuus est cum centum triginta esset annorum. Nempè Oriente diebus Salomonis labe & ruina, natus est simul Ioïada, qui eã corrigeret. Postquam autem obiit Ioïada ingressi sunt principes Iuda & adorauerũt regem. Qui delinitus eorum obsequiis, acquieuit eis. Seipsum enim Rex Ioas Deum consecrauit & nominauit. Nam hoc declarat, quod ponitur. *Et adorauerunt regem.* item illud, *Acquieuit eis Rex.*

2.Par.22.
Ioïada natus diebus Salomonis.
Ioas.
Ibid.
23.
24.

Caput 19.

Iehv regnum Israël gessit 28. annis. Et dixit Dominus ad Iehu, &c. Istius dicti nuncius fuit Ionas Amitthæi filius, qui in duodecim minoribus prophetis numeratur. In diebus illis cœpit dominum tædere super Israël. Percusitque eos Azaël in vniuersis finibus Israël, à Iordane, contra Orientalem plagam, omnem terram Galaad & Gad, & Ruben, & Manasse. Anno

4.Reg.9.
Ionas.
10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vigesimo tertio Ioas regnauit Ioachas filius Iehu super Israël in Samaria decem & septē annis. Anno tricesimo septimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachas super Israël sedecim annis. Helisæus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est. Descenditque ad eum Ioas rex Israël & flebat coram eo, anno nimirum regni sui decimo. Ex quo colligis quot annis Elisæus pauerit Israëlem. Nempè ab anno decimo nono Iosaphat, ad hoc vsque tempus per annos plus sexaginta.

Anno secundo Ioas regis Israël regnū Iuda suscepit Amazias, vicesimum quintum ætatis agens, administrauit viginti nouem in Ierusalem. Anno sui regni duodecimo percussit Idumæos in valle Salinarum. Postea statuit Deos eorum in Deos sibi, & adorabat eos & illis abolebat incēsum. Quamobrem iratus dominus contra Amasiam, misit prophetam ad illum, qui diceret se cogitare de occidendo eo. Si quæras, quænam fuerit cogitatio siue consilium, quod cōtra Amaziam dominus instituit: è sequentibus historiæ respondetur. Igitur Amazias rex Iuda inito pessimo consilio, misit ad Ioas filium Ioachas regem Israël, dicens, Veni videamus nos mutuo. Dixisti, percussi Edom, & idcirco erigitur cor tuū. Noluit audire Amazias, eo quod domini esset voluntas, vt traderetur in manus hostium propter Deos Edō. Corruitque Iuda coram Israël, & fugit in tabernacula sua. Porrò Amaziam regem Ioas cepit & adduxit in Ierusalem, destructo muro à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis. Omne quoque aurum & argentum, & vniuersa vasa, quæ repererat in domo Dei & apud Obed Edom, in Thesauris etiam domus regiæ, nec non filios obsidum reduxit in Samariam. Illo temporis puncto mortuus est Ioas, & venit sibi Amazias Ierusalem, vixitque postquam mortuus est Ioas Rex Israël quindecim annis. Cæterum à tempore quo receſſit Amazias à domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Nempè audierant, quòd Propheta ante ei dixerat, mala à Domino comminatus. Sicque interfectum reportārunt super equos, & sepelierunt cum patribus suis in ciuitate Dauid.

Ozias agebat 16. annum cum regnare inciperet & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem. Et exquisiuit dominum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum. Cúnque requireret Dominum prosperatus est in omnib°. In quo obsecro? Ædificauit Elath & restituit eam Iudæ, postquam dormiuit Rex cum patribus suis. Quid istud est, postquam dormiuit rex cum patribus suis? Nempè diebus patrum suorum Amaziam regnasse significatur. Indicari etiam potest, sic Amaziam discessisse ex hac vita morte violenta & ab aliis illata, quemadmodum Ioram Ochozias & Ioas à percussoribus violenter fuerant interempti.

Ozias & Ieroboam simul regnarunt, nisi quòd Ieroboā regnauit diebus patris eius annum vnum. Sic enim scriptum est. Anno autem vicesimo septimo Ieroboam regis Israël regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda. Quod si instes, vtrúmque simul regnasse, respondeo regnum eius fuisse percussum lepra atque ita attributum alteri. Nam scriptum reperitur, fuitque Ozias rex leprosus vsque ad diem mortis suæ & commoratus est in domo libera leprosus, quia excisus erat à domo Domini, & Ioatham filius eius in domo regia iudicabat populum terræ. Itaque omnes illi anni attribuuntur diebus Ioathan regis Iuda & diebus Ieroboam regis Israël. Quod si obiicias Oziam sepeliuisse Ieroboam & tres reges Israël ipso posteriores, idem respondebo. Nam 25. anni, quibus Ozias fuit leprosus, Ioathan filius eius in domo regia iudicabat populum terræ.

Ieroboam filius Ioas quadraginta vno annis regnum Israël moderatus est. Anno tricesimo octauo Oziæ regis Iuda Zacharias filius Ieroboam regnauit super Israël in Samaria sex mensibus. Iste est sermo domini quē locutus est ad Iehu dicens, filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt de te super thronum Israel. Factúmque est ita.

Caput 20.

TERRÆMOTVS, qui cōtigit sub Ozia, meminit Zacharias his verbis, Et fugietis ad vallem montium meorum, quoniam coniungetur vallis montiū vsque ad Athal. Et fugietis, sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Iosiæ regis Iuda. Porrò Esaiā, Oseam, Amos, Michæā prophetas his viguisse temporibus probati potest ex ipso rummet librōrū principiis. Visio, (inquit) Esaiæ filij Amos, quam vidit super rudam & rerusalē in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz & Ezechiæ regum Iuda. Verbum domini, quod factum est ad Osee filium Beeri in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz & Ezechiæ

regum

4.Reg.14 — 15. Ibid. — Eliseus. — Amazias — 4.Reg.14 2.Par.36. — Ibid. — Ibid. — Ozias. 4.Par.26. — Ioram non videtur reponendus inter Reges interfectos. — 2.Par.25. 4.Reg.14 15. — 2.Par.26. — 4.Reg.15. — Zach.14. — Esa. — Osa.

regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israël. Verba Amos, qui fuit in pastoribus Tecue, quæ vidit super Israël in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israël ante duos annos terræmotus. Verbum domini quod factum est ad Micheam Morastitē in diebus Ioathan, Achaz & Ezechiæ regum Iuda. Quis autem alterum antecesserit non facilè scias, præsertim cum cōmemoretur, Hoc esse principium sermonis Domini cum Osea. Sic in Amos, ante duos annos terræmotus, Et in Esaia, Anno, quo mortuus Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum. Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo. Quæ quidem extrema verba declarant, id cōtigisse diebus terræmotus. Interea quoniam Michæas non meminit Oziæ, sed Ioathan & duorum sequentium Regum, intelligitur apertè reliquos fuisse ipso superiores & antiquiores.

Visio Abdiæ, Hæc dicit Dominus de Edom: Surgite & consurgamus aduersus eam in prælium. Quando istud prælium contigit? Diebus Amaziæ. Nec erat tunc rex constitutus in Edom. (Sic dictum de sæculo Regis Iosaphat.) Ex quo autem conciderunt Idumæi, tempestate Amazię, non constituerunt Regem in loco suo, neque caput erexerunt ad hunc vsque diem. Nam postquam collapsi sunt iuxta verbum Elisæi, se nunquam erexerunt, nisi quòd excitārunt bellum diebus Achaz, sed mox sunt oppressi. Similiter Palæstini ex quo ceciderunt regnante Ezechia, non habuerunt proprium Regem ad hunc vsque diem. Hoc idem contigit Assyriorum Regibus. Nam ex quo, Ezechiæ sæculo occisi sunt, hunc vsque gentili rege caruerunt. Hoc idem Ægyptiis. Postquā enim Ægyptus armis Nabugdonozoris succubuit, non amplius eleuata est super gentes vsque hodie. Sic fuerat prædictum Domini oraculo, Inter cætera regna erit humilima. Et non eleuabitur vltra super nationes, & imminuam eos, ne imperent gentibus.

Filij Zaræ Zimri. Ethā, Heman, Calcol. Darà prophetæ fuerunt, qui vaticinabantur in Ægypto.

Filij Choræ Asir, Elcanæ & Ebiasaph prophetiæ munere functi sunt in deserto. Virum prophetam misit dominus ad filios Israël, qui inuitaret eos ad pœnitentiam tempore iudicum, dum affligerētur à Madianitis sub Gedeonis tempora. Iste autem propheta erat Phinees.

Elcana vir ille Dei erat, qui scribitur venisse ad Heli & dixisse: Nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cùm esset in Ægypto in domo Pharaonis? Quare ergo calce abiecistis victimam meam, &c.

De quibus legitur, Hos constituerunt Dauid & Samuēl videns in fide sua, tam ipsos quam filios eorum in ostiis domus Domini, & in tabernaculo vicibus suis, pertinet ad 24. familias Sacerdotum & Leuitarum.

Gad videns & Nathan propheta rem templi & diuinam cum Dauide disposuerunt.

Asaph, Heman & Ieduthū vaticinabantur Rege Dauide.

Ahias Silonites apud Salomonem vatis oncre ter functus est.

Samaias bis apud Roboam & principes eius. Maximè autem cùm fugerunt à facie Sesac Rege Ægypti. Vbi annotandū istum Sesac appellari Zebud alio loco, siue muscam, Sibilabit Dominus ad muscā Ægypti. Sesac autem ideo dicebatur, quia attentè & veluti sedens obseruabat quando moreretur Salomon. Ei enim nobis non erat similis. Posteaquam ergo intellexit Salomonem mortuum, venit & tulit Thesauros domus Domini.

Iddo propheta vaticinatus est contra altare in Bethel dicatum à Ieroboam, dicēs: Altare, altare, hæc dicit Dominus, Ecce filius nascetur domui Dauid. Iosias nomine: & immolabit super te Sacerdotes excelsorum, qui in te thura succendunt & ossa hominum super te incendet.

Azarias filius Oded facto in se spiritu Dei egressus est in occursum Asæ, & dixit ei: Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo, &c.

Illo tempore venit Hanani videns ad Asam Regē Iuda, & dixit ei. Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ & non in Deo tuo, idcirco euasit Syriæ Regis exercitus de manu tua.

Michæas vaticinatur apud Achab quinquies. Nam eum esse dicunt, de quo legitur, Et vnus de filiis prophetarum dixit socio suo in sermone Domini, Percute me, & abiit, occurritque regi in via & mutauit aspersione pulueris os & oculos suos, clamans ad Regem, &c. Item de quo. Et accedens vnus vir Dei dixit ad Regem Israël, Hæc dicit Dominus, Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus & non est Deus vallium, dabo omnem hanc mul-

Amo.1. — Idech 2. — Osa.1. — Esa.6. — Mich.1. — 3.Reg.22 — 4.Reg.3. — Ezech.29 — Catalogus prophetarū. 1.Paral.2 Exod.6. — Iud.6. — 1.Reg.3. — 1.Par.9. — 2.Par. 11. & 12. — Esa. — 3.Reg.14 — Iddo. — 3.Reg.13. — 2.Paral. 15. — 16 — 3.Reg.30. — Ibidem. — Ibidem. Supra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

titudinem grandem in manu tua, & scietis, quia ego sum Dominus. Item de quo paulo supra. Et ecce propheta vnus accedens ad Achab Regem Israël ait ei. Hæc dicit Dominus. Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam. Ecce ego tradã eam in manum tuam hodie, vt scias, quia ego
Ibid. sum Dominus. Et quarto, Accedens autem propheta ad Regem Israël dixit ei. Vade, & confortare, & scito, & vide quid facias. Sequenti enim anno Rex Syriæ ascendet contra te. Quinto, Quis decipiet
3. Reg. 22. mihi Achab Regem Israel, vt ascendat & cadat in Ramoth Galaad?

2. Paral. 19. 20 Diebus Iosaphat Dominus prophetis vtebatur Iehu filio Hanani & Iaziele filio
Ibidem. Zachariæ filij Banaiæ & Eliezere filio Dodiæ de Maresa.

21 Diebus Ioram cælitùs allatæ sunt literæ ab Elia propheta, in quibus futuri istius regis casus describebantur.

24 Diebus Ioas mittebat Dominus ad populum prophetas, vt reuerterêtur ad Dominum, quos protestantes illi audire nolebant. Spiritus itaque Dei induit Zachariã filium Ioiadæ Sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis, Hæc dicit Dominus Deus, Quare transgredimini præceptum Domini, &c.

25 Diebus Amasiæ venit homo Dei ad illũ, & ait, ô Rex, ne egrediatur tecum exercitus Israël. Qui postremò ad ipsum descendens, Scio, inquit, quòd cogitauerit Dominus occidere te, quia fecisti hoc malum
Ibidem. & insuper non acquieuisti meo consilio.

De hoc Amos 2. Par. 26. 28. Hunc autẽ prophetam ferunt esse Amos fratrem eius, Esaiæ patrem.

Sæculo Achaz erat ibi propheta Domini Oded nomine qui egressus obuiã exercitui venienti in Samariam dixit eis. Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum cõtra Iudam tradidit eos in manus vestras, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cœlum pertingeret vestra crudelitas.

4 Hæc citat R. Dauid Kimhi initio cõmentariorum suorũ in hos prophetas, vt & alia passim ex hoc chronico. 28 Ioël, Nahum & Habacuc vaticinabantur tempestate Manassis. At quoniam improbus erat Manasses, subticuerunt eius nomen, neque se appellárunt de eius vocabulo. Itaque etiam scriptura loquútúsque est (inquit) Dominus ad eum & ad populum illius & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum, ceperúntque Manassem & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem.

2. Par. 33. Verbum Domini factum est ad Sophoniã filium Chusi filij Godoliæ filij Amasiæ,
Soph 1. Ierem. 1. filij Ezechiæ in diebus Iosiæ filij Amon Regis Iudæ tertio decimo anno regni eius. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariath
Iere. 26. Iearim, & prophetauit aduersus ciuitatem & terram iuxta omnia verba Ieremiæ. Fa-
Ezech. 1. ctum est verbum Domini, ad Ezechiẽlem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldęorum secus flumen Chobar. Nempè vniuersi isti prophetæ vaticinationes suas fuderunt propè excidium.

Baruch Neriæ filius, Seraïa Mahasiæ filius, & Daniel vir desideriorum Nabugdonozoris tempore.

Mardochæus Iudæus, Haggæus, Zacharias, Malachias anno Darij secundo.

Inter eos, decem reperiuntur insigniti titulo viri Dei, Moses, Elcana, Samuel, Dauid, Semaïas, Iddo, Elias, Elisæus, Michæas, Amos Esaiæ pater. Duo nomen videntis cõsecuti Samuel & Hanani. Duo vocabulum filij hominis sortiti Daniel & Ezechiel.

Secundæ libri partis Finis.

Caput. 21.

Genes. PATER noster Abraham donatus est prophetæ vocabulo in Genesi Nunc igitur redde vxorem viri, quia propheta est. Quo pacto de Sarra tale aliquid significatur alio loco, Haran pater Melcha & pater
Genes. 11. Iescha. (Sic enim vocabatur Sara, quasi speculans.) Inde autem intelligis vniuersos sanctos patres & matres prophetarum
De prophetijs. vocabulo decoratos. quòd in Psalmis sit scriptum. Et abierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.

Exod. 15. De Maria Mosis & Aaronis Sorore legitur, sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaró Tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum Tympanis & choris, quibus præcinebat dicens, Cantemus Domino. Gloriosè enim magnificatus est.

Iud. 4. De Debora, Erat autem Debora prophetissa, vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore, & sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur inter Rama & Bethel in monte Ephraim.

1. Reg. 1. De Hanna Samuelis matre, Et orauit Hanna, & ait. Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo, &c.

25 Abihail prophetauit apud Danidem, quemadmodum de illa Dauid testificatur. Benedictus Dominus Deus Israël, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictus sensus tuus, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinẽ & vlciscerer me de manu mea.

4. Reg. 22. Holdam quoque vatem fuisse scriptura nominatim cõmemorat. De Ester autem
Ester. 9. his significat verbis: Scripsitque Hester regina filia Abiahil & Mardochæus Iudæus etiam secundam epistolam, vt omni studio dies ista solennis sancieretur in posterum, &c.

48 Prophetæ. Hi sunt quadraginta octo prophetæ & prophetissæ, qui apud Israëlitas vaticinati sunt, quorum & mentio facta in scripturis.

Extiterunt quidem & alij inter exeũtes de Ægypto, at nomina eorum non sunt literis sacris mandata. Si dicas id factum, quòd essent pauci numero, refutaberis loco isto Scripturæ, Ierunt igitur ambo pariter (Elias & Elisæus) & quinquaginta viri
4. Reg. 2. de filiis prophetarũ secuti sũt eos, vbi multi fuisse dicũtur prophetæ & tamen nominibus supprimuntur. Rursum si id tribuas insciticæ eorum, eadẽ Scriptura refelleris, quæ illos declarat fuisse scientiæ laude atque dono præstãtissimos, dixerũt (inquit)
Ibidem. Docet multos fuisse Prophetas, præter cõmemoratos ex nomine. Elisæo, Nunquid nosti, quia Dominus hodie tollet Dominum tuum à te? Cumque dixerunt *Dominum tuum* de Elia, non item *Dominum nostrum*, quid aliud, obsecro, putas significare scripturam quàm vniuersos illos fuisse pares Eliæ & eiusdem cum Elisæo momenti atque ponderis? Et sic ait
Leu. 5. Moses, Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis & filiis eorum in sempiternum? Præterea, Quis tribuat vt omnis populus prophetet & det eis Dominus spiritum suum?
Num. 11. *3. Reg. 18.* Præterea Abdias dicebat Eliæ, Nónne indicatum est Domino meo, quid fecerim dum occideret Iezabel prophetas Domini, quo modo ex eis absconderim centum viros: quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauerim eos pane & aqua? Quo tamen numero non cõprehendebãtur prophetę, qui erãt in Iuda & Benjamin. Rursum Elias sic alloquebatur Elisęum, sede hic, quia dominus misit me vsq; in Bethel. Cúmque descendissent Bethel,
4. Reg. 2. egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel. Item, sede hic, quia Dominus misit me in Iericho. Cúmque venissent Iericho, accesserunt filij prophetarum, qui erant in Iericho. Et post, sede hic quia Dominus misit me vsque ad Iordanẽ: ierunt igitur, & quinquaginta filij prophetarum secuti sunt eos. Nam nulla erat vrbs in terra Israël quæ non haberet prophetas. Interea prophetia eorum tantum est commemorata, quæ ad necessitatem legis faciebat, de quibus intelliguntur ista Salomonis in Cantico Canticorum. Quàm pulchri sunt amores tui soror mea sponsa. *Cant.* Quàm boni sunt amores tui præ vino. Et odor vnguentorum tuorum præ omnibus aromatis. Fauum stillant labia tua sponsa. Mel & lac sub lingua tua, &c.

Etiam inter 10 tribus erant Prophetæ.

Aliquid fuisse doni prophetici in Adam apparet ex eius historia. Immisitque Dominus Deus Soporem in Adam. Cúmque obdormisset tulit vnam de costis eius & repleuit carnẽ pro ea & ædificata muliere, dixit Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, &c. *Genes. 2. Adam prophetæ.*

In Noë, Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit, & genuit tres filios *Genes. 6.* 9

In Iaphet, Dilatet Deus Iaphet & habitet in tabernaculis Sem. *Ibidem.*

In Sem, Benedictus domin° Deus Sem: & in psalmis, Tu es Sacerdos secundũ ordinem Melchisedech.

In Heber, Vocauitque nomen eius Phaleg, eo quod in diebus eius diuiden da esset terra. 10

Hi sunt prophetæ, qui in mundo steterunt, priusquam Abraham pater noster veniret in mundũ. Post Abrahę verò ortum fuêre Balaam eiúsque pater, Iob de terra Huz, Eliphaz Themanites, Baldad Suites, Sophar Naamathites. Elihu & Baracęel Buzites, qui quidẽ prophetiæ munere functi sunt apud exteras nationes priusquam sanciretur lex Israëli.

Postquam autem concessa lex est Israëlitis, desiit Spiritus sanctus afflare gentes, *Exod. 33.* Quod quo temporis momento cõtigerit, colligi potest è Mosis verbis. In quo (inquit) cognoscetur nunc, quòd inuenerim gratiam in oculis tuis, ego & populus tuus, nisi ambulaueris nobiscũ vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant super terram. habetur verò Deũ Opt. Max. Mo- *Exod. 34.* sis voluntatem perfeciśe paulò pòst. Ecce ego in eo pactum videntibus cunctis, signa faciam, quæ nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus, vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus domini terribile, quod facturus sum. Illa enim hora Spiritus sanctus gentes deseruit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput 22.

4.Par.15. SELLVM filius Iabes Zachariam interfecit, pro eóque regnauit in Samaria, dierum mẽsem. Et ascendit Manahem filius Gaddi de Tirza, venitque Samariam & percussit Sellum filium Iabes & pro eo interfecto regnauit, anno tricesimo nono Azariæ regis Iuda, super Israël decẽ annis.

Anno quinquagesimo Azariæ Regis Iuda regnauit Phacẽias filius Manahem biennium.

Ibidem. Anno quinquagesimo secundo Azariæ Phacee filius Romelię super Israël regnum occupauit in Samaria annis viginti. Eius anno secundo Ioathan filius Azariæ siue Oziæ agens 25. ætatis annum regnum Iuda suscepit & sedecim annis administrauit in Ierusalem.

16 Anno decimo septimo Phacee filij Romeliæ regnum Iuda consecutus est Achaz agens annum vicesimum & obtinuit annos sedecim. Eodem anno, decimo septimo regni sui Phacee occidit de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores, eo quod reliquisset Dominum Deum Patrum suorũ. Venerúntque Idumæi & percusserunt multos ex Iuda, & 2.Paral. 28. ceperunt prædam magnã. Philistiim quoque diffusi sunt per vrbes cãpestres & ad meridiem Iuda, ceperúntque Bethsames, & Ahilon, & Gadiroth, Socho quoque & Tamnam & Ganzo, cum viculis suis & habitauerunt in eis. Humiliauerat enim Dominus Iudam, propter Achaz regem Iuda, Ibidem. eo quod nudãsset eum auxilio & contemptui habuisset Dominum.

Eodem tempore occidit Zechri vir potens ex Ephraim Maasiam filium Regis & Ezricam ducem domus eius, Helcanam quoque secundum à rege. Ceperúntque filij Israël de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum & infinitam prædam, pertulerúntq; eam in Samariam. Hoc autem accidit anno Phaceæ vicesimo.

Et factum est in diebus Achaz filij Ioathan filij Oziæ Regis Iuda, vt ascenderet Rasin Rex Syriæ & Phacęe filius Romeliæ Rex Israël in Ierusalẽ ad præliãdum cõtra eam, & non potuerunt debellare eam. Et nunciauerunt domui Dauid, dixit Dominus ad Esaiam, Egredere in occursum Esa. 7. Achaz, & dic ad eum: Vide, sile & ne timeas, eo quod consilium inierit contra te Syria in malũ, & Ephraim & filius Romeliæ dicentes, Ascendamus in Iuda & suscitemus eum, & euellamus eum ad nos, & ponamus regẽ in medio eius filiũ Tabeel. Hæc dicit Dominus Deus, Non stabit, neque erit istud. Illa ipsa hora, quo ista 4.Reg.16 tractabantur à Domino, accepit Achaz argentum & aurum, quod inueniri potuit in domo Domini & in Thesauris regiis & misit regi Assyriorum munera postulatum auxilium, qui & acquieuit voluntati eius & ascendit cum multis copiis in Damascum.

Anno vicesimo Phaceæ regis Israël venit Teglath Phalassar Rex Assur, abstulit vitulum aureum in Dan, atque ità discessit. 2.Par.28. Hinc illud, venítque contra eum Teglath-Phalassar Rex Assur & afflixit eum, & nullo resistente vastauit. Quia Achaz spoliata domo Domini & domo regum & principum dederat regi Assyriorũ munera. Au- Esa.7 dierat enim id quod ad ipsum locutus fuerat propheta. Non stabit neque erit istud. 4.Reg.15

Illa autem hora coniurauit & tetendit insidias Osee filius Ela, contra Phaceæ filiũ Romeliæ: & interfecit eum. Regnauítq; pro eo vicesimo anno Ioathan filij Oziæ, id est, anno quarto Achaz. Et sic potuisset notare Scriptura, nisi id iã à sæculo Ioathã Esa. 7. fuisset decretum. Est & alteratio. Voluit scriptura attribuere hos annos Regi mortuo Ioathã, & non Achaz viuo (quod esset impius.)

4.Reg.17 Contra Oseã ascendit Salmanazar Rex Assyriorum & factus est ei Oseæ seruus, reddebátque illi tributa. Anno autem nono Oseæ, cepit Rex Assyriorum Samariam & transtulit Israël in Assyrios. Sic inueniũtur Achaz rex Iuda, & Oseas Rex Israël seruisse Regi Assyriorum annos octo. Anno duodecimo regis Achaz excitauit Dominus Deus Israël spiritum regis Assur & abstulit vitulum aureum qui erat reliquus in Bethel, discessitque implens illud quod scriptum erat. Etiam ipse in Assyriam portabitur. De quo R. Nehoraï nomine R. Iosuë, Ecce scriptura inquit, Hæc dicit Osé.10. Am.3. dominus Deus. Quo modo si pastor eruat Vbi R. Dauid Kimhi ipsa citat. de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israël, qui habitant in Samaria in plaga siue angulo lectuli & in Damasci grabato. Quod asserit, *in plaga siue angulo lectuli*, docet non reliquendos fuisse in eo nisi vnum de octo, & reliquias *a* populi peregrinaturas Damascum ad implendum, quod alibi oraculo traditũ est. *a Kimhi illic legit ſtrati. Amos 5.* Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius.

Illa tempestate cernens Oseas filius Ela rex Israel abductos esse vitulos aureos, fi- 4.Reg.17 stulit præsidia quæ posuerat Ieroboam filius Nabat in terræ suæ limitibus, ne quis Ierosolymam ascenderet. Nã de vniuersis regibus Israël nominatim scriptũ est. Ambulauítque in viis Ieroboã filij Nabat, & in peccatis eius. At de Osea, fecítque malum corã Domino, sed non sicut reges Israël, qui ante eum fuerunt. Quare igitur (inquies) sententia iudicij eorum, vt abirent in captiuitatẽ, executioni mãdata est Osé.5. ipsius tẽpore? Certè vt ostenderetur non omnino fuisse crimẽ regũ suorum, in quos ipsi Israëlitæ omnẽ reiiciebãt culpã dicente oraculo. Ego noui Ephraim, & Israël nõ est absconditus à me. Quia nunc fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israël, &c.

Illa ætate animaduertens Oseas Regem Assyriorum velle ascendere contra se & abducere in captiuitatem Israelem, tertio societatem iniit cum regibus Ægypti.

4.Reg.17 Duodecimo anno Achaz Regis Iuda. Oseas filius Ela regnũ in Israël suscepit, nouẽ annis. Atqui (inquies) Oseas nónne regnauit ab anno quarto Achaz? Respondendum nouem annos, quibus regnãsse scribitur, numerandos esse à tempore, quo cœpit rebellare contra Regẽ Assyriorum. Ibid. Hinc enim in eius historia sequitur, Cúmque deprehẽdisset rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset nuntios, ad Sua regẽ Ægypti, ne præstaret sibi tributa, obsedit eũ & vinctum misit in carcerem.

Exech. 18. Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat septimus Osee filij Ela regis Israël, ascendit Salmanazar rex Assyriorum Samariã, & oppugnauit eam & recepit. Nam post tres annos, sexto Ezechiæ, id est, nono, Oseæ, ab ipsius scilicet rebellione, capta est Samaria & transtulit rex Assyriorum Israël in Assyrios, collocauítque eos in Hayla & in Deut. 19. Abor fluuio, Gozan & in ciuitatibus Medorum, quia non audierunt vocẽ Domini Dei sui, & euulsit eos de terra sua in ira & in furore & in indignatione maxima, proiecítque in terram alienam, sicut hodie comprobatur. Adduxit autem Rex Assyriorũ viros de Babylone, de Cutha, & de Abaioth, & de Emath, & de Sepharuaim, Dinæos, Apharsathæos, Tarphaæos, Archuæos, Aphasacæos, Babylonios, Susæos, Dyaæos, Elamitas & cæteros de gentibus, quas transtulit Assennaphar magnus & glorioſus & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ & in vrbibus eius.

Caput. 23.

ANNO quarto decimo Regis Ezechiæ ascendit Senacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas & cepit eas. Quemadmodum 8. anni intercesserãt inter primã captiuitatẽ & secundã. Item 8. anni inter secundã & tertiam, ita dominus interposuit octo annos inter tertiam Israëlis captiuitatem & hunc regis Senacherib cõtra Ezechiã & Iuda assensum, ad implẽdũ id quod scriptum apud Esaiã, sicut primo tẽpore alleuiata est terra Zabulõ & terra Neptalim, nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanẽ Galilææ siue termini gentium. Sed, inquit R. Iosuë filius, Corha vehementer errauit Senacherib.

Post quæ & huiusce modi veritatem venit Senacherib Rex Assyriorum & ingressus Iudam obsedit ciuitates volens eas capere. Ea autem horã misit Tarthan Regis Assyriorum præfectus in Azothum, in eámque ingressus est vt scribit Esaias, inundauit Ammonitas & Moabitas, qui ipsum iuuabãt, cum Samariam obsideret, Esa.20. per tres annos, vt impleretur oraculum.

In tribus annis quasi annis Mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo Esa.16. multo, & relinquetur in eo, sicut racemus paruus & modicus, nequaquam multus.

Tum misit Rex Assyriorum Rabsacem Esa.36. de Lachis in Ierusalem, ad Regem Ezechiam cum manu graui & egressus est ad eum. Eliachim filius Helchiæ, qui erat perfectus domus, & Sobna scriba, & Iohaha filius Asaph à commentariis. Et venerunt postea serui regis Ezechiæ ad Esaiam, & dixit ad eos Esaias. Hæc dicetis Domino Esa.37. vestro. Hæc dicit Dominus: Ne timeas à facie verborum, quæ audisti. Ecce ego dabo ei spiritum & audiet nuntium & reuertetur in terram suam. Quémnã verò nuntium? De Taracha Rege Æthyopiæ, quod egressus sit vt cõtra ipsum pugnet. Inundauit Sobna Thesaurarius & eius socij, profectique sunt in Æthiopiam & tulerunt pretiosissima quæque terrarum, redierúntque Ierusalem, sicque impleuerunt, quod ab Isaia fuerat oraculo pronunciatũ. Hæc dicit Dominus Labor Ægypti & negotiatio Æthiopiæ & Sabaim, viri sublimes ad Esa. 45. te transibunt & tui erunt. Labor Ægypti pertinet ad Pharaonẽ Ægypti regẽ, Negotiatio Æthyopię ad Æthiopũ regẽ Tharachã Sabim viri proceri ad eorũ copias & exercitus. Illi omnes ô Ierusalem (ait Esaias) super te transibunt, & tui erunt, pace iam te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum facta. Post te ambulabunt ô Ezechia, vincti pergent torquibus & monilibus. Et te adorabunt, téq; deprecabuntur, id est, tribuêt laudê Deo in tui medio & dicent Tantum in te est Deus, & non est Deus extra te, verum tu es Deus absconditus.

4. Reg. 18. 19. Illa tẽpestate misit rex Assyriorũ Tharthã & Rabsacé de Lachis, ad regẽ Ezechiã cum manu valida Ierusalem. Qui cùm ascendissent, vocauerunt regẽ. Misit autem Esaias filius Amos ad Ezechiã dicens. Iste est sermo, quem locutus est dominus de eo. Cui exprobrâsti & quem blasphemâsti. Contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra sanctũ Israël. Per manum nuntiorum tuorũ exprobrasti Domino, & dixisti, Ego fodi & bibi aquas alienas & siccaui vestigiis pedũ meorũ omnes aquas clausas, &c. Factũ est igitur in nocte illa venit angel⁹ Domini & percussit in castris Assiriorũ centũ octoginta quinq; millia. Cũcti autẽ reges redimiti erant coronis in suis capitibus.

Ibid. Porrò ante stragẽ hanc Senacherib ægrotauit Ezechias tribus diebus. Ac dies tertius morbi eius, iuxta R. Iose, incidit in hãc cladẽ Senacherib, stetitq; illi sol, quemadmodũ steterat patri Achaz. hoc enim testatur scriptura. Ecce ego reduco vmbram graduum per quos descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis, per gradus, quos descenderat.

Esa. 38. Eodem die decẽ stationes percurrit Senacherib. Venit in Aiath. Trãsibit in Magron, apud Magmas cõmendauit vasa sua. Transierunt cursim. Gabaa sedes nostra. Obstupuit Rama, gabaa Saülis fugit Hinni voce tua filia Gallim. Attende Laïs paupercula Anathot, Migrauit Madmena. habitatores Gabin collegerunt sese. Adhuc dies est, vt in Nobe stetur. Sic enim inuenias Esaiam dicentem isto die Senacherib decem profectiones confecisse.

Esa. 37. Vndecimo anno Iubilæi, anno quarto hebdomadæ ascendit Senacherib vt ex eodem Esaia colligitur. Tibi (inquit) hoc esto signum. Comede hoc anno, quæ spõte nascũntur, & in anno secũdo pomis vescere. Anno autem tertio seminate & metite & plãtate vineas & comedite fructũ earũ. Nã ascẽdit in benedictione Paschæ, vt non poterint seminare & comederint germina, quæ spõte nascuntur. Anno autẽ secũdo poma siue fructus per se è radicibus pullulantes. Nã truncos arborũ exciderũt. Anno verò quarto seminãrunt & messuerũt, plantarunt vineas & vuas earũ comederunt. Ex quibus intelligitur de hebdomadæ vnum dũtaxat annum superfuisse. Esa. 19.

Post cladem Senacherib Ezechias liberos dimisit milites, qui se vinctos dediderãt & religionem atque regnũ Dei sponte amplexi fuerant, ad implendum alterum Esaiæ oraculũ, in illa die erunt quinq; ciuitates loquẽtes lingua Chanaan & iurantes per Dominum exercituũ. Quin & profecti ędificârũt altare & Deo cęli super illud obtulerũt holocausta, iuxta eundẽ Esaiã. In die illa erit altare domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius. Ibid. Præterea numine adorato precati sunt versus Ierusalẽ. Sic enim idem Esaias alio loco, ad te adorabunt, & ad te deprecabuntur. Esa. 45.

Ante aduentum Senacherib obturauit Ezechias aquas Giõ. hinc illud initio cum principibus consilio, viríque primariis obturauerunt cunctos fontes & riuum, qui fluebant in medio terræ dicentes, Ne veniant reges Assyriorum, & inueniãt aquarum abundantiam. Fiat autem annorum viginti quinque, cum regnare inciperet & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem. 2. Par. 32. 2. Par. 39

Caput 24.

Dvodecim annorum erat Manasses cum regnare cepisset, & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalem. Anno regni 22 abductus est captiuus Babylonem cum Idolo Michæ. Sic enim prædictum, Posuerúntque sibi filij Dan sculptile & Ionathan filium Gersom filij Moysi ac filios eius sacerdotes in tribu Dan vsq; ad diem captiuitatis terræ. Postquam autem coangustatus est, orauit Dominum Deum suum & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum, deprecatúsque est eum & obsecrauit intentè & exauditus est atque reductus in Ierusalem in regnum suum. Reperitur scilicet egisse pœnitentiã 33. annis ante suum obitum. Manasses. 2. Par. 33. Iud. 18. 2. Par. 33. Sic Talmudicos scripsisse author Kimhi in 4. Ezech.

Viginti trium erat annorum Amon, cùm regnare cepisset & duobus annis regnauit in Ierusalem. Fecitque malum in conspectu domini, sicut fecerat Pater eius, & multo maiora deliquit lege ex Israël consumpta & incensa. Amon. Ibidem.

Octo annórum erat Iosias cùm regnare cœpisset & triginta & vno annis regnauit in Ierusalem, fecitque quod erat rectum in conspectu Domini. Anno octauo decimo regni sui mundata iam terra & templo Domini, misit Saphan filium Ezeliæ & Iosias. 2. Par. 34.

Maasiam

Maasiam principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à commentariis, vt instaurarent domum Domini. Eodem anno inuẽtus est liber legis in domo Domini, qui & erat principium Iubilæi. Eodem Iosias refecit templum. Atque ita lapsi sunt ducenti octodecim anni, ex quo Ioas illud restaurauit, ad hanc vsque reparationẽ. Ideo autem tempore Ioas tam cito refectum est, post Salomonem, quoniam Athalia

4. Reg. 22. impia & filij eius illud ruperant. Eodem anno Iosias agitauit pœnitentiam, nec habuit ante se regem simile, qui sic conuerteretur ad Dominum, &c

2. Par. 35. Iosias recondidit arcam. Sic enim scriptum. Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israël sanctificabatur domino, locutus est, Ponite arcam in sanctuario templi. quod ædificauit Salomon filius Dauid Rex Israël. Nequaquam enim eam vltra portabitis.

Diebus eius ascendit Pharao Necho Rex Ægypti contra regem Assyriorum ad

4. Reg. 23. 2. Par. 35. flumen Eufratem. Et Abiit Rex Iosias in occursum eius. At ille missis ad eum nuntiis ait, Quid mihi & tibi rex Iuda? Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contra eum bellum itaque vulneratus dixit pueris suis, vt se educerent de prælio. Qui transtulerunt eum & asportauerunt in Ierusalem, vbi & mortuus est & sepultus in Mausolæo patrum suorum. Vniuersus autem Iuda & Ierusalem luxerunt eum, Ieremias maximè, cuius omnes cantores vsque in præsentem diem lamẽtationes super Iosiam replicant. De eo lamentatus est, Spiritus naris

Lamẽt. 4. nostræ Christus domini captus est in retibus suis, de quo dicebamus in vmbra tua viuemus inter gentes.

Tulit ergo populus terræ Ioachaz filium

Ioachaz, 2. Par. 36. Iosiæ & constituit regem pro patre suo in Ierusalem. Viginti trium annorũ erat Ioachaz cum regnare cœpisset & tribus mensibus regnauit in Ierusalẽ. Vinxítque eum

4. Reg. 23. Pharao Necho & regem constituit Eliachim filium Iosię fratrẽ eius pro parte suo.

Viginti quinque annorum erat Ioachim

Ioachim, 2. Par. 36. Eliachim cum regnare cœpisset & vndecim, annis regnauit in Ierusalem, fecitque malum coram domino Deo suo. Sic reperitur natu grandior quam frater Ioachaz, duobus annis.

Initio regni Ioachim filij Iosiæ regis Iuda Ieremias propheta ad vniuersum Iuda & Ierusalem concionatus est. Hæc dicit dominus exercituum, Deus Israël: Conuertimini quæso, quisque à via sua mala, & à prauitate operum vestrorum, &c, sæpius enim eos redarguit. Cúmq; minimè resipiscerẽt, rursum est cõcionatus, adiecta vaticinatione, nisi audieritis, sic dicit dominus exercituũ. Ponã domũ istã, sicut Silo. &c. Principio regni Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, Hæc dicit dominus ad me. Fac tibi Ierem. 27. vincula & catenas & pones ea in collo tuo & mittes ad reges Edom, &c. Ego feci terram & homines & omnia quæ in ea sunt, dedíque ea in manu Nabugdonozor Regis Babylonis serui mei, & seruient ei omnes gentes & filio eius & filio filij eius. Gẽs autem & regnum, quod non seruierit Nabugdonozor Regi Babylonis, visitabo super gentem illam in gladio, & fame, & peste, donec consumam eos manu eius. Tum Ioachim Vriam interfecit, nam scriptum: Eduxerúntque Vriam de Ægypto, & adduxerunt eum ad regem Ioachim, & percussit eum gladio, proiecítque cadauer eius in sepulchra vulgi ignobilis, quod prophetâsset aduersus ciuitatem & terram Iuda, iuxta omnia verba Ieremiæ. Ieremi. 26.

Qualia fuerat vaticinatus Vrias, talia vociferabatur & inculcabat Ieremias. Verũ manus Aichan filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficeret eum. Ibid. 26. cap.

Quarto anno Ioachim, Nabugdonozor Rex Babylonis percussit Pharaonem Necho, Hinc illud, factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra gentes in Ægypto aduersus exercitũ Pharaonis Necho regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Eufratẽ in Charchamis, quẽ percussit Nabugdonozor rex Babylonis anno quarto Ioachim filij Iosiæ regis Iuda. Ierem. 46

Anno primo subegit Nabugdonozor Niniuem, secundo ascendens in Iudæam subiugauit Ioachim, factúsq; est Ioachim illi seruus annis tribus & rursum rebellauit cõtra eũ. Et vltra non addidit rex Ægypti, vt egrederetur de terra sua. Tulerat enim rex Babylonis à riuo Ægypti, vsque ad fluuium Euphratem, omnia, quæ fuerant regis Ægypti. Nabugdonozor. 4. Reg. 24 Ibidem.

Anno quarto Ioachim obsignata est sententia iudicij Israël, vt abducerentur in captiuitatem Babylonicam, & vt Ierusalem biberet calicem vini furoris. Ierem. 25.

Caput 25.

Anno tertio regni Ioachim regis Iuda, Venit Nabugdonozor Rex Babylonis Ierusalem & obsedit eam, & tradidit Dominus in manum eius Ioachim regem Iudæ. Dan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ita quidem Daniel. At Ieremias prodit, quartum annum Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda fuisse annum primum Nabugdonozoris. locus ergo Danielis sic exponendus. Anno tertio rebellionis Ioachim venit Nabugdonozor, &c. Sic alio loco, vbi Ieremias annum septimum Nabugdonozoris, liber regum habet, annum octauũ, quoniam idem annus erat octauus & septimus. octauus regni Nabugdonozoris & septimus à subacto Ioachim.

Est etiam notandum loco iam citato Danielis Ioachim traditum in manum Nabugdonozoris, & tamen Ieremia, Sepultura (inquit) asini sepelietur. Prætereà alio scripturæ loco dicitur vinctus fuisse compedibus. Nempe vinctus quidem fuit, at mox in vinculis interiit, indeque raptatus & obiectus bestiis ad implendum, quod ex Ieremia commemoratum est.

Transtulit Ierusalem & vniuersos principes & omnes fortes exercitus decẽ millia in captiuitatem, de Iuda tria millia, & de Benjamin & reliquis tribubus septem millia, omnes viros fortes & bellatores. Atqui qualis esse possit fortitudo in viris in captiuitatem abactis? Item quod bellum gerere possint homines compedibus vincti, & in vinculis positi? Est igitur sensus, omnes fortes, fortitudine scilicet legis, sic enim loquitur scriptura Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes siue fortes robore. Bellum autem gerebant, quoniam se vltro citroque exercebant in præliis legis, de quibus legitur. Vnde dicitur in libro bellorum domini. Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. In eo quod sequitur in historia regum. Trãstulit etiam artifices & inclusores mille viros, fortes terræ, artifices appellantur Heres à silendo quòd vno loquente, tacerent reliqui, inclusores autem Masgher à claudendo, quòd ab ipsis sedentes auditores docerentur, metaphora, qua scriptum, Aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Denique fortes terræ sunt nobiles de tribu Iuda & Benjamin, de quibus scribitur, hæc dicit Dominus Deus Israel. Sicut ficus hæ bone, sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bonum.

Octo annorum erat Iechonias cum regnare cepisset & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Alio loco scribitur octodecim annorũ fuisse cum regnũ suum auspicaretur. Quid ergo sentiẽdum? Certè octo annorum erat cum regnauit (cum patre.) At postquam regnâsset, octauum decimũ agebat, quando obsignata est iudicij sententia vt abduceretur in captiuitatem, dicente Nabugdonozor, è prauo cane catulus probus non nascitur.

In medio Iubilæi migrauit Iechonias, anno quarto hebdomadæ, vt notat scriptura his verbis. Cúmque annis circulus volueretur misit Nabugdonozor rex nuntios, qui & abduxerunt eum in Babilonẽ, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini, id est arca. Regem verò constituit Mathaniam patruũ eius super Iudam & Ierusalem quem nominauit Sedechiã. Viginti & vnius anni erat Sedechias, cùm regnare inciperet, & vndecim annis regnauit in Ierusalem.

Factum est anno illo in principio regni Sedechiæ regis Iuda, in anno quarto, mẽse quinto, dixit ad me Ananias filius Azur propheta de Gabaon in domo Domini coram sacerdotibus & omni populo dicẽs. Hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Israel. Contriui iugum regis Babylonis: Adhuc duo anni erunt & ego referri faciã ad locum istum, omnia vasa domini, quæ tulit Nabugdonozor de loco isto Babylonem. In hanc falsam prophetiam adductus est Ananias occasione Ieremiæ sic de Elã ipso præsenti vaticinati. Hęc dicit Dominus exercituum. Ecce ego confringam arcum Elam, sumam fortitudinem eorum & indicam super Elam quatuor ventos à quatuor plagis cæli &c. Mortuus est Ananias propheta anno illo mense septimo.

Et hæc verba libri quem misit Ieremias propheta de Ierusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, & ad sacerdotes & ad prophetas & ad omnem populum, quẽ traduxerat Nabugdonozor Babylonem. Hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Israel omni transmigrationi, quam transtuli de Ierusalem Babylonem. Ædificate domos & habitate, plantate hortos & comedite fructum eorum. Accipite vxores & generate filios & filias & date filiis vestris vxores, & filias vestras date viris & pariant filios & filias & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero, & quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad dominum quia in pace illius erit vobis pax. Et postea, cum cœperint implèri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos & suscitabo super vos verbum meum bonum & reducam vos ad locum istum.

Anno quarto regni, Sedechias descẽdit

Ierem. 25.
Ierem. 52.
4. Reg. 24
Dan. 1.
4. Reg. 24
Allegorica interpretatio.
Psalm.
Num. 21.
Esa.
Ierem. 24.
Iechonias.
4 Par. 24.
2. Par. 36.
2. Par. 36
Sedechias
Ierem. 28.
Ierem. 49.
Ierem. 28.
Ierem. 29

Babylonem comitatus suis principibus, vt sibi conciliaret gratiam Nabugdonozor Regis Babylonis. Deinde rediit Ierosolymam in regnum suum.

Caput 26.

Ezech. 1.
FACTVM est tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis verbum domini ad Ezechielem filium Buzi in terra Chaldęorum. Ipse est annus quintus transmigrationis regis Iechoniæ. Triginta hi anni sumuntur ab eo tempore, quo repertus est liber in domo Domini. Et veni ad transmigrationem ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar & sedi, vbi illi sedebant, & mansi ibi septẽ diebus, merens in medio eorum. Post septem dies Ezechieli dictum est. Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo numero dierum quibus dormies super illud & assumes iniquitates eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierum, trecentos & nonaginta dies & portabis iniquitatem domus Israël. Docebatur, Israëlitas prouocâsse iram domini ab ingressu in terram Chanaã, quousque ex ea dimigrarent per 390. annos integros. Et cum compleueris hæc dormies super latus tuum dextrum secundo, & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Significabatur domum Iuda irritasse dominum cõtra se quadraginta annis, postquam exulatum abductæ essent decem tribus, donec vastaretur Ierusalem. Qui anni omnes sunt 430.

4. Reg. 23
Ezech. 3.
Ibid.
Cap. 8.
Et factus est anno sexto, sexto mense, quinta mensis, ego sedebam in domo mea & senes Iuda sedebant coram me. Indicat illum annum fuisse intercalarem ac tredecim habuisse menses. Et cecidit ibi super me manus Domini Dei. Tum Deus Ezechieli monstrauit gloriam maiestatis suæ recedentem de medio ædis siue templi. Et eleuantia Cherubim alas suas exaltata sunt à terra coram me. Et stetit in introitu portæ domus Domini Orientalis, & gloria Dei Israel erat super illos. Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque super montem, qui est ad Orientem vrbis, & spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldæam, & sublata est à me visio. Illic reperies decem Domini ab æde sacratissima profectiones.

10.
11.
Ezech. 20
Et factus est anno septimo, quinti mensis decimo die. Venerunt viri de senioribus Israel vt interrogarent dominum & sederunt coram me. Et factus est sermo domini ad me dicens: fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos. Hæc dicit dominus Deus. Nunquid ad interrogandum me vos venistis, &c. Tunc percussit rex Sedechias fœdus, cum omni populo in Ierusalem, prædicans, vt dimitteret vnusquisque ancillam suam, Hebræum & Hebræam liberos, & nequaquam dominarentur eis. i. Iudæo & fratri suo. Audierunt igitur & dimiserunt, sed reuersi sunt deinceps, & retraxerunt seruos suos & ancillas suas, quos dimiserant liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas. Et paulò pòst Non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensi sunt in cõspectu meo, vitulum, quem consciderunt in duas partes, & cuius inter diuisiones transierunt principes Iuda & principes Ierusalem, Eunuchi & sacerdotes, & vniuersus populus, sicque rebellarunt contra Dominum. Nam hæc & eiusmodi commemorat, propter rebellionem. Tunc (igitur) rebellauit Sedechias contra Babylonium regem & sese adiunxit Ægypti regibus.

Ierem. 34.
Ibid.

Hic obserua omnia in Israele siue decẽ tribubus & Iuda siue duabus tribubus paria reperiri. Illi societatem cum Ægyptiis regibus iniisse leguntur. Isti similiter. Illi tribus diuersis exiliis exportati è sua terra, isti totidem exiliis abacti in alienam. Illi triennium obsidionem Assyriorum sustinuerunt, antequam caperentur, isti tribus annis à Babyloniis circumsessi sunt, donec expugnaretur ciuitas. Illi esitarunt carnem filiorum suorum & filiarum, isti explere famem, eodem nefando cibi genere coacti sunt. Eiusmodi profecto est quod propheta prædixerat, in via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus Deus. Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum, ebrietate repleberis, calice sororis tuæ Samariæ.

Ierem. 37.
Anno octauo Sedechiæ regis Iuda venit exercitus regis Babylonis contra Ierusalem. Et exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto, & audientes Chaldæi, qui obsidebant Ierusalem huiusce modi nuncium recesserunt ab Ierusalem. Exercitus autem Pharaonis vastata Gazâ rediit in Ægytum.

Ezech. 34
Factum est verbum domini ad Ezechielem anno nono, mensis decimi die decimo dicens, fili hominis scribe tibi nomen huius diei, in quo confirmatus est rex Babylonis aduersus Ierusalem hodie. i. die

Universidad de Deusto
Biblioteca

decimo mensis Teuet siue Decembris.

Ezech.39 Anno decimo, duodecimo die mẽsis decimi factum est verbum domini ad me dicens. filij hominis, pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti & Prophetam de eo & de Ægypto vniuersa loquere. Illo tempore, Ecce Ananeel filius Sellum patruelis Ieremiæ ad eum venit, dicens, Eme tibi agrum meum qui est in Anathor in terra Benjamin. Tibi enim competit ex propinquitate, vt emas, &c.

Ieremi.32.

Ezech.30 Et factum est vndecimo anno, primi mensis die septimo verbum domini ad Ezechielem dicens. Fili hominis brachium Pharaonis regis Ægypti confregi & ecce non est obuolutum, vt restitueretur ei sanitas. Item ad eundẽ factum verbum domini anno eodem vndecimo, primo die mensis tertij, dicẽs. Fili hominis, dic Pharaoni regi Ægypti & populo eius. Cui similis factus es, in magnitudine tua? Rursũ vndecimo anno, primo mensis dicens. Fili hominis pro eo quod dicit Tyrus de Ierusalem. Euge Euge confractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me. Implebor. deserta est. propterea hæc dicit dominus, &c.

Ezech.31.

Ezec.26.

Die tertio mensis Tizri siue Septembris die quinquagesimo secundo ab æde diruta, interfectus est Godolias filius Ahicam filij Saphan, itémque Iudæi, qui cum ipso erant in Maspha. Reliqui profecti sunt in Ægyptum, secum trahentes Ieremiam & Baruc.

Ezech.33. Anno duodecimo, decimo mense, quinta mensis transmigrationis, venit ad Ezechielem, qui fugerat de Ierusalem, dicens. Vastata est ciuitas. Eodem anno, mensis duodecimi die primo factum est verbum domini ad eundem dicens. Fili hominis. assume lamentum super Pharaonem regẽ Ægypti, & dices ad eum. leoni gentium assimulatus es. Eodem duodecimo anno, sed decima quinta mensis, factum est quoque verbum domini ad Ezechielẽ dicens: Fili hominis, cane carmen lugubre super multitudinem Ægypti, & detrahe eam in terram, cum his qui descendunt in lacum. Túmque monstratum est Ezechieli exteras nationes addici puteo interitus.

Cap. 32.

Ibid.

Ezech.29 Alymelãs Ieremiam lapidatũ fuisse à Iudæis in Ægypto. Anno decimo tertio Nabugdonozoris tradita est in manum eius Tyrus, & quadam veluti inundatione raptauit vniuersos Iudæos, qui in ea, itémque apud Ammonitas, Moabitas, vicinásque regiones exulabant, ad septingentos quadraginta quinque.

Anno vicesimo septimo, imperij Nabugdonozor Ægyptum occupauit, cœpit multitudinem eius, deprædatus est manubias eius, diripuit spolia eius & ea in mercedem exercitui data, transtulit Ieremiam & Baruc Babylonem.

Ezec. 40

Vicesimo quinto anno transmigrationis nostræ, exordio anni, decima mensis, quarto decimo anno postquam percussa est ciuitas, facta est super Ezechielem manus domini & adduxit eum Ierosolymam in visionibus Dei. Illo die per visionem Ezechieli monstrauit Deus exemplum ædis siue templi futuris seculis ædificandi.

Cap. 27.

Ieremi.39.

Anno nono regis Sedechiæ mensis decimi, die decimo venit Nabugdonozor rex Babylonis & omnis exercitus eius ad Ierusalem & obsedit eam. Vndecimo autem anno Sedechię mensis septimi die nono prævaluit fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. Et rupta est ciuitas & omnes viri bellatores fugerunt & exierunt de vrbe nocte per portam, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis. Porrò Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem, & profecti viam solitudinis persecuti sunt regem, comprehenderúntque eum in planicie Iericho, & omnes bellatores, qui erant cum eo dispersi sunt & reliquerunt eum. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in terram Emach, qui locutus est cum eo iudicium. Filios autem Sedechiæ mactauit coram ipso, atque principes Iuda in Rablatha. Et oculos eius effodit, vinctúmq; catenis adduxit Babylonem, reclusitque in custodiam vsque ad diem mortis suæ.

4.Reg.25

Totis viginti octo diebus Nabugdonozor diruit & complanauit montẽ. Hinc illud, Mense quinto, septimo die mensis (Ipse est nonus decimus annus regis Babylonis) venit Nabuzardã princeps exercitus in Ierusalem & succendit domum domini &c. Alio tamen loco id contigisse dicitur decimo die mensis, decimo octauo anno Nabugdonozoris, sed hæc sic sunt concilianda. Decimo nono anno à regno scilicet Nabugdonozoris cepto dirutum est templum, decimo autem octauo à Ioachim subiugato. Item septimo die mensis quinti, quoniam eo primum ingressæ sunt gentes illæ profanæ in templum, indéque sustulerunt Mare, bases, columnas & sequentibus duobus diebus, octauo scilicet

4.Reg.25

& no-

& nono, ceptam die septimo à fundamentis euersionem continuarunt, donec dies

Ierem.6. ille (decimus) appelleret. Quare Ieremias, adornate (inquit) super eam bellum, consurgite & ascendamus in meridie. Hei nobis, quia declinauit dies, quia inclinatæ sunt vmbræ vesperi. Surgite ascendamus in nocte & dissipemus domum eius. tempore tenebricoso succenderũr tunc ignẽ,

Deut. 31. & decimo mensis exustum est. De qua ætate Moses hæc cõmemorat. Scio enim figmentum eius, quod facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram, quã ei pollicitus sum. Et postea, Ego enim scio rebellionem tuam & ceruicem tuam durissimam. Et mox, Noui enim quod post mortem meam iniquè agetis & corrumpemini, atque citò declinabitis de via, quam præcepi vobis, & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Atque hęc sanè congruunt cum Sedechiæ & hominum illius ætatis factis. Nam de

2.Par.36. illis sic scribitur. In regem quoq; Nabugdonozor rebellauit, qui adiurauerat eum per Deum, & indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad dominum Deũ Israel. Sed & vniuersi principes sacerdotũ & populus præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes gentium, & polluerunt domum Dei, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Mittebat autem dominus Deus patrum nostrorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens. At illi subsannabant nuncios Dei & parui pẽdebãt fermones eius, & adduxit super eos regem Babylonis & interfecit Iuuenes eorum gladio in domo Sanctuarij. Vni-

Ierem.25 uersáque vasa domus domini tam maiora quàm minora & Thesauros templi & regis & principum transtulit Babylonem, & exussit domum domini & ædes Regias, abducens in captiuitatem eos, qui euaserant gladium, Babylonem, vt compleretur sermo domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra Sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit Sabbatum, vsque dum complerentur septuaginta anni.

Rabbi Iosẽ non nisi quinquaginta & duos annos terram Iuda putãt versatam in

Ierem.9. solitudine, ita vt nullus per eam transiret. Id ex Ieremia colligit, Super montes assumã fletum & lamentum & super caulas deserti planctum, quoniam succensa sunt, eo quod non sit vir pertransiens.

R. Iosẽ, Septem, (inquit) annis impleta est hæc scriptura in terra Israël. Sulphur & Sal & combustio totum solum eius, ita vt vltra non seratur neque virens quippiam germinet, &c. Percussóque eos rex Babylonis, partim interfecit, partim in exilium abduxit de terra sua, animas nimirũ octingentas triginta duas de Iuda, tribus transmigrationibus quatuor mille sexcentas. Et de Benjamin & reliquis tribubus septẽ millia captiuorum, qui migrarunt cum Iechonia.

Deut.29.

Caput. 28.

Dan. 2. ANNO secundo Imperij Nabugdonozoris, vidit Nabugdonozor somnium & contritus est spiritus eius & somnus eius fractus est ei. Sic dici potest, nisi quod numerat Scriptura annos à templo euerso, vt & menses ab eo euerso. Et sic in Ieremia, factum est verò anno triceſimo septimo transmigrationis Iechoniæ Regis Iudæ, mense duodecimo, vicesima quinta die mensis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui caput Iechoniæ regis Iudæ & eduxit eum de domo carceris. Cum alio scripturæ loco legatur *vicesima septima die mensis*. Quæ si velis conciliare & inde aliquid certi discere, scito, vicesima quinta die mensis duodecimi Nabugdonozorem eius hostem excessisse è viuis & fuisse sepultum, *a* vicesima autem sexta eum extraxit Euilmerodach de sepulchro & raptauit, quo ipsius decreta aboleret, vt impleretur quod de illo scriptum reliquerat Esaias, Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum his, qui interfecti sunt gladio & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. Die autem vicesima septima eduxit ipsum Iechoniam.

Ieremi.52.

4.Reg.25.

a Sic enim legendum non 26. vt in exẽplari veneto Esai.14.

Ac eo temporis articulo interiit Sedechias & de ipso hunc instituerunt planctũ. Héu, quí mortuus est rex Sedechias *b* bibens fæces omnium ætatum. Vt illud Ieremiæ constaret, Non morieris gladio, sed in pace morieris & secundum combustiones patrum tuorum, regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te, Et væ domine, plangent te, quia verbum ego locutus sum, dicit Dominus.

b i. Luens peccata omnium superiorum ætatum. Ierem. 34.

Singulare humanæ miseriæ exemplum. Nam intelligitur omnibus, qui versantur in bonis, timẽda esse mala, & cõtrà quotquot hærent in malis, ne desperent de bonis. Vnde quæso istud? Certè ex Iechonia

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Sedechia.

Nabugdonozor quadraginta quinque annos imperauit. Euilmerodach eius filius viginti tres. Balsazar ex filio isto nepos tres.

Dan.7. Anno primo Balsazaris regis Babylonis somnium vidit Daniel. Visio autem capitis eius erat de quatuor diuersis bestiis grandibus de mari ascendentibus, quarũ vltima habebat cornua decẽ, & paruulum aliud, quod postea exortum est de eorum medio.

Dan.8. Vbi tamẽ legitur, anno tertio. Anno secundo regni Balsazar visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in principio. Vidi autem & ecce Aries, cui omnes bestiæ non poterant resistere & liberari de manu eius. Et ecce hircus qui cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ & percussit eum & conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius.

Dan.5. vbi mentio anni tertij nulla, sed cap.8. Anno tertio regni Balsazar, &c. Balsazar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, corámque mille his vinũ bibit. Præcepit ergo inter sorbendum vinum, vt afferentur vasa aurea & argentea, quæ exportauerat Nabugdonozor pater ipsius, de templo quod fuit in Ierusalẽ, vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresque eius & concubinæ. Tunc attulerũt vasa illa aurea & argentea & biberunt in eis. Bibebant vinum, & eadem hora apparuerũt digiti, quasi manus hominis scribentis contra cadelabrum, in superficie parietis aulæ regiæ. Et rex aspiciebat articulos manu scribentis. Tunc species regis immutata est, &c.

Esa.21 Sic impleta est Esaiæ vaticinatio. Et clamauit leo. Super speculam domini ego sum, stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Ecce iste venit ascensor, vir bigę equitum, & respondit & dixit, Cecidit, Cecidit Babylon & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terram &c. Onus Duma. Ad me clamat de Seir. Custos, quid de nocte? Custos quid de nocte? Dixit custos, Venit mane & nox. Si quæritis, quærite. Reuertimini, Venite. Quisnam est iste custos? Deus Opt. Max. Scribitur quippe in Psalmis, Ecce non dormitabit, neque dormiet custos Israël. Dominus custodit te, Dominus protectio tua ad manum dexteram tuam. Dominus custodit te ab omni malo, custodiet animam tuam dominus, dominus custodiet introitum tuum & exitum tuum, cum toto Psalmo. Cuiusmodi est ista custodia? Ne ingrediatur gens in gentem & regnum in regnum, ne latum quidem filium. Sed regnum, cuius ruendi tempus per diem appetiit, die cadat, cuius per noctem calus imminet, nocte cadat & pereat. Quemadmodum asseruit propheta. Et dabo ignem in Ægypto. Quasi patturiendo dolebit Pelusium, & Alexandria fundetur & in Memphis angustiæ diei. Et in Taphnis nigresceat dies, quando conteram ego ibi sceptra Ægypti. Ezech.30

Illud est Danielis. Eadẽ nocte interfectus est Balsazar rex Chaldæus. Et Darius Medus susceptit regnum iam annos natus sexaginta duos. Dan.5.

Quid significat, obsecro, *Iam annos natus sexaginta duos?* Scilicet Nabugdonozori, quo die inuasit in templum, diebus Iechoniæ, natus est hostis, nempe Darius. (Sic rebus Deus prouidet.) Quo die vnctus est Iehu in Ramoth-Galaad, inunctus est & Hazael eius aduersarius.

a Ita expleti sunt septuaginta anni, ex quo imperauit Nabugdonozor, septuaginta, vno minus, ex quo subiugatus est Ioachim. Adhuc autem annum vnum in Babylone stetit Darius & peregit, vt Daniel narrat, Anno (inquit) primo Darij filij Assueri desemine Medorũ, qui imperauit super regnum Chaldæorũ. Anno vno regni eius ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Dan.9. Ierem.25.

b Nec reperias annum Medo in scripturis, præter istum duntaxat.

a *Animaduersio. Mirum quo pacto affirmet septuaginta annos tunc expletos, ex quo imperauit Nabugdonozor. Nam desideratur vnus. Quando enim numeras triginta septem ab exilio Iechoniæ, quod accidit anno illius octauo, vsque ad Euilmerodach, si postea recenseas annos Nabugdonosoris sursum versus, non nisi septem existent, nec nisi quadraginta quatuor imperasse Nabugdonozor reperietur, numeratis etiam annis imperfectis & incompletis.*

b *Istud me adducit in alteram admirationem. Nam hoc ipso libro ipsemet narrat regnásse (Medum) tribus annis imperfectis, cùm hic tradat non reperiri in scripturis annum Medo præter istum. Alioqui quo pacto dicimus in tractatu Meghilla fo. 30. quinque esse annos Darij & Cyri, cùm non amplius quatuor inueniamus? Responderi potest annum tertium Balsazaris, qui præcesit Darium Medum, non fuisse completum*

pletum, extitisséque primum Darij. Postquam igitur in præcedenti fictione attribuit eum Balsazari, iuxta id, quod scriptum est, Anno tertio regni Balsazaris regis visi apparuit mihi, de Ariete scilicet & hirco inter se confligentibus, noluit illum assignare Dario. At de anno eius secundo, qui est quartus Darij quo scilicet fuit sepultus, dicit scriptura, Anno vno siue primo Darij filij Assueri. Interim tamen biennium regnauit iuxta id, quod Talmudici in tractu Meghilla numerant, annos quinque inter Dariũ & Cyrum. Et tamen non occurrit annus Medo in scripturis, & nisi iste solus, qui Darij reuera fuit secundus, quoniam primus accensetur Balsazari. Adhuc igitur annum vnum Babylonis stetit Darius & eum compleuit, anno sui regni secundo, qui quidem est primus ipsi proprie ascriptus.

Dan. 8. Dan. 9. Ierem. 51. Esa. 13. De Reg. Persarum Dan. 11. Dan. 1. 9.

Sic Ieremias ipsis Israëlitis dixit. Egredimini de medio eius populo meus, vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini. Et ne forte mollescat cor vestrũ, & timeatis auditum, qui audietur in terra hac, *id est, auditum Balsazaris*, & veniet in anno auditio, *Darij scilicet*, & postea in anno auditio, *de qua Esaias, Et erit Babylon illa desiderata in Regnis, sicut Sodoma & Gomorrha*, Et violentia siue iniquitas in terra, *super Ierusalem* & dominator *Cyrus perse* super dominatorem.

Ego autem anno primo Darij Medi stabam, vt confortaretur & roboraretur. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, *id est, Cyrus, Assuerus & Darius, qui ædem extruxit.* Quid verò disci debet ex eo, quod subiicitur apud Danielem, Et quartus ditabitur opibus nimiis super omnes, & cum inualuerit diuitiis suis, cõcitabit omnes aduersus regnum Græciæ? *Quartus, à Dario Medo videlicet.*

Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri Regis. Quo temporis puncto ei dictum est, Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Tu ergo animaduerte sermonem & intellige visionem. Septuaginta Hebdomades decisæ sunt super populum tuum & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio & finem accipiat peccatum &c. Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Ierusalem vsque ad Christum ducem Hebdomades septem & Hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea & muri in angustia temporũ. Et post Hebdomadas sexaginta duas excindetur Christus. *Hebdomades septem sunt hæ, quas transegerunt in exilio & ascenderunt. Sexaginta duæ hæ quibus in terra Israël post reditum manserunt. Vna autem Hebdomada ea est, cuius partem egerunt in terra, partem extra terram, post quam Hebdomadam contigit, quod dictum est, Excindetur Christus & firmabit fœdus multis Hebdomada vna & dimidio Hebdomadis cessare faciet sacrificium & oblationem.*

Corrumpunt odio nostri Christi aperta Danielis verba.

Rabbi Iosẽ numerandas docet hebdomadas septuaginta ab excidio templi prioris, vsque ad posterioris per Romanos excidium. Septuaginta scilicet annos, quibus excisum & destructum mansit, & quadringentos *a* viginti, quibus exædificatum stetit. Sed quid, inquies, septuaginta hebdomadæ Danielli ab Angelo memorabãtur, cùm iam septuaginta anni excidij essent transacti? Nempè decretum hoc iam latum erat ante septuaginta annos (*at nunc primum promulgatur & Danieli reuelatur.*) Qua ratione legimus in Genesi, Et erunt dies illius centum viginti annorum, cùm tamen postea scriptura dicat, Anno sexcẽtesimo vitæ Noë, mense secundo, septima decima die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. Quasi illa centum viginti annorũ humanæ vitæ determinatio nondum ad illa pertineret tempora, quibus referebantur. Sed duntaxat domini decretum proneretur de futuro humanæ vitæ termino. Sic Esaias, Hæc dicit Dominus Deus. Adhuc sexaginta quinque anni & desinet Ephraim esse populus. Nã hęc asserebantur anno quarto Achaz post quem intra annos octodecim Ephraim siue decem tribuum populus euersus est & in captiuitatem Assyriacam exportatus. Dici igitur potest hanc Esaiæ prædictionẽ atque sententiam fuisse à Domino decretam, nõ tunc primum, sed à diebus Amos Prophetæ, biennio ante terræmotum, quando scilicet, sicut scriptum est, prædicabatur istud, Sic dicit Amos. Gladio morietur Ieroboam & Israël migrando, migrabit de terra sua. At tunc per Esaiam populo vel repetitam vel reuelatam.

a Sic legendum, non decem, in exẽplo Venetiano.

Genes. 6. Ibid. 7.

Esa. 7.

Amos.

Caput 29.

Anno primo Cyri regis Persarum, vt complereretur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, vt scriberet, Hęc dicit Cyrus Rex Persarum, omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cæli, & ipse, præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Se-

Esra 1. Ierem. 25.

De secunda Monarchia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruſalem, quæ eſt in Iudæa. Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius. Sit Deus illius cum ipſo. Aſcendat in Ieruſalem & ædificet domum Domini Dei Iſraël. Et omnes reliqui in cunctis locis, vbicunque habitāt adiuuēt eum argento & auro & ſubſtantia & pecoribus, præter id quod voluntariè offerunt templo Dei, quod eſt in Ieruſalē.

Ibid. Et ſurrexerunt Principes patrum de Iuda & Benjamin & ſacerdotes & Leuitæ & omnes, quorum Deus ſuſcitauit ſpiritū, vt aſcenderent ad ædificandum templum Domini. Vniuerſíque qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorū, in vaſis argenteis & aureis, in ſubſtantia & iumētis & ſupellectili, exceptis iis, quæ ſpōte fuerāt oblata.

Ezræ. Tota autem multitudo quaſi vir vnus quadraginta duo millia, trecenti ſexaginta, præter ſeruos eorum & ancillas, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptē, & in ipſis cātatores & cantatrices ducenti.

Ezræ 3. Vniuersè quidem quadraginta duo millia, at ſingulatim non niſi exiſtunt triginta millia trecenti ſexaginta. Vbi ergo ſunt duodecim millia? In iis ſanè, qui aſcenderunt de reliquis tribubus & locauerunt altare ſuper baſes ſuas deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, & obtulerunt ſuper illud holocauſtum Domino mane & veſperi, dederúntque pecunias latomis & cementariis: cibum quoque & potum & oleum Sidoniis Tyriiſque vt deferrent ligna cedrina de libano ad mare Ioppe iuxta id, quod præceperat Cyrus rex Perſarū.

Cyrus regnum tenuit annis tribus non tamen integris.

Ezræ 4. In regno autem Aſſueri in principio regni eius ſcripſerunt accuſationem aduerſus habitatores Iudæ & Ieruſalem. Tunc intermiſsū eſt opus domus domini in Ieruſalem & ceſſauit vſque ad annum ſecūdum regni Darij regis Perſarum.

Eſther. 1. Tertio anno imperij ſui fecit grande cōuiuium cunctis principibus & ſeruis ſuis fortiſſimis Perſarum & Medorum & præfectis prouinciarum coram ſe.

2. Totis quatuor annis Eſter deliteſcebat in Suſan vrbe & ducta eſt ad regem Aſſuerum menſe decimo, qui vocatur Tebeth, ſeptimo anno regni eius.

3. Totis quinque annis complectebatur animo Haman ſpolia Mardochęi. Menſe autem primo (cuius vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnā, quæ Hebraicè dicitur Phur, coram Hamam, quo die & quo menſe gens Iudæorum deberet interfici, & exiuit menſis duodecimus qui vocatur Adar.

Decimo tertio die menſis Niſan Hamā ſcripſit literas ad omnes Satrapas Regis & Iudices prouinciarum, diuerſarúmque gētium, vt occiderent atque delerent omnes Iudæos à puero vſque ad ſenem, paruulos & mulieres vno die, hoc eſt, decimo tertio die menſis duodecimi, qui vocatur Adar.

Eſther 5. Decimo quinto Niſā ſiue Martij ingreſſa eſt Eſter in conſpectum Regis. Decimo ſexto eiuſdē menſis ſuſpenſus eſt patibulo Haman, quod parauerat Mardochæo.

Eſther. 8. Viceſimo tertio mēſis tertij, qui appellatur Siuā: Mardochæus ſcripſit epiſtolas ad Iudęos & ad principes, procuratoréſq; & iudices, qui centū viginti ſeptē prouinciis ab India vſque ad Æthiopiam præſidebāt, vt reuocaret ipſius Haman literas.

Decimo tertio Adar, qui fuerat trucidādis Iudæis deſtinatus, percuſſerunt Iudæi omnes inimicos ſuos plagâ magna, & occiderūt eos reddētes eis, quod ſibi parauerāt facere, in tantū, vt etiā in Suſan quingētos viros interficerēt & ſuſpenderēt decē filios Haman, propterea quod ſcripſerant accuſationē aduerſus habitatores Iudæ & Ieruſalem. Die illo numerus eorū, qui occiſi erant in Suſan, ad regem relatus eſt.

Eſther 9. Illo tēpore anno ſequenti cōtigit, quod ſcriptum eſt. Scripſitque Eſter regina filia Abihaīl, & Mardochæus Iudæis etiam ſecundam epiſtolam, vt omni ſtudio dies iſta ſolemnis ſanciretur in poſterum.

Ierem. 29 Anni ſeptuaginta, de quibus pronuntiat Ieremias, cum cœperint impleri Babyloni ſeptuaginta anni, viſitabo vos, vt reducam vos ad locū iſtū, numerādi ſunt ab excidio Ieruſalē. Nēpe quinquaginta & duos annos poſt eius excidiū, Iſraēlitæ traduxerūt in Chaldęorū regno, & viſitati ſūt, aſcēderúntq;. Hinc deinceps tres anni Cyri, quatuordecim Aſſueri & ſecundus Darij, quo ædificatū eſt tēplum. Hanc enumerationē confirmat Zacharias, Et reſpōdit Angelus Domini & dixit, Domine exercituum vſquequo tu non miſereberis Ieruſalē & vrbium Iuda, quibus iratus es his iam ſeptuaginta annis? Nam hoc factum eſt die viceſimo quarto vndecimi menſis Sebat, anno ſecundo Darij.

Zach. 1. Per continuos quatuor annos (ſequētes) templū ædificatū eſt, vt fidem facit Ezras. Et cōpleta eſt (inquit) domus iſta vſque ad diem tertium menſis Adar, qui eſt annus ſextus regni Darij regis.

Ezræ 6. Quo tempore anno ſequenti aſcendit Ezras de Babylone cum alia exulum cohorte

horte. Nam dicitur, Ipſe Ezras aſcendit de Babylone & ipſe ſcriba velox in lege moſis quā domin⁹ Deus dedit Iſraēli, & dedit ei rex, ſecundū manū domini ſuper eū, omnē petitionem eius, Et aſcenderūt de filiis Iſraël & de filiis ſacerdotū & de filiis Leuitarū & de cantoribus & de ianitoribus, & de Nathinæis in Ieruſalem anno ſeptimo Artaxerſis regis, & venerunt in Ieruſalem menſe quinto: cipſe eſt annus a ſeptimus regis. Quia in primo die menſis primi cœpit aſcēdere de Babylone, & in primo die mēſis quinti venit in Ieruſalē, iuxta manū Dei ſui bonā ſuper ſe. Ezras enim parauit cor ſuū, vt inueſtigaret legem domini & faceret & doceret in Iſrael præceptum & iudicium. Venit autē & ſeparauit Iſrael à mulieribus alienigenis.

a Vtinā decimus ſeptimus Veteris no.

Cap. 30.

Nehe. 1. VERBA Nehemiæ filij Helchiæ. Et factū eſt in menſe Ciſleu, anno vigeſimo, & ego eram in Suſis caſtro &c. Manſit Nehemias annis duodecim in terra Iſrael, aptauit murū & reſtituit ſingulos Iſraelitas in vrbē ſuam & poſſeſſiones ſuas. Quod ipſemet his teſtatur verbis. In omnibus autē his, non fui in Ieruſalem, niſi anno trigeſimo ſecundo Artaxerſis regis. Nam in fine dierū rogaui regē & veni in Ieruſalem. Ab anno vigeſimo vſq; ad trigeſimum ſecundum duodecim exiſtunt anni. Sanè Ezras, *Seniores*, inquit, *Iudæorum ædificabant & proſperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ & Zachariæ, filij Iddo. Et ædificauerunt & cōſtruxerunt decernente Deo Iſrael & iubēte Cyro & Dario & Artaxerſe rege Perſarum. Et cōpleuerunt domum Dei iſtā vſque ad diem tertium Menſis Adar, qui eſt annus ſextus Darij regis.* Atqui non inuenias reges Perſarū in ſcriptura niſi duos Cyrū & Dariū, Medorū vero duos alios Dariū & Aſſuerū. Dico igitur tā Cyrū quàm Darium (in hoc Ezrę loco) eſſe Artaxerſem, propterea quòd omnes reges vocabantur Artaxerſæ.

Nehe. 13.

Ezræ 6.

Summa omniū annorū regum Medię & Perſidis ducentis & quinquaginta annis comprehenditur.

Nehem. 7 Habitarunt autē ſacerdotes & Leuitę & ianitores & cantores & reliquum vulgus & Nathinæi & omnis Iſrael in ciuitatibus ſuis. Et venerat menſis ſeptimus: filij autē Iſraël erant in ciuitatibus ſuis. Congregatúſq; eſt vniuerſus populus, quaſi vir vnus ad plateā, quæ eſt ante portā aquarum, & dixerunt Ezræ ſcribæ, vt afferret librū legis Moſis, &c. Fecit ergo vniuerſa Eccleſia eorū, qui redierant de captiuitate tabernacula & habitauerunt in tabernaculis. Non enim fecerāt à dieb⁹ Ioſuæ filij Nun tā celebriter filij Iſraël, vſq; ad diē illū, & fuit lętitia magna nimis. Dici poteſt, quod cōparat ingreſſum Iſraelitarū in terram, diebus Ezræ, cū eorundē in eandē ingreſſu dieb⁹ Ioſuę. Quemadmodū diebus Ioſuæ obligati ſunt ad decimas, annos remiſſionis & iubilæos, atq; ſanctificarūt muratas vrbes: ſic in ſuo ingreſſu, Ezrę tēpore, aſtricti fuerūt legibus de decimis, de annis remiſſionis, de Iubilæis, ſanctificarūt vrbes mœnibus cinctas & vehemēter lætati ſunt corā domino Deo. Vnde diſertè ſcribitur vt modo dictū eſt, et fuit lętitia magna nimis. *Ibid.*

Sic ſcriptura cōparatè ad duo iſta loquitur in Deuteronomio, & aſſumet atq; introducet te in terram, quam poſſederunt patres tui & obtinebis eam: & benedicens tibi maioris numeri te eſſe faciet, quā fuerint Patres tui. Cōparat enim poſſeſſionē tuā (tēpore Ezræ) cum poſſeſſione Patrū tuorū (tēpeſtate Ioſuæ.) Quemadmodum poſſederunt Patres tui terram & eam obtinuerunt cū omniū iſtarum rerum innouatione: Sic tu poſſidebis obtinebiſque eam cum omnium iſtorū renouatione. Si dicas poteſt Moſes loqui de tertia hereditatis adeptione, cōtrariū te docebit idē ſcripturæ locus, *Et obtinebis eam.* Nā dum ſemel hoc cōmemorat, quaſi dicit, prima & ſecunda vobis hic ſignificatur hæreditatis adeptio, non itē tertia. *Deut 30.*

Porrò Hircus capraxū rex Græcorū eſt, & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipſe eſt rex primus. Stabit verò rex fortis & dominabitur poteſtate multa, & faciet quod placuerit ei. Et cum ſteterit cōteretur regnū eius & diuidetur in quatuor ventos cœli. Iſte eſt Alexander Macedo, qui duodecim annis regnauit. *De tertia Monarchia. Dan. 8. 11.*

Huc vſque prophetæ per Spiritū ſanctū vaticinati ſunt. Hinc deinceps inclina aures tuas & verba ſapientū audi. Nam dictū eſt: Inclina autem tuā & audi verba ſapientū. Appone autē cor ad doctrinam mēam. Quoniam pulchrū erit tibi cùm ſeruaueris ea in ventre tuo, & redundabunt in labiis tuis, vt ſit in Domino fiducia tua. Et mox, Nónne ſcripſi tibi terna in cogitationibus & ſciētia, vt oſtenderēt tibi firmitatē & eloquia veritatis, vt reſpondeas ex his eloquia veritatis, illis, qui miſerunt te? Quo pacto etiam legitur, *Interroga Patrem tuum & annunciabit tibi, ſenes tuos & dicent tibi.* Quos ſenes intelligit? vulgares ne, qui in triuiis & compitis occurrunt? Minimè, *Prouerb. 22.* *Deut.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed eos, qui scientiâ atque sapientiâ pollent. Ideo enim addidit: *Et dicent tibi.*

Iuxta sententiam R. Ioſe, Perſarum imperium ſtante tẽplo viguit triginta & quatuor, annos Græcorũ Monarchia cẽtum & octoginta, Machabæorum regnum centum & tres, Herodianorum Tyrãnis centum ſimiliter & tres.

Hinc deinceps extrahe & numera à templi (per Romanos (excidio. Porrò in captiuitate ſcribũt cõtractus, ſumpto numerationis exordio, à Græcorum Monarchia.

a Non agnoſco iſtorum nominum maiorem partem.

Hi verò ſunt octo Græcorum reges Alexãder Macedo,[a] Phirtõ, Selimon, Seleucus, Santroc, Anthiochus, Antiochas, Gaſclanas, A bello Aſſueri Phul, vſque ad bellum Veſpaſiani, octoginta anni. Atque hi ſtãte tẽplo. A bello Veſpaſiani vſque ad bellũ Titi anni *b* quatuor. A bello Titi vſque ad bellum Barcozbæ anni ſedecim. Bellum autem Barcozbæ fuit duorum annorum & ſemis. Atque ita viginti duo anni impleti ſunt, poſt templi excidium.

b Euſebius viginti in Venetiano.

Auctore R. Ioſe, deuoluitur meritum in diem meriti, & peccatum in diem peccati. Exempli gratia, Quando templum primo deſtructum eſt, dies ille erat veſpera ſabbati, atque adeò extremũ anni ſeptimi (i. remiſſionis) erat etiã cuſtodia & hebdomas ipſius Ioarib, itémque nonus dies Ab ſiue Iulij. Similiter quando ſecundo eſt euerſum. Ac in vtráq; euerſione Leuitæ ſtabãt in ſuis ſuggeſtis & dicebãt canticũ. Quódnam, obſecro, canticum? Et reddet illis iniquitatẽ ipſorũ, & in malicia eorũ diſperdet eos, diſperdet eos Dominus Deus noſter.

Pſal. 94.

Menſe quarto, nona menſis fiſſa eſt ciuitas in primo excidio. Eiuſdem menſis decima ſeptima in ſecundo. Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſæculo & vſq; in ſeculum. Et dicat omnis populus, Amen, Hallelu-ia. Benedictus Deus, Deus Iſrael, quia facit mirabilia ſolus, & benedictum nomẽ gloriæ eius in æternum, & repleatur maieſtate eius omnis terra, Amen, Amen.

Pſal. 71.

Dan. 2.

Et ipſe mutat tempora & tempeſtates, transfert reges atque conſtituit, dat ſapientiã ſapientibus, & ſcientiã ſcientibus diſciplinã. Ipſe reuelat profunda & abſcondita & nouit in tenebris conſtituta & lux cum eo eſt. Tẽpora, *id eſt, tempus Sodomorũ.* Tempeſtates, *tempeſtatem ſiue tempus Ieruſalem. Quam reſtaurari breui contingat, ad quod optatum reſpondeant omnes, Amen.* Auferreges, *Regem Ioachim.* Atque cõſtituit, *Regem Babylonis Nabugdonozor.* Dat ſapientiam ſapientibus, *Moſi magiſtro noſtro ſapientiæ patrẽti, intelligentiæque patri.* Et ſcientiã ſcientibus intelligentiam, *Ioſuæ filio Nun, de quo legitur. Et Ioſuæ filius Nun repletus erat ſpiritu ſapientiæ?* Gloſſema alterum. Dat ſapientiam ſapientibus, *Ioſepho filio Iacob iuſto, de quo in Geneſi, Non eſt intelligens neque ſapiens ſimilis tibi.* Et ſcientiam ſcientibus intelligentiam, *Danieli & ſociis ipſius, quoniam ſcribitur. Tunc Danieli in viſione noctis myſterium reuelatum eſt.* Ipſe reuelat profunda & abſcondita. *Profunda de profunditate Quadrigæ Ezechielis dicuntur. Abſcondita de opificio rerum principio procreatarum apud Moſem.* Et nouit in tenebris conſtituta. *ſupplicia, quæ impijs in Gehenna infliguntur.* Et lux cum eo habitat. *Præmium in futuro ſæculo iuſtis attributum.* Gloſſema aliud. Dat ſapientiam ſapientibus. *Ioſuæ filio Nun, de quo affirmatum reperias. Et Ioſuæ filius Nũ, plenus erat ſpiritu ſapientiæ.* Et ſcientiam ſcientibus intelligentiam. *Ieremiæ, de quo illud, Antequam formarem te in vtero, noui te, & priuſquã exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te.*

Geneſ. 5.

Qui ſuſpicatur Deum duntaxat præſentia quando fiunt, nôſſe, contrarium diſcere debet ex illo Geneſis. Hic eſt liber generationis Adam. Nam his ſcriptura docet Deum Opt. Max. monſtraſſe primo homini ſingulas ætates, rectores ſingularũ ætatum, ſuos per ſingulas ætates prophetas, ſuos pios, ſuos ſapiẽtes, ſuos paſtores, ſuos iudices, ſapiẽtes ſingularum ætatum, prophetas ſingulorum ſeculorum, iuſtos cunctarum generationum, nominum eorum numerum, dierum ipſorum computationem, horarum ipſorum calculum, greſſum eorum ſummam. Siquidem in Iob legitur. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. Et alibi, Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo domine Deus, niſi loquereris etiã de Domo ſerui tui in longinquum. Iſta enim eſt lex Adam domine Deus. Et informe meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnia illa ſcribentur, dies formabuntur, & nemo in eis. Mihi autem quàm honorificati ſunt amici tui Deus, quàm confortatus eſt principatus eorum; Dinumerabo eos & ſuper arenam multiplicabuntur: exurrexi & adhuc ſum tecum.

Iob 14.

2. Reg. 7.

Pſal. 139.

Atque hic ſit doctrinæ Seder Olam maioris.

FINIS.

Deo laus, honor, gloria.

BREVE HEBRÆORVM
CHRONICVM, QVOD INSCRIBITVR
Seder Olam Zuta, eodem Gilb. Genebrardo interprete.

ORdiamvr de mundi ordine compendiariam deſcriptionem, Dei conditoris ope atque præſidio. Amen.

Partium Chronici nouem formulæ.

1. Ab Adam vſque ad diluuium, anni ſunt mille ſexcenti quinquaginta ſex.
2. A diluuio vſque ad diuiſionem ſiue linguarum, ſiue populorum, anni trecenti & quadraginta.
3. Ab illa diuiſione ad ortum vſque Iſaac, anni quinquaginta duo.
4. Ab ortu Iſaac, donec egrederentur Iſraëlitæ ex Ægypto: quadringenti anni.
5. Deinde Iſraëlitæ quadraginta annis errarunt in deſerto.
6. Ex quo in terram ingreſſi ſunt, donec ex ea in exilium Babylonicum demigrarent, anni octingenti quinquaginta.
7. Anni ſeptuaginta inter ædem primam (Salomonis) & ſecundum (Zorobabelis.)
8. Ædis ſecũdæ ſtructura ſtetit, quadringẽtis viginti totis annis.

Sic euerſum templum à Rõ. anno mundi 3828.

9. Ex quo illa ædes (à Romanis) diruta eſt, ad hoc vſque tẽpus, anni ſunt mille quinquaginta tres.

Summa omnium iſtorum quatuor mille octingenti & vnus anni.

Partis omnium primæ.
Demonſtratio.

Geneſ. 5.

Adam natus centum triginta annos genuit Seth. In vniuerſum autem annos nõgentos & triginta compleuit.

Seth vixerat, priuſquam ipſi naſceretur Enos, annis centum, & quinque. Peregit nongentos & duodecim annos.

Enos vixit, donec ipſi naſceretur Cainẽ, ſeptuaginta annis. Expleuit nongentos & quinque annos.

Cainã natus erat, dũ genuit Malaleel, ſeptuaginta annos. Vita autẽ ipſius tota annorum fuit nongentorum & decem.

Malaleel cùm genuit Iared, agebat annum vitæ ſexageſimum quintum. Tranſegit vero ætatem octingentorum nonaginta quinque annorum.

Iared vitæ centeſimo ſexageſimo ſecũdo generauit Enoch. Perduxit vitam in nongenteſimum ſexageſimum ſecundum annum.

Enoch viuebat annum ſexageſimum quintum dum ei natus eſt Mathuſalẽ. Ac ambulauit cum Deo trecentis ſexaginta quinque annis, nec poſtea apparuit, quia tulit eum Deus.

Mathuſalẽ, dum generauit Lamech, agebat annum ætatis centeſimum octogeſimum & ſeptimum. Vixit autẽ diutiſſimè, nempe annos nongentos ſexaginta nouẽ.

Lamech anno ætatis centeſimo octogeſimo ſecundo procreauit Noë. Vixit autẽ nongentos quinquaginta.

Iam Noë, cùm appetiit diluuium, ſexcẽtenarius erat. Poſt diluuium deinde vitam produxit, in alios trecentos quinquaginta annos.

Entibi decem ætates.
Secunda decuria.

Sem vixit, priuſquã procrearet Arphaxad, centum annos, deinde quingentos.

Arphaxad biennio poſt diluuium natus, dum ipſi genitus eſt Sále, agebat annum trigeſimum quintum. Poſt cum editum, anni ipſius fuerunt quadringenti tres.

Sále viuebat, dum ipſi natus eſt Heber, trigeſimum annum. Deinde confecit quadringentos tres annos.

Diuiditur à mundo condito vſque ad captiuitatem Babyl. in quinque ſimiles decurias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heber anno vitæ trigesimo quarto genuit Phaleg. post eum genitum vixit annis quadringentis triginta.

Phaleg anno ætatis trigesimo procreauit Rehu. Vixit ducentis annis & nouem, vltra illos triginta.

Rehu trigesimo secundo anno vitæ sustulit Sarug. Expleuit deinde annos ducẽtos & septem.

Sarug trigesimo anno genuit Nahor, quo genito vixit adhuc annos ducentos.

Nahor generauit Thâre vigesimo nono ætatis anno, vixit postea centum quinquaginta & octo annos.

Thâre agens annum septuagesimum generauit Abraham, vixit in solidum annos ducentos & quinque.

En hic etiam ætates decem.

A diluuio vsque ad natiuitatem Abahæ ducenti nonaginta duo anni.

48. Anno Abrahæ diuisio linguarum.

A Nato Abraham vsque ad diuisionem linguarum & populorũ quadraginta octo anni.

Ab illa diuisione vsque ad ortum Isaac quinquagintaduo anni. Sic sunt centum anni à nato Abraham ad natum Isaac. Vixit autem Abraham centum septuaginta quinque annos.

Decuria 3. cuius principium Isaac.

Isaac vixerat sexaginta annis, dum genuit Iacob. Numerus autem annorum vitæ eius, centum octoginta.

Iacob ætatis suæ anno octogesimo quinto genuit Iudam. Vixit annis cẽtum quadraginta & septem.

Iuda anno vitæ trigesimo quinto genuit Phares. Vixit annis centum & nouemdecim.

Mirum Phares genuisse ano nono.

Pares viuebat annum nonum, cùm ipsi genitus est Ezron Ezron vero & Hamal descenderunt in Ægyptum.

Sic exurgit summa bis mille ducentorum triginta & octo annorum ab orbe condito.

Digressio ad numerum annorũ vitæ 12. Patriarcharum.

Ruben, quem genuit Iacob anno ætatis octogesimo tertio, expleuit annos. 124. Mortuus est post obitum Ioseph annis duobus.

Simeon vixit centum viginti annis Anno primo post mortem Ioseph è vita discessit.

Leui vixit annos centum triginta septẽ.

Iuda vixit (vt prædictum est) centum nouemdecim annis.

Isachar centum viginti duobus annis.

Zabulon. 124. fato autem concessit duobus annis, post Ioseph mortuum.

Dan expleuit ætatem centum viginti septem annorum.

Aser centum & viginti sex.

Ioseph centum & decem.

Cur Nepthalim & Gad prætermiserit nescio. Reuertitur ad decuriæ tertiæ ordinẽ institutũ.

Benjamin centum & vndecim, ita vt moreretur circiter viginti sex annos ante Leui.

Interea Ezron genuit Ram. Ram autem genuit Aminadab. Animadab Naason, qui quidem extitit ex iis, qui descenderũt in Ægyptum, vsque ad annum bis millesimum quadringẽtesimum quadragesimũ octauum à mundi productione, quo egressio ex Ægypto contigit.

Egressio ex Ægypto an. 2448.

Illo autem anno mense secundo data est Israëlitis lex, mense tertio proximè sequenti Decalogus.

Rursum anno secundo die expiationum data illis lex, quo certè anno obiit Naason.

Naason autem generauit Salma, qui fuit de iis, qui in terram ingressi sunt.

Salmon autem generauit Booz. Ac anno. 41. exitus Israëlis ex Ægypto, id est, anno bis millesimo, quadringentesimo, octogesimo nono à mundi ortu ingressi sunt Israëlitæ in terram.

Mortuóque Iosua expletæ sunt decem aliæ ætates.

Decuria quarta, Cuius initium Obed ex Ruth.

Ruth. 4. Dauid rex.

Booz genuit Obed. Obed Iessem. Iesse Dauidem. Dauid regnare cæpit in Israël anno trecentesimo, nonagesimo ab ingressu Israëlitarum in terram, id est, anno ab egressu de Ægypto, quadringentesimo trigesimo, qui annus erat mundi bis millesimus octingentesimus, septuagesimus quintus.

Nota successionem perpetuã pontificũ & prophetarum Salom. 2.

Abiathar diebus illis sacerdotio summo fungebatur, prophetiæ autem munere Nathan & Gad. Regnauit autem Dauid. 40. annis ac genuit Salomonem.

Salomon anno. 4. regni ædificare cæpit ædem Domini. Perfecit anno regni sui 10. regnauerat 3. annos, cũ expletus est quadringentesimus quadragesimus annus ab ingressu in terram, siue quadringẽtesimus octogesimus ab egressu Ægypti, hoc est, annus mundi bis millesimus nongentesimus vigesimus octauus, fundauítque ædẽ. Ipsius autem tempore Sadoc magnus erat Sacerdos. Ionathan, Iddo & Ahias Silonites prophetæ.

Hunc

Roboam. 3

Hunc subsequutus Roboam filius regnauit annos septemdecim, Achinaa pontificatum administrante, Samaïa & Iddo vaticinantibus.

Abia. 4.

Abia filius eius regnum suscepit tribus annis, Azaria pontifice eodémque propheta, Iddo propheta adhuc superstite.

Asa. 5.

Asa filius post ipsum regnauit quadraginta vno annis. Tum vaticinationis munus obibant Ioram, Azarias filius Oded, Hanani videns, Iehu filius Hanani.

Iosaphat 6.

Iosaphat post Asam patrem, regnũ administrauit viginti quinque annis, Ioas sacerdote summo, Iehu filio Hanani, Abdia, Michæa, Iehiële filio Zachariæ, Eleazaro filio Dodiæ vatibus.

Ioram. 7.

Ioram filius post patrem Iosaphat regnum tenuit annos octo, Ioarib pontifice, Elia propheta.

Ochoz. 8.

Ochozias filius Ioram deinde regnum gessit anno vno. Tum princeps sacerdotum erat Iosaphat, propheta Elisæus, cõpletæque sunt decem aliæ ætates.

Decuria quinta.

Athalia.

Postea surrexit Athalia Ochoziæ mater & perdidit posteritatem regiam, vniuersamque Dauidis familiam. Tanta fuit istorum temporum calamitas, vt nullus principum superstes euaserit præter Ioas admodum infantem, quem abscõderat Ioiada pontifex. Regnauit Athalia annos sex, póstque trucidata est.

Ioas. 9.

Regnum igitur recepit Ioas quadraginta annis, Ioiada & Pedaia per ordinem sacerdotum principibus, Zacharia Ioiadæ filio sacerdote simul ac propheta, qui iussu Ioas Regis necatus est.

Amas. 10

Amasias eius filius post patris obitum regnauit viginti nouem annis. Pontificatum obtinebat Sedechias, Prophetiæ manus Amos regis Amasię frater, patérque Esaiæ prophetæ.

Ozias. 11.

Ozias filius post patrem Amasiam, regnum tenuit quinquaginta duobus annis. Ioël summus erat sacerdos, Oseas, Amos, Esaias prophetæ.

Ioatham. 12.

Ioatham filius eius sedecim annis post ipsum regnauit. Pontifex erat Ioatham & ipse regis habẽs nomen, Prophetæ Oseas, Esaias, Amos, Ozias, Micheas Morastites.

Achaz. 13.

Achaz filius ipsius sedecim aliis annis in regno versatur. Vrias præsidebat in Aaronis cathedra. Oseas, Esaias, Amos, Michæas, Oded prophetię munus exercebant.

Ezechias filius post patrem Achaz viginti nouem annis regnauit, Neria, summo sacerdote, Osea, Esaia, Amos, Michęa vatibus. Ezechias. 14.

Manasses post eum regnũ obtinuit quinquaginta quinque annis. Osaias summum sacerdotium exercebat, propheticam functionem Ioël, Nahum, Habacuc. Manasses 15.

Amon natus ipsius post eum mortuum, regnum tenuit duobus annis. Sellum erat pontifex, prophetabat tum ipse idem, tum Hozai. Amon. 16

Iosias post patrem Amonem mortuum, regnauit annis triginta & vno. Princeps sacerdotum erat Helchias, Sephonias, Hieremias, & Holda prophetæ. Iosias. 17.

Ioachaz patri Iosiæ successit tribus mẽsibus, eodem pontifice simul ac propheta. Tunc etiam Hieremias vaticinabatur. Ioachaz. 18.

Ioachim superioris regis frater regnauit annis 11. Azaria sacerdotum primo, Hieremia & Vria vatibus. Ioachim. 19.

Atque hic finiunt decem aliæ ætates.

Cæterum regni tertio anno captiuus factus est Ioachim, à Nabugdonozore rege Babylonis, Mortuus ad extremum in vinculis, vt impleretur prædictum Hieremię, Sepultura asini sepelietur. Nabugdonozor. Hier. 22.

Tum Nabugdonozor in captiuitatem transtulit ciues Hierosolymitanos cum cunctis principibus. Item è Benjaminia reliquisque tribubus septena millia exulũ, qui omnes fortitudine ac arte bellica excellebant. Prima transmigratio Babylonis.

Post patrem Ioachim regnauit Ioachim siue Iechonias tribus mensibus, diebus decem. Seraias administrabat pontificatum, Hieremias prophetabat. Traxit autem illum in exilium Nabugdonozor rex Babylonis cũ octodecim millibus. Sedechiámque patruum eius filium Iosiæ in locum ipsius suffecit. Iechonias. 20. Transmigratio. 2.

Qui postremò regnauit annis vndecim, eodem pontifice, prophetis autem Iosadac fratre Ezræ scribæ, Hieremia & Ezechiële. Sedechias 21.

Anno quinto regni ipsius profecti sunt exercitus Babyloniorum Hierosolymam, castra metati aduersus eam constituerunt vallum per circuitum, obsidione presserunt diuturna, vsque ad annum regni eius vndecimum.

Illo anno Iudam abduxit è patriis sedibus Nabugdonozor, id est, anno octingẽtesimo quinquagesimo ingressus in terram, & octingentesimo nono exitus de 3 Transmigratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

38. cognationes domus Dauid.

Ægypto. Nempè anno mundi ter millesimo trecentesimo tricesimo octauo.

Nec verò relictus est de familia Dauidis vllus, præter Iechoniam, qui genuit Salathiëlem, Malchiram, Pedaïam & Gamariam, cum tamen existerent, 38. cognationes.

Nabugdonozor.

Ac imperium obtinuit Nabugdonozor, vsque ad annum trigesimum septimũ exilij regis Iechoniæ.

Euilmerodac.

Post eum mortuum Euilmerodac filius eius, imperauit annis viginti tribus. Is anno primo regni sui eduxit Iechoniam de carcere, qui postea discessit de vita, Sedechia iam mortuo.

Decuria. 6. cuius initium Iechonias.

Hier. vlt.

Salathiel filius Iechoniæ, vt quidẽ narrant sapientes, erat in captiuitate, imperãte tribus annis Baltazare.

Salathiel.

Ei mortuo successit Zorobabel filius.

Zorobabel.

Anno quinquagesimo secundo ab excidio templi, id est, anno septuagesimo imperij Babylonici, imperauit Darius Medus, desiitque imperium Chaldæorum.

Darius.

Ascendit autem Zorobabel Hierosolymam, & exules cum ipso anno primo Cyri regis Persarum.

Primus reditus.

Cyrus.

Iosuę filius Iosedech sacerdotio supremo fungebatur, Aggæus, Zacharias, Ezras prophetiæ munere.

Iosuæ.

Ezræ 5.

Imperium post Cyrum susceptt Assuerus. Is interpellauit ædificationem Tẽpli, expetiuitque radicitus delere Israëlem, sed Deus Opt. Max. & ipsum & Aman impium, (qui huius tragediæ author erat & caput) de hoc mundo funditus extirpauit.

Xerxes.

Reditus 2.

Anno decimo octauo Medorum, id est, anno septuagesimo templi excisi ascendit Ezras scriba Hierosolymam & alij cum ipso exules. Ædificauit murum vrbis, aptauitque ædem sanctuarij. Tum Zorobabel rediit Babylonem, ibique est mortuus.

Mesulam.

Post Zorobabelem stetit Mesulam filius ipsius. Eius autem diebus incæpit imperium Græcorum.

Anno quinquagesimo secundo Medorum, & Persarũ mortui sunt Aggæus, Zacharias, Malachias.

Prophetæ desinunt.

Quo tempore cessauit prophetia de Israële, anno videlicet ter millesimo, quadringentesimo quarto, ab orbe condito.

Hinc deinceps inclina aurem tuam, & audi verba sapientum (non scripturæ).

Alexander.

Alexander Macedo rex Græcorum imperauit annis duodecim. Tum obiit Mesulam, successit autem Hananias filius ipsius, *a* vt tradunt sapientes nostri, cuius diebus regnabant Potran, Salmon, Alascanus Mapparis Reges Græcorum.

Hananias

Successores 4. Alexandri aliter à nostris nominantur.

[Nomina hæc vt alia eiusmodi petita è Græcis Rabbini solent variare partim per ironiã partim ex aliqua occasione, puta ex facto aliquo vel ex origine. vt Potran intelligunt antipatrum ironiâ, Salmon illis est Ptolemęus qui pacifice rerum potitus, curam insuper rebus sacris adhibuit. Alascanus autem Seleucus est à Gente, quod ad Ascanios, id est Germanos pertineret: natus scilicet Macedo. Ita enim Germaniã asenes denominant, Mapparis denique est Cassander dictus, à violentia & crudelitate, qui matrem Alexandri interfici iussit.]

a Alij Syriaco significatu sapientes diuexerunt eum, & sic decepti.

Deinde anno centesimo quadragesimo Græcorum mortuus est Hananias, & Mattathias filius Iohannis filij Simeonis. Stetit autem post eum Barachias filius ipsius, iuxta sapientum nostrorum Historias.

Barachias

Huius tempore erat Nicanor Seleucus, Soter, Antiochus, Antiochus alter, & *b* Gascalnas. Denique Antiochus, qui ædificauit Antiochiam, & Ptolomęus, qui transscribi iussit legem, in linguam Græcam.

b Callinicus.

Anno centesimo septuagesimo regni Græcorum, occisus est Simeon filius Mattathiæ, filij Iohannis, mortuúsque Barachias.

Simeon Machabæus.

Ei successit Hasadias filius ipsius, è sapiẽtũ scriptis, illis verò diebus, tẽpore Nicanoris *c* regis Græcorum, Israëlitæ affecti sunt insigni calamitate, adeò vt procederẽt in aciẽ Hasmonæi & eum interimerẽt, cum vniuerso ipsius exercitu. Iste est annus centesimus septuagesimus quintus regni Græcorum, ac post patrem Simeonẽ Mattathiæ filium quem genuerat Hasmoni, regnauit Iohannes triginta septem annis, dormiuitque Hasadias, post quem stetit Esaias, vti à sapientibus est proditum.

Hasadias.

c Imò verò hic Nicanor Dux regis de interit. 1 Mac. 7. Machabæi.

Esaias.

Ioannes deinde filius Iohãnis sacerdotis magni regnauit viginti septem annis.

Ioannes Alexander.

Ei defuncto successit Aristobulus filius, regnúmq; administrauit annis tredecim, interfectúsque est.

Aristobuli & Antigoni regnum Iosephus leuicauo primogenito, Ioannis tribuit.

Post eum Antigonus filius viginti sex annis. Occisus autem est anno centesimo tertio regni posteritatis Machabæorum.

Herodes magnus. *d* Inepte aliqua interpretatur שנים bienium. Puto desiderat. 37. 1/2 Agrippa.

In eius vicem substitutus est Herodes filius Antipatris Machabæorum seruus, qui rebellans cunctam familiam dominorum suorum trucidauit. Regnauit autem *d* annis (multis) interea obdormiit Abdias,

post

post quem stetit Samaïas filius ipsius, vt quidem sapientes nostri commemorant.

Sic (à captiuitate) finiunt decem aliæ ætates (familiæ Dauidicæ)

Regnauit deinde Agrippa Herodis filius, & per ordinem Munabaz Agrippæ filius.

Septima decuria, quam auspicatur Sechanias.

Sechanias

Obdormienti autem Samaïæ successit Sechanias, quemadmodum prodiderunt sapientes nostri.

Anno centesimo tertio regni proselytorum, qui est annus quadringentesimus vigesimus, à templo restaurato, ter millesimus, octingentesimus vigesimus octauus ab orbe condito venit Vespasianus, & solo æquauit ædem. Traduxit in captiuitatem Israëlitas, familias multas domus Dauidicæ & Iudam in Hispanias, quas vocamus Sepharad.

Proselytos appellat Herodianos. Nam Herodes Idumæus, aut iuxta alios Philistæus. Inepte aliquis vertit Hagarenorum. Nã de Herodianis loquitur Vespasianus.

Agebatur annus centesimus octogesimus Romanorum, ex quo regnauerant stante templo.

Anno autem quinquagesimo secundo à templo diruto destructa est Bither.

* Bither vrbs maritima in qua reliquias Iudæorum Titus reliquerat. Ezechias. Nathan. a Posthumus fuit.

* Anno centesimo sexagesimo sexto ab excidio templi Persæ irruerunt in Romanos. Tũ defuncto Sechaniæ successit Ezechias filius ipsius, vt iidem sapientes nostri tradiderunt.

Obdormiuit Ezechias & sepultus est in terra Israël in colle Arbeel, qui erat Iosuæ filij Nisraph sacerdotis, in Orientali vrbis parte: Huic successit filius suus Nathan nomine, qui cùm obdormiisset pater, *a* creuit in visceribus matris suæ. Iste est Nathan Detsutsitá.

Huna. Akob. Nahum.

Nathan vbi defunctus esset, habuit filium suum Magistrum Huna successorem. Obdormiit etiã Akob relicto filio Nahum iuxta scripta sapientum nostrorum.

Iohanan.

Magistri Huna, Hanana, Mattana, Hananeel ipsius fuerunt sapientes. Deinde obdormienti Nahum successit Iohanan, vti extat in sapientum nostrorum literis, cuius sapientem fuisse dicunt magistrum Hananeëlen.

Saphat.

Obiens Iohanan filium Saphat successorem reliquit, iisdem auctoribus, Magister autem Hananeël sapiens siue doctor ipsius extitit.

Anan.

Obeunti Saphar successit Anam eius natus iuxta traditionem sapientum. Magister autem Samuël doctor eius fuit, siue consiliarius.

Pasa.

Tum ascendit Pasa Nesardæ filius, vastauitque ipsam Neardeam vrbem ad Euphratis oram, ac obdormiuit magister Hona, sepultúsque est in terra Israël iuxta Magistrum Haïa Rabba.

In Neardea captiuus in Babylone Iudæ Synagogam & academiã habuêre celebrem. Nathan.

Post ipsum stetit filius ipsius Nathan vti sapientes nostri asseuerárunt, qui habuit doctores Magistrum Iudam Ezechiëlis filium, & Magistrum Séseth.

Obtinuerunt imperium Persæ anno ducentesimo quadragesimo quinto ab ædis Domini excidio, decreuerúntque persecutionem aduersum Iudæos.

Mortuus interea Nathan primatus familiæ Dauidicæ hæredẽ reliquit Nehemiam filium, iuxta sapientum nostrorum scripta. Is habuit pro doctore Magistrum Sazbí.

Nehemias

Deinde mortuo successit Akabias filius, iisdem narrantibus, cuius doctores fuêre Rabbá & Rab Adá. Eius temporibus ascendit Rex Persarum in Syriam, eámque subegit

Akabias.

Defunctúsque est Mar Hakban Retsutsitâ, & sepultus in terra Israël. Habuit autem successorem Honam Mar fratrẽ suum, cuius doctores commemorantur Abaï, Rabba, & Rab Ioseph Hamæ filius.

Sic Post humum appellant. Hona.

Istius temporibus ascendit Sapor in Nisibin cepítque eam. Vbi obdormiisset Hona Mar, dignitatem eius inter Iudæos consecutus est Ocba eius frater, vt narrant sapientes, ac Magistrum Hananelem pro doctore habuit.

Ocba.

Ocbæ mortui primatum suscepit Aba filius fratris eius, filij Mar Ocban. Eius autẽ sapientes siue doctores fuerunt Rabba & Rabbena.

Aba.

Anno quadringentesimo decimo sexto templi excisi, mundus extitit sine Rege.

Discessitque ex hac vita Aba, relicto successore Magistro Cahaná fratre, cuius doctor fuit magister Saphra.

Chaaná.

Saphra.

Magister Saphra post mortuũ fratrem, id est, magistrum Cahaná dignitatem illam est adeptus, vsúsque est doctore magistro Aha Matpateo.

Mortuus est Mar Zutra, deinde successit Cahaná filius ipsius, cuius doctor R. fuit Rabena.

Mortuo magistro Cahaná successit Magister Hona filius fratris prædicti Cahanæ, habuitque pro doctore magistrum Aha Mathpateum Hanilei filium.

Hona.

Locum mortui Honæ tenuit magister Hona patruus ipsius. Eius sapientes extiterunt filius Magistri Cahanæ, Magister Meri & doctor Hanina Rabba. Fuit autem fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius eius ruina & pernicies domus Dauid, Nempè vxor ipsius Magistri Honæ principis exulum, filia erat doctoris Haninæ Academiæ rectoris.

Doctor Hanina. Porrò doctor Hanina vir fuit summus & admirandus. Cum aliquandò profectus esset Iudex principis exulum, in oppidum Doctoris Haninæ Academiæ rectoris: ac expetiuisset interpretari Pérek, nõ id permisit Academiæ rector. Ad eum cum venisset princeps exulum, præcepitsetque insolescens ad se adduci Academiæ rectorem, cum per portas oppidi tota nocte deduci iussit. Die insequenti venire ipsum iubet & imperat (ministris suis) vt euellerent omnes barbæ ipsius *a* angulos, neque ei quisquam hospitium cõcederet. Abiit igitur Academiæ rector, cúmque sedisset ante ædem maioris Synagogæ, & lachrymãs lachrymis oppleuisset *b* Cokyrã, eámque obediisset, dira pestis lues irruit in domum principis exulum, vnáque nocte cunctos extinxit, excepto solo Mar Zutra, qui in matris suæ vtero creuit.

Perek sectio Thalmud. q. d habere cõcionem.

a Extrema.

b Mensura genus.

Tum nocte illa in somnis Doctor ac magister Hanina, sibi visus est ingredi in hortum cedris consitum, atque arrepta securi excidisse cunctas cedros, quæ illic essent. Vnam autem pusillam crescere cernebat subter terram, ne eam securis excinderet. Mox aduenire virum ruffum senem, qui se Dauidem Regem Israël, ac illum hortum suũ esse diceret, deinde quid igitur, inquit, tibi cum ipsis cedris, quod eas amputaueris? quo dicto percussit eum & faciem eius retrorsum (præ ictus vehementiã) vertit. Excitatus autem faciem suam retrorsum versam inuenit interrogauitque doctores nostros qui occurrerunt, essétne exortus aliquis de domo Dauid? Respondentibus illis, neminem ex illa familia natum, nisi quod filia tua (inquiũt) grauida est, abiens obsedit portam ipsius, siue plueret, siue æstus esset, donec illa pareret. Quando verò illa peperit, eius facies in locum pristinũ restituta est, suscepítque puellam apud se, nominauit & virum summum reddidit.

c vulgener domus Dauid. Interea erat quidam *c* doctor recens coniugatus Pahrá nomine in familia dauidica. Is cernens extinctam familiam Dauidicam, obtulit pecuniam & munera regi, & principatum inter exules cõsecutus est. At vbi doctor Zutra attigisset decimũ quintum annum, tam ipse quàm Academiæ rector conuenerunt Regẽ, ab eóque obtinuerunt vt Zutra princeps esset exulum, & magister Pahrá eo magistratu cederet. Porrò in nares istius Pahrá, qui per corruptelam principatum fuerat adeptus, inuolauit musca: illéque tandiu sternutauit, donec interiret. Ob eámque causam Dauidici æchmalotarchæ cælant muscam in suis signatoriis annulis.

Doctor ergo Zutra Æchmalotarcha, siue princeps exulum fuit viginti annos, quo tempore habuit pro doctoribus magistrũ Hanina, magistrum Samá, & magistrum Isaac.

Rabba Mar. Diebus illius interemptus est doctor ille magister Isaac Academiæ rector. Eodem tẽpore prodiit Rabba Mar magnus (principis autem nostri recordatio sit in vitam æternam) eíque apparuit columna ignea, ac cum eo exierunt quadringenti viri, qui bellum gererent aduersus Persas & possedit Regnum.

Exegit ille quidẽ tributa septem annis, sed ad extremum septennij peccãrunt isti nebulones, qui cum ipso erant. Reperit enim eos bibentes vinum diis peregrinis libatum, & scortantes in curia Regũ Persię. Quocirca disparuit columna illa ignea, quæ multa & frequens erat coram ipso anteà, & vinxerunt eum Persæ atque interfecerunt. Suspenderunt etiam principem exulum doctorem Zutra & Academiæ rectorem super pontem illius prouinciæ, iussúque regis oppidũ exulum principis diripuerunt.

Zutra posterior. Itaque die illo interfectus est doctor Zutra exulum princeps (cuius principis nostri memoria in benedictionem esto.) Natus autem ei est filius, quem consimiliter Zutra appellârunt de patris nomine. At qui erant de domo Dauid fugerunt. Triginta annis non potuit doctor Hahonaï *a* apparere in publico. Doctor Rab Giza patruus eorum, qui erant de domo doctoris illius magistri Nehilaï: discessit commoratúsque est in Nearsebá (siue ad fluuium Tsebá.)

a revelare faciem suam.

Doctor Zutra superioris doctoris Zutra filius, exulum princeps ascendit in terram Israël, & constituerunt illum qui illic erãt Iudæi *b* archididascalum.

b Caput seebenis Thalmud. sue primum pem cocionatoris.

Anno verò quadringẽtesimo quinquagesimo secundo à templi euersione, id est, anno quater millesimo ducẽtesimo octogesimo ab orbe condito ascendit in terrã Israël, factúsque est fori, siue senatus princeps.

Et post eum magister Guria, cui successit filius ipsius doctor zutra, ac per ordinem

magister

magister Iacob eius filius & post eum magister Migas filius eius, & rursum magister Nehemias filius istius, denique magister noster Abdim Nehemiæ huius filius: Quę octoginta septem sunt ætates, octoginta septem nominibus his in vniuersum notatæ.

c Videtur esse superior Abdim. Ac postea magister *c* Abaï genuit magistros nostros Iaacob Phineen & Azariam, Phinees autem magistrum Hatsub. Sic existunt octoginta nouem ætates.

Finis breuioris Hebræorum Chronici.

ANNOTATIONES interpretis in aliquot loca superioris Chronici.

1 *Phares viuebat annum nonum, cùm genuit Exron, pag. 10. fa. 2.* Putarem esse mendum ac legendum תשע עשרה decimum nouum, ni summa horum omnium numerorũ hoc postularet. Est enim valde mirũ aliquem procreare anno ætatis nono, cùm ætas ad procreãdũ idonea incipiat ab adolescẽtia. i. paulò antè annum decimum quartum, ex Aug lib. 16. de Ciuitate Dei cap. vlt. & in Psal. 104. Quin & lib. 15. eius operis cap. 12. & 15. Nemo, inquit, decem annorũ potest gignere filios, quia nondum matura pubertas. Physici prætereà & Medici ad id requirunt decimum tertium annum & vnum diem, ac aiunt generationi tum homines esse idoneos, cum pubes viris in mento nascitur: fœminis in muliebribus. Vnde in his nubilis ętas est annorum duodecim, in illis quatuordecim. Regula igitur interdum fallit, quod aliis exemplis demonstrari potest. Salomon vndecim annos natus genuit Roboam. Nam Roboam annum quadragesimũ vitæ agens patri Salomoni successit 3. Regum 14. Salomon autem dum vitam & regnum deseruit erat annorũ dũtaxat duorum & quinquaginta, cum anno ætatis duodecimo regnum susceperit. 3. Reg. 2. & quadraginta annis solũ tenuerit 3. Reg. 11. Achaz decennis procreauit Ezechiam. Anno enim vigesimo ætatis regnum est consecutus, illúdque administrauit 16. annis 4. Reg 16. Sic obiit anno vitæ 36. Iam Ezechias eodem regum loco patri successit, natus annos vigintiquinque. Denique D. Hieronymus ad Vitalem præmissa obtestatione, commemorat mulierculã alioqui prouectam factam fuisse à puero decenni grauidam.

[Hoc nostro item sæculo apud lectoratenses Nouempopulaniæ, fuit puer. 10. annorum, & puella. 9. qui ambo inter lusus pueriles, tanta fœcunditate simul cum malitia, ætatem suppleuerunt: vt illa anno 10. mater, & anno 21. auia extiterit, ex filia quę facilè matrẽ sit imitata. Est etiam nũc illa familia in honore. Neque enim absque ritu nuptiarum hæc contigerunt.]

2 *Quo tempore cessauit prophetia p. 13. fa. 2.* Malachiam nouissimum esse prophetarum constanter asseuerant Hebræi. Quo autem sensu (Nam nonnullos post illius sæculum prophetico munere cumulatos non difficile est ostendere) audi ex Iosephi libro contra Appionem pagina. 919. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μεχρὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα· πίστεως δὲ θ' ὁμοίας τοῖς πρὸ ἐαυτῶν, οὐ διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὸν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. Ab Artaxerse vsque ad nostra tempora scripta quidem sunt singula, verum tamen non merentur tantam fidem, ac superiora, quòd successio prophetarum non extiterit deinceps certa & accurata.

3 *Agebatur annus 180. Roman. pag. 14. fac. 2.* Non ab vrbe condita. Nã lapsus erat iam sub Augusto annus vrbis septingẽtesimus quinquagesimus, vt apparet è Liuio & Floro, & proinde plusquam octingentesimus, dũ templum à Tito & Romanis dirutum est. Sed ab vrbis populique Rom. monarchia & iusto imperio, quod Hebræi auspicantur ex eo tempore, quo Romani primum transierunt in Asiã contra Antiochum magnum. Tum enim nominis & imperij eorum potentia atque celebritas Orientalibus cœpit innotescere. Lege. 1. Mach. 8. Hinc illud Iosephi Gorionis filij libro. 3. Historiæ Hebraicæ c. 15.

ויהי בימים ההם החל תחת יהודה
מלכות רביעית על מלכות שלישי
הוא מלכות רומיי אשר נתעורר
על מלכות יון ויגדל שם רומיי על
כל מלכויות היא חיה רביעית אשר
חזה דאניל איש חמודות אשר
אבלה ומרקה ושארה ברגלה רפסה

Diebus illis cæpit sub Iuda Machabæo monarchia quarta post tertiam, id est, imperium Romanorum, quod excitatum est

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra imperium Græcorum, Magnificatum autem est nomen Romanorum super vniuersa regna, nempe erat bestia quarta, quam conspexit Daniël vir desideriorum, quæ deuorabat & comminuebat, & cætera pedibus proculcabat.

4 *Principis exulum. pag.* 44. Iudæi à Zorobabele diligenter notant perpetuã successionem eorum, qui è familia Dauidica primatum & quasi imperium tenuerunt in Iudæos: in Babylonica transmigratione permanentes, qui in patrias sedes reuerti nunquam voluerunt: siue liberorum, siue possessionum siue alia causa, quòd putent se sic seruare familiam Dauidis, ex qua tandem exoriri possit, iuxta promissiones, Christus. Id obseruauit noster Origenes initio libri quarti περὶ ἀρχῶν. Vbi enim docuit defecisse princeps ex Iuda iuxta patriarchæ Iacob oraculum Genes. 49. & Oseæ, cap. 3. His ergo testimoniis, inquit, vtimur aduersus eos, qui videntur asserere, quòd de Iuda dicta sint & dicunt permanere adhuc principem ex genere Iudæ, istum videlicet qui est gentis eorum princeps, quem nominant Patriarcham, nec deficere posse de semine eius, qui permaneat vsque ad aduentum eius, quẽ sibiipsi describunt. Id etiam notari potest sæpiusculè apud Iosephum, seorsum dum scribit Hyrcano Regi fugato, hanc dignitatem à Babyloniis Iudæis vltro delatam, quam alioqui à Regibus illorum locorum semper redimebant: & magno precio conser-

uabant, vt de sua gente & Dauidis familia suos haberent magistratus, & extra suam remp. ih sua republica viderentur viuere. Qui hac dignitate potiebatur, ab eis nominabatur Res Galuta, princeps exulum, Æchmalotarcha, & iuxta Originem Patriarcha.

5 *Neardea. pag.* 43. Vrbs ad Euphratis ripam ab exulibus condita Ios. lib. 18. antiq. cap. 12. Eius crebra mentio in Talmud, quòd esset præcipuum Iudæorum gymnasium, ex quo innumerabiles Rabbini prodierunt, seorsum ij qui condiderunt Talmud Babylonicum. Est enim aliud, quod Hierosolymitanum appellatur, minoris authoritatis sicut & molis. *Dan.7.*

6 *Rab. Mar. pag.* 43. In his dignitatum vocabulis est aliqua distinctio. Rab tribuitur sapientibus & doctoribus Babyloniæ. Rabbi terræ Israël. Rabban vel Rabbana sapientibus domus Dauid. Mar siue Mor sapientibus Babiloniæ, qui simul essent exulum principes siue Æchmalotarchæ, siue patriarchæ. Rabbi enim maior quam Rab, Rabban maior quam Rabbi, qũi simplici nomine appellatur, vel Mar maior quã Rabban. Lege Eliam in Thisbi.

[*Pag.* 43. *Vbi ait mundum fuisse sine rege.* 416. *à templi excidio, referri debet ad Turcarum inuasionem ex suo Calculo, cũ supra dixerit pag.* 43. *col.* 1. *actum fuisse annum* 180. *Rom. ex quo regnauerant stante templo, quæ conficiunt* 600. *annos, ex Apocalypsi designatos.*]

HISTORICA CABBALA

SAPIENTIS ILLIVS, RECTORVM ornamenti, Rabbi Abraham Leuitæ Danidis filij.

Eodem interprete.

HVNC librum scripsimus ad declarandum vniuersa verba doctorum nostrorum, quos fœlix faustúmque sit nominâsse, tam eorum qui auctores fuerunt a Misna quàm Talmud à sapientissimis maioribus nostris fuisse tradita, & sapientum atque iustorum vnum ab ore sapientis & iusti alterius suam doctrinam per ordinem accepisse. Verbi gratiâ, Gymnasiarcham & collegium eius ab ore gymnasiarchæ & collegij ipsius, sapientes Talmudicos à viris synagogæ magnæ qui sua acceperant à prophetis, quorum omnium recordatio fausta perennisque esto. Quanto igitur minus sapientes doctoréſve Misna aliquid protulerunt è suo cerebro, præter ordinationes, quas consensu omnium ordinarunt, vt septẽ legi conficerent? Quod si deridet te aliquis, qui nonnihil olet ex hæresi, ac dicit, se relinqui incertum & dubium ex verbis ipsorum, propterea quod in quamplurimis locis dissentiant, heus tu contunde dentes eius atque eum ostende prævaricari aduersum decreta Senatus, doctoréſque nostros nũquam inter se dissentire *b* de principio vel summa præcepti, sed eius duntaxat consecutionibus, quòd audierint quidem principium, summámque ipsius à doctoribus suis, sed non interrogauerint illos de consequentiis, propterea quod nil inseruiebant ipsorum necessitati. Exempli causa, non disputant, sit accendenda lucerna sabbato, nécne. De quo igitur disputant? Quo humore vel oleo sit accendenda, quo non sit. Consimiliter nõ disceptant, an oporteat recitare lectionem Audi Israël, &c. vesperi & manè, nécne, sed quando: quóve tempore vespertinæ, quando, quóve tempore matutinæ precis, illa recitanda commemorandáque sit, vt præcepto satisfiat. Atque ita de cæteris ipsorum verbis atque sententiis.

a Cótextus Talmud.

He sunt traditiones senatorum. Matt. 15. &c.

b Deradice.

Deut. 6.

Ait Abraham Leuita Dauidis filius hũc librum Cabbalæ.

Ab Adam vsque ad Diluuium mille sexcenti quinquaginta sex anni.

A Diluuio vsque ad Abrahamum ducenti nonaginta duo.

Ab ortu Abrahami donec primũ egrederetur Charris quinquaginta duo anni. *Gen.15.*

Ab exitu eius de Charris donec staret inter victimarum dissecationes octodecim anni. Cùm Charras rediisset illicque mansisset quinque annis, & remigrasset in terram Chanaan, natus erat 75. annos.

Hinc donec nasceretur Isaac viginti quinque anni. Postea donec nasceretur Iacob sexaginta, deinde donec descenderet Iacob in Ægyptum centum triginta, rursum donec Iacob moreretur septemdecim.

Deinceps quoúsque discederet ex hac vita Ioseph quinquaginta tres anni.

Ab obitu Ioseph, donec prodirent in Ægypto pseudoprophetæ è filiis Ephraim & Galaad, seducerẽntque Israëlitas, & interficerentur, anni centum & decem.

Ab hinc vsque ad exitum de Ægypti terra, triginta anni.

Egressi sunt ex Ægypto mense Martio, anno mundi bis millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo, ante ædis primæ substructionẽ quadringentis octoginta annis Substructa est ædes illa, anno mundi bis millesimo nongentesimo vigesimo nono, ante excidium suũ annis quadringentis triginta tribus. *3.Reg.6.*

Sed tamen quadringentos duntaxat & decem annos ipsi attribuunt, quoniam à

Universidad de Deusto
Biblioteca

principio tranſmigrationis Ioachim regnum nullum fuiſſe putatur.

Quod particulatim ſic demonſtro.

In deſerto quadraginta annis.

Ioſuæ annis viginti octo.

Seniores, qui poſt Ioſuæ aliquandiu ſuperſtites fuerunt, annis 17.

Othoniel quadraginta.

Ehud octoginta, in quorum extremo Sangar anno vno.

Debora & Barac quadraginta.

Gedeon quadraginta.

Abimélech tribus.

Thola viginti tribus.

Iaïr viginti duobus.

Iepte ſex.

Abeſan ſeptem.

Elam decem.

Abdon octo.

Samſom viginti.

Heli quadraginta.

Samuël vndecim.

Saul duobus

Dauid 40. totidem Salomon, at eius tertio ædes cæpta eſt ædificari.

Roboam ſeptemdecim.

Abia tribus.

Aſa quadraginta vno.

Ioſaphat viginti quinque.

Ioram octo.

Ochozias anno vno.

Athalia ſex.

Ioas quadraginta.

Amazias viginti nouem.

Ozias quinquaginta duobus.

Ioathan ſedecim.

Achaz ſedecim.

Ezechias viginti nouem.

Manaſſes quinquaginta quinque.

Amon duobus.

Ioſias triginta vno.

Ioachaz tribus menſibus.

Ioachim vndecim annis.

Iechonias tribus menſibus.

Sedechias vndecim annis.

Sic exiſtit ſumma quadringentorũ triginta trium annorum, à fine anni tertij Salomonis vſque ad templi excidium.

Poſt tranſmigrationem Babylonis, hæc principum, qui alij alios ordine perpetuo genuerent, fuit ſeries.

Iechonias, Salathiel filius eius, Zorobabel, Meſullam, Hananias, Barachias, Haſadias, Eſaias, Abdias, Sechanias, Samaïas, Naadaïas, Ezechias. Aiunt autem huius Ezechiæ fratrem fuiſſe Hillelem.

Vniuerſi autem hi Iſraëlitarũ principes extiterunt Babylone. Sed aſcendit Hillel Babylone, fuitque in terra Iſraëlis princeps centum annis ante templi ſecundi excidium.

Deinde magiſter noſter Simeon filius eius, & per ordinem filiorum patribus ſuccedentium magiſter noſter Gamaliel ſenior filius eius, Magiſter noſter Simeon Fi. e Magiſter noſter Gamaliel F e. Magiſter noſter Sanctus F. e. Magiſter noſter Gamaliel F. e. Magiſter noſter Iuda princeps filius eius.

Moſes ergò doctor noſter, qui in pace cõquieſcit accepit legẽ à Deo Opt. Max. in monte Sinaï. Decalogum quidẽ Siuan ſiue Maïo menſe anno bis milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo nono, cætera autem præcepta illis quadraginta diebus quibus permanſit in monte ad vſque decimum ſeptimum menſis Tammuz 1. Iunij, quo deſcendit, fregitque tabulas, itémque reliquis anni primi exitus ab Ægypto, & anni ſecundi ad nonum vſque menſis Ab, qui Iulio reſpondet: quo die reuerſi ſunt exploratores à terra explorãda, & in maiores noſtros, cum nollent aſcendere, decretum eſt, ne in ipſam ingrederentur.

Moſes.

Hinc deinceps nullum prorſus præceptum illis imperatũ eſt. Exceſſit verò Moſes legiſlator noſter, qui pace perfruitur, die Sabbatino, tempore pomeridiani ſacrificij ſeptimo die menſis Adar, ſiue Februarij, anno mundi. 2489.

Ioſuæ filius Num, ſuper quem pax, ab ipſo habuit legẽ vtramq; id eſt, ſcriptam & ore acceptam. Nam certè Moſes legiſlator noſter præſidens diſceptabat omnes Iſraëlitarum cõtrouerſias à manè ad veſperam. Quòd ſi dicas hoc eſſe intelligendum de lege ſcripta, hoc fieri non poteſt. Nam illa non complectitur vnũ è mille caſibus, qui quotidie exoriuntur.

Ioſue.

Probat legẽ aliquid eſſe non ſcriptam audiendum.

Poſtea autem eis præpoſuit tribunos, cẽturiones, quinquagenarios, decuriones, apũdq; illos hæc habuit verba, Negotia fratrum veſtrorum & quod iuſtum eſt Iudicare. De ſeipſo verò, Præcepitque vobis tempore illo, quid facere deberetis, &c. Quod quidem præceptum non eſt aliud, niſi lex ore tradita, καὶ ἄγραφος.

Probat in iudicijs ſtandum eſſe traditioni Deut. 17. Vers. 16. Ibid. 28.

Præterea de negotio immolationis & legibus ſiue ritibus eius ſcriptum eſt. Quẽadmodum præcepi tibi, ſacrificabis & cõmedes. Quibus aperte docet Moſes ſibi fuiſſe præſcripta mandata de immolandis victimis, quæ in lege exarata non ſint.

Idem probatur in ceremonialibus.

Atqui

Atqui impoſſibile eſt, quin ea ſucceſſori Ioſuæ declarauerit.

Ioſuæ autem illa tradidit ſenioribus, & diſceſſit ex hac vita in ſempiternam anno mundi. 2517.

Seniores qui ætatem produxerunt poſt Ioſuæ, ea deinde tradiderunt prophetis. Propheræ autem ſibi mutuo, alter alteri ſecundum ſeculorum & ætatum ordinem, vſq; ad Haggæũ, Zachariã & Malachiam.

Deut. 12. Prima ætas hominũ Synagogæ magnæ. Ezra 2.

Rurſum prophetæ ea tradiderunt viris Synagogæ magnæ, nempe Zorobabeli filio Salathielis Iechoniæ filij, hiſque qui cum ipſo rediẽrunt ab exilio Babylonico, Ieſu, Nehemiæ, Seraiæ, Raaliæ, Mardochæo, Balſani, Maſpari, Bagoæ, Rahum, Baanæ. Hi quippè ſunt principes Synagogæ magnæ.

Inalio exemplari 2929.

Ædificata eſt ædes prima anno mundi. 2909. ſtetit 427. deinde diruta eſt, poſt obſidionem bellũmque ſeptennale. Manſit in illis ruinis annos ſeptuaginta.

Tandiu in ruinis ſuis manſiſſe primam ædem ſic oſtenditur. Anno quadrageſimo nono excidij ipſius, qui erat primus Cyri Regis Perſarum, cæperunt eius fundamenta iacere. Cæterum quoniam aduerſum ædificatores, Rahum conſiliarius & Simſai ſcriba dederunt literas ad Cyrũ Regem Perſarum, reſpondẽſque Cyrus ſic reſcripſit, Nunc decernite vt deſiſtant viri illi, ſed nec ciuitas illa ædificetur donec à me decretum ſtatuatur: totum negotium intermiſſum eſt vſq; ad ſecundum Darij Regis annum. Atque ita opus ante ſecundum Darij Regis annum minimè eſt repetitum.

Ezræ 4. In Ezra eſt Artaxerſes quẽ puto eſſe Aſſuerũ ea Alibea Ezra, non Cyrũ. Nã Cyrus fauit perpetuo Iudæis ex Eſa. 44. & ſeq. Daniele & Ezra. a Firmic.

Adeſdum autem & conſidera, quàm a fideles ſint conſolationes domini Dei noſtri. Nam iuxta exilij modum, extitit & redemptio ipſorum.

Ab initio exilij vſque ad excidium tẽpli & regni finẽ viginti & vnus anni. (Sic) ab eo tẽpore, quo cæpit redintegrare tẽplum vſque ad eius abſolutionem anni vnus & viginti. Si quidem anno, qui partim fuit tertius Ioachim, partim quartus, regnare cæpit Nabugdonozor, cóque aſcendit Hieroſolymam. Dominus ergo tradidit in manum eius Ioachim Regem Iuda, Danielem, Hananiam, Miſaëlem, Azariã anno illo tertio Ioachim, id eſt, primo Nabugdonozoris.

Dan. 1.

Sub extremum deinde ſeptennij mortuus eſt Ioachim & regnũ ſuſcepit Iechonias. Aſcendens autẽ Nabugdonozor in captiuitatẽ abduxit Iechoniam, itémque decem exulum millia, præter ſeptena millia hominũ, laude bellica inſignium, id eſt ſeptemdecim millia. In libro quidẽ Hieremiæ commemorantur duntaxat tria millia & viginti tres, verum id fit, quia principes ſtirpiũ nominare tantùm voluit Hieremias. Sed nec meminit aſcenſus Nabugdonozoris in Ioachim patrem Iechoniæ, cùm in captiuitatem tranſtulit Danielem.

Hier. 52.

2. Tranſmigratio.

Præterea aſcendit Nabugdonozor ſexto regni Sedechiæ, id eſt, regni ſui decimo octauo, & in exilium traxit octingentos viginti duo. Rurſum regni ſui vigeſimo tertio captiuum fecit Sedechiam & euertit ædem ſacram. Sic propter annos dimidiatos qui interfluxerũt, reperimus inter trãſmigrationem Danielis & Sedechiæ, vnum & viginti annos integros.

3. Tranſmigratio.

Cæterùm ſtetit adhuc Nabugdonozor in regno ſuo duobus & viginti annis. Quinquaginta enim & quinque annis rerũ potitus interiit. Succeſſit Euilmerodac filius ipſius tribus & viginti, ac regni primo euexit ad honores Iechoniã Regem Iuda. Poſt eum mortuum regnauit Baltazar, & anno regni tertio à principibus ſuis vinctus interfectúſque eſt in domo conuiuij, quod ipſe inſtruxerat. Atque illud eſt, quod prædixerat Eſaïas. Pone menſã, cõtemplare in ſpecula, comede & bibe, ſurgite principes, arripite clypeum. Impletúmque Nabugdonozori illud prophetæ. Et ſeruient ei vniuerſæ gentes, & filio eius & filio filij eius.

Eſa. 21.

Hier. 27.

Sic 45. anni Nabugdonozoris, 22. Euilmerodac, tres Baltazaris reddunt ſeptuaginta annos imperij Babylonici.

Poſtquàm interemptus eſt Baltazar, Chaldæorum imperio præpoſitus eſt Darius filius Aſſueri de ſemine Medorum, illúdque adminiſtrauit annum vnum, & mortuus eſt.

Illud deinde tenuit Cyrus tribus annis, cuius ſpiritum regni primo excitauit Dominus vt conſtrueret ſanctuarium, etiam ſi poſteà à cepto deſtitit. Vbi tres annos expleuiſſet, interfectus eſt à Regina Scytharum, quod & ipſe duos eius filios interemiſſet, qui magni erant reges.

Poſt eum imperauit Aſſuerus annis ſedecim, poſt quem mortuum imperium obtinuit eius filius, quem genuerat Eſter, nempe Darius, qui & Artaxerſes. Huius anno ſecundo extructa eſt ædes Domini.

Darius iſte agebat annũ vitæ ſeptimum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm regnare cepit, imperauitque triginta duobus annis. Nam ascendens aduersus eum Alexander Macedo percussit & trucidauit eum anno structuræ templi tricesimo. Tum accisum est Imperium Persarum & initium habuit Imperium Græcorum.

2. Ætas. Ætas secunda hominum Synagogæ magnæ incipit à Simeone Iusto, qui nominatur Iaddus, filio Iosuæ filij Iosedech sacerdote magno, cuius temporibus deletum est Imperium Persarum ab Alexandro Græcorum Rege, qui post deletum Persarum imperium venit Hierosolymã, eámque optauit euertere & denuo eius ciues in exilium exigere anno quadragesimo structi templi. Sed ad eum Simeon Iustus exiit, quem conspectum Alexander Rex plurimi fecit, & in magno honore habuit, acquieuitque ipsius petitioni. Petebat autem Simeon Iustus, ne templum dirueret, nève vrbẽ suis orbaret ciuibus. Cùm sic fieri imperâsset Rex, admiratio subiit ipsos principes & purpuratos, qui eum sciebãt dixisse se eam euersurum, nunquam autem reuocâsse verbum semel dictum. Sed respondens Alexander, similitudo, inquit, personæ huius ante me in bellis vincit.

Pactúsq; est Rex cũ Simeone Iusto vt omnes, qui illo anno nascerentur sacerdotibus, vocarentur Alexandri de nomine suo, vtque numerum contractuum suorum ab ipso inchoarent. Erat autem annus egressionis ex Ægypto millesimus, mundi ter millesimus quadringentesimus quinquagesimus.

Eo tẽpore obiit Ezras scriba, Haggæus, Zacharias & Malachias, estque sublatum prophetiæ munus ex Israële.

Ex Sereorum familia. Effectum est autẽ illud miraculũ insigne opera Simeonis Iusti, quale non contigit Anani, nec Carcasneo hæreticorũ principib⁹ Seteis. Tũ Alexãder in terra Israël reperit Cuthæos multos, qui extiterãt à diebus Senacherib, quorũ principes erãt Sanballat Horonites & nonnulli Israëlitæ. Et certé ex filiis Iosuæ filij Iosadac sacerdotis magni, quidã cõnubia contraxerãt cũ illis, quos proinde eiecerant è domo Dñi Ezras sacerdos & Nehemias tarsata.

Dum ergo venit Alexander in terrã Israël, ad ipsius auditionem accessit Sanballat Horonites & cæteri Cuthæorum siue Samaritanorum principes, eúmque rogãrunt vt sacerdotibus generis & affinibus suis, liceret ædificare ædẽ alteram sacram in monte Garizim, itémque omnibus, qui duxerant vxores alienigenas, nec eas volebant dimittere. Cui petitioni cùm rex assensisset, ædificarunt ædem.

Tunc populus Israël in duas partes sectus est, vna secuta est Simeonem Iustum & Antigonum discipulum ipsius, cætúmque eius, idque iuxta illud, quòd traditione acceperant ab Ezra, altera Sanballat & generos ipsius. Itaque obtulerũt holocausta & sacrificia extra ædem Domini, decreta constituerunt & iudicia, prout cor eorum dictitabat. In hoc fano sacerdotis munere fugebatur Manasses Iosuæ filij Iosadac filius. Primarius erat Sadoc cũ collega Baietos. Hoc fuit initium hæresis. Nã Sadoc & Baietos sese diuiserũt à magistro suo Antigono, & defecerunt ad fanũ montis Garizim, illícque fuerunt primarij. Stetit autem fanum istud Cuthæorum hæreticorum circiter ducentos annos.

Hic obseruandum Hebraïce Antigonus Legis, pro Antigonis.

Anno enim ducentesimo duodecimo ab ædificatione tẽpli secundi, qui est mundi ter millesimus sexcentesimus octogesimus primus, rebellauit Mattathias Ioannis filius summus sacerdos, qui cognominatus est Hasmonæus, in Antiochum Regem Græcorum, stánsque in acie cum filiis suis, ducem qui ipsi erat secundus & dominatum exercebat in Hierusalem obtrũcauit & exercitu ipsius, regnauítque annum vnum.

Post eum mortuũ Iudas filius ipsius, vir potens, natu maximus regnũ administrauit sex annos.

Post eum mortuum Ionathan frater ipsius, qui etiam erat filius Hasmonæi, regnauit alios sex annos, sicque fato concessit.

Eius locũ consecut⁹ Simeõ frater, mortuus est anno regni decimo octauo.

Deinde Iohannes filius Simeonis filij Hasmonæi, qui cognominatus est Hyrcanus primus, regnum obtinuit. Is ascẽdens in Samariam, euertit Fanum à Cuthæis ædificatum: in monte Garizim, necauit hæreticos qui offerebant holocausta & sacrificia extra ædem Domini & constituerant decreta & leges siue iura ex animi sui libidine.

Reuersus in pace victor epulum sapientibus instruit. Ibi eorum vnus senex, animo hilaris sufficit, inquit, tibi corona regia, relinque coronam pontificiam semini ipsius Aaron, Mater quippè tua captiua fuit, capta in monte Modith. Patrem enim tuum Simeonẽ adegerunt exteri, ad illas angustias in illo monte, vt fugeret: &

caperentur

caperentur vxores ipsius. Sícq; postea illi sunt redditæ. His auditis cõuiuæ inter se mussitárũt, quasi rex esset suspectę originis. Contra rex audita acerbissimè ferẽs valdè indignatus est. Itaque postquam administrâsset supremum sacerdotium quadraginta annis, factus est Sadducęus.

Eíque mortuo successit in regno Alexander filius, qui vocatus est Iannes. Is quoque odio insectatus est Sapientes & eos magna cæde affecit. Ab vno Simeone Satæ filio abstinuit, quòd esset frater vxoris suæ.

Fugit autẽ Iosuæ Peraïæ filius, superioris Simeonis Satæ socius, Alexandriam Ægypti, donec Simeon Satæ filius ei supplicatione reditum à Rege impetrasset.

Simeon ergo iustus tradidit Cabbalam Antigno discipulo suo. Iose autem filius Iozaris & Iose filius Iohannis eam acceperunt ab Antigno Socheo. Ab his deinde Iuda filius Tabæi & Nathæus Arbelites. Ab istis consequenter Iosuæ Peraïæ filius, & Simeon Satę filius.

Error Iudæorũ de Christi tẽpore. Historiæ scriptores in Israële, aiunt Iosuam Peraïæ filium, magistrum fuisse Iesu Nazareni. Quod si res ità habet, viguit ille profecto temporibus Iannis Regis. Historiographi autem exterarum gentium, ipsum affirmant natum diebus Herodis, Archelaï autẽ tẽpore cruci suspensum. Quæ contentio est maxima, quoniam discrimẽ est inter ipsos plus quã centum & decem annorum. Probabile autem extitisse diebus Hillelis & Sammei & Iosuæ Peraïæ filij sapientis, qui cõsimiliter profectus est Alexandriã Ægypti, in suo comitatu habens Iesum.

Moses. Hic valde aduersantur historici exterarum nationum, quoniam certè verba sua plurimis conclusionibus definientes, nempè anno trecentesimo duodecimo iuxta numerum contractuum eum natũ dicunt, deinde anno 33. cruci suspensum. Fuisse autem natiuitatem eius anno trigesimo octauo imperatoris Augusti Romanorum principis, diebus Herodis, crucifixionem verò diebus Archelaï istius filij. fortassis autem vsque eò pugnaciter contendunt, quòd dicant tẽplum & regnum Israël, post crucifixionem ipsius non nisi paulisper stetisse.

At penes nos verissima est traditio & historia, è Misna atque Thalmud: quorũ auctores nihil de rebus immutarunt. Siquidem R. Iosuæ Peraïæ filius fugit in Ægyptũ his Alexandri Iannæ diebus, cúmque eo Iesus Nazarẽnus. Cõsimiliter apud nos vera est traditio, quòd anno quinquagesimo primo regni Machabæorũ, & ducentesimo nonagesimo nono structi templi comprehensus est, idque ætatis suę anno trigesimo sexto, qui tertius erat regni Aristobuli Iannæ filij.

Semias & Abtalion ab illis consequenter per manus, disciplinam non scriptam acceperunt. Erant autem proselyti iustissimi. Ab is rursum Hillel & Samai, quorum Hillel ascendit è Babylone in terram sanctam anno vitæ quadragesimo, ac ibi docuit aliis annis quadraginta. vixit quippe centum viginti annos, ac erat de domo & gentilitate Dauid. è regio semine. Habuit octoginta discipulos, quorũ maximus extitit Ionathan Vzielis filius, minimus magister noster Iohanan Zachęi filius.

Iosephus, a Legitimè possit R. Iohanan ben Zachai de quo proximè ante. Aut alius scriptis Hebræorũ istud dicitur de Iosepho ben Gorion, vel ben Mattathia.

Is ergò Iohanan Zachæi filius Cabbalam accepit ab Hillele & Samai. Tempore ipsius Vespasianus ascendit contra Hierosolymam, & Hierosolymæ Abba sicarius dux erat latronum, qui filius erat fororis magistri a Iosephi historiarum scriptoris. Is clàm accessit ad Vespasianum Imp. rogans, vt ad se asciscer et R. Iosephum historiographum. Quo obtento affuit Iosephus, quem, vbi eius egregiam sapientiam cognouisset Imperator, multo honore affecit, euexítque.

Tunc Vespasianus præfect⁹ erat, aduersum Hierosolymam. At mortuo Nerone Cæsare Romano Imp à senatu Decretum, vt imperium susciperet. Profectus itaque Romam reliquit Titum filium aduersus Hierusalem, ac præcepit vt honore multo afficeret R. Iosephum historiographum.

Sic destructum est templum sacrum, ab orbe cõdito anno ter millesimo octingentesimo vigesimo nono. Occisus R. Ismaël Elisæi filius, itémque R. Simeon filius Gamalielis senioris. 3829.

Illis diebus stetit quidam Cozba nomine, qui contendebat se esse Christum Dauidis filium. Is misit manum in Domitianum Rom. Imperatorem, interfecto eius præfecto, qui prouinciam Iudæam administrabat. Cum Domitianus Imp. adhuc esset puer, non roboratus est ante eum. Itaque regnauit Cozba iste in Bither annis quinquaginta duobus post excidium templi atque in suo regno mortuus est, successorem relinquens filium Ruffum nomine, qui similiter mortuus est relicto regni hærede filio suo Romulo. Collecti autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romulus iudetur esse qui nostri Barcozbam vocarit.

sunt ad Cozbam & filios eius multi Israëlitarum populi, qui in captiuitate versabãtur, è cunctis suis regionibus & locis

Huius Romuli, qui filius erat Russi Cozbæ filij, tempore firmauit se Adrianus, ascendénsque in terram Israël, cepit Bither nono Iulij, anno septuagesimo tertio post templi euersionem, interfecit Romulum, percussit Israëlem insigni clade, cuiusmodi non fuerat audita neque diebus Nabuzardan, neque Titi.

Ptolomæus.

Illa tempestate vigebat Ptolomæus & scribebat librum Almagesti.

Anno ter millesimo nongentesimo quadragesimo nono id est, quingẽtesimo numeri contractuum & centesimo vigesimo excidij templi editus est Misna siue contextus Thalmudicus.

Galenus.

Imperante autẽ apud Romanos Antonino, & magistro nostro Sancto vigente, confecti sunt plurimi libri medici, quando quidem illa ætate erat Galenus. libri autem Hippocratis medici conscripti sunt temporibus Mardochæi & Ester. Nam illa ætate viuebat Hippocrates. Ac hæ quidem sunt ætates Tannaïm siue doctorum Misna, quem contextum esse Thalmudicum iam prædiximus.

Misna & Tannaim

Deinceps anno quater millesimo centesimo octogesimo septimo, qui est annus contractuum septingentesimus trigesimus octauus, obiit Rab Asé, qui à se inchoatam Ghemaræ siue decisionis Thalmudicæ conscriptionem, morte præreptus non potuit absoluere. At Mar filius eius & vtriusque socij absoluerunt ac appellárunt Thalmud Babylonicum. Sícque obsignatum conclusúmque est opus anno quater millesimo ducentesimo sexagesimo sexto à mundi proceratione, & diuulgatum per vniuersum Israëlem, ita vt illud sibi seruandum susceperint, publicè singularum ætatum sapientes docuerint, communibus animis Israëlitæ omnes approbauerint, nihil ei vel addendum, vel demendum censentes. Cæterum circiter octogintá anni fuerunt, ex quo cæptum fuerat à Rab Asé, atque compositum donec concluderetur atque obsignaretur, anno quippè septuagesimo tertio mortis eius perfectum est.

Thalmudis posterior pars.

1. Christi 605. vel 606.

Interim Israëlitę erant in Persarum potestate. Postquam enim accisum fuit eorum imperium ab Alexandro, collegerunt se tandem post mortem Antonini Imperat. Romani & steterunt pro salute sua & libertate, vt à sese iugum Romanorum depellerent. Itaque postquam mortuus est Antoninus exclamauit Magister noster Sanctus, dissolutus est fasciculus, nec dum tamen inualuerunt admodum Persæ vsque ab obitum ipsius, diebus R. Iohanan.

Tum rex quidam Vrsir nomine filius Babae, ad vniuersas Persarum prouincias scripsit: ipsis esse cognitum, quemadmodum gladius Aristotelis philosophi illo ipso adhuc die, quingentis iam annis eos deuoraret, propterea quòd Alexander discipulus ipsius fuisset. His verbis animis confirmati sunt & gesserunt bella cùm Romanis. ita tamen vt nec hi illos vincerent nec illi istos, sed imperium diuiderent. Nempe Terra Elamitarum, Emath in Syria. Sennaar siue Chaldæa, aliqua pars Græciæ, Terra Israël, ad vsque Arabiam omnino Persis paruerunt. Romanis autẽ Italia, Germania, Gallia, Hispania, reliqua Græciæ pars, Ægyptus, Palæstina siue ora Iudææ maritima. Sic ergò denuo Israëlitæ venerunt in potestatem Persarum.

Manes.

Persæ initio dilexerunt Israëlitas, tẽporibus maximè Vrsir, id est, Assueri & Saporis regis, cuius diebus prodiit in mundum Manes, qui cõtendit duos esse Deos in vniuersitate vnum viuificantem & bona efficientem, alterum morte inferentem & vniuersa mala perpetrantem, commentúsque legẽ Magis, è corde suo euasit in gentem magnam. Occidit autem eum Sapor sapientiâ sua.

Prætereà Persę habuerũt regẽ Hormiz nomine, qui moriens vxorem grauidam reliquit, ex qua qui natus est, ipso partus die rex est declaratus. Vocarunt autem eum Baaram, de nomine stellæ Martis: sub qua natus fuerat. Habuerunt rursum magnos alios reges, qui omnes dilexerunt Israëlum, donec inualuit regnum Ismaëlitarem, qui Persas è cæli concauo deleuerunt.

Mahametani. Amoraim Tannaim.

Hactenus ætates Amoraim, qui auctores fuerunt Ghemaræ siue decisionis Thalmudicæ, & Tannaim qui auctores fuerunt Misna, siue Thamudici contextus. ætates denique doctorum legis, qui viguerunt in æde sacra à diebus Zorobabelis & cæterorum, qui cum ipso ex exilio Babylonico ascenderunt, vsque ad extremum diem Rabbenæ, & Rab Simæ Rabbæ filij, quorum omnium anni sunt octingenti viginti septem.

Tertiq doctores Seboraim.

Extiterunt post illos magistri nostri Seboraim, quorum primus magister Iosé,

postremus magister Isana. Anni autẽ eorum centum octoginta septem.

Gheonim doctores quarti.

Illos subsecuti Gheonim siue Thalmudici Iuris interpretes, quorum primus magister Hanina de Nehar pacod, postremus magister Haï Gaon qui promouit legem in Israël suprà cæteros Gheonim, adeò vt ad ipsius lumen incidant, qui vacant legis studio, ab Oriente solis ad occasum vsque: Obiit autem anno millesimo trecẽtesimo quinquagesimo nono contractuum, id est, quater millesimo septingentesimo nonagesimo octauo.

An. Christi. 1121.

Hic finẽ habuerunt academiæ, & Gheonim siue interpretes Thalmud. Nã etiam extincta sunt academiarum instituta, ad quas proficiscebantur Iudæi ex Hispania, toto Occidente Africa, Ægypto, terra denique desiderij.

Sic Iudæi vocat.

Hactenus ex Cabbala Historica R. Abrahæ. Cætera enim in exemplari Hebraico Parisius impressa desiderantur, quòd Venetianum à commodante citius repetitum sit, quàm vt transcribi totum à nobis potuerit. His interim fruere. Cætera propediem accipies, quæ sunt velut Catalogus Doctorum & Rabbinorum illustrium. Nam integrum iam sumus consecuti.

ELDAD DANIVS HEBRÆVS historicus de Iudæis clausis, eorúmque in Æthiopia Imperio.

Interprete eodem.

BENEDICTVS Deus Rex Regum, qui selegit Israëlem è cunctis nationibus, ac ei dedit legem & præcepta, illum segregans è septuaginta linguis, atq; præcipiens, vt sexcenta & tredecim mãdata seruaret, & singulatim suo tẽpore firmiter custodiret. Ac sanè Israëlitæ quo tempore præstiterunt voluntatem eius, iugum cuiusquam externi non subiêre, quoúsque stetit Ieroboamus Nebati filius. Is primus peccauit & ad peccandum induxit Israëlitas, vt & cõflárint duos vitulos aureos, & distracti sint ab imperio familiæ Dauidicæ. Coactis enim decem tribubus, iussit vt insurgerent & prælio decernerẽt cũ Roboamo & Ierosolimitanis. His verò respondentibus, Cur pugnabimus aduersum fratres nostros, & aduersum filium domini nostri Dauidis Regis Israëlis & Iudæ? dixerunt Seniores, nullos illi esse in vniuersis tribubus Israëlicis, præstantiores robore tribulibus Danis. Itaque confestim filios Danis iussit ille insurgere, & dimicare cum Iuda. Hi renuunt, ac testantur caput consanguineorum, se non inituros prælium aduersum fratres suos, nec fusuros sanguinẽ eorum frustrà. Hoc affirmato extulerunt enses, lanceas, arcus, seipsósque obtulerunt, vt potius morerentur & inirent bellum cùm Ieroboamo, donec liberârit eos Deus à cæde fratrum suorum, & promulgârint præconis voce per totam tribum Daniam, Fugite, & egredimini in terram Ægypti. Deinde deliberantes de vastanda Ægypto, & interimendis cunctis habitatoribus eius, Principes his verbis dehortantur: Nónne scriptum est in lege, ne eam denuò reuisamus? quomodo igitur nos descendimus in Ægyptum? Quin & consilia agitabant de inuadendis Idumæis, Amalechitis, & Ammonitis: sed cùm intellexissent consignatũ diuinis literis, quòd Dominus etiam prohibuisset, ne Israëlitæ possiderẽt terminum illorum, immisit in eos Deus spiritum & consilium optimum, vt scilicet superarent flumen Physon, vectique camelis castra in Æthiopiam perducerent. Illam nacti sunt pinguem & commodam agris, vineis, hortis, paradisis. Sed nec prohibiti sũt à colonis, quin eam inhabitarent & fœdus cum eis pangerent. Vbi autem plurimis annis sic apud eos egissent, æthiopas tandem sibi tributarios reddiderunt: creuerunt, multiplicatíque sunt mirum in modum. Prætereà illò profectæ sunt tres tribus Israëlicæ Nephtalis, Gaddi, & Aseris, & abeũdo castra ponebant in desertis, quoúsque attigissent terminum eorum, & necâssent plurimos æthiopum, quâ patet iter quatridui ad transuersum tractum dierum totidem. Et etiamnum hodie aduersus septem imperia pugnant. hæ quidem sunt quatuor tribus, Dania, Nephtalia, Gaddæa & Aserina, quæ castra fixerunt in Hauila anteriore, vbi est aurum, in Goueis, Koueis, Asueris, in regno Pheruæorum de imperio Horinoth, atque iniecerunt manus in suorum hostium ceruices.

Vel, Orientali.

Esaiæ. 18

Anno quolibet prælio dimicãt aduersus septem hæc regna & linguas, nempe terrã Tusigá, Kamtuá, Kohá, Marhugiá, Takul, Bacmá & Kacuá, quæ sunt trans flumina Æthiopiæ, vt impleatur vaticinium pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

phetarum, Vltra flumina Æthiopiæ, &c.
H is tribubus aurum est, argentū, lapides, oues, boues, cameli, asini, magnâ admodū copiâ. Serunt, metunt, & habitant in tētoriis: proficiscētes castra metātur è termino in terminū quatuor dierū iter longè & latè, nec figūt castra nisi ybi sunt fructus, agri, & vineę. Nomē regis eorū Huziel Mathielis: nomen principis magni Nicoleus ex filiis Aaliabi. Nomen autem iudicis eorum Abdan filius Misaëlis, de tribu Aserina.

Lapidatio Exustio, strāgulatio, cades

Porrò quatuor mortis genera, quæ vsitata sunt apud Senatores Iudæos, illic suo habentur loco. Quo verò tempore quærunt proficisci in militiam clangit præco buccinâ, & exeunt omnes cum imperatore exercitus ad centum viginti millia equitum, & centena millia peditum. Eatū quatuor tribuum vna quoq; mēse exit in aciē, vbi & persistit tres totos menses: sub finē verò eorum, quicquid vexerit ex hostium spoliis, distribuit viritim cū tribu sua. Tribus Danis ex filiis Samsonis, tāquam arena maris in itinere quatuor dierum, robustos habet plurimos. Hi quo tempore pugnandum est, se in hanc sententiam mutuò cohortantur, Non honestum est fugari, pulchra est nobilitas, moriatur iuuenis & ne fugiat, roboret cor suum in Domino robore meo, spe mea, armis meis: in acumine gladij mei apud sese mirabitur spiritus meus, & ostendet gaudium meum in acie. Equus mi, quoties duxisti captiuas puellas Æthiopiæ? Proinde laudātur prælij nomine, & ita se gerunt ad finem vsque trium mensium.

His verrentibus redeunt, & deferunt omnes manubias ad regem Huzielem. Is vniuersas diuidit inter omnes Israëlitas, qui in terra ipsorum habitant, atque omnibus tribuit, qui modò sint partis Dominicæ. Similiter tribus aliis mensibus succedit tribus Nephtalia, præliúmq; gerit: tribus etiam aliis tribules Gaddæi, donec compleantur menses duodecim, & reuoluātur ad initium. Tribus Mosis legislatoris nostri iusti & serui Domini, quæ illic nominatur tribus Ianus, conuersa est ab idololatria, & insistit timori Dñi. Fluuius ingens cingit eos ambitu trium mensium, longè & latè tantundem quadratus. Ipsi habitāt in ædibus sūptuosis, ędificiis superbis & turribus, quæ & sibi ipsi construunt. Nō est apud illos quicquam impuri, non auis, non fera, non iumentum, non animal noxium, ne musca quidē, aut vulpes, pulex, crabro, anguis, scorpio, canis, aut vllum quod nocere possit, omnia illic pura, vt oues, vt boues.

Tradunt Hebræi, prolē Mosis susceptā à Madiminde, adhæsisse religioni maternæ neglecto Iudaico cultu & proinde eius inter prosapiæ nō memo-

missę scripturā tam hic in Æthiopia esse dicitur.

Oues eorum bis quotānis fœtificāt: bis ferunt & metunt. Illis horti, pomaria & omnium fructuum viridaria suppetunt, omne itē genus leguminis, pęponum, cæparum, alliorum, tritici, hordei, ac ex vno gignuntur cētum. Sunt autem illi peritissimi fidei & religionis, docti in Misnâ, in Thalmud, in Agada. Thalmud quod habent, linguâ sanctâ, puréque Hebraïcâ descriptum est: & sic ipsi legunt quemadmodum Sapientes nostri, prout acceperunt ab ore Iosuæ Nunis filij, quem docuerat Moses, quem oraculum prepotētis Dei. Ignorant Magistros & Doctores, qui sub templo secundo fuerunt, eo quòd ad ipsos non peruenerint, nec eos nouerint. Non aliâ linguam, quàm sanctam nōrunt: religiosè abstinent vino, Idolis libato, & ab eo quod grauiter cauerunt Doctores in lectionibus de iugulandis pecudibus, & de discerptis, iuxta hæc Scribarum verba, Obligat magis Moses doctor noster, quā verba scribarum. Non iurant per Deum, quandiu frauntur vsura lucis huius, quin potius excā descunt in illum qui corām iurārit, ac increpant eum in hæc verba, Paupérne es? quare indignè tractas nomen Domini ore tuo? omnia in ore tuo sunt: si buccella est, comede illam: si aqua, bibe illam: an nescis scelere iuramenti filios tuos mortuos, cùm adhuc essent parui? & ita hortantur omnes vt colant Dominum in metu & timore, in integritate cordis. Quia filij Mosis serui Domini prorogant dies, ac viuunt centum annos aut centum viginti: nec filia filiúsve moritur viuente patre, sed perueniunt ad tres, aut etiam quatuor ætates. Videt pater filios, nepotes, & sobolem arantem, metētem & semper aliquid molientem, quòd nec seruos nec ancillas habeant. Officinam quisque excolit suam, suúmque sumptum exercet. Sunt illis domus quas claudant, nec id tamen faciunt, ne noctu quidem, quoniam interse neque furē habent, neque quemquam qui mali aut damni aliquid inferat. Quin etiam puellus agit greges iter quamplurimorum dierū, nec metuit quicquā à latronibus aut malignis, aut fera bestia, aut alio incommodo, quòd cuncti sancti sint & puri. Leuitæ occupantur in lege & mandatis, & adhuc sunt in sacrificationibus Mosis legislatoris nostri, vt proinde omnia hæc illis dominus concesserit. Præterea nullos homines vident nec ab aliis videntur ipsi, sed se mutuò fruūtur quatuor hæ tribus, habitātes vltra flumina

Damnatus. Leuitæ.

Æthiopiæ, séque inuicem visunt & colloquuntur.

Bibices.

Fluuius autem sabbaticus eas circunluit, quod scribitur de illis in Esaia, Dicite vinctis egredimini. Porrò apud eas magna est auri & argenti copia. Serunt linum, educant vermes sericos, conficiunt speciosissimas vestes & tunicas instar Ægypticarum duplices & semel atque iterum duplicatas, absque numero. Latitudo fluuij sabbatici ducentorum est cubitorum circiter iactum arcus. Fluuius ille plenus est arena & lapidibus absque aquis, sonitúsq; lapidum illorum perinde stridet, atque tonitru ingens, aut fluctus maris & spiritus procellosus, nocte auditur sonus eius ad iter dimidiati diei. Sunt ibi tontes, & confluunt omnes in lacum vnum, illis terra tota irigua est. In illo lacu ebulliunt pisces, & eius ripis volitant aues omnis generis mundæ. Fluuius ille ex lapidibus & arena stridet totis sex diebus profestis, sabbatis autem quiescit atque tranquillus est, statímque conscendit ignis per fluuij circuitum à vespera sabbati ad exitum vsque, & tantam emittit flammam, vt nullus ad illum accedere possit vel à semisse miliaris, quocunque tandem è latere. Ignis lambit quicquid circùm radices egit, illud cū terra extrahens.

Fluuius forsan bituminosus, & asphaltites.

Quatuor hæ tribus Danis, Gaddi, Nephtalis & Aseris versantur cum pecoribus suis iuxta ripam fluminis, vt detondeant oues suas. est enim terra spatiosa, plana, ac pura, vt nec tribulum, nec olus inutile proferat. Cùm vident tribum Mosis, congregantur ipsi, & cōsistunt ora fluminis, clamandóque inquiunt, Fratres nostri tribus recti, nobis ostendite camelos, canes & asinos. Vbi illi, Quàm longus est camelus iste, quàm longa ceruix eius, quàm verò exigua cauda illius! atque alij alios appellant salutántque mutuò.

Venit autem ad nos iustus iste, cuius nomen Eldad de tribu Dania, superatis campestribus & locis planis, vt hæc nuntiaret omnibus filiis Israëlis per terras dispersis, & afferret consolationes. Talis autem eius à fluminibus Æthiopiæ egressio fuit. Ingressus est mare ipse, & alter de tribu Aseris, vt negotiaretur cum nautis, & ab illis vestes atque ornamenta emeret. Ingressi verò sunt ambo paruam cymbam vnà cū pueris suis, factóque naufragio intempesta nocte parauit Dominus duobus his viris tabulam. Hac abrepta fluitārunt in pelago, donec eiicerentur ad populum quē-

dam, nomine Amargum. Hi Æthiopes sunt, nigriores coruo, statura proceri, humana carne vescuntur. Cùm sustuliissent iustos hos, alterum, quia pinguis erat & valens, delicatúsque admodum, correptū protinus comederunt, cùm tamen ipse viuus, clamitans flénsque diceret, Hei matri meæ corporis mei animati causa, & quoniā dedidit me procreator morti mirabili. edunt enim Æthiopes carnem meā. Illum pium vbi deuorāissent, traxerunt Eldadem Danium, de quo loquimur, & imposuerunt ei collarium, vt asseruatus pinguescceret atque obesior redderetur, erat enim infirmus & macer. Præbebant autem illi cibum affatim, quem etiam comedebat, diu apud eos manens, quoúsque dominus ad salutem ipsi eluxit. Nam irruerunt à regione altera copiæ in hos Æthiopas, captiuósque duxerunt eos, diripuerunt, necārunt in illius captiuitatis æstu.

Captus etiam est iustus his Danius, fuitque apud eos (colebant autem impij illi ignem) annos quatuor, donec perducerent illum ad regionem Asin, & eum emeret Iudęus quidam triginta duobus aureis. Nauigauit mare quoúsque continentem attigisset, & indicisset in tribum Issacharis.

Illa accolit montes abyssi, *a* qui subiacent Mediæ & Persidi, diligens obseruatrix legis huius, Ne recedat liber legis ab ore tuo. Nullius dominatum fert, præterquàm Dei: cum nullo mortalium dimicat aliâ, quàm legis, pugnâ: sumnia pace & tranquillitate viuit, absque aduersario, absque occursu malo: incolit quadratum spatium itineris dierum decem, in quamcúnque voles partem. Illi est magna vis pecoris, camelorum, asinorum, seruorum, & ancillarum. Non aliud armorum genus gerit, quàm cultrū, mactationis causa. Fideles sunt, abhorrent ab oppressione & rapina: sed & serui eorum ita fidi sunt vt ad inuentum in via magnum diuitiarum pondus non adiiciant manus. Inter eos agunt qui adorant ignem, & accipiant in vxores matres sororésve. Non illic est in viu cultura terræ: nō metunt, non colunt vineas, sed omnia argento emūt. Iudicem & principem habent Naason nomine: quatuor mortis genera senatoria exercent. Loquuntur lingnâ sanctâ, item Persicâ, & Arabicâ.

a Summanis altitudinis. Deut. 31. Ios. 1.

Filij autem Zabulonis siti sunt ad Pharanis montes, & ad viciniam illorum accedunt: figunt tabernacula pellicea, à prouincia Agheamiâ ad flumen vsque Eu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

phratis. Tribus Rubenis è regione eorum, à tergo eorundem Pharanis montium. Inter eos pax est & amor, simúlque procedunt in aciem, obsident vias, ac omnia spolia diuidunt, grassantúrque per viam Persidis & Babylonis. Dapaleonus cameli apud eos duobus argenteis emitur. Loquuntur linguâ Cedaris seu Arabica: penes eos scriptura est Misná. Talmud, Agadá. Singulis sabbatis incipiunt Homilias linguâ sancta, & sententias patrum eadem linguâ.

Ephraïmus & dimidia tribus Menassis ibi est, in montibus austrinis, prouincia Mesugá, cuius homines tetrico sunt vultu & subnigro, possident equos, intercipiunt itinera, nemini parcunt. Non illis aliundè victus, quàm ex præda, strenui sunt bello, quisque eorum centum fundit. Tribus Simeonis & dimidia trib' Iudæ in terra Cozerimorum absque summa & numero, recipiunt tributum à viginti quinque Regnis, atque pars Ismaëlitarum pendit illis tributum. Cæterùm iustus hîc qui ad nos venit nomine Eldad filius fuit Maali, filij Ezechiëlis, filij Ezechiæ, quê genuit Halon, quem Abner, quem Semaïa, quem Hapser, quem Oggus, quem Elcana, quê Hillel, quem Ephraimus, quem Tobia, quem Peratus, quem Onan, quem Naaman, quem Taamus, quem Tadmis, quem Onamus, quem Gaul, quem Salad, quem Calebus, quem Amramus, quem Derus, quem Abdia, quem Abrahamus Iosephi filius, filij Mosis, filij Iacobi, filij Kephuris, filij Ariëlis, filij Aseris, filij Iacobi, filij Salemi, quem procreauit Elius filius Aaliebi, filij Ahisamacis, filij Hosmi, filij Danis, quem sustulit Iacobus parês noster. Deus optimus ter quatérque beatus in æternitatem omnem, qui has pias consolationes declarauit nobis de fratribus nostri decem tribubus, recolligat dispersionem nostrã è quatuor terræ plagis, in ædem sanctuarij cum cunctis Israelicis sociis. Amen. Misit literas has doctor Eldad in Hispaniam anno 43[a]. Fuit autem hic plenus lege & mãdatis Dei. Sibi assidentibus à diluculo ad vesperam, non desinebat linguâ sua sensa legis exponere idiomate sancto, eius oratio dulcior erat melle & apum fauo. Deus benedictus dignam illi mercedem hoc & futuro sæculo rependat. Amen.

Interfecãt, coupent les chemins.

a Qui est à Christo 1238. Nam secundum Hebræorũ calculum, quinque annorum millia ab orbe condito (quê ipsi numerũ hodie cõpendij causa sup-

primunt) occiderunt annum Christi 1240. Damus igitur abhinc annos ducentos septuaginta nouem fuit. Abben Ezra. Elias. R. Moses. Iosephus. Plinius. Deut. 30. Deut. 4. Num. 24.

QVÆ DE HIS CÆTERI sentiant testimonia aliquot.

HEBAEI constanter Iudæos, quos clausos nominant, fluuio sabbatico tanquã mœnibus circumcluſi tradũt. Nostri magis clausos appellari putant à mõribus circũpositis. *In Ezra lib. 4. est aliquid tale de 10. tribubus. De his Abben Ezra in octauũ caput Canticorum, Cùm cõgregabitur ecclesia Israelitica, dicet reliquam adhuc esse sororem vltra flumina Aethopiæ. & R. Selomo in 27. Esaiæ, & venient qui perierint in terra Assur, quia inde (inquit) dispersi sunt intra fluuium sabbaticum.*

Elias in Tisbyte, Sabbaticus fluuius est, quem dicunt omnibus diebus hebdomadis, dempto sabbato, currere & mouere immanes lapides, vt tranari non possit. Hæc verò causa, ob quam decem tribus, quæ illic interceptæ sunt, non inde exeant, præsertim cùm non liceat violare sabbatum. Vocarunt autem eum Sapientes sabbaticum ob cessationem eius in sabbato.

R. Moses Ben Naamã videtur ponere in Media aut Mesopotamia. Is enim scribit, citante ibidem Elia, fluuium sabbaticum illum esse, quê scriptura vocat Gozan, ad quem Assyriorũ Salmanazar vastata Samaria Israelitas transtulisse scribitur 4. Reg. 17. & 19. Quod fermè patrocinatur Iosepho, cuius hæc est sententia lib 7. cap. 13. de bello Iudaico. Fluuius sabbaticus per totam hebdomadam lapides trahit, & sabbato quiescit, immò verò exarescit, sicúmque locum præber, deinde quasi nulla mutatione facta, die sequenti similis exoritur. Est autem inter Arcas & Raphaneas regni Agrippæ ciuitates.

Plinius lib. 31. cap. 2. de nat. hist. In Iudæa riuus sabbatis omnibus siccatur, vbi Iudææ nomine videtur delusus, dum non eam intelligit cui Iudæi translati dedere appellationem, sed quæ est in Palestina.

Orontius in suo corde Geographico illos subiicit circulo arctico vltra glaciale pelagus, eisque vndique montes circumiecit. alij collocant ad mare Caspium, nonnulli ad Seras & Indos. Sed & noster Danius quosdam ponit iuxta Mediam & Persidem, Indiam versus, quosdam in Aethiopia. Tam dissecta est miserorum Iudæorum ob fusum piorum sanguinem dispersio. Hanc Deus sui cum Abrahamo, Isaaco, & Iacobo fœderis memor,

memor, ad Christum Dominum nostrum per fidẽ & agnitionem Euangelij colligat, & ad Ecclesiæ sanctum concilium misericordiæ suæ visceribus socier. Amen.

Deo honor, laus, gloria.

DE CHRISTO CAPVT VNDECIMUM: de legibus Regum & præliorum, ex Deuteronomio R. Mosis Maemoni filij, pagina. 763.

REX Christus tempore extabit, restituet regnum Domus Dauid iuxta antiquam dignitatem in pristinum Dominium, ædificabit templum sacrum, congregabit dispersos Israëlitas. Eius diebus restituentur iudicialia omnia, vt cùm antiquitus offerebant oblationes, celebrabant remissionis annos atque Iubilæos, iuxta omnia mandata, quæ in lege tradita sunt. Quicunque autem non expectat aduentũ ipsius, is non modo reliquos prophetas negat, sed etiam legem ipsam ac Mosem doctorem nostrum. Nam certè lex contestatur de eo cum inquit, Et reducet Dominus Deus tuus captiuitatẽ tuam & miserebitur tui & restituet, & congregabit te, &c. Etiam si fuerit dispersio tua in extrema terræ, adducet te Dominus, &c. Illa autem verba, quæ explicantur in lege, complectuntur quæcunque dicta sunt ab vniuersis Prophetis. Quin etiam in historia Balaan hęc tanguntur ac ibi vaticinatio est de duobus Christis, de priore, id est, Dauide, quæ seruauit Israëlem de manu hostium ipsius, & posteriore, qui è posteris ipsius exorietur, & saluabit Israëlem de manu filiorum Esaü. Illic igitur ait, *Videbo eum, sed non modo*, de Dauide, *intuebor illum, sed non propè*, de rege Christo. *Orietur stella ex Iacob*, nempè Dauid, *& consurget virga de Israël*, Rex Christus. *Et percutiet duces Moab.* Dauid, de quo in libris Regum scriptura narrat, Et percussit Moab, & mẽsurauit eos funiculo. *Vastabitque omnes filios Seth.* Rex Christus, de quo Zacharias, & dominatio eius à mari vsque ad mare. *Et erit Idumæa possessio eius*, Dauidis scilicet, Nam sic scriptum est, Et facti sunt Idumæi Dauidis serui. &c. *Hæreditásque Seir cedet*

Deut. 30.
Deut. 4.
Num. 24.
2. Reg.
Zach. 9.
2. Reg. 8.
Abd. 1.

inimicis suis, Regi Christo. Siquidem scriptum. Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esaü. Præterea de vrbibus refugij in deuteronomio legitur, Si dilatauerit Dominus Deus tuus terminum tuum, adiicies adhuc tres vrbes, &c. Atqui nũquam istud impletum reperitur. Cùm ergo Dominus nunquã aliquid inaniter & frustra præcipiat, necesse est istud tandem aliquando impleatur. Quod ad prophetarum testimonia attinet res non eget probatione, quoniam vniuersi eorum libri huiusmodi prædictionibus pleni sunt.

Deut. 19.

Cæterùm ne arbitreris regem Christum necessario effecturum signa & prodigia, aliquid innouaturum in mundo, viuificaturum mortuos, aut quippiam huiusmodi, quæ Fatui dictitant. Nã rem non ita habituram ex eo apparet, quòd R. Akba, sapientissimus omnium Thalmudicorum cũ esset, fuit armiger Barcozbæ Regis & persuadere voluit eum esse regem Christum, sicque ipse existimauit, itémque cuncti ætatis illius sapientes, donec ille occideretur scelerum nostrorum causã. Nec prius cognitum est eum non esse Christũ, quàm occisus fuit. Atqui non requisiuerunt ab ipso sapientes signum vllum aut prodigiũ. Cuius rei fundamentum est, quia legis nostræ ceremoniæ & iudicia sancita sunt in perpetuum, citra temporis determinationem, nec fas ei quicquam addere, vel demere. Ac quicunque addit aut detrahit, aut etiam transformat vultum legis, deducitque verba præceptorum de sua simplici intelligentia & mente, iste quidem profectò vanus est, impius, Epicureus denique.

Fatua ratio.

Si igitur exoriatur Rex de domo Dauid, qui mediteturin lege, se occupet in præceptis more Dauidis patris sui iuxta præscripta vtriusque legis, id est, scriptæ & traditione acceptæ, inflectat vniuersum Israëlem ad ambulandum in ea eiúsque ruinas instaurandas, gerat postremò prælia Domini, iste certè citra controuersiam erit Christus, siquidem in iis, quæ fecerit, fortunetur, ac superet vniuersas nationes finitimas, & ædificet sacrum templum in suomet loco, & congreget dispersos Israëlitas. Talis proculdubio Christus erit. Quod si non vsque eò fortunetur, aut si occidatur, certum est non eum esse, quem expectare iussit lex. Quin potius velut vnus habendus erit eorum omnium Regũ familiæ Dauidicæ, qui perfecti quidam & recti extiterunt, sed tamen mortui sunt

Qualis Christus Iudæorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

promissionibus nondum expletis, quem Dominus nō nisi existere fecerit, vt per eū probaret multos. Siquidem scriptum in Daniēle, Et de intelligentibus ruent, vt conflentur per ea, & purgentur, & dealbentur, vsque ad tempus præfinitum, quia tempus ad constitutum erit. *Dan.11.*

Christum nostrū intelligit. De illo autem qui Christus existimatur atque occisus est in Hierosolymitana curia iam prædictum est in eodem Daniēle his verbis. Filiique præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem & corruent. Et certè inde ingens natum est scandalum. Nam cuncti prophetæ prædixerunt Christum redemptum & seruaturum Israël, collecturúmque eorum dispersionem, confirmaturum denique illorum legem. Iam iste causam præbuit, vt periret Israël, dispergerētur eius reliquiæ, humilis & abiectus efficeretur, peruerteretur lex, errore imbueretur maxima mundi pars, coleretur alius præter Deum. Verum cogitationes Dei vniuersitatis effectoris atque opificis non possunt ab hominibus comprehendi. Neque enim viæ ipsius, sicut viæ illorum, neque cogitationes ipsius sicut cogitationes illorum. *Ibidem.*

Mahometem pseudoprophetam intelligit. Præterea huiusmodi omnia itémque eius, qui extitit post eum, non pertinent nisi ad parādam viam regi Christo & ad disponendum vniuersum mundum, vt pariter Deum colat. Est enim scriptum in Sephonia, Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen Domini, & seruiant ei humero vno, Ecquónam pacto id? Iam oppletus est mundus vniuersus rumore Christi & verborum legis atque præceptorum Dei, quin etiam hæc diffusa sunt per remotissimas insulas & populos innumerabiles tam mēte quā carne incircumcisos, qui vltro citróque verbis istis inter se conferunt de arcanis liges, dum alij dicunt præcepta legis vera esse quidem sed desisse hac tempestate, neque esse in vsu, alij autem illis res arcanas dēsignari nec esse simpliciter intelligēda, sed iam venisse Christum qui eorum arcana declarauerit & patefecerit. Cùm ergò emerserit Christus verè, prosperè processerit & eleuatus exaltatúsque fuerit, tum de repentè conuertentur omnes & suum errorem agnoscent. *Sepho.3B.*

Caput duodecimum illarum legum de Regibus.

Ne in animum tuum inducas tempestate Christi quicquam defecturum è cursu mundi, aut aliquid immutandum è primo naturæ opificio atque ordine, sed mundū pro suo more & cursu administrandū scito. Ac id quod in Esaia dictum est, Et habitabit lupus cum agno & pardus cum hędo stabulabitur, figurata est locutio & tropica, qua significatur Israëlitas versaturos confidēter cum impiis aliarum nationum mundi, quæ comparantur lupo & pardo. Alibi quippè dictum, lupus vespertinus vastabit eos, & pardus vigilans super ciuitates eorum. Præterea conuertendos esse per pœnitentiam omnes ad veram legem & doctrinam, item non direpturos neque nocituros, sed manducaturos rem permissam pacatè & trāquillè cum Israële. Scribitur enim eodem Esaiæ loco, Et leo sicut bos paleam comedet. Idem iudicium de consimilibus verbis, quæ ad res Christi pertinent, sunt enim figuratæ, parabolicæque locutiones. Diebus autem Christi intelligetur cuiúsnā rei sint parabolæ, quámque rem designent. *Esai.11.* *Hier.5.* *Esai.11.*

Itaque sapientes nostri, inter mundum hunc, inquiunt, & tempora Christi nullū planè discrimen præter tyrannidem Imperiorum. Ac videtur é simplici contextu oraculorum Propheticorum initio dierū Christi futurum prælium Gog & Magog, & ante illud prælium emersurum principē Israëli, vt prępareat cor eius. Est enim prędictum Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetā antequam veniat dies Domini magnus & terribilis. Porrò non est venturus vt polluat purum aut vt purget impurum, neque vt deprauet homines, qui valde recti sunt, aut vt rectos efficiat eos, qui valde deprauati sunt, sed potius vt pacem afferat mundo. Nam hoc significatur sequentibus Malachiæ verbis, Et conuertet corda patrum in filios. *Mal.4.*

Lapis iactus in illud Euāgelij Ioan. 9. cœci vt qui non vident videant, & qui videntur, excæcent.

Consimiliter Sapientum aliqui asseuerant, ante aduentum Regis Christi venturum Eliam. At omnia verba hæc atque eiusmodi nemo scit, quo pacto euentura sint, donec re fuerint comprobata. Talia enim abstrusa sunt apud Prophetas. Præterea sapientes ex verbis nullam habent traditionem maiorū, nisi quatenus è versuum sacræ scripturæ pondere diiudicare possunt. Quocirca inter se quidem discrepant de hujusmodi rebus, sed ordines euentuum rerum aliarum, & minutæ circunstantiæ nō sunt defidei summa, sed nec quisquam laborat de verbis Hagadoth, neque moratur verba Middrashoth, quæ commemorantur de his rebus & similibus, *Hagadoth & Middrasboth allegoriæ interpretationes Rabbinorum.*

neque reponit in fidei principiis & capitibus, vt quæ neque promoueant charitatem, neque timorem. Similiter non supputandos temporum fines docuerunt sapientes nostri his verbis, Efflet anima eorum, qui fines supputant, sed pręstoletur & credat in vniuersum verbis scripturę, quemadmodum explicauimus. *vel suffla animam.*

Tempestate Regis Christi, cum disponetur eius imperium, & congregabuntur ad ipsum vniuersi Israëlitę secundum familias censebuntur omnes iuxta prescriptum ipsius, instinctu Spiritus sancti, qui super eo requiescet. Nam prędictum à Malachia, Et sedebit cōflans & purgabit omnes filios Leui. Filios scilicet Leui in primis purgabit & dicet, hic de prosapia est sacerdotali, iste de Leuina, remouebitque eos qui non sunt de gentilitate & familia Israëlis, Hoc enim Ezras significat, dum inquit, Ait Ather Sata eis vt non comederent de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos ad Vrim & Thummim. *Matt.3.* *Ezre 2.*

Ecce didicisti instinctu Spiritus sancti omnes, qui in possessionis ius admittuntur, tum in suam gentilitatem reducendos, tum declaraturos primum sui generis auctorem. Cæterū Christus non distinguet gentilitates nisi in tribus. Declarabit enim hunc ex hac esse tribu, illum ex altera. Nō item dicet vnum esse spurium, alterum seruum. Æquum quippè est, vt familia quę obscura est, occulta ignotáque maneat. Nec verò prophetæ & sapientes nostri desiderarunt dies Christi, vt imperium haberent in nationes huius mundi, & exteris gentibus imperitarēt, neq; vt ipsos populi alij extollerēt, sed nec vt ipsi esculētis fruerentur & voluptatibus & gaudiis, verùm vt vacui essent ad legis studiū, neq; haberent durum herum & interpellatorem qui desistere iubeat, quò possent vitam futuri sæculi promereri, quemadmodum ostendimus in tractatibus de pœnitentia.

Illo autem tempore nulla ibi erit fames, nullum bellum, nulla æmulatio, nulla lis & contentio, fœlicitas enim abūdè affluet, ac omne deliciarum genus instar pulueris obtinebitur. Mundus, quàm latè patet, non nisi occupabitur in Deo cognoscendo. Quocirca Israelitæ sapientiâ valde erūt insignes, ac res arcanę atque abstrusę omnibus innotescent, qui & consequētur sui summi opificis notitiam pro humanis viribus. Nam replebitur terra cognitione Domini, sicut aquæ mare operientes. *Esa.11.*

Benedictus Deus misericors, qui adiuuit nos.

SCRIPTVRAE, IN QVIBVS Chaldæus Paraphrastes interiecit nomē Messiæ siue Christi, præter literam Hebraicam explicationis gratia, ex Methurgeman Eliæ Leuitis, in Radice מנן, vnxit. Obseruatio diligens, erudita & perutilis, vt in pusillo quasi speculo, consideremus, quos locos vetus Synagoga citra controuersiam acceperit de Christo. Eos nimirum, quos Christiani de eodem exponimus, etiam hostium nostrorum confessione.

NON *auferetur septrum de Iuda, & dux de fœmore eius donec veniat Silo. Chald.* donec veniat *Christus. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel. Chald.* Et magnificabitur *Christus.* *Gen.49.* *Num.24.*

Et disputabit super lignis à cedro, quæ est in libano, vsque ad hissopum, quæ egreditur de pariete. *3 Reg.4.*

Chald. Et vaticinatus est de regibus domus Dauid qui regnaturi erant in hoc mūdo & in mundo *Christi.*

In die illa erit germen Domini in magnificētia & gloria. Chald. in die illa erit *Christus* Domini in lætitia. *Isa.4.*

Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascender. *Esa.11.*

Chald. Et *Christus* de filiis filiorum eius orietur.

Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. *Esa.9.*

Chald. Christus pacis.

De Radice colubri egredietūr regulus. Chald. egredietur *Christus.* 14.

Emittite agnum ad dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion. 16.

Chald. ascendere facite tributa ad Christum Israelis qui roborabit, propterea quòd fuerunt in deserto, montem congregationis Sion.

Et præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in veritate, in tabernaculo Dauid iudicans, &c. *Ibidem.*

Chald. tunc *Christus* Israelis præparabit in bono thronum suum, & sedebit, &c.

In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ & sertum exultationis residuo populi sui. *Esa.20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.2. & 53. Nota Chaldæũ hanc Esaiæ sectionẽ exposuisse de Christi tum exaltatione tũ perpessione Hier.30

Chald. In die illo erit *Christus* Domini exercituum in corona lætitiæ, &c.

Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur & sublimis erit valdè &c. Non est ei species neque decor, &c.

Chald. Ecce prosperabitur seruus meus *Christus* & eleuabitur, &c.

In ciuitatibus Iuda adhuc transibunt greges ad manum numerantis.

Chald. In vrbibus Iuda adhuc transibit populus per manum *Christi*.

Ibid. & 23.

In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in terra.

Chald. Dauidi germinare faciam *Christũ* Iustitiæ.

Mich.4.

Et tu turris gregis nebulosa filia Sion vsque ad te veniet, & veniet potestas prima, regnum filiæ Hierusalem.

peccata.

Chald. Et tu *Christe* Israelis, qui absconderis propter debita Synagogę Sion, ad te perueniturum est regnum, & restituetur imperium pristinũ regni Synagogæ Hierusalem.

Mich.5.

Et tu Bethlehem Ephrata paruula es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis.

a In familiis.

Chald. Et tu Bethlehem Ephrata veluti paruula es vt numereris in *a* milibus domus Iuda. Ex te coram me exibit *Christus* vt exerceat imperium in Ierusalem, cuius nomen ab antiquo dictum est à diebus sæculi.

b saluatis meæ.

Ego autem in Domino gaudebo & exaltabo in Deo b Iesu meo.

Cald. Tunc in signo & redemptione, quam facies *Christo* tuo & reliquiis populi tui, qui erit superstes, confitebuntur his verbis, dixit Propheta, Et ego in verbo Domini gaudebo, exultabo in Deo, qui operatus est redemptionem meam.

Zac.3. egermen.

Ecce ego adducam seruum meum c Orientem.

Chald. seruum meum *Christum.*

Zac.4. d Planus gratia, gratia illi (sit)

Et educet lapidem primarium, d & exæquabit gratiam gratiæ eius.

Chald. Et reuelabit *Christum* suum, cuius nomen vocatum est ab antiquo & dominatum tenebit in vniuersa regna.

Zach.6. germen.

Hæc ait Dominus exercituum dicens, Ecce vir Oriens nomen eius. Et super eum orietur & ædificabit templum domino.

Chald. Hæc dicit Dominus exercituum. Ecce vir, cuius nomen *Christus*, reuelabitur, & magnificabitur, & construet templum Domino.

Zac 10.

Quia visitauit Dominus exercituum gregem suum, domum Iuda & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.

Ex ipso angulus & ex ipso egredietur omnis exactor simul.

Chald. Quia recordatus est Dominus exercituũ populi sui, domus Iuda & ponet eos sicut equos roboris, quorum gloria est in prælio. Ex eo *e* rex ipsius, ex eo *Christus* ipsius, ex eo robur belli eius, ex eo magnificabuntur omnes rectores eius simul.

e Iudæa vel Deo.

Psal.21.

Domine in virtute tua lætabitur rex & super salutare tuum exaltabit vehementer.

In alio exẽplo Lætabitur.

Chald. Domine in fortitudine tua magnificabitur *rex Christus*: & in redemptione tua quam plurimum iubilabit.

Ibid.

Quoniam rex sperat in Domino & in misericordia altissimi non commouebitur.

Chald. propterea quòd rex *Christus* sperat in domino, &c.

Psal.45.

Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Chald. Pulchritudo tua rex *Christe* exuberat præ filiis hominum, Positus est spiritus Prophetię in labiis tuis, propterea benedixit tibi Deus in sæculum.

Psal.61.

Dies super dies regis adicies, annos eius vsq; in diem generationis & generationis.

Chal. Dies super dies venturi sæculi *Christi* Regis adiicies, annos eius sicut ætates præsentis sæculi & ætates sæculi futuri.

Ibid.

Sic Psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, vt reddam vota mea de die in diem.

Chald. tunc collaudabo nomen tuum in sæcula, cum reddam vota mea, in die redemptionis Israël & in die, quo magnificabitur *Christus* Rex, vt regnet.

Psal.72.

Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuã filio Regis.

a Vias, modos, rationes.

Chald. Deus *a* leges iudiciorum tuo regi *Christo* da, & iustitiam tuam filio Dauidis regis.

Psal.80.

Respice de cælo & visita vineam istam, & perfice eam quam plantauit dextera tua, & super filium hominis, quem firmasti tibi.

Chald. Respice de cælo & vide, & recordare in miserationibus, vineæ istius & operis, quod statuit dextera tua & super regem *Christum*, quem roborasti tibi.

Cant.2.

Si ignoras tibi, ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.

Chald. Deus omnibus modis benedicendus dixit Mosi propheræ. Si illis (qui persequuntur populum domini) exultatio

b.os.

tatio fuerit percurrere Synagogam, quę similis est puellæ speciosæ quam diligit anima mea, ambulet illa in viis iustorum, & ordiner preces iuxta *b* præscriptum rectorum suorum, & pastorum ætatis illius, atque doceas filios suos, qui similes sunt hœdis caprarum, vt profiscisçantur in ædem Synagogæ & in locum concionis & studij. Sic merito illorum operum pascentur in exilio, quo vsque mittam *Christum* Regem, qui regat & ducat eos placidè & quiete ad tabernacula ipsorum, id est, ædem sanctuarij, quam ædificarunt illis Dauid & Salomon pastores Israëlis.

Ibid.

Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cupressina.

c meæ opera. d Voluptatis. e Rarissima & pretiosissima genera cedrorũ esse dicunt. Cant.4.

Chald. Ait Salomon Propheta. Quam decora ædes sanctuarij quę ædificata est *c* per manus meas, ex arboribus cedrinis, Atqui speciosor multo erit ædes Sanctuarij, quæ ædificanda est, diebus regis *Christi*, eius trabes erunt è cedris paradisi *d* Eden, & laquearia è cupressis, *e* Sagis, & Surbanis.

Duo Christos constituunt ob duplicẽ aduentũ Christi, dum nescimus distinguere inter Christum patientẽ, & triumphantem Cant.7.

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.

Chald. Duo redemptores tui, qui te redemptari sunt *Christus*, Dauidis filius & *Christus* filius Ephraïm, similes sunt Mosi & Aaroni filiis Iocabed, qui comparantur duobus hinnulis gemellis capreæ, & pascebant populum domus Israel merito suo, quadraginta annis in deserto, Manna & auibus altilibus & aquis putei Mariæ.

Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris, Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi.

Chald. Cum placebit Domino redimere populum suum ab exilio, dicetur Regi *Christo*. Iam expletus est finis exilij, & merita iustorum fragrant coram me, sicut odor balsami, & sapientes ætatum affixi sunt portis collegij Theologici, occupantes se in verbis librorum, præsertim legis. Nunc igitur surge, & suscipe regnum, quod destinatum est tibi.

Cant.8.

Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, deosculer te, & iam me nemo despiciat.

Chald. Illo autem tempore apparebit Rex *Christus* Synagogæ Israel, & dicent ei filij Israel, Adesdum, esto nobiscum pro fratre & ascendamus Hierosolymam & sugamus tecum sensus legis, quemadmodum sugit infans vbera matris suæ. Quoniam etiam omni illo tempore, quos vagus eram & extorris à mea patria, modò recordaret nominis Dei magni & traderẽ animam meam pro diuinitate ipsius, populi exteri non me contemnebant.

Apprehendam te & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

Ibid.

Chald. Deducam Rex *Christe* & introducam te in ædem sanctuarij mei, ac illic me docebis timere Dominum, & ambulare in semita ipsius. Illic etiam *a* instruemus epulum Leuiathan, & bibemus vinum vetus (generosum & præstans) quod in suis racemis asseruatur à die, quo orbis procreatus est, & fructus malorum granatorum, qui parati sunt iustis in paradiso Eden.

a q.d. De Leuiathã satiamur triumphabimus.

Adiuro vos filiæ Hierusalem, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

Ibid adiurationes totius libri positæ.

Chald. Dicet Rex *Christus*, Adiuro ego vos populemi, domus Israel, cur contenditis cum populis exteris de exeundo exilio, & quare rebellatis in copias Gog & Magog, expectate quæso paulisper, dum deleantur populi qui venerunt dimicatum aduersum Hierusalem. Nam postea vestri recordabitur Dominus orbis iuxta miserationes, quibus prosequi solet iustos, placebitque ipsi vos redimere.

In diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in terra.

Ruth 1.

Chald. Temporibus quibus præerant iudices facta est vehemens fames in terra Israël. Decem autem fames insignes decretæ sunt de cælo, vt sint in mundo, à die orbis conditi vsque ad aduentum *Christi*, ad castigandos habitatores terræ, quartũ decima in illius dies incidet, eritque fames non edendi panem, aut sitis bibendi aquã, sed audiendi Verbum prophetiæ, quæ à conspectu domini manat.

Ruth.3.

Et rursum expande, inquit Booz, pallium tuum quo operiris, & tene vtráque manu. Quæ extendente & tenente, mensus est sex modios hordei & posuit super eam & ingressus est ciuitatem.

Chald. Rursum dixit, præbe peplum quo conuolueris & prehende illud. Qua apprehendente, mensus est sex sata hordei & humẽris ipsius imposuit. Immissum autem est ei diuinitus robur ad portanda ea. Itaque protinus dictum est spiritu prophetico, exorituros ex ea sex iustos, quorum singuli benedicerentur sex benedictionibus, Dauid, Daniel, trésque socij ipsius &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lamēt. 2. *Rex Christus.* Ingressus autem est Booz vrbem.

Vocabis quasi ad diem solennem qui terrebant me de circuitu, & non fuit in die furoris domini qui effugeret & relinqueretur.

Chald. Clamabis libertatem populo tuo domui Israël per *Christum*, quemadmodū fecisti per Mosem & Aaronem in die Paschæ, quo congregati sunt adolescentuli mei vndique omni ex loco, in quo erant dispersi, die quo ardebat vehementia furoris tui, ô Domine, nec illis erat liberatio & reliquiæ.

Lamēt. 4. *Completa est iniquitas tua filia Sion. Non addet vltra, vt transmigrare te faciat.*

Chald. Postea finire faciet iniquitatem tuam ô Synagoga Sion, & redimeris per *Christum*, & Eliam sacerdotem magnum. Nec addet vltra Dominus, vt in captiuitatem amandet te.

Eccles. 1. *Non est priorum memoria, sed nec eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo.*

Chad. Non est memoria præcedentium ætatum, sed nec sequentium erit recordatio apud eos, qui erunt diebus *Regis Christi.*

Hæc etiam inuenimus in Targhum siue interpretatione Hierosolimitana.

Hæc Hierosolimitana in Pentateuchi insigniores locos interpretatio, valde vetusta est: & lingua aliquantum à cæteris Hebrææ dialectis discrepante. Propter antiquitatem magnæ est authoritatis apud Iudæos. Quoniam autem mysteriis excellit breui, si dominus fauerit, eam in Latinum conuersam in commune proferemus. Quæ sequuntur ab Elia de Christo obseruata tibi prægustamenti vice sint. Ipsum conteret caput tuū, & tu conteres calcaneū eius.

Gen. 3. *Targhum Hierof.* Cùm filij mulieris attendent ad legem & seruabunt mandata, insidiabuntur & percutient tibi caput tuum, téque occident. Cùm autem derelinquēt filij mulieris præcepta legis, neque mandatis parebunt, insidiaberis tu & mordebis eos in calcibus ipsorum, pessiméque illos afficies. Verum erit sanitas & medicina filiis mulieris, tibi autem ô serpens nulla erit sanitas Verum ipsi inter se facturi sunt conculcationes calcibus suis in fine dierum a per regem *Christum.*

a Manibus Regis Christi. Gen 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fœmore eius, donec veniat Silo, & ipse erit expectatio gentium.*

Targ. Hierof. Non desinent reges domus Iuda, neque b tardabunt doctores legis de filiis filiorum eius, vsque ad tempus quo veniet *Christus*, cuius est regnum, & cui seruitura sunt vniuersa regna terræ. b Desistent tardabunt.

Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitam ô fili mi asinam suam, lauabit in vino stolam suā, & in sanguine vuæ pallium suum. Ibidem.

Targ. Hierof. Quàm pulcher est rex *Christus*, qui surrecturus est de domo Iuda. Ligabit lumbos suos & exibit in prælium aduersum hostes suos. Occidentúrque reges cum principibus. Rubefaciet fluuios sanguine, & dealbabit colles suos pinguedine fortium illorum. Vestimenta eius imbuentur sanguine, ipse autem similis erit formæ botrorum.

Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Ibid.

Targ. Hierof. Quàm pulchri sunt oculi regis *Christi* ad cernendum, præ vino defæcatissimo, ne illis spectet incœstos concubitus, cædésque innocentium; Dentes eius exercitati sunt in lege, ne illis commanducet iniquitates & rapinas. Rubescent montes eius vineis & torcularibus vini. Candescent colles eius copia tritici & gregum ouium.

Nox est ista obseruabilis domini, quando eduxit eos de terra Aegypti. Hanc obseruare debent omnes filij Israël in generationibus suis. Exod. 12.

Targ. Hierof. Quatuor enim noctes scriptæ sunt in libris memoriarum. Nox prima, cum manifestatum est verbum Domini in mundo, vt crearet ipsum. Mundus erat inanis & vacuus, & tenebræ expandebantur super faciem abyssi. verbum autem Domini lucebat & illuminabat, & vocauit noctem illam primam. Nox secunda, cum manifestum est verbum Domini Abrahæ inter animantium diuisiones. Erat Abraham natus centum annos, Sara autem nonaginta, ad implendum, quod prodidit Scriptura, Nunquid Abrahā centenarius poterit gignere filios, nunquid Sara nonagenaria poterit parere? Nūquid accesserat ad tricesimum septimū annum pater noster Isaac, quo tempore oblatus est super altare? Cæli depressi sunt & descenderunt, ipse autem conspexit fundamenta illorum, & caligarunt oculi eius præ sublimitatibus. Vocatur autem illa nox secunda. Nox tertia, cum reuelatum est verbum Domini super Ægyptios, in noctis medio, ac dextera eius occidit primogenitos Ægyptiorum, seruauit autem primogenitos Israëlitarum, ad confirman- Gen. 1. Gen. 15. Gen. 22.

dum

Exod. 4. dum id quod dixit scriptura, filius meus primogenitus Israel. Appellatúrque nox illa Tertia Nox quarta, cùm explebit mūdus terminum suum, vt redimatur, funes impietatis excindentur & iuga ferrea rumpentur. Moses eduxit de medio deserti, Rex autē *Christus* de medio a Romæ. Hic, quemadmodum ille loquetur in summitate nubis. Verbum autem Domini loquitur inter vtrumque, ipsis pariter ambulantibus. Hæc est nox Paschæ quæ coram Domino seruatur, & parata est omnibus filiis Israël, per generationes ipsorum.

a Sic se Iudæi in hoc Romano exilio frustra consolantur.

Num. 11. *Remanserūt autem in castris duo viri quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus Domini.*

Targ. Hierof. Remanserúntque duo viri in castris, quorum vnus vocabatur Eldad, alter autem Medad, & insederat, super eos *Spiritus sanctus*. Eldad sic vaticinabatur. En Moses propheta b scriba Israëlitarum congregatus est de medio mundi. Et Iosuæ filius Nun eius discipulus, post eum administrabit res exercitus. Medad autem prophetans dicebat. Ecce coturnix descendit de mari, fuítque offendiculo Israëlitis. Vtérque autem pariter vaticinabatur ac inquiebat. Extremo dierum fine c Gog & Magog & eorum copiæ ascendent Hierosolymam. At manibus ipsius *Christi* regis concident: Tantáque strage vt in totum septennium filij Israël exurant arma eorum bellica, neque ad arandū exeūtes neque arbores amputantes.

b Legislator.

c Saracenici & Turcæ.

Num. 24. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquis multis. Tolletur propterea Agag rex eius, & efferetur regnum illius.

Et cum illis. *Targ. Hierof.* Surget Rex eorum filij ipsorum, & redemptor eorum ex illis, in illísque erit & congregabit exules illorum, de prouinciis hostium ipsorum, ac filij eorum consumentur in populis, itémque robur Saūlis, qui, pepercit Agag Regi Amalechitarum: & magnificabitur regnum ipsius Regis Christi.

Hæc quidem Elias obseruauit. Cæterum sat scio multa ei esse elapsa, cum præsertim Chaldæi paraphrastæ, maximè Ionathan, qui Christum ætate viginti octo annis præcesserit, quauis occasione Christi siue Messiæ nomen in ore habeant. Vt Oseæ 14. vers. 8. Conuertentur habitantes in vmbra ipsius, *Chald. congregabuntur de medio exiliorum suorum & habitabunt in vmbra Christi sui. Esa. 66.* Antequā peperit, *&c. Chald. reuelabitur Messias ante dolores partus: Aug. 2.* Desideriū Gentium. Chald. *Messias. Ne nimiū fuissem prolixus, ego de meo alia eorum adiecissem. Vos qui Christum Dominū amatis, eúmque in prophetis legere desideratis: & testimonia veterum patrum circumcisorum, quatenus in gloriam Dei redundant, recipitis, his primitiuis Linguis date operam, & si ibundas mentes bonis literis imbuire, quæ præterea in geminant. Nō rauerunt iniqui fabulationes, sed non vt lex tua Domine.* Psal. 119.

Collectanea R. Iacob Salomonis filij de Christo, è Talmud, tractatu Sanedrin, capite Helec, pag. 124.

De aduentus Christi tempore. Magistro per antonomasia.

R. Naaman dixit a Rabbo. Quisnam audiuit, quando venturus sit casus, prolapsionis filius? Quis iste casus & prolapsionis filius, inquit ille? Christus; respondet Naamā, ille enim est de quo scribitur, die illo erigam tabernaculum Dauid, quod cecidit. Amos 9.

Atqui (infert alter) nunquid ex traditione R. Iohanan, qua ætate aderit Dauidis filius, pauci erunt sapientum discipuli & reliquorum oculi deficient fatigatione, suspirio, angustiis multis, duráque principum edicta in dies renouabuntur, adeò vt primo posito, secundum protinus consequatur.

Docuerunt doctores nostri, qua annorum hebdomade Dauidis filius venerit, anno primo implendam esse hanc scripturam, & pluam super vnam ciuitatem, & super alteram non pluam. Altero dimidiam famem exorituram. Tertio plenam & absolutam, ac morituros vtriusque sexus homines, Sāctorum paruulos, virósque operibus insignes, legem præterea, ne discatur obliuioni tradendam. Amos. 4.

Quarto futuram saturitatem, quæ minimè sit saturitas. Quinto rerum omnium abundantiam, ita vt copiosè esculenta, poculenta, & quæ ad gaudium & lætitiam conferunt, suppetant, lex etiam restituatur, iterúmque discatur. Sexto tonitrua. Septimo prælia. Ad extremum septimi anni affuturum Dauidis filium.

R. Ioseph ait, En quot hebdomades sic se habuerunt, necdum tamen venit? Deinde sexto anno (inquit R. Abai) tonitrua quis exoriri fecit, item septimo prælia? Prætereà quis sic eo ordine collocauit? Quòd exprobrārunt hostes tui Domine, quòd exprobrārunt vestigia Christi tui. Psalm. 89

a Sic interpretatur R. Iacob de schola, in qua docetur lex.

Ex quadam obseruatione R. Iuda, qua ætate venerit Dauidis filius, conuentus (a Theologici) erunt lupanaria, terminus (vel, Galilęa) desolabitur, limites (terræ Israel) vastabuntur, homines in confiniis habitãtes circùm errabunt oppidatim, nec misericordiam consequentur. Sapientia scribarum putescet, qui timent Deum offendere erunt abominationi, facies illius ætatis, velut facies canum, veritas deseretur. Scriptum enim. Et facta est veritas in obliuione id est, vt quidem discipuli R. aiunt, facta est ruta ruta, siue priuationes, & sibi abiit. Deinde quod sequitur, & qui recessit à malo, prædæ patuit, sic interpretatur schola R. Sillę, quicumque recessit à malo, a spoliatus est per creaturas.

Impudēs. *Esa.59.* *a.i. Vacuę sapientia ab omnibus creaturis dicitur.*

R. Nehorai hæc docuit. Qua ætate veniet Dauidis filius, pueri pallore suffundēt facies senum, Senes stabunt sedentibus pueris. filia insurget in matrem, nurus in socrum, facies illius ætatis velut facies canis (i. impudens) filius non erubescet in patris sui conspectu. R. autem Nehemia, quæ ætate filius Dauidis veniet, peruersitas multiplicabitur, honorabilis deprauabitur, vitis dabit quidem fructum suum, sed vinum erit carum. Omne imperium peruertetur hæresi, nec disciplina habebit locum.

Astipulatur R. Isaaco asseueranti filium Dauidis non accessurum, donec vniuersa regna vertantur in hæresim. Rabba, quid enim aliud, inquit, declarat scriptura, si omnis in candorem versa est, mundus erit? Docuerunt Doctores nostri ex hoc Deuteronomij loco, quia videbit, quod abierit manus, non venturum filium Dauid, donec multiplicentur proditores & apostatæ. Alij, donec diminuantur discipuli. Alij, donec deficiat nũmus de marsupio. Alij, donec desperent redemptionem. Et clausus quoque deficiet, & derelictus, adeò vt apud Deum possint dicere, non est qui sustentet, neque qui adiuuet Israëlem.

Leu.13. Deut.32. *Ibid.*

R Zira, cum aliquando offendisset doctores quosdam nostros sese in eo occupare, vt cognoscerent aduentus Christi tempus, dixit illis, de aduentu rogo vos, ne procul illum reiicite, quoniam lego ego, tria esse, quæ veniant de repente, præter mentis attentionem, Christum, essentiã, scorpiũ, id est, iudicium extremum Dei.

R Katina inquit, sex annorum millibus erit mundus, vno autem desolabitur. Reperitur enim scriptum, & eleuabitur Dominus solus in illa die. Imò verò, ait Abai, duobus millibus desolabitur. Nam dicitur ab Osea, Viuificabit nos post duos dies, die tertio suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Argumentum, idem ac R. Katina colligens, tale est. Quemadmodum hebdomas annorum b remittit annũ vnum singulis septenniis, sic mundus remittit mille annos singulis septenis annorum millibus. Id apparet è pręcedenti Esaiæ oraculo, Eleuabitur Dominus solus in die illa. Quin etiam è Psalmo, qui inscribitur. Psalmus cantici in diem Sabbati, id est, in diem, qui totus Sabbatum. Præterea ex altero, Quia mille anni in oculis tuis, tanquam dies hesterna quæ præteriit.

Esa.2. Esa.6. *b Desolata propriè.* *Psal.29. Psal.90.*

Docet c Domus Eliæ. Sex mille annis erit mundus. Duobus mille inanitas, duobus mille lex, duobus mille dies Christi. At propter iniquitates nostras, quæ multiplicatæ sunt, elapsi sunt ij, quos præteriisse cernimus.

c Academia scholę.

Scholion R. Iacob in superiorem traditionem R. Eliæ vertere etiam hic placuit, antequam reuertamur ad contextum Thalmudicum, vt pij Iudæos considerent scripturas & traditiones maiorum suorum, tempus aduentus Christi definientes, ita male torquere & deprauare, vt imprudentes Christianam doctrinam aduersum suã perfidiam firment & muniant.

Scholion R. Iacob

Sex mille annis inanitas, *quoniam nondum lex data erat, sed mundus erat velut inanitas & chaos, à primo videlicet homine, vsque ad quinquagesimum secundum Abrahæ. Sic enim numerari debent bis mille anni primi, quemadmodum è scriptura colligitur. Iam expletis illis duobus millenis annis, occupauit se Abraham in lege, quoniam legitur, & animas, quas fecerant in Haran, quod Chaldaicè sic translatum legimus, & animas quas legi operati sunt in Haran. Prætereà in vetustis doctorum nostrorum scriptis hæc reperiuntur, expletis in Idolorum cultu duobus annorum millibus, illa ipsa hora Abraham agebat annum vitæ quinquagesimum secundum,* Duobus mille lex. *nempè ab hominibus, quos Abraham & Sara Deo conuerterunt, vsque ad Christi aduentum. Quadraginta enim & octo anni vsque ad natiuitatem Isaac, & 60. donec nasceretur Iacob, efficiant 108. Vixerat autem Iacob 130. annos cùm descendit in Aegyptum. Ecce 238. in Aegypto permanserunt. Nostri 210. Ecce 448. anni. Ab exitu eorum ex Aegypto, quousque ædificari cæpit templum primum, 480. Sic quippe scribitur, factum est anno quadringentesimo & octogesimo egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, vt ædificaret Salomon inciperet domum Domino. Sic existunt anni 928. Hoc autem templum primum stetit annis 410., vti scripturæ ostendunt per numerum annorum Regum, deinde captiuitas durauit annis 70. templum secundũ. 420. Exurgunt igitur anni 900. qui superioribus additi constant duo annorum millia, demptis 172. Et certè totidem annis, id est 172. ante absolutum quartum ab orbe condito millenarium diruta est à Rom. ædes Domini. Itaque expletis illis 172. annis perfecta sunt duo annorum legis millia, de quibus hoc loco agitur. Non quod alioqui desierit lex post illum annorum numerum.* Duobus mille Dies Christi. *debuit enim post expletos bis millenos annos legis aduenire Christus, & soluere captiuitatem Israelis. At propter iniquitates nostras quæ multiplicatæ sũt, Christus non adfuit ad extremum quarti illius millenarij, elabẽtibus vltra annis multis. Adhuc enim aduentus ipsius dilatus retardatúsque est.*

Gen.12. *Ergo venit iam Christus.* *3.Reg.6.*

Nota quid prætexant, cōtra traditiones maiorum, nedum prophetarum.

Dixit Elias Rabbi Iehudæ fratri, R. Sallæ (vel, sancti.) Dundus non habet Iubilæos pauciores octoginta quinque (.i. annis 4250.) extremo autem Iubilæo filius Dauidis venit. Interrogantique, initione illius, an fine, respondit se nescire, an Iubilæus ille sit explendus nécne. R. Asé ei etiam dixit, ante illum Iubilæum ne cum expectes. Hinc deinceps illum præstolare

R. Hanan Tahlipkæ filius misit ad R. Ioseph, qui diceret, Reperi hominem habentem in manibus codicem vnum: sermone Assyriaco & lingua sancta. Interroganti mihi, vndénam illum esset consecutus, respondit se dum militaret Romanis inter illorum thesauros illum inuenisse. Porrò in eo scribebatur post quater millenos annos ducentos nonaginta vnum, ab orbe producto mundum consummandum. Illísque anni partim futura bella cetorum inter se, partim prælia Gog & Magog, a de reliquo Dies Christi. Neque Deum renouaturum orbem suum nisi post millenarium septimum. Quanquã R. Aha R. Abæ filius post quintum millenarium dicendum putat.

a.i. post præcelsus anni.

Nota. R. Nathan commemorat sequentem prędictionem Abacuc perforare atque peruadere vsque ad abyssi extrema, (.i. esse perceptu difficillimam, & quasi impossibilem, è R. Iacob.) Quia adhuc visio in tempus & loquetur in finem, & non mentietur. Si tardauerit, expecta illum quia veniendo veniet & non tardabit. Aliter quàm Doctores nostri, qui cõmentati sunt vsque ad tempus, tempora & dimidium temporis. Item aliter, quam R. Samlai, qui commentatus est, Cibasti eos pane lachrimarum, & potum dedisti eis in lachrymis in mensura, item, quàm R. Akiba, qui interpretatur, Adhuc vnum modicum & ego commouebo cælum & terram, regnum primum (Machabæorum) duntaxat fuisse (in splendore.) 70. annis, secundum (Herodiorum) 52. tertium Barcosbæ duobus annis & semis. Quid, *Et stabit siue loquetur in finem, & non mentietur?* R. Samuel filius Nahmani nomine, R. Ionathan, sufflato, inquit, siue exibilato illos ipsos qui supputant fines & aiunt cùm appetiuerit finis nec adhuc venerit, minimè veniet, verum expecta eum, nam scriptum, si tardauerit, expecta eum. Si forte dicis, Nos quidem expectamus, at ille minimè expectat, recordare scripturæ, propterea expectat dominus vt misereatur vestri, & propterea eleuabitur vt misereatur vestri. Quid igitur, inquies? Cùm & nos expectemus & ipse quoque expectet, quis retardat & prohibet (aduentum illum Christi?) a regula iustitiæ retardat & differt. Si ita est inquies, cur ergo eum expectamus? Ad mercedem percipiendam, inquam. Sic enim eodem Esaiæ loco, Beati omnes qui expectant eum Ex quo R. Abai coniecit, mundi qualibet ætate non minus extare quam triginta sex iustos, qui percipiant faciem Dei. Sic enim scribitur, beati qui expectant לו, eum, quod pronomen ratione arithmetica reddit 36. Quod autem dixit Rabba, ætatem esse, qua astantes, Deo Opt. Max. eum ambiunt in octodecim mille b parasangas, illud certè est quod scribitur in Ezechiele, per circuitum (ciuitatis) decem & octo millia, siue de iis qui fruuntur claro Dei conspectu, siue de illis qui comprehendunt Deum speculo aliquanto minus lucido. Ac quam multi omnes sint ille locus declarat. Quod verò ait Ezechias, dixit R. Ieremias nomine R. Simęonis filij Iohai, se vidisse bases siue gradus ascensus, qui essent pauci. Interea, inquit, si sint mille, ego filiúsque meus ex illis sumus, sin duo, non dubium quin ego filiúsque meus illi ipsi simus, siue qui ingrediuntúr cum licentia, siue qui ingrediuntur absque licentia (præ iustitiæ & sainctitatis abundantia & multitudine.)

Abac.2. *Dan.7.* *Psal.* *Agg.2.* *Abac.2.* *Ibid.* *Esa.30. Esa.30.* *a Mensura proprietatis* *b Milliaria Persica, quæ leucas Germanicas æquat.* *Ezech.48.* *Scholion R. Iacob.*

Ex pronuntiatis c Magistri, expleti sunt omnes termini (positi de aduentu Christi) ac res pendet è sola pœnitentia &

c Rab.

Universidad de Deusto Biblioteca

bonis operibus. At iuxta Samuelem a lugenti, vt perseueret in suo luctu sat est. Sicut autem suspicatur doctor R. Eliezer, si Israëlitæ egerint pœnitentiam redimentur, sin minus, non redimentur. Cui respõdit R. Iosuæ, imò vero nisi egerint pœnitentiam non redimentur, sed Deus, opt. Max. præficiet illis regem, cuius edicta dura sint sicut Hamanis (in libro Hester) & reuocabit eos ad bene agendum.

Istud notabile R. Eliezer posuit: Si Israëlitæ egerint pœnitentiam redimẽtur, quia scriptum, Reuertimini filii rebelles, sanabo rebelliones vestras, cui opposuit R. Iosuæ istum Esaiæ locum, gratis venditi estis, & sine argento redimemini. Gratis venundati istis idolatriâ, & sine argento redimemini, sine pœnitentia & bonis operibus. Respondens R. Eliezer, Nónne, inquit, etiam legitur, conuertimini ad me & ego conuertar ad vos, cui R. Iosuæ, Nunquid etiam scriptum, Quia ego iure coniugali possedi vos & accipiam vos vnum ex vrbe, & duos è familia, & introducam vos in Sion. Cui R. Eliezer, Sed & legitur, in tranquillitate & quiete saluabimini &c. Respondens autem R. Iosuæ, Atqui Esaïas scribit, sic dicit dominus redemptor Israel, sanctus eius ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, &c. Contrà apud Hieremiam, respondit R. Eliezer, ista habentur. Si reuertaris Israël, dicit dominus, si reuertaris hypothetica est locutio. Cui R. Iosuæ. Quid igitur significat Daniël iis sequẽtibus verbis, Audiui virum illum indutum lineis, qui erat super aquis riui, & eleuabat dexteram suã &c. Hoc commemorato conticuit R. Eliezer.

Vt quidem prodidit R. Aba. Non potes colligere certum determinatúmque tempus aduentus Christi ex hoc Ezechielis oraculo, Et vos montes Israel ramos vestros dabitis, & fructum vestrum feretis populo meo Israël. R. Eliezer, nec isto Zachariæ, Si quidem ante dies illos, merces hominum non fuit. Quid autem declarat quod sequitur, Neque introeunti, neque exeunti, pax præ angustia? Nequidem sapientum discipulis, inquit magister, futuram pacem præ angustia, in quibus alioqui est pax, iuxta illud Psalmi, Pax multa diligentibus legem tuam, donec vniuersæ a portæ, inquit R. Samuël, sint libratæ & æquales, tum enim veniet Christus.

Ex dictis R. Hanina Dauidis filius non prius veniet, quàm vestigetur piscis ægrotanti, nec reperiatur. Quoniam scriptum, Tunc demergam aquas eorum & flumina illorum sicut oleum fluere faciam, vbi postea scribitur, in die illo pullulare faciam cornu domui Israel, Ex dictis R. Hama filij R. Hanina, Dauidis filius non veniet antequam desinat regnum vel abiectum & vile ex Israel, quoniam scriptum, Et præcidentur Ramusculi eius falcibus, deinde paucis post versibus, In illo tempore deferetur munus domino exercituum, &c. Vt autem prodidit R. Zeïni ex dictatis R. Hanina, non veniet Dauidis filius donec consumantur tumidi animo ex Israële, Sic enim legitur, tunc auferam de medio tui, exultabundos elationis tuæ, & post, Et relinquam in medio tui populum pauperem & tenuem, & sperabunt in nomine domini.

R. Mili retulit ex sermonibus R. Eliezer R. Simeonis filij, non venturum Dauidis filium quo vsque consumantur ex Israele cuncti iudices & præfecti, idque declarare Esaiam hac oratione, & conuertam manum meam ad te & excoquam ad purum scoriam tuam, &c. & restituam iudices tuos, & cætera.

Ex dictis a Vlæ, Hierusalem redimetur per solam iustitiam, quòd in Esaïa scriptum inueniatur. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia. Ex R. papha, si desinant inflati & superbi ex Israel, desinent magi. Nam in Esaïa scriptum, & excoquam in camino scoriam tuam. Si desinant Iudices, desinent Tyranni gentium, quòd Zacharias scripserit, Abstulit dominus iudicia tua, euertit inimicos tuos.

Ex R. Iohanan, Cùm conspicis ætatem progressu minui, expecta ipsum Christũ. Est enim scriptura traditum, Populũ pauperem saluabis, & oculi tui super elatos, vt humiles. Præterea, inquit, Si videris ætatem obrutam angustiis multis instar fluuij, expecta illum. Scribitur enim, Quia veniet quasi fluuius violentus, quem spiritus domini cogit. Et mox, & veniet Sion redemptor. Prẹterea, ait ille, non venit Dauidis filius nisi ætate, quæ vel tota sit pura, vel tota corrupta & scelerata. Pura quidem iuxta illud Esaiæ, Populus autem tuus omnes iusti, corrupta vero, iuxta istud, & vidit Deus, quia non est vir, & obstupuit, quia non est qui occurrat.

R. Alexandro R. Iosua filius Leui oraculum istud Esaiẹ, In tẽpore suo accelerabo istud, sic cõponebat, quòd videantur opponi *in tempore suo & accelerare.* Meritum

est

Margin notes: a i. sufficit Israëlitis sua angustia, vel etiam sine pœnitentia redimetur. Scholion R. Iacob. — Iere.4. — Esa.24. — Mal.4. — Antinomia scripturarum pugnant inter se. — Esa 49. — Hiere.4. — Dan.12. — Ezech.36 — Zach.8. — Ibid. — Psal 119. — a i. portæ fragum & vini quẽadmodum dicimus Dominus satietas magna R. Iacob. — Ezech.29. — Esa.18. — Zach.3. — Audi vt confirmet vaticinia Apostolorum & cæterorum qui ex Iudæis crediderunt. Principium autem Iudæorum reiectionem. — Esa.1. — a Nomen Rabbini. — Ibid. — Ibid. — Zach.3. — 1 Sam.22 — Esa.59. — Esa.60. — Esa.59. — Esa.60.

est *Accelerabo*, non meritum, *in tempore suo.* Sic in se inuicem comparabat Daniëlem & Zachariam, Ecce, inquit, Daniel, cùm nubibus cæli quasi filius hominis venit, cùm contrà Zacharias, Pauper & sedens super asino. Sapor rex (Persarum) colloquens cum Samuële, dicis, inquit, Christum venturum super Asino. Mittam ad eum ego equum b fulgentem quo vtor, Tibine est equus centicolor, ait Samuel (vt ille Christi) Asinus?

R. Iosuæ filius Leui occurrẽs Eliæ stanti ad ostium c horti Eden, interrogauit, Quando venturus esset Christus, vbi Elias respondit, quando volet dominus iste noster, R. Iosua dixit, duos vidi at vocẽ trium audiui Idem R. Iosua occurrit Eliæ stanti ad ostium speluncæ R. Iosuæ filij Iohai & dixit, Veniámne in venturum sæculum, vbi autem Elias respondisset, si voluerit dominus iste, subiecit R. Iosũa, duos quidem vidi, at vocem trium audiui. Deinde interrogo, quando venturus sit Christus, Qui respondit, vade interroga illum ipsummet, qui sedet in porta d Romæ, hoc autem tibi signum, ecce enim inuenies sedentem inter pauperes portantes dolores, vbi vniuersis ligantibus & soluentibus simul suas plagas, ille vicissim vnam soluit & ligat, ne tardet si fortè rogatum oporteat egredi ad redimendum Israëlem. Profectus ergo ad eum, salue, inquit, domine & præceptor, qui respondit, Etiam tu saluus sis Leuitæ fili. Interroganti autem R. Iosuæ, quando venies mi domine, dixit, hodie. Ad se ergo redeuntẽ R. Iosuam Elias interrogauit, quid sermonis accepisset à Messia, Illi deinde omnia commemoranti dixit, sperare te & patrem tuum iussit futurum sæculum. Decipiendo ergo decepit me inquit R. Iosuæ, quia interrogabam de die aduentus ipsius, cui Elias, Etiam dixit scriptura hodie si vocem eius audieritis.

Interrogarunt R. Iosé filium Kismá discipuli ipsius quando venturus esset filius Dauid. Respondit ille, vereor ne à me quẹratis signum, vbi polliciti essent se minimè id fracturos respondit, veniet filius Dauid, cum ceciderit hæc porta (a ostendebat autem vrbis Romæ portã) & restaurata fuerit, ceciderit iterum, tum enim ei tertio redintegrandæ non sufficiens donec veniat Dauidis filius. Illis postea signum petentibus præter pactum nihilo minus dedit & ait si ita est, vertantur aquæ speluncæ Paneadis (vbi origo Iordanis) in sanguinem, quod certè factum est hora obitus ipsius.

Atque illis, in profundo confidite mihi b arcam meam, quoniam nulla erit palma Babyloniæ in qua non ligetur exercitus Persarum, nec vlla erit arca in terra Israël, in qua equus Medorum non comebat paleam, (q. d. Medi & Persæ venturi sunt Babylonem capientque eam, & implebũt vniuersam Babyloniam suis exercitibus. Inde excurrent in terram Israël, & eam capient.)

Magister ait, Non veniet Dauidis filius quousque expandatur regnum impiũ super Israël nouem menses. Quoniam scriptũ. Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israël.

Vla ait, veniat & ne videam eum. Sic etiam dixit Magister, Veniat & ne cernam eum. R. Ioseph, inquit, Veniat, & merear sedere in vmbra stercoris asini eius. Percontanti autem Abaï magistrum, quorsum diceret, & ne cernam eum, respondit: propter dolorem ipsius Christi. Notandum est autem discipulos interrogâsse R. Eliezer, quid facturi essent homines vt liberarentur à dolore Messiæ, ipsumque respondisse, si se occuparent in lege & officiis pietatis. Mox dixit, siue lex siue officia pietatis (præstanda sunt) ne forte causa sit (alicuius mali) peccatum, promissionésve impediat. Quemadmodum R. Iacob filius R. Edi. R. enim Iacob filius Edi componit has scripturas inter se, *Ecce ego tecum sum & custodiam te, quocunque perrexeris, &c. Timuitque Iacob admodum & angustiâ affectus est.* Quasi timeret Iacob, ne peccatum (alicuius incommodi) causam præberet & promissioni officeret. Quemadmodum exponitur, *Donec transeat populus tuus Domine*, de ingressu primo Israëlis in terram sanctam sub Iosuẹ *Donec transeat populus quem possedisti,* de secundo sub Zorobabele & Ezra. Itaque consentaneum erat, vt Israëlitis in secundo ingressu signa & prodigia contingerent, æquẹ ac in primo, sed prohibuit peccatum. Sic dixit R. Iohanan, veniat sed ne cernam eum. Quorsum hæc, inquit ei Res Lakis: Nempe quia scriptum, Quomodo si fugiat vir à facie Leonis, & occurrat ei vrsus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem & mordeat eum coluber. Adesdum, & assignabo tibi simile in hoc mundo. Si aliquando homini exeunti in agrum occurrat agrorum diuisor, iste ipsi erit velut leo, Si ingredienti deinde in vrbem occurrat exactor siue publicanus, sibi ipse videbitur similis ei, cui

Margin notes: Dan.7. Zach.9. — b vel castratum. — c Paradisi voluptatis. — d In horti porta quæ Romã respicit R. Iacob. Allusio ad verba. Esa.53. — Psal.90. — a Scholion. R. — b Sepulchrũ meũ. — Scholion R. Iacob. — Mich.5. — Dolores Christi. — Gen.28. — Gen.32. — Exod.15. — Amos 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

occurrit vrsus, sin postremo ingrediens domum suam reperiat filios filiasque suas conflictari cum fame, sibi videbitur veluti morsus à colubro.

Hier. 30.

Scriptum est, interrogate & videte si generat masculus. Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbos suos: quasi parturientis? Quid istud, *Vidi omnis viri?* Respondet Rabba filius Isaac, "vir iste ille est cuius propria est omnis virtus & fortitudo (nempè Deus) Quid quod sequitur in Hieremia, *Et conuersæ sunt vniuersæ facies in aurugimem.* Respondet R. Iohanan, familia superior (Angelorum) & familia inferior (Israëlitarum.) Illa horâ dixit Deus summus, *a* hi æquè ac illi sunt manuũ mearum opificium, Quomodo igitur perdam hos propter istos. Illud est quod vulgato prouerbio fertur, cùm currens bos cadit, adductus equus in locum ipsius statuitur ad præsepe.

a Gētes æque ac Iudæi.

Scholion R. Iacob Deus Opt. Max. cruciat se velut parturiens, atque quo tẽporis puncto, vult delere gentes exteras in gratiam Israëlis. Quo puncto perdam illas istorum causa? Prouerbij autem hæc sententia est, in locum bouis, qui currendo cecidit, solere sufficere equũ ac collocare ad alterius præsepe. Quod noluisset dominus facere ante lapsum ipsius, vt quem haberet præcipuè charum. Cæterum post sanatum bouem illo die, siue insequenti grauate fert extrudere equum suum, bouis sui causa & nomine, ex quo eò semel est introductus. Sic Deus opt. Max. simul atque lapsi in ruinam Israëlis, dignitatem tribuit nationibus exteris, vbi ipse Israël conuersus est per pœnitentiam & redemptus, molestè fert perdere nationes exteras Israëlis gratia.

Cõtextus

Ex dictatis Magistri Rab. Ghidel ait, Israëlitæ comesturi sunt annos Christi, at verò, inquit R. Ioseph Pesitâ, quisnam illos comedet? Hilec & Bilec eos comedẽt. Ad removendam sententiam R. Hillelis, qui dixit, Non est Christus Israëli, quoniam iam comederunt illum diebus Ezechiæ.

Scholion R. Iacob. Israëlitæ comesturi sunt annos Christi, id est, satietas & rerum abundantia quæ illis temporibus futura est, pertinebit ad Israëlem. Verum Hilec & Bilec comedent eum. Erat autem locutio hæc vulgaris & trita, eo sensu, quo dici solet, cacodæmones tuiusuis sexus comedent eum, vt apparet ex tractatu Hulim. Mihi autem videtur Hilec & Bilec sonare vastitatem & desolationem. Alij dicunt duos fuisse iudices Sodomæ qui his nominibus appellarentur. Non est Christus Israëli. *sententia Hillelis est hæretica nisi sic accipiatur. Non est Christus propter Israëlem vel causâ Israëlis, cui Ezechias fuit Christus & is de quo dictæ sunt vniuersæ Prophetiæ, vt Pullulare faciam cornu domui Israël, & stabit & videbit fortitudinem eius, sed (est Messias) propter Dauidem, eiusque merita, qui doctus erat innumerabiles Psalmos & Hymnos. Item propter Mosem, qui legem susceperus erat.*

De nominibus Christi.

Ait Magister, mundus non est procreatus nisi ob Dauidem, Samuël, nisi ob Mosem. R. Iohanam, imò verò ob Christum. Quod nomen eius? *b* Domus R. Sila respondet, Silo nomẽ eius, quoniam dictum, donec veniat Silo. Domus R. Ianai Innõ nomen eius, quoniam dictum. sit nomen eius in sæculum, ante solem Innõ nomen eius. Domus R. Hanina, Hanina, i. misericordia nomen eius, quoniam scriptum, Non enim dabo illis Hanina, misericordiam. Non desunt qui dicant c Menahem filius Ezechiæ nomen eius, quòd legatur in Lamentationibus Hieremiæ, quia longè factus est Menahem, consolator, conuertens animam meam. Porrò doctores nostri appellandum esse *a* album domus Rabbi, tradiderunt, allegantes oraculum Esaiæ, verè infirmitates nostras ipse portauit, & dolores nostros tulit. Nos autem reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. R. Nahaman ait, si Christus est vnus è viuis, est mihi similis quoniam scriptum, & erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur. Rab autem inquit, imò si Christus est in viuis, similis est magistro nostro Hakkados, si in mortuis, similis est Danièli viro desideriorum. R. Iuda ex dictatis Rab, siue magistri dictũ reliquit, Deus Opt. Max. prolaturus est Israëlitis Dauidẽ, quoniam scriptum, & seruient domino Deo suo, & Dauid Regi suo, quem suscitabo eis. Illic enim scribitur *suscitabo*, non item suscitaui, sed hoc similiter affirmanti Rabbino Abai respondit R. Papha. Scriptura hæc, & Dauid seruus meus princeps eorum in sæculum, Dauidem appellat Christum quo modo Imperator primus & secundus nominantur Cæsar.

b Schol.

Gen. 49. Psal. 49. Quisque istorum alludit ad suum nomen. Hiere. 16. c q. eus & lator. Lam. 1.

a i. leprosum. R. Iacob. vide observa 53 caput Esaiæ ab Hebræis explicatâ de Christo Hier. 30.

Illud Prophetæ, væ desiderãtibus diem Domini. Ad quid eam vobis. Dies domini ista tenebræ & non lux, illustrat exemplum Galli Gallinacæi & Vespertilionis, qui expectant lucem, inquit R. Samlai. dum allegorias captat. Affatur igitur Vespertilionem Gallus. Ego quidem expecto lucem,

Amos 5.

lucem, quoniã mea est. At quod ad te attinet, quid tibi cum luce? Illudque est quod dixit ille hæreticus Rabbino Abahu, Quãdo venturus est Christus isti enim respondit, Abi tege istas tenebras istis hominibus. cui cùm hæreticus diceret, quisnam imprecationem huiuscemodi mihi imprecatus est? scriptura, inquit, cuius hæc sunt verba, Ecce tenebræ operient terram & caligo populos.

Esa. 60.

Scholion R. Iacob. Ego quidem expecto lucem. Vespertilio, non habet oculos. lux ergo mea est, qui habeo oculos, vt videam & illa frui foleo. Sic Israëlitæ spectant redemptionem, quoniã dies Domini illis erit lux clarissima. Quorsum autem dicit illum expectent exteræ nationes, cùm præsertim ipsis futurus sit tenebræ & non lux?

De annis vitæ Christi.

Cõtextus

Obseruandum, quod R. Eliezer ait, dies Christi quadraginta esse annos, eoque facere locum psalmi, Quadraginta annis, infensus fui generationi huic, R. Eliezer Azariæ filius posuit septuaginta, ex hoc Esaiæ loco. Et erit in die illa, in obliuione eris ô Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius Quis iste rex singularis? respondet, Christus. Ribbi eum victurum dixit tria sæcula, è Psalmo 72. Timebũt te cum sole & ante lunam, in generatione & generationes.

Psal. 55. Esa. 23.

Hæresim esse nonnulli seruntur Messiam. Perdidissent propter peccata. Zach. 9.

Hillel asseruit non esse Israëli Christum, quòd iam *b* comedissent eum tẽpore Ezechiæ. R. autem Ioseph, parcat, inquit, dominus R. Hilleli. Nam quando extitit Ezechias? Nónne stante templo primo? Atqui Zacharias ista vaticinatur in æde secunda, Exulta vehementer filia Sion, iubilia filia Ierusalem. Ecce rex tuus venit tibi, iustus & saluatus.

Ibid.

Psal. 9.

Sequens documentum R. Eliezer dictitauit. Dies Christi. 400 anni. Quoniam dictum, lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. scribitur autem in Genesi, subijcient eos seruituti & affligent quadringentis annis. Ribbi pauciores numerat, nempè. 365. pro numero dierum Solis, quòd prædictũ sit, Dies enim vltionis in corde meo annus redemptionis meæ venit. Quid est, dies vltionis in corde meo?

Gen. 15. Esa. 63.

Ezech. 37

R. Iohanan, cordi meo, inquit, reuelaui, membris meis nõ item (quoniam id non protuli ore meo, vt membra possent exaudire, verum intra cor totum istud cõtinui) R. Simeon ben Lachis, cordi meo, inquit, reuelaui, Angelis autẽ administratoiis non reuelaui. Vt verò docet Abimas filius R. Abahu, dies Christi Israëli sunt septem annorum millia, quòd scriptũ, sicut gaudet, sponsus super sponsâ, gaudebit super te Deus tuus (diebus autem septem conuiuij lætatur sponsus, iam dies Dei mille anni) R. autem Iuda ex Samuële, dies Christi sicut à die orbis conditi, ad hoc vsque tempus. Quippe scriptũ, vt multiplicentur dies vestri, sicut dies cæli super terram (*b* tandiu enim versaturi sunt Israëlitæ in terra sua, diebus Messiæ) R. Nahaman Isaaci filius, sicut dies Noë, ad hoc temporis punctum vsque iuxta locum Esaiæ, sicut in diebus Noë istud mihi est, cui iurauit ne inducerem aquas diluuij.

Esa. 62. Deut. 11. b Scholium R. Iacob. Esa. 54.

R. Haïa Abæ filius ex doctrina R. Iohanan vniuersi, ait prophetæ non nisi vaticinati sunt de diebus Christi. At de futuro illo sæculo, oculus non vidit ô, Deus præter te, quæ facies sperantibus in te. Quod non caret controuersiâ, quoniam Samuël nihil interesse scribit inter præsens sæculum & dies Christi, præter vnam imperiorum tyrannidem.

Esa. 64.

Asserit præterea R. Haïa Abæ filius, è sententia R. Iohanan, omnes prophetas vaticinatos duntaxat de hominibus in pœnitẽtiæ squallore versantibus. Iustis autem absolutis illud propheticũ quadrare, oculus non vidit Deus præter te, quæ præparasti sperantibus in te. Quæstionem hanc auget R. Abahu, quia affirmat iustos profectos & absolutos non posse stare in loco Pœnitentibus apparato, adducens illud Esaiæ, Pax, Pax, ei qui lõgè est, & qui propè, dixit Dominus & sanaui eum, ei scilicet qui longè est in principio, posteà verò propè. Quis iste remotus? qui longè est ab initio. Quis propinquus? qui propè est hoc præsenti tempore. R. Iohanan interpretatur remotum eum, qui est longè à transgressione, propinquum eum qui est propè transgressionem, sed longè se ab ea subducit.

Ibidem.

Ex sententia R. Iohanam R. Haïa Abæ filius, vniuersi, inquit, prophetæ non nisi de Christo vaticinantur, idque discipulo sapientum & ei qui se in actione virtutis exercet, discipulo sapientum, & ei qui liberaliter largitur discipulo sapientum de suis facultatibus. Cæterum de discipulis sapiẽtũ ipsismet dicitur, oculus non vidit Deus præter te. Quid, oculus non vidit, declarat? Vinum, quod seruatur in suis racemis à sex primi orbis procreati diebus, vt quidem affirmat R. Iosua filius Leui. Vt autem Res

Innuunt vinum S. Eucharistiæ.

a Scholion R. Iacob.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen. 2. Lachis, Eden siue paradisum, quem non spectauit oculus ab ipso sæculo. Vbi igitur, inquies, versabatur Adam? Nónne in horto, qui quidem est & nominatur Eden? Aliud esse hortum, in quo Adam fuit locatus, aliud Eden siue paradisum, quem nego conspexisse vnquam oculum, discere ex ipsomet Geneseos contextu, & fluuius egrediebatur ex Eden siue paradiso, ad rigandum hortum.

Ibid. *Eorum quæ tractantur de Messia in R. Mose, Chaldæis, Pharaphrastis & Thalmud capite Helec finis, interprete G. Genebrardo Theologo, & professore Regio.*

SYMBOLVM FIDEI IVDÆORVM E' R. MOSE ÆGYPTIO.

PRÆCATIONES EORVMDEM pro defunctis, è lib. Mahzor.

ALIÆ, IN QVIBVS COMMEMORATIONEM suorum Diuorum faciunt. Aliæ pro his, qui desponsantur & coniugantur, è Breuiario Hebræorum.

Sexcenta tredecim Legis præcepta, è More Nebuchim.

INTERPRETE G. GENEBRARDO Theologo Parisiensi.

D. IA-

D. IACOBO AMIOTO MAGNO REGIS ELEEMOSYNARIO, ET D. CORNELII COENOBIARCHÆ G. GENEBRARDVS THEOLOGVS PARISIENSIS.

S. D.

INVERTENDIS antiquæ Sionis lapidibus, rutísque cæsis, Amiote literatorum princeps clarissimè, multa reperire soleo, quæ non solùm veterum patrum fidem in memoriam reuocãt, sed etiam recentis Ecclesiæ qualemcúmque picturam in illius populo, etiam num hodie, supereſſe ostendant. Quemadmodum autem in magnis superbarum ædium ruinis marmor, ac aliquid simile sæpe effoditur, quod nos veteris præstantiæ commonet & insuper ad recentium structurarum decus atque ornamentum facit, aut quemadmodum ex animantium vilissimorum stercoribus sæpè leguntur gemmæ, quæ in aureorum annulorum palas immissæ, splendorem oculis iucundissimum afferunt, sic quod ex corruptæ Synagogæ reliquiis eruitur, Patriarcharum incorruptã religionem adhuc spirans: mihi videtur Ecclesiã & exornare & ad primam suam lucem deducere. Quid commoditatis alij inde percipiant, ariolari non possum. Ego certè ad me inde sentio vberem fructum manare, siue vt antiquitatis vltimæ pleniorem cognitionem teneam, siue, vt recentiorum temporum seriem, id est, originem & progressum obseruem, & suauem voluptatem redundare, quòd in ipsorum sensis, ritibus, mysteriis, cultu, doctrina, tanquã in speculis, expressã meã fidem introspiciam, ab ea eam vltimis quibúsque tẽporibus perpetuato seculorum ordine repetam, ne mihi temerè pro cuiusuis arbitratu conficta excogitatáque appareat. Quod vtinam possem tam facilè indicare in vulgus, emissis in omnium manus, qui ad id argumentum pertinent, Hebræorum libris, quàm celeriter vnum aut alterum exemplar proferre, indéque probare multa mutari recentia, & à nostris hominibus inuenta, quæ tamen aliunde ac longè altiùs habeant principiũ. Sed hæc fuit temporum calamitas, hæc perturbati regni miseria, vt rebus propter clades inteſtinas in ancipiti positis, exhausitísque in sumptum altorum negotiorum marsupius, neque boni libri, præsertimque Hebraici, vbiuis prælo cudi, neque animi Piorum, qui in ipsis aliquid vident, ad illos, interpretandos adhuc adduci quiuerint. Interea autem, quo aliquos ad id officij Reipublicæ Christianæ præstandum reuocemus, quò aliquos ad hæc literarum studia, rei vtilitate & iucunditate proposita excitemus, exiguum quoddam prægustamentum hoc loco apponere instituí, quòd nec librarios magnis sumptibus gra-

Universidad de Deusto Biblioteca

uet, nec lectoribus ciuilium motuum pertæsis & alio non facilè mentem conuertentibus, operis prolixitate, fastidium procreet. In eo contemplabuntur præcipuos fidei articulos Iudæis nobiscum esse communes, Messiæ aduentum, per quem ad nos omnium bonorum illas adueheretur, qui & cardo semper extaret omnis diuinæ religionis, fuisse numeratum in ipsorum Symbolo, spem sempiternæ beatitudinis populo Domini, semper fuisse pro salutis capite propositam. Perspicient in solennibus ipsorum sacris vsurpari, quæ à Munstero & consimilis metalli hominibus, vt eneruent librorum de Machabæorum gestis veritatem, vt receptam Ecclesiæ de orando pro mortuis consuetudinem infirment, malignè asseuerantur nunquam in hunc vsque diem fuisse apud ipsos vsitata. Considerabunt in publicis precibus Diuinorum commemorationem fieri, compluráque alia, quæ à priscis sæculis, continuata quadam doctrinæ successione, Iudæorum animis inhæsisse non dubitabit is, qui ipsos reminiscetur semper retinentissimos extitisse auitarum traditionum. Id verò quicquid est, vir sapientissime, tuo inter bonos & doctos præclaro nomini dicare volui, quod etsi, mea etiam existimatione, exiguum sit, huiusmodi tamen studiis delectari te sciam, soleásque perhumane suscipere, quæ tuæ magnitudini in quouis literarum genere offeruntur, quarum te esse cultorem præcipuum & patronum singularem omnes tum gaudemus, tum singugulari Dei beneficio ducimus. De more igitur tuo placidè vigiliolam nostram

Accipito, ac animum pictura pasce vetusta.

Munst. in schiuius ad cap. 19. li. 3. Ioseph. Hebraici.

ORATIO IVDÆORVM,

QVAM DEO PROPONVNT DIEBVS SOlennioribus, in memoriam suæ fidei sequenti Symbolo comprehensæ: è pag. 66. Breuiarij Hispanici. Interprete Gilb. Genebrardo Theologo Parisiensi.

DEVS REX, qui insides solio miserationum, qui te geris misericorditer, qui parcis iniquitatibus populi tui, primam primum remittens, multiplicãs indulgẽtiam peccatoribus & propitiationem præuaricantibus, faciens iustitiam cum vniuersa carne & spiritu, ne iuxta improbitatem ipsorum illis retribuas. Deus (qui) docuisti nos dicere tredecim (articulos fidei) recordare nobis hodie fœderis tredecim (proprietatum tuarum) quemadmodum patefecisti mansueto (Mosi) iam olim verbis sic in lege tua conceptis. Cùm descendisset Dominus per nubem stetit Moses cum eo inuocans nomen Domini. Quo transeunte coram eo ait 1. Domine Domine, 2 Fortis, 3. Misericors, 4. & Clemens, 5. Patiens, & 6. Multus miseratione ac 7. Verax, 8. Qui custodis misericordiã in millia, 9. Qui aufers iniquitatẽ, Et 10. Scelera, atque 11. Peccata. 12. Qui mundando non mundas. 13. Qui reddis iniquitatem Patrum Filiis ac nepotibus super tertiam & quartam progeniem.

Exod. 34.

13. Dei proprietates ex Haggaon & Abbẽ Ezra, Exod. 34.

1. qui non nisi, pœnis aliquatenus sumptis, innocentes & mundos efficis.

Canticum siue carmen in Symbolum fidei tredecim radicibus siue articulis constans, è pagina 101. Breuiarij Heb. Hisp.

1. Magnificetur Deus viuus, collaudetúrque ens, cuius subsistentiæ nullum tempus extitit.
2. Vnus & adeò singularis, vt nihil sit *a* æquè singulare, absconditus, nec finis ipsius vnitati.
3. Non habet speciem corpoream, neque corpus est, *b* neque ei comparabimus sanctitatem ipsius.
4. Primæuus est, antecedítque omnem rem à se procreatam. Primus est & principium ipsius caret principio.
5. En ipse Dominus est vniuersi, ac quicquid conditũ est, declarat magnitudinem eius atque imperium.
6. Influxum muneris prophetici tradidit hominibus peculij sui, & pulchritudinis suæ.
7. Non surrexit in Israële, adhuc propheta æqualis Mosi, qui spectauit speciẽ ipsius,
8. Legem veritatis dedit populo suo, per manus prophetæ sui, qui fidelis fuit in domo sua.
9. Non variabit Deus, neque commutabit vnquam legem suam cum altera.
10. Speculatur, nouítque arcana nostra, intuens in primo rerum exortu, ipsarum fines.
11. Præmiũ tribuit pio homini iuxta opera ipsius. Malum irrogat impio secundum impietatem ipsius.
12. Mittet ad extremum dierum Messiam nostrum, vt redimat eos, qui expectant finem salutis, quam ipse afferet.
13. Mortuos viuificabit pro multitudine benignitatis suæ. Benedictũ in omnẽ ęternitatem nomen ipsius laudabile. Amen.

a vel iuxta singularitatẽ eius abscõditã. De quo in Ephrati.

b In Heb. lubens legerem & pro ℵ ℓ. Neque corpus est in rerum natura cui comparemus sanctitatem eius.

Heb. 4.

Messias siue Christus.

Ecphrasis superioris Symboli auctore R. Mose Ægyptio Maiemonis filio.

1. Obseruato legis nostræ siue radices siue fundamenta esse tredecim, quorum primum iubet credere summum opificem esse ens perfectæ absolutæque essentiæ. Itémque causam, cur reliquæ res existant, ac habeant firmitatem subsistentiæ suæ, vndéque vires & facultates constantiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersi entium ordines trahunt. Itaque si in animum inducamus remotionem essentiæ eius, profecto vniuersorum entium subsistētia cessabit, cùm tamen sublatis per animi cogitationem rebus cęteris, nō propterea ipsius cohærentia cesset aut desinat. Nomen quippè obtinet αὐτάρκης, per sęque sufficientis qui in sese non egeat alterius consistentiâ, & quo cætera omnia, siue intelligentiæ, siue corpora cælestia, siue quicquid intra ea includitur, ad sui cohærentiam indigeant. Atque is est primus articulus ad quem spectatū est, voce, Ego Dominus Deus tuus.

Mentes separatæ.

Exod. 20

Articulus secundus est de Deiter, quatérq; beandi vnitate. Eo intelligitur Causam omniū rerum esse Vnum aliquid, nec verò vnum instar eius quod dicitur specie vniuersali vnum, aut etiam vnū specie singulari siue indiuidua. Item non est vnum, prout vnum mixtū compositúm-ve, quod dispertitur in vnitates plurimas, sed nec veluti corpus simplex, quod vnū quidem extat numero, sed tamen recipit intentionem & remissionem, admittitque diuisionem in infinitum. Verum enimuerò Deus Opt. Max. Vnus est absoluta vnitate, cui nulla omninò cōsimilis existit. Ac hic quidem est articulus secundus, qui indicatur locutione, Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus vnus est.

Deus vnus citra comparationem.

Deut. 5.

Articulus tertius est de remouenda ab ipso conditione qualitatéve corporea. Nam iste vnus, cuius meminimus, neque existit corpus, neque est vis in corpore, neque attingunt siue afficiunt eum, corporum accidentia vel affectiones, vt motus, status, non modò in substantia, sed nec per accidens. Et ideò Sapientes, quos felix faustúmque sit nominasse, ab eo remouerunt omne genus compositionis & diuisionis siue separationis, ac dictum reliquerunt in summo Deo neque esse statum, neque sessionē, neque redundantiā, & quasi recrementum, neque densationem siue conflationem. Recrementum appellārunt separationem, Densationem deduxerunt à vocabulo, quo vtitur Esaias *Veaphu*, & confertim inuolabunt in humerum Palæstinorum, q. d. propellent eos per humerum inhærescendo imminendóque ipsorum tergis, de significatione coniunctionis atque appositionis. Dixit autem Propheta, Cuinam assimulabitis me & æquabor? Atqui si esset corpus similitudinem haberet aliquam cum reliquis corporibus. In his autem omnibus, in quibus scriptura comparat eum similibus corporeis, veluti dum ei attribuit motum, statum, sessionem, locutionem, id fit forma dicendi metaphorica, quemadmodum prodiderunt doctores nostri, quorum meminisse fortunatū felixque sit. Loquitur, inquiūt, scriptura more humano per quandam ἀνθροποπάθειαν, de qua re homines multa iā philosophati sunt. Hoc autē est tertium caput, ad quod respexit Deus in Deuteronomio, Non vidistis vllam similitudinem. Nam quemadmodum diximus, Deus neque corpus est, neque vis in corpore.

Esa. 11.

Esa. 40.

Deut. 4.

Caput quartum dictat necessario esse credendum Hunc Vnum esse priscū simpliciter, cæterà verò alia non esse primęua, si ei conferantur. Demonstrationes, quæ id efficiant, multas hoc in volumine attulimus. At hic quidem quartus existit articulus, ad quem accedit oraculum Deuteronomij, Habitaculum tuum (ô Israël) Deᵉ antiquitatis, & subter te brachia sempiterna.

Deut. 33.

Caput quintum, quòd oporteat Deum Opt. Max. colere, extollerēque ac exaltare vocem, ad celsitudinē & venerationem eius declarandam. Nec verò ita se gerendum erga alios, veluti Angelos, orbes cælestes, stellas, elementa & reliqua, quæ ex iis conflantur, quippè quæ omnia *a* finita sint & coactam siue necessariam habeāt actionem, & nihil possint vel desiderent præter Dei voluntatem. Præterea non interponendi sunt velut interpretes aut sequestres inter se & Deum, vt ei ipsi cōiungantur, neque ponendæ ex aduerso sui (i. ante se) cogitationes ad alterum. Et is quintus quidē articulus, hortatur sese subducere ab Idolorum alienorúmque Deorum cultu. Ad quam sententiam constabiliendam plurima legis oracula pertinent.

a Vel finitam & coactam, &c.

Articulus sextus est de Prophetia. Hoc tenentur homines, nōsse in humana specie versari indiuidua, quorum mentes purgatę sint, perfectióque adeò insignis, vt animus ipsorum defæcatus depuratúsque eo vsque progrediatur, vt percipiat veritatem, itémque formam intellectualem, sicque postea adhærescat intelligētia humana intelligētiæ agenti, atq; ab ea recipiat prestātem influxū, id est influxum propheticum. Ac ista quidem huius rei sententia est. Cæterùm explicatio articulatissimè patet. Sed quoniam non proponimus adducere demonstrationes de singulis articulis, ac declarare quî valeāt comprehēdi & qui sint summa vniuersáque capita cunctarum

disciplinarum, eos dūtaxat commemorabimus per modum narrationis. Versus autem Legis testimonio suo comprobabunt plurimorum Prophetarum Prophetias.

Articulus septimus pertinet ad prophetiam Mosis magistri nostri, super quem sit pax. Iuxta hunc necesse est credere Mosem patrem esse omniū prophetarum qui ipsum vel præcesserunt vel subsecuti sunt, vel ipsius æta te vixerunt, nec reliquorum dignitatem atque præstantiam Mosaicæ esse parem. Vnde ipse præcipua extitit creaturarū Dei, quod ad homines attinet, apprehenditque plus secretorum Dei conditoris quàm aut apprehendit aut apprehendet vllus hominum, qui vel extiterint vel extaturi sint. Præterea credendum est ipsum peruenisse ad summum humanæ præstantiæ, adeò vt peruenerit ad regni cælestis eminentiam, comprehensúsque fuerit cœtu Angelorum. Deinde non est relictum vllum firmamentum, vllúmque mysterium in arcanis legalibus, quæ non habuerit comprehensa non officientibus impedimentis corporeis. Præterea nihil ei defectionis, ne tantillum quidem, inhæsit. Quin etiam in suis perceptionibus contemplationibúsque membra ipsius, & sensus desierunt fungi suis crassis & corpulentis actionibus, & facultas ipsius apperens oppressa est, adeò vt sola mentis intelligentia superstes & reliqua extiterit. Ac in hanc sententiam ipsum proditum est conuersatum cum summo opifice citra Doctorem intermedium. Cęterùm hoc præclarum argumentum propemodum explicauissemus, atque diluissemus dubitationes, quæ emergunt è legis versibus, declarauissemus quoque sensum loci Ore ad os loquar ei, cum integro versiculo, itémque aliis, qui eandem sententiam efficiunt, nisi perspexissemus has subtiles sententias, valdéque abstrusas egere præfationibus multis & hypothesibus & parabolis siue comparationibus, priusque explicandam fuisse substantiam Angelorum & mysterium de ipsorum præstantia necnon animæ & facultatum ipsius natutam. Sic verò prouecta fuisset nostra oratio ad tractationem formarū, quibus summus opifex itémque angeli apparuerunt Prophetis, vbi sese reuoluisset tractatio de mensura staturæ, & rebus eōdem pertinentibus. Huic verò disputationi soli, etiā si absoluta breuitate perficeretur, non sufficerent centum chartæ. Quocirca reiici eā in aliud tēpus, quousque occurrat locus accommodatus in libro de expositionibus Derashoth, (id est quæstionum) siue rerum in contemplatione positarum, quem edere instituī, aut in libro de arcanis facultatis propheticæ, quem iam cœpi, aut in libro de festis, in quo explicare hæc vniuersa capita à me iam recensita, pertractabo.

Moses præcipua creaturarum. Deut. 34.

Num. 12.

Sed reuertor ad hoc caput à quo desiexi. Vaticinatio Mosis Doctoris nostri, qui pace fruitur, antecellit vaticinationes cunctorum prophetarum quatuor in rebus. Primùm quoniam summus opifex, non colloquebatur cum prophetis nisi interuentu Angeli interpretantis, cùm inter Deū & Mosem non intercederet Angelus, quemadmodum prodit scriptura, Os ad os loquebatur. Deinde Prophetæ vniuersi non fungebantur munere vaticinationis nisi in insomniis nocturnis, Dicente scriptura, Et somniauit & ecce scala constituta: aut interdiu quidem, sed cùm sopor irrueret in prophetam, cui accidebat res illa, sensibus ipsius membrísque omnibus oppressis suáque actione destitutis adeò, vt sola cogitatio in ipso vigeret, quemadmodum solet euenire somniantibus. Hoc autem vocatur visio & visum, vnde Illud, In visionibus Dei. Moses verò habuit spiritum propheticum sibi assidentem ac super se morantem interdiu, stans iuxta duos Cherubim, quandò congrediebatur ei summus opifex. Hinc illud, & conueniam te ibi. Tertiò omnes prophetę, quotquot vaticinabantur tametsi id facerent per visa aut interuentum Angeli, concutiebantur membris, tabescebant pedibus, ac compages corporis ipsorum dissoluebatur, corripiebátque ipsos horror ingens, adeò vt præ terrore propemodum efflarent animam. Sic scriptum est de Daniële, dum ipsū alloqueretur Gabriel. Nō est, inquit, relicta in me fortitudo, sed & species mea mutata est in me in tabem, neque tenui quicquā virium. Quin & subiicit, Audiens iacebam consternatus & vultus meus hærebat terræ. Et iterum, in visione versi sunt cardines mei in me. Mosi autem nihil tale accidebat, vt potè qui prophetiam apud se morantem haberet.

Num. 12.

Gen. 28.

Dan. 10.

Exod. 33.

Sed nec palpitabat nec expauescebat, dicente scriptura, collocutus est Dominus cum Mose facie ad faciē, &c. Quorū verborum hęc est sententia. Quemadmodum homines non expauescunt, dū inter se colloquuntur, sic ipse Moses, qui pace perfruitur, non pauebat aut conturbabatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum cum ipso Deus sermocinaretur, etsi id fieret aduersa facie, idque quoniã multum vehementérque defigebatur, & hæresceba ntelligentiæ, quemadmodũ diximus. Quarto & postremò sancti vates non vaticinabantur pro arbitratu suo, sed pro voluntate & licentia summi opificis, fieriq; poterat, vt multis annis agerent citra influxum vimque prophetícam, & quamuis rogarent dominum, vt sibi mitteret prophetiam, sic tamen permanerent aliquandiu, quoúsque eis vis vaticinandi obueniret post multos, vel dies, vel annos: aut etiam vaticinatione nunquam afflarentur. Vnde repetias eorum quosdã, qui fategerint exhilarare animam suam, purgaréque cogitationes suas. Hoc modo se gessit Elisæus dum diceret, Et nunc accipite mihi psaltem, tum enim prophetia in ipsum irriuit. Nec tamen quotiescunque vaticinabantur, opus erat tali afflatu, vt vaticinarentur, vtque ei præpararentur. Moses autem, (sicuti comperimus) doctor noster vaticinandi dono fungebatur, quocunque vellet tempore, quemadmodum ipsemet prodit, State, inquit, & audiam quid præcipiet dominus vobis, Et iterum, Loquere ad Aaronem fratrem tuum, & ne veniat omni tempore ad sanctuariũ. Moses nempe omni (tẽpore) veniebat, non item Aaron.

4. Reg. 3.

Num. 9.

Articulus octauus est lex de cælo. Eò credimus legem vniuersam, quæ versatur in nostris manibus, conscriptã esse à Mose, & profectam ex oraculo præpotentis Dei. His autem significare cupio, vniuersam legem ad ipsum peruenisse: per oraculũ omnipotentis accessu, qui appellatur colloquium siue sermocinatio. Nec verò nouimus, qualis extiterit iste accessus, sed eum tamen is nouerat, qui ipsum est consecutus, quódque factus sit tanquam cum scribente, cuius in auribus aliquid legitur, qui & scribit, quæcunque ipsi narrantur partim de Annalibus, partim de rebus ad legẽ legísque præceptiones pertinentibus. Ac sic distinctio habetur inter hos locos. Et filij Cham Chus, Mizraim, Phut, Et, Nomen vxoris ipsius Meetabel filia Matred, Et Ego Dominus Deus tuus. Et, Audi Israël. Vniuersa enim lex Domini sancta est, atque vera. Et tamen Manasses quidã hæc negabat, docebátque impios negatores existimare legem habere corda & cortices, ac tales narrationes & res gestas, quæ Lege continentur, carere vtilitate, nec aliũde esse profectas, quàm ab ipso Mosis ore, atque id quidem significari vulgari dicto, Lex non est de cælis. Præterea ferunt Manassem credidisse totam legem prodiisse ex Oraculo Dei, præter illos versus, in quibus Moses nõ adiecisset. Sic dixit Dominus. Atqui mandatum ipsius violasset. Nam Moses à semetipso locutus fuisset, Deo haud quaquam præfante, vt quidem impiorum verba supponunt. Verum omnes legis apices literæque includunt insignes sententias sapientiæ plenissimas, quas percipiant ij, quibus Deus apperuerit mentem, ita tamen vt sapientiæ eius summa perfectio non comprehendatur, prodente scriptura, longiorem esse terra ac insuper latiorem mari mensuram ipsius: cùm non nisi liceat homini incidere in vestigiis Messiæ Dei Iacob, qui precatus dixit, Reuela oculos meos, & videbo mirabilia de lege tua. Cæterum interpretatio ipsius, quam à maioribus accepimus, similiter profecta est ab oracculo præpotentis Dei. Prætereà quicquid obseruamus hodie de præceptis Tabernaculorum, Palmarum, Tubarum, Fimbriarum, Phylacteriorum hisque consimilium aliorum, manat è iudicio, quod reuelauit supremus mundi effector Mosi, qui in pace cõquiescit, quódque Moses nuntiauit nobis, missione fideli per ipsius legationem ad nos perueniente. Extat autem versiculus, qui id quod designatur in hoc octauo articulo, expressit his verbis, In hoc scietis, quia Dominus misit me ad faciendum vniuersa hæc opera, Nam non ex corde meo (illa dictaui.)

Iob 12.

1. Danielis, qui hæc caus. 139.

Cabbala siue interpretatio legis per manus tradita à Deo est.

Num. 16.

Articulus nonus pertinet ad translationem (legis) hoc est, permutationẽ. Eò credimus legem Mosis non esse reuellendam neque permutandam, neque aliam à Deo profecturam, nihil ei esse addendum, nihil detrahendum quoad scriptum, eiusque sententiã & explicationẽ. Hoc & testatur verbum Dei hac oratione, Non addes ei neque minues de eo. Sed iam declarauimus, quod explicare oportuit de hoc capite, in præfatione nostra.

Deut. 4.

Articulus decimus ostẽdit Deum Opt. Max. nota cõpertáque habere hominum opera, nec in his a torpescere. Nec verum esse, quod quidam inducũtur dicere apud vatem, Dereliquit Dominus terram, sed potius quod concionatur Hieremias propheta, qui pacis beneficio fruitur, Magnus est cõsilio, multus opere, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum hominum. Et quod alibi dicit scriptura,

a Hasitare. Iob 10.

Scripta Mosis, partim ad historiam partim ad legislationem pertinent. Gen. 10. Gen. 36. Exod. 20 Deut. 6.

Dixitque

Gen. 18. Dixitque Dominus, clamor Sodomorum & Gomorrhæorum, multiplicatus est & peccatum eorum, Et rursum, Viditque

Gen. 6. Dominus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset, ad malum omni tẽpore. Hæc verò omnia insinuant sententiam veritatémque huius articuli.

Articulus vndecimus docet Deum Opt. Max. remunerare benefacta eorum, qui executi fuerint legis præcepta, punire verò eum, qui eius vetita commiserit. Remuneratio autem eorum maxima, est futurum sæculum. At pœna summa in eo posita est, quod excindetur anima, peribitque. De qua re, quod sufficeret, iam tractauimus.

Exod. 32. Contextus autem scripturæ, qui hanc sententiam designat, extat apud Mosem his verbis, Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Cui respondit Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. His scriptura profitetur, propositam esse iusto & improbo mercedem: illi quidem præmium, huic verò supplicium.

Articulo duodecimo iubemur credere tempus dierum Messiæ siue Christi, nempè tempus aduentui ipsius esse destinatum. Quod si tardauerit, expecta eum. Et ne ei præstituat quisquam certam ætatem, néve promat ex scripturis conjecturas, vt comprehendat tempestatem aduentus ipsius, dicentibus sapientibus nostris, exsibilato spiritũ eorum, qui supputant fines. Est autem necesse credere in Messiam, eum extollere, amare & orare pro eo (pro ipsius aduentu) iuxta id quod nuntiatum est per Prophetas omnes, ab ipso Mose ad vsque Malachiam. Quicunque autem de eo apud se dubitat, mendacij insimulat vniuersam legem, quæ Messiam sperare iubet clarissimè in sectione Balaam, & in sectione Vos statis hodie. Atque id omnino, ne Deo & verbis prophetarũ ipsius nuntium remittat.

Abac. 2.

Necessario credẽdum in Messiam.

Num. 24. Deut. 29.

Articulus decimus tertius spectat ad resurrectionem mortuorũ, Huius verò sententiam iam declarauimus. Porrò Homo cùm apud se integris completísque articulis omnibus credit, compræhenditur communione Israëlis. Itaque necesse est eum diligere, ei parcere, erga eũ præstare quæcunque à Domino omnium opifice iussa sunt, quod attinet ad officia charitatis, fraternitatis, societatis vnius erga alterum. Quod si admiserit omne genus præuaricationum mundi, vi concupiscentiæ & fomitis, sequutúsque fuerit impetum naturæ suæ corruptę, luet quidem pœnas pro grauitate peccati sui. Interea tamen partem futuri æui obtinebit. Atque id quidem de præuaricationibus Israëlitarum dictũ esto. Cùm autem amiserit aliquem istorum articulorum, à cõmunione egreditur, Deũ, præcipuum fidei caput negat, estque hæreticus & Epicurus, ac detruncans a plantationes. Vnde eum decet auersari atque perdere, vt de quo proditum sit, Nonne odientes te Domine oderam, & insurgentibus in te infensus eram? Sed iam sat multa hoc loco disserui, digressus ab instituto tractationis meæ. Verũ id egi, quia ingens inde manabat vtilitas ad fidei cõfirmationem, quippè qui sim tibi complexus sententias valde conducentes, dispersas alioqui per multos cósque insignes libros. Quamobrem posside eas & prosperare, ac lege verba mea ista sæpiusculè. Animum ad illorum intelligentiam serio adiice, neque fallat te cor tuum, vt autumes te ea intellecturum simplici adiectu aut etiam denis. Tibi persuadeto. (Vinit Dominus) te stolidè deceptum esse (si id putes,) proindéque ne festina iudicium ferre de iis, quæ tibi videbuntur. Cæterùm composui hũc libellum prout occurrebat mihi, atque id quidem post multos labores, consideratis libris compluribus, peruestigatísque sententiis, tum aptis, tum ineptis, ac è cunctis tibi quicquid certo tenere & credere par est exposui.

a Firmas patrie sententias. Psal. 139.

Singulis præterea in capitibus omnia firmare studui probationibus dilucidis. Et certè à Domino postulaueram vt doceret me semitam rectam & iuuaret me, quemadmodum vates ipsius fuerat precatus. Sit, manus tua ad adiuuandum me, quia mandata tua elegi.

Psal. 119.

SVPREMVM LVGENTIVM

Officium ex libro precationum Hebraicarum, qui inscribitur Mahzor sanctæ Synagogæ Romanæ.

Qui conspicit sepulchra Israëlitarum, dicit.

Benedictus Dominus Deus noster, Rex sæculi, qui cum iudicio formauit vos, aluit vos, in vita conseruauit vos, morti dedidit vos, qui nouit numerũ omniũ vestrũ, qui vos suscitaturus est, qui vos restituturus est cum iudicio. Benedictus es Domine qui vitam tribuis mortuis. Viuant mor-

Isa. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tui cui, cum cadauere meo resurgant. Expergiscimini & iubilate, qui iacetis in pulvere, quia ros lucis, ros tuus: & terra manes eiiciet.

Ad tumulum defuncti, superiorem hanc benedictionem solus Minister Synagogæ pronuntiat. Sequentem verò orationem populus Ministro præeunte concinit.

Iustificatio Iudicij (i. vt quis iustificetur in Iudicio. Putant enim hanc precem iustificare mortuum, pro quo orant.)

1. Dei perfectum est opus. Nam vniuersæ viæ eius iudicia. Deus veritas est & absque vlla prauitate, iustus, itémque rectus.
2. Deus perfectus est in omni opere. Ecquis dicet ei, quid agis? Qui dominatur in inferioribus, & superioribus, qui morti tradit, qui vitam suppeditat, qui deducit ad inferos & reducit. 1 Reg. 2.
3. Deus perfectus in quacunque actione, Ecquis inquiet ei, Qui facis? Qui ordinas & facis, gratis nos misericordiâ affice, ac merito illius (Isaac) qui vinctus fuit, tanquam victima, attende & exequere. Hic meritum Isaaci applicatur defunctis.
4. Deus perfectus est, opus eius veritas. Omnes enim viæ eius misericordia & veritas. Ipse veritas est, itémque iudicia eius veritas. Longanimis, multæ misericordiæ & verax.
5. Ipse autem misericors propitiabitur iniquitati, & non perdet, multiplicabit auertere iram suam, & non effundet omnem suam indignationem.
6. Benedictus, quoniam veritas iudicium eius & lustrat vniuersa oculo suo, retribuitque homini secundum ipsius merita, cuius nomini cuncta laudem tribuunt.
7. Videte nunc, quòd ego ipse sim, nec extet Deus mecum, ego occidam & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo, nec est qui de manu mea possit eruere. Deut. 32.
8. Homini, siue vnicum annum superstes fuerit, siue mille annos vixerit, extitisse quid magni prodest? perinde est ac si non extitisset. Benedictus iudex veritatis, qui & necat & vitam præbet.
9. Anima omnis viuentis in manu tua est, iustitiâ plena est dextera tua. Miserere ouiũ manus tuæ, quę reliquæ sunt ac dicito Angelo, retine manum tuam. Iob 33.
10. Recordare Abrahæ, ac intuere ab excelsis tuis necnõ Isaaci, qui ligat⁹ fuit propter nomẽ tuũ, Iacobi quoque, qui dictus est perfectus tuus. Propter te, proptérque illos veniam præsta, & parce populo tuo.
11. Certè tribus rebus fundamenta mundi firmantur lege, cultu & pietate (erga mortuos.) Benedictus qui prẽmiũ rependit vacantibus pietati.
12. Iustus in omnibus viis suis Deus, perfectus, longanimis, misericordiisq; plenus. Indulge quęso, parce, obsecro tũ patribus, tum filiis. Tua enim est, ó Domine, propitiatio, atque misericordia.
13. Quid emolumenti percipit homo ex cuncto labore suo? cùm ob hæc omnia mors sors eius sit, nec in die mortis habeat adiutorem, præter Dominum, cuius opera perfecta existunt.
14. Iustus & rectus, neque est in viis ipsius prauitas. Ipse enim vocatur Deus perfectus, cuius opera pura sunt, cuius & viæ iustæ, à cuius conspectu, qui vniuersa condidit, nemo se potest abscondere.
15. Iustus & formator vniuersi operis. Benignus in omnibus, quæ agit, Dominator, voluntatem suam exequens. Ecquis dicet ei, quid moliris?
16. Iustitia & iudicium vniuersæ viæ eius. Misericordia & veritas vniuersæ semitæ ipsius. Delectus personarum nullus coram ipso. Quin & super nos commouentur viscera misericordiæ eius, quippè qui omnes simus opus manuum illius.
17. Censor veritatis, iudex iustitiæ. Benedictus iudex veritatis, vt propè cuius omnia iudicia misericordia & veritas. Psal.
18. Cernite sapientes, inducitéque in animum non teneri imperiũ in mortis diem, sicuti pronuntiauit vir integer iuxta ac rectus: Dominus dedit, Dominus abstulit, Esto nomen Dei benedictum. Iob. 1.
19. Nouimus domine iusta esse iudicia tua, quódque iustificaberis in verbo tuo, purgaberis in iudicio tuo, Nec esse ratiocinandum post censuram sententiarum tuarum. Iustus es Domine: ac rectum vnumquodque iudiciorum tuorum.
20. Etsi homo viuat mille annos (&) dominatio principatus ipsius pareat in omnẽ partem & *a* locum, tamen absque diuitiis descẽdet in cauernas, ac in iudicio sistetur ante Deum, qui nullum personarum habet delectum. a Faciem.
21. Potens nomen eius & vnicum. Ante eũ paruus pariter & magnus æquales sunt. Creatura hoc inducat in animum & expauescat, quoniam disceptabit coram iudice, qui nec personarum habet rationẽ, nec capitur munere.
22. Tu viuus perenníque elegisti nos elegimus te pro parte portionis nostræ. Hic merita Martyrum

Propter gloriam nominis tui libera nos, expiato quoque peccata nostra: Ob nomẽ tuum, propter te, propter cruorem seruorum tuorum, qui effusus est anno octingẽtesimo quinquagesimo sexto, qui vitam suam facultatésque suas pro confessione vnitatis nominis tui sancti dediderunt.

23. Meritum vnigeniti, qui vinctus est, cùm, attigisset trigesimum septimum annum & tuo iussu oblatus cædi, in cuius demùm loco prehensus est aries, promisisti te seruaturum in perpetuum iis, qui te colent cum charitate & metu, quanto magis *b* ducibus nostris, qui anno centesimo trigesimo sexto simul interierunt.

Hic cadauer eximitur feretro. Deinde Minister Synagogæ sequentes versus sigillatim præcinit, succinit verò reperíque populus.

24. Hæc est via totius mundi. Congregamini & præstate vniuersi opera misericordiæ. Nihil enim ipsum latet. Ac animæ vestræ vita sempiterna perfruentur. c Heb. Eterosis est persone & numeri. Anima eius perfruetur. Esa. 52. Vers. 7.

25. Vox audita est annuntians pacem. Voluntatem timentium se faciet in pace. Audite verbũ pacis. Requiescat anima ipsius in cubili suo in pace.

26. Iaceat in pace, Dormiat in pace donec veniat consolator quĩ pacem audire faciat.

27. Patres sæculi, qui dormitis in Hebron, portas horti Eden aperite illi, atque dicite: Aduentus ipsius (esto) in pace. Invocatio Patrum priscorum Adam Abraham Isaac et Iacob sepulti sunt in Arbo que & Hebrõ in tribu Iuda, Iosue, 14. Gen. 19 Sic & 4 ipsorũ vxores Eua Sara, Rebecca, Lia. Nam Rachel sepulta fuit propè Bethelhem Gen. 2.

28. Colles æterni de spelunca duplici, portas paradisi Eden patefacite illi, ac dicite, In pace veniat.

29. Angeli pacis egredimini in occursum ipsius, portas paradisi voluptatis reserate illi, atque pacem aduentui ipsius denuntiate.

30. Custodes Thesaurorum horti Eden, patefacite ei portas horti Eden, & ingrediatur N. paradisum, fruatúrque fructibus paradisi. Expetenda sint ab eius dextera, Dulcia à sinistra. Hoc *a* exaudias (ó Domine) eíque dicas, in pace esto *b* aduẽtus tuus. a He br. respondeas. b Heb. Eterosis, aduentus eius. c Vel resituras sanctuarium (&)

Post cadauer humo conditum, se vertunt ad orientem & dicunt.

Magnificetur, sanctificetúrque nomen ipsius magnum, qui renouaturus est mundum, viuificaturus mortuos, fundaturus templum, ædificaturus ciuitatem Hierusalem, eradicaturus cultum impium de terra e reducturus sanctitatem, benedictũ ipsum Messiam suum cum regno ipsius atq; gloria in locum suum pristinum in vita vestra, diebúsque vestris, in vita quoque vniuersę domus Israel citissimè temporéque proximo. Dicite igitur, Amen.

Benedictum sit nomen ipsius magnum in seculum, inque sæculorum sæcula.

Benedicatur, collaudetur, decoretur, exaltetur, clarificetur, euehatur, & glorificetur nomẽ ipsius sanctum benedictúmque supra omnem benedictionem, hymnum, laudem & consolationem, quæ dicuntur in mundo. Amen. Desinat vastitas, fames, mors, calamitates exitiales recedant à nobis, & à vobis, atque à populo Israel. Amen. Sit pax alta à Domino, vita, satietas, salus, solatium, liberatio, sanitas, redemptio, propitiatio, expiatio, refrigerium, creptio nobis & cunctis Israëlitis. Amen.

Solent autem accipere herbas & puluerem, & post se spargere dum egrediuntur, ac dicere, Quia puluis es & in puluerẽ reuerteris. Præterea cum egrediuntur è cœmeteriis, singuli apud se sequentem orationculam recitant.

Et nunc Domine Pater noster, Nos sumus lutum, tu autem fictor noster, opus manuum tuarum sumus omnes. Confiteor, tibi Domino meo me esse puluerem, cinerem, vermem mirè aridum, vmbrã transeuntem, At tu Domine perpetuo sedebis, sedésque tua erit in sæculorum sæcula. Amen.

In domum luctus reuersi manus abluunt, séque sic funesta illa re expiatos credunt. Alioquin ritus in lege Mosaica præscriptos de purificatione eorum qui cadauera tetigerunt, non seruant: quasi illi tantùm stante templo habere debeant locum. Mox miscent vini calicem, Ministro his verbis benedicente.

Benedictus sis, Domine Deus noster, Rex sæculi, qui creasti fructum vitis. Benedictus sis Domine Deus noster, Rex sæculi, iudex veritatis & iudex misericordiæ. Cẽsor veritatum, qui iudicat nos iudicio verò, quemadmodum scriptum est, Dei perfectum est opus, & Iustus es Domine, & rectum vnumquodque iudiciorum tuorũ. Benedictus tu Domine omnium lugentium consolator. Applicatio Calicis pro vinis & mortuis Inuita psal 116. Calicẽ salutaris accipiam Psal. 119.

Postremò Benedictionem cibi, hoc in luctu sic peragunt.

Benedicamus lugentium consolatori. PO. Benedictus lugentium consolator, de cuius bonis mãducauimus atque viximus. Minist.

Benedictus qui satiat famelicos, Benedictus ipse & benedictum nomen eius, Benedicta quoque memoria eius in sæcula perpetua. Benedictus es Domine Deus noster Rex sæculi, qui alis vniuersum mũ- Minist. Applicatio panis pro vinis & mortuis hac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambo fiunt de veteri Eucharistia, horum cum in locum verus sacer Sanctus missa à Christo instituta.

dum gratiâ, benignitate & misericordia. Da escam omni carnis Nam in æternum misericordia tua, cuius bonum ingens nũquam defuit nobis, sed nec deerit nobis alimentum vnquam in sæculum, & æternitatem. Ipse enim nutris & cibum præbes omnibus, sicuti scriptum extat, Aperis manum tuam, & satias omne viuens beneplacito. Benedictus tu Domine qui omnia alis.

Deut. 8.

Confitebimur te Domine Deus noster, quoniam hæreditandam tradidisti patribus nostris terram desiderabilem, feracẽ & amplam, fœdus & legem, vitam & victum, quoniã eduxisti nos de terra Ægypti redemistique nos de domo seruorum propter fœdus tuum, quod obsignâsti in carne nostra, & propter instituta beneplaciti tui, quæ patefecisti nobis, & propter vitam & victum, quo cibas alisque nos, denique propter omnia Domine Deus noster confitemur te, & benedicimus nomini tuo, vti iussisti, Vbi comederis & satiatus fueris, benedices Domino Deo tuo ob terram pinguem, quam tibi dederit. Benedictus tu Domine, & terræ illius, & cibi causâ.

Esa.

Cõsolare, Domine Deus noster, lugẽtes Sionis & lugẽtes Hierusalẽ, lugentes quoque qui lugẽt in hoc funere. Cõsolare eos à luctu ipsorum, exhillara eos ex ipsorũ labore, scripturam hanc implens, Sicut vir quem mater consolatur, sic ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini. Benedictus tu Domine consolator lugentium, & structor Hierusalem. Amen cito in diebus nostris. Amen in vita nostra ædificetur vrbs Sion & aptetur cultus in Hierusalem. Benedictus tu domine Deus noster, Rex sæculi, Deus pater noster, Rex noster, inclytus noster. Redemptor noster, sanctificator noster, sanctificator Iacob, Rex viuus, bonus itémque beneficus, Deus verus, iudex, in iustitia animas excipiens, dominator in mundo suo, adeo vt exequatur cuncta pro voluntate. Non autem populus eius, seruiq; ipsius. Ac propter hæc omnia tenemur confiteri illum, eique benedicere. Qui sepit ruinas, ipse sepiat ruinam hanc nobis, & populo suo Israel misericorditer. Qui facit pacem in superioribus suis, ipse per misericordiam suam conciliet nobis, populóque suo pacem. Amen.

Hasi'ab'a, id est, Oratio pro defunctis, quam Hazan siue minister Synagogæ recitat ad sepulchrum, itémque in Synagogis, inter productæ le-

Hasi'ab'a sonat accubitum.

gis solennia, diebus festis & maximè expiationis, quo die omnia ferunt religione, cultúque pro remittendis peccatis.

Hanc sæpiusculè Minister repetit, prout rogatur à diuersis flagitantibus sibi dari Hasçabà pro anima. N. Sic enim loquuntur. Vnde posset iuxta Ecclesiasticam loquendi formulam appellari, Requiem, vel Libera Hebræorum.

Melius est ire in domum luctus, quàm in domum conuiuij, in qua est finis omniũ hominum. Quod Viuens in cor inducat suum. Finem verbi omnes audiamus. Deũ time, & mandata eius serua. Nam istud est omnis hominis.

Eccl. 12.

Requies firma in superna habitatione sub alis Numinis, in gradu sanctorum & purorum, tanquam splendor firmamenti, collucentium fulgentiúmque. Permutatio offium, Propitiatio delictorum, Remotio præuaricationis, Accessio salutis, indulgentia, & miseratio à conspectu inhabitantis cæleste domicilium, Pars deniquè bona in vitam venturi sæculi ibi sit portio, tectúmque ac habitatio celebris animæ sapientis huius, intelligentia præditi, gloriæ Magistri, vel Domini.

Animæ gloria siue ornamentum & decus hominis.

Spiritus Domini quiescere faciat eum in horto Eden, & locetur ei pax quemadmodũ scribitur in Esaia. Veniat pax, quiescat in cubilibus suis ambulans ante ipsam, ipse ac omnes defuncti Israëlis ipsius misericordiâ & propitiatione. Amen.

Esa. 57.

Quod si fuerit fœmina, preces producunt in versibus & in iustificatione Iudicij, pro dignitate ipsius. Nec verò circundant eam, sed post sepulturam ipsius Hazan siue minister recitat sequentem Hasçaba.

Misericors, cui misericordia propria est, & cuius verbo creati sunt mundi, iste nẽpè mundus, & mundus venturus, & congregauit in eo iustitias & benignitates, quas fecerunt intelligentiæ eius, & in verbo suo & in fortitudine sua dicat, vt ingrediatur coram se memoria matronæ istius gloriolæ & modestæ Dominę N. quæ hoc die è mundo discessit.

Oratio pro defunctis

Rex sæculi misereatur eius, rex sæculi parcat & propitius sit ei, & faciet ei pacem; & in cubili ipsius sit pax, & requiescat in requie sua ipsa & cunctæ filiæ populi Israel in communitate miserationum & propitiationum. Amen.

Præcipitabit mortem in sempiternum. Et auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra, quia Dominus locutus est.

Esa. 25

Viuant

26.

Viuant mortui tui, cum cadauere meo resurgant. Expergiscimini & iubilate, qui iacetis in puluere, quia ros lucis ros tuus, & terra manes eiiciet.

Et ipse misericors propitiabit iniquitatem & non perdet, & multum auertet irã suam, neque effundet omnem indignationem suam.

Canticũ cherubinorum quodiu missa canitur.

Post sepulturam cadaueris filius eius aut vnus è proximis recitat Caddis Sanctus.

Magnificetur, sanctificetúrque nomen ipsius magnum, &c. vt suprà.

Desinat gladius, & fames & mors, & cuenta mala auferat à nobis & à vobis, & à populo Israel, & dicite, Amen.

Sit pax multa è cælis, vita & sacietas & salus, & consolatio, & liberatio, & medela, & redemptio & propitiatio & expiatio & refrigerium & protectio nobis & vniuerso Israel, & dicite Amen.

Qui facit pacem in excelsis suis, ipse per misericordiam suam nobis det pacem & vniuerso Israel. Amen.

Hæc est proiectio seminis diuina, persimilitudinem.

Hinc auellunt herbas & eas à tergo proiiciũt & dicunt: efflorescant ab euigilatione sicut herba terræ. *Quando autem veniunt à comitatu mortui, abluunt manus & deterunt mappa: dicentes,* Manus nostræ non effuderũt sanguinem istum, &c.

Inscribunt autem lapidibus sepulchrorum.

Sit anima eius in horto siue paradiso Eden, Amen.

a Deprecatio sumpta ex 1. Reg. 25. Vbi Abigaïl hæc Dauidi exoptare legitur.

a Vel.

Sit anima eius colligata in fasciculo viuentium, vel vitæ.

Vel.

nע, super eum pax

Reperi hac in Parisiorum vrbe lapidem sepulchralem cum hac scriptura.

Et tu titulus (es) sepulchri Salomonis filij Haijm qui discessit in Paradisum Eden tertio die mensis Iiar. 1. Aprilis, anno milleſimo trigesimo octauo ad sectionem n22.

Et in alio.

Tu titulus es sepulchri dominæ Iohæ filiæ R. Semuëlis, quæ discessit in paradisum Eden, &c.

PRECATIONES, IN QVIBVS commemorationem faciunt suorum diuorum, præter superiorem, in qua inuocabant patriarchas & angelos.

Peccauimus ante te, miserere nostri.

Exod. 34.

Deus misericors nomen tuum, Deus miserator nomen tuum, Deus longanimis nomen tuum, plenus miserationibus nomen tuum, *b* in nobis vocatum est nomen tuum, Domine fac propter nomen tuum.

b Appellamur ex nomine tuo populus domini. Gen. 12.

Domine fac propter nomen tuũ & parce Israeli populo tuo.

Domine fac propter inquilinum (Abraham) perfectum tuum, & parce Israeli populo tuo.

c In monte Moria, vbi postea constructum est templum.

Domine fac propter vinctum *c* in vestibulis tuis (Isaac) & parce Israeli populo tuo.

Domine fac propter exauditum in scala de excelso tuo, (Iacob) & parce, &c.

Hic vbique est perpetua sanctorũ Patrum pro viuis & mortuis intercessio.

Domine fac propter meritum Ioseph sancti tui, & parce, &c.

Domine fac propter extractum de aquis tuis (Mosem) & parce, &c.

Domine fac propter (Aaronẽ) sacerdotio fungentẽ in Vrim & Tummim oraculis tuis, & parce Israeli.

Domine præsta propter (Phineem) zelantem ob nomen tuum, & par. Isr.

Domine præsta propter (Dauidem) suauiter concentus tuos emodulantem, & parce Isr.

Domine præsta propter (Salomonem) qui ædificauit Ædem nomini tuo, & parce Isr.

Domine præsta propter nomen tuum, & parce Israeli populo tuo.

Fac propter nomen tuum, Fac propter bonitatem tuam.

Fac propter fœdus tuum, Fac propter magnitudinem tuam.

Fac propter legem tuam, Fac propter decus tuum.

Fac propter conuentum tuum, Fac propter memoriam tui.

Fac propter misericordiam tuam, Fac propter bonitatem tuam.

Fac propter rectitudinem tuã, Fac propter gloriam tuam.

Fac propter doctrinam tuam, Fac propter regnum tuum.

Fac propter *d* æternitatem tuam, Fac propter consilia tua.

d Vel robur tuum

Fac propter fortitudinem tuã, Fac propter decorem tuum.

Fac propter iustitiam tuam, Fac propter sanctitatem tuam.

Fac propter miserationes tuas, Fac propter præsentiam tuam.

Fac propter legem tuam,

Fac propter Abraham, Isaac & Iacob, Fac propter Mosem & Aaronem, Fac propter Dauidom & Salomonem, Fac pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter Hierusalem ciuitatem sanctam, propter Sionem habitaculum gloriæ, propter excidium ædis tuę, propter vastitatem tẽpli tui, præsta propter Israëlitas pauperes, propter Israelitas tenues, propter Israelitas qui versantur in calamitatibus, præsta propter pupillos & viduas, propter sugentes vbera, propter ablactatęs, propter infantes ædis *a* Domine, qui non peccaueruntpræsta propter te, si causa nostra non duceris, saltem tua causa age saluáque nos. Salua nos, exaudi nos hodie, cunctisque diebus, quibus oramus. Siquidem laudatio nostra tu es.

a Vel Magistrorum vt hac pertineat ad excidium Titi, qui Rabbinos multos ferunt enecasse, nec puerulis innocentibus pepercisse.

Qui exaudis pauperes, Exaudi nos.
Qui exaudis oppressos, Exaudi nos.
Qui exaudis contritos corde, Exau.
Qui exaudis humiles mente, Exaud.
Qui exaudis attritos spiritu, Exaud.
Qui exaudiuisti Abraham patrem nostrũ in monte Moria, Exaud.
Qui exaudiuisti Isaac in summitatibus altaris, Exaud.
Qui exaudiuisti Iacob in Bethel, Exaud.
Qui exaudiuisti Ioseph in domo vinctorem, Exaud.
Qui exaudiuisti Mosem & patres nostros in Mari rubro, Exaud.
Qui exaudiuisti Aaronem in Thuribulo, Exaud.
Qui exaudiuisti Phinecm in Sittim Exaudi nos.
Qui exaudiuisti Iosuam in Galgal, Exaud.
Qui exaudiuisti Heli in Rama, Exaud.
Qui exaudiuisti Samuëlem in Maspa, Exaudi nos.
Qui exaudiuisti Dauidem & Salomonem filium ipsius in Hierusalem, Exaudi nos.
Qui exaudiuisti Eliam in monte Carmelo, Exaud.
Qui exaudiuisti Ezechiam in ægritudine ipsius, Exaud.
Qui exaudiuisti Ionam in visceribus piscis. Exaud.
Qui exaudiuisti Hananiam, Misaëlem, & Azariam in medio fornacis ignis ardentis, Exaudi nos.
Qui exaudiuisti Danielem in lacu Leonũ, Exaudi nos.
Qui exaudiuisti Mardocheum & Esteram in Susisvrbe, Exaud.
Qui exaudiuisti Ezram in transmigratione, Exaud.
Qui exaud. *b* Honiam in Maagal. Exaud.
Qui exaudiuisti iustos & pios, & perfectos omnium ætatum; Exaud.

b Non est Onias, qui anteessit paulo tempora Machabæorũ de quo 2. Mach. 3. & 4. sed qui sub Hircano & Aristobulo apud Ios. & auctorem lib. de Regibus Israël. secundi templi. Annibeta. elegantia

Misericors exaudi nos, Misericors libera, Misericors redime, Misericors, qui plenus es miserationibus, miserere nostri, ac omnium domesticorum nostrorum. E tenebris in lucem educ nos, propter nomen tuum magnum.

Patrum primorum, Patrum Israëlis recordare obsecro, iniquitatum primarum in temporibus sicut Deus, ne recorderis, Rebellionis cordis stupefacti ne recorderis, caniciei autem Abrahæ recordare obsecro.

Iugum prævaricationis peruigilantis ne memineris, Recordare autem obsecro, Isaac, qui ligatus fuit.

Malitiæ operum ne memineris, hominis integri Iacob, qui habitauit in tentoriis, obsecro, recordare.

Actionum *c* terrorum ne memineris, sed recordare, quæso trium matrum (Saræ, Rebecchæ, & Rachelis.)

Peruertentis iudicia ne memineris, quin duodecim principum tribuum quæso, recordare.

Figmenti turbidi ne recorderis, sed Iosephi qui venumdatus fuit memento.

Occultorum cordis nostri ne recorderis, sed, obsecro, memento Mosis magistri nostri.

Concupiscẽtiæ vulgi promiscui ne memineris, sed quæso recordare patrum versatorum ad mare rubrum.

Operum nostrorum itémque rebellionis ipsorum ne memineris, Aaronis autem atque Mariæ, obsecro, recordare.

Superbiam operis Sittim ne reducas in memoriam, sed Phineë in Sittim sese præclarè gerentem eã eam pone.

Ios. 7.

Mendacium (Achanis) proditum ne in recordationem reuoces, verùm Iosuæ filij Nun obsecro, reminiscere.

Ignorantias legis dele ex memoria, in eam autem repone Barach & Deboram.

1. Reg. 2.

Spumæ polluti (Ophni) obliuiscere, recordare autem Heli & Samuelis.

Occultatorũ ipsi Moloch ne recordare, sed in reminiscentia versato, obsecro, Dauidem Regem.

Transgressionis operum ne memineris, Memento autem quæso Salomonis suo solio insidentis.

Cogitationum *a* subactarum ne reminiscaris, Reminiscere autem Iudicum & Regum, etiam atque etiam obsecro.

a Quas subingressus misit appetitus.

Iniquitatis (in proximum) & prævaricationis (in deum) ne recorderis, Recordare autem obsecro Eliæ atque Elisæi.

Verborum Hieremiæ obliuiscaris, Ne verò

vero obliuiscere, quæso, ægritudinis Ezechiæ.

De Naboth 2. Reg. 21. vel de Aduram.

Impietatis in eum qui lapidatus est, ne memineris, Memento autẽ obsecro Esaiæ & Ezechiëlis.

3. Reg. 12.

Peccati & ignorantiæ ne reminiscaris, Reminiscere autem, quæso, Ionę in pisce existentis.

Patribus viam peccatorum ne recordãdo imputes, obsecro autem recordare prophetarum duodecim.

Hominẽ vocat lutum.

Luti & prævaricationum ipsius obliuionem cape, Danielem & socios eius in memoriam reuocans.

b Esteram.

Quæ figmentum meum admisit è memoria expunge, in recordationem autem inducito, obsecro (Mardochæum) filium Cis & *b* Hedessam.

Capitalis & minuti (peccati) ne memineris, memento autem obsecro, Ezræ versantis in transmigratione.

Peruersitatis commissę in Maagal ne recorderis, recordare verò Onię, qui piè sese gessit in Maagal.

Prævaricationum & delictorum ne reminiscaris, reminiscere verò, obsecro, celebrium sapientúmque nostrorum.

Superbias, itémq; transgressiones obliuione inducito, ętatum verò singularum pios reminiscentia prosequere.

Conflati vituli obliuiscere, ascensus festorum trium solennium è contrario reminiscere.

Te capiat obliuio eorum quę Ieroboam patrauit in Bethel. Contrà in memoriam infer altare & sanctuarium.

Iniquitatum Israelis ne memineris, Obsecro autem viri Gabriëlis recordare.

Accusationis Samuëlis ne recorderis, mementó autem defensionum Michaëlis.

Patrum primorum, Patrum Israëlis obsecro recordare.

Iniquitatum primarum in temporibus, velut deus, obliuiscere.

Ex iis omnibus apparet Ecclesiã Romanã esse in veracessionis & imitatione veteris Ecclesiæ dum illius ritum seruat in omnibus.

a Mundi. Obserua in benedictionis nuptiarũ Calicẽ bene vltimo reponi quæ est missa veteris Ecclesiæ

BENEDICTIO SPONSALIORUM.

Qui benedictioni præest sumit calicem vini & his verbis benedicit.

Benedictus es Domine Deus noster rex sæculi, qui creas fructum vitis.

Benedictus es Domine Deus noster rex sæculi, qui sanctos reddidisti nos præceptis tuis, ac iussisti vt attenderemus ad nefandos concubitus, nobis prohibens desponsatas, permittens autem ductas in matrimonium interuentu thori genialis, & consecrationum coniugalium. Benedictus es Domine, qui sanctum effecis Israëlem per thalamum nuptialem & consecrationes coniugales.

Hoc recitato prægustat, deinde porrigit calicem sponso & sponsæ.

Benedictio nuptiarum.

Qui benedictioni præpositus est sumit calicem & recitat Orationem, Qui creas fructum vitis, ac posteà, sequentem subiicit.

Benedictus es Domine Deus noster rex sæculi, qui vniuersa in gloriam tuam condidisti.

Benedictus es Domine Deus noster rex sæculi, qui formâsti hominem.

Benedictus es Domine Deus noster rex sæculi, qui formauit hominem ad imaginem suam, ad imaginem similitudinis exẽplaris sui, indéque ei adaptauit *b* ædificiũ vsque in perpetuum. Benedictus es Domine, qui illum formâsti.

b Structuri & opificium corporis. Alij Animam. Alij Euam, vide R. Tibbon sub finem c. 3. Physica pag. 40.

Vehementer lætabitur & exultabit sterilis, dum apud ipsam cum gaudio colligẽtur filij ipsius. Benedictus es Domine, qui lætitia afficis Sionem in filiis suis.

Oblectabis valde *c* socios dilectos, perinde atque olim lætitia perfudisti *d* opificium tuum in paradiso Eden.

c Coniuges d Adamũ data ex Eua in coniugem.

Benedictus es Domine, qui lætitiâ afficis sponsum & sponsam.

Benedictus es Domine Deus noster, rex sæculi, qui creasti gaudium & lætitiam, sponsum & sponsam, charitatem & fraternam dilectionem, exultationem, voluptatem, pacem & societatem. Obsecro Domine, quàm citissimè audiatur in vrbibus Iuda, & in plateis Hierusalem vox gaudij & lætitiæ, vox sponsi & sponsæ. Vox exultationum Thalamorum sponsorum dulcior est, quàm conuiuium, & pueri, quàm ipsorum canendi suauitas. Benedictus es Domine, Deus noster, qui lætificas sponsum & sponsam, quique eos fortunas.

Confitemini domino, quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia eius durat.

Multiplicentur gaudia in Israële, & fugiant suspiria.

Deinde qui benedixit libat vinum, mox illud propinat sponso & sponsæ. Tandem septem cunctis diebus conuiuij genialis, si illic superueniant noui aliqui conuiuæ, itémque illu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stres, qui non interfuerint benedictioni Nuptiarum, eorum maximo honos benedictionis deferetur, ac in conuiuio recitabit benedictionem hanc sibi.

Benedicamus Deo nostro, in cuius domicilio versatur gaudium, ex cuius propriis esitauimus, & cuius bonis viximus, &c.

Quod si desit conuiuarum numerus, dicet.

Benedicamus ei, in cuius domicilio versatur gaudium, cuius ex bonis manducauimus, *ac absoluet benedictionem.*

Quod si nullus ibi fuerit nouus conuiua, recitabitur benedictio postrema.

Qui creauit gaudium & lætitiam & sufficientiam eius, &c.

Porrò sponsus vbi perspexerit sanguinem virgineum, hanc dicet benedictionem.

Benedictus es Domine Deus noster, rex sæculi, qui statuisti *a* nucem in paradiso Eden, lilium que conuallium. Non dominabitur alienus in fonte signato. Propterea cerua amorum semen sanctum seruauit in munditia, & statutum non violauit. Benedictus es domine, qui elegisti Abraham & post eum semen ipsius.

EINIS.

Deo verum effectori honor & gloria.

a Quatuor allegoriæ sumptæ e Salomone. Cap. 6 2. 4. & Prou 5 ad commendandam prolium eiusmodi sanctitatē, candorem pudicitiæ, castitatē ab externo non violandā, & sacerdotē parandæ dilectionem.

SEXCENTA TREDECIM præcepta Mosis, quorum iugum ac sarcinam populus Iudaicus, vsque ad Christum portare iussus est, è capitibus vltimis operis Morè Nebuchim, quod olim conscripsit R. Moses Aegyptius Maiemonis filius.

b Ossa dicerent Hippocrates, Galen. Razes, Auicena. Vide Scholam Salernitanam. Leges de Deo Deique religione.

Eorum quæ propriè appellantur præcepta & versantur circa actionem, alia affirmant, alia negant. Affirmant ducenta quadraginta & octo, quot hominū *b* membra à medicis numerantur. Negant trecēta sexaginta & quinque, qui numerus est dierum anni.

Affirmantia autem sunt hæc.

1. Deum esse credatur, Exod. 20.
2. Eundem esse vnū fide teneatur Deut. 6.
3. Deus diligatur toto animo, &c. Deut. 6.
4. Timeatur, Ibid.
5. Colatur, adoretúrque modis à se præscriptis, Deut. 12.
6. Ei adhæreatur. Deut. 10.
7. Iuretur per nomen ipsius, Deut. 10. & 21.
8. Incedatur in viis ipsius, Deut 13.
9. Sanctificetur nomen eius in medio filiorum Israël, Leui. 22.
10. Scriptum, *Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus vnus est*, discatur, memoriáque teneatur, Deut. 6.
11. Filij legem Dei doceantur, Deut. 6.
12. Ligentur Phylacteria inter oculos, Deut. 6.
13. Eadem alligentur brachio, Deut. 6.
14. Conficiantur fimbriæ in quatuor angulis palliorum, Num. 15.
15. In postibus & ostiis ædium scribatur Merizá, quæ est membrana, in qua exaratur, Audi Israel, &c. Deut. 6.
16. Congregetur populus, vt audiat legē statо tempore, Deut 31.
17. Scribatur liber legis, Deut. 31.
18. Rex habeat apud se legis exemplar. Deut. 17.
19. Deus post cibum benedicatur Deuterono. 8.
20. Conficiatur Deo Sanctuariū, Exod. 25. Deut. 12.
21. In veneratione Sanctuarium Domini habeatur, Leuit 19. 26.
22. Excubent in Sanctuarij custodiis Sacerdotes, Num. 18.
23. Leuita Sanctuario inseruiat. Num. 18. & 7. Deut 18.
24 Ingressuri Sanctuarium lauent manus & pedes, Exod 30.
25. Deo soli sacrificetur, Exod. 22. *Christus.*
26. Liberator expectetur, Num. 24. & Deut. 30.

Sacerdotes tempore ministerij sui curent. *De sacerdotum officio.*

27. Vt benedicant populo verbis conceptis, Num. 6.
28. Vt accendantur lucernæ, Leu. 24.
29. Vt Panes & Thymiama proponantur coram Domino, super mensam sabbatis, Leuit. 24.
30. Vt adoleatur incensum siue Thymiama quotidie, Exod. 30. 39.
31. Vt ignis assiduè in altari ardeat, Leuit. 6.
32. Vt cinis ex eodem tollatur, Leuit. 6.
33. Vt contaminati expellantur de Templo, Num. Deut. 23.
34. Omni honore afficiatur genus Aaronis, Leuit. 21.
35. Sacerdos vestibus sacris induatur tēpore ministerij, Exod. 28. 18.
36. Arca portetur humeris sacerdotum, Num. 7. Ios. 3.
37. Sacerdotes, reges Tabernaculum, & vasa rei diuinæ destinata inungantur Oleo

sancto, Exod. 30. 35. 37 39. 39. 58. Sacerdotes summi ministrent in Sanctuario vice sua, Deut.

39. Diebus autem solennibus omnes pariter, Deut.

a Intersint ipsorum funeribus.

40. Sacrificium iuge bis quotidie, manè scilicet & vesperi offeratur, Nu. 28.

41. Sacerdotes minores *a* contaminentur mortuorum suorum funere sicut & populus, Leuit. 21.

42. Sacerdotes ducant virginem in vxorem, Leuit. 21.

Missale leuitica ingis.

43. Sacerdos summus quotidie decimam partem Ephi offerat Leu. 6. Deu. 6.

44. Holocaustum quotidianis addatur, diebus Sabbati, Num. 28.

45. Holocaustum quoque superaddatur Calendis mēsium siue Neomeniis, Nu. 28.

De festis.

46. Manipulus frugum offeratur *b* altera die Paschæ, Leui. 23.

b 16. die Nisan.

47. Superaddatur quotidianis Holocaustum die Pentecostes, Nu. 28.

48. Duo panes offerantur eodem die, Leuit. 23.

49. Holocaustum vltra quotidiana offeratur primo die mensis Septemb. Num. 29

50. Idem fiat die expiationum, id est, 10. die Septembris. Num. 29. Leu. 23.

51. Die expiationum summus Sacerdos totam rem diuinam faciat, prout scriptum est Leuit. 16.

iuge sacrificium est Missa. vetus.

52. In festo Taberna culorum holocaustum iugi sacrificio accedat, Nu. 29. Leui. 7 & 23.

53. Idem seruetur octauo die eiusdem festi, Ibidem.

54. Obseruentur dies festi, Exod. 23.

55. Ter quotannis omnes ad Sanctuarium sese sistant Domino, Exod. 23.

De victimis & oblationibus.

56. Illos dies festos in lætitiâ & gaudio transigant, Deut. 16.

57. Iuguletur agnus die Paschatis, Exod. 12. Deut. 16.

58. Illius agni carnes edantur decimaquinta nocte Mensis Nisan, Ibid.

59. Contaminati, itèmque viatores celebrent Pascha, 14. die mensis secundi à Nisan siue Martio. Num. 9.

60. Comedántque carnes agni Paschalis illa ipsa nocte, Ibid.

61. Clangatur Tubis siue buccins super holocausta, diebus festis & solennioribus, Num. 10.

62. Victima quæ offertur, sit membris integra, Ibid.

63. In quolibet sacrificio adhibeatur sal. Leuit. 2. Num. 18

65. In holocausto ritus præscriptus seruetur, Leuit 1.

66. Item in hostia pro peccato, Leu. 6.

67. tem in hostia pro delicto, Leui. 7.

68. Item in sacrificiis pacificis Leuit. 3. & 7.

69. Item, in hostia laudis, siue gratiarum actionis, Ibid.

70. Item in hostia pro errato Patris-familiæ, Leuit. 4.

71. Item in oblatione pro errato cuiuslibet hominis, Ibid.

72. Item in oblatione, quam quis offert cùm dubitat, num admiserit peccatum, cuius causa debeatur hostia pro peccato, Leuit. 5.

73. Item in oblatione eius, qui per errorem aliquid sustulit, vel negauit depositum interposito iurciurando, Leuit. 5.

74. Qui tenuior est, quàm vt arietem possit offerre, offerat duas turtures vel columbas, Leuit. 5.

75. Quilibet coram Domino confiteatur peccatum, quod perpetrauerit, Num. 5 Leuit.

De sacrificiis polluti.

76. Qui fluxum patitur litet, postquam mundatus fuerit, Leuit. 5.

77. Mulier patiens-fluxum idem præstet, Ibid.

78. Mulier, quæ peperit, vbi purificata fuerit, offerat sacrificium, Leu. 12

De rebus sacratis.

79. Leprosus post curationem emundationémque, offerat victimam. Liuit. 14.

80. Ex ouibus & vaccis carpantur decimæ, Leuit. 27.

81. Sacretur omne bestiarum primogenitum, Deut. 15. Exod. 13. 22. Nu. 17.

82. Primogenitum hominis redimatur, Exod. 13. 24.

83. Redimatur quoque Asellus. Ex. 13.

84. Decolletur Asellus, si eum dominus noluerit redimere, Ibid.

85. Vniuersæ oblationes, quas quis tenetur offerre partim iure, partim voluntate, primo festo, quod euenerit, offerantur, Deut. 12.

86. Omnis generis oblationes offerantur in æde Sanctuarij, Ibid.

87. Omnis generis oblationum, ab iis, qui extra terram sanctam degunt, precium deferatur ad ædem Sanctuarij, Deut. 12. 14.

88. Consecrata, quę vitio affecta sunt, re-redimantur, ac eis vesci liceat. Deu. 12.

89. Sacretur Deo & id quod mutatum est, & illud, pro quo mutatum est, Leu. 27.

90. Reliquias oblationum edant Aaronij, Num. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nazareatus.

91 Iidem vescantur carnibus, hostiarum pro peccato, & pro delicto, Num. 18.
92. Reliquiæ sacrificii pacifici crementur, Leuit.7.
93. Carnes consceratæ, si postea contaminentur, igni tradantur, Ibid.
94. Nazaræus toto consecrationis, professionisque suæ tempore, nec tondeatur, nec radatur, Num.6.

Vota.

95. Tondeatur autem exacto consecrationis tempore, vel si contaminatio ei acciderit, Ibid.
96. Vota persoluantur, Deu.23.
97. In frangendis vel laxandis votis habeatur ratio legum, Ibid. Num.30

De immundis.

Leuit 27.
98. Quicunque morticinium vel cadauer tetigerit, immundus esto, Leuit.11.
99. Cibi his vel illis notis affecti immundos faciant, Ibid.
100. Octo serpentium, reptantiúmve genera polluant, Leuit.11.
101. Quæ menses patitur sit immuda itémque alios immundos constituat, Leuit.15.
102. Quæ peperit esto immunda. Leuit 12.
103. Leprosus contaminatus esto & alios contaminet. Leuit.13
104. Vir fluxum patiens eodem habeatur loco, Leuit.15.
105. Similiter & mulier, quæ fluxum patitur, Ibid.
106. Spermatis missio inficiat, Leuit.15.
107. Ædes plaga affectæ contaminent, Leuit.14.
108. Mortuus immundos efficiat, Leuit. 15.

De purificationib.

109. Aquæ vitulæ ruffæ contaminatum ex mortuo purificent, aliàs polluant, Num. 19.
110. Omne contaminationum genus purificetur aquæ baptismatibus, Leuit.13&15.
111. Lepra cùm hominis, tum ædium mundetur ligno cedrino, hysopo & cocco, siue vermiculo. Leuit.14.
112. Lepra infectus planè tondeatur, Leuit.13.
113. Idem cunctis manifestus esto, Ibid.
114 Vitula ruffa ritu præscripto immoletur. Num.19.

De æstimationib. rerū.

115. Qui votum fecerit, spoponderitque Deo animam suam, sub æstimatione soluat precium, Leuit.27.
116. Qui vouerit contaminatam pecudem, numeret precium, Ibid.
117. Qui sacrauerit domum, debeat precium pro censura sacerdotis, Ibid
118. Item qui sacrauerit agrum possessionis suæ, Ibid.
119. Qui comederit sanctificatum, teneatur precium eius rependere, Leuit.22.
120. Fructus quarti anni sanctus sacérque esto, Leuit.19.

Leges pro pauperib.

121. Pars agri vel vineæ, messis vindemiæque tempore intacta relinquatur pauperibus, Leuit.19.
122. Idem fiat in loco oleis consito, Ibidem.
123. Obliuioni traditum pauperibus deseratur, Deut.24.
124. Quod remanserit in arboribus, relinquatur pauperi & peregrino, Ibid, & Leuit.19.

Primitiæ & decimæ.

125. Idem sit de racemis tempore vindemiæ prætermissis. Leuit.19.
126. Primitiæ frugum deferantur in Sanctuarii locum, Exod.23 Deut.18.
127. Separetur pars, quę dicitur Teruma 4 *eleuatio*, Sacerdoti, Leuit.7 & Num.15.
128. Seponatur decima prouentuum Leuitis, Num.18. Leuit.27.
129. Seponatur decima-secunda comedenda Hierosolymis, Deut.14.26.
130. Leuitæ de decimis suis dent sacerdotibus, Num.18 & 24.
131. Separetur decimo tertio quóque anno & sexto pauperibus, & c. Deut.14. & 26.
132. Confiteantur domino, qui offerunt decimas, Deut 26.
133. Confessionem recitent, quæ scripta est de primitiis, ibid.
134. Separetur pars consperſionis sacerdoti Num.15
135. Sinatur terra quiescere annis septimis, Leuit. 25.
136. Sacer esto annus Iubilęi, qui & quinquagesimus, remissa agrorum cultura & satione. Leuit 25.
137. Anno illo clangatur tubâ siue buccinâ, Ibid.

De possessionibus redimendis.

138. Tum ius esto redimendarum possessionum. Ibid.
139. Ædiū in vrbe mœnibus cincta intra annum redimendarum ius esto, Leuit 25.
140. Numerantur anni iubilæorum per septenos annos, Ibid
141. Remittantur debita anno quoque septimo, Deut.15.
142 Exigendi tamen ea ab externo, id est, Idololatra, ius esto. Ibid.
143 Munere è quolibet animante dentur sacerdoti armus dexter, Mandibula & Stomachus, Deut.18.

De cibis.

143. Tonsionis ei dentur primitiæ, Ibid.
145. Quæstiones iuris & facti indicentur partim Deo, partim sacerdoti. Leuit. 45. Deut.17.
146. Prius iugulentur pecudes & aues, quàm comedantur, Deut.12
147. Sanguis cerui & similium belluarium, itémque volatilium in terram fundatur, terráque obruatur, Deut. 12. Leuit.17.
148. Captis pullis è nido mater emittatur, Deut.22.
149. Animalia terrestria in esum liceant, si notas in lege assignatas habent, Deut.14. Leuit. 11.
150. Item volatilia, Ibid.
151 Item aquatilia, Ibid.
152. Item locustæ, cæteráque ancipitia, Leuit.11.

De festis iterum. a Iis appellat concilium sacerdotum primorū, cuius mētia fit Deu.17.

153. Sanctificentur Neomeniæ, Num.10. 28.
154. Anni tantùm numerentur in consessu a senatus maioris, siue sanctioris.
155. Cum quiete & otio celebretur Sabbatum, Exod.23
156. Sanctum sacrúmque esto Sabbatum, Exod.20.

Aiunt autem hæc festa desumpta esse, e 12. cap. Exod. & 26. Deut.

157. Abiiciatur fermentatus panis die primo azymorum. Exod.12. Deut. 16.
158. Prima nocte Paschę prædicetur Exitus de Ægypto & liberatio de iugo Ægyptiorum, Exod. 13.
159. Panis azymus edatur nocte illa, Exod. 12. Deut.16.
160. Primus dies Paschæ in quiete traducatur, Num.28. Exod. 12.
161. Similiter dies eiusdem festi Septimus, Num. 28.
162. Numerentur quinquaginta dies à die manipulorum oblatorum, Leuit. 23.
163. Quies sit die quinquagesimo, Ibid.
164. Item die primo mensis septimi, Ibidem.
165. Decimo autem eiusdem mensis ieiunetur. Ibid.
166. Dies ille ieiunij quieti deputetur, Ibid.
167. Quiescatur die primo tabernaculorum, Leuit. 23.
168. Item die octauo, Ibid.
169. Habitetur sub tabernaculis septem totis diebus, Ibid.
170. Illo die gestentur, manibus palmæ, tréque aliæ fructuum species, Ibid.
171. Primo die anni, id est, primo die Septembris clangant buccinæ, festúmque Tubarum celebretur, Leuit. 23.
172. Detur dimidium sicli quolibet anno pro ærario templi. Exod. 30.
173. Lex seruetur citra additionem vel detractionem, Deut. 12.
174. *b* Audiatur quilibet propheta tēpore suo, Deut. 18.
175. Rex de gente propria creetur, Deuteronom. 17.
176. Obediatur curiæ senatus maioris, Deut.17.
177. Absolutio maioris partis præponatur, vbi in iudiciis Sententiæ Seniorum sunt contrariæ, Exod. 23.
178. Vbique constituantur Iudices & præfecti. Deut. 16.
179. Æqualitas inter aduersas partes in iudicio, citra delectum personarum seruetur, Leuit 19.
180. Testis, quæ nouit, testificetur, Exod. 23.
181. Diligentissime explorentur testes, Deut. 13.19.
182. Testes iisdem sint obnoxij, quę aliis suo testimonio intentauerint, Deut.19.
183. Vitulæ cæde expietur hominis nex, Deut.21.
184. Eligātur sex ciuitates refugij, Deu. 19.
185. Dentur Leuitis vrbes in quibus seorsum habitent, Num.35.
186. Item suburbana certo spatio per circuitum, Ibid.
187. Idolorum & cultus & cultores disperdantur, Deut.12.
188. Impię & desertricis ciuitatis coloni interficiantur, Deut.13.
189. Deleantur 7. gentes de terra Israël. Deut. 20.
190. Deleatur gens Amalech, Deut. 25.
191. In sempiternam reducantur inemoriam ea, quæ in Israelem commisit Amalech, Ibid.
192. In cęteris pręliis seruetur disciplina, quam lex dictat, pace primùm proposita, Deut. 20. 23.
193. Sacerdos ingruente conflictu, cohortaturus stet ante aciem. Deut. 20.
194. Extra castra paretur locus ad requisita naturę, Deut. 25.
195. Paratus esto paxillus in castrorum limine, Ibid.
196. Restituatur ablatum, Num. 5.
197. Ad Eleemosinam erogandam promptissimi sient, Deut. 15. Exod. 2. 1.
198. Extraneo, qui fuerit peregrinorum deorum cultor, dare liceat fœnore, Deut. 15 Exod. 21.
199. Pignus Domino eodem die restituatur, Exod. 21.

b Corrūpit oraculum Deuteronomy, quod intelligitur proprie de Christo. De iudicibus.

Testes.

Leges bellicæ.

Leges de Politica societate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

200. Mercenario eodem die merces rependatur, Deut. 24.
201. Operarius comedere de iis possit, ad quæ operam suam locauerit, Deut. 23.
202. Quisque succurrat homini vel iumẽto onere depresso, Exod. 23. Deut. 22.
203. Restituatur domino res amissa, Ibidem.
204. Redarguatur proximus viis prauis insistens, Leui. 19.
205. Diligatur proximus instar sui. Ibid.
206. Ametur peregrinus, Ibid. & Deu. 10.
207. Pondera iusta habeantur, Leui. 19. Deut. 25.
208. Sapientes honore afficiantur, Leuit. 19. Deut. 13.
209. Honor exibeatur parentibus Exod. 20.
210. Vnusquisque Patrem & Matrem timeat, Leuit 19.
211. Crescant *a* & multiplicentur, Gen. 1. & 9.
212. Sponsus immunis bello cum sponsa lætetur annum vnum, Deut. 24.
213. Circuncidatur puer octauo die, Gen. 17. Leu. 12.
214. Frater vxorem ducat fratris, ad suscitandum ipsi semen, Deut. 25.
215. Aut, vxor fratris ei ignominiæ causâ, calceos publicè extrahat, Ibid.
216. Qui vim puellæ intulerit, ipsam ducat in vxorem, Deut. 22.
217. Qui traduxerit vxorem suam, ne possit eam repudiare, Ibid.
218 Qui mulierem fefellerit, sit obnoxius legibus scriptis, Exod. 22.
219. Captiua formosa, iuxta conceptas in Scriptura leges tractetur Deut. 21.
220. Qui suspectam de pudicitia vxorem habet, seruet ritum proditum, Num. 5.
221. Chartâ siue tabulis repudium detur, Deut. 2. 24.
222. Sacerdos formulam repudij sibi præscriptam seruet. Num.
223. Sontes pro commerito cædãtur virgis, Deut. 25.
224. Qui imprudenter aliquem interfecerit, exulet vsque ad mortem summi põtificis, Num. 35. Ios. 20.
225. Senatus maior interficiendi gladio, ius habeat, Exod. 21.
226. Adulterio & adultera *a* interficiantur, Leuit. 30.
227. Crementur igni fontium aliqui, Leuit. 20.
228. Lapidibus obruantur alij, Deut. 22.
229. Et hi in patibulũ agantur Deut. 21.
230. Excarnificatus iudicum decreto ipso die sepeliatur, Ibid.
231. Erga seruum Hebræum seruentur quæ scripta sunt, Exod. 21. Deut. 15.
232. Itidem erga seruam Hebræam, quam herus sibi copulauerit, Ibid.
233. Dimittatúrque libera, ni in coniugiũ ducitur, Exod 21.
234. Seruus Chananæus, peregrinæque religionis perpetuam seruitutem seruiat, Exod. 21. Leuit. 25.
235. Qui damnum attulerit mulctâ puniatur, Exod 21.
236. Idem esto de iudicio damni à bestiis profecti. Exod. 21.
237. De iudicio damni è puteo malè septo, Exod 21.
238. De mulcta vel morte furis, Exod. 22.
239. De damno pascentis, eiusque iudicio, Ibid
240. De iudicio damni ab igne manentis, Exod 22.
241. De iudicio depositi, Exod. 22.
242. De iudicio locati & locantis, Exod.
243. De iudicio commodati, Exod. 22.
244. De iudicio rei emptæ & venditæ, Leuit. 25.
245. De iudicio rei raptæ, Leuit. 19.
246. De iudiciis hæreditatum, Num. 22. & 30.
247. Euadat ad ciuitates refugij, qui casu aliquem occiderit, Deut. 19.
248. Ei omnes opem ferant, aduersus illum, qui ipsum ad necem conquirit & persequitur, Ibid.

Affirmantium præceptorum finis.

Leges de seruis.
De damnis.
De iudiciis.
a Rabbinorum alij, vt sensum ceptam ex humanis membris comparationem, dicunt, pro numero meatuũ neruorum & venarum, quibus præmaria decem membra connectuntur, Cerebrum, Cor, Hepar, Pulmo, Stomachus, Fel, Splen, Ren, Genitale, Matrix cum adiunctis partibus. De Deo Dique religione.
a Legis de coniugijs Benedictionem confundit cum præcepto.
Leges de pœnis.
4 Mortis genera.
a Strãgulantur.

PRAECEPTA LEGIS MOsaicæ negantia.

Iam diximus præcepta huius generis, quæ & interdicta vocari possunt, esse trecenta sexaginta quinque, *a* pro numero dierum anni. Horum ergo hæc est nomenclatura.

1. Ne cogites alium Deum esse præter me, Exod. 21. Deut. 4.
2. Ne habeas Deos alienos coram me, Exod. 20.
3. Ne conficias tibi sculptile, aut simulachrum, Ibid.
4. Neque conuertare ad Idola, itémque deos conflatiles. Leuit. 19.

5. Ne conficiatis deos argenteos, neque aureos, hoc est, vllam istiusmodi formam, elegantiæ & ornamenti gratiâ. Exod. 20.
6. Ne adores Idola, neque colas, Exod. 20.
7. Ne des de tuo semine, id est, vllum liberorum tuorum Idolo Moloch, Leuiticor. 18.
8. Pytho, qui Ob dicitur, & diuinus, qui ידעני, ne consulantur, Deut. 13.
9. Nemo pythonicam exerceat Leuit. 19.
10. Neque aliam artem diuinatoriam, quæ pertinet ad Ideonim, Ibid.
11. Ne respicias Idola, Deut. 4.
12. Ne erigas tibi statuam, Deut. 16.
13. Neque sculptum lapidem, Ibid.
14. Ne Plantes lucum, aliquámve arborem prope altare, Ibid.
15. Per Idola iuramentum neque præsta, neque recipe, Exod. 23.
16. Ne prodeat ex ore tuo nomen Idolorum, Ibid.
17. Nemo aliquem sollicitet ad colenda Idola, Deut. 13.
18. Talis suasor ne ametur, Ibid.
19. Imò verò ei ne parcatur, Ibid & Deuteronom. 18.
20. Ne remittantur erga eum inimicitiæ, Ibid.
21. Qui ab eo fuerit deceptus, ne pro ipso vllam rationem afferat, cuius causa possit euadere, Ibid.
22. Sed nec occultet eum, in criminis ipsius obtentum aliquid reticens, Ibidem.
23. Nemo abscondat Idolum, aliquidve, quod ad ipsum pertineat, Deut. 17.
24. Ciuitas diris deuota ne iterum ædificetur, Deut. 13.
25. Nemo aliquid è bonis illius interuertat, Ibid.
26. Nullus ex Idolis vtilitatis aliquid capiat, Deut. 17.
27. Sed nec ex Idolorum cultoribus, Ibidem.
28. Item nec è rebus quibuslibet ad Idola pertinentibus, Ibid.
29. Ne peieretur, vel nomine Idolorum vsurpato, Deut.
30. Ne sit falsus propheta in populo, Deut. 13. Leuit. 19.
31. Ne auscultetur, qui vaticinatur Idoli nomine Deut. 13.
32. Ne abstineas cæde Pseudo prophetæ Deut. 13. & 18.
33. Ne ambuletis in viis & ritibus Idolatrarum, Leuit. 18.
34. Ne exerceatur diuinatio lignorum frustulis, quæ appellatur בדים Deut. 18.
35. Ne augutemini, Leuit. 19.
36. Ne diuinetis, Deut. 18.
37. Ne declinetis ad Magos, Leu. 19.
38. Ne consulatis ariolos, Deut. 18.
39. Ne denique scisciteminí vllum diuinaculorum genus, Deut. 18. Leuit. 19.
40. Nemo consulat, vel euocet mortuos, Deut. 18.
41. Ne induat mulier viri habitum, Deuteronom. 22.
42. Nec è conuerso vir fœminæ Ibid.
43. Characteres, notæ & stigmata ne inscalpantur in cute, vt moris est Idolorum cultoribus, Leuit. 19.
44. Nemo induat vestem lino lanáque contextam, Deut 22.
45. Ne tondeas comam in orbem, Leuit. 19.
46. Ne radas *a* angulos barbæ. Ibid.
47. Ne incidas, neque facias caluitium super mortuo, Deut. 14.
48. Ne in perpetuum habitato in terra Ægypti, Deut. 17.
49. Ne sequaris cogitationes tuas & animi tui sensa, Num. 15. Deut. 12.
50. Ne ineas fœdus cum septem Chananæorum gentibus, Deut. 7. 17. 20.
51. Ne Idololatrarum misereare Deut. 17. & 20.
52. Ne eos sinas tecum in terra tua commorari. Exod. 23. Deut. 7.
53. Ne ducas ipsorum filias in vxores, Exod. 34. Deut 7.
54. Ammonitæ & Moabitæ ne ingrediãtur in Ecclesiam Domini. Deut. 23.
55. Ne abominêris Idumæum, Deuteronom. 23.
56. Ne abominêris Ægyptium, Deuteronom. 23.
57. Ne exoptes pacem Ammonitis & Moabitis, Deut. 23.
58. Ne succidas eorum arbores, cùm ciuitates eorum oppugnabis. Deuteron. 20.
59. Ne timeas inimicos tuos in prælio, Deut. 7. & 20.
60. Ne obliuiscâre eorum, quæ Dominus fecit Amalechitis, Deuteronom. 23. 25.
61. Ne blasphemetur nomen Dei, Qui secus fecerit, interficiatur, Leuit. 24.
62. Ne peieres Dei vsurpato nomine, Leuit. 19.
63. Ne iures in vanum. Exod. 20.
64. Verbum Domini ne tentes, Deut. 6. & vlt.
65. Ne faciatis Domino Deo vestro,

De diuinatoribus.
Hoc paulò subtilius colligunt è 4. Deuteronomij.
De Pseudoprophetis.
De Idolis & eorum cultoribus.
De Pseudoprophetis iterum.
De diuinaculis iterum.
Hoc diminutio in plurimis locum habet ex siue quadam ingeniorum e quibus emergit Spiritus Leu. Zuingerus.
De cultu et habitu corporis.
a Superiorem & inferiorem maxillarii extremitatem.
Leges bellicæ.
De iuramento & execratione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leges de ministerio Ecclesiæ.

ficuti Idolis, Deuteronom 12.
66. Neque destruatis ædem Sanctuarij, aut libros legis, perinde atque tẽpla Idolorum & libros, Ibid.
67. Ne pernoctet suspensus in patibulo, Deut 21.
68. Ne summoueantur custodiæ de Sanctuario, Leuit.
69. Ne ingrediatur sacerdos omni hora in Sanctuarium, Leuit.16.
70. Macula affectus ne intret Sanctuariũ, intra velum, vel ad altare, Leuit.21.
71. Multò minus minister. Ibid.
72. Leuitiæ ne sumant sibi ministerium sacerdotum, nec contrà sacerdotes Leuitarum, Leuit. Num. 18.
73. Ebrius ne ingrediatur Sanctuarium, Leuit. 10.
74. Alienigena, quíque non fuerit de stirpe Sacerdotum, ne ministret in Sanctuario, Num. 18.
75. Sacerdos contaminatus ne rem diuinam faciat, Leuit. 21.
76. Sacerdos, quo die à sua immunditia lotus fuerit, ne ministret, Leuit. 22.
77 Idem contaminatus ne ingrediatur atrium Leuit. 21.
78. Sed nec in cœtum Leuitarum prodeat. Ibid.
79. Ne ædificetur altare è sapidibus cæsis, Exod. 20.
80. Ne ascendatur ad altare gradibus, Ibid.
81 Ne deficiat ignis in altari, Leuit. 6.
82. Ne incendatur holocaustum, vlla-vè alia victima, sed nec Thymiama alterius compositionis, quàm præscriptæ, in altari aureo, Exod 30.
83 Ne imitemini confectionem sancti olei, Ibid.
84 Vectes ne extrahantur de arcæ circulis, Exod. 25.
85. Ne vngatur extraneus oleo sancto, Exod. 30.
86. Rationale siue Oraculum ne separetur de superhumerali siue Ephod, ministerij tempore, Exod. 28.
87. Foramen interulæ summi Sacerdotis, Item alij amictus Sacerdotales neque dissuantur, neque scindantur, Exod 28.29.

Cautela in sacrificiis.

88. Ne offeratur holocaustum quouis loco, Deut. 12.
89. Ne immolentur consecrata, extra locũ dominico cultui destinatum, Leuit. 17.
90. Vitiata ad altare neque consecrentur. Leuit. 22.
91. Neque mactentur, Ibid.
92. Sanguis victimarum maculatarum ne fundatur in altari, Ibid.
93. Intestina earundem ne crementur, Ibid.
94. Animal affectum macula incurabili, ne offeratur in sacrificium. Leuit. 22.
95 Idem ne per manum quidem gentilis offeratur, Ibid.
96. Ne de industria maculentur consecrata, Leuit. 22.
97. Fermentum & mel ne adoleantur, Leuit. 2. & 23.
98. Ne fiat oblatio absque sale. Leuit. 2.
99. Ne offeratur merces prostibuli, nec precium canis, siue animal commutatum pro cane, Deut 23.
100 Ne immoletur bestia, eodem die Leuit. 22.
101. Quo catulus eius. Ibid.
102 Ne ponatur oleum oliuarum in oblatione pro peccato, Leuit 5.
103. Sed nec in oblatione Zelotypiæ, Num. 5.
104. Oleum oliuarum ne mittatur super vllam auem, Num.
105. Ne ponatur thus super hostia pro peccato, Leuit. 5.
106. Ne commutentur consecrata præstantiora cum deterioribus, nec è diuerso. Leuit. 27.
107. Ne commutentur consecrata diuersarum oblationum inter se Leu. 27.
108. Ne redimatur primogenitum bestiæ mundæ, Num. 18.
109. Ne vendatur decima bestiarum Leuit. 27.
110. Ne væneat ager Deo consecratus, Leuit.
111. Idem ne redimatur, Ibid.
112. Auis in sacrificio ne fic discerpatur, quin caput corpori hæreat, Leuit. 1.
113. Nemo vtatur in suos vsus sanctificatis, Exod. 30. Deut. 15.
114 Ne ares cum primogenito bouis tui, &c. Deut. 15.
115. Ne edantur carnes sanctificatæ, quę relictę fuerint vsque ad manè, Exod. 29.

De esu sacrorum.

116. Ne comedas primogenita ouium tuarum, Num. 18.
117. Ne immoletur agnus Paschalis, antequam fermentatum abiiciatur, Exod 34.
118. Nihil è membris ipsius agni relinquatur, Ibid.
119. Sed nec aliquid è carnibus, Ibid. Deut. 16.
120. Nihil remaneat ex adipe ipsius in diem tertium, Exod 33.

121. Nihil sit reliquum è carne agni secũdi Paschalis, ipso manè, Num. 9.
122. Nihil quoque de carne pacificorum ad ipsum vsque manè supersit, Deut. 16.
123. Ne frangatur os primi agni Paschæ, Exod. 12.
124. Sed nec secundi, Num. 9.
125. Caro agni Paschalis ne importetur in aliam domum, vel contubernium, Exod 12.
126. Ne remaneat aliquid de fermento, Ibid. & Leuit.
127. Pascha ne comedatur vel crudum, vel elixatum, Exod 12.
128. Alienigena eo ne vescatur, Ibid.
129. Sed nec Hebræus Apostata, idolorúmque cultor, Ibid.
130. Contaminati ne vescantur consecratis, Leuit. 22.
131. Ne a comedantur consecrata, quæ aliquid contaminatum attigerint, Leuit. 7.

a Præceptum 27. Leuit. trahitur à simili.

132. Sed nec eorum reliquiæ, Ibid.
133. Contaminata ne edantur, Leuit. 7.
134. Externus ne edat Teruma, Leuit. 22.
135. Sed nec inquilinus Sacerdotis.
136. Sed nec eius domesticus Ibid.
137. Contaminatus ne eo quoque esu vtatur, Ibid.
138. Filia Sacerdotis alicui elocata, res consecratas ne gustet, Leuit. 22.
139. Sacrificium pro Sacerdote ne edatur, Leuit. 6.
140. Carnes hostiæ pro peccato ne edãtur, Ibid.
141. Ne comedantur victimæ consecratæ, quæ dedita opera commaculatæ fuerint, Leuit. 22.
142. Nemo vescatur decima secunda panis extra murum Hierusalem. Deut. 12.
143. Item decima secunda vini, Ibidem.
144. Item decima secunda olei, Ibidem.
145. Item primogenito integro & perfecto, Ibid.
146. Sacerdotes ne edant hostiam pro peccato extra atrium Sanctuarij, Deuteron. 21.
147. Sed nec hostiam pro delicto, Ibid.
148. Ne edãtur carnes holocausti, Deut. 12.
149. Ne edantur carnes consecratæ antequam effundatur sanguis, Deut. 21.
150. Alienigena ne degustet consecrata. Leuit. 22.
151. Ne comedat Sacerdos primitias, priusquam importentur in atrium, Deut. 12. & 18.
152. Ne comedatur decima secũda cum immunditia, in Hierusalem, antequam redimatur, Deut 26.
153. Ne comedatur decima secunda in lectu. i die mortis parentum. Ibid.
154 Ne expendatur pretium decimæ secundæ in vsus funeris, sed cibi & potus, Deut. 26.
155. Fructus nondum decimatus ne comedatur, Leuit. 22. 23.
156. Ne præponatur a Teruma primitiis, nec decima prima Terumæ, nec decima secunda primæ, sed ordine seponantur primùm primitiæ, deinde Teruma, tũ decima prima, denique secunda, Exod 22.
157. Ne differas vota reddere, Leuit. 23
158. Ne ascendas ad festa solennia absque oblatione, Exod. 23. Deut. 16.
159. Nemo transgrediatur ea, ad quæ sese obstrinxit, Num 30.
160. Ne ducat Sacerdos scortum in matrimonium, Leuit. 21.
161. Nec repudiatam. Ibid.
162. Nec vitiatam, Ibid.
163. Sed nec viduam, modò fuerit sacerdos summus, Ibid.
164. Sacerdos ne intret Sanctuarium vestibus laceratis, Leuit 21.
165. b Sed nec capillis malè compositis & grandioribns, qui scilicet non fuerint singulis octonis diebus detonsi, Leuit. 21.
166. Summus pontifex ne exeat atrium cultus diuini tempore, Leuit.
167. Ne contaminetur pontifex maximus alienorum mortuorum funere, Leuit. 21.
168. Sed nec propinquorum. Ibid.
169. Idem ne ingrediatur domum vbi iacet cadauer, Ibid.
170. Tribus Ieuina ne habeat fortitionem in terra, Leuit. 25.
171. Sed nec accipiat partem spoliorum, cùm in terram intrauerit Ibid.
172. Ne secentur crines in funeribus, Deut. 14.
173. Nemo edat belluam immundam, Leuit. 11. Deut 14.
174. Nec piscem immundum, Ibid.
175. Nec immundam volucrem, Ibidem.
176. Nec reptile alatũ gradiens quatuor pedibus, vt apem, &c. Ibid.
177. Nec quadrupes, quod graditur manibus. Ibid.
178 Nec reptile cuiuscunq; generis, Ibid.

Decima prima, quæ destinabatur Leuitis, Secunda, quæ seponebatur ad epulãdum cum domesticis & pauperibus, Deut. 29.

a Primitiæ simpliciter erãt frugũ herbarũ & fructuum. Termini autem alterum verũ, vt panis, auri, quasi ablegat. Kimhi in 45. Ezech.

Cauenda Sacerdotibus & Leuit.

b Noster interpres, caput suũ non discooperiat.

De defectu corporum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

179. Nec vermes è fructibus enascentes, in aëremque subnolantes, Ibid.
180. Nec aquatilia carentia pinnis & squammis, Ibid.
181. Ne comedant vllam morticinij carnem. Deut 14. Exod 22
182. Ne vescantur bestiâ in agro discerpta, Exod. 22.
183. Nec membro animalis adhuc viuentis, Gen. 9.
184. Nec neruo fœmoris, Gen. 32.
185. Nec e sanguine, Leuit. 7.
186. Nec aruina, siue adipe bouis, ouis, capræ, &c. sponte separabili, Leu. 7.
187. Ne comedant carnem cum lacte, Exod 23.
188. Ne coquant carnem lacte matris, Exod 23.
189. Ne edant carnes animantis lapidibus strati, Exod. 21.
190. Ne gustent panem nouitium ante Pascha, Leuit 23.
191. Nec grana igni torrefacta, & manuũ perfrictione decorticata, Ibidem.
192. Sed nec pultes è granis pilo, mola, aliove modo comminutis, Ibidem.
193. Ne comedant fructum arborum nobellarum tribus primis, Leuit. 19.
194. Ne manducetur sementis viti permixta, Leuit. 23.
195. Sed nec vinum inde expressum, Ibidem.
196. Sed nec sic edant & bibant qui comessationi & crapulæ indulgent, Deut.
197. Ne quisquam gustent die expiationum, Leuit 23
198. Ne gustent fermentum in paschate, Exod 13.
199. Imò verò neque rẽ fermentato cõmixtam, Exod. 12.
200. Idque ab ipso meridie, Deuteron. 16.
201. Sed nec appareat ab illo tempore fermentatum Ibid.
202. Ne in domibus quidem, Ibid.
203. In domibus ante absolutum pascha fermentum ne inueniatur, Ibidem. Exod. 12.
204. Nazaræus neque vinum neque aliquid è vite bibat, Num. 6
205. Nec edat vuas, Ibid.
206. Etiamsi passæ siccæque fuerint, Ibid.
207. Ne edat earum corticem, Idib.
208. Neque acinos, Ibid.
209. Ne contaminetur super mortuo, Ibidem.
210. Neque ingrediatur domum, vbi iacuerit mortuus, Ibid.
211. Ne tondeat crines, Ibid.
212. Ager totus ne metatur, Leuitiq. 19.
213. Ne recolligantur spicæ remanentes, Ibidem.
214. Eadem ratio racemorum in viti remanentium, Ibid.
215. Manipulus obliuione derelictus ne recolligatur, Deut. 24.
216. Ne seminetur vnà in aruis semina diuersorum generum, Deut 22.
217. Diuersa quoque in vineis ne serantur, Ibid
218. Ne committantur diuersa genera animalium, Leuit. 19.
219. Diuersæ animalium species ne arent simul, Deut. 22.
220. Ne alligetur os bouis triturantis, Deuteron. 25.
221. Ne colatur tellus anno septimo, Leuit. 25.
222. Neque vinea, Ibid.
223. Ne metantur fructus aruorum vinearum eodem anno, Leuit 25.
224. Ne carpantur fructus arborum eiusdem anni septimi, Ibid.
225. Anno Iubilei neque aretur, Leuit. 25.
226. Neque metatur, Ibid.
227. Neque fructus colligantur, Ibid.
228. Ne vẽ dantur possessiones vel agri in terra Israël in perpetuum, sed Iubilæi anno ad pristinum possessorem reuertantur, Leuit. 25.
229. Ne commutantur cum aliis possessiones Leuitarum, Ibid.
230. Ne derelinquantur Leuitæ, Deut. 12.
231. Ne exigantur debita septimo anno, Deut. 15.
232. Ne desinas dare mutuum pauperi, quòd instet annus septimus, Deuteron. 15.
233. Ne obdurescito, quin benefacias pauperi, Deut. 15. & 24.
234. Hebræum seruum vel ancillam ne dimittito vacuos, Deut 15.
235. Ne exigito mutuum à debitore, quem non esse soluendo intellexeris, Exod. 22.
236. Fœnore neque des, Leuit. 25.
237. Neque accipias, Deuteron. 15. Exod 23.
238. Nemo sit medius inter dantem fœnore & accipientem, Exod. 22.

e Excipiuntsanguinem piscium.
Nazaræatus.
De agris.
De possessionibus.
De effectis charitatis.
De seruis.
De mutuis & vsuris.

239. Nullus fiat fide iussor vel testis inter eos, Ibid.
240. Ne remaneat merces mercenarij apud aliquem in crastinum, Deut. 24.
241. Ne accipiatur pignus à debitore per vim, Deut. 24.
242. Neque retineatur cùm ipsi fuerit necessarium, Ibid.
243. Pignus ne accipiatur à vidua, Ibid.
244. Ne pignori accipiantur res ad victũ necessariæ, Ibid.
245. Ne pignerêris molas, Ibid.
246. Ne fureris homines, Exod. 20. & Deut. 24.
247. Ne fureris pecuniam, Leuit. 19.
248. Ne aliquid rapias vel depredêris, Ibid.
249. Ne transferas terminos, Deut. 19.
250. Ne peierato pro pecunia apud te depositа, Leuit. 19.
251. Ne decipias proximum emendo vel vendendo, Leuit. 25.
252. Neque fallas eum verbo, Ibid.
253. Peregrinum neque verbo, Exod. 22.
254. Neque mercando decipias, Ibid.
255. Ne opprimas proximum, Leuit. 19.
256. Neque ei pecuniam ipsius deneges, Ibidem.
257. Ne restituatur domino seruus, qui cuaserit in terram tuam, Deut. 16. 23.
258. Ne seducatur talis seruus, Exod.
259. Ne affligite orphanum & viduam, Exod. 22.
260. Ne talem seruitutẽ seruiat Hebræus qualem Chananæus, Leuit. 25.
261. Ne venundent seruum Hebræum perinde atque alium, Leuit. 25.
262. Ne eũ sibi seruire cogant, Ibidem.
263. Ne dimittant seruum externũ pro eo qui se vendidit, Exod.
264. Ne vendant alteri seruã Hebræam, Exod. 21.
265. Ne subducant ei necessaria, vt potè victum, vestitum ac coïtum, Ibid.
266. Captiuam elegantem ne venundẽt, Deut. 21.
267. Ne opprimatur quasi serua, Ibid.
268. Nemo concupiscat rem proximi, Exod. 20.
269. Ne gustent operæ de fructu, qui adhuc est in arbore vel in canna, Deut. 23. Leuit. 19.
270. Ne immittas falcem in messem alterius, Deut. 23.
271. Ne carpant operæ fructum alium quàm quem tunc edent, Ibid.
272. Rẽ amissam nemo celet. Leuit 22.
273. Nemo iumentum sub onere deserat, Deut. 22.
274. Mensuram & Stateram iniquã nemo habeat Deut. 25.
275. Sed nec duas mensuras, quarũ vna sit minor altera, Ibid.
276. Iudiciũ iniustũ ne feratur, Leuit. 19.
277. Iudex ne recipiat precium vel munera, Num. 35. Deut. 16.
278. Ne honore afficiat potentiores, in iudicio, Deut. 1. 11 Leuit. 19.
279. Iudex ne mutuet prauũ hominem, Deut. 19.
280. Ne misereatur pauperis in iudicio, Exod 23. Leuit. 19.
281. Ne peruertat iudicium hominis improbi, Deut.
282. Ne misereatur eius, qui damna dedit multa, Deut.
283. Ne peruertat iudicium peregrini & pupilli Deut. 24.
284. Ne audiat patronum vnum nisi præsente aduersario, Exod.
285. Ne sequatur maiorem partẽ in damnatione capitis, Exod. 23.
286. Nemo testificetur, vbi iam falsum testimonium dixerit, Exod.
287. Nemo designetur iudex, nisi teneat legis sententiam, Exod. 18.
288. Nemo falsum testimonium dicat contra proximum. Exod 20.
289. Impi⁹ ne dicat testimoniũ Exod 23.
290. Sed nec coniunctus sanguinis necessitudine, Deut. 24.
291. Ne pronuntietur sententia è testimonio vnius, Deut. 13. & 19.
292. Innocens ne interficiatur, Exod. 23.
293. Ne ius dicatur è cõiecturis. Exod.
294. Iustum non interficies, Exod. 23.
295. In iudicio capitis idem ne sit iudex & testis, Ibid. Num.
296. Ne interficiatur reus mortis, nisi dãnatus à republica vel senatu, Num. 25.
297. Nemo misereatur insidiatoris, Deut. 19.
298. Ne calumniam struant oppresso, Num. Leuit. 19.
299. Ne accipiant precium, à fonte neci obnoxio Num. 35.
300. Sed nec ab illo, qui debet exulare in ciuitate asylo destinata, Ibid.
301. Nemo stet contra sanguinem proximi, Leuit. 19.
302. Nemo ponat offendiculum ante ignorantem, Ibid.
303. Sed nec ante cæcum, Ibid.
304. Nullus pluribus plagis cædatur,

De pignoribus.
De furtis
De fraudibus.
De seruis fugarum.
Dere aliena.
De Iudiciis.
Infamis. Nostri loco Deut paulò aliter interpretantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm quæ lege præſcribuntur, Deut 25.
305. Nemo ſit ſuſurro & clandeſtinus calumniator, Leuit. 19.
306. Quiſquam fratrem neque odio habeat Ibid.
307. Neque rubore ſuffundat. Ibid.
308. Neque de eo vltionem ſumat, Ibid.
309. Neque inimicitias ei ſeruet, Ibid.
310. Nemo comprehendat matrem cum pullis, Deut. 22.
311. Ne tondeantur crines ſcabioſi, Leuit. 31.
312. Ne abradantur ſigna lepræ, Ibid.
313. Neque colatur, neque ſeratur locus, in quo cæſa fuerit vitula, Deut. 24.
314. Sponſus ne teneatur primo anno ad ea, ad quæ populus, Deut. 24.
315. Magus ne in vita conſeruetur, Exod. 22.
316. Nemo ſeſe opponat decretis ſanctioris ſenatus, Deut. 17.
317. Præceptis legis neque addatur, Deut. 4. 12.
318. Neque detrahatur, Ibid.
319. Iudici ne maledicatur, Exod. 22.
320. Sed nec cæteris, Ibid.
321. Ne maledicas ſurdo, Leuit. 19.
322. Ne maledicat filius patri, aut matri, alioquin interficiatur, Exod. 21.
323. Nemo feriat patrem aut matrem, alioqui, &c. Ibid.
324. Principi populi tui ne maledixeris, Ibid.

De feſtorum celebratione.

325. Nullum opus geratur in Sabbato, Exod. 35.
326. Nullũ ſeruile primo die Paſchæ fiat, Leuit. 23.
327. Et ſeptimo, Ibid.
328. Nullum prætereà ſeruile die Pentecoſtes, Exod.
329. Et die primo, itẽque decimo quinto menſis ſeptimi, Leuit. 23.
330. Et die Tabernaculorum primo, Ibid.
331. Itemque octauo, Ibid.

De coitibus nefandis.

332. Nihil planè fiat die expiationum, Leuit. 23.
333. Ne reueles turpitudinem matris, Leuit. 18.
334. Neque nouercæ, Ibid.
335. Neque Sororis, Ibid.
336. Neque amitæ, & auiæ, Ibid.
337. Neque neptis, ſiue illa nata ſit è filio, Ibid.
338. Siue è filia tua, Ibid.
339. Neque priuignæ, Ibid.
340. Neque filiæ priuigni, Ibid.
341. Neque patruæ, Ibid.
342. Neque materteræ, Ibid.
343. Neque vxoris patrui, Ibid.
344. Neque nurus, Ibid.
345. Neque fratriæ, Ibid.
346. Neque Sororiæ, Ibid.
347. Neque mulieris menſes ſuos patientis, Leuit.
348. Neque mulieris coniuratæ. Leuit.
349. Nemo coëat cum iumento, Leuit. 18.
350. Neque cum maſculo, Ibid.
351. Nemo reuelet turpitudinem patris, Ibid.
352. Neque patrui, Ibid.
353. Sed nec committat eorum aliquid, quibus poſſit trahi in adulterium, inceſtũ, & aliquid ſimile, tametſi ea non exequatur, Leuit.
354. Nulla nubat ſpurio, Leuit.
355. Spurius ne ingrediatur Eccleſiam Domini, Deut. 23.
356. Ne ſit meretrix è filiabus Iſraël, Deut. 23.
357. Qui ſemel aliquam repudiauerit, ne eam ducat in vxorem, etiam marito mortuo, Deut. 24.
358. Vxor fratris abſque prole defuncti, ne nubat alteri, quàm fratri ſuperſtiti, Deut. 25.
359. Raptor ne dormiat cum rapta, Leuit.
360. Ne dimittat vxorem ſuam, qui eam falſò traduxerit. Leuit.
361. Ne cuirent maſculum cuiuſcunque ſpeciẽi. Leuit.
362. Eunuchus ne matrimonium ineat, Leuit.

De Regt.

363. Ne creetur Rex, vel Magiſtratus, qui ſit alienigena, Deut 17.
364. Ne multiplicet Rex equos, vel vxorem. Ibid
365. Ne coaceruet aurum aut argentum, Ibidem.

Præceptorum Moſaicorum Finis, ex interpretatione G. Genebrardi Theologi Pariſienſis.

Deo laus, honor, & gloria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

APPENDIX

CHRONOLOGIÆ

IN QVA RERVM OMNIVM MEMORABILIVM, TOTO ORBE Gestarum, breui recensione, continuatur historia.

COLLECTORE,

PETRO VICTORE PALMA CAIETANO,
I. V. D. & Linguarum Orientalium Regio Professore Lutetiæ Parisiorum.

PARISIIS,
Apud Ambrosium Drouart, sub scuto Solari via Iacobæa.

1600.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BEATISSIMO SANCTISSIMOQVE SVMMO PONTIFICI CLEMENTI VIII. nutu Dei, D. Petri Apostolorum Principis dignissimo successori, in sacra Romana sede: & totius Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, Capiti visibili supremo.

EST vulgata illa D. Augustini sententia, *Beatissime Pater.* Distingue tempora & intelliges scripturas: quæ quidem duo nobis præcipuè consideranda: veniunt. Primùm, Diuinam prouidentiam per statas temporum vices, omnia sic statuere, vt quamuis multa videantur præter omnium expectationem accidere, adeóque subinde ruinam minari: tamen semper adest rector horum omnium motuum, qui suo numine rerum ingentes vel confusissimas quasque perturbationes, sic temperet, ac in ordinem reducat: vt inde effulgente clariùs sua incomprehensibili sapientiâ, salus piorum semper existat. Alterum est quod speciali & paterna sua cura optimus Pater, Ecclesiam suã vnigeniti filij sui Domini nostri Iesu sãguine redemptã vnicè complectens, dum eam vult dura & aduersa quęque sub cruce experiri, simul eam consolatur & remedia malis adhibet tam præsentanea: vt certissima indidem spes æternæ salutis consequatur. Porrhò cùm sit vna ex certis Ecclesiæ veræ notis, ipsa Antiquitas: quæ vtique ab omnibus semper veneranda esse debet, necesse fuit ab Adamo parente humani generis primario, ipsius Antiquitatis seriem, velut in tabella depictã proponi, vt ex continuatione promissionum Dei, quæ quidem sunt ipsius fidei basis & fundamentum certissimum: ipsam Ecclesiam pariter in conspectu semper habere possimus. Ille est scopus legitimus intelligentiæ adipiscendæ scripturarum: si rectà eò collimemus, vt semper concordibus animis, cum S. S. Patribus antiquis circa res fidei consentiamus. Ille est fructus τῆς θεολογίας, Illa est doctrinæ assertio infallibilis, cùm eadem simpliciter sentimus & profitemur, quæ nos S.S. docuere Patres, quæque abundè sua scripta testantur. Nec minus verò etiam ex temporum ratione, traditiones Ecclesiæ explicantur. quæ sane non minoris ponderis, quàm ipsæ scripturæ nobis esse debent: quandoquidem ipsas scripturas nonnisi ex traditione habeamus. Neque enim inquit idem. B. P. Augustinus Euangelio crederemus, nisi nos Ecclesiæ authoritas commoueret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Constat igitur, *Beatissime Pater*, imprimis vtilem ac necessariam etiam ipsi Ecclesiæ esse tẽporũ cognitionẽ. Ea res autẽ potissimũ ad Beatitudinẽ Paternæ vestræ Sanctitatis proprio iure spectare videtur. Quinam enim possent festa coli, nisi certo tempore designentur. Inde fuit quòd ab ipso Mose, tempus sacrum & sanctum ab operario dierum communium labore distinctum sit, tam multis in locis, vt Deo debitus cultus ex solemnitatum & festorum dierum obseruatione existeret, & populo vicissim suarum operarum ratio constaret.

Nec verò aliter vox illa Pontificis accipienda est, quàm à præfigendo temporis stati & rati puncto, vnde annorum initia ducerentur. Est illa varietas vocalium nimis crebra, antiquiore Latinorum ac Romanorum potius dialecto quam nesciatur, Punctificem dici indiscriminatim ac Pontificem, pro eo qui in bruma anni cursum sisteret ac ἐπεισάκτους ἡμέρας quàm multæ forent ad anni sequentis exordium denunciaret, quorum officiorum, Romæ veteris & sui adhuc ignaræ, Pontifices antiqui certam quandam methodum ex epistolis ad Atticum, sibi peculiarem habuisse perhibentur.

Cùm igitur, *Sanctissime*, Chronologiam D. Genebrardi præ manibus haberem, & mihi nonnulli propter menda multa & varia quæ librariorũ incuriâ incidissent, contra authoris mentem, recognoscere ac restituere suaderent. Primum quidem substiti, veritus, ne vt diuersa, sunt hominum ingenia, dubiam illam experirer iudiciorum aleam, tandem tamen mihi passus sũ persuaderi, cùm in tanti viri honorem, quantus fuit ille D. Genebrardus omnifariam generis eruditione refertissimus, & veluti scientiarum ac linguarum omniũ pretiosissimus thesaurus, vt scilicet istos incuriæ Typographicæ næuos, qui nequaquam vel φλύκταινας vel ἐπιφύσεις tam nitidi præclarique ingenij tamque compacti & synceri extiterunt, pro mea virili extergerem, & sic aliqua ex parte, iunioribus quos aliquãdo illi erratorum anfractus distinerent inseruire ac prodesse possem.

Quantum præstiterim post humillima beatissimorũ Pedũ oscula *Sãctissime Pater, vestræ sanctissimæ beatitudini* iudicandum corrigendumque quanta maxima possum humilitate submitto, & litabundus, ante Pedes Apostolicos dico ac deuoueo, vt si secus mihi accidit quàm insidet animo, scilicet vt quibuscunque possim vnquam σωθῆναι ingenioli mei valde rudis, tenuissimis viriculis, sacro-sanctæ Romanæ sedis, cultum, decus, reuerentiam & obseruationem piam apud omnes promoueam, hoc, *vestra sanctissima beatitudo, Clementissime*, mihi parcere, ignoscere ac indulgere dignetur, necnon pro sua innata clementia, erranti misero melioris frugis commonstrare viam.

Hoc verò mihi visum est, quibusdam in locis interserere, nimirum quæ aliqua in varietate sententiarum versari viderentur, vt ex eo facilius iudicium D. Genebrardi constaret, quod ille pro sua Chronographorum priuilegio neglectis aliorum opinionibus, maluit interponere. Deinde quia vbi mentionem facit Caluinitarum male feriatorum hominum, vt eos compararet cum veteribus hęreticorum figmentis, interdum hoc ipse Genebrardus, ita leuiter attigit, vt in quo isti cum illis conuenirent, non

significaret: hoc ego quantũ potui, supplere sum conatus. Fuerunt etiam multa vocabula Hebraica, ab illo nudè posita plęrisque in locis, quæ studiosi sibi explicari postularent, in quo eis quantum in me fuit gratificari sum non dedignatus.

Subinde etiam cùm viderem, aliquam colligi posse ex aliquo loco consequentiam, quæ appositè in hæreticos & schismaticos huiusce miserrimi temporis & calamitosissimi Galliarum Regni deberet torqueri, ibidem animaduersionem illam meam, vtvt locus ipse ferre visus est, apposui vt constaret omnibus, quàm prętet rei veritatẽ, impuri isti sycophantæ, in Ecclesiam Dei & sacrosanctam sedem, sua procaciissima petulantia, debacchari & veluti ἀμαζονεύεσθαι & probrorum plaustris, diabolico spiritu audeant inuehi.

Quamuis enim prudentissimè Dominus Genebrardus, semper ad sæculi cuiusque calcem, ostendat apertissimis testimonijs semper Orthodoxorum S.S. Patrum consensũ eandem doctrinam in Ecclesia extitisse: hoc tamen mihi visum est cõmodius, præsertim quia isthic est mos hæreticorum, vt auulsis locis, ab ipso contextu, apud suos correlaria iniquissima & ἀλογώτατα omnino que cõtextus sensui legitimo contraria conficere soleant, nulla habita ratione aliorum locorum, si quæ illis obiciantur.

Nec verò, *Beatissime*, minus mihi fuit cordi religio & pietas, cõiuncta rerũ omniũ ad mirabili scientia dignissimi Prælulis D. Pontaquensis Episcopi Vasatensis, qui etiam ei operi manũ adhibuerat & piam & doctam, vt nihil iam addi aut desiderari posse omnes prædicarent, tamen nec ipsum id egræ esse laturum, mihi compertum fuit antequam in hoc studium, me totum contulissem.

Supereſt, *Beatissime Pater*, Appendix illa incomptior, quam ex varijs cõmentarijs, relationibus omnium fere linguarum, & aduersarijs, quam vt minus malè potui, ad totius Chronologiæ Genebrardicæ & Pontaquensis, attexui. Cujus vt tempus fere totum, sub, *Vestræ Sanctitatis Beatissimæ*, nutu & benedictione fluxit, ità expresse eidem illam meam qualemcunque appendicem vestro numini consecrare & dedicare, in votis ab initio habui, vt vestro verè Apostolico fauore illam & me prosequi non dedignemini.

In ea autem, *Vestræ Sanctitatis Beatissimæ* nunquam satis laudatum, nũquam satis æstimatum beneficium duplex, in Christianiss. Regem & regnum olim pietate & sana doctrina florentissimum, à vestra paterna Clementia collatum, scilicet indulgentiæ apostolicæ, Regem in communionem sanctorum & salutis proinde participationem admittendo. Et simul pacificæ procurationis, vt vestrę sanctiss. beatitudinis nudo. Et simul pacificæ procurationis, vt vestrę sanctiss. beatitudinis nutu, pax syncera, pax optima, pax vere Christiana, inter duos potentissimos Monarchas constitueretur, & constituta, vestra benedictione augustissima firmaretur. Cùm eam nimirum largo fletu & lachrymis obortis, inter sacrum Corporis & sanguinis Dominici tremendum, à Deo patre luminũ vestra humillima deuotio & pietas non ficta obtinuerit.

In hac Appendice, si quid dignũ minus dixerim: vestræ esto, *Pater san-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctiſsime, manſuetudinis & charitatis benigniter excuſare.

Ceterùm in ipſa ſacro ſancti anni Iubilæi recordatione, quæ 16. ſæculo poſt Chriſtum noſtrũ D. ſub veſtra ſacro ſancta benedictione contiget: hoc mihi in mentem venit, quòd nonnulli de tempore aduentus domini, nobis teſtatum ex recenſione vitę ipſius, ſuis ſcriptis reliquerunt: ſcilicet intra paucos poſt annos, pro foribus illum fore. partim vt ex ipſa Eliæ vatis prædictione, precipuè vero ex Chriſti Domini noſtri determinatione, cùm hæc viderimus, quæ noſtro tempore contigerunt vt capita noſtra atollamus, expectantes liberationem noſtram. Tunc enim, inquit Domin⁹, prope futura eſt. Quocirca neceſſe eſt paternis veſtris mãdatis ac monitis totum orbem Chriſtianum obtemperare ac dũ quiſquę indulgẽtiæ Apoſtolicæ ſit cõpos, veſtra benedictione, BEATISSIME, id præcipuè attendat, ne intra præcordia mõſtri quid alat, ſed diligenter conſcientiæ penitiores latebras excutiens, ita eam conuerrat & mundet, ne quid ſordium intus relinquatur. Imò cùm velit ſibi à Paſtore viſibili, veniam & abſolutionem peccatorum concedi: eandem præcipuè à Principe æterno remiſſionum, ſyncera contritione cordis mereatur obtinere.

Hæc eſt mea fides, meáque ſana & Orthodoxa certa profeſſio, *Pater ſanctiſsime*, in qua ſi quid labis, quam non aduerterim, hærere videatur, veſtra beneuolentiâ paterna & verè Apoſtolica, ſuppliciſſimè genibus aduolutis, deprecor vt corrigatur. E Cœnobio religioſiſſimo Sancti Martini à Campis, ordinis Cluniacenſis Lutetiæ Pariſiorum die 4. Calendas Septemb. A. D. 1599.

Veſtræ ſanctiſsimæ Beatitudini

Deuotiſsimus Humillimus & addictiſsimus, orator & ſeruulus

PETRVS VICTOR PALMA CAIETANVS.

APPENDIX

CHRONOLOGIÆ IN QVA RERVM OMNIVM MEMORABILIVM, TOTO ORBE GESTARUM, breui recenſione, continuatur hiſtoria.

COLLECTORE,

PETRO VICTORE PALMA CAIETANO, I. V. D. & Linguarum Orientalium Regio Profeſſore Lutetiæ Pariſiorum.

Ad Lectorem Chriſtianum.

LEGISTI amice Lector, vix aut ne vix quidem ſatis idoneum reperias, qui poſt tantum virum quantus ſumma & illuſtri eruditione, ac probitate vitæ extitit, ſapientiſſimus Præſul. D. Genebrardus, Aquenſis Archiepiſcopus Reuerendiſſimus hiſtoriarũ ſeriẽ tã docte, tam ornatè, tam ſuauiter queat contexere: ac ille abunde præſtiterat, nedum qui alterum illius ſacri ordinis, columen D. Arnaldum de Pontac, Vaſatenſem Epiſcopum digniſſimum ſubſequi valeat, in eadem tam vaſti operis continuãda mole: & fortaſſis etiã præſtaret, hæc ità in medio relinquere, donec tractu temporis pleniore, vberior ſeges ſe oſtenderet ad ſcribendum: tamen partim quia ex eo anno 1585. in quo iſti magni viri deſierunt: res omnium maximè memorabiles, toto orbe contigerunt, partim quia poſt tot bella & ſtrages, videatur ſæculum aureum reuerti velle, ea ſpe ſcilicet vt ſub Clementiſs. Pontifice S. D. N. Clemente VIII. Pientiſſimo Chriſti Dom. Vicario, & D. Petri Apoſtolorũ Principis ſucceſſore fideliſſimo, Iubilæus Optatiſſimus Pacis perpetuæ, vt bene ominari licet οὐδ' ἅπαξ tantum-non hoc ipſo anno celebrandus veniat: Inde amicorum hortatu & monitis, etſi meæ tenuitatis mihi probè conſcius tamen hanc appendicem breuem quidem attexere, tantorum Virorum Chronologiæ ſum auſus: ſed admiratione ingenti diuinorum operũ, que toto hoc curriculo acciderunt, digniſſimã, vt ab ipſo Iubilæo ſacratiſſimo, deinceps concordibus animis, abiecta procul omni αὐθάδεια ſepoſitóque liuore, omnes cũ vera Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ fidei, profeſſione, ad æternam cœleſtis patriæ trãquillitaté aſpiremus. Faxit Deus. Interea tu Chriſtiane Lector, hunc qualecumque meum laborẽ boni conſule, & fruere. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ODE
TRICOLOS TETRASTROPHOS.

CAIETE, Lector Regius, omnibus
Linguas quòd omneis perlegis exteras,
Debent virescentem Sorores
Temporibus capitíque laurum;
Debent, eburnâ quòd citharâ modos
Pangis, suaueis Principis auribus
Parente Condæo creati,
Nobilibúsque viris amatos;
Quòd Herculano robore præditus,
Sanctæque pulsus vi sapientiæ
Relinquis, & victor Lemani
Monstra domas furiósa stagni;
Quòd & loquaces hæreticùm greges
Scriptùm lacessis ponderibus sacris,
Constanter illorum retundens
Ægide Palladia venenum.
Debent Sorores Pieriæ tuis
Lauros virenteis addere crinibus;
Quòd iûrè iûris vtriusque
Actibus attigeris cacùmen;
Cunctis coruscam vt lampada legibus
Feras, micanti nubila lumine
Fundens, latentes atque acuto
Ingenio scopulos resoluens.
Debent Sorores & strophio comas
Ornâre florum suauerubentium
Sorbôna Doctorem diserta
Te vocitâre breuì quòd optet;
Debent at illæ non numerabiles
Tibi corollas, perficias opus
Quòd inchoarum Genebrardo,
Vltimum ei & dederis colorem:
Et debet omnis facta latentia
Nouisse fastis qui cupiet patrum,
Per quasque partes huius orbis
Per mare, perque, solum, per vrbes.

I. PLACET CARDINALITIVS.

Anni Christi 1585 — Anni mundi 5673

Gregorio 13. Pontifice.
Redolpho Augusto Imperatore.
Henrico 3. Francorũ & Polonorum Rege.
Henrico 3. Nauarræ
Philippo Hispaniarum
Amurathos Turcarum
Mahometo Tartarorũ.
Elizabetha Angliæ,
Maria Scotiæ hactenus apud eam captiua dum
Iacobus 6. Mariæ filius rerum potitur in Scotia.

HVMANA.

HOLLANDICÆ nauigationes & Zelandicæ, iussu Principis Aurantij Ducis Mauritij, & ordinum illarum quibus authoritate post superatum ab Amsteredano Hollandiæ ciuitate Rilduymum Moschouicæ ad Nouam Zemblan Paluoniæ expertissimo vectore Villemo Bernardi filio, vbi plus frigoris senserũt sub gradibus. 73. 74. 75. 76. quàm sub 80. gradibus vbi Groenlandia esse putatur. In qua pullulant gramina & olera, necnon arbusta crescunt & fructificant, cùm in noua Zembla nullum olus aut gramen virescat & sola amphibia animalia carniuora vt vrsi & vulpes ambo glacialia & pilis candidis hirta viuunt *Relationes Hollandicæ.*

Isti Argonautæ glaciales dum ad regna Cathay & Sinarũ regiones penetrare contendunt, vt tulit sors, varia pericula experti sunt cùm Phocis Septentrionalibus dimicârunt acriter, & singulis suis stationibus insulis & portibus sua nomina, & suorum Principum indiderunt. Isti Phoce sunt equi marini, Elephantum more germinos dentes longissimos ex rictu promittunt, qui loco eboris in magno precio habentur. In arena subinde volutantur valde sunt amoris erga suos fœtus tenaces Olaus mag. Nomina sunt Scopulus Nassonicnsis insula Villebun, angulus nouæ Zemblæ, Propugnacutij vrsi & similia. In illo angulo nouæ Zemblæ lapides aureos adinuenerunt. Argumento quod etiam frigore metalla consistunt. *Relationes Hollandicæ Gerardus de Vera.*

Aliunde per Hispanos exploratores metidici adinuentus est transitus in Insulas Philispinas & Magnum Chinæ imperium quod ad ipsam Tartariam pertinere videtur excepto interiectu montium, quorum fauces etiam dicũtur valuis ferreis grandioribus intercluſæ. *Hispanica historia Chinæ.*

Postquam defunctus est Franciscus valesius, Flandriæ Comes Henricus Rex Franco. & Polonor. Principes sanguinis primarios Henricum Regem Nauarræ & Ducem vindocimensem, ad quẽ Rege defuncto absque liberis lege Gallica Regnum spectaret, necnon Henricum Principem Condæum, gradu proximo se attingentem post Nauarrum Ecclesiæ & sibi reconciliare studet. Ideóque ad Regem Nauarrum missus est Dux Espernonius, in Bearnium vsque, qui honorificentissimè ab ipso Nauarro exceptus est. Mense Iulio, in Regia Palensi Bearnij. Inde Nauarrus accersit ad se Condæum, ipse interea componendis rebus in Fuxensi comitatu vacat, eò profectus.

Ibidem in ciuitate Pamiarum à Præside Bellieiiræo Regis nomine iterum conuentus est, ac multa inter suos deliberatione habita de adeundo Rege & toto Pyrenensium Iugorum tractu, restituenda Missa, vnius improba obstinatione deterritus substitit. Vnde secuta est in regno Galliarum λιτὰς κακῶν. *Aduersaria Ministrorum.*

Eodem mẽse, Burgundus quidam è comitatu Burgundiæ. Balthazar Serach, postquam multos annos se aduersus iconẽ Principis aurantij, eum occidendi animo exercuisset, tandem, 10. die illius mensis, ipsum Principem Bombardulæ ictu, quã facile sub veste occultabat, interfecit: tribus globulis ferreis inuicem cathenula ex aurichalco colligatis. Idque

1595 — 5685

Universidad de Deusto
Biblioteca

pratextu rerum quarumdam grauium, quibus de cum Principe sibi agendum famulis suaserat ipse Burgundus 40. post die, Consulis Delphorum sententiâ morte crudelissima patrati facinoris luit pœnas. *Campanus.* — Anni mundi. 5537 — Anni Christi. 1585

17. Iulij coactus est Magistratus Antuerpianus, vetare ne quis vrbe excederet, cùm tota ciuitas tanto mœrore & metu mortem Principis excepisset, vt omnes aufugerent vitandi periculi causa. *Idem.*

Sub finem Iulij Nauarrus è Pamiarum ciuitate, ad Nigraquites, quod Neracum dicitur reuersus, Ducem Espernonium conuenit, iterum & quamprimum eo dimisso, cum ingenti beneuolentiæ testimonio, in Montem Albanum proficiscitur, quò omnium magnatum ex toto Galliarum regno, qui se protectore, Regis consensu partes Caluini sectarentur, conuentum indixerat, vt ibi suis rebus prouiderent.

Ibi toto mense Augusto captatis consilijs inter se, tandem soluto conuentu quisque in suos fines redierant Princeps Condæus vicecomes Turonensis Comites Castillionæus & Lauallensis, & quotquot in aliqua dignatione erãt. Non defuit è Delphinatu Lediguerius, qui etiam in reditu, Nauarrij nomine, Henricum Castillionæum, suo tingendi paruulos modo, in Montepessulo, magna lætitia omnium suorum appellauit. *Aduers. Ministror.*

Interea dũ viri Principes factionẽ suam tutari studẽt cauẽte præsertim Nauarro ac secũ Cõdæo, nequid se inconsultis, aut etiã cõtra Regni statũ Ministri audaces & temerarij molirẽtur ipsi pseudo-Ministri secum ipsis graues exercebant inuicẽ simultates ob mulierũ ornamenta & earundẽ se comendi modum: cui væsaniæ & priuatim & publicè, Cajetanus tunc pseudo-Minister Regius, etiam è suggestu resistebat acriter. Et à Vallensi socio aulico, & Campodæo altero defensus gnauiter facile ardẽliones istos lingulacas conuincebat. *Aduers. Minist.* Multa alia religionis capita tũ inter eos tracta sunt ibidem authore Cajetano, vt Vallensis, & Campodæus sponte, alij quidam vi veritatis compulsi, dixerint Nauarro id apertè ab illis efflagitante priuatis colloquijs, num posset redire in concordiam: ac professi fuerint se in miserabili Schismate versari & Bezæ etiam Consilio (quod referebat Campodæus nuper Geneua Montem Albanum appulsus) quam primum esse Ecclesiæ Romanæ repetendam vnionem, sublatis aliquibus nænijs, sic ritus vocant Ecclesiæ, quod Nauarri mentem valde tum perculit, vt dixerit vtilissimum futurum fuisse regno Galliarum, si nemo vnquam Hugonotus extitisset. *Aduers. Ministror.*

Franciscus Iordanus Theologus Parisiẽsis Trinitatis sacrosanctę mysterium contra blasphemias pseudo-Ministri Danęi doctissimo commentario defendit Parisijs.

Toto anno reliquo Princeps Parmẽsis, Gueusæos Flandros partim recipit partim etiã se dedere cogit, ac tandẽ magno aggere congesto ipsam Antuerpiam in media Hyeme obsessam vrget: cũ Gueusæis nec milites manu nec ducescõsilijs superessent, à quibus animi labascentes sustentarentur. *Campanus.*

Florimundus Raymundus Regis Cõsiliarius in parlamento Burdegalensi, fabulam de Ioanna Papissa validissimis argumentis, & rationibus explodit. *Aduers. Minist.*

Mense Septembri sequẽte cum pseudo-Ministro conuentum Nauarrus solueret in Monte Albano, ea ipsa hora circiter tertia pomeridiana, tantum tonitru toto cœlo increpuit, cùm alioqui dies esset serenissima: vt ipse Nauarrus malum esse omen dixerit, ac se dubitare ne consilia ipsorum Ministrum bombardæ illius, ictus tam confragosus perditum venerit, & quod notandum, fulmen illius tonitru, domum illam in qua tunc erant præsente Nauarro, tetigit & peruasit è — Anni mundi. 5685 — Anni Christi. 1596

culmine

Anni Christi. 1585 — Anni mundi 5675.

culmine, sine tamen grauiore damno, nec desijt serenitas toto die. *Aduers. Ministror.*

Lanouæus Iunior Telignyus Parmensem obsidionem, vexat & aliquantulum Antuerpianos recreat. Tandem tamen cum decem capitaneis in trajectu captus ad Principem perducitur, non alienus à Pattis sorte, cuius id semper fuit proprium, vt in præstantiss. quaque suarum virium demonstratione, semper in Hostium manus deuenerit. *Campanus.*

Mense Septembri medio circiter Margarita Valęsia Lectorates ingressu regio petit, ac cum Nauarro coniuge triduum, gratiosè egit, post ad Balneas Caussianas profecta, in Conuenarum finibus, demum Neracum iussu mariti Regis reuertitur, vbi tota Hyeme commorata est. *Aduers. Minist.*

Nauarrus verò Pali Regiam primùm deinde Montem Marsanium petit, ac Bajonam inuisens à Gubernatore Lahilliera, cum magna totius vrbis lætitia excipitur. Deinde Tartaxium rediens postquam ei castro prouidisset, Occitaniam fere totam, perlustrat, & Ducem Monmorancium in vrbe Castris conuenit. *Ibidem.*

Guilelmus Parryus doctor legum, Anglus cùm Lutætiam Parisiorum veniens, fuisset ibidem Ecclesiæ reconciliatus de necanda aut tollenda veneno, Elizabetha Regina sua patriæ liberandæ zelo consilium sumit cum Thoma Morgã & Edmundo Neuillio Anglis, atque id tentans in patriam reuersus supplicio grauissimo cùm alijs affectus fuit. *Anglica Historia. Campan.*

Mense Octobri Orthæsij fiunt doctores Caluinici authore Danæo, in Academia Biarnensi anno superiore instituta, aliquot studiosi, quos cæteri pseudo-Ministri & inuiderunt & sustulerunt dignitatis omnis, in sua colluuie impatientissimi. *Aduers. Minist.*

Ioãnes Basilius Magnus Dux Moschouiæ hoc anno mortuus est, postquam multa grauia & crudelia mala suæ genti, suis liberis, & toti orbi, quantum in se fuit, intulisset: illustri Iudiciorum diuinorum exemplo, quod Principes contemplari debeant. Cum illi etiam dũ viuo interanea computruerint, vt præ fœtore, animam crudelem coactus fuerit exhalare, magno rugitu furens ac frendens, quamuis horulis duabus ante mortem, iusserit filio hæredi vexationem populo remitti, & captiuos nobiles quosdam liberari. *Fridericus eques Polonus.*

Illi successit Theodorus: quamuis Bielsius baro fratris pupilli nomine cuius tutor erat Basilio defuncto constitutus, rationes illius disturbare conatus fuerit. Stephani Poloni Regis Legãto Leone Sapicusa nonnichil fauente & ipso Stephano ducatus ipsius Dominium ambiente. *Polonica.*

Bascias Osmannus iussu Amurathis Mahometem Tartarum capit, & strangulare facit cum duobus filijs. *Campan.*

Inuadendæ Persidis Amurathes cum ipso Osmanno consilio capit, & proto-viserem eundem creat, semoto ab illa dignitate Sciancio. *Relationes Turcicæ.*

Salomõ Sbarouuius in Stephanũ Regẽ Poloniæ cõiuratus vincitur captusque suæ temeritatis pœnas dat. *Polonica.*

Persis in eo rerum Statu, perturbatur etiam magis à quodam *Ferato*, à quo duæ exttructæ & omni genere armorum munitæ arces fuerunt, ad resistendum Persæ eò contendenti contra Amurathem, cùm essent ibi sui regni propugnacula & aditus. *Campanus.*

Simon Giorgianus cum 4. mille fortibus & expertis militibus egregiè dimicans à Bascia Resuam Caramano interficitur. *Relationes Turcicæ.* — 1596 — 5685

Persa de Emiro magno Taurisij gubernatore supplicium

Universidad de Deusto
Biblioteca

capitis sumit, quod ferato visus esset fauere & cum Turca contentire. *Idem.*

Gabriel Emus triremem Turcicam in sinum venedicum vi tempestatis coniectam tanquam hostilem capit, Ea vehebat viduam Radamani Baschiæ Algariani, cum liberis & ingenti supellectile, qua de causa cum Amourathes paratus esset pacis fœdera soluere, à Senatu sapientissimo placatus est, industria & suasu Legati Venetorum vel Consulis, tunc apud Constantinopolim agentis, & de ipso Gabriele abducto ex insula Corcyra capitis supplicium sumptum est, à senatu vt pax conseruari posset. Erat Gabriel Triremium Veneticarum præfectus. *Campanus. Oratio Gasparis Lusitani*

Anni mundi. 5573

Anni Christi. 1585

DIVINA.

LEGATI Giaponenses Romam appulerunt, cum literis primum à Rege Bumgensi, hac inscriptione. *Ad magnum & beatissimum Papam, adoratione dignum, cum sit ille Vicarius Regis cœlorum in terra.* Mentionem facit Regis Fiungæ, sororij & Hieronymi nepotis, necnon Domini Mantij, quem miserat, ad se cum istis regnis deuouendum suæ sanctitati. Alteræ literæ erant Regis Arimæ cum hac inscriptione. *Sit data hæc Epistola illi sancto & Magno Domino quem ego adoro tanquam Dei Vicarium,* eodem tenore ac prima, commemorato Domino Michaelo Regis cognato, in eum finem misso. Tertia erat Domini Bartolomæi Principis Omuræ, cuius erat ex sorore nepos Arimæ Rex Protasius, hac inscriptione, *Sublatis manibus offero hasce literas reuerenter sanctissimo Papæ D. N. Vicario summi Dei.* Idem præstat obsequium subscriptiones verò, primæ. *Ingenua prouolutus ad pedes sanctissimos V. beatitudinis Franciscus Rex de Bugno.* In altera *Sanctitatis Vestræ qui in genua procumbit ad pedes suos Dominus Protasius.* Tertia eodem Stylo.

Post quarum lectionem tanta populi frequentia, vt vix purpurati Patres, sedere possent. & adeo vehementi sanctissimum Pontificis exultatione pietatis ergô, vt in Simeonis Prophetæ Canticum eruperit dicens, *Nunc dimitte Domine seruum tuum in pace.*

Deinde P. Mischita Lusitanus è Iesuatorum familia eleganti oratione, Laudes Pontificis sanctissimi, & sæculi sui fœlicitatem persecutus cum fidei Catholicæ Romanæ diuinis encomijs cuius Maiestas sese iam, in vltimos orbis fines extenderet, ac obedientiam Sacrosanctæ sedi & summo Pontifici, Regum & populorum nomine pollicetur. Ei respondet iussu Pontificis Antonius Boccapadulis, cum gratulatione suæ sanctitatis erga Reges adeóque populos ipsos, ob veritatis sibi patefactæ sinceram agnitionem ac professionem liberam. deinde post gratias actionem in Diui Petri æde sacra, omnium applausu in Collegium Iesuatorum, quod ipsi optarant honorificentissimè deducti sunt. *Idem Capanus.*

Non multò post ex morbo graui Iacere cœpit sanctissimus Pontifex, & tandem animam beatissimam Deo summo spituum & omnis boni creatori reddidit, magno totius Ecclesiæ luctu & bonorum omnium desiderio. *Idem.*

Obiit Sanctissimus Pontifex 10. Aprilis 1585. sepultus est in sua Gregoriana. Creauit 33. Cardinales, fundauit 22. Collegia, per totum orbem, correxit Annum, reduxit Moschouitam.

Vacauit sedes 10. diebus.

HVMANA.

MENSE Februario circa finem Philibertus Emanuel Dux Sabaudiæ, Nicæa soluit in Hispaniam profectus, vt sibi desponsatam Heroinam, Catharinam Austriacam, Michaellam. Alteram Infantem Hispaniarum vxorem duceret, quod & Martio Mense magna celebritate & Pompa Cæsar-Augustæ Arragonum perfectum est. *Hispanica.*

1585

1598

Tum rempotis nonnulli pseudo-Ministri Galliarum inter se

Anni Christi. 1585

Vacante sede.

Henrico 3. Rege Fracorum & Polonorum.

Henrico 3. Rege Nauarræ Duce Vindocinensi Primario Principe sanguinis & Pari.

Henrico Borbonio, Principe Condæo, Principe sanguinis & Pari secundario.

Claudio à Lotharingia Duce supremo Lotharingiæ.

Nicolao Duce Vaudemontio, 2. familiæ.

Henrico Duce Guysio & Carolo Duce Mayenensi Fratribus, ex tertiana Lotharingorũ familia.

Anni mundi. 5573.

ter se cõmunicatis Cõsiliis, hoc agebant vt aliqua ratione suæ plebes, se deludi priuatis opinionibus persentiscerent; ac missus Caietanus in Occitaniam Prouinciam & Delphinates, vt tacite animos sociorum in eo perdito schismatis officio exploraret, & ad suos qui se miserant referret, cum aliunde Castrenses magnam seditionem in vrbe sua excitassent, propterea quædam nobilitatis insignia, adeóque Regia eminentiore loco affixa parietibus, quæ vnus Florius pseudo-Minister abiecit humi & pedibus calcauit, vnde postea exulare coactus est. *Aduers. Minist.*

Eodem tempore Lascutri Bearnij in Synodo pseudo Ministrorum Bearnensium tantum non tota eorum disciplina reiecta fuit: authoritate cuiusdam ex illorum numero, qui ea de causa & propter alia quædam, dignus est meliore fortuna. Habuit aliquos suæ opinionis sequaces, alios æmulos. Bordenauius est & Martiellius. *Idem.*

HVMANA.

MAXIMVS mense Martio belli motus in Gallia excitatur, aduersus pseudo-Ministros authoribus Principe Borbonio Cardinale Carolo Regis Nauarræ patruo & aliis, qui etiam religionis falsæ ergò Nepotem Regẽ & alterum Principem Condæum ex Antonio Rege Nauarræ & Ludouico Condæo Principe fratribus suis procreatos, contendebat regni hæreditate priuandos, ac se etsi presbiterum Cardinalem in alterutrius locum sufficiendum iure proprio, vt magis idoneum & stirpe regia propinquiorem, qui hanc hæreditatem cerneret. *Ipsius Protestationes.*

Aduersus eum pro Rege Nauarræ scripsit iureconsultus vir doctiss. Belloitæ, Regius Aduocatus, Apologiam Catholicam, cùm ipse etiam fuerit, semper Catholicus, in qua ius Nauarri clarius meridiana luce demonstrauit. Eodem tempore multos sparserunt rumores nonnulli aduersus Guysianos Principes ex Lotharingica familia qui iamdudum in Gallia, magna authoritate pollent, quod sibi vellent ius illud regni arrogare, prætextu Domini Cardinalis senis iam fatiscentis sub ipso vitæ onere: vt pro figmentis haberentur, quæ de ipsius iure in vulgus emittere diceretur. *Loftalus Biarnensis edito libello inscripto Antiguisardus.*

Princeps Aurantius Mauricius, cum Hollandis & Zellandis confederatis nauigationẽ secundâ, in fines Septẽtrionis parant, per Mare Vveygatz id est albostratum scilicet glaciorum molibus voluentibus, alias Mare Nassouuicum, à Nassouuia familia sic dictum. Et Nouam Zemblam repetunt, Vvillelmo patrono & Iacobo Streinstricko primario factore. Septem scilicet onerarias naues instruunt, duas Amstredami, duas Zelandi, duas Euchuse, vnam Roterodami, cum omni mercium genere, vt eo prætextu in Regna Cathai & Sinarum penetrarent. Præsertim illæ sex primariæ, septima vero liburnica nuncium referret abs promontorio Talbinio, in Tartariæ extremo, *Gerardus de Vera Relatione Hollandica & Zelandica.*

Rex Henricus Christianissimus omnes sibi fidos ad se euocat, cùm ægre ferret suum Pacis Edictum, à Cardinali Borbonio & alijs violari, armorum motu, & quia primùm in suos priuatos & familiares domesticos D. D. Espernonium & Ioyosam iste belli fragor concrepuisset, *Diplomata Regia.*

1596

Ipsi verò Cardinalitij qui se confederatos & proprio vocabulo *ligatos* dicerent, aperto Marte Cænomanẽsem agrum, Neustriam Nortmanniamque percurrunt, passim templa diripientes, & sacra vasa sacrilego contactu contaminantes, quod illis fuit exitio, & suæ vnionis quam sanctam obtendebant maximo vituperio. *Aduersar. Minist.*

1596

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elizabetha Regina Anglorum, ad Regem Christianissimũ quantum potest, detegit Guysianorũ vt dicebat fraudes, qui se reos affectati Regni iamdudum ostendissent, & nunc apertè in caput eius essent coniurati, pietatis prætextu, ac omni subsidio ei oblato, tam nummorum quam militum monet & orat, ne sibi eã iniuriã fieri patiatur. *Ex ipsius Epistola.* — Anni mundi. 5673

Henricus Rex in Consilio suorum deliberationem agitat, de euocando in auxilium Rege Nauarro, dum se præsidio satis firmo destitutum videret, sed ei suorum Centum virum nobilium Capitaneus, D. Richelieu dissuasit, quod religione falsa vetaretur ne sibi notam inureret. *Aduers. Ministr.*

Nauarrus pro se tuendo, ac omni nota & noxa liberando, protestatur se esse extra culpam. Quæritur se damnari indicta caussa, paratúmque se esse profiteretur ad audiendum, si quis meliora docere velit. Regi supplicat, vt tot mala velit auertere sua authoritate. Nobiles hortatur ad fidelitatis suæ officium præstandum Regi quem hostes appeterent dolis ac vi. Clerum obtestatur si quid secus accidat, qui mipsis cordi fuerit, non sibi imputandum. Tertium vero ordinem monet, ne temerè se eo bello implicare audeat contra Regem. Denique in omnibus, se vult fore ab omni accusatione immunem. *Protestationes & Epistolæ Regis Nauarræ,*

Pseudo-Ministri magnis clamoribus suas concitant plebes aduersus *Ligam* quam vocabant, esse apertam proditionem. Se fore beatos si in eo bello occumbant, & victoriam ipsis suo more promittunt, interea magnis probris & blasphemijs Ecclesiam Catholicam, vt bellorum & homicidiorum matrem, veluti superstitionum infamantes. *Aduers. Minist.*

Cardinalis Borbonius è castro Gaglioni, in Normannia, discedit ad ducem Mayennensem, vt Burgundiæ gubernatorem, cùm 25. die Martij ibidem, suam protestationem euulgasset de hæreticis exterminandis, & Iuuenibus quibusdam immeritis, ab honorum supremo quem obtinebant gradu & fauore apud Regem deiiciendis. Denique ipsomet Rege ad officium reuocando, quæ postea secunda publicatione correxit. *Aduers. Min. Epist. ligatorum.*

Rex Nauarrus in Germaniam D. Segurium virũ illustrem consiliis & generis nobilitate conspicuum remittit, ad Principes Germaniæ, qui suæ essent professionis, adeoque ad imperatorem ipsum, quibus suam querelam exponeret. *Ex legatione ipsa, & literis.*

Catharina soror Nauarri ab ipso Prorex Nauarræ & Bearnij, instituitur: ea autem è Palo regia, in Nauarrenum Castrũ secedit, vt tutior esset in ipso Bearnio, & præfectus armorum Saugeniæus Nobilis præcipuus in ea ditione, illi datur à fratre rege, cui erat ille valde charus. *Actæ Bearnij.*

Puponius Torellus ex inferiore Germania, ad Philippum Regem Catholicum à Principe Parmensi mittitur, vt secum benignè ageret de Castro Placentiæ, quod ad illius Principis ditionem pertinere videbatur, quod ipse obtinuit. Et magna totius populi Placentini lætitia, remoto præsidio Hispanico, introductum fuit Italicum eodem die. *Campana.*

Catharina Prorex Nauarræ & Bearnij Caietanum tunc ipsius pseudo-Ministrum literis binis, è Castro Nauarræno euocat adse, tunc degentem apud Montempessulum, ibique cum honore exceptum à D. Comite generosissimo Castillionensi gubernatore eiusdem vrbis, cùm ille Caietanus è Pedemontio reuertisset, quo se ille contulerat, postquam Prouinciam lustrasset nutu sodalium, ad animos conquirendos, abiecto errore Caluini, si resipiscere vellent. Idque ad Augenium conueniendum, de translatione Auicennæ Arabici in latinum sermonem, quem tamen non adeptus est. *Apolo. Caieta. Ad Minist. Bearnenses.* — 5685

Sede vacante. — Anni Christi. 1585.

Sede vacante.

Tumultibus Gallicis ingentibus ligatorum nomine.

Sede vacante.

1596

Anni Christ. 1585 — SIXTVS 5. De monte alto Pontifice. — Anni mundi. 5673

Prius dicebatur frater Felix Perretus. S. Frãciscí conuentualis.

Eodem Imperatore.

Iisdem Regibus & Principibus.

1599

MENSE APRILI.

DIVINA.

POST multam deliberationem Electus est communi omnium suffragio *Sixtus* 5. Cùm esset ille progressus per omnes omnium dignitatum gradus, *Rom. Annales.* 24. Aprilis. *Campa.*

Et in eo apparet diuinam eluxisse bonitatem, quòd magis fuit de recuperanda Gallia sollicitus, quàm de alijs, statim postquam ad Gradum illum supremum euectus est. Nam etiam amore Principum Borbonionum Regis Nauarræ & Condæi, statim eorumdem reconciliationem ac reditum in Ecclesiam Catholicam, quibus potuit remedijs procurauit. *Annales Rom. Campa.*

HVMANA.

HVC atque illuc Rex Nauarrus circumcursans, omnia sua præsidia firmat, & ad Regem de nouo scribit per *Legationum Secretarium*, quem etiam ad Ducem Espernonium direxit, vt sibi & Consilijs & authoritate adesset. *Acta Nauarri.*

Erat in aula Christianissima, ipsius nomine Chassincourtius nobilis & aptus gerendis rebus, apud Reginam Catharinam, cui non erat ingratus. Tunc etiam adfuit Clair-vantius Illustris familiæ Burgundionum Comitum, & qui multum operæ ipsi Nauarro iamdudum locarat. *Acta Nauarri.*

Cùm essent res Ordinum in inferiore Germania, minus prosperæ Legationem ad Henricum Christianissimum miserunt, vt se in Clientes recipere vellet: Et receptioni nomine Regis Catholici, suus legatus Mendoza restitit, Regẽ Christianiss. obtestans, ne istis assentiretur. Cui Henricus respondit, sibi populorum qui suæ olim ditionis essent, salutem curæ esse debere: quibus iam multorties denegata sit pax à Rege Catholico. *Campana.*

DIVINA.

VENIVNT vndique ad Sixtum 5. Maximum Pontificem Legati, vt ei fidem ac obedientiam iuramento præstito suorum Principum nomine polliceretur, quod præ cæteris ab Illustriss. Duce Venetiarum & Magnifica Republica præstitum est, missis 4. Insignioribus ac nobilioribus viris Senatoribus Iacobo Foscarino, Marco Antonio Barbaro, Marino Grimanio & Leonardo Donato, qui à Sixto magno cum fauore & beneuolentia excepti sunt. *Idem.*

HVMANA.

TVNC temporis Rex Catholicus post celebratas Catharinæ Michaelæ Infantis Hispaniarum, cum Duce Sabaudiæ nuptias, Monçonij habet comitia generalia Aragoniæ Valentiæ & Catalauniæ, quò etiam olim Sardinia Corsica & Baleares ambæ conueniebant, & ibi suum Infantem Carolum Laurentium, ex Austriaca postrema vxore sua, illi natum pro Rege agnoscendum offert, quem sic agnouerunt, & illi obedientiam præstito iuramento promiserunt, quamuis non esset multo maior 8. annis. *Hispanica.*

Rex Christianiss. Interea apud Syluanectũ Legatos Flãdros audiẽtia sua dignatur, quibus cum bono esse animo iussisset, eos ad Reginam matrem suam Catharinam Mediceam remittit, & post quædam conuiuia illis præbita illis veniam

5685

Universidad de Deusto
Biblioteca

abeundi, poſcẽtibus re infecta: propter tam magnos motus, qui vndique in Gallia apparebãt, libere conceſſit. *Flandrica Hiſtoria.*

Anni mundi. 5575

Rex Catholicus cùm iuſſiſſet ſuis vicẽ ſuam gerẽtibus Neapoli, vt tranſuectionem frumenti in Hiſpaniam curarent, ob defectum ſegetum eo anno, accidit vt plebs inde occaſionem rebellandi arriperet: ac Ioannem Vincentium Staracem, qui electoratus officio fungebatur: cuius eſt id muneris, vt precium rei frumentariæ conſtituat, impetu facto plebs ipſa occideret, & tantumnõn palatium ipſum ſubiecto igne concremaret: niſi P. Ieſuitæ & nobiles quidam pro Duce Maralunenſi ſe oppoſuiſſent, cuius erat illud palatiũ proprium. *Campana Italicè.*

Ad eum tumultum ſedandum, Prorex Oſſuna multos etiam innoxios morti addixit, ſpecie quadam crudelitatis. *Idem.*

Initio anni arſerat ignis è cœlo, qui nullo modo extingui potuit, quin triremen vnam integram & alteram dimidiatam in cineres redegiſſet. *Idem.*

Toto veris decurſu Rex Chriſtianiſſimus cum Nauarro placidè egit nuntijs ſæpe vltro citroque miſſis: dum interea Cardinalis Borbonius cùm Guyſianis, è Diuione Rhemorum profectus, cum Regina matre Catharina Medicea de ſe reconciliando, apud Regem ageret diligenter: cui tamen Rex fere toto vere, obnixè reluctabatur. *Aduerſ. Miniſt.*

Rex Nauarrus interea, ſe paulatim etiam iuſſu Regis Chriſtianiſſimi accingebat: & ad eum vndique plærique omnes, tam Nobiles quàm plebeij, etiam Catholici magnates confluebant, vt ei ſupperas ferrent. *Eadem.*

Sixtus Pontifex hortatu & conſilio Dominici Fontanæ Architecti nobiliſſimi, Cæſaris obeliſcum in Platea m D. Petri, è Vaticani poſtico, arte mirabili tranſtulit. *Campana.*

Rex Chriſtianiſſimus conabatur continenter pacem in regno confirmare, ſed inſtabant *Ligatores* cõfœderati Borbonio, vt Nauarrus & Condæus iudicarentur hoſtes, adeoque ne ſi quidem reſipiſcere vellent, poſſent admitti, quia relapſi erant in hæreſim & in ea pernicaciter obſtinati: Hoc vero Regis Chriſtianiſſ. animum perculit, quòd præcipui totius regni proceres & Barones, iam de eo inter ſe apud Ioinuillam, prædium Guyſiani Ducis conuenerant. *Gallicarum rerum Commentaria. Campana.*

Animum illius leuabat Elizabeta Anglorum Regina, quæ ei omnem opem pollicebatur neque in eo ſibi Nauarrus & Condæus defuerunt, parati vt publicis libellis proteſtabantur pro Rege ipſo, tuendæ Maieſtatis cauſa & conſeruandæ pacis mortem opperetur. *Ex actis Anglicis.*

Pſeudo Miniſtri allaborabant Nauarro & Condæo, vndique totius Regni, milites & Duces eis, ſuis hortatibus ſubmittentes, cum perpetuis Guyſianæ familiæ probris, vt etiam omnia in hanc occaſionem idonea, adhiberent: quoad Guyſiani toti Regno inuidioſi maximè redderentur. *Aduerſ. Miniſtror.*

Guyſiani alia ex parte ſe de tantis criminibus excuſare, ſua beneficia & præclara in Regem & præceſſores reges facinora commemorare, ſe ſola religione moueri ad arma capeſſenda pro fide Catholica, nec ſe appetere regnum etſi ad ſtirpem Regiam attinerent ab Arnolpho Principe Moſellano, a quo etiam Reges originem ducerent. *Scripta Guyſianorum.*

Sixtus Romæ ſatagit, ne exules quicquam turbationis adferre poſſent, eòſque noua molientes ſeuerißime correxit ac puniuit. *Vitæ Pontificum.*

Anni mundi. 5596

Tunc Pariſiis & alibi in toto regno Galliarum eximii quique concionatores, Stylum in Nauarrum & Condæum

Anni Chriſti. 1595

Sixto 5. Pontifice.

Iiſdem Imperatoribus.

Regibus & alijs principibus.

Anni Chriſti. 1596

ſuoſque

Anni Chriſti. 1585

Iiſdem Imperatoribus.

Regibus & Principibus.

Anni mundi. 5673

ſuoſque ſequaces ſeuerißimè ſtringunt & palam è ſuggeſtu ſacro in eos declamitant. *Acta Pariſiorum.*

Dux Eſpernonius à Guyſianis appetitur, quod Nauarro & clam & palam prætextu Regis fauere videretur. *Scripta Guyſianorum.*

Dux Parmenſis Anuerſa potitur, & iubet ab illis templa reſtaurari ſuis impenſis, qui illa deſtruxerant. *Flandrica Hiſtoria.*

Quidam motus oriri videbantur in Anglia, quos callidè Elizabetha: fuſo quorumdam ſanguine repreſſit. *Anglorum Commentaria.*

In Hybernia identidem querelis variis Catholicorum neglectis tandem belli noua ſeges inde creuit cum Catholici ſe premi tyrannicè, & ſibi ſuam conſcientiæ libertatem eripi conclamatis vaſis proteſtarentur. *Eadem Anglorum comment. Roſſenſis. Ligatores.*

Cardinalis Borbonii iterũ ſub finẽ Aprilis Ioinuillæ Congregati, reſoluunt 6. Capita ſuæ proteſtationis, quæ Regi præſentãda eſſent 1. de Eccleſia 2. de Nobilitate 3. de populo 4. de publicis officiis 5. de perſonis priuatis & de vectigalibus 6. de conuentu ordinũ. Vt hæc omnia ex iure antiquo, in priorem formam reſtituerentur. *Acta & Proteſtationes.*

Conſtantinopoli tunc agebat Regis Chriſt. Legatus nobilis quidem Lancoſmius Biturigum, qui non ita bene ſedulam pro Rege ſuo nauauit operam ac inde infamatus eſt primum, quòd Regi ſuo minus fideliter inſeruiret, detectus autem fertur ab Anglo Legato. *Ex delatione Venetorum.*

Interea totus orbis conquieſcit, dum tot bellis Gallia furenter agitatur, nullumque remedium adhibet ſuis malis, & quicquid Deus contra iræ ſuæ ſignis monſtraret, ſibi bellum hoc non placere, tamen vndique tota Gallia, vel minimis quibuſque gratum erat ſe mutuis vulneribus concidere. Peſtis tetterrima quæ tunc fere omnes vrbes & pagos exhauſit magna rerum penuria, & denique furentes beluæ ne quicquam furores Gallicos teſtinxerunt. *Deploratio piorum.*

Tunc Pariſiis florent multi docti & graues viri qui ſpartis pleriſque libellis, de hoc dolorum in initio, patriorum malè admodum ominati ſunt. Nec euentus defuit. *Ipſi libelli.*

Quidam doctus vir medicus Pariſienſis, de Inſula dictus, poſt quam diu multis nuntiis, Rex Chriſtianiſſimus à Rege Marocci & Feſſę eſſet ad fœdus ineundum inuitatus eodem mittitur, vt aliquod cum eo ageret, de impediendis Hiſpanorum conatibus, quorum conſilijs tota res hæc belli ſacri in Gallia geri videbatur, ſed languidè id negocii a Gallis conſiliariis actum eſt. Ipſe nihilominus de inſula ibi hactenus ab eo tempore agit, multis beneficiis à Rege Feſſano Marocceſi affectus. *Ex ipſius Epiſtolis ad Duretum & Caietanum, eo nomine quod ille Caietanus adeſſet ſorori Regiæ.*

Florebant tunc ipſe Duretus Medicinæ profeſſor Regius cum doctiſſimo Pietro, eiuſdem ordinis & anatomicæ rei peritiſſimo.

Simul totum Collegium illud ſacrum Sorbonæ non deſtitit ſuos curſus ſacræ Theologiæ peragere propter illos motus.

Necnon Regii Lectores Franciſcus Iordanus & Vignalis ſacræ linguæ, Pelerinus Marius Philoſophiæ Græcæ, Gullonius Pœtices Græcæ. Itidem doctiſſimi & enucleatiſſimi profeſſores, Latinæ verò linguæ orator extemporalis eximius & veluti natus Paſſeratius, cum Federico Morello ornatiſſimo, Augienſi & aliis in ſuo officio perſeuerant. *Acta Gall.*

Anni mundi. 5685

Margarita Valæſia Regina Nauarræ, Neraco diſcedit, & Aginum vrbem vicinam contendit, in qua propter bellicos, motus ſe tuetur præſidio quorũdam ſuorum & vrbis ipſius. *Aduerſ. Miniſtr.*

Anni Chriſti. 1596

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guysianus Tullensem ciuitatem Virodunum & alia oppida præsidijs munit, & se cum iugenti expeditione militum ad sacrum illud bellum comparat. Ita enim bellum id sacrum dictum fuit, vt de sacris disceptaretur. *Guysian. scripta. Campana.* — Anni mundi 5673

Regina mater Catharina Medicæa, nullum non lapidem mouet cum Lugdunensi Archiepiscopo & Lansacco, necnon, Archigrapheo Villaregio vt hoc scandalum de medio tollatur. *Idem Campana.*

Interea Rex consilij inops in tanta rerum perturbatione, neque ad arma concurrere potest, cùm ferè omnes præcipui Catholici, hanc vnionem *Ligam dictam*, probarent, & ei adessent neque Hugonotos ad se vocare audet. *Acta Gall. Campana.*

Hinc inde ad Regem multa referuntur. Principes Nauarrus & Condæus illi se deuouent. *Aduers. Ministror.*

Elizabetha omnia pollicetur. *Ex literis ipsius.*

Principes Germaniæ Protestantes negant se defuturos, si modo illos aduocet, quia Guysiani sparserant rumorem, de Casimiro sibi lucrifacto. *Ex literis eorum Germanicis.*

Inferioris Germaniæ ordines idem pollicentur, Heluetij spondent se futuros paratos: tamen de suis grandibus impensis, & sibi debitis stipenditis querelam renouant. Nihilominus Rex Christianissimus, cum prudentissimè sibi ab omnibus caueret, & hoc bellum in seipsum directè susceptum persentisceret sub stitit & omnia sua consilia maturius examinanda esse decreuit. *Acta Gallia.*

Tunc etiam Dux Mayennensis cum exercitu per Burgundiam & Campaniam vagatur.

Dux vero Aumalius, Picardiam percurrit cum 6000. Picardis militibus.

Dux Guysius intentus est consilijs, & suorú animos firmat literis, & alios ad se allicit, necnon Germanos prouocat in fœdus. *Guysianorum scripta. Acta Gall. Campa.* — *Iisdem Pontifice, Imperatore.*

Rex Christianiss. tandem vetat quemquam arma capessere. Hostes Guysianos iudicat. Fictæ religionis, & prætextus falsi eos apertè insimulat. *Act. Gallia.*

Elizabetha Anglorum Regina nouis literis, subinde apud Regem instat: ne se decipi à fraudulentis patiatur, neu semet suo diademate prætextu religionis spoliari. *Ex literis Anglicis.* — *Regibus & Principibus.*

Pictones primi omnium pro hugonotis arma capessunt, Regis Nauarri nomine. *Campana.*

Marancium ab illis capitur, & à D. de Roham Principe Britannico & Nauarrico eidem gubernator Soussayus præficitur. *Aduers. Ministro.*

Massilienses nocte 9. Aprilis sese ab Hugonotis liberant Duce Bonifacio Cabano. *Act. Gall.*

Prorex Prior Galliæ Maximus ordinis equitum Melitensium illuc aduolans, liberat Caluinistas captiuatos à Cabano & ipsum ad triremes damnat: propter metum *Ligatorum*, cùm Reginum de Vins Ligatorum præcipuum Ducé, ad se literis datis accersiuissent *Act. Gall.*

Tandem post mensem Maium & Iunium circiter dimidiatum, per Reginam matrem facta est pax inter Regem & Guysianos comptehenso Cardinali Borbonio. His conditionibus, vt omnes illi in gratiam cum Rege redeuntes, arma sua illius ad nutum in Hugonotos conuerterent, ac vnica tantum esset religio, Catholica Romana in toto Regno. Ipsi autem Hugonoti haberent semestre ad deliberandum, quo exacto vel abdicarent se sua opinione Caluinica, vel finibus regni excederẽt. Ministri autem & alij præcipui illius doctrinæ fautores, vnico mẽse contenti essent. Et Rex ipse Geneuç — Anni mundi 5685 — Anni christi 1596

prote-

protector esse desineret. *Act. Gall.* — Anni mundi 5673 — Anni christi 1585

Cùm multi & varij libelli in vtráque partem spargerentur, Nauarrus interea ex Germania literas accipit, quibus Principes protestantes illi omnem opem pollicentur. *Aduersar. Minist.*

Sub idem tempus calumniosum scripti genus, in Nauarrum prodit Francofurti, cui statim respondet Bompass. orator ipsius in Segurij comitatu, quo absterso est omnis calumniæ istius labes. *Scripta ipsa.*

Tunc etiam Casimirus Dux, cùm administratorem Palatinatus ageret, dum minor adhuc ipsius nepos Comes Palatinus, nihil non præstat operæ & officii, quo ipsi Nauarro suppetias ferat aut ipse etiam veniat, sed partim domestica quadam calamitate retroactus præpudore, partim ob negoria sui nepotis, detentus subsistit: & Baronem fortissimum Alnensem deligit qui suas vices gereret in exercitu: sed res tota in aliud tempus dilata est. Interea exemplum vltionis memorabile deprobroso isto iuuene nobili, fuit multa tormentorum & dedecoris inusti de die in diem protractione. *Ex Germanicis Commentarijs.*

DIVINA.

SIXTVS Pontifex toto trimestri a sua Electione, de promulganda excommunicatione iam lata à suo prædecessore Gregorio. In Nauarrum & Condæum deliberat multa cautione, & ad Regem Christianiss. de eo scribit. *Italicæ relationes.*

HVMANA.

REX Christianiss. cum vellet mitius cùm suis principibus agi, & omnino pacem cuperet sibi reddi, ad Nauarrum mittit Legatos Lenocurtium Episcopum D. de Pugny Rambouilletium, & D. Præsidem Brulardum viros selectissimos, qui suo nomine ipsum Nauarrum, ad fidem Catholicam reducere conarentur. *Acta. Gall.*

Nauarrus sub id tempus Palum reuersus erat, & in Occitaniam cogitabat, cùm tandem de Edicto breui, promulgando aduersus Hugonotos litera s accipit. *Aduers. Minist.*

Edictum illud mense Iulio tandem promulgatum est vt inter Regem & Guysianos Regina matre intercedente cum Lotharingiæ Duce fuerat conuentum mense Maio circa finem. *Act. Gall.*

Tũ vero ad arma vndiq; cõcursum est, & præpropere Rex Nauarræ ad Ducẽ Illustriss. ac generosis. Mõmorãtiũ in occitaniã contendit, vt cum esset ab antiquo stemmate præcipuus totius regni Galliarũ Baro Nobilis, & primus omnium Christianus, itemque tantum non Connestabulus, quæ primatia est post Regem, quo ad arma authoritas, eumque paratum ad eam iniuriam Guysianorum propulsandam patatissimum offendit, atque in oppido S. Papoli fœdus iuxunt & vterque pro sua parte in eodem tamen fœdere protestatione nes in lucem emittunt, quibus saluo honore Regis, tyrannicum esse hostium suorũ consilium, à Rege petit singulatim certamen sibi dari Rex Nauarræ, vel binario, vel ternis, vel quaternis, vel denis, vel denique vicenis, vt sine tot capitum dispendio, lis illa tota diffiniretur. *Ipsius protestationes.* — *Sixto Pontifice, Eodem Imperatore. Iisdem Regibus & Principibus.* — Anni mundi 5685 — Anni christi 1596

Queritur vehementer cum sermonis elegantia & venusta te, plerosque omnes se iam vidisse aduersum insurgere, ad destruendum neminem hactenus accessisse ad instruendum. Ibidem tamen se paratum esse profitetur, actutũ emendare *Ibidem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animosè ponto eos esse mẽritos, affirmat sustinere paratus, qui dixerint ipsum Nauarrum quicquã in Regis aut Regni Galliarum pernicié fuisse militũ, aut tãtum cogitasse. *Ibidem.*

Anni mundi. 5673

Anni Christi. 1585

Ea res mentem animúmque Regis perculit Christianissimi, cùm sciret à Rege Nauarro, ipsi esse oblata 200000. Coronatorum à Rege Philippo Hispaniarum, vt à suis partibus stare vellet, ea lege nequicquam molestiæ ipsi religionis suæ, ergò quamuis fallæ, exhiberetur, iuro vt regno Vasconico in Nauarrici compensationem potiretur. *Aduers. Ministro.*

Contra autem ferebatur ore omnium, bellum hoc sacrum ab Hispano Rege moueri contra Regem Christianissimum, in vindictam belli Flandrici, quod Franciscus valæsius frater Regis, in Flandria gesserat & ob id plerosque magnates Galliæ Legatos esse Hispani Regis stipendiarios. Et apertè minatus erat Philippus, Hontico sororio, se Leonis in modum illi resistere velle, quicum esset vulpino more aggressus. *Ex literis & Legationibus.*

Circa id tempus Lugdunum penè in manus Philippi proditione quorũdam deuenit, quæ caussa fuit vt illæ minæ belli Leoni in vulgus emanarent. *Act. Gall.*

Bataui Argonautæ de quibus supra 2. Iulij soluentes Texela quò erat indictus omnium conuentus Nordvvegiam præteruehuntur in hyperboreos vsque. Vbi nil amplius offendunt quàm cæte grandia mediis in fluctibus sopita quæ tamẽ strepitu nauiũ experrecta pauoreque consternata, se in Imum pelagus demergerent. *Hollandicæ relationes.*

In Holandia motus bellici religionis ergo renouantur, cùm se male tractari Catholici sufferre nolunt Comite Tyronio Principe autocratore, authore & consultore. *Ex literis ad Papam Sixtum.*

Elizabetha Regina Anglorum, queritur apud Regẽ Christianiss. quod suo neglecto fœdere & consilio, cum propriis suis hostibus consentiret in Principum sui sanguinis & subditorum suorum perniciem, eique prædicit in fœlicem exitum. *Et literis ad Regem.*

Reginæ matri eadem exprobrat Edicti superioris rupturam, & in omnibus ostendit se non debuisse negligi neque sua consilia despici. *Ex literis eadem.*

Ad Catharinam Proregem Nauarri sororem, eadem scribit & bono animo esse iubet. *Ibidem.*

Nauarrum ipsum & Condęum hortatur, ne animum despondeant, sed contra eant audentiores, se illis non defuturam. *Ex literis.*

Pictones vrbem suam variè agitatam demum deserunt in manibus & potestate buleuterij, quæ est ciuica domus, cum Episcopi ipsius authoritate & consilio natione Burgundi ex familia nobilissima Sanbellinorum, idque religionis causa tuendæ. *Acta Gall.*

Illis etiam adfuit Gubernator Boyssequini vir ei gubernandæ assuetus, cum ipsius genero vicecomite guerchiano, Is Guysianis adhærebat de rege male contentum, quod alterum sup loco, in Magistrum Apodyterij regij constituisset, quæ est non exigua aulæ dignitas. *Ibidem.*

Potior Magistratuum pars Niortthum secedit vbi ius dicũt inuidiosè inuicem suis popularibus, dum alij alios prohibent *Ibidem.*

Legati Regis Christianiss. supra memorati ipsum Nauarr. adeunt, & apud Nigraquites offendũt quicum multa habita deliberatione, de se conuertendo ad fidem Catholicam, & præsidijs Regi reddendis necnon de auxiliaribus copiis quæ ipsi Nauarro iam iam aduenture dicebantur: ipso Nauarro ad hæc omnia renuente, re infecta ipsi Legati ad Regem reuertuntur. *Gall. Act. Aduers. Minist. Campan.*

5685

1596

Inter

Anni Christi. 1585

Anni mundi 5673

Inter ipsos Legatos erat Parisiensis decurio, sancti Seuerini Curatus, Præuotio, vir magnæ eruditionis & singulari pietate præditus: qui cum Nauarro egit iterum ad montem Marsanium, neque præterea quicquam ab illo obtinuit. *Aduers. Ministror.*

Nihilominus Rex Christianiss. conuocatis ad se omnibus supremæ notæ Præsidibus & consiliariis, necnon Præfecto vrbis Parisiensis, ad illos luculentissimam orationem habuit qua, & edicti rigorem excusaret, & simul se ad id necessitate compulsum affirmaret: cùm nulla alia remedia superessent. *Acta Gall.*

Germani & Heluetij in his tumultibus, partim attoniti substiterunt: partim verò etiam multis modis, se inuicem ad iniandos Gallos confœderatos incitarunt, nullo tamen profectu in tanta perturbatione. *Aduers. Ministro.*

Rex Christianiss. cùm videret ingentem Parisiensiũ multitudinem ex Edicto discedere, fleuisse dicitur, ac Matri suæ dixisse fertur, si mentem meam scirent! quia inuitus in Edictum illud inductus fuerat. *Ex literis ipsius ad priuatos.*

Præter omnes Mareschalcus D. Matignonius Burdegalæ cauet, ne quid contra Regis obsequium accidat. *Act. Gall.*

Sic suus Heres Comes Torignius apud Alençonios exemplo paterno, quorundam Hugonotorum temeritatem cohibet: & de aliquibus sumptum fuit supplicium: exustaque biblia Caluinica ingenti numero. *Ibidem.*

Burdegalę Iesuitæ P. P. Formulam abiurationis instituũt, quę esset Hugonotis proponenda. Et quę authoritate Archiepiscopi Burdegalensis, qui titulo Primatis gaudet semel probata, per totum Regnum Galliarum erga illos obseruata fuit. *Aduers. Ministror.*

Aduersus eam abiurationem scribunt, Ministri quos vocant sed nomen suum renuent. Ea farrago cùm tribueretur omnium consensu pseudo-Ministro Campodeo ille negauit. Alij Duplesio cuidam, nobili summæ apud Nauarrum authoritatis referebant, sed non videbatur modus scribendi conuenire, quamuis ille partes agere gestiat pseudo-Ministri, illis tamen valde infensus, vt ipsi eum suspectum & exosum habent. *Aduers. Ministror. Acta Synodorum Bearnensium.*

Princeps Lotharingus Mercœurius è Britannia, Pictonas inuadit, sed à Condæo facili negocio repulsus, è suburbio Fontenaij oppidi celeberrimi, propter Emporium totius regni frequentissimum. Suburbium illud vulgo (*les Loges*) dictum quasi tuguria Latine dicas. *Acta Gall.*

Inde progreditur Princeps sanguinis Regij Condæus, ad insulas Xantonum, & Sanctum Ioannem ab Angulo, & Subizam pagos per opportunos suis rebus recuperat primo accessu *Idem.*

Nauarrus interea redit Nauarrenium, oppidum munitissimũ & arcem Bearnij, vbi erat soror sua Princeps Illustrissima Prorex. Inde communicatis cùm Præfecto suo Sangenæsio consiliis, Orthæsio duas maioris ponderis Bombardas auehit bubus, ad montem Marsanium vsque, & ex eo monte, in Lectorates tra ducit animo semper alacri, & plane indomito. *Aduers. Ministror.*

Paulo antè Tonninis, vrbecula 3. oppidis inuicem annexis constans, lato flumine in iugis decliuibus sita, ab ipso Nauarro fuerat cohortibus aliquot hostium liberata, ipse Rex Nauarrus milites illos dimittit liberos, qui non restitissent: Duces verò profligat ne vno quidem excepto. *Aduers. Ministror.*

5685

1596

Illa strages tantum Agino vicino, incussit terrorem, vt Margarita Valæsia regis Nauarri vxor, non satis sibi tuta videretur: & de discessu deliberaret, vt postea discessit. *Ibidem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tandem cùm vndique omnia flagrarent bello, instantibus regiis consiliariis, conuentum cum Nauarro, vt ipse cum regina matre veniret in colloquiũ, hac conditione, vt omnes copiæ vltra Ligerim Amonem redirent, neque ipse Nauarrus à suis auxiliaribus copiis è germania inducendis desisteret. *Acta Gall.* — Anni mundi. 5673 — Anni Christi. 1585

Condæus *Hierios*, passum vt vocant, molestum *Brouagio*, vbi erat S. Lucas illustris baro & loci illius gubernator, magno rerum successu occupat, & *Brouagium* portum famosissimum expugnare parat. *Campana.*

Rex Hispanus interea pragmaticam de titulis honorum, in ratione scribendi Epistolas familiares instituit, necnon de nobilium insignibus & stemmatis, adeóque de re vestiaria. *Hispanicæ relationes.*

Cùm esset in angustias redactus S. Lucas & Beaumontius captus, & Tibertus capitaneus interfectus & iam illi deficeret annona Condæus accepto nuncio de Andium Castro, pro sua parte capto illuc cogitat transferre omnes suas copias, & dum illa duo amplectitur, vtroque priuatur. *Acta Gall. Aduers. Ministror.*

Reuera captum illud Castrum fuerat, factiue nobilis ac illustris viri D. de Aloth. astu tamen & proditione Capitanei fraximi, qui cum Armicum Græcum Capitaneum illius castri Præsidem adisset intro amicitiæ nomine, illum hostiliter interemit ac proditoriè, quod factum Deus minime probare voluit Nam Alotius in vrbe captus & interfectus est, & alij miserè petierunt. *Ibidem Campana.*

DIVINA.

POST multam deliberationem Sixtus Pontifex, cùm videret opus esse extremo remedio aduersus Nauarrum & Condæum, illorum excommunicationem mense Septembri promulgat, & relapsos iudicat. *Campana.*

HVMANA.

HAC occasione rex Christianiss. habito Cõsilio Edictũ semestre Iulio datum, quo iubebantur Caluinistę regno excedere, aut Caluinismum abiurare ad vnius mensis spatium reuocat: & Ducem Mayennensem bello Vasconico aut Aquitanico contra ipsum Nauarrum præficit. *Acta Gall.*

Aduersus hæc omnia se tuetur fortiter Nauarrus & cum ipso Condęus publicis scriptis, quibus se minime Hæreticos ex ipsa visitata definitione hęretici, contendũt, sed ita à teneris educatos, & quod misse interfuerint alias, id a se iussu regis Caroli factum, ac metu qui in constantissimum virum cadere potuisset, rebus tunc omnino pro se & suis, ad extremam calamitatem reductis, post cladem Parisiensem, S. Bartholomæi. Profitetur tamen se non respuere, doctrinam meliorem si quis cum illo de ea velit agere ac obiter ipsum Pontificem sui officij commonefacit. *Ex Apologia ipsius.*

Flandri non minus tumultuantur, cùm partim *Nuys* opidum celebre & diues opum ab Gueusæis diripitur: sacráque & profana impiè ab illis miscentur. *Campana.*

Et si inter arma leges silerent, tamen D. Brissonius Præses Curiæ Parlamenti Parisiis iureconsultus grauissimus & omnium rerum callentissimus studia sua diligenter promouet, magno totius rei literariæ profectu, & in dies vberrimos fructus edit. *Ipsius Commentaria.* — 5685 — 1596

Idem præstat D. Chopinus aduocatus & consultator prudentissimus, grauiaque sua opera in lucem emittit.

Martinus Schenkuch, & Nuenari comes rebelles fiunt

aduersus

Anni Christi. 1585 — Anni mundi 5673

aduersus Regem Catholicum, qua occasione Gueusæorum Antuerpianorum res Philippus de Marnix Comes S. Aldegondæ conatur instaurare, sed cum Inducię Hannonicæ & Atrebatum copias Parmensis augerent, per Tassium ad Terembergam ipsos Gueuseos profligat, & Comitem Nuenarum fugat. *Campana.*

Iunius in Germania Ioannes Cliuensis ducis filius se Monasterienſi Episcopatu abducat, & Iacobam Marchionis, Iacobi Badensis filiam accipit in vxorem, mense Iunio, & factus Episcopus Ernestus Bauarus. *Idem.*

Eandem lætitiam exhibuere suis nuptiæ Illustrissimæ Dorotheæ Augusti Saxonis Electoris filiæ, Errico Brumsuicensi Duci & Luneburgensi magna vtrobique Principum frequentia, adeóque Imperatoris & Regis Catholici per suos legatos interuentu. *Idem.*

Batauorum Classis à Marchione Roubayso in fugam acta est, & tunc dux de Terlona prætextu consilij capiundi ab ordinibus vocatus, apud Fleissingam: ibidem capitur cum multis suæ factionis capitaneis, quòd cum Parmenſi habere commercium existimaretur. *Relationes Hollandicæ.*

Batui ignibus quibusdam ita certant medio in mari, instructis eo artificio cataſcopiis, vt facile totũ mare incendere posse viderentur. Hoc genus tormentorum missilium Antuerpiæ inuentum est & per 8. menses continuos affabre factum. Eo Nobiles & cordati militiæ duo Principes Marchio Roubayſius & Robles Billyus perierunt magno Principis Parmensis desidetio Ei malo postea quidam Capitaneus Anglus remedium adinuenit, qui magnis donis à Parmensi affectus est. *Campana.*

Imperator Rodolphus cum fratre Ernesto & Ferdinando Patruo Archiducibus, necnon Guilielmus Bauarus die festo Ascensionis dominicæ hoc anno, magna pompa velleris aurei insignia ad ipsos à Philippo Hispaniarum Rege transmissa sibi induerunt. *Germanica.*

Idem etiam præstitit dux Parmensis, recepta Antuerpia. *Flandrica.*

Dux Mayennensis repulsum Principem Condæũ, ex Andium Castro, & vagantem vltra Ligerim quo se contulerat, acriter persequitur: vt ipse mare conscendere fuerit coactus, de eóque rumor sparsus est, quod in Angliam se receperit, quod falsum eius breuis reditus Rupellam demonstrauit. *Aduers. Ministror.*

Mareschalcus Matignonius frustra Taillaburgum, Castrum obsidet in Agroxantonum. *Acta Gall.*

In Persia bacias Osmamus, Erſiro profectus quæ ciuitas est Persidis, in Tauriſiorum arcem contendens ab Emir Hanze primogenito Sofi ipsius profligatus est, qui cum 10000. Persis 7000. Turcos delet ad internecionem, inter quos fuit haly beyus Græciæ, Et cum redintegrato prælio ad multam vsque noctem, Bascias Sinan Cicalæ filius & Mahemetus Bascias di Caraemit, tamen potior fuit Persarum conditio. *Turcicæ relationes, Campana.* Idque Augusti principio.

Dux Mayennensis in Petragorios iter instituit. Castrum, Montigniaci obsessum diu tandem capit, & quibusdam Hugonotis concedit conscientiæ libertatem. *Aduers. Ministror.*

Anni Christi. 1596 — Anni mundi 5685

Mareschalcus Matignoni° Taillaburgo recedit in Prouinciam Burdegalensem, & Castrum quoddam vicinum cuius erat Dominus, Capitaneus Famosissimus Caluinista Fauazius, dictum propriè Castets, obsidit, sed superueniente Duce Mayennensi eius nomine deditur à Fauazzio absente: vt non caruerit magna suspicione apud suos. *Aduers. Minist.*

Rex Christianissimus magna instantia Cardinalem Bor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonium nomine Cleti vrget, ad expendenda singulis mensibus quater centena aureorum millia, Ingentem etiam auri summam à Parisiensium præfecto expoſcit, vti prius de iis ad eos, orationem grauissimam habuerit: quando quidem ipsis authoribus, ad arma se inuito reditum fuerat. *Acta Gall.* Vt inde exercitus sustentarentur. *Anni mundi.* 5673

Mayennensis & Matignonius inuidis oculis, se mutuò in vrbe Burdegala obseruant: & dum vterque de altero sibi cauet, alterno metu, ambo relicta vrbe in Castra proficiscuntur. Non sine magnis tamen querelis, præsertim quòd detectus esset qui vitæ Mareschalci insidiaretur, quidam in mediis Castris interceptus, cuius libera confessione res patefacta est, laqueo luit pœnas. *Acta Gall. Aduers. Minist.*

Oppidum Sanctæ Basiliæ obsidet, Mayennensis Nauarro se apud S. Fidei vrbem vicinam tuente: & illud deditione capit. Qui dediderat Nauarrum adiens ab illo carceribus mãcipatur, quod mollius se defendisset. *Aduers. Minist.*

Lues valida exercitus pessimè habet, ac præsertim Castillionum oppidum ad Mayennensem iure vxorio pertinens, vt ferè illud omnes deseruerint. *Eadem.*

Submissi duo exploratores à Mayennensi ad Nauarrum, morte multantur. *Eadem.*

Mayennensis Monsegurium obsidet, capit, & fide à militibus suis violata, subinde Castillionum suum post multam obsidionem recipit. *Act. Gall.*

Nauarrus tota Hyeme se in Aquitania continet ipsi Mayennensi, tum per se tum vicecomitis Turænensis ductu semper incumbens vt nil ferè auderet aggredi. *Aduers. Minist.*

Taurisium Persarum metropolis ab Osmanno capta diripitur, sed vice versa, ipse Osmannus postquam ter quaterque totus suus exercitus profligatus est à Persis: tandem moritur præcipuis totius exercitus desideratis Bascia Trapezuntio & 6. Sangiachis, at Scenderbbeyo Græciæ Amurathe Caramaniæ, Mustapha sangiacheo Bursiæ captiuis, adeoque ipsa Taurisio relicta Persis, quam denuo instaurarunt. *Turcicæ relationes.*

Romæ quiddam memorabile accidit mense Nouembri scilicet cum duo rei ad supplicium traherentur, & instaret vxor vnius quædam & alterius mater, cùm essent pater & filius vt caussa melius cognita supplicium eo vsque saltem differrentur: cùm Senator nil lachrymis moueretur, ipsa se cum altero filio de fenestra dedit præcipitem. Ipse autem pater cum filio diu disceptans, vtet prius moreretur, sustinuit filiũ prius ex hac vita substrahi, quam vt bis filius vti ille aiebat, alterno supplicio torqueretur. *Campana.*

Hoc etiam accidit vt tunc Paulus Iordanus Vrsinus, sponte exulans Sixti Pontificis metu, vitam cum morte commutaret, quod ob viri præstantiam & generis nobilitatem Roma vniuersa egerrimè tulit: metuebat porro ob quoddam stupri genus, ante à se admissum, aut de quo saltem in ius vocaretur. *Idem.*

Nocte vna facili negocio, quod mensibus aliquot quæsiuerat Cãmalonium suum Dux Mayennensis, per Turẽnium vice-comitem, militis vnius astu, sine cæde & sanguine recipitur, in partes Nauarri, quo mœrore tactus Mayennensis, vt ferebatur in lecto decubuit *Aduers. Ministror.*

Cicala Bascias incumbit iuuandis Tefflis, quod oppidum propugnaculi in Persidem vicem pro Turcis habens, mutiiri necesse fuit, Osmanni bascia mortui dissimulato interitu. Et quia Daüth Chan ingentem opem tulit, factus est Bascias de Marras, itemque Maxuth Chan quia fidelem operam deducendo exercitui Turcico præstiterat, factus bascias Aleppensis. *Turcica Relationes.* 5685 1596

Anni Christi. 1585

Anni mundi 5673

Quidam pseudo-Ministet Mouronius, cùm vellet se semel erroribus liberare, Ecclesiæ est reconciliatus, & sine strepitu è Bearnensi agro se proripuit, nec vllus amplius inter Ministros quicquam est ausus, proferre in medium de suis commentis, vt hæresis ipsa iam moribunda cerneretur palam. *Aduersaria Ministror.*

Cajetanus apud sororem Nauarri agens, multis egit cum quibusdam magnatibus viris, vt sacrum Missæ Bearnensibus restitueretur, ac palam in conuentu ordinum, præsente celsitudine Proregis Principissæ, pro Ecclesia Catholica orauit. *Aduers. Minist.*

Hæ autem erant ipsius rationes, non minus æquum fore, vt Catholici Beatnenses suis sacris fruerentur, atque id Rex ipse Nauarrus pro se & Gallis erga Regem Christianiss. contenderet. Et eam esse causam, cur tot probra committerentur, & Diabolus ipse tam multos ad sortilegia transferret: nimirum quod nequibant se à malo dæmone liberare, cùm nil haberent præsidij, à parte Angelorum, quod in eo est, vt nos ipsis commendemus post cultum Dei. *Ibidem.*

Geneuæ magna tum exorta est contentio, qua scilicet Rotanius pseudo-Minister publicè sustineret, omnes Caluinistas in schismate versati: què secuti sunt Perrottus Bertramus & alij, atque ob id ipse Rotanius ex vrbe iussus est excedere, sed honesto prætextu, vt suas rationes iure vxorio sibi debitas, à Rege Christianiss. exigeret. *Ibidem.*

Cùm Amurathes filiam quandam suam, Illyrio Bascíæ Hibraimo: locare vellet, in Ægyptum eum misit, vt ibi de Bascia Hassam Eunucho supplicium sumeret: & omnia sua bona sibi viñdicaret nutu Amurathis, sed Eunuchus cum gratiosus Sultanæ esset, clàm se Constantinopolim fuga trãstulit, atque ibi spoliatus bonis & opibus vitam ægrè impetrauit. *Turcicæ Relationes.*

In Anglia apud Oxonienſem Academiam quidam Baro Gallus, & alter Anglus pseudo-Ministris suis negocium, facessunt circa liberum arbitriũ iustificationem ex operibus & aliis fidei apicibus: & Ecclesiæ doctrinam reuehunt. *Historia Anglica & aduersaria Minist.*

Margarita Valæsia Nauarri vxor, maturè Agino discedit, cùm ad illam mense Nouembri occupandam diceretur Mareschalcus Matignonius aduentare, & in Hussonium Castrum vt æditissimum in Aruernis montibus, ita munitiss. nutu Regis Christianiss. sese transfert, sub præsidio Marchionis Canilliaci. *Acta Gall.*

Plærique ex nobilitate Vasconica, discedunt a Nauarro, & Mareschalco primùm adhærent: deinde inter se satagunt suas quisque partes tueri. In iis fuit Castelnouius Marmandæ, & Lussanius Blayæ, Moulucius, Montespanius, & alij permulti. *Aduers. Minist.*

Divina.

Tvnc Primũ cœpit nomen eximium celebrari P. Doctiss. Bellarmini nunc Cardinalis meritissimi, & suum egregiũ & omni laude dignũ de Controuersiis Religiosis opus, in pretio habetur, & permultos cogit Ecclesiam Romanam, vi veritatis confiteri. Contra eum ne hiscere quidem ausi sunt Hugonoti. *Libri ipsius.*

Idem genus scripti tractat de Valentia Doctiss. & profundissime, scholisque conuenientissimè. Vnus Anglus miserabiliter primam partem P. Bellarmini attingere ausus est, vt maius in se dedecus admitteret scilicet Vvitakerus, cui obnixè respondet Stapletonus Duacensis Theologus cordatissimus: qui etiã multa scripta quotidie in lucem emittit. *Ipsius scripta.* 1596 5685

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. Anni Christi. 1585

Parisiis non defuerunt publicæ Lectiones Theologicæ à Vallensi Montheloniо Boucherio & aliis continuatæ, in mediis etiam armorum strepitibus. *Act. Gall.*

5673

HVMANA.

PICTAVII Sammarthanus Regius quæstor Doctiss. scribere non desiuit, Pœtica arte Illustris.

Nauarrenis multa Pseudo-Ministri in Caietanum moliuntur, de quibus semper victoriam reportauit: vt tantũ non suaderet Catharinæ Proregi Catholicam fieri. *Aduers. Minustror.*

Geneuæ erant nobiliss. Beauuoysius, Lanauela, fortissimi. Lanouęus è diuturna captiuitate Hispanica liber factus fauore & gratia Lotharingi ducis Illustriss. qui non patum Pseudo-Ministris suspecti videbantur. *Gall.*

Cum non possent pseudo-Ministri Catholicis facere satis: de iustificatione rogarunt Beza & alij Geneuenses, Alberiũ doctiss virum medicum, tunc Lausanæ, Philosophum professorem vt ea de re tractatum in se susciperet ex verbo Dei, seruatis regulis Logices Aristoteleæ. Is diu multumque versans Epistolam ad Rom. tandem pro Ecclesia Rom. concluſit, quod ægre ferens, Beza vetat id euulgari. Lausanenses contra euulgant. Ipse Alberius & Bertramus & Lebœuf Minister coguntur palinodiam canere, aut mori, Bertramus e Caluino petiuit viam saluationis, qui ait opera, esse etiam media & causas secundas iustificationis adipiscendæ. Præ aliis ita euasit, & ipsi secum eandem defensionem opposuerunt. *Acta Senatus Bernensis.*

Galli celtę in Palatinatum concedunt, vbi illis morari licet, lege vt cum Casimiro nobiles quique potando certent, & suum picæ instar, poculum aureũ exhauriant, Princeps Paruę petrę illis vrbem condit. *Aduers. Minist.*

Alij vero Normanni in insulas abeunt, & in Angliam vsque ac Scotiam vt illis ferebat animus. *Ibidem.*

Alij denique Sedanium arcem opinione omnium inexpugnabilem, sub ditione & tutela Illustriss. Principis Borbonię, tunc viduę, quę Caluinismum amplexa fuerat. *Ibidem.*

Hassan Eunuchus Syriam & Ægyptum diripit, vexationibus, & Drusorum gentem à Gallis Bilionæis oriundam omni genere opum & gazarum spoliat Emirũm 5. discordiâ inter se, vt duo contra 3. alios starent, sicque redux, præda innumerabili Constantinopolim, Sultanæ filiam demeretur solium aureum gemmis & adamantibus interstinctum dat dono Sultano ipsi, cum Giraffa viua: Elephantis & aliis: veluti Crocodilis duobus immensæ magnitudinis, sed ijsdem mortuis. *Turcica relationes. Campana.*

Astrologiæ principes Germani dedititissimi existunt Lugduni magnus habetur Astrologus Iunctinus excellentissimus.

In Gallia doctissimus Scaliger florer, liber de temporum emendatione ostendit eum callere linguas exteras, Manduca olim pseudo-Minister Mathematicus.

Noua à China referuntur per duos P. P. Iesuitas Michaelem Rogerium, ac Antonium Almeidan, qui illuc transientes in quadam naui, quæ ad affinem Gubernatoris Xauquimi pertinebat, honorificentissimè excepti sunt, & cum admiratione: sed nihil tum in eo regno præstare potuerunt religionis ergò. *Relationes Iesuitarum. Libellus ipse de China.*

Contendunt tamen Franciscani, ex ipso libello, duos Franciscanos primos omnium in partem regni Chinę, quę dicitur *Canton* sua lingua, ex Philippinis peruenisse. Lusitani aliunde, sibi eum honorem vendicant. Atque ita exactus fuit 1585. annus in orbe vniuerso.

5685

1596

Anni Christi. 1586

Anni mundi. 5673

Sixto Pontifice
Rodolpho Imperatore.

Henrico Rege Franciæ.

Henrico Rege Nauarræ

Philippo Rege Hispaniæ.

Iisdemque alijs Regibus Ducibus & Principibus.

ANNVS M.D. LXXXVI.

Mareschalcus Matignonius Burdegalam se recipit, vbi se tuetur ab insidiis quorundam & P. Iesuitas paulo actiores, excedere vrbe iubet, saluis suis pignoribus. *Act. Gallia*

Dux Mayennensis dissimulato mœrore totus in Nauarrum intentus erat, vt eum caperet: huc atque illuc, paruo comitatu circum-cursitantem, vt inde sua præsidia firmaret. *Aduers. Ministror.*

Tunc Parisiis duę puellę, cùm nollent Caluinissimum abiurare, flammis exustę sunt: quod aiunt Generosissimũ Ducem Guysianum, doluisse. *Acta Gallia.*

Circa finem Ianuarij Margarita Austriaca Princeps selectissima, moritur, Ea Duci Octauio Farnesio Parmensi nupserat, eique præstantissimum Hæredẽ Alexandrum Heroem incomparabilẽ pepererat. Idque Orthonæ cùm aeris Adriatici intemperiem non posset sustinere *Campana.*

Rex Christianiss. cùm magnis sumptibus, nil proficere Mayẽnensem in Aquitania cerneret, ipsum reuocat Februario. *Acta Gall.*

Nauarrus in Bearnium excurrit eo prætextu, cùm etiam multa niue, vix itinera teneri possent, ac ob id latere se Mayẽnensem putaret. *Aduers. Ministror.*

Tolosa sub auspicijs Mareschalci Ioyosæ, transierat in partes Guysianorum, nunc vero facta pace inter Regem & Guysianos, Edicti rigorem vrget acerrimè. *Act. Gall.*

Mayennensis detecto Nauarri itinere in Bearniũ illi vias præcludere parat, parumque abfuit quin Nauarrus in fluminis transitu ad Caumontium caperetur: cùm media nocte profectus, solus ipse cum ductore nobili, diuerticulorum sollertissimo indagatore, saluus ad S. fidei præsidium peruenit cum totus Mayennensis exercitus, in procinctu viarum staret per medias niues, magna Mayennensis indignatione, qui de nobilitate valde quereretur, quasi faueret Nauarro impensius. *Aduers. Minist.*

Sixtus Pontifex ornamentis vrbis renouandis vacat, vt noua quodammodo Roma videretur, obeliscum transfert Cæsareum miro artificio: nouum ærarium instituit, & in mediis rudetibus ingẽtes Thesauros reperit monetis antiquis Imperatorum. *Campana.*

Mayennensis redit ad Regem Christianissimum vbi malè acceptus, causas scripto vulgat quibus sibi expeditio Aquitanica non successerit: nobilitatem illam ea de re grauiter accusans. *Act. Gall.*

Fertur inter fratres Ducem Guysianum, & Mayennensem, grauissimam exortam fuisse contentionem, eòque exarsisse vsque vt strictis gladiis inter se concurrerent, sed iura sanguinis mutari non potuerunt in tantis ptincipibus, & falsum esse puto. *Aduers. Minist.*

DIVINA.

SIXTVS Pontifex mortuis Cardinalibus Bonecompagno, & Cæsio, alios. 8. creauit Hieronimum Rouerani Taurinensem, Hieronymum Bernierium Corregium Antonmariam Gallum Osimensem, Hieronymum Matthæum & Asicanium Columnam Romanos, Benedictum Iustinianum Ianuensem, fratrem Constantium Sarnanum, & Philippum Lenoncurtium Gallum. *Vitæ Pontificum. Campana.*

5685

1596

HVMANA.

NASCITVR Niceæ primogenitus Sabaudiæ Ducis & Donnæ Michaëlæ Infantis Hispaniæ, quem ajunt matrem

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellasse nascentem Regem Siciliæ, quod illi apud Patrem, non paruam conflauit inuidiam. *Sabaudiæ Historia.* — *Anni mundi.*

Rex Poloniæ moritur, eóque missus Annibal Capuanus Archiepiscopus Neapolitanus, iam Nuncius designatus vt ei regno prouideret: ne quid accideret in electione futura, contra fidem. *Campana.* — 5673 — *Anni Christi* 1585

Dux Ioyosæ Romam petierat, vt Sanctissimi Patris Sixti pedes exosculare tur: vt eum in fauorem Regis Christianissimi inclinaret, cùm propter rumores illi esset infensior, quia fautorem se Gueusæorum instituerat, & erga Nauarrum & Condæum semper mitius ageret, ab eo etiam vt ferunt Nauarri bona obtinuit. *Aduers. Minist.* — *Ernestus Archidux.*

Princeps Ioinuillæ Romam à Patre Duce Guysiano mittitur, vt ibi partes suas tueretur. *Idem.*

In Croatia Turci magna strage à Germanis Christianis vincuntur, cæsa sunt Turcorum 2. millia & quingenti, inter quos fuit frater Basciæ Bossinæ, cuius caput Ernesto Viennam vsque perlatum est. *Turcicæ relationes. Campana.*

Rex Nauarræ mense Aprili, citeriorem adit Rupellam: vt ibi res inter Condæum, & quosdam nobiles componeret. *Aduers. Minist.*

A Boulaya nobilis. Barone pro Nauarro Fontenayum oppidũ munitissimũ & emporijs publicis nobilitatum. *Idem.*

Accessit Item opera Sãgelasij, nobilis. & fortissimi ad Nauarri partes, vrbs Sancti Maxentij ob situm & commeatum vtilissima & satismunita. Ea omnia cùm adhuc esset in viuis gubernator Pictonum Comes Ludensis. *Eadem.*

Ipse Nauarrus cum Rupellanorum nauibus portum Brouagij præclusit, vt partim vitaret inde offensam à S. Luca: partim commeatum faciliùs Rupellam importaret. *Aduers. Minist. Campana.*

Condæus tunc agebat ad S. Ioannis Angeriani, & inde conatibus Pictonum & aliorum resistebat. *Idem.*

Per id tempus agitabat Sixtus, suasu Sabaudiæ Ducis, & fauori Regis Catholici Genevam obsidere, sed Rex Christianiss. protectoris nomine sese opposuit. *Act. Gal. Campana.*

Romæ Illustriss. D. Cardinalis Ramboglietta Gallus pro Rege Christianiss. multas rationes adducit, quibus protectio regia sarta tecta manere debeat: simulque Nobilis. Marchio Pisanensis, Legatus Regis. Ita vt ei sit grauia interminatus Sixtus Pontifex, vterque tamen fidelem & egregiam suo Principi operam nauarunt, vterque ex selectissimis & generosissimis stirpibus oriundi. *Act. Gall. Campana.*

Guysianus Dux nõ destitit apud Regem, vt Mareschalcum Bironium ad se euocaret: & præcipui quibusque muneribus bellicis honoraret, cauens ne nimium vel contemptu suo, vel fauore Nauarri inductus, Sanctæ confederationi esset nociturus, præsertim cùm illius vxor & pletique ex suis familiaribus, Nauarri religionem sequerentur. *Eadem. Idem.*

Nauarrus in insulas excurrit, & alto etiam Pelago animi causa, in oram vsque Hispanicam deuehitur: quod non fuit sine suo & suorum periculo, si cum præsidia Fontarabica & Sansebastianica, animaduertissent. Bironius tandem in Pictonas cum exercitu mittitur. Ioyosæ patri Mareschalco Occitania commendatur. Ioyosæ duci filio Aruernis montibus, incumbere cum exercitu demandatur. *Act. Gall.*

Pererebuit rumor diu, apud Angliam Guysiani Ducis industria, multos illuc transire, tum ad restituendam Romanæ Ecclesiæ authoritatem: tum ad liberationem Mariæ Scotorũ Reginæ procurandam. *Aduers. Minist.* — 5685

Post modum ità accidit, vt Mareschalcus Bironius Castrũ Maransium obsideret: & tantum non caperet, nisi ei à Rege Nauarræ, fuisset occursum. *Acta. Gall.* — 1590

Castrum

Anni Christi. — *Anni mundi.*

Castrum Dompetræ ad Mareschalcum Gondium, iure vxorio pertinens in partes Condæi, per deditionem transit. *Idem.* — 5673 — 1585

Itidem Plassaquius Pontiorum vrbis munitissimæ gubernator, Nouiæ Condæi, portum & Castrum Royanum munitissimum & commodissimum traducit ad eiusdem Principis subiectionem. *Aduersar. Minist.*

Condæus Princeps Illustriss. vxorem secundam ducit Catharinam Carlottam Trimoliam Principissam ex altissima & generosis. Trimuliorum, (qui ex Regibus Burgundis & Hispanis originem ducunt) familia natã à latere paterno: A Matre verò ex Illustriss. Ducibus Mommorantiis, Regni Galliæ fere perpetuis Conestabulis. *Aduers. Ministror.*

Aduenit è Britannia Comes Lauallius, cum duobus suis fratribus, & pro Nauarro Soubizam recipit, fugato inde præsidio. *Act. Gall. Campana.*

Idem accidit Rancheo Capitaneo, vt Castrum Sauzayum in potestatem Nauarri & Condæi reponeret: cùm gubernator Pictonum Masicornius ibi Albanorum præsidium reliquisset. *Eadem. Idem.*

Sed deinde Princeps post nuptias, exercitum abiens cum Tiercelino Capitaneo audaci prælio initit, in quo D. Trimolius periclitatus est, multi Capitanei desiderati, præsertim Lauallius, & fratres ipsius, qui vno eodémque mortis genere, in ipso prælio partim sclopetis, partim etiam ensibus perierunt. *Aduers. Ministror. Campana.*

Circa Majum magnus tumultus in Anglia, qui statim substitit, sed deinceps incubuit ob Mariam Scotorum Reginam, & viduam Francisci secundi Regis Christianissimi, & illius causa Babingthonius & alij numero 24. Nobilissimi, capite truncati sunt Londini Iulio mense. *Anglica historia.*

Rex Christianissimus remittit vim belli, ob rei nummariæ defectum, quod alij in fauorem Nauarri & Condæi à Rege dissimulari iubent. Rex autem ipse abiegat eò Reginam matrem, vt cum Nauarro de pace tractaret. *Acta Gall.*

Dux Ioyosæ tardior, in deducendo exercitu se ad Aruernos comparat diligenter. *Eadem.*

Dux Espernonius transit per Xantonas & Cugniates sibi commissos in gubernationem, ad Occitaniam, & inde in Prouinciam, in transitu Burgum in Prouincia Burdegalensi capit, & alias quosdam vrbes sibi addicit. *Eadem.*

Ad Regem Christianiss. accedunt Legati à Protestantibus Germanis, Ioanne Casimiro Palatino, Duce Saxoniæ, Marchione Brandemburgensi. Alterò Magdeburgensi, Iulio Brunsuicensi Guilielmo & Ludouico Landgraviæ Hessani, Ioãne Conesto Cattorum Principe, & quatuor ciuitatibus Argentina Vlma Norivga; vt Francofurto, ad pacem reficiendam. *Acta Gall. Campana.*

Parmensis nouo Electori Coloniæ fert suppetias, cùm illi attineret sanguinis gradũ, & ità ei Philippus mandasset. *Flandrica commentaria.*

Mareschalcus Lachastri, è Biturigibus, quos ille regebat, Nomine Regio, in Britanniam mittitur: cum exercitu quo illos Britannos in officio contineret. *Campana. Act. Gall.*

Carolus Comes Manis-feldensis Nuytium & Neomagum recipit, pro Rege Catholico in Flandria. *Flandrica, & Campana.* — 1596

Decimo Iulij Farnesius Parmensis adit Colonien sem, & Glouetium rebellem capit, quem etsi incurabiliter læsum iubet, pro exemplo aliis carnifici tradi, qui etiam reconciliationem illi propositam obstinatè contempsit, & potando sensum mortis auertere conatus est. *Flandrica Campana.* — 5685

Non ita dudum ante, Ordines Zelandiæ & Hollandiæ cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

se viderent omni ope destitui, Elizabetham Anglorum Reginam adeunt, & cum illa paciscuntur: vtrinque apertè bellum ea indicit Hispano sororio. *Anglica historia.* — Anni mundi. — Anni Christi.

Comes Santaldegonda capitur suspicionis ergò, quòd se dedidisset cum Antuerpia, Parmensi: Ipse autem Apologiamemittit, qua Hollandos ipsos & Zelandos ait fuisse in culpa, eiusce deditionis *Flandrica. Campana.* — 5673 — 1585

Augustus Saxoniæ Dux Elector Illustris. 60. anno vitæ suę, extremum diem clausit, postquam Agnetem Ioachimi Ernesti Anhaltini Principis filiam duxisset vxorem. *Campana.*

Constantinopoli nuptiæ Bascię Hibraimi magna pompa, & festiuis multis diebus, celebrantur cum Amurathis filia, magnis vtrinque donis & muneribus collatis. *Turcicæ relationes. Campana.*

Eam lætitiam publicam magnus locustarum casus Iunio mense conturbauit: quibus omnem virorem depastum senserunt tardè sui messores, & falcatores, quia non statim exaruere stirpes, neque à caulibus aut calyculis, sed ab ipsis radicibus, quam diuinam eladem magna secuta est annonæ caritas. *Eadem. Idem.*

Principissa Borbonia vidua Biliqnæi ducis moritur, relictis duobus liberis, & vna puella: quę caussa fuit deinceps magnarum motuum aduersas eas ditiones, quæ supremo iure tenentur. *Aduers. Minist.*

Turci Persidem infestantes, retroaguntur partim penuria, partim vi Persarum illis incumbentium: adeoque ob contractam nuptiarum iure inter Sophum Persam, & Chitayn Chamum Tartarię nouam amicitiam, liberis vtriusque vicissim coniugatis, bino matrimonio. *Turcicæ relationes. Campana.*

Dux Octauius Farnesius Parmensis. 17o Septembris moritur. *Campana.*

Petrus de Toledo inuadit Africam infeliciter Neapoli soluens, in Circinam insulam angustam, vbi à Mauris, cùm nobilissimis Neapolitanis interficitur. *Hispanica historia. Campana.*

De manu Guzæ à Draco Anglo Capitaneo auidissimo, in vrbe sancti Dominici, ditipiuntur, cùm ille Anglia soluisset, anno superiore septembri mense, & hæc direptio acciderit Ianuario 1586. tamen se vias maris obsidente, nesciri potuit antequam September rediisset hoc anno. *Anglica Historia.*

Carthagenam deinde capit Dracus, & Portum S. Ioannis & redit onustus præda ingenti, & maioribus bombardis 200. Inter quas recognitę fuerunt illę Ducis Saxonię Ioannis Fœderici ab Imperatore Carolo. 5. absportatę, è Germania in Peruanas regiones. *Eadem.*

Nobilis Anglus Hedingthonius, ex clara familia quatuor Naues instruit, quibus cum venia Elizabethæ Reginæ suæ, rorum orbem circumlustrare contendit, & vt moriseſt reginam suam rogauit, vt nauibus nomina fausta inderet: illa vt est mentis altioris. Eas 4. suas stultitias appellauit, cùm ille omnia sua bona, in eam rem vendidisset. Tamen post rediit feliciter, & magna bonorum suorum compensatione illi facta, [illegible]ercibus auectis. *Anglica historia.*

MENSE OCTOBRI.

IN Giapone insula magni tumultus, contra Christianos concitantur, à Faxiba Cicugendono Domino Tenzæ, qui est Imperator Giaponis, multorum regnorum. Is autem animũ auertit à Christianis, propter bellum inter Franciscum Regem Bongi & Regem Sassumæ quòd adeo exarsit, vt ope Nacanzucæ Gondoni qui erat fratet Sassumæ, totũ regnum Bongi fuerit omnino destructum. Saluo Principe Mensi — 5685 — 1586

Anni Christi. — Anni mundi.

Pantaleone, qui P. P. Iesuitas in Amaugucci regnum vltramarinum transuexit secum. Erat tum vice Prouincialis ordinis Gaspar Coeglius. *Iesuitarum relationes. Campana.* — 5673 — 1585

Eodem mense Iacobus 6. Rex Scotiæ in Castro Sterlingo, à suis obsessus est. Comitibus Dagnos Botuelio & aliis, vt coactus fuerit illis assentiri. Idque nutu Elizabetæ Anglæ. *Campana. Aduers. Minist.*

Regina mater Catharina Medicea in Xantonas venit, ad Castrum S. Bricij, prope Cugniacum ex Angolismensi Prouincia, vbi cum Rege Nauarro quibus potuit rationibus egit, vt pax iniretur: sed quia pro præcipuo illius pacis articulo, petiit illa, vt vna esset Religio Catholica, ad quam ille accederet, non potuit vlterius progredi, cùm vice-Comes Turenius adesset, ac liberè diceret Reginę, se omnes potius morituros, quam passuros suam religionem, vt vocant, aboleri. *Acta Gall. Aduers. Minist.*

Vicissim & alternis Nauarrus & Condæus Reginam matrem salutarunt: cum vigilantissima militum custodia. *Eadem.*

Reliquo tempore Hyemis, postquam diu Marancium obsedisset frustra Mareschalcus Bironius, Nauarro opitulante, tandem soluta obsidione, datis vtrinque induciis, libertimè Rupellam Mareschalcus Bironius ingreditur, & à Nauarro cum aliis, splendidissimis conuiuiis excipitur. *Eodem.*

Dum in eo statu sunt res Aquitanę, Ossuna vrbs Burgunda pro Nauarro capitur, quam postea tamẽ Dux Guysianus fortiter recuperat. *Act. Gall.*

Dux Ioyosæ superatis montibus Aruernis, vrbem Meruegiam obsedit, & partim vi occupat, partim deditione componit, quæ postea tota prædę hostium relicta est. *Acta Galliarum.*

Ei obstitit Mõmorancius Dux Illustrissimus, eiusque exercitum dissipauit. *Eadem.*

Dux Espernonius vrbem Xenas in Prouinciæ montibus, totam ex Hugonotis fere compositam capit: & ibi Ministros Caluinicos suspendio necauit. *Eadem. Aduersaria Minist.*

In Angliam mittitur prudentissimus Regis Consiliarius Bellieuræus, ad tuendam Mariæ Stuardæ Francorum & Scotorum Reginæ vitam, cui insidiæ suorum Hostium, religionis ergô, paratæ erant. Et iam ipsa neci addicta supremi Senatus Reginei Sententia quòd crimen incurrisset lezę Maiestatis, quia se Catholicam profiteretetur. Hic est vnus ex suis articulis. Ne Dominus Papa, Ecclesiæ caput agnoscatur. Deinde prætextu attentatæ liberationis suæ ex carceribus, cùm dicerent non vacare hoc studio rerum nouarum, nec regni affectati suspicione. At nil amplius obtinuit, nisi quòd sententia illa mortis iussa est ore Reginæ differri, nisi cùm illa de nouo id mandasset. Quamuis mortem illam, suæ sororis, Reginæ, Hospitalis, cum suo consilio vt moris est in illa gente subsignasset inuita. Eaque sententia traditur Secretario Erissonio seruanda, sub pœna mortis. *Aduers. Minist. Articuli ipsi.*

Sedanium Castrum obsidituꝛ frustra a Guysiano, Tametiũ capitur à Lotharingo absente Duce Bilionæo & [illegible]as fratre Comite à Marca. In expeditione Germanica pro Rege Nauarro. *Aduers. Minist. Acta Gall.* — 5685

ANNVS M. D. LXCVII. 1587

HVMANA.

SIXTVS Põtifex frumẽtariæ rei diligenter prouidet, in id adhibitis 4. Cardinalibus, & nouum ærarium instituit, ne vrbs penuria laboraret. *Campana.* — 1596

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi.

Triremes instituit nouas & classem tuendæ Ecclesiæ parat *Ibidem.*

Vrbem multis ædificiis Epistyliis columnisque ornat. *Ibidem.* 5673 1585

DIVINA.

Cardinales creat meritissimos Scipionem Gongazam, Federicum Borromeum, Hugonem Delobens Maximum Maltanæ militiæ Magistrum, Ioannem Mendozam, Antonium Saulium Gulielmum Alanum, Petrum Gondyum & Euangelistam Dalottam. *Campana.*

Primogenitum Dux Sabaudiæ ordinat Baptizandum, misso pro sua beatitudine Illustrissimo Cardinale Sfondrato, qui baptismus non celebratur nisi mense Maio. *Idem.*

Academiarum rerum inter tot strepitus nullam mentionem facimus, quia ferè totus orbis vndique armis concuteretur. Tamen Deus semper in Ecclesia sua, excitauit viros heroica virtute præditos, ac præsertim Remedium malis nostris peropportunũ veluti data opera, miraculis gloriosum & doctrina eximium, sacrum P. P. Iesuitarum ordinem esse voluit, à quo ferè tota Ecclesia solo videtur restituta esse. Sine aliorum ordinum iniuria, sed in laudem omnipotenti Deo & misericordi, qui fœdus suum cum sua vnica Catholica, nunquam poterit obliuisci.

HVMANA.

IAM Incipiunt anni furoribus Diabolicis plehi, & simul diuinorum iudiciorum terroribus.

Primum omnium facinus quantum bone Deus! Quod in Christianissimam sereníssimamque, & Illustrissimam Reginam admissum est, vt iunctissima & tranquillissima Elizabetha Anglorum Regina coacta fuerit etiam inuitissima, à pseudo Ministris in proprium sanguinem, manus tam violentas inferre, vt Maria Stuarda Regina nata Scotiæ, & facta Franciæ coniugio, animam piam Deo, sub carnificis cruenta manu redderet. Mirabuntur posteri, & si maiores reuiuiscant stupebunt attoniti. Igitur die (*Ex Campana*) 18. Februarij ex Anglicis relationibns, quorundam die 7. vitam hanc tristissimam, quam post multos annos in carcere agebat: cum tam misera, tam fœda, tamque ignominiosa morte commutauit. *Campana. Aduers. Ministro.*

Aderant Comes Sirasburgius & Cantius qui in hunc modum loquuti sunt. Non potuisse Elizabethã Reginam aliam tationem inuenire, vt in tuto & pace regnum suum statueretur, nisi vt populo suo Anglico, ipsius tam funesta morte complaceret: fuisse sexaginta & tres iudices ex toto Regno delectissimos, qui eam iudicassent. Idem iussu Angliæ retulit magnus Poëta Barthasius apud Nauarrenos Catharinæ sorori Regis Nauarræ, neque se vnquam ei sententiæ consensisse, sed coactam fuisse subsignare statutis Regni (scilicet postquã regnum à fide Catholica abalienatum est) *Act. Gall. Aduers. Minist.*

Illa gratias egit Deo, quòd se vellet captiuitate tam diuturna liberare, sed iustam in Elizabetham quærelæ causam haberet; quòd ità se mori iuberet, tamen pro illa Catholico, verè [illegible], & Christianissimo, etiam sub manu lictoris ipsa oraui[illegible] vt eius statum illiusque vitam conseruaret, vt sit plenissimum martirij testimonium. *Campana.* 5685 1569

Hanc miserabilem Reginæ Christianissimæ mortem deplorauit, oratione lamentabili cum largo etiam fletu, Illustriss. & reuerendiss. Archiepiscopus Bituricensis Reginaldus de Beaune Regis Christianiss. & Regni Franciæ magnus Elee-

mosinarius

Anni Christi. | Anni mundi

mosinarius: coram ipso Rege, & tota aula in luctu. *Ipsius oratio.* 1585 5673

Angli toto regno Choreas duxerunt, ob illius mortẽ ignes lætos incenderunt, campanas hilaribus sonis pulsauerunt, quasi ab aliqua seruitute liberati: cùm ipsa carceribus ad mortem vsque, contra ius gentium detenta fuerit. *Campana.*

Angla sola illam luxit inter Anglos. Erat adhuc fere in ipso ætatis robore, ad 45. annos nata *Ex sua Genesi.*

Circa finem Februarij Copanum munitissimum Castrum à Christianis capitur, in Pannonia: cum Lacus gelu esset vndique constrictus, & Capitanei abiissent tres vno ex aliis in reditu capto. qui erat Car-alius Copani sangiacchus, cumque ipso 200. Turci, & 60. Turcæ 100. equi & Gazæ pretiosæ innumerabiles. *Turcicæ Relationes. Campana.*

Aprili mense Desdigueta Delphinas, capit Chamberium Sabaudiæ Principi oppidum primo impetu. *Aduers. Ministror.*

Parmensis in Flandria capit magna industria oppidũ munitissimum Causæ. *Campana.*

Catholici Montelimartio excluduntur, & ibi multa probrosè ab Hugonotis fiunt contra Catholicos, & Sacra Vasa diripiunt. *Aduers. Ministror.*

E' Germania ingens exercitus in Galliam aduentare dicitur Nauarro, contra quem Dux Lotharingus vias obstruit dissectis arborum altissimarum prægrandibus truncis. Dux Guysianus dat operam, vt penes se illius exercitus victoria remaneat. *Act. Gall.*

S. beati arx à Bearnensi Capitaneo Sussio capitur, in quò multi erant thesauri, sed illa defendi non potuit. *Aduers. Minist.*

Tres extitere tunc temporis Bearnij defensores. Ipse Capitaneus Susscio, Baro Castelnouuius Chalossianus, & Pangiassus Vice-comes Armeniacus. Quibuscum omnes fere vicini perpetuo bella gesserunt, præterea Puyanensis Baro gubernator Aquensium. *Idem.*

Fertur inter illos duos Castelnouuium & Puyennensem, desiderata plusquàm tria millia hominum variis congressibus: Intra 10. menses, quamuis essent sanguinis communione deuincti, & alioqui deuinctissimi extitissent amicitia plusquàm familiari. *Idem.*

Mense Majo baptizatur Philippus Emanuel Sabaudiæ primogenitus, Nuncio Apostolico ibi præsente Taurini inquam, vbi adfuerunt Illustriss. Cardinalis Sfondratus, pro Sanctiss. D. Papa. Pro Regina Matre Catharina de Francia, Illustriss. fœmina. D^s. D. de Carne-Valera, pro Principe Hispaniarũ, Ioannes Andræas Dautia, pro Infanta maiore Hispaniarum Marchionissa Garrensis, pro Republica Venetiana Augustinus Nanius. Pro maximo militiæ Malthanæ Magistro, illius ciuitatis Episcopus, qui omnes Principẽ magnis suorum Principum nominibus, donariis honoratũt. *Historia Sabaudiæ. Campana.*

Copanum à Turcis recuperatur, tam facile quàm à Christianis fuerat nullo negocio occupatum. In Hungaria. *Turcica relationes.*

Principi Condæo ex Trimolia, nascitur filia, Quæ Catharinæ nomen sortita est. *Aduersaria Ministror.*

Eodẽ tempore D. Rohanensis moritur Princeps Illustrissimus ad Reges Franciæ Nauarræ Angliæ & Scotiæ pertinens, Comes Porrouetanus, princeps Legionis in Britannia. Reliquit viduã Catharinam de Partenay ad Regium Stemma Cypri attinentem cum 6. liberis tribus masculis & totidem fœminis quos omnes nepoti suo Regi Nauarræ Christianè cõmendauit. *Aduers. Minist.* 1596 5685

c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ligatores coierunt aduersus Nauarrum & Condæum petentes à Rege Christianissimo, iterum vt illi ab hæreditate regni excluderentur, & ipse suum successorem declaret. Ac sibi Cardinalem præfecerunt Borbonium, secundo loco post eum Ducem Lotharingum, Guysianum præfectum generalem totius exercitus, Mayennensem equitatus grauioris, Nemausensem leuioris, & ipsum Bironium Mareschalcum, quæ omnia valde Christianissimo Regi suspecta fuerunt majorum spirituum. *Act. Gall. Campana.* — Anni mundi. 5673 — Anni Christi. 1585

Alter Sabaudiæ Ducis filius, cùm iam minus benè se haberet: baptizatur ab Augustæ Episcopo, ægroto D. Nuncio, iam autem Legati discesserant: nominatus est Victor Amadeus, à Marchione Sansurlino, & Marchionissa Gatrensi Hispana. *Historia Sabaudiæ. Campana.*

Dux Valetta Espernonij frater 3000. Hebueticorum, cum aliquot Gallicis cohortibus fundit, nequicquam eis suppetias ferre Desdiguiera & Castillioneo comite gestientibus, cùm inter posito flumine impedirentur. *Aduers. Ministror. Campana.*

Moriuntur Dux Mantuanus Gulielmus Gongaza, & Franciscus Medices Toscanæ cum sua vxore Blanca Capella, necnon Cardinali fratre Ducis, & vnico Ducis filio Vincentio jam 25. annorum, Ea omnia ab Augusto in Octobrem, quæ magnum luctum Italiæ toti intulerunt. *Campana.*

Interea Rex Nauarræ, ingentes progressus in agro Pictonum facit, Castelleradum Hayam Turonum, & alia permulta oppidula capit. Ei obsistere conatur Dux Ioyosæ, cum suo Præfecto Lauardino generosis turmarcha, sed semper inferioros ipso Nauarro. *Aduers. Minist. Act. Gallia.*

Desdiguiera oppidum Queyras in agro Viuaretiorum capit. *Eadem Campana.*

Alterum Castrum Gioncheriam dudum à Catholicis intereceptum, facile recuperat Blaconius bellato r industrius. *Eadem.*

Dum hęc aguntur, à Scheincho Turco, Bonnæ Castrum in Hungaria capitur, quod res christianorum in illis partibus valde afflixit. *Relationes Turcicæ. Campana.*

Duorum concurrentium in Poloniæ regnum, Sigismundi, Succi & Archiducis Austricæ, Maximiliani cõtentio grauissima cladem Christianorum auxit. *Ibidem.*

Rex Nauarræ postremum Agmen, Ioyosę, quod agebat Lauardinus, perfregit ac dissipauit ad Hayam Turoniam. *Aduersar. Minist.*

Ipse Ioyosa Parisios, excurrit magna celeritate: vt ipsi Regi quid ferret animus de Nauarro expugnando aperiret, & Regis ipsius de eo mandatum acciperet, quod Rex Christianiss. illi concessit. *Acta Gall.*

Lacta penna dux insignis inter Parmenses, Septembri mense, ad Bosleducense oppidum moritur, magno suorum partium desiderio. *Campana.*

Neapoli, cùm esset magna exorta tempestas, fulgur in Castrum Sancti Elmi incidit, ipsumque flammis coruscantibus absumpsit. *Campana.*

Georgius Zerinius, vt Christianos de Turcis vindicaret, effecit magna virium contentione, vt qui Copanuri recuperarant, in ipsis Paludibus circa istmum, strage magna funderentur sublatis omnibus impedimentis, & amissa omni sua præda. *Turcicæ relationes.*

Fuit in eo occursu Sangiacchus Moziel, ad internecionẽ deletus, cum multis aliis vt non ità deinceps in Christianos irrumpere auderent, ipsi Turci vel audaciissimi. *Ibidem.* — 5685 — 1596

Duo contendentes Regni Poloniæ, concurrunt ad illud vi occupandum, sed Sigismundo Suedo fauore magni Cance-

Suedo datij.

Anni Christi. 1585 — Anni mundi 5673

datij. Ingressus solẽnis in Cracouiã fuit patefactus, & sic regni possessio capta: vt inde Maximilianus coactus sit recedere. *Campana.*

Circa 12. Octobris cùm Ioyosa diu Nauarrum irritasset leuibus prælijs, & ipse Nauarrus in Aquitaniam cõcederet suis Principibus & Ducibus, cum aliquanto exercitu stipatus: & altera ex parte Mareschalcus Matignonius copijs Nauarri incumberet, tandem ad Costrasidm paguum, pugna etiam acriore inter eos concutsum est, vt ipse Nauarrus postquam initio dubia victoria extitisset: tandem Ioyosam cum exercitu toto profligauit, & ad tres leucas grandiores suum exercitum persecutus est. Ipse Ioyosa ad Bombardas majores vt fortius moreretur accessit, fratre suo minore (dicto S. Saluatoris nomine) mortuo, Lauardin° fortiter dimicãs, per medios hostes euasit. Rex Nauarrus, in ea pugna, de vita & fortunis omnibus periclitatus est. Victoriam illam insignẽ magnificentiùs etiam Regia sua liberalitate & humanitate, tam in mortuorum corpora quàm in captiuos ipsos magno numero, & ex præcipuis totius regni Stemmatibus nobilicuit, dum corpora pro suo cuiusque gradu iussit exequiis iustis honorari, & omnes captiuos liberos dimisit. *Aduers. Ministror. Acta Gall. Campana.*

Rex Christianiss. Ioyosam luctu diuturno, defleuit, laudauit tamen Regis Nauarræ humanitatem. *Act. Gall. Aduers. Ministror.*

Rex Nauarrus transit in Bearnium, diuiso suo exercitu in 3. partes, quarum vnam dedit Condæo Principi, alteram Turenæo Vicecomiti: Tertiam in aditu Bearnii, sibi adesse constituit, secum etiam deduxit Comitem Suessionensem, tunc nuptias sororis Nauarri ambientem, nutu ipsius Regis. *Aduers. Minist. Campana.*

Condæus Princeps Angeriam repetit, vbi erat illius sedes, dimissis nobilibus, vt se domi reficerent. *Aduers. Ministror. Campana.*

Vicecomes Turenius in Lemouices supernos exercitum ducit. Tullensem ciuitatem vexat, oppidula quædam sua propria capit. *Aduers. Minist.*

Interea exercitus Germanorum, pro Nauarro, ex Alsatia profectus Lotharingiam inuadit: & partim hostiliter, partim etiam retento amicitiæ iure, propter Imperij fœdus in Principes, suæ protectionis, Galli hostiliter Germani amicè transierunt. *Campana.*

Rex Christianissimus se in occursum parat, & eam expeditionem ipsi Guysio demandat, interea ipse paratus eodem contendere, cùm sibi etiam cauere vellet ob primi motus turbationem *Aduers. Ministror.*

Fachirondonus gener Quębacondoni, & Mirondonus frater ipsius Regem Franciscum Bungi in regnum restituunt, cum Christianis, quos summè adiuuit Cobioindonus Rex etiam Christianus, ità vt Bungensis multo ditior & potentior euaserit, Estque in omnes rebelles morte exilio & pignorũ ac dominiorum ablatione animaduersum. *Relationes Iesuitica. Campana Italiens.*

Exercitus Germanorum & Heluetiorum Nauarricus omnia obstacula perrumpit, Galliam Celticam inuadit, & in ea vincere videtur omnia, cùm essent Regni accisæ vires noua Nauarri victoria, in Ioyosam: quæ etiam contigerat illi fere sine suorum sanguine, vnde magna est in tota Celtica perturbatio consecuta. *Act. Gall. Aduers. Minist. Campana.* — 5685

Quębacondonus dominus Tenzæ, regna Xalcoco inuadit magno exercitu, mari terráque, quod ante se nemo adhuc ex dominis Tensæ, ausus fuerat tentare: cùm propter Regnorum fortitudinem, tum quia longitudo itinerum eos de- — 1596

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrebat. Idque tentauit ille fiducia Christianæ virtutis cum Reges Iustus Vcondonus Princeps Bungi & Agostinus Iacondonus Thallassiarchus generalis ambo Christiani illi adessent, cuius Insperato aduentu Reges Coquinoy Xaicoco, Aquenzuqui, Cicugem, & Fingo, quæ omnia sunt potentissima se illi dediderant quæque suis fidis militibus & Capitaneis primariis diuisit. *Campana. Italicæ & Relationes Iesuiticæ.* — *Anni mundi.* 5673 — *Anni Christi.* 1585

Germanici exercitus Nauarrorum generalis erat Dux Illustriss. Bulionæus, Princeps Cordatiss. & magnitudine animi commendabilis, nomine Robertus, aderat illi frater suus Comes Marcæ, Princeps spei summæ. Erant Germanorum equitum signa 29. quæ ad 10. millia hominum redibant. Heluetiorum vexilla 51. ad 16. millia. Germanorum peditum 5. millia cum loricis & longioribus pilis. Gallorum equitum vndecim signa ad 1. millia hominum pugnatorum. Gallorum peditum quatuor milia duce Capitaneo generosissimo D. de Mouy: Ingens sequela innumerabilium qui cum exercitu postquam semel in Galliam ingressus est, confluxerunt. Multi nobiles stemmatum altiorum, qui priuatim suos habebant sequaces. Accessio Comitis Castrilionæi qui superato Guysiani Ducis obstaculo, 1500. Sclopetanos & 200. cataphractos equites exercitui adiunxit. Princeps Condæi Illustrissimus Contyus, Principis Condæi frater, & Princeps sanguinis & Franciæ. Par tertius, nobiles altioris notæ secum adduxit vt omnibus ad Calculum reuocatis summam 50. milliũ pugnatorum conficerent: Stuporemque toti Galliæ injcerent, nec illis deerant tormenta Grauiora ingenti numero. Solus autem Nauarrus victor. *Aduersi. Ministrorum. Acta Galliæ. Campana.*

Rex Franciscus Bungi, Regnum Fiungi, illi vltro à Quabacondono oblatum non admittit, quia ex fide Christiana addiscere non debere quenquam officia majora suis viribus suscipere, quibus præstandis non sit, idoneus: se portho velle de salute animæ deinceps cogitare. Magnam attulit ea modestia Regis ipsi Imperatori admirationem. *Campana.*

Comes Marcæ, ex morbo, moritur magna fratris mœstitudine, & totius exercitus dolore. *Aduersi. Minist. Campana.*

Mongla eques nobilis. Nauarri, ab illo missus, eos monet vt ad Ligerim accedant: se illis breui affore, quod dum illi tentant versus Charitatis oppidum, eorum pedestratus ab Espernonio ingenti clade afficitur. *Act. Gall. Campana.*

Erant in exercitu primarij armorum ductores Guytrius, Clairuantius, Beauuoysius, la Naucla, Vezinius, Baro Diuionensis & Ramboilletus. Item à Casimiro suorum præfectus Baro Fabianus Donus. *Campana. Aduersi. Minist.* appellat *Baronem Daulne.*

Ij omnes nequicquam variis consilis in id insumptis Ligerim tranare potuerunt: cum Rex Flumini operam dedisset, ne illius transitu potirentur. *Acta Gall.*

Quabacondonus priuat Regno, Xengochu Regem, quòd neglexisset suum vicinum sine auxilio affligi à Rege Sassuma, eundemque Xengochu, in exilium misit parumque abfuit quin m[illegible] afficeret. Sic Deus iniurias Christianis illatas, iustis pœnis vindicauit, etiam per Quabacondonum, qui etiam Regem Sassumæ secum duxit in Meacum, velut captiuum. *Campana.*

Sed vicissim Christiani illi Giaponẽses, duob⁹ modis valde afflicti fuerunt: hoc ipso anno. Primùm quia Rex Omuræ Bartholomæus mortuus est, relictis tamen omnibus suis, subditis Christianis, qui suo exemplo Legem Christi fuerant amplexi. Deinde mortuus est etiam eo anno Franciscus Rex Bungi, postquam ex tot calamitatibus respirare cœpisset, & facte sunt eis regales exequiæ, & eos luxerunt P.P non ficto — *Anni mundi.* 5685 — *Anni Christi.* 1569

luctu

luctu, cum omnibus Christianis. Ex Regno Bungensi 70 millia erant. Deinde etiam insurrexit aduersus eos tempestas valida, à Quabacondono, qui cùm fuisset repulsus à quibusdam puellis, quas homo libidinosus vndiquaque conquireret. Quidam Giaponensis leno dictus Tucun P. P. Iesuitas & suam religionem apud ipsum magna cum adulatione suarum libidinum accusauit, vt qui ansam ei rei præberent, ne puellæ vellent inseruire regiæ libidini, qua de causa, cùm bene potus vino Lusitanico ei delato inimunus Regium, à Rege Lusitano se dederet voluptatibus, in Christianos exarsit. Et eos acriter persecutus est, quamuis antè, Fachatam vrbem primariam illis dedisset habitandam, & Ecclesiam in ea ædificandam eis concessisset. Tantum potuit libido cum adulatione. *Campana. Relationes Iesuiticæ.* — *Anni mundi.* 5673 — *Anni Christi.* 1585

Exercitus Germanicus Nauarrorũ tumultuatur cũ se in angustias redactũesse cerneret, fame siti & omni rerum penuria premi, nec vult pedem mouere nisi stipendio accepto saltem mensurno, quos à desperatione illa reuocauit Comes facundissimus Castillionensis, cum circa hæc animum haberet intentum, animi æstu & feruore linguam illi excitante & ornante. *Campana. Aduersi. Minist.*

Rex Nauarrus parat iter ad eos, neque tamen tanta diligentia potuit quicquam præstare: quin essent etiam sui tardiores, iam diuiso suo exercitu victore, vt supradictum est, in tres partes. *Aduersi. Minist.*

Rex Christianiss. vrget pressius, vt Germani à transitu Ligeris fluminis omnino arceantur, vnde coacti sunt retrocedere, & comite Castillionæo authore in agrum Mortagiensem sese expediunt, vbi putabat Castillionæus se Montargisio vrbe, commoda & munita, conuentione quadam, dudum à se inita, potiri posse, sed frustratus est. *Acta Gall. Aduersi. Minist. Campana.*

Condæus Princeps interea, Regem Nauarrum admonet, sibi esse compertam Germanorum mentem, qui si adesset ille aliquando illum statim & quos possent nobiles secum, essent in Germaniam abducturi, prætextu stipendiorum quæ illis debebantur, ex superiorum bellorum exercitibus in Galliam adductis. Quod etiam Nauarrus ipse aliunde resciuerat, Idque hac occasione, quòd etiam in contrahendo, ita Clairvantio protestati fuerant, ille autem partes Nauarri agebat, cum Segurio in Germania & Heluetia. *Aduersi. Ministror. Campana.*

Imperator Quabacondonus occasionem quærens iustum Vocondonũ quem vnicè diligebat: & generalis erat præfectus Imperij sui terra marique, iussit abdicare se Christianissimo, aut exulare. Ille autem exilium elegit, in quo tamen Barbari feritas non conquieuit. *Campana. Relationes. Iesuitica.*

Circa idem tempus, Rex Scotiæ Iacobus 6. postquam diu Matrem Reginam Christianissimam luxisset, suos magnates ad se in concilium euocat, & sacramento adigit, secum mortem tam ignominiosam Reginæ Christianissimæ aliquando vlciscì & vindicare, quod ipsi omnes ei vltro, promiserunt. Tamen tes silentio tecta propter suorum insidias, quæ partes Angliæ cum pseudo-Ministris fauent ac tuentur. *Aduersi. Ministror.* — *Anni mundi.* 5685 — *Anni Christi.* 1596

Jacobus 2do Scotiæ rex matrem Elisab. Angliæ regina morbo sine malefic.

Quabacondonus mora interposita Viceprouincialem P. P. Iesuitarum admonet, vt sibi hoc declaret statim. Primò cur ipsi doctrinam suam prædicent, & cogant Giaponenses, eam suscipere. Secundo cur chamis & fatoquis deorum gentilium delubra diruant. Tertio cur homines emant & transuehant. Quarto cur equis & vaccis vescantur, cùm sint iumenta agriculturæ necessaria. Quinto denique cur Bongos sacerdotes persequerentur. Tunc in tegete dormientem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuncius Viceprouincialem inuenit: qui rei nouitate admodum turbatus est, sed tamen liberè respondet. Primò se animarum salutis causa Euangelium prædicare, sed neminem cogere neque sibi possibile. Secundo Giaponenses factos Christianos, idola diruisse, nec se esse in culpa. Tertio sibi dolere, quòd vendantur homines, ac in Imperatore esse, id vetare ne deinceps fiat & sæpe in id institisse. Quarto Equos neminem Christianum edere, quod sciat, vaccina autem, si iubeat, se abstenturos. Quinto Neque bongos vnquam molestasse: sed plerosque eorum diuertisse ab idolis sponte, qui in alios inuehantur. His responsis asperatior factus, iubet omnes regnis suis excedere intra vigesimum diem, sed cùm impossibile id factu cerneret, terminum reditus Lusitanicæ nauis præfixit, quo discederent. Id autem nequaquam effectum est, cùm plerique nobiles Christiani facti, illos retinuerint & fauerent: sic Deus lenitate piorum, irati Imperatoris acerbitatem mitigauit. *Campana.* | *Anni mundi.* 5673 | *Anni Christi.* 1585

Dum exercitus Nauarricus in tantis versaretur periculis, iterum tumultuantur. Et seorsim Heluetij cùm prope Regem esse cernerent Christianissimum: illi tanquam Patrono cuneatim assurgebant, signo pilorum humi sttatorum dato, se in illius seruitium esse paratos. Quod cum Rex Sagacissimus omnium sui sæculi Principum animaduertisset, industria singulari factum vt Bosquerius Heluetiorum Legatus Regi supplicaret, vt illos in Clientes suos reciperet. Ita enim Clairvantium illis suasisse, se pro Regis seruitio hanc expeditionem suscipere. Rex prompto animo ait se pro sibi innata mansuetudine illis parcere, sed nolle illis vti, daturum porro operam, vt prudentissimi Principis Ducis Niuernensis ductu salui in Helueticam reducerentur. Quod illi acceptarunt. Atque hic prima exercitus tanti ruina facta est. *Acta Gall. Aduers. Minist. Campana.*

Legati Giaponensis per magna discrimina marium, Goam tandem peruenerunt, quod etiam Christianos mirificè recreauit. *Campana.*

Angli Peruana flumina excurrentes, ab Hispanis rumpuntur, & in altum retroaguntur magna suæ classis iactura. *Campana.*

Cum Germani equites Duci Guysiano occurrissent 8 signorum numero, etsi constantissimè & fortissimè depugnassent, tamen inferiores longè extiterũt & multos amissis, receptui ad maiorem equitatum cæcinerunt. *Act. Gall. Camp.*

Dux Guysianus cum vellet vindictam ex Germanis repetere, eos ponè continenter insequitur, in Carnutes, cùm ipsi vndiquaque premerentur. Demum in Castrum Alnense, vel Alnulum secedunt, quæ illorum postrema fuit calamitas. Tũc enim nocte superueniens, & Castrum inuadens, omnes conturbauit, qui fuga & terrore improuisi prælij omnes facile superati sunt. *Aduers. Minist. Campana. Acta Gall.*

Part modo Hispani ductore Sancta-Crocio Generali cùm fuissent à P. Ximenes Franciscano, ostensa cruce Domini adorandã in Anglos animati, eos fugarunt, ruperunt, incenderunt, viginti nauibus captis, 6. concrematis, 18. in fugam actis cum ingenti Anglorum dedecore, qui se Reges Maris audent appellitare. Eduardo nepote, Dudraci vulnerato valde, & relictis disiectis. *Campana. Relationes Indicæ.*

Ex reliquiis exercitus Nauarrici, cùm pedites Germani ad Montargisium amissent, deinde in Alnulo septem signa equitum internecione deleta fuissent, ipsi Heluetij à Duce Niuernensi dedocti partim, partimque in Regis seruitio retenti, supererant pauci ope destituti, quorum Germani se in fidem Ducis Espernonij dediderunt, à quo salui in germaniam reuecti fuerunt, Franci verò ne Regi quidem ipsi fidere | 5685 | 1569

voluerunt,

voluerunt sed cùm illos persequerentur Guysianus Dux, Espernonius, Princeps Lotharingus, Dux Niuernensis, Dux Nemausensis, in Lugdunensem Prouinciam vsque contenderunt: & abrupto itinere montibus Sabinicis superatis Albonasium vrbem peruenerunt: discalceatis plerumque equis, cùm vndique eis omnes obstreperent: vbi a suis sunt recreati: Dux fuit factus Comes Castillioneus ex Illustrissima & fortissima Ducum supremorum Colligiorum familia. *Aduers. Minist. Acta Gall. Campana.* | *Anni Christi.* 1585 | *Anni mundi* 5673

Ea est rerum humanarum vicissitudo, vt non possit quicquam geri magna vi, neque etiam extra vim sine ratione: quin statim illa Iouis filia Nemesis vltrix adsit. *Aduersaria Ministr.*

Memorabile est quod dixisse ferunt Regem Nauarræ post victoriam à se, de Ioyosa Duce reportatam. Et Germanorum nostrer exercitus (inquit) tale quid iam nunc, aut breui experietur. *Eadem.*

Postquam autem ille Neraci existens, hanc sui exercitus cladem intellexit: triduũ se intra priuatos parietes continuit, lugens suorum calamitatem. *Eadem.*

Vnus ex pseudo-Ministris hoc etiamtum ausus est, ex suggesto concionari, Deum iustum esse vtrinque iudicem, qui & Ioyosam Ducem sustulerit, quia nec audisset supplicis Iarriettæ voces, qui eum apud tribunal Dei sisteret, intra id tempus in quo mortuus est. Et simul exercitum Germanicum redegerit ad nihilũ quia nos vana spe, inquiebat ille, in eo exercitu consideremus. *Eadem.*

Ille autem Iarrietta tale exemplum edidit, cùm dux Illustrissimus Ioyosæ S. Maxentium Pictonum recepisset, ipsum Iarriettam vt Ministrum nec comprehensum articulis deditionis, ipse Dux Ioyosæ suspendi iussit. Iarrietta supplicauit Dei nomine ipsi Duci, vt se affaretur verbo vno. Noluit Dux ad Deum inquit Iarrietta [illegible] intra mensem. Id accidit vt tunc in conflictu moreretur. Exemplum est omnibus qui vitæ ac necis potestatem habent, ne ea malè vtantur. *Eadem.*

Dux Bulionæus Clairuantius & alij geneuam se receperunt. Ibi Dux moritur cum alijs excepto Clairvantio, qui se in Castri. Veteris domum, sui fororij, tranferri curauit: vbique mortuus est. *Campana. Aduers. Ministror.*

Interea maximus in Hispania comparatus mari exercitus aduersus Anglam: in quo nullus pro milite receptus fuit, nisi Hispanus. Erant autem ad 30. millia bellatorum præter seruitia. *Campana. Relationes Hispanicæ & Anglicæ. Aduers. Minist.*

Atque ita hujusce anni 1587. est omnium rerum toto orbe gestarum maximè memorabilium finis.

ANNVS D. M.D. LXXXVIII.

Verè quidam dixit.

Denique mortalia, sola Virtute remota,
Quid nisi nugatrix, & vana est fabula, Vita?

Quantum ergo licet hanc tragicomœdiam, vitæ humanæ, quam superiore anno exposuimus, fabulam appellare: iudicium esto, vt illa fuerit τραγῳδία. Nunc proh dolor, sequitur hoc anno 1588. plusquam stupenda Epitasis, & malorum omnium grauissima moles & ἐπιτάσις. | 5685

Huius anni initio moritur Marchio Tranius vasco, sanguinis propinquitate Regibus gallo Nauarro & Hispano attinens, vitæ peculiari ratione, quadam à communi vsu aliena prorsus, memorabilis: quòd fuldéque omnia semper habuerit, & aperta insania veram sapientiam præstiterit. Amiserat | 1596

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem superiore anno Comitem Gursonium maiorem natu, cum tribus aliis liberis, equitibus fortissimis, illum verò ætate maiorem Comitem, sic iudicij maturitate grauiorem, quos pater tam parum desyderauit, vt ne sepulturam quidem illis concedere vellet, neque illis dari pateretur. *Aduersa. Ministror.* — Anni mundi. 5673

Rex Nauarræ quantum potest suis rebus prouidet, Vice-Comitem ad se accersit, ad Principem scribit, præsidia firmat, Sororem admonet, vt ordinem à se institutum seruet, ad eam etiam mittit ex Albano monte Comitem Suessionensem Principem sanguinis & patrem Franciæ 4. primo scilicet loco post Contyum fratrem, sine vlla Iunioris Cardinalis Borbonij fratris sui iniuria. Quamuis enim ipsum ætate, præcederet, quandiu sunt Principes seculares, in ordine ad stemma Regium, ipsi Ecclesiastici non numerantur. *Aduersi. Ministrorum*

Circa finem Ianuarii Principes colligati apud Nanceium conueniunt in Lotharingia, & quia, oppidum illud in ditione aliena Regi scrupulum animo iniecit Christianissimo, huic sequuta est malorum ,λιάς. *Campans. Alt. Gall.*

Adijt Suessionensis Comes Palum Regiam Bearnij, vbi nonnihil erga Illustrissimam Principem Catharinam profecit: cùm prima vice nihil eam mouisset. *Aduersi. Ministror.*

Acceptis literis Nauarri, Condæus præsidia sua recognoscit, & socios officij admonet: ne quid fraudis subesse paterentur, sed omnes bono essent animo, & diligenter officium quisque suum præstarent, Princeps Mansuetissimus & facundissimus facile illis persuasit. *Aduersi. Ministror.*

Principes Nancejani colloquij, deliberant de rebus ad statum sui fœderis confirmandum pertinentibus, quæ cùm relata essent Regi noluit conuentum mense Martio, vt indixerat haberi, mandauitque Guysiano Duci, ne Pansios. Idque per virum grauissimum D. Belliεureum, quod tamen ipse Dux neglexit, vt dicemus postea. *Campana. Aduersi. Ministror. Alta Gall.*

Magnus Regni Poloniæ Cancellarius, circa medium mensis Ianuarij, aperto Marte cum Maximilliano Archiduce confligit, illum vincit & captiuum ducendum tradit, cum suis omnibus fautoribus, Capitaneo Castri Protemisiæ, vbi tamen eum honorifice & regaliter habuit. *Historia Polonica. Campana.*

In Scotia sese expediunt consilia, superiore anno delibata ad vindicandum scelus patratum ab Anglis, in Mariam Reginam Christianissimam & serenissimam Franciæ & Scotiæ. Itaque Stuardus Henricus qui ad Reginam Martyrem Christi, sanguinis communione attinebat, in confinibus vtriusque regni adest, & efficit præsidiis firmatis vt Angla Elizabetha inops consilij esse videatur *Campana. Scotorum Commentaria.*

Dux Sabaudiæ cùm videret suas arces Delphinatui propinquas à militibus Desdiguyerij attentari, sibi bene prouisum esse putat, si Carmaniolam munitissimum Salassiorum oppidũ inuadat, antiquo iure, quod Duces Sabaudiæ in Salassios obtendunt. Vulgo dicitur. *Marchionatus Salutiarum.*

Philippus Rex Hispaniarum, cum Rege Scoto fœdus init vindicandæ tyrannidis, vt ferebatur, Zelo: & Itlandos ad eam depulsandam solicitat. *Relationes. Hispanicæ. Irlandorum querelæ.*

Sixtus Pontifex vacat ornandæ Romæ, & classi instruendæ, vt sit parata in occasionem, si quidem contingeret Turcam aliquid moliri, interea hæc alijn alium finem fieri existimabant, vt scilicet mare Siculum possideretur. *Campana. Germanorum Commentaria.* — 5685 — 1596

In Poloniam missus fuerat à Sanctissimo D. Papa Sixto

Illustriss. D. Cardinalis Aldobrandinus, qui cum Duce Sabionetta Hispano, à Rege suo misso effecit, vt res Poloniæ sedarentur: cùm illuc etiam venissent magno Comitatu Regina Infans, & Princeps Sueciæ sua neptis, Ita tamen vt tres titulum Regni Poloniæ retinerent, Henricus Valæsius Rex Franciæ, Maximilianus Archidux Austriæ & Sigismundus Rex Sueciæ, qui idem Poloniam de facto regeret. *Campana. Polonica historia.* — Anni Christi. 1585 — Anni mundi 5673

Dum adest Comes Suessionensis, in Regia Pali accidit vt Baro Puyanæ, cùm ille similitatem pessimam in affinem Baronem Castelnouium Chalossiauum exerceret: eum inuadit prope Orthæsium & post velitationes aliquot, Castelnouius ingens & effatu nimis dignum accipit, in medio gutture globulo igneo, vt pro miraculo sit ipsum euasisse. Eo Princeps humanissimus, pro sua in egentes benemerendi consuetudine sese confert, vt ei succurreret. *Aduersi. Ministror.*

Henricus Stuardus confligens cum Anglo victoriam reportat, vt inde etiam captus quidam Anglus, propter varias crudelitates ab ipso perperratas in Scotos, quaternis equis iudicio Scotorum discerpatur. Ioannes Xonghes dicebatur. Erat autem generalis Anglorum, Dux Suffolcensis cui dedecus illud à Scotis illatum est nouo quodam fato retum, & Decreto Dei ob iniustam Reginæ necem, quia sunt consueti Scoti in bellis, sic agere cum Anglis, vt cum sunt in acie media instructo exercitu Angli vincant, hic autem cõtrà accidit. *Cãpana. Anglica Historia.*

Princeps Condæus Illustrissimus circa finem Februarij moritur, non sine suspicione veneni, & ex eo vnus & alter supplicium mortis pertulerunt. Quia dixisset Assecla, Pictonum in vrbe, fore breui vt hugonoti carerent vno ex suis regibus, insinuat eum ab aliquibus contrariæ factionis fuisse subornatum. *Aduersi. Minist.*

Mense Februario in Mercurii visi sunt quinque soles. *Campana.*

Castrum Sedanium à Duce Lotharingiæ obsidetur, & lentè persequitur Lotharingus obsidionem. *Campana. Aduersi. Ministro.*

Elizabetha Regina Angliæ, procurat quantum potest ne illam nec opinantem Hispanus opprimat. *Campana.*

Scotus cum suis omnibus summa lætitia afficitur, ob victoriam Stuardi in Anglos: ac in spem erigitur, vt aliquando vindicet matris iniustam & indignam necem. *Aduersi. Minist. Campana.*

Pugnius nobilissimus ex Ramboüilletana familia, ad Ducem Sabaudiæ missus, nil ab eo potest Regio nomine impetrare, de Salassiorum marchionatu restituendo quin multa ille de retinendo causatur, quod non solùm Rex, sed ipsi Principes Italiæ malè ferant. *Campana. Alta Gall.*

Rex Christianissimus, quendam suum nobilem Consiliarium Les Reaux dictum, ad Ducem Lotharingiæ mittit Legatum: Suo nomine illi, obsidione Sedanij interdicat. Idque rogatu Ducis Mompenserij Principis sanguinis, qui hæredis Principissæ Bulionæ erat Auunculus. Et cui Rex est ab antiquo protector Bulionæ domus & familiæ, etiam aduersus Imperatores Germanos. *Alta Gall. Aduersi. Minist. Campana.*

Quarto Aprilis moritur Federicus Rex Daniæ relicto filio hærede satis iuuene Christiano. *Camp.* — 5685

Apud Regem defertur Guysianus Dux, quòd voluerit Castrum illud licitati à quodam Capitaneo ingenti nummorum aureorum summa, ea tamen Lege & conditione, vt Princeps Ioynuilla, major natu ex ipsius liberis, Principissam Dominam duceret vxorem, quod Rex auertit, & cum Duce — 1596

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mompensetio facit, cùm esset illius tutor, vt eam sibi pro suo vnico filio Principe, Dofinio, vindicet. Quod valde ægrè tulit Dux Guysius. *Acta Gall. Campana. Aduers. Ministro.* — Anni mundi. — Anni Christi.

Rex Scotus primùm apud Parmẽsem per Oglebyum nobilem suum. Deinde erga Principes Italiæ, necnon apud Regem Hispaniarum conqueritur de violato iure omni, à Regina Elizabetha Angla, in matrem suam Reginam Christianiss. ac Sereniss. Franciæ ac Scotiæ, & opem ab illis petit. *Campana. Historia Scotorum. Aduers. Minist.* — 5673 — 1585

Dux Guysianus apud Sanctiss. Sixtum Pontificem accusatur, quòd vellet Sedanium obtinere, cùm hac conditione vt Princeps Ioynuilla, vxorem duceret Principissam, tetento etiam Caluinico figmento religionis, quo valde fuit permota sua sanctitas, vt etiam excedere Roma Ioynuillam Principem ibi tunc existentem, iuberet. *Aduersarium Ministrorum.*

Cùm Oglebyus Romam venisset, cùm Ioannæ Cecilio tractat, & cum illo egisse apud Sixtum Pontificem: vt inita illius gratia ipse Rex Scotus Catholicus fieret: vt facilius ad vindicandam matris mortem, ab ipsis Principibus Catholicis adiuuaretur. *Historia Arcana Scotorum, & Aduers. Minist.*

Rex Christianissimus cum Duce Elpernonio, sibi vendicat totam de victoria exercitus Germanici gloriam, quod Guysianum Ducem acriter pupugit: & ex eo magis ac magis eum Rex Christianissimus suspectum habuit, vt nullatenus vellet eum ad se venire Lutetiam Parisiorum. *Act. Gall. Aduersaria Minist. Campana.*

Classis Hispanica in dies apparatur, proximo quoque die in Anglos solutura. *Hispaniæ relationes.*

Rex Nauarrus Rupellam morte Condæi Principis viduatam se recipit, vbi Lauardino oppidula suâ molestanti gnauiter restitit, illiusque impetum præsentia suæ Maiestatis retutudit. *Campana. Aduers. Minist.*

Georgius Riualdinus magnus armorum Dux, & industrius capitaneus moritur in Italia. *Campana.*

Sedanienses insurgunt in Baronem Sarestleborgium & illum dissipant *Camp. Aduers. Minist.*

Iametium Castrum tentant insidiis, primũ excipere Lotharingi postquã diu obsedissent, sed tandem deditione capitur. *Campana. Aduers. Minist.*

Lanouœus se à capiundis armis, in Sedanij defensionem excusat: duabus rationibus. Prima quod religione id est data fide teneretur. Sic enim promiserat. Secunda quia noluit ingratus audire, erga Illustriss. Lotharingiæ Ducem, cuius beficio fuerat liberatus. *Campana. Aduers. Minist. Acta Gall.*

Marancium frustra Nauarrus liberare sperat, sed post absente grauiore exercitu, idem præsidium sibi subdit & Blanchardum Capitaneum Rupellam ducit captiuum. *Campana. Aduers. Ministror.*

Elizabetha Anglorum Regina coacta fuit ingruente Stuardo victore, & imminente Hispanorum classe diligenter, ad Iacobum serenissimum Regem Scotorum Legatos mittere: qui ipsam specialim de morte ignominiosa Reginæ Mariæ, apud Regem illius filium excusarent: ac eò se adactam fuisse Concilij Anglici importunitate, vt Anglia seditionibus liberaretur. Oh quanta turpitudo! phy quanta insania! apud filium se excusare de matris nece ob priuata excusantium se commoda. Ob quæ omnia Scoti non destitere ab inceptis. *Campana. Acta Gall. Aduers. Ministror. Scotorum arc. histor.* — 5685 — 1569

Et si Rex Christianissimus Duci Guysiano vetuisset Parisios accedere: tamen ille impatiens iræ regiæ, eò liberè contendit, comitatus 8. tantum suis nobilibus Parisios venit: &

recta

Anni Christi. — Anni mundi. — recta in hospitium Reginæ matris, deinde ad Regem, postquam cum Regina fuisset collucutus. Rex incandescens petit ab eo, cur contra suum mandatum huc venerit: Ille ait, ad se coram sua Maiestate purgandum criminibus, quibus sui hostes ipsum onerarant. Cùmque Rex pergeret iratci: interuenit Regina mater, & sermone interrupto cum illo agit: Interea Dux, cum Regina vxore loquitur. Id fuit nono Maij die. Postridie Rex cum Guysio placidè de multis agit. Interea admonetur à suis: vt sibi caueret. Esse paratas à Guysio Duce, contra se insidias. Rex eo motus accersit cohortes, quæ loca munitissima quæque occuparent. Parisienses nouitate rei perculsi commouentur & cauent portas, fenestras, & quicquid esset suæ opis, communiri. *Campana.*

Primi omnium Scholastici tumultuati sunt, & plateam Mauberti dictam occuparunt. Hinc vndique tota vrbe excurritur. Cathenæ extenduntur obstruendis vicis, doliis & trabibus singulis quadruuiis, & anfractibus vicorum, repagula constituuntur. *Campana.*

Rex eo rumore attonitus, lugentibus Reginis, spem vultu simulat, altumque premit corde dolorem. Et dum ait se velle hunc compescere motum sua præsentia. Ipse per portam nouam exit 12. die Maij circiter decimam, eum necdum esse paratum ipsum putaret Guysius, & conscenso equo, paruo comitatu quanta potest celeritate in Rambouilletum Castrũ contendit, cùm esset illa familia Regibus ab antiquo fidelissima. *Aduers. Minist. Campana. Acta Gall.*

Regina conata est, pluries Ducem adire, sed ob vicorum impedimenta, vsque in vesperum illius diei nunquam potuit. Eum autem hortata est adire Regem ac illi se excusare, sed non potuit sibi in animum inducere. Et ipsam etiam retinuit Parisiis. *Eadem.*

Rex Nauarrus ea audacia Ducis intellecta, vnum ex suis nobilibus mittit, Carnutes quò Rex peruenerat ac ei suum obsequium offer[illegible], quantocunque vellet Rex ei iubere. *Aduers. Minist. Act. Gall.*

12. Die Maij capta est sepia Piscis in Pomerania quæ signis maximè variis, fuit insignita: duo enses, duo pugiones. *Camp.*

Vltimo die Maij, soluit classis Hispanica, è finibus Gurpusquæ, & in Angliam contendit. *Campana. Relationes Hispanicæ.*

Malicorna gubernator agri Pictonum, belligeratur circa Rupellam, sui nepotis Lauerdini opera. *Aduers. Minist.*

Rex Nauarrus insulas Rupellæ adiacentes, præsidiis firmat, & portus munit: nequa Hispanicæ classis pateret aditus. *Eadem.*

Ad Regem Christianissimum, Parisiorum ciuitas & colligatæ vrbes, veniunt per Legatos, orantes, vt in gratiam, Guysianum ducem reciperet & hostem Nauarrum iudicaret, & sua hæreditate priuandum, qui re infecta discesserunt. *Acta Gall. Campana.*

Totus mensis Iunius in ea pacificatione consumitur à Regina matre, cùm Rex Rhotomagum petiisset: quò prius ierat Dux Espernonius. Et gubernatoris nomen à Rege obtinuerat, ipso etiam Rhotomagensi parlamento, hoc approbante & vt vocant verificante. *Acta Gall. Campana.*

1585 — 5673

5685 — 1596

Mense Iunio 26. die sol totus obscuratus, & illius loco est visus ensis nudatus. Per totum diem in Vinaria vrbe Germaniæ ipso meridie. *Campana.*

Illustrissimus Cardinalis Borbonius, cùm hæc omnia perpendisset, & animaduerteret, alium vt dixit, à pietate vera & religione Catholica zelum, in illo tumultu Parisiensi, consilio inito cum vno ex suis protonotariis Decurione Sanssulpitiano, die proprio Penthecostes, peracto sacro, sese ad præfe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.	Anni Christi.
ction em parat, vt ad Regem veniret Rhotomagum. Sed ea res innotuit Guysiano Duci, qui in mediis vesperis Sansulpitianis, eum in vrbem reuocat, nec amplius eum absque comitatu exire permisit. *Aduers. Minist.*		
Rex Christianissimus promulgat scriptum, quo in Guysianum Ducem inuehitur, vrbes colligatas accusat, quòd ipsi consentirent: & si quid vt obtendebant illæ vrbes, scripto diuerso, ipse Espernonius & frater suus Valettæ commisissent, suum esse illis reddere ius, non autem Guysiani Ducis, nec vrbium arma in Regem tollere. *Acta Gall. Campana.*	5673	1585
Cùm classis Hispanica portu Hispanorum solueret: tanta exorta est in eam tempestas: vt aliquot Triremes & Myoparones amiserit. *Camp. Relationes Hispanicæ.*		
Septimo tandem die Iulij, pax denuo facta est, inter Regem Christianiss. & Guysium Ducem, & indictus comitiorum dies in vrbem Blæsiorum, ab Augusto mense in Septembrem vbi de omnibus ageretur. *Campana. Acta Gall. Aduersar. Ministrorum.*		
Cùm Rex Carnutes Rhotomago reuertisset ad eum venit Guysius, & intercedente, Regina matre, cum Rege reconciliatus est. Redditus Delphinatus Mayennensi, & missus Niuernensis in Pictonas, qui bellum cum Nauarro gereret. *Eadem.*		
Nauarrus interea in Pictonia inferiore Montem acutum Castrum munitissimum obsidet, frustráque opem ferre Duce Illustrissimo Mercorio gestiente capitur, & validissimè ac diligentissimè communitur. *Act. Gall. Aduers. Minist.*		
24. Iulij classes ambæ hostiles, Anglica & Hispanica sese mutuo contuentur in traiectu Caletum. Thomas Hauuardus Mylordius generalis Anglicæ, dispicit se inferiorem fore, cum non plus decem milibus hominum armatorum gereret. Contra Hispanicæ Dux Illustrissimus Medinæ Sydoniæ, vnum & triginta pugnatorum millia gestaret. Itaque Anglus dolis intendit, & Dudraci industria Myoparonibus alligatis inuicem, quibus ignium artificialiũ esset ingens copia, illos Myoparones, impellit secundo vento in aduersam Hispanorum classem, vt in ipso articulo, concrepantium ignium subitus fragor Hispanos deterreret: & ventus simul cum flammis ipsorum classem diuerberans, naues disiunctas concremaret, quòd & factum est tanta felicitate industriæ, vt pars, Caletes qui portus est Franciæ appulerit vi huiusce industriæ tempestatis: ibique Dux Medinę Sydoniæ exscensionem fecerit. Pars verò Bajonam & Caput Britonum adierit, reliquus verò exercitus, turbine valido intra Scotiam & Irlandiam conquassatus, miserabilem tandem in Hispaniam reditum fuerit sortitus. Atque ita classis Hispana Ludibrium ventorum & maris extitit. *Campana. Aduers. Minist.*		
25. Iulij Legati Giaponenses in Macaon insulam regni Chinæ, peruenerunt longissimè à suo regno dissitam. *Camp.*		
Rex Nauarrus obsidet Beauuoysium dictum, alias Bellouacum Castrum natura loci & munimentis fortissimum, in Pictonia *Eadem.*		
Princeps Parmensis frustra, Bergam tentat. *Flandrica.*		
Princeps Chymayus recuperat Bonnam. Vbi Tassius strenuè moritur, & frustra Scheinchus Protestantium implorat opem. *Campana.*		
Rex Nauarrus Rupellæ suorũ habet comitia, vbi post multa hinc inde agitata ipse Rex Nauarrus parlamenta per Prouincias constituit, vt hoc pacto plebes ad alia Tribunalia se conferre non cogerentur. Apud Lectorates, Fustates vel Fotios, &c. *Aduers. Ministror*	5685	
Michaël Oquendo Hispanus guipuzcoæ Ammiralius, cum suis nauibus tempestate perit, in reditu classis ad litus Hispaniæ. *Campana. Relationes Hisp.*		1569

Robertus

Anni Christi.	Anni mundi	
1585	5673	Robertus Dudlæus Excestræ Comes, magnæ apud Elizabetham Angliæ Reginam, authoritatis, moritur. *Campana. Historia Anglica.*
		Septembri mense apud Blæsios, Rex Chrestianissimus consilia sua agitat: comitia inchoat, & ipse eis præest. *Acta Gall. Campana.*
		In illis Consiliis multa proponuntur, contra Nauarrum quæ nequaquam ausi sunt postea Colligati sustinere. *Aduers. Ministror.*
		Lugdunensis Archiepiscopus, vir singulari ingenio, & admirabili dexteritate, consilium dat Guysio: vt inter spem & metum, Regem contineat. *Aduers. Minist. Ipsius Documentum.*
		Secundo Mensis Octobris processio solennis instituitur, Blæsis ad implorandam numinis diuini opem, cui Rex Christianissimus interfuit deuotissimè, & omnes suo exemplo ad pietatem commouit. *Campana.*
		In comitiis Blesensibus orauit pro Ecclesia, Illustriss. ac Reuerendissimus Archiepiscopus Bituricensis, Primas & maximus Regis Christianissimi Eleemosynarius. *Acta Gall. Campana. Aduers. Minist.*
		Interuenerunt: Principes Cõtyus & Suessionensis & initio ità præmissum, non finem fore comitiorum sine sanguine. *Aduers. Ministrorum.*
		Iam antè Illustrissimi Principes Cardinalis Borbonius major, & Cardinalis Vindocinensis Borbonius minor, majoris nepos, mentem suam declararant: cum mortuo Principe Illustrissimo Condæo, ipsi genibus Regiis aduoluti, reos illius nefandæ mortis (cùm sublatus fuisse veneno diceretur) ad supplicium depoposcerunt. Ita nõ posset sensus humanitatis, à Principibus humanis auelli. *Acta Gall. Aduers. Minist.*
		Espernonius cùm esset Angolismæ, parum abfuit quin à quibusdam oppidanis caperetur, & interficeretur. Se ille fortitet tutatus est. Et in eo, Mulierē fortem se præstitit Illustrissima Candallæ Captallia, & pro coniuge Duce Espernonio, sese ensibus nudatis & globulis igneis missilibus opposuit Rex Nauarræ cò contendit, sed periculum euaserat iam dux, cùm in iter se Rex Nauarrus daret, quod vbi rescisit Rex Christianiss. magis illum adamauit. Et omnia illius in se vindicando facta probauit. *Act. Gall. Aduers. Minist.*
		Mense Nouembri Ferdinandus Illustrissimus Cardinalis Medices, galero renunciat, vt in se ducatum maximum Heturiæ: vt sobolis Illustrissimæ vnicum stipitem reciperet: quod illi à sanctissimo Patre concessum est, cùm ille nullo esset ordine sacro, adhuc tunc inauguratus. *Campana.*
		Intercessit pro familia Principum Borboniorũ, Illustrissima Princeps mater Illustrissimi Principis Comitis Suessionensis, qui etiam iamdudum se Ecclesię & Regi reconciliarat, quod arma pro Rege Nauarro gestasset: quatenus fouebat Caluinistas. *Acta Gall. Aduers. Minist.*
		Rex Christianissimus luculentissima oratione, comitia ipsa est affatus: vt quisque satageret salutis Regni & salua pietate de Principibus Borboniis Nauarro & aliis, ità decerneretur: ne quid simile esset deinceps, quo bella protraherentur, innuēs non ita facile posse Regem Nauarrum subiugi, atque in ipsis Comitiis damnaretur, qualia cernebat esse omnium vota. *Acta Gall. Campana.*
1596	5685	Rex Nauarrus eò mittit vnum ex suis, qui Comitiis ipsis suo nomine obnunciaret quod rata & firma esse non possent, cùm non essent legitimè congregata neque libera. Proinde quicquid in iis decerneretur, contra se inutile ac nullum fore. Ita protestatus est. *Aduers. Minist. Acta Gall.*
		Eodem anno agitatum est, per Nauarrum iubente Rege Christianiss. & ab ipso iudicibus cõstitutis de morte indigna

d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Principis Condæi vnúsque & alter extremo supplicio affecti sunt apud Sanioannangeriam. *Aduerſ. Miniſtro. Acta Gall.* — Anni mundi. — Anni Christi. 1585

In dies crescente Guysiani Ducis Potentia inuito Rege, ac fauentibus ipsi Duci Comitiis nimiopere: Rex ipse ex eo suspectior, sibi cauet: & prouidet ne ab ipso intercipiatur. *Campana. Acta Gall.* — 5673

Dux Mayennensis interea, Lugduni agebat exitum Comitiorum expectans: quique nunquam sui frattis Ducis Guysiani facta, in Regem Nauarrum, & alios Principes probauit & fertur de eo Regem admonuisse, omnium primus. *Acta Gall. Aduerſ. Miniſt.*

Dux Niuernensis in Pictonia Montem acutum recuperat. *Eadem. Campana.*

Inde Rex Nauarrus ægrotauit vsque ad mortem pleuritide laborans, degebatque tunc in quodam pago satis Montis-acuti vicino, & ab vno Chirurgo suo Martello ex Alençone vrbe, cùm omnes alij reformidarent eum contingere, sola missione sanguinis omni periculo liberatus est, vt breui sanus sit redditus. *Aduerſ. Miniſt.*

Interea Pseudo-Ministri vndique, noctuque diéque orationibus instant suo modo. *Eadem.*

Dux Niuernensis adit Garnachiam oppidum, cùm Castro munitissimo maritimum, & illud fortiter expugnare contendit. *Campana. Aduerſ. Miniſt.*

Rex Nauarrus consilio quorumdam inuadit circa auroram Nyorthense Castrum & vrbem, cùm tota nocte vehementer pluisset. *Aduerſ. Miniſt.*

Rex Christianissimus detectis Guysiani Ducis insidiis, vt ferebatur, idque per quasdam fœminas etiam Guysiani Stemmatis, fore vt Rex in Sancti Dionysij in Franc ia Monasterium recluderetur, atque ità arcanum quoddam consilium Comitiorum, ex ijs qui Duci fauebant impensius statuisse: exclusis regno omnibus Borboniis, memor alioqui eorum, quæ illi olim dixerat Dux Mayennensis de fratre suo Duce Guysiano, cùm se vndique constrictum cerneret, omnes quæ claues sui Castri Blæsensis, in manu ac potestate Ducis esse animaduerteret. Nil mouendum ratus vi aperta, in tanta angustia se probare simulat, vt præfectus generalis totius regni à Comitiis, Dux ipse declararetur: eamque promulgationem præfecturæ, in crastinum diem reiecit. *Eadem. Camp. Act. Gall.*

Ille crastinus dies fuit 24. Decembris, quo eodem & hora eadem qua Nauarrus Rex castrum Nyorthense cepit, Rex iubens ante quartam matutinam, vt sibi sactum pararetur in sacello suo extra castrum Blæsense, non ita procul: cùm iam comitia in aulam Regiam Blæsensem cõuenissent, iubet Ducem Guysianum ad se accersiri, idque à Pinarto secretario status Dux cùm tota nocte, se voluptati dedisset, vt fertur, Nauseabundus petit tragemata à cubiculario quodam Regis, & sic vlterius progressus circumspiciens, nemine illic præsente, statim videt è tapetibus prodeuntem hominem armatum in se, cuius collum ille constringit, & repente quinque alij ex latibulis emersetunt & in ipsum irruentes, interfecerunt. *Chronica.*

Alij aiunt ensem strinxisse dimidiatum in primum, atque ità sui interficiendi occasionem præbuisse. *Relationes. Aulicæ. Aduerſ. Miniſtror.*

Rex ex adyto prodiens, cùm illùm prostratum cerneret in hæc verba erupit, iam nunc Rex sum. *Campana.*

Audito strepitu frater Cardinalis Guysianus ferre opem voluit, sed à custodia Regia foris in aula anteriore, excubante inhibitus est, & captiuus factus, necnon cum eo quicunque ipsi Guysiano fauere agnosceretur. Vt Lugdunensis Archiepiscopus Borboni⁹ Cardinalis & alij, ex familia Guysiana, — 5685 — 1551

&eo

Anni Christi. 1585 — Anni mundi 5673

& eo ipso momento missus Dornanius Lugdunum, vt ab eo Mayennensis caperetur. *Campana. Acta Gall.*

Pridie vesperi oblatis epulis Duci, simul appositum fuit breuiculum sub quadra, quo admonebatur de periculo, sed petito calamo scripsit, ex altera parte hæc verba, *Non auderet* & breuiculum abiecit, humi quod postea Regi relatum fuit. *Aduerſ. Miniſtrorum.*

Frater Cardinalis postridie adductus in præsentem fratris Ducis Mortem, Regis iussu, cùm illi probra diceret, interfectus est, ibidem. *Campana. Acta Gall.*

Adierat Matrem Rex post Ducis mortem, ac ea salutatione illam euigilarat, dicens, *En nunc Rex sum, Guysius mortuus est* Respondit illa. Vtinã verè Rex sitis, & non regnũ suum Rex perdiderit, Respondit Rex paulò commotior. Nolite hæc curare, Domina, & discessit. *Acta Gall. Aduerſ. Miniſtror.*

Biduum spectaculo duo corpora fratrum ostensa sunt, ac post cremata. *Legatio Parisinorum ad Sixtum Papam.* & *Campana.*

Accesserunt ad Regem, Principissæ Illustrissimæ Namoursia mater defunctorum Principum, & Guysia ducissa vidua, eaque grauida, quæ corpora petierunt à Rege: sed ea ipsis denegata sunt. *Campana.*

Cùm Garnachia Duci Niuernensi, se dederet ellet, quidam excucurrit è medio Niuernensis exercitu, & quantum potuit, alta voce clamauit: viuat Rex Nauarræ, captum est Nyorthum, Dux Guysius fuit iussu Christianissimi Regis interfectus. *Aduersa. Miniſtror. Campana.*

Hoc erat in fatis ajebat Abbas Sanctæ Hubertæ apud Aurelianenſis, vt sic Dux Illustrissimus Guysius moreretur: Ipse enim ab illo Abbate Fatidico fuerat admonitus, sibi talem casum impendere, id tamen periculum vitari posse, si in medio comitiorum congressu recederet. Quod nunquam potuit, etsi vellet & fuerit conatus, sic discedenti ipse Abbas regnum pollicebatur. *Acta Gall. Aduerſ. Miniſtror.*

Idem Abbas tamen simul prædixerat etsi, sub conditione fore vt Rex Nauarræ, in Regem Galliarum, euaderet. *Ibidem.*

Bascias feratus à Persis in Persia vincitur. *Campana.*

Archidux Maximilianus Austriacus, in Polonia captiuus à Magno Poloniæ Cancellario retinetur, dum Sigismundus suecus, latè imperitat. *Campana Polonica.*

Multæ sectæ nouæ in Affrica, exoriuntur, contra legem communem Alcorani præsertim, de Monte viridi exeuntes. *Campana.*

Atque ita explicit huiusce epitasis bellicæ pars prima, hoc anno 1588. per omnes orbis vniuersi partes exacta.

Eodem Sixto Pontifice, Eodem Imperatore. Iisdem Regibus & Principibus.

ANNVS D. M. D. LXXXIX

1596 — 5685

VNDECIMO die postquam mortuus est Dux Guysius Illustrissimus, Christianissima Catharina Medicea, Regum Mater optima, animam Deo reddidit, cui iusta facta sunt à Rege filio Henrico tertio Galliæ & Polonię Christianissimo. *Campana. Acta Gall. Aduerſ. Miniſt.*

Ciuitas Aurelianensis se Regi dedit, sed cùm rei nouitas de morte Guysij Ducis, omnes attonitos reddidisset, deinceps ciues Aurelianenses exasperati sunt: præsertim quia vellet Gubernatorem quem ipsi nollent, eis reddere. *Acta Gall. Aduerſ. Miniſt.*

Ad Regem Nauarræ scribit Rex Christianiss. de morte Guysij Ducis, & post eam illi incipit reconciliari. *Ibidem.*

Similiter Espernonium ducem in gratiam recipit, à quo nonnihil fuerat abalienatus, & tamen modum ille tenuerat, cùm Northmannia Duci Mompensterio cesserat, qui eam

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectaret sicque sua illi fortuna (quamuis ægrè) constitit. *Aduers. Ministror.*

In publicum Rex Christianiss. caussas edit istius suæ in Guysios fratres & reliquos seueritatis: quam alij nimiam esse dicebant, & totam machinationem aperit, literas profert quibus Guysius Dux, se magnorum criminum alligant, *Ex ipsis Protestationibus & literis. Campana. Aduers. Minist.*

Rex Nauarrus aliunde promit, sibi esse molestum valde quod Rex Christianissimus, in eo rerum tam lamentabili statu extiterit: eorum artibus qui suos affines & cognatos Guysios in ea pericula coniecissent, quorum se tædere assumat, eorumque casum dolere. *Ipsæ Protestationes. Aduers. Minist.*

Scriptum Italicum prodit paulo pòst, quo factum Regis laudatur. *Anonymum.*

Vice-versa Colligati suos Principes deflent, & protestantur de iniuria sibi illata: necnon Parisinus populus ferè amens impos sui visus est, ob tantorum Principum tædium, vt ferè Regem ipsum pœnituerit. *Aduers. Minist. Act. Gall.*

Res mira Pali Regiæ Bearnij accidit, quidam hortulanus somniauit illa ipsa nocte, & hora qua Dux Illustriss. Guysius moriebatur, Regem Nauarræ fieri Galliarum Regem præuentibus ante aliis omnibus, vt etiam viderit Guysium à Rege Christianiss. & ipsum Regem à Dominicano interfici, & vrbem Parisiorum ferè ciuibus desertam, demum ab ipso Rege Nauarro facto simul Gallo, in antiquum splendorem restitui, & hoc omnibus ipso die declarauit. *Aduers. Minist.*

Cùm hæc Romæ audirentur, omnium suum præcelsum Sixtus summus Pontifex indignatione graui sensit commoueri: tamen etiam seipsum sustinuit. *Campana. Relationes Italicæ.*

Illustrissimus Cardinalis Aldobrandinus, tam prudenter & cordatè se in Polonia gessit vt illius ductu & auspiciis, pax facta sit inter domum Austriacam & Polonos, necnon Archiduci Maximiliano, reddita fuerit sua libertas. *Campana. Polonica.*

Sub finem Ianuarij, Legati Colligatorum & Parisini Romam adeunt: à sua sanctitate petunt omnia in Henricum Regem Christianissimum. Factum ipsius vltra modum etiam exaggerantes. *Campana. Ipsorum Legato.*

Sanctissimus Sixtus Pontifex, prudentia incomparabili, sibi esse audiendum Henricum Christianissimum, & Patrem se esse omnium communem apertissimè professus est. *Campana.*

Interea 23. Februarij aduenit Legatus Romam Reuerendissimus D. Episcopus Cænomanensis frater defuncti Rambouilletani Cadinalis Illustrissimi, qui pro Rege luculentissimè iuxta ac ponderosissimè egit: vt factum ipsius circa Guysios Sanctissimus Papa probare deberet, cum nil egisset nisi magistratu summo dignum, in subditos, vrgente præsertim necessitate, in quo sibi satisfactum esse Pontifex declarauit eò minus quòd Cardinalem Guysium se inconsulto peremisset, & Cardinalem Borbonium cum primate Galliarum Archiepiscopo Lugdunensi captiuos retineret. *Campana.*

Die Sancti Matthiæ Lugdunum se declarat colligatam Guysianis, quicquid contrà Alfonsus Corsus cordatissimus, item Espernonius Dux prudentissimus & frater ipsius Valleta pugnacissimus opposuissent. *Campana. Act. Gall. Aduers. Ministrorum.*

Secundo Martij Cardinalis Farnesius moritur. *Campana.* 5685

Postquam bimestre Parisini, Duces suos Guysianos luxissent, tandem Senatus Decreto quarto Martij Dux Mayennensis Præfectus generalis declaratur. *Campana. Aduers. Ministrorum.*

Anni mundi. 5673

Anni Christi. 1585

Rex Christianissimus contrà Guysios rebelles iudicat & Parisinos simul atque hosce suis priuilegiis spoliat. *Aduers. Ministror. Campana. Acta Gall.*

Iametij castri Duci Lotharingiæ dediti, eo anno explicantur conditiones Regis Christianissimi consensu. *Campana.*

Rex Nauarrus in Pictonia, ingentes progressus facit, & Castelleraldum capit, *Aduers. Ministror. Acta Gall. Camp.*

Naueres se ligæ siue colligatis opera Ducis Mercœurij se dediderunt, Idem facere gestit Rhedonum ciuitas, vbi est ipsius Snatus sedes, sed protinus recuperatur. *Ibidem.*

Tentat Dux Mercœurius in eas partes, vrbem Vitriam dictam pertrahere, sed incassum laborat. *Campana. Aduersaria. Ministrorum.*

Martio mense, pseudo-Ministris Bearnensis, incestum matrimonium, quod nonnulli ex suis laudarant, supina iuris vtriusque ignorantia, dissoluunt, authoribus Bordano Martellio Cajetano & aliis, apud Oloronenses. Tamen vitandi scandali, causa rem in manibus Magistratus summi relinquunt. *Aduers. Minist.*

Christiana Lotharinga Principissa serenissima iamdudum magno Hetruriæ Duci promissa, illi adornatur breui illuc ducenda. *Act. Gall. Campana.*

Flauia neptis Papæ Sixti, desponsata fuerat Duci Illustrissimo Bracciano, per procuratorem Vsimbaldum, & 20. die Martij altera neptis Vrsina ducit, Connestabulum Regni, Ducem Tagliacossium, magna, vrbis & totius Italiæ lætitia. *Campana.*

Aprilis vltimo Lotharinga adducitur, & lugubri veste posita, sponsalitiâ induit: & sic Magni Ducis vxor sit, comitata à Christierna Regina Daniæ auia Paterna, & Ducissa Brûsuicensi amita. Cum aliis multis. *Campana.*

Cùm expectaret Rex Christianissimus ab Episcopo Cænomanensi suo Legato apud Sixtum Pontificem, responsum à sua Sanctitate: ac interea nihil ageret, magni motus exoriuntur per totum Regnum: vt ferè ipse omni ope esset destitutus, & Rex trium aut 4. vrbium appellari posset. Mandat itaque Duci Niuernensi vt accedat ad se, Et suos captiuos ipse in propria persona, è Blæsius traducit in Castrum Amboysianum, secundo Ligeri. *Acta Gall. Aduers. Ministror.*

Breui post tempore, Ducem Ioyuillæ, qui nunc Guysius est, transfert in Turonum metropolim, relictis Cardinali & Primate & aliis quibusdam in Castro Amboisiano. *Ibidem.*

Tandem ipsum etiam Cardinalem, in Chinonium castrum munitissimum, sub Chauignyo Duce cordatissimo, etsi cæco transportari cum custodia fidelissima cauit, Et vxorem suam Ludouicam Lotharingam è familia Illustrissimi Ducis Vaudemontij, secundana Lotharingorum, illi dat hospitam: vt tædium aliquo modo senis Cardinalis, certis diebus, conspectu Reginæ leuaretur. *Ibidem.*

Tunc parũ abfuit quin castrũ Andegauense munitissimũ, cum tota vrbe, in partes colligatorum transiret: sed Regis prudentia & celeritate auxilij eò transmissi, retenta fuit vrbs in Regis potestate. In eo nauauit sedulam operam, eius vnus ex primatiis, qui per posticum noctu ingressus, suos animauit affines & cognatos quæ cùm magna sit cognatio & potens, aliis terrorem incussit. *Acta Gall.*

Rex Nauarrus semper cum Rege tractat, & conatur illum se in suas partes vocare, à quibusdam persuaderi. *Aduersaria Minist.* 5685

Hoc tẽpore detexit apette Rex Christianiss. arcanum consilium, quo illum semper veluti manu, Mater sua rexerat Catharina Medicea Regina, quæ illi moriẽs supplicaret, vt ad regni sui saluationem sibi suos Principes adiungeret, illorũ

Anni Christi. 1585

1596

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim interesse de regno,& ità conscientiam illi dictare: Necesse autem fuisse hactenus ità se gerere, ad ductandos partium animos. *Aduers. Ministr.* — Anni mundi. — Anni Christi. 1585

Idem de ambobus fratribus actum est, viuo Francisco Flandriæ Comite: vt hoc pacto Flandria recuperaretur. *Ibidem.* — 5673

Cùm sentiret Episcopus Cænomanensis Legatus, Regis Christianissimi sententiam excommunicationis in Henricum Regem acceleratì: ob Cardinalis Guysij mortem, & Borbonij cum aliis Prælatis retentionem: maturè intercessit: vt ratio tantæ difficultatis haberetur, qua Rex coactus fuerat eam extremis malis remediorum extremorum asperitatem adhibere, sed nihil impetrauit. *Camp.*

Itaque Maij 23. lata est illa sententia, in Regem Christianiss. & ipse intra certũ diem Romam venire, aut per procuratorem comparere iussus, vt de iis rationem redderet. *Campana.*

Dux Mompenserius Alençonio, tendit Falaysam oppidum, & illud obsidet pro Rege sed frustra. *Campana. Aduers. Ministror.*

Rex Christianissimus, quanta celeritate fieri potuit audita sententia in se lata: amplius non distulit, sed hostes Guysianos & suos omnes Collegatos iudicauit, Parisinos iterum priuilegiis priuat Parlamentum è Parisiis, in Augustam Turonum transfert. Vnde est, quòd multi ex primariis viris Parlamenti eò ad Regem discesserint. *Acta Gall. Aduers. Ministro.*

Per idem tempus, stringere calamum in Sixtum, plerique viri docti, in Turonum metropoli tunc arce Franciæ, & capite Regni: inter quos fuit D. Cetuinus, vir doctissimus & eloquentissimus. *Ibidem. Et scripta illius.*

Ex professo D. Dufayt Cancellarius Regni Nauarræ, & Bearnij scripsit libellum acrem, cui titulum fecit *Anti-Sixtus.* Idem scripsit plærâque in commendationem Regis Nauarræ: illius genium & ingenium graphicè depingens. *Eadem scripta.*

Ex alius doctissimi viri & & emunctæ naris studio prodierunt Philippicæ, acriore stylo, in subdola Hispanorum molimina.

In ipsum etiam Ecclesiæ statum corruptum, & de concilio reformando scripsit Vetuillius vir in omni scibili versatus.

E Turonum metropoli Rex profectus, in Pictonas: vrbs illa sese opposuit, & coactus fuit reuerti ad suos. *Acta Gall. Aduers. Ministror.*

Septimo Maij Magnus Dux Hetrutiæ, equites creat, Sancti Stephani: Marchiones Rianensem, Bagnium & Cornientem. Item Comitem Meldolensem, Philippum Pepolium, Alexandrum Vrsinum à Petiliano, Ferdinandum Rossium & Iulium Rianensem. *Campana.*

Circa idem tempus Episcopus Vicentinus nuncius missus à summo Pontifice, ad magnum Ducem, & magnam Ducissam donaria consueta dari à Pontificibus defert, & offert, & summa cum animi gratitudine. *Campana.*

Rex Persiæ petit à summo Pontifice, sibi suppetias dari, contra Turcam. Circa 23. Iunij. *Idem.*

Eodem tempore rediit, Illustrissimus Cardinalis Aldobrãdinus, rebus Polonicis optimè ad Ecclesiæ decus, & honorem Dei compositis cùm ante se misisset clarissimum Cythium nepotem suum, qui de omnibus rebus Pontificem summum redderet certiorem. *Idem.*

Refert de fratre Hyacintho Dominicano ad summũ Pontificem, vt digno qui canonisaretur, & in Sanctorum numerum referretur. Sed res dilata est in aliud tempus. *Idem.* — 5685 — 1596

Mayennensis tantum non Regem Christianissimum capit, apud Turonas, qui cum ingenti periculo tandem euasit, & in

Anni Christi. — Anni mundi.

1585 — 5673

vrbem receptus est. *Act. Gall. Aduers. Minist.*

Venit in defensionem Regis Christianissimi in ipso articulo, Rex Nauarræ, & ante illum suo mandato Comes Castillionæus, à quo Guysia ni ex suburbio quod perrumpere conabantur, & vrbem in uadere, magna virium præstantia & indefessa pugnandi contentione, toto die sub æstu & armorum pondere, etsi capite nudo, repulsi sunt. *Act. Gallia. Aduers. Minist.*

Summus Pontifex in eo totus est, his mensibus vt exules exterminari possint, & ad illum exulare bellum, Magnum Ducem hortatur & Ducem Ferrariensem. Ipsique magno Duci omnem in Romanos exules dedit potestatem. *Campana.*

Dudracus Anglus cum Anthonio Rege Lusitano Plymuthio soluens, Crugnium portum detegit & Penoriebam rupem, non longè ab Vlissipone dissitam inuadit, quod aliquantum terrorem injecit Hispanis, præfecto Comite Fuento Terraconensi. *Campana.*

Ficti quidam religiosi in Syria excitant plebes cõtra Amurathem, vt Assam Bascias res viderit ad Triatios ferè rediisse: cùm alioqui à Persis, magnas molestias pateretur. Vt etiam secundo Aprilis 5. millia Iannissariorum ab ipso Turca, petierunt caput Ebraymi generi sui, quia subinde falsas & circunciśas monetas ipsis obtrudebat. Et ipse Sultanus coactus fuit illis morem gerere. *Campana. Relationes Turcicæ.*

Carolus Mansfeldensis mense Maio, ad Bomeliam arcem contendit, eam expugnaturus: inde ad Bergam. *Flandrica. Campana. Aduersar. Minist.*

In tota Germania, satis quieta fuit res nisi quòd Protestantes suo more, cùm viderent tantam vndique turbationem voluerunt sibi caueri Edicto, generaliore: vt cuiuis liceret plenissima Conscientiæ libertate vti. *Campana. Aduers. Ministr. Ipsa edicta.*

Cosacchi cum Rõ illis contra Tartaros dimicant. Eo mittitur Mense Iunio Zamoischius Magnus Poloniæ Cancellarius à Sigismundo Rege Siueco. Et triduano prælio continuo Tartaros, cum suo Rege Granzaro profligat, in reliquum anni huius, adeoque in perpetuum. *Campana. Relationes Turcicæ.*

Bascias Ferat in Argieram secedit, & noui magni motus, in Africa contra Turcam excitantur: vt amplius nollent eum agnoscere Imperatorem. Imo etiam Magnum militiæ Melitensis Magistratũ in subsidium vocarunt. Et ipse eis Beccariam magnum Capitaneum & Asiæ gnarissimum mittit. *Campana. Relationes Turcicæ.*

Geneua à Duce Illustrissimo Sabaudiæ appetitur & partim dolis, partim armis obsidetur: cui sustinẽdæ & defendendæ, ob protectionem Regis Christianissimi adfuit Guytrius Dux generosissimus: & ex Illustri familia oriundus. Itemque ex parte Bernensium Dominorum, Ludouicus Erlachius. *Campana. Aduers. Minist. Acta Gall.*

Tunc Beza multis literis, nomine T. de may. ad dissimulandum, Ministros suos Gallos in regno Galliarum hortatur: vt sibi matri adesse velint. Et ad Danæum vsque in Bearnium: adeóque missi à Senatu Geuenensi, qui nummo, collectos reciperent. *Aduers. Minist.* — 5685

1596 — Post Beglierbeij Græcanici Ebraim mortem ignominiosam, quam vidit Amurathes socer suus illius amantissimus, propriis oculis: incensus est ignis tota Constantinopoli, vt ferè peritura videretur. Extinctus fuit diligentia Iannizzariorum, quibus cùm stipendium de more, in tali casu, non augeretur: omnes Iudæos ditissimos diripuerunt. *Campana. Aduers. Minist.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi.

Guyttius Clusam obsidet frustra. Sed Gessum capitur à Geneuentibus,& se illis dedidit Ripaglia, postquam multam famem & omnia mala, intus Geneua passa esset etsi reluctantibus Comite Martinengo, Barone & D. de Sono , mortuo etiam Barone Sanligietio & simul Dignyus Tononem vrbem reddidit Bernensibus. *Aduers. Ministror. Campana.* — 5673 — 1585

Aderant Sabaudiæ Duci Illustrissimo, Marchio generosissimus Sammartinensis, à Ducæ Illustrissimo Ferrariæ impetratus , simul Comes Hieronimus de Lodrono & Paulus Sforza ex Principibus, quem Colonnellum vocant. *Camp.*

Royna Dux industrius Vindorionum capit , & cùm eò progressus esset Mayennensis, Comes Briennæ capitur, apud Santoynum ,pagum Amboiano castro vicinum. *Acta Gall. Campana.*

Reges Christianissimus & Nauarrus , in mutuum conspectum & fœdus veniunt : quod plærisque fuit dolori, aliis verò summæ lætitiæ. Prius dudum egerat Nauarrus , vt se gratum haberet Christianissimus : & contra omnium suorum consilia, ipse eò liberè tetendit, cùm maximè Regem amaret, & cuperet audire Catholicus. *Aduers. Minist. Acta Gall. Campana.* Illud accidit circa Iunium mensem.

Rex Christianissimus deinceps , exercitum producit , & aduersus Parisios contendit: interea oppidis & vrbeculis, in medio itinere captis: Stempiæ militibus deditæ sunt , ob rebellionem, cum Pithi-veris gallicè *plusieurs. Ibidem.*

Eodem tempore Syluanectum à Torensi Mommorencio, fuit in fide & obedientia Regis firmatum, & ibi ingens edita strages Saueusæ, qui colligatos adibat. Ibi Arambura & Castillionæus Duces: se viros præstitere. Pro Regis tutanda authoritate. *Ibidem.*

Possiacum item oppidum, exiguum neque munitum , ausum est tamen Regi rebellare , itemque Pons-Ozæ , quæ omnia Rex præsens cogit sibi obedire. *Campana. Act. Gall. Aduersaria Ministror.*

Eodem mense Aprilis ciuitas Flandrica Saugertrudemberga, sese Parmensi reddit. *Campana.*

Schenckius autem Neomagi moritur. *Ibidem.*

Alençonium ciuitas primatia redit ad Regem, & simul pro Colligatis Dux Lotharingus arma profert , & germanos equites rumpit. *Ibidem.*

Dux ité Ioyosæ in Occitania sese colligatũ declarat. *Ibidem.*

Rex Christianissimus Parisios obsidet, per mensem Iulium: cumque esset in procinctu ciuitas , vt caperetur, per quendam iuuenem qui dictus est Dominicanus nomine Iacobus Clemens: adacto in imum Regis ventrem cultello, prætextu quarundam literarum, quas illi deferret , à Domino Præside Primario Duarlæo, quod falsum erat tamen , Rex ipse ab eo, ausu planè nefario interficitur. *Campana. Act. Gall. Aduers. Minist.*

Paucis ante mensibus , horrendum dictu nefas Parisiis acciderat: vt quidam ganeo perditissimus nomine Leclerc Regiam Majestatem , in Persona Senatus Augustissimi captiuam duxerat in castrum quod Bastillia appellatur , in Sancti Antonii portas: idque quia senatus lumen Iustitiæ tunc & semper colligatorum in Regem Christianissimum obsistebat. Inde fuit quòd Iacobus Clemens, vel ab alio persuasus vel astu proprio , tanti viri Illustrissimi Præsidis nomen obtegere suo sceleri voluerit. *Aduers. Ministror.*

Mortuo Rege Henrico Valesio , magnus luctus toto exercitu consecutus est: ac præsertim Henricus Borbonius successor illius, iure sanguinis legitimus,& ex asse, hæres per legem Salicam huic genti popularem , triduum integrum omni publico abstinuit. *Idem.* — 5685 — 1569

Anni Christi. | Anni mundi.

Henricus Valæsius Rex Christianissimus antequam more tetur,ad se Henricum Borbonium vocauit,& coram Principibus & præcipuis totius Regni Primatibus & Coronæ officiariis vt vocant, eum suum legitimum successorem declarauit, atque ab illis pro eo, iusiurandum fidelitatis & obedientiæ depoposcit. Ipse autem Borbonius , lachrimis abundis suum mœrorem testatus est. Aderant Mareschalci Bironius & Daumontius ambo fortissimi & strenuissimi, aderant Dux Espernonius,& alij. *Idem.* — 1585 — 5673

Aderat & Procurator Generalis totius Regni Guesslæus, ex Illustri familia Guesslæorum, vir eruditione clarus , probitate conspicuus , & gerendis rebus ab ineunte ætate maximè idoneus, in quo adhuc iuuene semper senilis effulsit grauitas, qui eum Magistratum inijt in ipso iuuentutis flore. Et etiam propter sui Magistratus summam authoritatem , idem Rex moriens de Rege succedente, magno amoris sui erga Borboniũ argumẽto demandauit, vt deinceps omnia illius nomine, se mortuo ageret. *Acta Gall. Aduers. Minist.*

Publicata fuit illius Regis Christianissimi mors impia, 4. Augusti talis sub sigillis Illustrissimorũ Cardinalis Gondij Episcopi Parisiensis,& vndecim aliorum testium Caroli Aurelianensis magni Prioris Franciæ , Ludouici Valettæ Ducis Espernonij, Mareschalci Byronij, Rogieri de Bellegarda Magni Franciæ Armigeri, Castri veteris Capitanei custodiæ corporis, Francisci Do Parisiorũ Gubernatoris, Caroli Balsac Capitanei custodiæ, Ruzæi secretarij, à mandatis Stephani belegni Capellani ordinarij & Ludouici de parade Eleemosynarij. *Campana. Acta Gall.*

Fertur Rex promisisse omnem summo Pontifici obedientiam , peperciisse omnibus adeóque iis qui mortem illi procurarant & intulerant: & sic post confessionem petiisse absolutionem , & obtinuisse in ipso articulo mortis: de qua vetuit etiam fieri vltionem. *Idem, eadem.*

Aduenerant è Castris in hospitium Regis, sui Principes sanguinis, Franciscus Marchio de Conty qui nunc princeps dicitur, Franciscus Dux Mompenserij , Carolus magnus Franciæ Prior , primi illius equitum lectioris armaturæ, Mareschalcus Bironius , Danuillius Primipilus Heluetiorum , Mareschalcus de Rieux , & D. Castillionæus peditatus Magister, qui omnes in Regem Henricum consenserunt,& Lanouæus Hugonotos vt vocant , turmatim ad Regem adduxit, vt eum agnoscerent. *Campana. Acta Gall.*

Altera ex parte, Guysiani omnes valde exhilarati sunt, præsertim Guysiana Ducissa Mompenserij Ducis vidua , gaudium sum celare non potuit : quæ etiam pro armorum suprasignio, insitas vel fascias (*Escharpes*) Gallicè viridis coloris gestari voluit à militibus. *Aduers. Minist.*

Solus Mayennensis Dux prudentissimus literis negauit publicè, ad se quicquam huius negocij attinere : sed id rorum ad suos authores referri debere. Neque id potuisse nisi à monachis excogitari. *Illaliteræ. Aduers. Ministrorum.*

Nihilominus Parisiense vulgus , istius miseri, hominis funus quanta maxima potuit pompa procurauit, atque ei honorem debitum sanctis conabatur impendere , etsi Domicani. Parisienses factum & hominem ipsum detestarentur magis. *Aduersar. Ministrorum.* — 1596 — 5685

Gestauit illius imaginem Ducissa illa, & plerique ex suis , in quo quantum vindicta fœminea possit , facile iudicatu est. *Eadem.*

Fertur etiam emanasse scripti genus, quod ad Papam referretur quasi factũ esset probaturus, quod omnino falsissimum est. *Eadem.*

Rex Christianissimus Henricus IIII. cùm videret exercitũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Anni mundi.	Anni Christi.
iuum diſtribuit, in tres partes illum diuiſit, majorem & præcipuam ſibi reſeruauit, alteram dedit Duci Illuſtriſſimo Longa-villæo Principi ſanguinis naturali, vt eam in Picardiam duceret. Tertiam Mareſchalco Daumõtio tradidit, vt Campaniam in officio contineret. Ipſe in Normaniam ſe confert, & totam eam percurrit, Cadomum vrbem præcipuam & alias multas recepit idque facilimè. *Campana. Acta Gallia. Aduerſ. Miniſtror.*	5673	1585
Corpus Regium Henrici defuncti, poſt exequias pro temporis & Loci opportunitate redditas, in Syluanectum Epiſcopalem vrbem, deinde (quia vicina eſſet nimis ipſi vrbi Pariſienſi) in vrbem Compendium dictum, in Picardia ſuperiore vulgo *Compiegne*, quia eſt locus munitiſſimus natura. *Idem Eadem.* Ibi etiamnum iacet.		
Cùm Diepam ciuitatem Regiam moleſtè haberet certum quoddam Caſtrum nouum, vrbs ſic dicta eò Rex Franciæ & Nauarræ aduolat, & primum Caſtillionæum quendam vicinum loci, illius hoſtem ſuum fundit ac perimit, Caſtrum nouum capit, & metu Diepam liberat. *Campana. Aduerſ. Miniſt.*		
Inde Rhotomagum vexat, quo tempore Marchio Menelæus, interfici Bõniuetum crudelitate inſigni, in eum poſt mortem exercita. Scilicet vt caput ei præciſum longiore pilo circumgeſtaretur in dedecus & ignominiam, quod poſtea etiam à Mayennenſi vindicatum eſt, Menelæo interfecto. *Campana.*		
Ea occaſione Mayennenſis coactis quantis maximis copiis, ad Regem cum eò certaturus accedit: & ſimul Rhotomagum moleſtia Regis liberat. Ibi erat thalaſſiarchus Villarſius magnæ inter Colligatos authoritatis. *Camp. & aduerſ. Miniſt.*		
Hoc præcipue cauebant Guyſiani, & præſertim Mayennenſis ne Nauarra inter ſuos Rex audiret Chriſtianiſſimus: Imo Pariſienſes & colligati Carolum decimũ appellitabant Cardinalem Borbonium, eo nomine obſignabant & cudebant etiam aurum & argentum. *Aduerſ. Miniſtro.*		
Rex Chriſtianiſſimus aduentante Mayennenſi ad ſuam Diepam confugit, vbi agitat de ſe tuendo ad vicum dictum *Arques*, vbi ſinguli Regij aduerſus Tricenos depugnarunt & victores euaſerunt, etſi ab heluetiis quibuſdam Regiis ſeditio etiã in ipſum Regem ortaſit medio conflictu: Rex nihil attonitus propria manu cum agmine militum, tormentum grauius Colubrinum in confertas Heluetiorum turmas diſplioſit, & ſic eos ad meliorem redire mentem coëgit. *Campana.*		
Mayennenſis præ pudore, ibi ſubſiſtere diutius non potuit, ſed retro Pariſios, vnde venerat profect⁹ cũ exercitu reuenit, nec ſatis benè à ſuis acceptus eſt: & magno animi mœrore videbatur confici *Aduerſ. Miniſtr.*		
Rex Chriſtianiſſimus miraculo liberatus, decernit Pariſios inuiſere intra menſem, & ſuis mandat, vt ſibi adſint omnes. *Aduerſ. Miniſtror. Act. Gall.*		
Guyſiani rumorem ſparſerant de Rege Chriſtianiſſimo, quòd iam iſi Angliam traiecisſet: & ſane ajunt à quibuſdam Regiis ità fuiſſe deliberatum, ſed Regem reſpondiſſe, ex Regulâ ſphæriſtindæ, qui ludus eſt pilæ palmariæ, *qui partem deſerit, illam amittit.* Hoc inquit Regnum pars mea eſt, nunquam illud niſi morte deſeram. *Aduerſ. Miniſtrorum. Acta Gall.*		
Septembri menſe profectus eſt Roma Cardinalis Illuſtriſſimus Gaietanus, Legatus Franciæ à Sixto Pontifice datus. *Campana.*	5685	1569
Id autem ità accidit, vt cum Colligati quendam Commendatorem *de Dieu*, miſiſſent poſt mortem Henrici III. ad		

ſummum

Anni Christi.	Anni mundi.	
		ſummum Pontificem cum hac inſtantia, vt ſibi adeſſe vellet ſe, eſſe cum tota nobilitate & principibus Regni concordes, ad inſtituendum Regem Carolum decimũ, Cardinalem Borbonium ſua benedictione eſſe opus.
1585	5673	Aliunde ex Principum ſanguinis & Mareſchalcorum Regni, qui ſummam obtinent poteſtatem cum tota nobilitate quæ Henricum 4. amplexa fuerat, Illuſtriſſimus dux Lucemburgius Dominus d'Eſpigny ſuam ſanctitatem ſalutarat: cum tantis rationibus ſui facti, in eo quod Regem nondum Catholicum, imò etiam excommunicatum ſequerentur: vt dixiſſe feratur ſummus Pontifex, de Rege (cùm quæ eſſet illius natura intellexiſſet) Pœnitet me tuliſſe ſententiam, & ab eo, tempore conabatur Henricum Eccleſiæ reconciliare: quod etiam Lucemburgius Regio nomine pollicebatur. *Campana. Aduerſ. Miniſt. Acta Gall.*
		Gratiſſimus fuit Sixto Pontifici, Orator Egregius Principum, qui pro Illuſtriſs. Duce Lucemburgio orationem habuit: Hugo Leſtræus. Conſiliatus Regius & Baſſignyæ Prouinciæ in Campania Balliuus, adeo vt ei Sixtus hæc dixerit, *ſi quid tua cauſa aut tuorum poſſim Mileſteræ, ad me, ad me ſolum referas velim. Aduerſar. Miniſt.*
		Menſe Octobri moritur Illuſtriſs. Cardinalis Sanctæ Crucis, magno totius Eccleſiæ damno. *Campana.*
		Dum hæc à Rege Chriſtianiſſimo gererentur, in Francia, Pugnaciſſimus Valletta Prouinciæ gubernator, Lambertum Nobilem cum ſuo Caſtro capit, quo etiam tempore, Nobilis eques Stampianus, à Comite Carſio funditur, & ſic fuſus Stampianus Tara ſconem deditione ſpontanea capit. *Camp. Aduerſ. Miniſtr.*
		Interea ſatagebat Dux Sabaudiæ, in ſuas partes, Delphinates pertrahere: quibus etiam multis verbis per duos Legatos Iacobum Generalem tormentariorum & Ancium Conſiliarium perſuadere conatus eſt, ad ſe Regnum totum Franciæ pertinere: cui reſponſum eſt à Senatu Gratianopolitano, Eam rem ad vniuerſam Galliam ſpectare. *Campana. Aduerſ. Miniſt.*
		Fecit idem Pontifex Anſæ & Vticulis pontes, vt pontus eſſet vſui, & vitaretur periculum tranſfretationis, quod plærisque mortale erat, præter alia incommoda quæ ſarciuit. Delectabatur ille Sixtus, ornatu magnificentia & liberalitate, quæ duæ ſunt præcipuæ Principum omnium virtutes. *Campana.*
		Rex Chriſtianiſſimus ſuburbia Pariſiorum inuadit circa finem Octobris, & ipſa feſti omnium Sanctorum vigilia, Caſtillionæo aggreſſor e per S. Iacobi portam, vt in vrbem vſque fuerint permulti ingreſſi, & ſi Rex conceſſiſſet, capta erat vniuerſitas, quæ præcipua eſt pars Pariſiorum ob ſcholaſticorum frequentiam, qui facilè ad arma concurrunt, ſed noluit Rex arcem Regni militibus diripiendam exponere, neque etiam ſuos milites onuſtos præda, à ſe abalienare. *Aduerſ. Miniſt. Acta Gall.*
		Tunc in Picardia ſuperiore agebat Mayennenſis, quò ſe contulerat poſt ritos ſuos in Regem & Diepam cõnatus: cum audiſſet eam Prouinciam Longa-villano milite vacuam: & ſibi paratæ eſſent, in Feram oppidum inſidiæ. *Act. Gallia. Campana. Aduerſ. Miniſt.*
1596	5685	Cùm Rex Chriſtianiſſimus videret ſibi tempus fluere innutiliter, tripertito exercitu contendit in Vindocinenſem agrũ ſuæ paternæ ditionis: dimiſſis d'Aumontio Mareſchalco fortiſſimo in Burgundiam, Nyuernenſi Duce Illuſtriſſimo in Campaniam, cum genero ipſius Longa-villæo, Picardiæ gubernatore. *Eadem. Idem.*
		Menſe Nouembri Iacobus Rex Scotiæ Annam Principiſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni Christi. | Anni mundi.

tam Daniæ, Fœderici secundi Regis filiã, ducit personaliter in vxorem: cùm è Scotia ipse, ad eam alto mari obuius fieret, in algasiã quàm etiam prius Augusto mense sibi, per suum Connestabulum Scotiæ in Crombergo Daniæ desponsarat detenta autem fuerat vi tempestatum. *Campana. Scotica Historia.* — 5673 — 1585

Prius ille multis egerat apud Regem Nauarræ, nunc Christianissimum: vt suam sororem illi vxorem daret, Et in eam legationem venerant, Lilius nobilis Gallus, qui cum Rege Scoto fuerat educatus. Iste Pãum Regiam Nauarri accesserat, deinde Meluinus nobilis Scotus, Item Salustius Barthasius Poëta insignis ab eo Nauarrenos missi sunt: sed Catharina non potuit transmarina fieri. *Aduersus. Ministror.*

Eodem mense Nouembri Valetta Gubernator Prouinciæ, Tolonem oppidum maritimum capit: & inuadenti Prouinciam Sabaudiæ Duci fortiter restitit. *Act. Gall. Campana.*

Rex Stampias oppidum à Guysianis receptum obsidet quia esset emporium rei frumentariæ commodissimũ, Item Vindocinum & alia pleraque oppida. *Acta Gall. Campana.*

Stampias venit Christianissima Ludouica Lotharinga, Vaudemontia vidua defuncti Regis, ei instat de vltione necis Regiæ, & singulos Principes & Primates Regni, vt sibi adesse velint, cui supplicationi Rex annuit magna sponte. *Campana. Acta Gall. Aduersaria Minist.*

Vindocinum Rex clementissimus permisit diripi, in Iustissimam populi istius nequam & peruicacis vindictam: cùm non solùm eum pro Rege agnoscere nollent: sed etiam quamuis sui essent naturales subditi, tamẽ magistratibus suis ordinatiis in eius contemptùm obstinatè rebellabant. *Camp. Acta Gall. Aduers. Minist.*

In nouo mundo, insulæ Philippinæ nouum Gubernatorem habuerunt, cùm à Piratis Giaponensibus & Chinensibus infestarentur. Is fuit Gomesius Perez de Marignanzo, qui procurauit eos agros coli, & pascuis pecudes & armenta omni fariam generis, multiplicari, cum seminibus etiam nouis. Ita vt qui nouus est nobis mundus ex illius recognitione, ille idem sibi ipsi nouus orbis dici debeat, nostratum consuetudinum introductione. *Campana.*

ANNVS D. M. D. LXXX.

Eodem Pontifice, SIXTO V. Eodem Imperatore. Rodolpho. Henrico Borbonio Christianissimo Frãciæ & Nauarræ Rege, Alijs iisdem Regibus & Principibus.

ANNVS hic 1590. continuat Epitasim malorum ob Pontificis magnifici amissionem, necnon aliorum primo ferè suo conspectu, ab oculis nostris substractionem,

Initium anni huius valde molestum fuit toti Italiæ, tum ob communem malorum omnium toto orbe consensum, tum propter exulum incursationem molestissimam, qui etiam hoc anno nouum caput infelicitate Italiæ nacti sunt, Alfonsum Piccolominium. Is valde charus magno Duci incurrit in illius offensam, atque illi sese opposuit. Inde electus exulibus se adiunxit magno suo malo. *Campana.*

Mayennensis Pontem Oze vrbeculam Parisiis vicinam primo die Ianuarij tormentis validissimis agitat, & inuadit sexto eiusdem, inde electis militibus, cum scipione nudo ad manum sine aliis armis. *Campana. Act. Gall. Aduersaria Ministrorum.*

Dum Rex Christianissimus ingentes progressus facit, in Cœnomanensi agro, capta Argentona & obsessa Falaysa, vbi erat Brissaccus nobilissimus, fortissimus quidam Capitaneus Picardus eques auratus: Mayennensis Meulanum vrbeculam supra Sequanam obsidet & fortissimè missilibus ignitis grossioribus batuit. *Idem. Eadem.* — 5685 — 1569

Capta Falaysa Lexouium Rex contendit, ac interea Legato

Anni Christi. | Anni mundi

gatos Illustrissimo Gaetano, edictum promulgat nisi ad se rectà veniret non fore legitimum, alias protestabatur, frustra eum suscipere nomen Legati. *Aduersus. Ministror. Acta Gall.* — 1585 — 5673

Lexouio dedito, Vernolium per Suessionensem Comitem Principem sanguinis Illustrissimum sibi Rex asciscit: Item Ponteaudemaram maritimum oppidum. Denique Honfloio capto Rex satis habuit otij, vt Meulanenses auxilio iuuaret, Ita tamen vt nequaquam cum Mayennensi consereret manus, sed collectis adhuc maioribus copiis deinceps compareret. Quo facto soluit obsidionem Mayennensis & Possliacum batuit: sed Rex Parisios contendit, eo animo, vt illum inde auelleret, *Campana. Act. Gall.*

Neomagensis Snaterus Capitaneus, ingentem auri summam in medio itinere intercipit ab Arnehemo in Scheutoij Castrum. *Campana.*

Mense Ianuario Anna Dana Iacobi 6. Scotorum Regis vxor, aduenit in Scotiam, vbi nuptiarum lætitia publica, summa solennitate peracta fuit. *Idem.*

Februario mense Rhotomagense castrum, in partes Regis transiit, & à quodam Allegrio, ex nobilissima familia captum: quod postea statim Rhotomagenses recuperarunt. *Idem. Minist. Aduersus.*

Comes Egmontius à Parmensi in Colligatorum subsidium missus est, *Ibidem.*

Vrbem Druidarum *Dreux*, dictam vulgò Francico Rex obsidet. *Acta Gall. Campana.*

Quo tempore cùm Mayennensis se satis parem putaret fore: qui Regi contrairet & cum illo congrederetur, Rex hoc intellecto aciem instruit in crastinum, quo totus Mayennensis retusus fuit impetus ad Yuryum pagũ, Rege diu hostem persequente. Ipso autem Duce Mayennensi fatente, fœlicissimum esse Principem. Idque Mantæ, cùm Rex apud Rosnyum Castrum vetustissimum & nobilissimum sed nullius momenti, ad Regiæ personæ custodiam, vt mirum sit Regẽ Christianissimum quali est ingenio, non occidisse in prælio, vel non perisse in hospitio. *Campana. Aduersus. Ministror. Acta Gall.*

Deinceps Regis Christianissimi res prosperè cesserunt, & contra Colligati cœperunt ruere, inter seque dissentire: multi enim in eo prælio, etiam magni nominis perierunt alij etsi elapsi sint, tamen inferiore postidhac animo semper extiterunt. *Aduersus. Ministrorum.*

Statim postquam Manta discessit Mayennensis, illa venit in potestatem Regis Christianissimi. & illius est gubernator constitutus Salomon Betunius, ex antiquissima & potentissima Comitum Hannonicorum familia, quamuis ipsi dicant Flandricorum, quæ alia est. Frater erat Roinij, & omnes nati Caluinitæ, ille Salomõ cum ephebis excessisset, protinus hæresi se abdicauit. *Aduersaria Minist.*

Mayennensis inde profectus, Luteciam Parisiorũ ingredi noluit, siue ad continendas exercitus diffusi reliquias, siue alia quauis de causa. Siue etiam, vt nonnulli volunt, quia semper is, ei animo insedit scrupus, non fuisse satis in Iani huius belli suscipiendi ab initio causam. Neque tãta autorum fuisse prædicabat apertè, nisi eum iniuria fratrum, quos sic defunctus Rex Henricus III. iusserat interfici, commouisset.

1596 — 5685 — *Eadem.*

Hoc præliũ admirabile fuit cæteris gentibus, accidit mense Martio, die 12. in quo bis visa fuit Gallia, sub Gallis prostrata humi & fere deleta. *Aduersus. Minist.*

Per id tempus Hispani in Flandria, rebellarunt suo more, & sic Bredæ Castrum capitur ab hostibus, & Castrum Sangertrudense per insidias etiam occupatur: & à Comite Vincen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lio Cæpra fortiter defenditur. *Campana. Flandrica.*

Rex Christianissimus Manta capta quieuit, cùm sibi Parisienses valde ab ipsius impetu metuerunt, & si processisset facile, ipsa vrbs se deditura fuisset, in tanta animorum consternatione. *Aduers. Ministror. Campana.*

Breda capta, quæ est arx inexpugnabilis, Dux Parmensis omnes Capitaneos, morte mulctauit: vt esset exemplum posteris, tuendæ melius disciplinæ militaris. Ab eo supplicio euasere immunes Marchio Vintemilianus & Capitaneus Dominicus Repeta, priuati tamen fuere suis signis. *Camp.*

Inde Seuembergam capit Mansfeldius Comes vt necessariam maximè Bredę recuperandæ, circa quam multi primariæ notæ Capitanei & milites occubuere. *Idem. Flandrica*

Nihilominus Mauricius Nassauuiensis Comes, Neomagum aggreditur, illiusque turres concutit, at illi suppetias venit Comes Mansfeldius, vt irritus fuerit Mansfeldij conatus. *Idem.*

Interea Rex Christianissimus postquam frustra Drusios, iterato obsedisset, in transitu: rectà Parisios contendit, & vndequaque exercitu suo cingit, vt multam famem & alia grauia incõmoda passi fuerint Parisienses. *Acta Gall. Aduers. Ministrorum. Campana.*

Fuit ibi magna contentio inter Regem & Duces exercitus, cùm ipsi nil magis cuperent quàm sibi potestatem concedi prædæ: & eò nomine indubiè fuissent ingressuri, Rex autem vt Pater bonus suæ vrbis Regiæ, illi flagra tantum & minas ostendete voluit. Fuit lepida cuiusdam veteris Heluetiorum Turmarchæ increpatio erga Regem, cùm ei suo more diceret, se Regem Deo belligerare, quia non vis, inquit ô Rex, quod Deus vult, nimirum vt hæc vrbs destruatur: Regem autem respondisse ferunt. Ecquid te bone vir pigeret tot vini optimi dolia quæ ibi affectuantur, profundi tam inutiliter. Hæc, subdit Heluetius, ô Rex iocatus eram. At ego ait ille serio sum loquutus. Hinc apparere potest, quàm sit verè Regium Henrici IIII. ingenium, & quàm acre iudicium, quanta mansuetudo: etiam in ipsa sæuitia & crudelitate armorum ciuilium, vt suis parcere maluerit, quàm vindictam sumere de iis qui suo Regi tam obstinatè rebellabant. *Aduers. Minist.*

Tunc aderat Parisiorum Gubernator Dux Namoursius Illustrissimus & fortissimus, quique nil humile saperet. Aderat Legatus Gaetanus, Item Mendoça pro Rege Catholico, necnon magnus ille concionator Panigarolla, qui omnes hortatibus nummis re frumentaria & aliis opibus tenuiũ animos ad patiendum roborarent. *Campana. Aduersaria Ministrorum.*

Aderant & Principissæ Lotharingæ, Namourcia mater Mayennensis & auia Guysianorum, ipsa etiam Guysiani Ducis vidua, cum suis liberis natu minoribus, erat & Ducissa Mompensiria, quæ omnes sua humanitate etiam ipsos ægros & vulneratos omni ope iuuabant & consolabantur, admotis etiam manibus ad curationem ipsam. *Aduers. Ministror. Campana.*

In eas angustias redacti sunt Parisienses hac obsidione, vt etiam carnibus equinis, caninis & eiusmodi vesci coacti fuerint: muribus, catis, sebo & aliis rebus nauseabundis: adeóque ex cineribus ossium humanorum sunt qui panem confecerint, sed nullo profectu. *Aduers. Minist. Acta Gall. Campana.*

Cardinalis Gondyus Illustrissimus Episcopus Parisiensis, conatus est, hæc omnia componere & cum Rege pacisci. Idem tentauit Marchio Pisanensis, cùm Illustrissimo Legato Gaetano, & Regem de eo conuenerunt, sed respondit Rex, non posse vllam dare pacem subditis rebellibus: nisi ipsi in officio essent, & sibi obedientiam omnimodam præstarent,

Anni mundi. 5673

Anni Christi. 1585

5685

1596

Anni Christi. 1585

Anni mundi 5673

quæstus est præterea grauiter, de Hispanis, qui malis artibus prætextu pietatis, regnum Franciæ Inuadere conarentur. *Eadem. Idem.*

Interea S. Dionysi celebre oppidum, sese dedit Regi post longam obsidionem.

Aduenit tandem post Iulium ferè exactum, Dux Parmensis, qui in eo articulo Regis animum suspensum, tenuit. Ille ingenti exercitu statim Lagnyum oppidum obsedit & cœpit, Rex post multam deliberationem, obsidione soluta eum ad prælium prouocat. Parmensis recusat, in certamen congredi, & Corbeculam oppidum capit à Rege discedens, vt Rex tandem suum exercitum soluere fuerit coactus. *Eadem. Idem.*

Dum hæc Parisiis gererentur, captus est à Parisinis, Dandelotius Ammiralij Colignij filius, qui cùm esset Catholicus facile se pecunia redemit: & bene ab illis tractatus fuit. *Campana.*

Eodem tempore accidit duellum inter duos nobiles Gallos, *Monglas & Contenant* nulla inter eos, victoria. *Idem.*

Tunc etiam Dux Sabaudiæ in Prouinciam facit progressus ingentes: & Aquæ Sextiæ se illi dedunt, vt suam Prouinciam seruaret Regi futuro, qualemcunque, Deus concessisset: ac interea eandem hæreticis repurgaret. *Aduers. Mimist Acta Gall. Campana.*

Rex conatur Parisios subductis militibus inuadere clam, sed non respondit euentus. *Idem.*

Dum Parisij obsiderentur, moritur Lussonij Cardinalis Borbonius, quo translatus fuerat Regis Henrici IIII. sui nepotis mandato. Inde est cœpta apud obsessos deliberandi occasio, vt conuocatis omnibus de tuenda ciuitate iuramento præstito sibi cõmpromitterent: quod & factum est in manibus Illustrissimi Legati, ab omnibus tam secularibus quam Religiosis, & Prælatis & magnatibus: ac totius Regni præcipuis consiliariis in Parlamento Parisiensi, quotquot illic aderant. *Campana. Act. Gall. Aduers. Minist.*

Dux Sabaudiæ capit forum Iulij, quod vulgo dicunt *Freius* Episcopalem sedem, & ferè rerum omnium potitur in prouincia. *Idem*

Mansfeldius eo tempore Neomagum infert cibaria, ne absente Parmensi veniret in potestatem hostium, cum ei valde instaret Comes fortissimus Mauritius. *Flandrica. Idem.*

Toto Galliarum regno nil amplius memorabile fit, sed tantum omnes euentum Parisiorum expectare videbantur. *Acta Gall. Aduersaria Ministror.*

Tum Germania tota querelis protestantium repletur, contra Hispanos: qui apertè totius orbis imperium molirentur, quibus tamen Austriaca domus, nil amplius respondere voluit, nisi vt pace ipsi fruerentur & imperata facerent. *Campana.*

Illustrissimus D. Legatus in Italiam reuertitur, & simul Dux Parmensis in Flandriam. In transitu Dux Niuernensis in Campania coram Duce Parmensi, ruit non magna strage. *Acta Gall. Idem, Aduers. Ministror.*

Verdugus Capitaneus in Frisia, valde à Mauricianis affligitur, cui maturat opem ferre Dux Parmensis. *Campana.*

Extitit illis temporibus, vir industrius & subdolus, Marcus Bragadin* venetus dictus *Mamugna* ex cibi genere, quo delectabatur. Is diu in admiratione fuit apud omnes, quòd cùm esset tenuis fortunæ tamen viueret splendidissimè. Detecta autem fuit ars illius, eiusmodi scilicet quod sciret Mercurium quem vocant, in aurum conuertere: Sed cùm sibi nimis fideret, postquam apud Marcum Contarenum Illustrissimum, periculum fecisset illius arcani, tã multo se dictim obstrinxit apud omnes: vt fugere sit coactus mense Septembri, Paduam

5685

1596

Universidad de Deusto
Biblioteca

primùm deinde in Germaniam vbi à Principe Bauaro mense Augusto sequente, postquam illius detecta fuisset fraus iubetur suspendi, & sic laqueo vitam finiuit: sed ajunt Principem voluisse ei ex filo aureo funiculum necti, quo strangularetur & patibulum ipsum totum Bracteis aureis & argenteis operiri. *Campana. Germania.*

Augusti vj. diem suum obijt Pontifex Sixtus 5. Pijssimus & magnificentissimus. Falsum est quod dicitur de eo, cum Rege voluisse conuenire, ea lege vt duceret vnam ipsius neptim vxorem. Nam erant iam ille maritis Ducibus Italiæ collocatæ, vt vidimus. Et de Michaele Petretti nepote conuenerat etiam de eo, cum Somaglienſi Duce pro illius filia vt jam esset extra omnem rationem de ipso matrimonio Regis agere, Nec credendum est aliunde quod dicitur de Sauellio iuuene, cui duos annos Pontifex dedisset, ac proinde biennio ante esse mortuum quàm debuisset, primum enim est, certus dierum numerus à Deo præscriptus vitę hominis: neutiquam mutari potest. Nec item hoc ad quendam iuuenem exsuis, qui cùm per ætatem non esset aptus rebus gerendis, vt dixerit Pontifex se illis dare duos annos ex suis, & sic eum reddere idoneum. Quis enim non videt hoc esse ridiculum? Sunt ergo fabulæ hæreticorum. *Campana.*

Anni mundi.		Anni Christi.
5673	*Vixit Sixtus 5. Pontifex 5. annos menses 4. & 3. dies.*	1585
	Vacat sedes 18. diebus.	

DIVINA.

XV. OCTOBRIS 1590. Creatur Pontifex Vrbanus vij. Prius Ioannes Baptista Castagna dicebatur natione Romanus, fuit præses Tridentini Concilij, Nuncius apud Venetos & apud Regem Catholicum & cum eo concluſit ligam dictam. Bononiam gubernauit, fuit sanctis moribus præditus, & vita innocentissima sed dubijssimæ valetudinis, non vixit nisi 13. diebus in Pontificatu. Non potuit coronari: mortuus est 27. Septembris. Vacauit sedes duobus mensibus, & nouem diebus. Facta fuerat illius electio, diuinitus omnium consensu & vna voce. Hoc anno incipit valida fames, quæ Italiam vexauit 7. annos continuos magna rerum omnium penuria *Campana. Chronologia Pontificum.*

HVMANA.

Hoc tempore qui ab Ecclesia seiuncti sunt, Turcæ opem imploraruntcontra Catholicum Regem & Papam: sed ipse Amuraches distentus à Persis, nihil eis potuit præstare auxilij, nec satis habuit otij ab re sua. *Campana.*

Archidux Maximilianus moritur relictis vndecim liberis, ex Anna Bauara, cuius mater etiam hoc anno mortua est, & Anna filia Regi Polono nubit *Campana. Relationes polonicæ.*

Hoc tempore renouatæ sunt Turciæ inducię, per Volgangum Henricum vt esset aliquod ocium Sileſiæ & alijs vicinis regionibus. *Idem.*

Relatum est itidem fuisse hoc anno factam treguam 10. annorum inter Turcam & Sophum Persarum. *Turcicæ relat.*

DIVINA.

DECEMBRIS quinto die electus est Gregorius 14. prius dicebatur Nicolaus filius Francisci ex nobilissima familia Mediolanensi Sfondrata. Creauit 5. Cardinales & inter eos, nepotem suum, Bandinum Illustrissimum eique totum gubernationis pondus commiserat, sed cum parum tuta esset valetudine, non vixit plusquam 10. mensibus & diebus totidem obijt 15. Octobris die martis septima hora noctis ex stranguria & fluxu. Vacauit sedes 13. diebus. Mortui sunt

5685		1596

Anni Christi.	Anni mundi	
1585	5673	illius Pontificatu, plus quam sexaginta hominum millia ex annonæ caritate, Romæ & in Vmbria ferè omnes. *Campana. Chronologia Pontificum.*

HVMANA.

REGII Ministri Philippi Hispaniarum Mediolani, obseruant ac dispiciunt per certas quasdam personas incognitas, castella Brixiæ & Bergami, vnde apud Venetos magna oritur belli suspicio. *Campana.*

Rex Christianissimus versus Carnutes mouet suas copias, atque vrbis obsidionem parat. *Aduers. Ministror. Campana. Acta Galliæ.*

Nil amplius memorabile hoc anno gestum est, in Gallia, & ita est exactus ille annus 1590.

ANNVS D. M. D. LXXXXI.

MAGNA fames in Italia, Romam præsertim vrget, cui sustentandæ omnes Principes inuigilant, & ex suis quisque regionibus omnem submittunt commeatum, nec quicquam defuit. Præcipuè Magnus Dux Hetruriæ in eam Prouinciam incubuit. *Campana.*

Vndique Legati Romam veniunt ad præstandam summo Pontifici obedientiam & interea fit coniugium N. Sfondrati equitis Sancti Iacobi nepotis Papæ, cum filia Illustrissimi Principis Massæ. Et ea de causa venit mater Principissa Romam, vbi honorificentissimè excepta est ab ipso Pontifice. *Campana.*

Picolominius exulum Capitaneus, à militibus Magni Hetruriæ Ducis capitur, & ipsius iussu excarnificatur: illiusque bona fisco addicuntur. *Idem.*

Cùm haberet ille Piccolominius castrum vulgo Montem Marciatum dictum, illud suo iure sacra sedes, cùm esset in suo territorio sibi vendicat: & titulo Ducis, nepoti Papæ attribuit feudi nomine. *Idem.*

Mense Februario numerata sunt Romana Capita, ad 117. millia vtriusque sexus electis multis millibus quorum onus, etiam aliquid damnosæ luis, ipsi Reipub. inferre videretur. *Idem.*

Per id tempus Dux Ferrarienſis, procurat sibi feudi sui inuestituram dari, in Majus commodum Ecclesiæ, vt is ab eo nominaretur, quem sibi successorem delegisset. Ob id iussi sunt 13. Cardinales doctissimi eam quæstionem agitare in abstracto, an id posset Papa concedere, nonobstante Bulla Pij quinti quæ hoc vetaret aut vetare videretur. Cupiebat autem eam concessionem ille Dux Ferrarienſis, in suum naturalem filium cõferre, Responsum est in conclusione, id Pontificem non posse. *Campana.*

Præcipuè Respublica Venetorum magnificentissima, in eo laborauit, vt toti Italiæ prouideretur. *Idem.*

Gregorio 14. Pontifice. Eodem Imperatore. Iisdem Regibus & Principibus.		
	5685	1596

DIVINA.

Creati fuere Cardinales, 4. temporibus in quadragesima, 4. Cardinale. Odoardus Farnesius Octauius Aqua viua, ex familia Ducis Adriæ. Octauius Perre vicinus Romanus Episcopus Alexandriæ Heluetiorum nuncius, & Flaminius Plato Mediolanensis auditor Rotę, Cùm paulo ante mortui essent Illustrissimus, Anthonius Careffa, & Illustrissimus ac Reuerendissimus Decanus Sangeorgianus. Magno Ecclesiæ detrimento.

HVMANA.

DOMINVS Landrianus nuncius Franciæ designatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

dequo idem egit Rex,ac prius de Legato egerat: Si ad se veniret optimè iti susceptum,si ad hostes diuerteret, hostem simul iudicaturum. *Idem. Aduers. Ministr. Acta Gall.*

Anni mundi. 5673

Anni Christi. 1585

Eodem tempore venit Romam Cardinalis Lotharingus, vt peteret à summo Pontifice subsidium tam nummorum quàm militum quod etiam Dux Sessæ pro Rege Catholico, vrgebat instantius: ita vt etiam suo Regi proterea collationũ iura,& Cathedratica ipse sibi concederet: quod tamen denegatum est. *Campana.*

Eo tempore bis intercepta fuere diplomata Catholici, ad suos Flandros & ad Ducem Sabaudiæ & suam vxorem literæ Regiæ & infantum: Item commentaria rerum agendarum, cyphris & literis signatis conscriptæ, necnon 5. generibus linguarum variæ Epistolæ,Siculè, Baloericè Valtontonicè, Tarraconicè, & Granaticè quæ omnia Cajetanus tunc pseudo-Ministet Catharinæ Principis Illustrissimæ Protegis Nauarræ,& Bearnij, feliciter explicauit. Iis continebantur variæ querelæ Regis Hispani, de Ducissa Sabaudiæ quòd ipsius nutu & suggestione suus coniux, Madiolanum affectaret, & ad Siciliam vtramque ac vniuersas ditiones suas Italicas videretur aspirare. Item Vice-versa, alio literarum fasciculo interceptæ fuerunt excusationes ipsius erga Patrem & Infantes & multa alia quæ ad inuadendum regnum Galliarum pertinerent,pro ipsa Infante maiore, quæque tunc dicebatur breui in Franciam ventura,ipsis literis. Illa omnia intercepta, in transitu Pyrenæorum montium, à fortissimo & audacissimo Barone Iacobo Larbosio, qui in illis regionibus non parum habebat authoritatis, cum ex suæ familię dignitate, tum armorum suorum formidabili potentia. *Aduers. Minist.*

Illa omnia fuere ad Regem perlata, quæ gratissima habuit, & quædam non parui momenti ex iis literis, sibi agenda in Flandriam intellexit. *Idem.*

In Italia honoratus Gaetanus Illustrissimus Dux Sermonnettæ & Virginius Vrsinus contra exules strenuè se gerunt,& illos egregiè domant,& è medio tollunt. *Campana.*

Amurathes consilio & impulsu Astrologi sui Aassani, ingentem exercitum parat in Christianos, ac præsertim in Austriacam domum terra marique. Præsertim cum ad hoc inuitaretur à Regina Angliæ Elizabetha, per suum agentem, quem ipsa Legatum appellat vt rationes Philippi Hispaniarum Regis, & suorum aliquo modo disturbaret. *Campana. Relationes Turcicæ.*

Accidit vt nimia exultatione militum Vrsinorum,dum minus sibi cauent: ipsi exules tantum damnum eis intulerint, vt coactus fuerit Virginius Vrsinus cedere. *Campana.*

Gratianopolis in Delphinatu,ab hæreticis capitur, magno rei Christianæ detrimento: hoc enim est in consuetudine apud hæreticos,vt vrbes suis omnibus opibus & ornamentis spoliatas,tandem cogant incolas suos deserere. *Aduers. Minist.*

Erbestainus Vvestphaliam multis calamitatibus affligit vrbem Gieseham capit, Archiepiscopum cogit in Flandriam conferre,ad petendam opem quæ tamen illi denegata fuit, & coacti fuere Episcopus Padebornę & alij, multa millia dallerorum,ad se redimendos à vexatione militum, ipsi Erbesteino largiter impendere. *Campana. Germanica.*

Mense Martio grauissimę belli suspiciones exortæ sunt, Iulio & Mario Sauornano Castrum Brixiense communientibus diligenter. *Campana.*

5685

1585

Hieronymus Lipomanus Reipublicæ Magnificentissimę Venetiarum suspectus, cum accederet ad vrbem: & vel sibi metueret ac vellet honestius mori,vel quia dum recordaretur se vnum esse ex primariis & tamen sibi esse dicendam cau-

Anni Christi. 1585

Anni mundi. 5673

sam ex vinculis: in mare cecidit è puppi aut tabulatis, ita vt præcipiti cursu nil potuerit ei opis dari, etsi multi vrinatores sese in mare coniecissent. Illius tamen hæc fuit felicitas, vt nomen Dei inclamare potuerit, ac vultus illius venerabilis eò Rempublicam inclinauit, vt ei tumulari in sepulchris auitis & paternis concesserit. *Campana.*

Nobilissimus Hercules Sfondratus, Papæ nepos factus est Generalis,in omnẽ opem quę Italia suppeditaret pro auxilijs colligatorum in Francia. *Idem.*

Eodem tempore Dux Sabionetta prudentissimus moritur, de quo supra diximus. *Idem.*

Martij secundo die, Massilienses Ducem Sabaudiæ protectorem admiserunt, quod vehementer Gomiti Carsio doluit,& apertè testatus est. *Campana. Aduers. Ministro. Acta Gall.*

Aprilis 16. Respublica Veneta, in Candiam insulam mittit præsidia, propter suspicionem belli imminentis, cum scirent Turcam,de Classe iugenti mandasse, designati sunt Comes Mutius Portus,& Marcantonius Sacromosius. *Campana.*

Dux Namurtius cùm liber esset ab obsidione Parisiensi, quam feliciter defenderat,in Aruerniam contendit Lugdunum prius profectus, cumque Gergouiam vulgo Claromontium obsideret: eirestitit Mareschalcus prudentissimus & Cordatissimus Daumontius: obsessa Heduorum metropoli, quam nunc Althissiodorum appellant: & possumus vestigiis vulgi insistentes, Altodonum vel Altodunum appellare. *Acta Gall. Aduers. Minist. Campana.*

Bironius primo huius mensis Captus fuerat sub Mirambello,tentata hoc mense vrbs Pontoisa,Et Carnutes cùm iam non possent amplius famen tolerare, atque sibi ab internecione ac direptione, quam minabatur Henricus valde metuerent: Episcopi operâ & intercessione, se dediderunt hac lege,ne quid in religione Catholica innouaretur,& omnium fortunæ in tuto essent cum familiarum honore, & vitæ securitate pro omnibus ante actis. *Acta Gal. Aduers. Ministror. Campana.*

Eodem tempore edicit Rex Landriano, nuncio Apostolico vt prius, eúmque hostem, ni ad se recta veniret, iudicauit. *Eadem. Idem.*

Apud Catalaunum Bulla Pontificis, ex Senatusconsulto igni cremata fuit: manu lictoris, orante Lestræo aduocato Regio, Tum Catalauni in Campania celebrat pars dimidiata Senatus Parisiensis. *Campana. Acta Gall. Aduers. Minist.*

Tentata fuit tum temporis vrbs Aurelianensis sed frustrà, id à Rege & suis: sed Mayennensis in subsidium comparuit, & vrbem periculo liberauit. Item Auenio vrbs, parum abfuit,quin à Duce Mommorancio caperetur. Interea tamen 30. millia Anglorum peditum venerant Regi in subsidium, sed tam multis locis opus erat militibus,vt non possent sufficere: Mompensetius Abrincas vrbem Normannię inferioris recipit, vice versa Honflorium amittit,& aliunde Rex Nouiodunum inuadit. *Campana. Acta Gall. Aduers. Minist.*

5685

Mense Majo Triremes Ecclesiæ magnam inuexerunt rei frumentariæ quantitatem: ità vt fames & penuria, aliquo modo fuerit sariata: partim etiam propter multorum hominum mortem. *Campana.*

1596

Dux Montis-Marciati cerimoniam equitis peragit ex ordine S. Iacobi,eique à Pontifice datur potestas Ecclesię generalis. *Campana.*

Chitreus vel Guyttyus sub finem Maij è Geneua, venit in subsidium Mareschalci Daumontij in Burgundia, cùm ille male isthic se haberet & nimis importuna esset vis colligatorũ in ea prouincia. *Act. Gall. Aduers. Minist. Campana.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi.

Zuthphania in Flādria, capitur Mauricio Comite Nassauio, quæ illi deditur post mortem Erbestanij, à Lochmanno & Deuentriam obsidet, sed à gubernatore Bergę repellitur *Flandrica. Campana.*

5673 | 1585

Iulij initio exercitus Italicus est Lodę recensitus: qui in Franciam ventutus esset breui suppetias, ad 12. millia peditum & equitum sub Farnesio & aliis Ducibus. *Campana. Acta Gall. Aduers. Minist.*

Dux Parmensis expugnare Neomagum conatur, & initio Iulij mensis, per Lamotram Capitaneum, tormentis bellicis exaggerat. *Campana. Flandrica.*

Mense Augusto circa 15. diem, Dux Guysius qui captiuus apud Turonas, detinebatur, se vinculis eripit: adfuit illi Mareschalcus *La Chastre*, quæ res cùm ipso meridie contigisset, in magnam venēre custodes sui suspicionem concordiæ ad hoc patrandum facinus: tamen postea rei veritas est comperta. Magnam rebus attulit turbationem illa Ducis liberatio, tum erga suos propter eximiam paternæ memorię commendationem: tum aduersus Regios quia videbantur colligati in spem suam hac liberatione, restituti sed non valde magnum vtrisque dānum aut momentum intulit, quia penes Mayennēsem, erat iam summa rerum constituta. *Campana. Acta Gall. Aduers. Minist.*

Equitatus Ducis Parmensis, à Comite Nassauuio rumpitur: & ipse Dux bene consultus, inde recedit. Interea ducatus Iuliacensis ab ipso traditur Verdugo Capitaneo asseruandus. Sed nihilominus manet Neomagus in potestate hostium. *Idem Campana.*

Fere oppidum fortissimum expugnatu, tunc traditur Hispanis à Colligatis. *Camp. Aduers. Ministrorum.*

Exercitus Regis Christianissimi Germanicus, sub Comite Anhaltino peruenit in Franciam Septembri mense, quo tunc ipse rex his copiis fisus cogitauit Rhotomagum obsidione tentare. Eodem mense moritur Ioannes Frisiæ Comes, & Christianus Dux Saxoniæ, & elector, cùm adhuc esset 30. annorum, relictis tantùm duobus liberis ex Sophia Principissa Brandemburgiana, scilicet Christiano & Ioanne Georgio. Exequiæ illi præstitæ primùm Desdræ, deinde Fribergæ, ac tandem mense Nouembri sepultus est. Adfuerunt plærique omnes Principes electores funeri, & Fridericus Guilielmus Dux Saxoniæ nepos ex filio, Ioannis Federici illius, qui factus fuit à Carolo quinto Imperatore ob Lutheranismum captiuus & electoratum ea de caussa ipse amisit. *Campana. Relationes Germanicæ.*

Burdegala Aquitanię caput, in colligatos factione quadam inclinabat, cum Mareschalcus Matignonius magna prouidentia vrbem ingreditur, & cum pedites Germanicos introduxisset, præcipuum factionis Capitaneum, in ipso vrbis ingressu comprehendi iubet: & statim lictori tradit, vt truncato capite pœnas lueret, & aliis exemplo esset, ne vlterius auderent progredi: deinde ipse curiam Parlamenti cum armis est ingressus, & magnis querelis ab illo in factiosos expositis, ipsum Parlamentum in fide Regis & Regni confirmauit: hac conditione interposita, vt ipse rex aliquando & breui fieret Catholicus. *Aduers. Minist. Acta Gall. Campana.*

Tunc scriptum breue, hortatorium Epistolæ forma in lucem prodiit, cuius author esse credebatur Primus illius Parlamenti Præses D. Daffius Illustris Iurisconsultus, summæ eruditionis & intemeratæ pietatis, quo lepidè Regem ait agendum ad hoc, vt fiat Catholicus, à seipso quippe & à suis, cum non liceat viris famulis & fidelibus, esse adulatoribus timidis, neque scriptum illud laborauit vlla calumnia, sed bene ab omnibus acceptum fuit. *Aduers. Minist.*

5685 | 1569

Eodem

Anni Christi. | Anni mundi.

1585 | 5673

Eodem tempore, aliud scripti genus, in pseudo-Ministros, quo ipsi conuincebantur, se idem verbis offerre sacrificium Deo in morte Christi, quod speciebus offerri non debere contendebant, in quo etiam insciticæ arguerentur. *Idem scriptum.*

Marchio de Villars eo tempore, capit Mendam & Carcassonem, ibi multis interfectis Hugonotis. *Campana. Aduers. Ministror.*

Eodem mense Augusti Berra vrbs Prouincię capitur à Duce Sabaudiæ, nequicquam Desdiguyerio opitulante. *Idem. Eadem.*

Septembri post statim aciem quisque suam instruxere Desdiguyerius & Amadeus pro Duce Sabaudiæ, in quo tamen Dux inferior subsistit. *Aduers. Ministror. Campana.*

Imperator per Legatos tentat res Flandricas componere, misso Episcopo Vircembergensi, Pernesteyno Consiliario, Comite Isemburgensi & aliis, sed cum à Septembri, in Decembrem expectassent Coloniæ & Bruxellæ, re infecta discedere sunt coacti. *Relationes Flandricæ. Camp.*

Tunc temporis Hulst vrbs munitissima Hannoniæ est reddita hæreticis. *Idem.*

Maguntinus & alij prælati Germaniæ, Turenij Vicecomitis per suas ditiones transitum, cum Nassauuianis valde reformidāt: & nummis sese redimere anteuertūt ne incauti opprimerentur, nec verò suæ copiæ sibi desunt. *Campana. Aduers. Minist.*

Eodem tempore in Altorfiana Heluetiorum diæta, magnę querelæ sunt à Legatis Regis Catholici institutæ, contra D. Sansyum virum Illustrem & sagacissimum, quod se authore Hispani illac transeuntes fuissent literis & sarcinis spoliati: sed cùm id non possent, probare dimissi sunt à comitiis, magna ipsorum indignatione. *Campana.*

Tunc etiam institerunt Legati Franci aduersus Hispanos, & commemorato antiquo fœdere, coronam Franciæ ab Hispano appetitæ ab ipsis sua ope defendi, postularunt: vti in pactis conuentum est. *Campana.*

Pietrasius Bogdanus cùm videret bellum indici Polonis, à Turco, & obseruaret quanta infelicitate Mahuut suus nepos fuisset coactus Princeps Vvalachiæ, se Turcam abiurato Christianismo declarare, conuasatis omnibus postquam per Bartholomæum Brutium Venetorum interpretem conatus esset bellum illud restinguere frustra: in Germaniam aufugit, vt suæ religioni consuleret. *Campana. Relationes Turcicæ.*

Mense Octobri 15. Postquam excreuisset valde Tyberis, certo signo futuri alicuius mali, quod multa experientia compertum est: moritur summus Pontifex Gregorius 14. Postquam diu cum morbo fuisset conflictatus, & ipsi etiam Medici auro & gemmis certo quodam modo compositis in Pharmacum, Pontificem languidum sustentassent: in quo impensa sunt ex ærario 15. millia coronatorum. Adeo vt 3. myriades, id est ter decies centena millia coronatorum exhausta sint, tam breui Pontificatu: propter ingentem annonæ caritatem, partim: partimque ob male tractatam sub hoc innocente Pontifice & candido, nimium rei familiaris & ærarij publici administrationem. Cùm enim esset moribus simplex, & natura mansuetus: nil de alijs poterat suspicari mali, quod in se non reperiret. *Campana.*

1596 | 5685

Vacante sede 13. diebus, exules insurgunt & magna turbatione Italiam infestant vndiquaque, vt sacrum Consistorium creare fuerit coactus, Cardinalem Grimaldium Illustrissimum, & Flaminium Delfinum cum 200. equitibus, necnon Clarissimum Dominum Celsum, quorum virtute, exulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

repressa fuit temeritas, quamuis Illustrissimo D. Cardinali Iustiniani, in Marca & Romania plus negocij facesserint. *Campana.* — Anni mundi. 5673 — Anni Christi. 1585

Vesterio Castrum Flandricum à Nassauuianis capitur. *Campana. Flandrica.*

Turci incursationibus Croatiam infestant, & Caculam: sed valde bene à Baronibus Palfio & Nadastio succussati fuerunt. *Relationes Turcicæ.*

DIVINA.

CONSISTORIVM Sacrum in nomine Dei congregatum, diuina sorte elegit Pontificem Innocentium nonum. *Campana. Chronologia Pontificum.*

Innocentio 9. Pontifice.

Electus fuit 29. Octobris, Prius dicebatur Ioannes Fachinettus Bononiensis patria, doctissimus & sapiens, prouidit rei frumentariæ, & nummariæ in vius necessarios, & multis oneribus subditos subleuauit, mortuus est 30. Decembris ceatis duobus Cardinalibus. Post illius decessum vacauit sedes sacra 30. dies.

Eodem Imperatore.

HVMANA.

IN Delphinatu & Sabaudia, confligitur inter Amadeum & Desdiguyerã, sed succubuit Amadeus, & sui Sabaudi in fugam versi sunt: vt prius coram Sansyo postquam Geneuæ ille prouidisset, iam fuga sibi consuluerant. *Act. Gall. Campana. Aduers. Minist.*

Iisdem Regibus & Principibus.

Hoc est in Rege Henrico memorabile, quòd cùm per se sit manu propria, felicissimus: quoties illi accidit aliquid feliciter, eadem fortuna in suos etiam longo inter allo absentes redundauit: vt dum prælium Yuriacense iniretur ab ipso, eodem modo in Aruernis sui inimicos latè fugabant. *Aduers. Ministrorum.*

Tunc mense Nouembri: Rex obsidet Rhothomagum: perque totam hyemem ei incumbit, defendente Admiralio Villarsio, egregio equite & nobilissimo Duce. *Eadem. Acta Gall. Campana.*

Innocentius Papa promittit Colligatis 2000. aureorum, annuæ pensionis, sustinendæ suæ vnioni, & ob id noluit à Bolonien sibus sibi impendi maiorem Legationem, vt eare seruarentur in pios sacri belli vsus.

Idem Creauit Dominum Sega virum Grauissimum Cardinalem & Legatum in regno Franciæ: quò etiam illi Pileum transmisit. *Campana. Chronologia Pontificum.*

Brissacus à carcere liberatus, ex eo quo tempore cœperat Henricus oppida Nortmanniæ recipere, ac præsertim Falasiam vrbem: Parmensem adit rogatum suppetias, in quo non parum fuit laboris ad colligendum exercitum, qui extra limites suos exiret. Etenim præsagio quodam persentiscit animus humanus, damnum aliquod imminens. *Campana. Aduers. Minist. Acta Gall.*

Marabut nigrita certo quodam sensu, alcoranum interpretans in Africa, multas gentes & Principes ad se pellexit, quod magnam rebus Turcicis attulit perturbationem. Sed breui post, Marabut captus excoriatus fuit, & illius pellis corpus effigians, plena stramento populis in despectum ostensa fuit & patibulis infixa: eo modo quo solent verubus indui viuorum reorum corpora. *Campana. Turcicæ relationes.* — 5685

Rex omnibus modis contendit Rhotomagum sibi vendicare. & capto tam Sanctæ Catharinæ colle & castro, tantum non vrbem inuadere sperabat, primo quoque insultu, sed nihil potuit efficere, cùm vrbs per triremes dietim nouum cõmeatum & milites reciperet, & Dux Parmensis cum valido exercitu — 1569

Anni Christi. 1585 — Anni mundi. 5673

exercitu iam iam aduentare diceretur. Ad Dernetalium pagum, quo Rex semper pugnare paratus, celeriter quamuis post multas conflictationes cum Rhotomago se confert, & ibi sclopeto in renibus transuerberatur, in quo non parum periclitatus est. Necdum tamen soluta obsidione. *Campana. Acta Gall. Aduers. Ministror.*

Simon quidam Princeps Georgianus, cùm vellet Turcæ gratificari & fratrem suum recuperare, scribit se à Persis fuisse solicitatum, ne messem suam securiter colligere Turcæ possent: imo se esse paratum arma, pro Turca, ipsis Persis inferre, sed in hoc tam male acceptus fuit, vt etiam sua ditione propemodum expulsus fuerit, saltem frater suus carcerem sit expertus duriorem. *Campana. Act. Gall. Aduers. Ministro.*

Sub idem tempus mortuus est Assan bascias cuius bona sibi addixit Aumurathes, etsi Fessanam Reginam duxisset suo nutu & ea spe vxorem, vt liberi inde nati liberè illam hæreditatem cernerent. De eo cùm verba quædam imprudenter. Sinan bascias effutijsset: crudele inquiens vt etiam sclaui fideles nihil possidere videantur. Ferat cautus illius æmulus cum dissimulatione tunc quidem impræsentiarum excepit, quod post modum cũ Amurathi significasset, Sinam Bascias capite est truncatus & Ferat primus Bascias dictus, & Cicala Generalis equitum Magister. Ita cautè & prudenter agendum, vbi de tanta potestate sit sermo, cuius dicere necesse est experiri. *Campana. Turcicæ relationes.*

Vsbech Princeps Caspianus Regnum Corazan inuadit.

Ei fit obuius Emirenzem sophi nouiter regnum adeptus, ex patris senis renunciatione Mahemeti dicti, cum quo Bascias Ferat inierat fœdus induciarũ, seu vt vocabant pacis, Fundit Vsbech, qui à Amurathe petens auxilium, literas recipit, non solere Turcam in suos subditos arma capere, pro aliis. Vsbech ostensis literis mouet animum Persæ victoris: cum illo contrahit affinitatem sicque illi sororius, statimque consulto patre arma expediunt in Turcam eo prætextu, quòd Taurisium præsidium debebat regi iure Persarum & alia quædam, vnde Imacul Persa Legatus Baro nobilissimus proditionis ergò ab Emirenzen sophi capite plectitur & multi alij Giafet Bascias Taurisius & Cicala in Caraemit fiunt consilij inopes. Iam copias transmiserat Aumurathes in Hispanum & Austriacos, quas tamen reuocauit, ea de causa. Inde factum vt Assam astrologus sit multatus exilio in oppidulum Chiorduchê, atque ità Deus Christianos de ipsorum hostibus per ipsosmet hostes vindicauit. *Campana. Turcicæ relationes.*

Circa finẽ huius anni 1591. moritur Innocentius 9. Pontifex, antequàm rebus prouidere potuisset: vacauit sedes 30. diebus.

Atque hic annus epitaseos huius postremus, in tot exhauriendis malis, exactus est volente Deo, in orbe vniuerso.

ANNVS D. M. D. XCII.

DIVINA.

Vacante sede Fisdem Imperatore. Regibus & Principibus. — 1596 — 5685

HIC annus, cum vacaret Sedes, non vacauit diuina prodentia, cùm ei anno datus sit à Deo summus Pontifex Clemens octauus omnium vnanimi consensu electus, Prius dictus fuit Hippolytus filius Syluestri Aldobrandini ciuis Florentini. Creatus fuerat Cardinalis à Sixto quinto. Fuit Legatus in Polonia, & pacem cum Austriaca domo & Polonis composuit 30. die Ianuarij electus fuit, & statim mentem regno Franciæ applicuit seruando & reducendo in concordiam, ficariis & exulibus sacram Sedem expurgauit, reduxit Patriarcham Alexandrinum, Ægypti cum suis omnibus gentibus & nationibus sibi subditis. Ruthenos item vltra Danu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bium suos, cùm essent Schismatici. Dedit Regno Congio in Æthiopia Occidentali, suum primum Episcopum. Obedientiam à Patriarchis Armeniæ, & Maronitis de monte Libano recepit Henricum Borbonium, Regem Franciæ & Nauarræ, Ecclesiæ reconciliauit. Is in Vngariam misit primùm cum 8. millibus peditum, secunda vice cum 14. millibus recuperauit Strigoniam cum Imperatore, & Principe Transsyluaniæ, reduxit ad sactam sedem Ducatum Ferrariensem cum Illustrissimo Principe Petro Altobrandino Cardinali Reuerendissimo scilicet cum exercitu 24. millium peditum & 4. millium equitum. Cum Ferrariam peruenisset, accepit nuncium de Iouarino recuperato, in Turcam, & de pace contracta inter Regem Christianissimum Franciæ & Nauarræ, & Regem Catholicum Hispanicum. Moribus est placidissimis, & quotidie mensæ eorum se facit pauperes assidere: quos etiam sui officij sigillatim commonefacit. *Campana. Chronologia Pontificum.*

Sub illius Pontificatu incipit malorum catastrophe ac deinceps illo sedente pro D. Petro Apostolorum Principe conquieuit plaga, in orbe Christiano. Etsi enim sint semper, qui etiam mala sibi suis ipsorum inuentis accersant: tamen certum est, & hoc experientia testatur, quisquis sub hoc Pontifice Sanctissimo, Dei Ecclesiam velit, vt par est, recognoscere, illi non pœnitendum fore suum in Ecclesiam reditum, cùm ille Pontifex nil aliud quàm de animarum salute, post Dei gloriam cogitet. Ita sentio & experior. *Caietanus.*

Eo mense duo Illustrissimi Bauariæ Principes Romam venere: & ab omnibus mandato suæ sanctitatis honorificè excepti fuere. *Campana.*

Sed Dux Sermonetæ moriens, cum Illustriss. Cardinalibus Canano & Mondeuiensi, tot Clarissimorum virorum, pro Italiæ matre orbis Christiani dispendium, illam principum Bauarorum gratulationem conturbauit. *Idem.*

Sub finem mensis Ianuarij Parmensis Dux Illustrissimus & fortissimus, in Galliam cum valido exercitu rediit suppetias Rhotomagensibus, quod non parum Henricum Regem Christianissimum de sua spe capiundi Rhotomagi direquit, vt annò superiore diximus iam se ad id præparasse. *Acta Gall. Campana. Aduers. Minist.*

Tunc erat in procinctu Ammirallius Villarsius sese cum Rhotomago, Regi dedere: sed hac conditione, vt Catholicus fieret. Quod Rex recusauit, sed cum instarent etiam sui Principes ipsius, valde commotus est, præsertim illa grauissima oratione, quam ad illum ea de re habuit, cordatissimus Mareschalcus Byronius, quam sane esset necesse in oculis semper habere: qua perculsus Rex, pollicetur iterum ac iurat se fore Catholicum: sed nondum horam venisse: qua de causa hortabatur ac orabat ipsum Mareschalcum, vt patrem, & alios suos magnates quorum nomine se esset affatus: paulo diutius sustinere, se itaturum promissis: hoc responsum illos malè habuit, sed tamen in eius obsequio nihilominus perstiterunt. *Campana. Aduers. Ministrorum. Acta Gall.*

Post multas & varias conflictationes inter Regẽ & Ducem Parmensem, quibus vicissim alter alteri succumbere videbatur, & vt Rex vulnus effatu dignum acceperat: ita ipse Dux grauiter læsus, iam exercitui suo adesse nõ poterat, etsi vtinque sui consiliari, hostem cuique suum, in manibus habere se indicarent & ad prædam hortarentur, tamen sapientissime Rex Henricus Borbonius Christianissimus, omnium qui vnquam in Francia regnarunt, bellacissimus. Et ille Dux inferiore gradu, inter duces tamen strenuissimus, id consilij capere noluerunt cùm scilicet victoria sit magis in hoste subigendo, quàm profligando. Hoc animo & Rex soluta obsi-

dione,

Anni mundi. 5673

Anni Christi. 1585

5685

1569

Anni Christi. 1585

Anni mundi 5673

dione, alio se conuertit & Dux ipse cùm ex magno periculo euasisset, in Flandriam redire decreuit, vbi obiter Caudebechum Abbatis-villa, Aumala, Houdanum & alia Gallicana oppida & castra satis bene munita, ingentem vim militum ingruentium, & calamitates alias perpessa fuit. *Camp. Aduers. Minist.*

Frustra tentatur oppidum Flandricum vulgò dictum Mastrect ab ipsis rebellibus, etsi in Diesta vrbe milites tumultuarentur, & Abbatia Steinfeldensis diriperetur. *Idem. Flandrica.*

In Candia magna lues grassatur, & de ea spectra quædam apparent, Alexandro Pompejo tunc pro Republica Venetorum gubernatori, quæ postea suum effectum sunt sortita. *Campana.*

In Hispania Res memorabilis accidit, vt Anthonius Perès vir clarus eruditione & magna authoritate, ab omni ævo apud Regem Catholicum præditus, in vincula fuerit coniectus ob mortem cuiusdam Escouedi secretarij Regij ab ipso vt aiebant, patratam noctu diu ante, vt aiebat ille iussu Regis, atque multis mensibus in carcere fuit detentus. Post verò feminæ sagacissimæ suæ astu quæ illi muliebrem sexum habitu ementiri suasit, ab ipso carcere liberatus est, ægerrimè id Rege Hispano ferente. Ille enim ex eo magnas conturbationes in toto regno Hispaniarum concitauit, Arragonum forum turbulenter commouit, vt de sua libertate disceptarent: & ipsum Regem pro suo more in jus vocarent deciliue: armauit Arragonenses sua authoritate Almenaram Comitem trucidauit, cum alijs multis, & tandem in Bearnium ad Illustrissimam Principissam sororem Regis Christianissimi secessit. At multa inde mala in Arragonas secuta sunt. Ipse autem libellos edidit complures, quibus se omni crimine immune asserit, & sola inuidia suorum æmulorum apud Regem suum Catholicum laborare. *Campana. Pedago de Historia de Perès.*

In Hungaria rumpuntur Christiani à Turcis, & Duropolia insula capitur ab ipsis. *Relationes Turcicæ.*

In recessu Ducis Parmensis, sequitur Byronius Mareschalcus, & in occursu Espernaij oppidi moritur, magno totius regni Galliarum dispendio & Regis ipsius mœrore: cùm esset incomparabilis virtute & industria militari, adeóque sibi ex longo rerum vsu omnium fere rerum scientiam comparasset: orator facundissimus & bellator inuictus. *Acta Gall. Campana. Aduers. Minist.*

Tunc etiam agitabat bellum magna fœlicitate Princeps Illustrissimus Contyus, Princeps sanguinis & Par Franciæ secundus. Aderat illi Dux Illustrissimus Mompenserius, itidem Princeps sanguinis quattus, & ambo iuncti copiis castrum munitissimum Craniũ obsidebant, cùm aduentante Mercorio Duce fortunatissimo, totus eorum exercitus subito terrore fuit consternatus & dissipatus. *Campana. Aduers. Ministror. Act. Gall.*

Daumontius Mareschalcus prudentissimus quædam Castella in Burgundia capit, & illorum quosdam Præsidiarios milites suspendi iussit *Campana.*

In Occitania verò Dux Ioyosæ, incredibili zelo fomentũ Albigesiorum veterum supprimere conabatur, cùm in iis illud renasci videretur, qui se Hugonotos & Caluinistas malebant apellari, quàm Catholicos esse & dici: & quædam eorum castra recipit, & captiuos Yoletum sororis Regiæ Oeconomum, Gondynium, & alios facit, quos diu etiam detinet. *Aduers. Minist. Campana. Acta Gall.*

Illustrissimꝰ vir D. Barnabas Brissonius proto præses, in omni scientiarum genere admirabilis, à seditiosis Parisiensibus suspendio necatur. *Campana.*

Illius mortem postea Dux Mayennensis iustissimus, in Lou-

5685

1569

Universidad de Deusto
Biblioteca

chardi, Anrouxij, Rolandi, & aliorũ simili supplicio vindicatũit. *Idem.*

Anni mundi.

Anni Christi. 1585

Comes Arandæ, Dux Villermosæ cum Iustitia Aragonum Petro de Lanuzza, pro armorum illa subleuatione, quæ Anthonij Perezij causa contigerat: pœnas luunt. Et ab Alonso de Vargas, Præfecto armorum pro Rege Catholico, ipsa Aragonia restituitur in obedientiam Regis Catholici. 5673
Eadem. Idem.

Res mira tunc contigit, vt sub auspiciis Catharinæ sororis Regiæ, montes Pyrenæi in eo trajectu omnes, parua manu occupati sint, & nisi subsidium maius quod transcendere paratum erat, certa quadam de causa substitisset: actum erat de ipsis Aragonibus, neque facile Rex Catholicus eam ditionem recuperare potuisset. *Aduers. Minist.*

Stumbichum oppidum munitissimum post longuam obsidionem, à mense Majo, tandem circa finem Iunij à Consule deditur Comiti Mauritio Nassauuiensi. *Campana. Flandrica.*

Alfonsus Gongaza Princeps humanissimus, senio iam confectus & æger à sicarijs flagitiosè domi suæ interficitur, magna totius Italiæ turbatione *Campana.*

Dux Parmensis è Francia circa id tempus magno cum suo honore recedit. *Idem. Eadem.*

Mense Iunio fuit electus à Capitulo Argentinensi, in Episcopum Illustrissimus Princeps Carolus Lotharingus Metensis Episcopus, cùm iam ab Argentinensi senatu Ioannes Georgius Princeps Brudemburgensis Illustriis. sed inter Protestantes, fuisset electus vnde fuit bellorum ciuilium seges, & inde motu facto captum oppidum Molthein, ibique mortui sunt Comes Massenius ex familiæ Saxonicæ Principibus, Leõtins & alij plerique ab vtraque parte. *Campana.*

Eodem tempore moritur Elizabetha Austriaca Regina Christianissima, quæ Carolo 9. viduata Rege Christianissimo, in ipso iuuentutis flore, vixerat honestissime. *Acta Gall Aduers. Ministror. Campana.*

De illa dictum est cùm ex aula discederet, bonam fortunam secum Regni miserrimi Galliarum asportasse: Illam etiam Galli Caluinitæ desiderarunt, quòd Regis mariti iras, dũ viueret, summa humanitate illi innata, sæpius mitigasset. *Aduers. Minist.*

Comes Albertus Estingésis, in obsidione vrbis Dachstein post multos menses perimitur. *Campana.*

Mense Augusto Bonna castrum Vvesphalliæ fortissimum redit in potestatem Archiepiscopi Colonienssis. Tunc etiam sibi Groningensis ciuitas Frisiæ valde metuens, petit subsidium, cùm videret Hispanorum res malè se habere. *Camp. Flandrica.*

Eodem tempore inuentus hominum numerus in Candia, qui lue perierunt: ad 20. millia sine rusticis: eo autem mense ipsa tabes substitit. *Campana.*

Ipso itidem mense visi ignes in cœlo, prodigiosi valde: & qui magnum ipsi insulę & Venetis magnificis D.D. terrorem intulere. *Idem.*

Otmarsen & Couerdem oppida munitissima se ipsis Nassauuiensibus dedunt. Quos petrumpens Alfonsus, Mendozza maluit sic ad Verdugum Hispanum se conferre periculo vitæ: quàm in manus hostium deditione spontanea deuenire. *Idem.*

Antiba & Venza sedes ambæ Episcopales, se Desdiguyreo tradũt, & magnus fuit toto Delphinatu Prouincia & Sabaudia concursus, vt non semel Dux ipse Illustrissimus Sabaudiæ vitæ periculum adierit. *Idem. Aduers. Ministror.* 5685

Mense Octobri pestis in Candia renouatur. *Campana.*

Eodem mẽse 25. die Catharina Prorex Nauarræ & Bearnij,

1556

Anni Christi. 1585

Anni mundi 5673

postquam diu in Beatnio remorata esset, tandem discedit, inde, vt ad Regem Christianissimum veniret, & Burdegalã transeunti ei honores Regij in ingressu exhibentur iussu ipsius Regis, ibique totum mensem Nouembris sustinet, dum adessent cohortes Regiæ, qui illam comitarentur. *Campana. Aduers. Minist. Acta Gall.*

Eodem mense Octobri, in pugna ad Villemur vrbem obsessam, Dux Ioyosæ secundus moritur vt quidam volunt in fluuio, dum receptui caneret, vt alij in ipso conflictu, cum ei superueniret Nobilissimus eques Detemynius Cadurcus, qui partes Regias sequebatur. *Idem. Eadem.*

Similiter dum Rex ipse strenuè se in Picardia gerit, Vicecomes Turenius iã Regis ductu factus Dux Bilionæus, propter nuptias ipsius Principissę Bilioneæ relictæ hæredis, cohortes Lotharingas in occursu fundit: & sibi suas vrbes & oppida hoc prælio firmat, & tuta reddit in perpetuum Regis Christianissimi obsequium, vti sub eius tutela & protectione constituta. *Campana. Aduers. Ministrorum. Acta Gall.*

Verdugus ex Eburonum agro redit, in Flandriæ fines: vt ibi cum suis cohortibus hyemaret. *Campana.*

Tunc Anthonius Peres, se in itet dedit ad Regem Christianiss. Galliarum, in comitatu & sub auspiciis Catharinæ Regiæ sororis. *Aduers. Minist.*

Mense Nouembri appulerunt Burdegalam, naues Flandricæ, vectoribus Anabaptistis, qui apertè & impudenter suam sectam audebant profiteri: nisi eos Mareschalci Matignonij piissimi authoritas repressisset. *Eadem.*

Mense Decembri moritur Dux Parmensis ex lienis cruciatibus & aliis morbis, & in illius locum Comes Fuentius Aragosufficitur à Regge Catholico Hispaniarum, à quo satis fœliciter Flandria administrata est. *Campana.*

Strategematis præerat tunc Carolus Mansfeldensis, qui in Atrebatum finibus exercitum recolligit, ne Francis in eam regionem pateret aditus: semper Hispanis in id omni consilio & ope inuigilantibus. *Idem.*

Vienna Delphinatum hoc anno à Duce Namurcio capitur, & scalarum propugnaculum ab eodem, in iugo montis superatur. *Aduers. Ministror. Campana.*

Mense Nouembri magnæ exortæ sunt contentiones, inter Regem Poloniæ Sigismundum Suecum, & Magnum Regni Cancellarium quæ tamen aliorum Principum prudentia conciliantur. *Campana. Polonica.*

Eodem mense Ioannes Suecus pater Sigismundi Rex Sueciæ moritur, quò eundi obtinet facultatem à Polonis, Sigismundus cum sua vxore. Hac lege vt intra annum reuertere tur. Ipso tamen Archiepiscopo Gneznensi Prorege constituto. Idque quia Carolus Dux Finlandię, cùm esset sectarius, iam ex aura populari authoritatem prope Regiam erat consecutus, & minus bene gratus erat populo Sigismundus, quia scilicet esset Catholicus, Suecia autem tota sectatia est. *Campana.*

Sic obseruari necesse est Dei iudicia. Nam Ioannes è solio fratrem suum Hericum deturbarat: cùm ex Catholico malu erit audire Rex Lutheranus, quàm vt sua sorte contentus, bonus Christianus viueret. Ecce fratrem suum Carolum qui sectæ prætextu, ab hæreditate regni Sigismundum Ioannis filium arcere ac depellere conatur, tamen reuera non concessit populus Carolo, nisi Proregis titulum in nepotis absentia. Sed postea euicit armis.

1569

5685

Turci sub Sangiaccho Bossinensi Friulensem Ducatum ingrediuntur & vastant, sed fortitudine & prudentia Caroli Montonensis Illustris capitanei repulsi fuerunt. *Camp.*

Sigismundum Suecus Rex Poloniæ, subito armorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

notu Gedanensium adit periculum vitæ : ac tandem aduorsissima vsus tempestate, in mari Liuonico in Sueciam cum vxore peruenit. *Campana.* — *Anni mundi.* — *Anni Christi.* 1585

Rex Echebar Imperitans amplissimo Imperio Mogor inter Indum & Gangem fluuios memorabiles ab æuo, vult Christianus fieri & ea de causa mittit Patres Iesuitas accersitum, à quibus de Christo Domino audiret ea quæ sunt fidei: abhorret vehementer sectam Mahumetanam, habet sub se Mogoras, Coronanos, Torquimachos, Bolocchos, Guzzaratas, Parthos, Indhustanos, & alios Mauros. Refertur eos olim fuisse Christianos, vltimumque Christianorũ fuisse Dauid Regem, qui aiebat se ex prosapia S. Bartholomæi originem ducere. Sed fuisse à Parthis superatos deiecta Christiana fide. Sed REX Echebar à Petro Tauerio Lusitano instructus, deinde à P. Iuliano Perrieta, de fidei dogmatis ita manifesta dedit Christianæ professionis indicia, vt ea de causa Vengalani rebellarint : frattem Regis Principem Quabul euocarint, qui etiam in Regis ditionem 100. Leucas ingressus, postea coactus est occursu Regis, in sua se recipere. — 5673

Historica relatio de magno Rege Mogor à P. P. Iesuitis. 1591. 1592.

Die natali Domini, Catharina Principissa soror Regis Christianissimi, apud Niorthenses Pictonas agens, inde profecta est: etsi ab eo itinere ob diei reuerẽtiam Cajetanus tunc illius pseudo-Minister, auerteret quibuscunque potetat rationibus, etiam ob rigidam aëris intemperiem: sed præpropera festinatione, cum Regem fratrem cuperet videre, non potuit sibi imperare. *Aduers. Ministror.*

Ad eam illuc literæ à fratre Rege Christianissimo venerãt, quæ illum primo die anni sequentis affore pollicebantur in Salmurios: vt subsistere illa neutiquam potuerit, sed ita diligenter hoc iter percucurrerit, vt ad diem dictum in eam Salmuriorum vrbem, Regio ingressu inuecta fuerit. *Eadem.*

Atque ita ille annus Catastrophes & Epitaseos nostræ tragicomicæ historiæ particeps, tandem annuente cœlorum supremo rectore absolutus est. Sequetur nunc annis melioribus fauor cœlestis magis propitius, vt simul cum Pace, sit etiam conuersio Principum & populorum memorabilis.

ANNVS D. M. D. XCIII.

IAM Anno superiore Catharinam sororem Regiam ambibat & ardebat toto pectore Illustrissimus Dux Mompensierius Princeps sanguinis & Par Franciæ in ipso ordine IIII. Cũ prius illa fuisset exoptata à Comite Illustris. Suessionensi Principe sanguinis tertio & Franciæ Pari: sed id religionis diuersæ causa & ob Regis absentiam apud Bearnium, non potuerat perfici. *Aduersaria Ministror.*

Itaque adest ille paratus ei omne suum obsequium præstare, sed dum Regem ipsum expectat è Picardia superiore: cuius manu ducatur, duo integri menses effluxere anni labentis, Ianuarius & Februarius. Rex enim tantùm circa finem Februarij, Salmuriis, adfuit & sororem amantissimè salutauit magno vtriusque domus desyderio & applausu. *Eadem.*

Cùm Pseudo Ministris Regijs qui tunc adfuerunt, ibi Cajetanus de multis egit, ac præsertim de reditu in gratiam cum summo Pontifice, opus fore necessario aliquo capite, & denique omnium communi iudicio, in schismate intolerabili ipsos versari, id autem esse in ipso articulo apprime vtile, cùm etiam propediem Rex ipse futurus esset Catholicus. Adhæc omnia, respondebant, opus esse matura deliberatione, & si posset hoc obtineri prima fronte, vt res religionis reformatæ, inquiebant, ad statum Ecclesiæ Anglicanæ reduceretur. Hoc — 5685

Eodem Sanctissimo Pontifi Clemente VIII. Clementissimo. Eodem Imperatore. Rodolpho Eodem Rege Franci. & Nauarræ Christianiss. Henrico. Iisdemque aliis Regibus & Principibus.

multò

multò foret consultius, quàm si hoc pacto statim simul & semel in Ecclesiam Catholicam rediretur. — *Anni Christi.* 1585 — *Anni mundi.* 5673

Hoc habebat in mandatis à Rege Christianissimo, ipse Cajetanus: vt dispiciendum curaret apud omnes, quinam pacto posset reditus in concordiam.

Iam ille cùm adhuc Pali ageret, apud Catharinam Proregem hoc mandatum acceperat à sua Majestate, per Constantium virum doctrinæ non pœnitendæ : ac disertis verbis Regi per litetas, & breue Commentariolum ipse Cajetanus, significarat : quæ omnia REX auditione sua Regia fuerat dignatus, legente pseudo-Ministro Hesperiano, qui tunc cum ipso Cajetano de eo conueniebat, & apud Regem totius scripti laudator extiterat: vt sua etiam occasione, Rex Christianissimus facilius de suo in Ecclesiam regressu, fuerit persuasus: & ità hoc anno declarauit Augustæ Turonum mense Martio, cùm Salmuriis reuerteretur.

Multi pseudo-Ministri in eo concordabant sed vnus præter omnes, ex relatione Illustrissimæ Catharinæ Parthenææ viduæ Rohanensis Domini Principis inter magnates Britonum, dixit nomine Tesquensis, nunquam id posse perfici, per solos Gallos nimium pertinaces in sua leuitate, si quid magis arriserit : sed esse euocandos Anglos & illorum ordinem instituẽdum, vt paulatim ex miserabili Caluinitarũ ἀναρχίᾳ rediretur in aliquod specimen honesti regiminis, puta primatum vt deinde agnito Rege, ac sua Majestate, se sacræ sedi summittente nullo post discrimine populus sequeretur, qui nec se deceptum fuisse posset agnoscere & iam hoc haberet pro lege ex disciplina sua, vt vocant, legitima : esse iudices caussarum matrimonialium, ipsos Episcopos & Officiales, quatenus à Rege constituerentur. Ille ita opinabatur, & commodùm ille Tesquensis, Salmurios venerat, & apud Cajetanum iussu Catharinæ vtriusque hospitabatur.

Sed coacta Synodo, nihil tum effici potuit, nisi ridiculè de choreis & mulierum ornamentis actum, ac interea Rex discessit. *Hæc omnia ex Aduers. Minist.*

Amurathes à suis Spahis in angustias fuit redactus, qui quæstoris caput generalis deposcebant ad vindictam: quod cùm nollet Sciaus Primo-Visir consuluit, vt per Zamoglianos, isti punirentur. Sed Spahi fortiter restiterunt, vt maioris damni metu, coactus fuerit Amurathes illis nummos spargere assatim, vt suam indignationem compesceret, & simul ipsum Sciaus magistratu suo abdicat, & Sinan Bascias in honoris primarij gradum restitutus est. *Campana. Relationes Turcicæ.*

Ipso ingressu anni etiam pestis renouatur in Candia : quæ malùm in quisquiliis obsorduerat. *Campana.*

Illo anni initio Sellæ vrbs Biturigum cùm fuisset paulo ante Regi reddita, proditione Capitanei præfidiarij, fit rebellis. Aduersus eum Bironius filius Ammirallius Franciæ, ex Xantonum agro reuocatur, quo ad iusta patri reddenda, iuerat, vt suorum etiam sua presentia leniret dolorem. *Aduers. Ministror.*

Magnæ hoc ipso initio pugnæ existunt inter Croatios & Turcas, & eo tempore Nadastius, Palfius & alij se verè Barones præstiterunt *Campana.*

1596 — 5685 — Marchio Castillionensis, à suis militibus deductus in Ecclesiam, à Vulpino famulo defuncti Alfonsi Gonzagæ, ictu sclopeti interficitur : quod rebantur omnes illum fuisse authorem sicariis vt Gonzagam interficerent : potiundæ hæreditatis caussa. *Campana.*

Cùm colligati molirentur Parisiis, nouum Regem eligere sub beneplacito Pontificis: Rex Henricus Franciæ & Nauarræ Christianissimus Edictum promulgat, Ianuario, quo illa omnia damnat & pro authoritate Regia, eos omnes reos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi. 1585

Maiestatis lesæ declarat. *Campana. Acta Gall. Aduersaria Ministrorum.*

In eo multum grauiterque de Mayennensi conqueritur, atque Regni antiquas leges profert, quarum ad se vnum potestatem summam, pertinere manifestissimis argumentis probat. *Idem. Eadem.* 5673

Corpus Farnesii 15. Martii, Parmam delatum est, ei facta iusta ab omnibus, ac præsertim à suo filio Cardinale Illustrissimo, cum certa dote pauperibus puellis oblocandis ingenti numero constituta. *Idem. Campana.*

Idem præstat Dux Ranucius creatus à summo Pontifice, Maximus militiæ Ecclesiæ Magister, quem Confalonnerium vocant, idque tanquam successione auita paternáque: Erant etiam Archiepiscopus Mediolanensis Episcopi Mutinensis Regiensis & alij multi Prælati Feudatarij Farnesiorum, qui summum suum dolorem in tanti Principis amissione, etiam lachrymis testati sunt. *Campana. Italicæ Relationes.*

Noviodunum capitur à collegatis mense Martio, nequicquam Rege Christianissimo, opem è Turonia accelerante. *Campana. Aduersf. Ministror. Acta Gall.*

Hollandici Ordines magnum futuri belli apparatum instituunt, in Dorduch. Terra Marique & Nassouius, & Groninga Sangettrudē capit: Berga, & aliæ pleræque ciuitates in potestatem ordinum redeunt magno Catholicorum dispendio. *Idem. Eadem.*

Iunio mense Turci, à Croatiis funduntur felicissimè in Sesque, vbi Hassam Bascias, Hazamatha de Clissa, Sinan de Barlazzi, Sasser de Souringa, præfectus de Herzo, Curzi de Bossega, Ebraimus dedica & alij permulti primariæ notæ moriuntur *Idem. Eadem.*

Eo mense iubet Blesiis Rex Christianissimus suæ sorori, vt Duci Mompensterio amoris sui pignus erga ipsum impertiatur, vt iam nuptura ei videretur propediem. *Aduersf. Minist.*

Mense Aprili Collegatorum conuentus est traditus Parisiis, ad electionem noui Regis, in qua Archidux Ernestus, post Infantam Hispaniæ, nominatus est in deliberando, alij etiam id contendebant. Populus Guysium appetebat, Namoursius id sibi concedi postulabat, Principes sanguinis & Primates, cum Rege Henrico Catholici omnes protestabātur, omne illud consilium irritum fore, Franciam enim Regem suum Hēricum Christianissimum habere. *Campana. Acta Gall. Aduersf. Ministrorum.*

Eodem mense initur consilium, apud Hurenam pagum Parisiis vicinū de recipiendo Rege in gremium Ecclesiæ, in quo colligati consenserunt sub beneplacito sanctissimi Patris D. Papæ. Idque quia aduerterunt plerique omnes aliò spectare consilia Hispanorum, quàm ad ipsam hæresis extirpationem è regno Galliarum. Et propterea id etiam procurante Duce Mayennensi, Arestum Cutiæ Parlamenti emanauit, quo de electione, cauebatur seruandam esse exactè legem Salicam de Corona & Regno Franciæ, ad mares solos fœminis exclusis pertinente. Præses primarius erat tunc Ioannes Magister, qui se verè magnanimum in eo compræstitit. *Idem. Eadem.*

Pater Marcellinus Theodorus hoc anni principio moritur, magna sanctitatis opinione, ordinis obseruantini, in conuento Aræ cœli. *Campana.* 1556

Iunio mense ab Alexandrino pattiarcha mittuntur Legati Romam, qui Patrē sanctissimū pro capite agnoscat. *Baronius.* 5685

Quatuor vicibus hoc anno Turci à Christianis fusi sunt, quo de sanctissimus Pater gratias solēnes Deo agere instituit: & ad Imperatorem Legatos misit, cum aliquanto nummorum subsidio, qua etiam de causa Imperator ipse, de Episcopatu

Anni mundi. | Anni Christi. 1585

patu Argentinensi inter duos duos Electos, vt inter se temporalia partirentur, ita tamen vt Illustriss. Cardinalis Lotharingus titulum possideret: quod sanctiss. Papa ægerrimè tulit, quia vnus protestantium bonis Ecclesiæ frueretur. *Campana.* 5673

Tunc antequā mense Majo & Iunio conuentus Surenensis inducias contraxisset, Rex Henricus Drusios vibem obsidet & capit cuniculis actis sub Griseam turrim, in qua erat ingens thesaurus, & qua cadente Anglorum aliquot cohortes, cùm nimis auidè thesauros exquirerent, ruina illa oppressi sunt. *Acta Gall. Aduersf. Mimist.*

Ipse Dux Mompensterius fuit ictu sclopecti in mandibula inferiore, insigniter læsus, vt tantum non in guttur, ipse globulus se indidisset. *Eadem.*

Paulo ante in Neustriis exercitum duxerat, & vibeculas aliquot in Regiam potestatem vindicarat. *Eadem.*

Mense Iulio multa prodigia & monstra, in Germania apparuere. Marpurgi sol, cum circulo obscurissimo triduum emicuit. *Campana.*

Reliquo etiam anno, Octobri scilicet Viennæ, Pragæ, Vvitembergæ Lipsiæ & alibi apparuit cœlum sanguineum.

Rostochij Saxoniæ in pulpito lapideo, natus est aut formatus vultus humanus, & manus etiam cum digitis extantibus, ex vera carne, nulla alia materia subiecta, quam ipso lapide, quæ facies & manus ad sudorem vsque totius pulpiti lapidei sese vehementer exagitabant. In Volmenstat nata puella biceps & Roberchij prope Montem Regium natus est puer, cum collari corneo, quali virgines vtuntur mense Nouembri prope Francofurtum, puella bicorpor & vniceps nata est.

Ante Pascha in Silesia cuidam puero, loco dentium puerilium qui cecidissent, enata est gingiua inferior tota ex puro auro, quod fuit omnibus ingenti miraculo, de hoc scripsit Iacobus Horest medicinæ lector Helmestatensis. *Campana. Ipsi libelli.*

Germania cum doctis viris abundet, de iis prius admonita fuerat per doctissimos suos Astrologos, contra quos tamen Physici contenderant in causarum disquisitione. *Idem. Ephemerides.*

Augusti mensis 6. Rex Henricus Christianissimus, apud Sanctum Dionysium, Missam adit absolutione obtenta, à multis Archiepiscopis & Episcopis illic præsentibus, quo permulti etiam confluxerunt ex vrbe ipsa Parisiorum, inter alios Renatus Benoist Sancti Eustachij decurio, qui post Regis Confessarius est factus, & ab ipso Rege Episcopus Trecensis nominatus: vnde est toto regno magna lætitia consecuta. Vt iam in vestibula pax adesse videretur, quod etiam postea accidit, tantum potest Regium exemplum, & augusta illius Maiestatis authoritas. *Aduersf. Minist. Acta Gall. Campana.*

Natua castrum munitissimum in Suecia, per incuriam dum à Cancellario visitatur sub Regis Sigismundi aduentum, igni summisso puluetibus pyriis totum subruitur, magno totius Regni Sueci damno. *Campana.*

Rex ipse Varsouia soluerat in Liuonico.

Eodem mense Archidux Ernestus, in ducatum Flandriæ, à Rege Philippo accersitur. *Idem.* 1596 | 5685

Tum etiam Dux Vvittebergensis moritur, & Mauricius Landgrauius Hassiæ, vxorem ducit Agnetem Comitis Solmensis filiam. *Idem.*

Dux Illustrissimus Niuernensis Legatus Romam à Rege Christianissimo mittitur. *Acta Gall. Aduersaria Ministrorum. Campana.*

Mense Septembri, creantur quatuor temporibus Cardi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nales, Illustrissimi, Cynthius & Petrus Aldobrandini, Franciscus Toletus Iesuita & Lucius Sassus Romanus. *Campana.*

Anni mundi.

Ann. Christi. 1585

21. Die Septembris magnus tumultus Lugduni contra Namursium concitatur, & ipse cùm multis nobilibus in carcerem truditur: cum in suspicionem venisset occupandæ vrbis, & quædam arcana consilia, cum Principe Sabaudiæ tractatet clam. Captus est iussu Ducis Mayennensis fratris ipsius, vt ferebatur. *Campana. Aduers. Minist. Acta Gall.* 5673

Hæc in laudem tanti Principis dicta sunt, quod nunquam, ne vrbeculam quidem è ditione Francica in arenam transferri, passus fuerit. Ipsius acta id palàm, omnibus testantur.

Petrus Hussanus vir nobilissimus, Turcos ad Albam Regalem fundit mense Octobri. Et Amurathes Beyus Palottensis strangulari iussus est, à Sinan Bascia, ob suspicionem proditionis. *Campana. Turcicæ relationes.*

Bilbilis ciuitas Biscuayæ tantumnon aquis deursum labentibus summersa fuit. *Hispanica. Campa.*

Princeps Maurus Mulei Xeque, filius Mulei Mehemet Regis Fessæ, Baptismum suscipit in S. Laurentij, vulgo Escuriali dicta: vnde magno gaudio Rex Catholicus affectus est alter etiam affinis eiusdem Principis, simul baptismo inauguratur.

Ille est cuius causa profectionem Rex Lusitanus Sebastianus in Mauritaniam susceperat sed post illud infœlix prælium semper in media Regis Catholici aula Christiano ritu educatus est. Idem Rex Fessæ, erat tunc Rex Marocci. *Campana. Hispan.*

Lugdunenses declarant apertè se futuros semper Sanctæ Ligæ obedientes, modo nequid detrimenti Status Regius & Corona Franciæ patiatur. *Acta Gall. Addit. ex. Minist. Camp. Ipse Protest.*

Illustriss. Cardinalis Gondyus, & Marchio Pisanæ à sanctis. Patre Clemẽte VIII. reiiciuntur, & extra omne territoriũ Ecclesiæ subsistere iubentur. Quamuis ipse Cardinalis affirmaret, se tantum venisse D. nostram Lauretanam inuisere, neque de Henrico Rege Gallorum velle agere. Ipse autem Marchio, ea ipsa de causa venerat, vt veluti viam Duci Illustrissimo Niuernensi præpararet, cùm ille Marchio iamdudum in aula Romana versatus esset, & diu in ea Legati officium præstitisset *Campana. Act. Gall.*

Tandem Nouembris 21. Niuernensis post multas recusationes ingreditur Romam, Sancti Angeli porta, intermissa illa quæ populi dicitur, quia nollet sanctissimus Põtifex eum de parte Hentici, pro vero Franciæ Legato agnoscere, donec Henricus absolutus fuisset. Illius tamen supplicationem excepit placidissimè, & audientiam præbuit non Regiam, cum prælatorum ipsi assistentium testimoniis, qui ad Sanctum Dionysium Regię conuersioni interfuissent. Illa tamen omnia nullum sortita sunt effectum, ac indidem rediit Niuernensis, qualis ierat infecta re. *Campana. Act. Gall. Aduers. Ministrorum.*

Rex Sigismundus Sueciæ & Poloniæ, articulos sibi ab ordinibus Sueciæ propositos respuit, quibus sua deminueretur authoritas, necnon dissimulare suam religionem Catholicam tenererur, & fauere Lutheranismo, quod illi absurdissimum esse visum est. *Campana. Germanica.*

Dominus Breuius Legatus Regis Christianiss. apud Turcam, mouet & vrget expeditionem in Austriacam domum & Hispanos, sed nihil ferè obtinuit. Nisi quod Cicala Bascias mare prima cum classe ingreditur, & Ragusinos infestat, sed nil vltetius promouet. *Campana.* 5685

1550

AN-

Anni Christi. 1585

Eodem summo Pontifice.
Clemente VIII.
Eodem Imperatore.
Eodem Rege Christianissimo & aliis Regibus & Principibus.

Anni mundi. 5673

ANNVS D. M. D. XCIIII.

VVLGÒ dicitur de tragicis euentibus: Ἐξ ἀπὸ μηχανῆς, Ita vt quæ minus sperarentur, accidant: Ita hic notandum huo pacto Deus rebus Franciæ desperatis, succurrere voluerit.

Initio anni postquam diu prorrahi inducias omnes cuperent, Rex Christianissimus alto Regiæ mentis consilio, non solum inducias sed pacem ipse sibi facere statuit, classico scilicet ad arma ciente vndique vt dum aduertunt colligati, nequaquam fractum esse bello Henticum eumque Catholicum, & aliunde iam quisque ipsorum degustato ociolo quantulocumque inducium, mallet quietè domi viuere, quàm iterum ad strages & omnia malorum portenta reuerti: Ecce primus omnium Vitrius Nobilissimus eques, & fortissimus vrbem Meldensem, secum & cum tota Bria, Prouincia sic dicta, in Regis obsequium reduxit. *Acta Gall. Campana. Aduers. Minist.*

Ludouica Lotharinga Regina Christianissima Henrici defuncti Christianissimi vidua, Mantam venit vt ad pœnam, deposceret quoscũque reos mortis Regiæ. Ei ab Henrico 4. Christianissimo, data fuit audientia in maiore diuæ virginis æde, apud Mantam, ibi astiterunt Regni primates, & ipse Rex in solio Maiestatis sedens illius Reginæ querelas proprio ore primum, deinde Aduocati sui quem ipsa sibi delegerat, disertissimum & iurisconsultissimum, quo finiente incœpit maximus omnium sęculi inter Gallos Oratorum, Illustris Gueslæus Procurator Regis, & Regni Generalis, qui tam disertè orauit, vt omnibus persuaserit, tam commotè vt omnibus lachrimas excusserit, tam denique ex decore, vt regem ipsum in admirationem rapuerit. Quibus auditis Rex Ludouicam Reginam consolatur humanissimè, illique opem omnẽ pollicetur, & omnia. Ac tam indignũ scelus omnium cõsensu vindicari debere, conclusum est. *Acta Gall. Aduers. Ministro.*

Curia Parlamenti hoc mense Ianuario, aresto statuit, vt Rex Henricus agnoscatur pro legitimo: abdicat dignitatem Duci Mayennensi suæ præfecturæ Generalis, quàm prius illi concesserat: iubet exire omnes milites, & Præfecto mercatorum vrbis custodiam demandat. *Eadem. Idem.*

Rex Christianissimus vrbeculam fortissimam Fertemilonem capit deditione. *Ibidem.*

Aurelia se dedit. Lugdunumque Regem pariter agnoscit.

Magnæ vndique conuersiones toto regno hoc anni initio acciderunt. *Eadem.*

Mense Februario Imperator indicit comitia Ratisbonæ. Quæ post Iulio mense inierunt. *Relationes Germanicæ.*

Dux Niuernensis cùm nil Romæ proficeret, in Franciam magna cum suis doloris testificatione reuertitur. Ac illud memoriæ Sanctissimi Patris, Clementis VIII. reliquit armis Ecclesiæ Ecclesiam oppugnati. *Campana. Ipsius Ducis relationes.*

Parisiis Marchio Belinius, quem Campana malè præsidem fuisse dicit, discrimen incurrit vitæ, quod nimis Regi Henrico fauere videretur. *Acta Gall.*

1596 5685 Versus Februarij finem Rex adit Carnutes, ibi consecrandus, oleo sancto quod apud Monasterium majus Diui Martini, Augustæ Turonum asseruatur. Fuit autem vnctus initio Martij mensis, & postridie sibi insignia ordinis Sancti Spiritus decenti ritu, induit: publica totius populi cum Nobilitate lætitia. *Eadem.*

Eodem mense 22. die Parisios circa auroram ingreditur, sine strepitu, cum ei adessent Brisaccus, ex eo Mareschalcus

Universidad de Deusto
Biblioteca

	uita & paterna dignitate factus, quamuis prius pro colligatis, religionis ergô ſtetiſſet : & prętectus Pariſienſis nomine Angeſius, qui regem ipſum introduxerunt. *Campana. Acta Gall. Aduerſ. Miniſtror.*
	Magnificentiſſimè Rex egit cum Duce Feriæ, & aliis vt eos illęſos in ſuos fines remiſerit, ſibi non eſſe cordi ajens, extraneos domi ſuę quamuis hoſtes, malè habere: Sed fore cum Deo, vt aliquando Regem Hiſpaniatum in ſuas oras inuiſeret *Acta Gall. Aduerſ. Miniſtror.*
	Ea dies deinceps feſta fit Pariſienſibus, propter recuperatam ſub Rege legitimo libertatem.
	Et magna laus in perpetuum debetur Parlamento, in quo Patres conſcripti, ſunt à Rege & cacumina virtutum heroicarum, & ipſius Regni Baſes, quarum Statumen rex ipſe eſt.
	Vinſemij in ducatu Luneburgico, natus eſt infans, qui nullam naturæ humanæ ſpeciem referebat. *Campana.*
	Aprili menſe Canonizatus fuit, frater Hyacinthus Polonus prædicator. Poſt multas deliberationes, iam à multis retro annis habitas Oratorè Ciuo Campana Aduocato Conſiſtoriali. *Campana.*
	Tieffembach Turcus Hattuam obſidet, vnde tot bella & clades, vtrinque toto anno extitere inter Turcos & Chriſtianos: adeo vt multa oppida hinc inde amiſſa & recuperata fuere. *Relationes Turcicæ Idem Camp.*
	A Chriſtianis capta eſt Strigonia, Neogradia ſe dedit, cuius Beyum Sinan Baſcias interfici iubet ſub manu liƈtoris. *Idem.*
	Dies Sancti Hyacinthi declaratus eſt 16. Auguſti, cum plenaria peccatorum remiſſione & indulgentia Pontificis. *Idem.*
	Mittuntur à Republica venetorum Legati ad Regem Chriſtianiſſimum Mocenicus & alii Patres noſtrę primariæ magnificentiſſimi ciues tam nobilis ciuitatis, quod valde magnum incuſſit terrorem rebellibus, & omnes in Regis admirationem euexit. *Idem.*
	Tunc Croatia valde à Turcis afflicta, & rumore fuit Sinan Baſciam, aditum habere in Syracuſas Siciliæ, quo tamen fruſtratus eſt. *Idem.*
	Eodem tempore Rex Sangermani Laicæ, prope Pariſios degens, malè ſe habebat & valetudinem ſuam curabat, cùm audit Toloſam ſibi eſſe breui dedendam, dinde roſneum cum Hiſpanis Capellam oppidum Picardiæ vlterioris, obſidere ac tandem ni adeſſet capere, quod accidit ob Regis abſentiam à ſuis. *Acta Gall.*
	Ruſciani Turcos infeſtant, & Caſtrouizza capitur à Chriſtianis. *Relationes Turcicæ.*
	Maij 22. Comes Mauricius Grouningã obſidet & propugnaculum Auric dictum capit. *Eadem.*
	Regi Scotiæ Iunio naſcitur, infans, cui nomen Brederoda & Aldegonda, Hollandorum ordinum nomine, matre Regina Agnete id exoptante indiderunt ſuis ritibus extra Eccleſiam. *Campana.*
	Eodem anno 5. Iunij Amſterodami, nauigatio maris Naſſauuienſis inſtituta eſt, & accepta ſoluentibus Texela, & in altas glacies perrumpentibus, magno vitæ ſuæ periculo, & nullo fere profectu. *Campana. Ipſi Relationes.*
	Manuth Rays, octauo Iunij in oſtio Phari, Calabriã vaſtat, & multas animas deprædatur. *Idem.*
	Archidux Maximilianus menſe Iulio, Caſtrum Petroniæ batuit tormentis & capit. *Idem.*
	Bernardus de Rab, auſpiciis ipſius Ducis tria millia Turcorum fundit ad Caſtagnavizzam. *Idem.*
	Interea Rex Galliarũ Bellaciſſimus, Laodunum capit. Magna virium regni expeditione, vbi adhuc erat filius Mayen-
	nenſis,

Anni mundi.	Anni Chriſti.
5673	1585
5685	1596

	nenſis, & fortiter obſidionem ſuſtinuit. *Acta Gall. Aduerſ. Miniſt.*
	Caſtrouizza tunc etiam à Chriſtianis recepta, & Siſach vrbs munitiſſima. *Campana.*
	Eodem tempore Dux Tranſſylnaniæ, quem Vvayuodam vocant, magnum fecit in Turcos impetum, & Matiam Chriſtianã Archiducis Caroli filiam ducit in vxorem, à quo Turci valde afflicti ſunt. *Relationes Turcicæ.*
	Baſcias Cicala menſe Auguſto, faſces immittit Rhegio, & conflagratione diſperdit. *Eadem.*
	Victor rediit Rex Chriſtianiſſimus Lauduni Septembri menſe, Pariſios, vbi à furore magna cum lætitia exceptus eſt, poſt quam aliquot dies ſe vrbi oſtendiſſet ouans adijt Sangermanum Laïcæ. *Acta Gall. Aduerſ. Miniſt.*
	Duo caſus in armis, eo tempore contigerunt admirabiles apud obſidionem Laudunenſem, frater magni Franciæ armigeri ſiue ſcutatij dictus Termes, Bombardæ ictum, in femine excepit, quo ſine alio incommodo perfectè ſanatus eſt. Alter ſimilis in Hungaria, in equite Antideo in Iauarini obſidione, cui Bombardæ maioris exploſio domum in qua erat, ſupra ſe euertit, & ità exanimis iacuit, tamen Franciſci Montani diligentia extractus è ruderibus facilè ſanitatem recuperauit. *Campana. Act. Gall. Relationes Turcicæ.*
	Turcæ Iauarini inſulam aſtu occupant. *Eadem.*
	Id menſe Septembri.
	In Scotia menſe Octobri, Catholici magnam victoriam de hæreticis reportant. *Campana.*
	Zoſnæ in Electoratu Brandeburgenſi viſa eſt Luna enſibus decuſſatis quadripartita, cum circulo grandiore, quæ eam cingerot. *Idem.*
	Odoardus Marchio Badenſis & Erneſtus illius affinis, inter ſe dimicant. *Germanica.*
	Comes Holachenſis ducit vxorẽ, Comitiſſam Burenſem. *Eadem.*
	Cardinalis Illuſtriſſimus Placentius Legatus Franciæ à Rege Chriſtianiſſ. non admiſſus, cùm rediret Romam in Pedemontium menſe Octobri peruenit, & ipſum Ducem in obſidione Briguerafciana inuiſit. *Acta Gall. Aduerſ. Miniſt.*
	Itali Flandris militantes ſeditionem mouent. *Flandrica. Campana.*
	Menſe Nouembri rex Picardiam adit & in reditu, bis maghũ incurrit ex inſidiis vitæ periculũ. *Acta Gall. Adu. Miniſt.*
	Dux Sabaudiæ & Marchio Sanſurlinius valde Deſdiguyerium infeſtant, eſtque ab illis vltro citróque fortalitium Sancti Benedicti captum & receptum alternis. *Campana.*
	Illo anno ſub finem, redeunti Regi Chriſtianiſſimo ex Picardia ſuperiore: occurrit Pariſiis in ipſa Lupara, perditus ganeo qui ſuis criminibus occultis adactus, ſui internecionẽ quærens, Regi ipſi proditoria & diabolica manu, intentat necem, in aula media, circunſtantibus Principibus, audacia pluſquam exterminata. Ipſi Regi intulit cultellum bicipitem in os, cuius ictu labrum ſuperius diſciſſum, & duo dentes excuſſi ſunt. Ibi capitur & primum negat deinde confitetur, ſe fuiſſe conuictum diabolica tentatione, vt meritoria Regis nece, pro eo quod vt S. debuiſſet damnari in Inferno, iã amplius non niſi: vt 4. puniretur: cùm ipſe reus eſſet multorũ criminum quæ ſunt deliria mali animi. De eo ſupplicium ſumptum eſt, diſcerpitur à 4. equis in platea Diui Ioannis in arenula Pariſiis vt vocant. *Campana. Acta Gall. Aduerſ. Miniſtrorum.*
	Dux Bulionenſis Vice-Comes Turenius, hoc anno ducatum Lucemburgenſem, iuſſu Regis Chriſtianiſſimi inſilit, & nullo profectu redit. *Camp.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi.

Ex occasione Ioannis Castelli, quod nomen erat illius perditi ganeonis, qui Regem inuasit cultello, P.P. Iesuitæ toto Regno iubentur exulare, quia iste Castellus apud illos studuerat. Vnus ex ipsis P.P. laqueo vitam finiuit, quòd inter sua scripta, illud inuentum fuerat, dè necandis Tyrannis, & Regibus non Catholicis impunè. *Acta Gall. Aduers. Minist.* — 5673 — 1585

Nouiodunum Regi deditur obsidione. *Eadem.*

Hoc anno Ernestus tentauit Hollandos rationibus inducere, vt Regem suum agnoscerent: sed frustrà. *Campana.*

Tartari ingrediuntur Transsyluaniæ partem populabundi in Raccomoscz: quibus fortiter Sigismundus Battory Vay-Vvoda restitit. *Campana.*

Archidux Matthias insulam Iuarini deserit vnde accidit, vt tandem Iuarinum in potestatem Turcarum deuenerit. *Turcicæ. Relationes.*

Sinan Bascias Romano more filium proprio magistratu priuat, quòd male rem egisset. *Eadem.*

Detecta est coniuratio contra Transsyluanum, & supplicio afficitur, Bathazar Battory, creatus à coniuratis nouus, Vay-Vvoda: reliquis fugientibus vt Cardinalis Battory & fratre ipsius. *Campana.*

f Cardinalis Albertus Austriacus fit Archiepiscopus Toletanus ad Regem Catholicum missus est Ioannes Franciscus Aldobrandinus, & Leonora Austriaca filia soror & amita Imperatorum Ducis Gulielmi Gonzæguæ moritur. *Idem.*

Ioannes Sueciæ Rex Regali funere in Vpsalia tumulatur. *Idem.*

Decretum deliberationis à Ruthenis factæ, de suscipienda vnione Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, secunda die Decembris, hoc anno Dom. 1594. *Extusa prostat Coloniæ apud Nicolaum Steinium, per illustriss. D. Cardinalem Baronium.*

Subsignarunt Michaël metropolita Riouiensis Saluicensis & totius Russiæ.

Ipation protothronius Episcopus Vvlodimiriensis & Brestensis.

Cyrillus Exarcha Kiouiensis. Luccoriensis Episcopus, & Ostrosiensis.

Gregorius Archiepiscopus Polocensis & Vitebscensis.

Dionysius Episcopus Chelmensis & Belsensis.

Leontius Episcopus Pinscensis & Turoniensis.

Ionas Hohol Archimandrita Kobrinensis. Idem nominatus Episcopus Pruscensis & Turoniensis. Hæc omnia de consensu Regis Sueciæ & Poloniæ Magni Ducis Russiæ Sigismundi: deque superius actum est. Conuersa è Ruthenico Idiomate in latinum, iussu summi Pontificis Clementis VIII. *Idem Baronius.*

Apud Iaponam Insulam diutius P. Visitator & Episcopus qui Chinam adierat: expectatur. Mons pietatis, id est domus pauperum, excipiendis peregrinis ibi instituitur. A Quabacondono contentiones populares religionis ergò vetantur. *P. Organtini litera scripta Meaco 29. Septembris.*

Quabacondonus consentit Amameoxanos viles homines fieri Christianos, non nobiles. 500. Hoc anno baptizati sunt, & omnes Christianam fidem amplectuntur facile, quia illa vetat luxum & latrocinia & compotationes. Exemplis etiam moti sunt vnius qui ex improba cõsuetudine, mores optimos induerit. Item Guembæ Ioannis nobilis, qui authoritatem ad omnia bona conuertat. Similiter trium Regnorũ Dominus baptizatur Bozaccæ, Regna sua sunt Prouinciæ amplissimæ. *Idem Organtinus. Hæ duæ litera ad D. Aquauiuam nunc Illustrissimum Cardinalem scriptæ sunt Meaco.* — 5685 — 1596

Atque

Anni Christi. 1585 | Anni mundi 5673

Atque hæc sunt precipua, quæ hoc anno domini 1594. cõtigere. Sequitur annus 1595. In quo pax tandem à reliquis olim colligatis seorsim tamen, Mayennensi Duce, præeunte, ab ipso Rege Christianissimo impetratur. Et est Catastrophes nostræ penultimus actus. Sequente statim plenissima Regis absolutione, à sanctissimo D. Papa Clemente VIII. obtenta.

ANNVS D. M. D. XCV.

Hic annus 1595. de Rerum Gallicarum statu, & simul de Regis ipsius Christianissimi, cum Ecclesia Catholica Romana reconciliatione abundè tractat & initio illius sanè, gratiæ Deo agendæ sunt quod huius Regni misertus fuerit, & paternæ Charitatis sanctiss. D. Clementis VIII. viscera in ipsius & Regni & Regis commiserationem commota sint: ne diutius Rex Christianissimus illam repulsam sustinere cogeretur. *Acta Gall.*

Moritur 8. Ianuarij Amurathes, succedit illius filius Mehemet, qui 17. fratres (ex aliis 18.) interfici coram se iussit: & omnia susdéque inuertit. *Campana.*

Hoc anno varia bella gesta sunt, sed pax Gallis reddi cœpta. *Aduers. Minist.*

Sanctissimus Pontifex totus in eam curam iucumbit, vt Hungaria tyrannide Turcica liberetur. Eum in finem misit D. Viscontyum in Transsyluaniam, & P. Camillum Illyricum in Moschouiam vt Principes, pro sanctafide magis animarent. Prior Hungariæ Legionem, quam regimentum appellant in Sabaudiam deducit, connestabuli Castillionensis causa. *Campana.*

Carolus Eranger intercipit Hayam, vrbem quam Vicecomes Turenius idemque Dux Bulionæus ceperat, in suo reditu, è ducatu Lucembergico. *Campana.*

Comes Illustriss. de Holach. ducit vorem, 7. die Februarij Mariam Chaloniam filiam Aurantij Principis. *Idem.*

Connestabulus Hispanicus circa Februarij finem in Burgundiam transit. *Acta Gall.*

Aumurathes Rais valde infestat mare Tyrrhenum, & multam prædam facit. *Campana.*

Transsyluanus per Albertum Cyrallium columnellum suæ Primipilum, 3. Turcorum millia in Moldauia interemit, aut cepit paucis saluis factis. Inde Telestiam capit & Braylam munitissima fortalitia Turcarum, & per Andræam Barstai suum Generalem ibi progressus ingentes facit, vt ipse Hungariades reuixisse videretur. *Campana.*

Tunc temporis in Francia, nihil amplius agebatur quàm vt vrbes ipsæ omnes vicissim, se anteuerterent ad reddendum Regi obsequium debitum. Rhotomagus cum Ammiralio Villarzio, sese dedit: Pictauium se componit, Tolosa tamen refragatur excitato Duce Ioyosæ, D. ac P. Capucino alias Bouchagio dicto, tantæ authoritatis, vt etiam Parlamentũ cùm maiori ex parte sese Regi deuouisset, coactũ fuerit ad Castrum sacracenum oppidum munitum secedere in Cadurcis, donec furor ille plebeius sedatus esset. *Acta Gall. Aduers. Ministrorum.*

1596 | 5685 — Tunc etiam secretarius Regius, à mandatis Reuol pius & probus & omnino tanta authoritate dignus moritur, & illius loco Rex Villaregiũ defuncti Regis Christianissimi primatium, virum Regno regendo idoneum restituit, nequicquam alijs multis id munus sibi postulantibus. *Eadem.*

Cajetanus pseudo-Minister Cathatinæ sororis Regiæ, postquam diu patienter mores, aliorum insolentissimos tulisset, etiam à multis annis se istis erroribus liberatum valde cupperet: tunc in magnam cum ipsis pseudo-Ministris contentio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem venit, de sua in Ecclesiam Catholicam Romanam propensione, ac quater cum illis congressus & bis in suis Synodis quas vocant, bis intra priuatos parietes, coram sua Celsitudine, in ipsa Lupara Regia, ita vt coacti fuerint fateri, 15. numero se esse schismaticos. Et vnus eorum ausus est etiam in Lupara ipsa, declarare pro mensa, (non pro cathedra, illi qui percarêtes successione, cathedram non habent, sed cum propter ventrem sint in secessione, mensę astant prædicantes, suo more) nulla de causa licuisse à Romana Ecclesia discedere, neque ob vnum vel plures articulos malè intellectos, neque ob mores corruptos, neque ob disciplinam exactè minus obseruatam: Cúmque instaret Catharina, pro sua ingenij promptitudine, Cur ergo ab illa discessimus? respondet Montignius alias Loupertantius. Domina quia inter Catholicos Romanos est destructa natura humana mediatoris, ac proinde mediator ipse. Respondet Cajetanus atqui est vnus fidei articulus propter quem non licet discedere ab Ecclesia. Illo tacente dicit suus hyperaspistes ensifer Fayus, Domina sum? tã bene parati omnes, te dire in Ecclesiæ gremiũ quã est Dominus Cajetanus, sed rogamus vt vestra Celsitudo illi iubeat, ne discedat à nobis, sed communi omnium consilio, verè omnes Catholici fiamus. Illa iubet Cajetano, ac inquit, Video multas turbationes excitatas sine causa, & nisi varia pathemata præpedirent, facile nos fieri posse concordes, vtinam 10. annorum spatio vita mea minuatur, & omnes nos Catholicos videamus. *Aduers. Ministrorum. Cajetanus scripta Gallica.* — *Anni mundi.* 5673

Auesna vrbs dicta Comitis igni & ferro, ad extremum redacta, à Longo-villainus. *Campana.*

Secundo die Aprilis, Paschalis Ciconia Dux Venetorum moritur. Princeps specimen omnium virtutum, & 24. die post in illius locum suffectus fuit, Marinus Grimanius senator summæ virtutis, cuius inaugurationem laudauit Dominus Piccolominius orator eloquentissimus, postquam oratio nem funebrem Ciconiæ luculentissimam habuisset. Inde magna lętitia populo, & vicinis Principibus est consecuta. Qui etiam eò suos Legatos gratulationis ergò miserunt.

Tassus Poeta eximius moritur Aprili mense. *Campana.*

Vienna reducitur à Duce Illustrissimo Mommorancyo *Campana.*

Franciæ Generosissimo Comestabulo, in Regis obsequium. *Idem.*

Fit de Castro Samporcino dicto, sed nil alioqui potuit de Mombrisonio effici. *Acta Gall. Campana.*

Mense Majo Longa-villæus Dux Illustrissimus Dorlani moritur in lustro præsidij ictus globulo. *Idem.*

Eodem mense magnus militiæ sacræ Malthanæ magister moritur, illius loco post 18. Iunij Arago Martinus Arcies creatur, qui statim omnia ex voto equitum restituit, & in omnibus gratus erat, vt statim redierint, Siculi equites & alij magnæ crucis vt vocant in obedientiam: & Amurathes in occursu ao eis fugatus est. *Campana. Relationes.*

Ioannes Franciscus Aldobrandinus Legatus in Hispaniam re bene composita, redit circa medium Maium ad sanctissimum D. Papam Clementem VIII. *Idem.*

Interea Rex Christianissimus, dum temporalia promouet, de spiritualibus non minus est sollicitus: Misit itaque Petronium virum doctissimum & eloquentissimum, quemque iam pridem ad Episcopatum Ebroicensem nominarat, ad sanctissimum P. Clementem VIII. qui suo nomine ab illo benedictionem obtineat. *Acta Gall. Aduers. Minist.* — *Anni mundi.* 5685 — *Anni Christi.* 1585

Cum illo Cajetanus sæpius egerat, de multis, & præsertim de plærisque pseudo-Ministris, qui suam reconciliationem

cum Ecclesia cuperent modò, ne mendicare deinceps cogerentur. Vt ad sanctissimum P. referret. Ipse autem Cajetanus iam erat Catholicam Ecclesiam voto amplexus, adeóque Regis, cum ipse Drusios obsideret, de adeundo Ebroicensi mandatum acceperat. Dehinc etiam Mantæ, disputatio inter Ebroicensem & pseudo-Ministros successerat, in qua suam ignominiosissimam ignorantiam demonstrarunt, summa consternatione ipsorum omnium, vt ne hiscere quidem auderent. *Aduers. Minist.* — *Anni mundi.* 5673

Beblierbeyus Græciæ à Transsyluano rumpitur. *Campana. Turcicæ Relationes.*

Vvayuoda Vvalachiæ cum transsyluanicis Nicopolim infestat, & vrbem vicinam flammis tradit. *Idem. Eadem.*

Idem Nicopolim capit, sed cùm venisset ipse Vvalachus, in suspicionem apud Transsyluanum, quasi aliquid cum Turcis moliretur: Ipse à Transsyluano capitur, & missus Pragam ab Imperatore iudicatur, & alius eligitur Vvayuoda Vvalachiæ Stephanus Boyazus. *Idem.*

Tunc à Matthia traditur Maximiliano fratri sponsa Transsyluani, Cassouuium deducenda. *Idem.*

Ferat mittitur in Croatiam à Turca, quem tamen etiam in superiore Moldauia Luconisius Carlostadensis gubernator rumpit. *Idem.*

Dux Pastrana in Flandria, cum Fuentio comite & Rhosneo frustra tentant vrbem munitissimam *Vlst* dictam, deinde ad Varambonis exercitum in Atrebates, conueniunt: & Catelletum fortissimum præsidium in suas partes transferunt. *Acta Gall. Aduers. Minist. Campana.*

Iisdẽ diebus à D. Humierio fortissimo Galliæ propugnatore, partim astu & consilio partim vi capitur *Han* propugnaculum inuictissimum, sed ibi moritur ipse Humierius. *Campana. Eadem.*

Sighetum & Strigonia igne subito in pulueribus pyrijs nec opinanter accensa, magnum detrimentum acceperunt, mense Iulio. Eò contenderat Carolus Mansfeldensis factus Imperij Princeps, & Strigoniam obsidebat, quam etiam tandem euicit. Hac occasione Mahemeres Turcorum Princeps Sinan Basciam in gratiam recipit, eóque illum amandat.

Tot clades animaduertit Mehemet, suis conrigisse: quòd mortuo patre totum exercitus ordinem immutasset & alios indignos muneri bus præfecisset, Itaque illos reuocare cogitur, quos suis muneribus spoliarat. *Turcicæ relationes.*

Tunc temporis Rex Christianissimus Burgundiam per Maresschalcum Byronium recuperabat, & hoc pacto etiam ipsum Mayennensem ad se reducebat, qui tandem de suo reditu ad officium, cum Rege pactus est, Rex autem illum est amplexus amantissimè. *Acta Gall. Aduersaria Ministror.*

Ioannes Vvay-Voda Moldauiæ & Mustapha rumpuntur à Transsyluano, ad Scarpetram. *Campana.*

Tegynna etiam capitur, Frustra tentata Albanistra. *Idem.*

Interea Transsyluanus mense Iulio nuptias suas Cassouuiæ magna pompa celebrat. *Idem.*

Rex Christianissimus tota Burgundia superiore, quam Comitatum vocant excursiones facit, & Connestabulum Castilliæ apud Grayum vrbem, se continere cogit: ac tantum non eundem capit, cum tota ditione, quam tamen postea ingenti nummorum copia emunctam, liberam reliquit. *Acta Gall. Aduers. Ministror. Campana.* — *Anni Christi.* 1569 — *Anni mundi.* 5685

Dux Mantuanus in Transsyluaniam ire parat, prius missis ante se Carolo Rossio, Hercule Rosa & Petro Bobocar & obtenta primo die Augusti benedictione ab Episcopo, in iter se dat. *Camp. Relationes Ital.*

Grollensẽ ciuitatẽ Mauricius Nassauuius obsidet. *Flandria.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rex Christianissimus Lugdunum contendit, vbi est honorificè exceptus, vna secum vehens, Ducissam Belfortensem è qua suscepto filio Cæsare, illi Cæsari eam ciuitatem cum sua ditione gubernandam concedebat. Tunc mortuus est Namursius postquam è carcere, magna subtilitate se exemisset. Illa ducissa ibi parum abfuit, quin moreretur, cum esset grauida, at post enixa est filiam. *Acta Gall. Aduers. Ministror. Campana.*

Absente autem Rege, hostes Hispani, quibus anni initio bellum, declaratum ac clarigatum fuerat, quorumdam consilio Cameracum obsident cum aliis castris adeóque obtinent deditione, quamuis Niuernensis Longa-villæus, Bulionæus, Ammiralius Villarzius, omnesque alij opem ferrent: vt necesse fuerit Regi Lugduno reuerti, sed antequam Parisios peruenisset, actũ erat de Cameraco & Dourlano. Cameraci erat Dux Niuernensis filius adhuc iunior ætate. Apud Durlanum ingens nobilium numerus Galliæ interiit, cum Rhosneus & Fuentius fudissent Bulionæum. Ammirallius in eo conflictu fuit interfectus. Belignius capitur & alij plerique, Dux Dynensis in ipsa vrbis defensione moritur. Hæc ingentem luctum pugna infœlicissima toti Regno intulit, tamen Rex inuictissimo animo regio, eò contendit, sed non potuit tam diligenter adesse à copiis, quin Caletes à Rhosneo caperentur magno tormentorum impetu, adeóque *Ardres*, arx perinde omnium iudicio inexpugnabilis, in Hispani potestatem traducitur frustra Belignio marchione opitulari obsessis nitente, vt etiam Bononiæ trepidatum sit. *Acta Gall. Aduers. Ministrorum. Campana.*

Balagnya vxor Mareschalci Balagnij doloris impatientia moritur. Postquam se viraginem præstitisset & consiliis & manu, quantum potest præstari à fœmina. *Idem. Eadem.*

Per eosdem menses diu de conuersione Regis Christianissimi Romæ agitatum, est oratore & Legato apud suam sanctitatem Episcopo Ebroicensi, cuius tam fuit grata Legatio, summo Pontifici: vt motus sit ad recipiendum Regem Christianissimum, & certis pœnitentiæ iniunctæ conditionibus ei indulgendum. Augusto mense. *Idem. Eadem.*

Ea res vbi in Galliam peruenit, omnes concursu facto commouit ad se cum Rege agnoscendos verè Catholicos, & omnes Prouinciæ vibes, & Principes Colligati vnus post alium in Regis obsequium & gratiam etiam cum contentione antegressionis redierunt. *Idem. Eadem.*

Certis cerimoniis ab antiquo vsitatis in Ecclesia Ebroicensis pro Rege, Ecclesiæ reconciliatur. *Campana. Relationes Italicæ.*

Tunc erat apud Venetos Maissius Legatus Christianissimi, apud ipsos magna gratulatio de eo habita est. Vir ille magni iudicij & summæ eruditionis. *Acta Gall. Aduersar. Minist.*

Tunc magnus fit inter Philippum Nassauuium & Mondragonem Hispanum, conflictus ad Lyppam, in quo Nassauuius superauit. *Campana.*

Victorius Strenuissumus Capitaneus Cameracum tutatur, fortiter & effecit sua industria & consilij grauitate, ne Mareschalcus Balagnyus, qui titulum Principis sibi sumpserat sub Regis tuitione, in manus hostium deueniret: cùm ipsum vehementer cuperent. Post tamen in vindictam Lamottæ Generalis tormentatiorum, ipsi hostes D. Iusium nobilem Gallum ibi mortuum & sepultum cùm fuisset Caluinista exhumarunt & fœtidum cadauer projecerunt in fluentem. Ille Lamotta mortuus apud Dorlanum fuerat. *Idem. Aduers. Minist.*

Caussa autem Cameraci traducendi ad Hispanos, fuit moneta cuprea, quam milites dedignabantur & ipsi pariter ciues,

quamuis

Anni mundi. 5673

5685

Ann. Christi. 1585

Anni Christi. 1585

Anni mundi 5673

quamuis Princeps Balagnyus omnia restituere post obsidionem polliceretur. *Campana.*

Palfius iam à Turcis Corserem oppidum mense Iulio recuperarat, nunc verò Transsyluanus etiam Lippam capit, & magno conflictu Turcos fundit. *Idem.*

Paulo ante reddita Christianis ciuitas dicta Aqua Strigoniæ fuerat, & Carolus Mansfeldius Turcos fuderat ad Strigoniam, fugato Bascia Budæ, alio Bascia interfecto Iauarini, dicto, & Beglierbeyo Greciæ, & alijs: sed non multo post ipse Carolus Dux incomparabilis moritur magno totius Christianitatis detrimento. *Turcicæ Relationes.*

Bobolca etiam in Croatia, eo tempore à Palfio pro Christianis capta fuit. *Eadem.*

Alexandrini Patriarchæ Legati hoc anno ad suos redierũt, cùm ad suam sanctitatem anno 93. missi essent vt in gremiũ & vnionem Ecclesiæ reciperentur. Ita vt annum integrum in Christiano orbe occiduo remanserint. *Campana. Relationes Italicæ.*

Extat illorum Legatio ab Illustrissimo Cardinale Baronio, conscripta ex conuersione Ægyptiaci atque Æthiopici sermonis, Coloniæ, vbi Michaël Patriarcha Alexandriæ, Æthiopiæ Ægypti & aliarum Prouinciarũ se submittit cũ Iosepho Coptita monacho omnib⁹ legibus & statutis sanctissimi Pontificis & sacrosanctæ matris nostræ Ecclesiæ Romanæ, quicquid Douza audacior æquo obganniat, ineptis & friuolis suis allegationibus, à sui ipsius testimonio & iudicio petitis, contra totius Ecclesiæ sacrosanctæ euidens testimonium, quod etiam illa certa constat experientia.

Archiepiscopus mediolanensis factus Cardinalis Borromæus propria manu Pontificis, ex antiquo more, mense Iunio recipitur Augusti 27. à Mediolanensibus cum magna pompa & festiuitate, quæ etiam nuptiis Marchionis Perretti cum Somagliæ Comitissa cumulata fuit. *Campana.*

Tunc scelus horribile patratum fuit à Scoto. In sacrosanctum Corpus Domini Saluatoris, qui cùm videret illud in ciborio sacro deferri à Sacerdote, ad preces 40. horas fundendas, ipse illud arripuit, ac humi proiecit. Tamen non passus est Dominus sacrosanctum suum corpus diabolica illa manu corrumpi, sed tantùm arca vitrea confracta est. Aderat Reuerendissimus Archiepiscopus Ambredunensis, qui suæ sanctitati exposuit, vti acciderat. *Campana.*

Tunc Altempius & Castruccius Illustrissimi Cardinales mortui sunt. *Idem.*

Septembri mense Cajetanus, postquam diu fuisset cum Ministris conflictatus, petita venia à Catharina sorore Regis Christianissimi, discedit Sangermano Laicæ, & Parisios venit vbi consultatione habita, cum quibusdam Doctoribus, abiurat hæresim publicè & priuatim in Ecclesia apud Illustrissimum Cardinalem Gondyum, & in schola apud Sorbonam coram amplissimo D. Rectore tunc D. Houdayerio Cænomanensi, Sacræ Theologiæ licentiato. Quæ res magnam illi Cajetano inuidiam conflauit à pseudo Ministris, qui omnia in illum probra sparserunt. *Aduers. Ministror.*

1569

5685

P. P. Emanuel Prinnerus & Benedictus de Gois frater adeunt Regem Mogor⁹, & in Lahor valde ab illis sollicitati, religionis Christianæ capessendæ studio ab *Horat* filio vnigenito Echebar Regis Cambajæ magno cum honore, & totius populi applausu excipiuntur. Ibi habent certos religiosos cœlibes *Vertea* dictos qui piscibus solis adeóque raro, & elemosynis in paupertate victitant. Ille Rex Mahomerũ prorsus exterminauit, & liberam profitendi Euangelij Facultatem concessit. *Ex literis Prinneri & Stauicrij ad Illustriss.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi.

Card. Aquam Vuam 20. Augusti ex Lahor aula Mogor.

Item aliis literis 3. Septembris ostenditur erectam fuisse Ecclesiam Beatæ Virgini, et populum totum ei se deuouere: adeoque Brachmanas quosdam, qui ibi superiunt. 5673 1585

Tunc in Britannia Mareschalcus Daumontius à Duce Mercurio funditur, & Sanctus Lucas primarius Baro, læsus capitur: erat ille Magister magnus Tormentariorum. Ea res magnam intulit rebus Henrici retardationem. *Acta Gall. Aduers. Minist. Campana.*

Augusti mense Pragæ Mantuanus Dux honorificentissimè à sua Majestate excipitur. Eodem aditurus fuerat Dux Ferratiensis nisi quia illi propter exules adesse. Patriæ incumbebat, quorum tanta fuerit crudelitas, vt hominem viuum excoriauerint, propter Sciarram suum ipsorum Ducem superiore anno à Baptistella interfectum, cùm essent cõcessione Papæ & Pontificum in Hungariam militaturi. *Campana.*

Sexto die Septembris conflixerunt vnà Turci sub Sinam Bascia, & Christiani sub Palfio & aliis: & quamuis dubia esset victoria, tamen suos ipse Sinam Bascias reuocauit. *Idem.*

Eodem tempore magnus Poloniæ Cãcellarius valde rem Christianam afflixit, cum aduersus Transsyluanum Stephanum a se electum arma capit, & post eundem crudeliter interficit: in quo multa accidunt consideranda, præsertim ob mortem Emirenze Sultani Persiæ, & quia etiam Cham magnus, Tartarorum literas ad Polonum scripserat, quibus post capitis inclination em, petierat ipsa Cham Chazichieri, cum suo fratre Leticherti Galga, & aliis consiliariis & Murciis pugnatoribus & magnanimis peteat sibi fœdera Polonica, aduersus Turcam confirmari, sed noluit ipse magnus Poloniæ Cancellarius. *Turcicæ Relationes Campana.*

Nihilominus Tergouistum, vnde Sinam Bascias profugerat, captum est, item Georgium castrum inexpugnabile, vbi Turcæ à Christianis fusi sunt Syluio Piccolominio Duce, quod postea conflagratione derelictum fuit Transsyluani iudicio, & tamen Sancti Nicolai oppidum captum est. *Eadem Idem.*

Vichiz castrum captum à Catlostadensi gubernatore, sed non superata rupe, tantùm ædes inferiores ipse comburi procurauit in Austria. Ea de causa villatici arma sumpserunt, sed eis Cæsar silentium impossuit sua authoritate, sedatis, vtrimque discordiis. *Campana.*

Princeps Auranciæ fit eques auratus velleris aurei. *Hispanica.*

Imperator Giaponis ad Philippinarum Insularum gubernatorem scribit, se velle esse Regis Catholici amicum: hac lege ne impediatur ab ipso contra Chinensem. *Relationes Iesuitarum.*

Cùm magna esset annonæ caritas Constantinopoli, Patrassum vrbs Thraciæ direpta est, Emporij, quod ibi agebatur celebertimi prætextu, vnde magna secuta est harum omnium Prouinciarum calamitas. *Camp.*

In Africa Mullei Nagar & Mulei Xeque, totum diẽ de regno disceptant, superior Nagar extitit, nisi cùm 7. Millia peditum, qui statim in subsidium venerunt ipsi Xeque, suum patruum Nagar coëgerunt in montes & syluas se recipere. *Campana. Hispanica.*

In Anglia fiunt de religione dissidia, & tumultus oriri incipiebant, cùm Comes Tyronius in Irlandia se aperte pro Catholicis declarauit. *Idem.* 1584

In Americam contendunt Franciscus Dracus, & Ioannes Hauccechius Angli, sed cùm in Guadalupam ex Canibalibus insulis vnam, duæ naues Anglicæ vento disiectæ essent: sed facilè Diegus Tellus Gusmanicus, illas suas facit, & hac occasione à Portu-dite quem *Porto-ricco*, ipsi appellant, sine vllo 5685

damno

Anni Christi. | Anni mundi

1585 5673 damno repulsi fuerunt Angli. *Idem.*

Lyra vrbs in Flandria, 13. Octobris capitur à Gueusæis, & statim astu ab Alfonso de Luna, cùm auxiliis Antuerpianis & Mechlinienſibus recipitur. *Idem.*

Mense Nouembri moritur Dux Niuernensis magno Regis & omniũ Franciæ ordinum desyderio, cùm ille esset & consilij & fidei plenus: & semper in omnibus Regi stetisset. *Act. Gall. Aduers. Ministrorum Campan.*

Eodem etiam tempore, moritur Daumontius Mareschalcus prudentissimus, & fidelissimus ex ictu in brachio sinistro, ad *Dinan* oppidum in Britannia inflicto. *Acta Gall. Aduers. Ministror. Campana.*

Tunc etiam Parisiis Dominus Anthonius Rex Lusitaniæ dictus moritur modo, & in Franciscanorum conuentu celeberrimè pompa etiam Regia tumulatur, ibi iacet illius corpus in sacello penitiore, retro altare maius. *Eadem.*

Hoc mense prorsus fuit Maiennensis, cùm Rege reconciliatus, & Cabilonum cùm Suessione, pro subsidio priuatè, à sua Maiestate obtinet: cùm sua priore Insulæ Francicæ gubernatione exceptis Parisiis, & aliis quibusdam vrbeculis. *Articuli ipsi.*

Similiter Dux Guysius cum Rege egit, vt sibi liceret gubernatori esse Rhemis, ac interea illius Archiepiscopatus titulus fratri suo iuniori Principi humaniss. & studiosissimo Abbati S. Dionysij solim reseruaretur. *Idem.*

Rex Christianissimus Nouembri Mense, circa finem, Feram Picardiæ oppidum, quodque ab Hispanis Dux Maiennensis fidelissimus recuperare non potuerat, obsidere statuit & nouo stratagemate, contra quã aliæ vrbes igni & tormentis vexantur, Rex aquis inundantibus ex natura loci ipsam Feram submergere conatur, ex industria sui cuiusdam cubicularij viri ingenioſi, quem Beringum nominant. *Aduers. Ministror.*

Episcopus Eburnensis D. Petronius, Decembri mense iussu Sanctissimi Patris, confectis rebus Francicis Presbyter consecratur: post verò etiam Episcopi inauguratione decoratus est: vtrumque opera Illustrissimi D. Domini Cardinalis Ioyosę, Rerum Gallicarum apud suam Beatitudinem protectoris. *Campana. Relationes Italicæ.*

Tunc erat Legatus Venetiis Maissius pro Christianiſs. & indicus Mendozza pro Catholico in locum Francisci de Vera. Vicissim Constantinopoli pro Republica magnifica, erat Leonardus donatus, & Comes Oliuarius Prorex in Neapoli eodémque tempore Philippus Croyus. Dux Arscotius moritur. *Idem.*

Massilia tunc etiam rebellare est ausa. sub quodam Casaultio dicto, cui tamen cuius quidam nomine *Liberta*, quid esset libertatem ciuitatis attentare, & Regem agere luculenter demonstrauit: ipsum enim in media sua tyrannide oppressit: cùm maximè vellet Hispanos inducere. Et accersito Duce Illustrissimo Guysio tunc Prouinciæ gubernatore, ipsam ciuitatem Romanæ olim Majestatis sociam, Regiæ Majestati, ad quam illa iure pertinet, subiectam, absque metu Hispani, cæ classis quæ iãm appropinquarat Barcinonæ, ipsi Illustrissimo Duci reddidit. Ille autem in eo etiam fidelissimam suo Regi operam nauauit, & nauare pergit. *Campana. Acta Gall.*

1596 5685 28. Augusti die Rex Mogor accedens ad P. Pinnerum & alios in festo Beatæ Mariæ ad Niues dixit. Cur non extruitis Ecclesiam, & omnes Christianos facitis quotquot esse velint, in quo apparet, esse illi genti innatam quandam ad cultum Christianum propensionem. *Ex literis Pinneri. Ex aula magni Mogor. 3. Septembris. 1595.*

Secunda nauigatio Nassauiensis in Septentrionas solu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta Iulio, tandem decimo octauo Nouembris die, post multa pericula ad Vvaerhuysium portum redierunt, Experti sunt glacies & ventos omnino insuperabiles, Rosmarias belluas, Elephantis dentes similes, & alia quædam homœotropa habentes, impugnarunt & expugnarunt, & simul quantum sit miraculum rerũ toto orbe intellexet ũt in Vaygatz. Habitant homines, in Vgolite portu tota hyeme perdurãt apud Tartaros vltra fluuium Oby. Ibi Sannitæ homines syluestres primo congressu feri post verò dulces facti, terram incolunt: arcu & sagittis vtuntur. Ibi etiam imagines colunt, & rãgiferorum holocaustis litant. Illuc vsque ad Septẽbris mensem hæc secunda Batauorum nauigatio perdurauit. *Nauigatio Hollandica.*

P.P. apud Giaponam domos habent Naganga Chanam & Ornataram, sed Taicosama suspectum Quabacondoriũ a se factum nepotem suũ habet. Cũmque Tarauazandonus metu Taicosamæ aliquot Christianos carceribus mancipasset, factum deinceps vt oratione 40. horatum ab ipsomet Taicosama liberati sint cum oratio ipsa produceretur ad 160. atque plures dies. *Relatio historica R. P. Aloysij fratris.*

Rex Christianissimus ducendis alueis circa Feram diligenter incumbit. *Acta Gall.*

In domo Arimana & residentia Atiæ magnus zelus Christianorum esse videtur. Vt non dubitarent homines illi Giaponenses pro Christo mortem oppetere.

Ex domo Amanensi & scimo fiunt multæ P. P. missiones in Corajam, Cicungan, Fingum, Corumam, Bengum Sassumam quæ omnia regna sunt Giaponis amplissima, extitque amplissima hominum illorum concertatio, vt Christiani fieri velint. *Idem Aloysius fratis.*

Palsius & alij strenuissimi quinque milites Christiani, aduersus Turcas cum ipso VaiVvoda transsyluano egregiè depugnant, partimque sua præsidia firmant, partim alias arces Turcis eripiunt. *Turcicæ relationes.*

Rex Christianiss. stagnare facit viciniam Feræ obsessæ, tamẽ aggeribus ruptis sese aquæ immaniter effundunt in agros & totam regionis latitudinem, magno damno totius plebis & ipsius etiam exercitus. *Acta Gall.*

Quabacondonus à Taicosama suo auunculo, iubetur Coiam apud Bonzios secedere, vbi postquam diu stetisset, damnatur morti, ac mandatur illi ab ipso, sibi ipsi ventrem crudeli tormento diffindere, cum omnibus suis sociis, in quo tamen ipsius Taicosamæ crudelitas satiata non est, quin reliquos omnes persequeretur. Et omnia illa ex suspicione orta per vetulam quandam Biuscirthi bonzij amitam, quæ tamen mortuo Biuscirtho ipso, Quabacondonum & suos socios lugere coacta est. *Idm Aloysius fratis hoc anno Maeco mense Octobri.*

Sub finem huius anni Cajetanus nuper pseudo-Minister, factus gratia Dei & Apostolicæ sacrosanctæ sedis verus Catholicus, postquam diu audiuisset Doctores Sorbonæ sapientissimos magistros nostros, Duuallium, Montheloniũ, Boucherum Aurelianensem, & alios publicè profitentes: præsertim verò contulisset cum Profundissimo Theologo sapientissimo magistro nostro D. Ragot priore Diicanorum Religiosorum Parisiensium meritissimo: adeòque astitisset actibus & quæstionibus omnifariam generis in ipsa sacra facultate Philosophia & aliis: denique cum etiam vacaret officiis diuinis continenter per singulas ædes sacras ex voto: tandem animum ad scribendum hortatu amicorum, & iussu superiorum appulit: & causas breuiter suæ conuersionis in Epistola ad amicum quendam scripta explicauit, non sine priuilegio. *Ipsa Epistola.*

Anni mundi. 5673

Anni Christi. 1585

5683

1596

Anni Christi. 1585

Anni mundi 5673

Hoc anno sub finem Clerus Gallicanus, conuentum habuit Ecclesiasticum Parisiis sub beneplacito Regis Christianissimi, vt rebus Ecclesiæ prouiderent, quæ consuetudo iam per armorum strepitus desiisse videbatur: sed necessitate partim, & alias ex tanta confusione demum seipsos recognoscere tenebantur. Aderant Illustriss. ac Reuerendiss. Cardinalis Gondyus Episcopus Parisiensis Archiepiscopi Bituricensis, Primas Aquitaniæ magnus Francię eleemosynarius Episcopus Vasatensis, Episcopus Cœnomanensis, Catalaunensis, Abrincensis, & Saletiẽsis cum multis aliis ex toto Regno designatis, Qui multa capitula condiderunt Ecclesiæ restaurandæ in Regno Galliarum necessaria. *Extant illa Capitula.*

Statim postquam Cajetanus Epistolam suam in vulgus emisit, de caussis suæ conuersionis insurgunt in eum petulantes quidam pseudo-Ministri, qui præ pudore suæ extremæ & comploratæ insciticæ nomina sua apponere ausi non sunt. Probris & maledictis in eum agentes, & nihil non doli & insidiarum ei struentes, cum submissis suis libellis probrosis, in manus Illustrissimi Cardinalis & aliorum Reuerendissimorum præsulum: tum sparsis suis quibusdam opusculis, inter suos, quibus suam doctrinam tueri viderentur. Ijs omnibus ex verbo Dei (quod illi iactant, perperam, & blasphematoriè) Cajetanus respondit apertissimè, & contra quàm ipsi contendant, illis nullitatem suæ prætensę religionis, rationibus & argumentis validissimis demonstrauit. Aliáque opera publicauit Latinè & Gallicè cum Paradigmatis quatuor linguarum, Orientalium, Arabicę, Armenicę Syricæ & Æthiopicæ, adiunctis Persicis & Ægyptiacis aliquot sentẽtiis, quibus omnibus futilitatem omnium hæresiarcharum, & eorumdem inter se antithesim & repugnantiam, illis apertè expositi vt pudefierent. *Extant illius opera.*

Eodem Sanctissimo Pontifice Clemente VIII.
Eodem Imperatore. Rodolpho
Eodem Henrico IIII. Franciæ & Nauarræ Rege Christianissimo.
Eodẽ Philippo Hispaniarum Rege Catholico,
Isdemque aliis Regibus & Principibus.

ANNVS D. M. D. XCVI.

Dvm Rex Christianissimus incumbit Feræ totis viribus, adest Rosnæus cum Archiducę Alberto Prorege Flandrię, qui primo impetu Caletes & Ardreas, inuadit, vt cursim supra per προλῆψιν anticipauimus, frustra Rege Christianissimo opem ferre maturante: tanta fuit Rosnęi támque præceps inuasio, vt ne respirare quidem obsessis ferè licuerit, quæ res magnam rebus Gallicis perturbationem intulit. *Act. Gall. Aduers. Ministror.*

Eodem tempore Conuentus Ecclesiasticus delegat ad Regem Christianissimum Episcopos Reuerendissimos Cœnomanensem & Saleriẽsem viros præstantissimos. Cœnomanensis orationem habuit, quam quidem gratissimam habuit Rex Christianissimus, ac quæ ad Ecclesiæ reformationem & restaurationem pertinerent, ea exactissimè obseruari iussit. Quia verò illi erat opus subsidio, rogauit vt sibi alacriter adesse vellent, quoad de pulso finibus hoste, pax regno reddita esset volente Deo, quod ipsi sponte sunt pollicit. *Extat oratio paranetica Cœnomanensis.*

1596

5685

Tunc etiãnum Britannia valde laborabat sub Duce Mercœurio, & Hispani conabantur sibi eius Prouinciæ authoritatem vindicare. Eò missus fuit Mareschalcus Brissaccus prudentissimus, qui se Strenuum & fortem bellatorem præstitit, auita fortitudinis & paterna hæreditate ac Rhedonas vrbem primariam, & Parlamenti sedem fortiter tutatus est, Hispanos repressit. *Acta Gall.*

Instant Caluinates Regni, dum Rex est in eo labore & angustia rerum, ab illo partim minis quibusdam suæ secessionis, partim verbis & blandicijs, à sua Maiestate plenariam suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

prætenſæ religionis libertatem extorquere, ſed Rex Chriſtianiſſimus cauit ſibi, ne ab illis deciperetur. *Acta Gall. Aduerſ. Miniſt.* — Anni mundi. 5673 — Anni Chriſti. 1585

Regem eo tempore miraculoſè cum Cæſare filiolo præſeruauit, à ruina domus in qua ille cum ſorore in lecto decumbente, ad menſulam cœnitabat. Tunc enim multa iam nocte cœnaculi ſuperior contignatio trabium, decidit & quoſdam in aula inferiore degẽtes grauiter vulnerauit. Rege ipſo & ſorore, illæſis: ſaluo etiam Cæſare filiolo. Id accidit in pago qui Folembrayum dicitur. *Eadem.*

Archidux Matthias in Auſtrias cùm à ſuis fuiſſet deſertus, animi mœrore in morbum incidit quo etiam occubuit. *Germanica Relationes.*

Hoc tempore in Italia fuit famis continuatio & magna egeſtas, ex caritate annonę, cui malo ſanctiſſimus Pontifex Communi hortamento, ad Principes opem tulit ingentem. *Italica.*

Dux Eſpernonius itidẽ ingenti conflagratione pulueris pyrij, ſubmiſſo igne clàm à quibuſdam, tantum-non interiit, captis poſtea ipſis incendiarijs de illis ſuplicium ſumptum eſt. *Acta Gall.*

Pergit hac tempeſtate Dux Ioyoſæ Toloſam agitare, armorum ſtrepitu, iple etiam valde inſoléti vitæ libertate abutitur, cùm fuiſſet ille è Capucinis retractus, à ſuarum partium hominibus, ad atmorum gubernacula capeſſenda. *Eadem.*

Tandem Fera Rex Chriſtianiſſimus potitur, deditione. *Eadem.*

Tunc Archidux Albertus Bruxellam redit, & ibi ex tenore, ſuorum diplomatum, Dux & Comes ſummus agnoſcitur. Ita enim contractum fuerat inter Catholicum & ipſum, vt Infantæ nuptiis eam regnorum partem pro dote, cum Burgundiæ comitatu obtineret. In ſpem vt à Cæſare in Regem Flandriæ olim inſtrueretur. *Hiſpanica hiſtoria.*

Polonia nouis motibus inter duos electos agitatur denuo, vt non potuerit res niſi mutuis cædibus Poloniæ & Auſtrię ſtabiliri, & ad hoc ſe ipſorum quiſque comparat, vt armis ſuperet. *Germanicæ Relationes.*

Illuſtriſſimus Ioyoſę Cardinalis Roma diſcedere parat, vt in Galliam veniens res fratris componeret, & ante ipſum. Hoſpitium pauperum Romę inſtituit, & fundauit magno reditu annuo quo omnes pauperes Galli præſertim excipererentur. *Italica.*

Sanctiſſimus Papa Clemens VIII. deſignat Franciæ Legatum, Illuſtriſſimum Cardinalem Florentiæ. Cum Illuſtriſſimo D. Nuncio Archiepiſcopo Mantuano. Necnon D. Illuſtriſs. Torcellenſi, Reuerendiſs. D. Termolienſi Epiſcopis, & alijs multis Clariſſimis viris & inſignibus Prælatis inter quos D. Iuſtus fuit Datarius & alij officiales egregij. *Italica.*

Epiſcopus Ebroicenſis redire etiam parat, incredibili omnium Principum gratulatione, quòd tam fauſtè ac fœliciter legationem ſuam adeo grauem obiiſſet. Et valde honorificè vbicunq; ſe exceptus eſt in reditu. *Italica.*

Rex Chriſtianiſſimus Cæſarem filiolum Ducem Coinceyũ declarat, & matrem ipſius Regis dilectiſſimam Duciſſam Belfortenſem promulgat. *Acta Gall.*

Tunc incepit res literaria bene agi Lutetię Pariſiorum, & Medicina ſimul & aliæ profeſſiones maioribus momentis celebratę ſunt, affluentibus vndique ſtudioſis. *Eadem.* — 5685

Eodem anno vere quidam finxit ſe eſſe Caroli noni filium, & cum ſibi ſpectra vt ille aiebat apparerent, à quibuſdam militibus ſtipatur. Itaque carceribus traditur, idque Rhemis; ibi autem in carceribus à vulgo captiuorum pro Rege ſalutatur, & ex vrbe nõnullę pię & honeſtę mulieres illi cibaria & veſtes omnium tanquam Regis nomine ſuppeditabant. Aiebãt autem ſe fuiſſe traditum cuidam equiti nobili Pictoni dicto *La Ramée*, qui cùm moreretur illi dixit, ſe eſſe Regis filium. Poſtea multa Spectra ei oſtenſa ſunt, vocibus tanquam angelicis: vt ad regnum capeſſendum ſeſe accingeret. Hæc omnia apertè confeſſus eſt, & in eo ſententia iudicum Rhemenſium damnatur ſuſpendio, deinde Areſto Parlamenti, quo ille prouocarat ſentẽtia cõfirmata eſt, & ſic laqueo illi gula eſt fracta, poſtquam ille corã ædeminore Diuæ Virginis ſuam illam audaciã recognouiſſet. De eo multi multa dixerunt, ſilentio prætereunda vt impudentiſſimè conficta. *Acta Gall.* — 1596

Idem accidit in Hiſpania eodem anno, ſcilicet vt quidam ſeſe iactaret Philippi illum primogẽitum filium ex Luſitanica vxore Carolum, qui mortem obiit Gueuſeorum Flandricorum cauſſa, ſed aſſeruatum fuiſſe à 4. primariis Hiſpaniæ viris, qui illum ſacramento adegerant, vt Sponderet nunquam reuelaturum ſe illorum nomina donec omnes mortui eſſent, illis enim iuſſerat, pater vt eũ de medio tollerent, ipſum autẽ piſtori, vt ab eo tanquam pauperculo piſtrinam doceretur. Interea fuiſſe Madrigaliæ à ſua quadam amita abbatiſſa loci, ſemper ſuſtentatum, & nũmis ingentibus quotannis donatum, ſed metæ nugæ, tamen vt ferebatur in relatione excuſſa, fuit etiam in cuſtodia obſeruatus, & tandem quid eo factum ſit ignoratur. *Relationes Madrigalæ.*

Exitit aliud portentum hominis qui ſe Chriſtum Dominũ eſſe diceret, & cum diu Pariſiis fuiſſet obſeruatus ſub cuſtodia: tandem detecta eſt illius fraus, qua ille hoc dolo & aſtu, peſtilentiſſimum virus portentoſiſſimarum hæreſeõn conaretur diffundere, quibus omnibus perpenſis & exactiſſimè conſideratis, ab Auguſtiſs. Senatu Pariſienſi mortu adiudicatus eſt. *Acta Gall.*

Nec minus memorabile circa quendã Hiſpanum, cùm prætextu amicitiæ Anthonium Perés Hiſpanum hoſpitalem Franciæ inuiſiſſet: detectus fuit proditor & necis illius Perés attentator: quade cauſa, etiam de eo ſupplicium ſumptum eſt. *Eadem.*

Tunc inter Irlandos & Anglos belli ſeges, latius diffunditur, & ipſi Angli ſuccumbunt Irlandis, tunc etiam Dudraeus ille cùm vlterius fuiſſet progreſſus, in Indiam Hiſpanicam in reditu mortuus eſt, neque tamen pro inuidia in illum conflata, valde ab Anglis fuit deſideratus. *Anglica.*

Tandem rediit Epiſcopus Ebroicenſis, cum magna ſuæ legationis gloria, non ſine multis ipſius religionis prætenſæ probris & querelis: ſed Regis fauore eximio & bonorũ omnium gratitudine. *Act. Gall.*

Hoc anno Ioannes Dux Caſimirus moritur, poſtquam ſuo nepoti Illuſtriſſimo Comiti Palatino, ſuum Electoratum integrum reddidiſſet, ſine tamen vlla ratione dati & accepti, quod eſt Principum Electoralium inſigne priuilegium in tali caſu. Reliquit filiam vnicam hæredem ex aſſe, ſuorum omnium bonorum. Ita ſine magna ampliore fama, ex hoc ſæculo exceſſit Princeps Caſimirus: ortu Illuſtriſſimus, fortitudine animi inter Principes Germaniæ eximius qui ter Franciam aggreſſus, ex ea nil ampliùs laudis & honoris, quàm quòd malæ cauſſæ obſtinatus eſſet patronus, etiam fratre maiore iudice, retulerat. Ille enim frater maior qui Comitatum poſt patrem tenuit, ſtatim patre mortuo, ejecto Caluino Lutherum ſuis inuexit. *Aduerſ. Miniſt.* — 1596 — 5685

Quinto die Maij cum benedictione nautarum, 10. poſt ſoluerunt Argonautę, ſeu veriùs Arctonautę. Amſterdamo, & in Vliam peruenerunt primo die Iunij nulla illis nox extitit, cùm tantum tenerent 69. gradus & 24. minuta altitudinis, & Paulo anteriùs nauis vna in fundo hęſit, quod argumento

Anni Chriſti. — Anni mundi

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam terræ partem non ità esse obmersam vndis, vt quis putaret, & hoc etiam probat ipsius terræ acuminatam altitudinem esse in ipso Septentrione. *Relationes Hollandicæ.* — *Anni mundi.*

Tunc à Rege creatus erat Ammiralius, in defectum Villius, post pugnam Dorlanensem, Dux Damp-villæus Eques auratus, ex Illustrissima Mõmoranciorũ Ducũ familia generosissimi Ducis Mommorancij Conestabuli Franciæ fidelissimi. *Acta Gall.* — 5673

Tunc qui reformatã se Ecclesiam esse contẽdunt in Pictonia & Vasconia, tumultuari gestierunt: quòd sibi promissa non seruarentur, adeo vt etiam fororis Regiæ tributa abillis insumpta sint, postquam illa iure belli quæstoribus extorsissent. (Quod ipsi vocant, seruitium Regi facere) ad sua illis concessa castra munienda diligentius. *Aduers. Minist.*

De Coniugio eiusdem Principissæ sororis Regię agi cœptum est, cum Illustrissimo & sereniſſimo Ptincipe Lotharingo Marchione Pontensi, quæ deliberatio diu multúmque protracta fuit.

Arctonautæ toto mense Iunio, nihil aliud promouerunt: quã vt essent omnino ad 75. gradus, vbi obseruatur esse in eo mari Balenas, Barnicias, quę sunt aues anseris instar, quas nonnulli existimarunt è puttibus lignis enasci, alij ex arboribus scorticis, quod nonnulli Scoti nobis affirmarunt. Item Rosmarias belluas, quę sunt instar elephantum marinonum, & eorum etiam dentes pro ebore vsurpantur. *Relationes Hollandicæ.*

Mense Aprili circiter Illustrissimus Princeps Corddæus à Rege, ex Angetia reuocatur, cum matre sua Illustrissima Principissa, idque à Marchione cordatissimo Pisanensi, qui etiam illius Principis gubernationi præfectus est à Rege, cùm esset adhuc ille Princeps septem annorum. Et in Sanctum Germanum Laicæ traducitur. *Acta Gall. Aduers. Ministror.*

P. Texera Regius elemosynarius.

Ille Texera Lusitanus erga suam patriam Lisitaniam, ac illius libertatem, propensione est incredibili, optimè in historia versatus. Genealogias omnes Principum omnium ad vnguem tenet. Regis Christianiss. & Principis Illustriss. Genealogiam optimè & ornatissime contexuit. Hispanis valde exosus, vir ex nobilis. familia oriundus & apud Reges suos semper educatus, quali sit ingenio illius opera id abundè testantur. Est professione dominicanus, Doctor Theologiæ, & Historiographus.

Circa idem tempus Dux Illustrissimus Mommorancius, Magnus Franciæ Cõnestabulus, in aulam Lugduno Parisios vsque venerat: vir omnes laudes, quæ in eiusmodi cadere possent multis parasangis supergressus; quique sua incomparabili prudentia, res Regni & Regis promouit impensius, & optimam Regni partem Hispaniæ vicinam ab Hispanorum incursionibus conseruauit. Ille ergo Regi acceptissimus, totius Regni gubernacula, deinceps obtinuit cum suarum virtutum excellentibus meritis, tùm etiam ex suæ dignitatis, quæ in regn & Franciæ primaria est, authoritate & priuilegio. *Act. Gall.*

Tũc Princeps Illustrissimus Cõdæus factus est Catholicus adhibito illi ad latus sapientiss. Magistro nostro. D. Ioanne Filesacco Theologali, Parisiensis Episcopatus meritissimo, qui teneræ menti tanti Principis, prima elementa Christianæ Religionis tradidit: cùm ille natus esset in mediis errotibus, neque de Deo & Ecclesia, nisi parum admodum audiuisset. Idque factum ab Illustriss. ac reuerendiss. D. Cardinali Gondyo, de mandato expresso Regis Christianissimi vt hac in parte, suo officio erga sanctiss. Papam Clementem viij. faceret satis. *Eadem.* — 5685

Anni Christi. 1585 — 159'

Anni Christi. 1579

Anni mundi 5686

Hinc variæ & acerbæ admodum hominum insanorum querelæ exiterunt, qui scribere & typis mandare ausi sunt, Principem furto aut plagio, ab vberibus suæ prætensæ Ecclesiæ abstractum, & in eo vim illatam Conscientiæ tenellę Principis, in hac ætate valde pij, quique iam cogitaret de periculo animæ suæ. Et quod majus esse videbatur contra Testamentum paternum, & institutionem maternam, in quibus etiam Regem ipsum culpare ausi sunt. *Scriptis Anonymum.*

Contra factum Regis turati sunt diligenter, Clarissimus vir D. Florimundus Remondius, pissimus & doctissimus, Regis Cõsiliarius in suprema Curia Parlamenti, qui Burdegalensis eorum fraudes mendacia & dolos detegit: & quam malitiosè palpum vulgo rudi obtrudant, pseudo-ministri gnomone certius demonstrauit.

Item ille D. Texera, vir indefessus in promouendis Principis istius illustrissimi studiis, *qui etiam illi est*, Eleemosynarius & confessarius. *Vtriúsque scripta.*

Inter moras, aduentare dicitur Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Legatus, cum toto suo comitatu quo de Rex Christianissimus, valde exhilaratus iussit, illi de omnibus necessariis rebus ipsi prouideri & mandauit plęrisque Episcopis & Prælatis ipsi D. Legato obuiam fieri. *Acta Gall.*

E Scotia iam prius venerat Comes Bothuelius vir sanguine Regio clarus, sed ipsi Iacobo Regi Scotorum infensus, certis de causis, vnde exulare iussus fuerat religionis ergo vt ille aiebat. *Aduers. Ministror.*

Appulerat itidem in Regnum Francię, Antonius Lescalleus, vir doctus & pius: cùm reformationis prętensę causa, in exilium missus esset Basileã Rauracorum: ob quęstionem de operibus & fide diu inter eũ, & pseudo ministros Couerũ, & Constantiũ agitatam: cui ne Beza quidè ipse potuerit respõdere, ad interrogata Lescalleï ex bello Dei *Virorumque scripta.*

Dum Rex intentus Picardię, in alias Prouincias nequit necessaria auxilia mittere, accidit vt in Britannia infetiore, Hispani rerum potirentur, & malè suos multarent subditos *Act. Gall.*

Aduenit tandem Illustrissimus Dominus Legatus, Parisios, magna omnium piorum gratulatione, & pro fœlicis ingressus exultatione, astantibus illi pręcipuis prælatis totius Regni in id accitis partim, & alias iam apud Parisios conuentus sui causa degentibus. *Acta Gall.*

Crepitant passim omnes illi, qui falsa imagine veritatis decepti Ecclesiam deseruêre: iactant suas vires, & amentium instat cum suis phantasmatis & suarum opinionum spectris digladiantur: præsertim aientes optimum illum vnum, nomine sũæ sanctitatis, ad Regni totius solatium & pacem missum: in suam perniciem venisse, multa etiam probra in sacram sedem ab illis spatguntur. *Libellus diffamatorius anonymus.*

Hic notari debet quale sit ingenium pseudo-ministrorum, primum quod ex conuitiis Apostatarũ orti nihil aliud in ore habent aut stylo premunt quàm probra & contumelias in pios quosque & in ipsum etiam creatorem. Alterum quod quicquid dicant aut scribant eiusmodi, semper sẽa nomina subticent, aut neutiquam authores suos laudant.

Audaciores Scoti IohnCnoxiani extitere. Erat quippe IohnCnoxius Caluino sceleratior & anima nequiore, quippe Regem suum Iacobum 6. ausus vnus est ex illis, in os coram plebe spuere, & aperta illi opprobria in aures proprias euomere, vt coactus fuerit Rex conscenso scamno, instar Tribunorũ plebis olim Romæ, causam suam, Scoti populo, in arce totius Regni Scotiæ edisserere. Edimburgæ Makenker nomine dicebatur Et quam audax esset impostor ille articulatim explicare. *Relationes Scoticæ.*

1600 — 5600

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi.

Regina Elizabetha Angliæ, in Franciam mittit Legatos, qui Regem à receptione Legati Apostolici, quod illius conditiones displiaderent, & quiddam accidit in medio itinere, quo erat ipse Legatus paratus discedere, nisi regis prudentia ei malo prouidisset. Ille ergo Illustrissimum Legatum adiēs, omnem scrupum animo illius exemit. *Acta. Gall.*. — 5686 — 1597

Ordines vt vocant Hollandici itidem per suum Agentem Parisiis institerunt, ne Rex consentiret Legato, sed illis omnibus respondit Rex suam conscientiam sibi esse plutis, quàm regna omnia. Itaque illos iussit sui rebus prospicere, se autem curare quæ sua sunt. *Eadem Aduers. Minist.*

Arctonautæ transuecti mare Candidum partita etiam nauigatione, vt aliis in Septētrionē tendentibus ad 80. gradum, alij infra austrum suas naues dirigerent, qui primi 17. die Iulij in nouam Zemblam appulerunt, quæ est eiusmodi, vt etiamsi inferior sit gradibus aliis quibusdam Septentrionalis terræ angulis, in ea tamen nullum gramen neque herba virescens enascatur, sed tantùm ibi visi albi, & vulpes candidæ proceriores vicissim appareant. *Relatio Hollandica.*

Ex Marrocco scribit ad Duretum Medicum clarissimum Parisiensem, suus olim discipulus vir præstantissimus Insulanus Parisiensis Regis Marrocensis Medicus experientissimus, ac inter cætera ibi à se celebratā magna festiuitate Regis Christianissimi cōuersionē: quod etiam gratissimū fuerat suo Regi, Marroccensi cui ille Insulanus est charissimus, Hispanis autem illa Marroccensium Christianorum exultatio magnum tædium & dolorem attulit.

Idem Insulanus institerat sæpius ad Caietanum, cum adhuc adesset Illustrissimæ Catharinæ sororis Regiæ, vt captiui quidam Galli redimerentur, quos Marroccenses in mari captos dura seruitute corporis & animę premerent, illi autem cogebantur etiam Christum abiurare, sed nihil in eo profici potuit. *Ex epistolis ipsius Insulani.*

Cupiuerat autem maiorem in modum rex Marroccensis, inire fœdus, cum Rege Franciæ: aduersus Hispanum, idque opera D. Antonij Regis Lusitani, sed ob tam multa bellorum ciuilium impedimenta nihil potuit fieri. *Dralymontius peregrinus, desutelis Hispanorum.*

Mense Augusti Illustrissimus D. Legatus magna stipatus Prælatorum multitudine, ingreditur Regia pompa vrbem Parisiorum: cùm illum Regis iussu excepisset & Regio nomine salutasset, verbis Latinis Illustrissimus Princeps Condęus apud ædem diui Iacobi de Alto passu: seque ipsum eidem Legato ipse Princeps deuouisset, tanta dicendi elegantia, vt Legatus & omnes admirati sint. Eumque ille est amplexu amantissimo osculatus, & benedictionem Apostolicam etiam illi est impertitus, vt creseceret in ætate & virtutibus ad gloriam Dei & Ecclesię exaltationem. *Texera Acta. Gall.*

Idem Princeps Illustrissimus iam mandato expresso Regis fuerat, in Parlamentis Regni pro primario Principe Regni & Regis successore agnitus & receptus, sub hac conditione, si Rex nullos legitimos liberos ex se relinqueret. Et de morte Patris Illustrissimi Condęi, hoc etiam sancitum, esse præter culpam aliorum, nisi de quibus sumptum fuerat supplicium & iam iudicatum, absterso omni labe supicionis, quam maleuoli in Illustriss. Principissam, fuerant calumniati, cuius etiam innocentia manifestissimis testimoniis apud Parlamentum Augustissimum Parisiorum declarata fuit. *Texera Acta. Gall.* — 5689 — 1600

Caietanus ductu & auspiciis Illustrissimi Cardinalis Gondij & Episcopi reuerendiss. Ebroicensis: sacras manus illustrissimi Legati exosculatur & genibus aduolutus veniam et-

ratorum

Anni Christi. | Anni mundi

ratorum tanquam à summo Pontifice petit, & benedictionem illius summa cum venerabilis Principis humanitate tanquam Apostolica recipit: multisque bonis verbis, bene sperare & in dies proficere iubetur, in timore Domini. *Libellus* Cajetano *editus.* — 1597 — 5686

In eo etiam refert Cajetanus breue Apostolicum, quo sua sanctitas Cajetano indulget eumque recipit in Ecclesiam, iubetque & scribendo & prædicando Regnum Dei promouere & Ecclesiam, ac simul hæresim totis viribus extirpare: subscriptum est nomine Cœmentis viij. Papæ, à Syluio Antoniano Camerę Apostolicæ magistro. *Idem.*

In Polonia sunt multi tumultus, & omnino exasperantur Sigismundi negotia cùm Austriaca familia per quosdam, necnon fauetur impensius Turcis in iis omnibus, & certè deploranda est hæresis pernicies, qua nonnulli Polonj sese audent Turcis propter Albanas disputationes coniungere, in contemptum & odium Christianæ & Romanæ professionis. *Relationes Polonicæ.*

Sunt etiam in Suecia, iacta semina bellorum, quæ postea consecuta sunt: inter Reges Sigismundum & Ericum & alios Principes, ex innatæ quibusdam κακοηθείᾳ qui aliter non possint sibi consistere. *Ex Relatione Germanica.*

Parisiis in aduentu Illustris. Domini Legati, non defierunt conuenticula, Caluinistarum qui singulis noctibus etiā in vicinia illius Illustris. Legati suas nænias & factitarent, & mussitarent, cum miserrimis homuncionibus & mulierculis ne viderentur scilicet animum despondisse. *Acta Gall.*

Interea pacatis rebus admodum fruebatur Italia, nec quicquam ibi erat, quo videretur Ecclesia de suo statu, vel gradu aliquid esse remissura, imo fuit tunc tempus ampliandę illius potentiæ ex Ferrariensi Ducatu vt accidit postea. *Eadem.*

Eodem tempore valde ægrotauit Imperator, vt illius mors etiam publicaretur neque sibi Archidux illius frater sibi defuit: sed fuerat rumor vanus: de morte quidem quamuis valde fuisset periclitatus. *Relationes Germanicæ.*

Idem accidit de Rege Hispano Philippo, qui cùm per intertualla propter senium trepidare capite videretur, & syncopem pati, propterea nonnulli eum esse mortuum vulgarunt, sed non diu rumores illi durare potuerunt. *Epistolæ Hispanorum.*

Toto Augusti mense Arctonautæ, tranarunt, super montes glaciales alternatim: interdum in mari ipso enatantes scapha & lembo, interdum verò etiam in ipsa glacie confidentes: quam præsertim die 11. Augusti mensis offenderunt illā instar terræ supernè, interius verò cœli instar, vt viderentur esse sapphiri in se frigore compacti, supra terram ipsam glacialem inuenta sunt oua 40. Illarum volucrum quas ibi nasci diximus. Et alioqui 18. vlnas in profundum adhærebat ille mors glacialis, & decem vlnas supra mare attollebatur. *Relationes Hollandicæ.*

Ibidem varia certamina sunt experti visorum qui solo clamore humano magis terrebantur: quàm vllo alio modo, aut armis fugarentur nisi cùm alios visos videbant vulneribus concidere. *Eadem.*

Bellum inter Irlandos & Anglos recrudescit & Irlandi Regem Scotiæ, de sua protectione interpellant. *Ex Scotorum Epistolis.* — 1600 — 5600

Rex Christianissimus conuentum edicit suorum ordinum totius Regni Rhotomagum in proximam hyemem: & eò se confert tractaturus de iis omnibus quę ad componendas seditiones turbulentas quę præcesserant, & ad splendorem Regno restituendum pertinerent. *Acta. Gall.*

Eodem vndiquaque ex toto Regno conueniunt delecti

Universidad de Deusto
Biblioteca

quique Octobris mensis initio. *Eadem.*

In Delphinatu & Sabaudia est bellum perpetuum inter Ducem Sabaudię & Desdiguyeram. *Aduers. Minist.*

Tunc incipit querela Crequij nobilis. Iuuenis Picardi cum Philippino Sabaudo & aliis. *Eadem.*

Mutuis incursationibus Turcę & Hungari conflictantur, *Relationes Turcicæ.*

Subsistit nauigatio Perüana Philippi, metu Anglicanæ classis, quæ in excubiis esse diceretur. *Anglorum Epistolæ.*

Legati Rhotomagum à Regina Angliæ & Hollandis veniunt, vt si possent concordiam Regis Christianissimi cum Rege Catholico, qua de rumor ingens percrebresceret, suis rationibus impedirent *Acta Gall.*

Britannia perpetuo noua Hispanorum classe subinde onerabatur, quò etiam Rex curauit mittendos milites strenuos Anglis subsidiarijs permixtos, vt regionem tuerentur. *Eadem.*

Hollandicum bellum à Nassauuio comite, continuatur in Hispanum, vt coacti fuerint in eas partes, Duces Hispanorum maiores suas copias euocare. *Relationes Flandricæ.*

Arctonautæ cùm iam vlterius progredi nequirent, propter hyemem quæ iam mare ipsum glaciale totum videbatur constringere, inter se de ædificando deliberarunt, sed cùm in noua Zembla nihil nascatur, ideo emiserunt tres ex suis qui ad duo vsque milliaria versus Septentrionem excurrentes, inuenerunt fluuium aquæ dulcis è Tartaria illabentem, & magnam trabium quantitatem, Eodem trahis & vehibus ipsi magna difficultate 8. ex 16. qui restabant ex toto numero secontulerunt, & per totum mensem Septembrem, cùm iam valde illos hyems premeret domum ædificarunt, in qua reliquam hyemem trãsigerent. Asperitas hyemis adeo illos vrgebat, vt claui in ore carpentariorum congelarentur: & cum infigere vellent tabulatis, non sine sanguine & labiorum excoriatione illos euellebant. *Hollandicæ Narrationes.*

Eodem tempore iussus Illustriss. D. Legatus à summo Pontifice, Regem Christianissimum adiit Rhotomagum: ibique vsquequo solueretur conuentus ordinum Galliæ permansit, quamuis incommoda aëris intemperie. *Acta Gall.*

Caluinates ob Regis præsentiam se ostentare, non desierunt, & quia illis fotor Regia fauebat: illius causa sperabant Rhothomagi sedes firmas se habituros: cum sua vt prætẽdunt plenaria libertate, sed Senatus Rhotomagensis pio zelo commotus ei conatui fortiter restitit, & istorum hominum improborum temerariam audaciam magna cum iudiciorum grauitate repressit, *Act. Gall.*

Interea partim apud Salmurios, alias in Vindocino, interdum etiam apud Castelleraldum sua consilia agitare non cessabant, quibus postea Regem ipsum continenter, querelis perpetuis obtunderent. *Eadem.*

Dela Nouæo iuniore fertur, (tunc enim illius Pater erat mortuus in Britannia iamdudum, ex ictu non effatu digno illi in caput inflicto) quod Regi Gaglioni prope Rhotomagum constituta obtulerit libellum supplicem istorum qui se reformatos vocant: hoc contextu, quod ipsi crederent Regem semper inter suos esse ac fore animo: quamuis illius corpus aduersatij ipsorum astu & vi detinerent. Rex Christianissimus tantam iniuriam sibi fieri non est passus: quin dixerit, Mentiri eos omnes, qui se hypocritam dicerent, se esse Catholicum ac non hæreticum, & sic illorum libellum vtraque manu discerpsit, in quo non parum offensi sunt. Ex ipsis nõnulli tunc iactarunt, se nunquam tali Regi seruituros. *Acta. Gall. Aduers. Ministro.*

Deliberauit eo mense, sanctissimus. Papa, zelo & amore pacis, illius tractationem committere viro eximio venerabili

Patri

Anni mundi 5673 — Anni Christi 1597

Anni Christi 1585 — Anni mundi 5673

Patri Generali Franciscanorum, nobilissimo Siculo, qui tum et iam statim se in iter dedit, acceptis à sua sanctitate mandatis: cum potestate simul ipsi concessa, à Rege Catholico Philippo Hispanorum. *Relationes Italicæ.*

In conuentu Rhotomagensi, nihil amplius actum est quã vt sui subditi se omnes in pace & obsequio Regis continerent. Interea ipse de Pace conueniret cum extraneis. *Acta. Gall.*

Condæa Principissa Illustrissima, cùm se pœniteret exercitæ post aliquot paucos annos, Caluinicæ sectæ, adiit Rhotomagum: & ibi apertè & publicè abiurauit illam hæresim sub Illustrissimo D. Legato & se Catholicam declarauit. Illi datus est Eleemosynarius & confessarius ab Illustrissimo D. Legato, D. Ioseph, Texera Lusitanus, Regis Christianissimi itidẽ Eleemosynarius & historiographus vir pius & doctus. *Acta. Gall. Libellus Texeræ de Principissæ conuersione.*

Toto mense Octobri Arctonautę, suam ædiculam continuarunt, vicissim in ea latitantes, & in naui propter aëris alternis diebus & horis intolerabilem intemperiem, nec sine magna conflictatione perpetua cum vrsis & vulpibus, adeóque omnibus aliis rerum angustiis: in quo valde commoti fuerunt, & iam ferè de reditu suo desperate videbantur, quamuis illic etiam vestigia quædam hominum reperirent, veluti thecam sclopeti ex corio bubulo indurato, vt solent artifices conficere in qua erat scriptum quoddam, quod à Moschouitis vel Tartaris ibi relictum fuisse iudicabant. *Relatio Hollandica.*

Rex Christianissimus vrgente negociorum pondere, Parisios aduolat: ac à suis bonis & fidelibus subditis ingentem nummorum summam mutuo recipit, qua se compararet ad redimendas vrbes captas ab Hispanis, arte belli & exercitus idonei sustentatione in obsidendo, in quo tamen variæ querelę extiterunt, sed Rex prudentissimus cauit toti regno, seruando, vnius partis dispendio, quod etiam postea & magnates probarunt, & inferioris gradus homines necessarium fuisse recognouerunt, ne Hispanus vlterius vastatet Picardiã, quæ est inter nostrates Prouincias tanquam regni verum propugnaculum, aduersus hostium insultus. *Acta. Gall.*

Illustrissimus Dominus Legatus, cùm per conuentum ordinum Regni, Rhotomagi deliberaretur de exequiis & funere Regi Christianissimo Hentico 3. defuncto præstandis, de ipso inquisitionem facit diligentem, per Regni proceres, & Prælatos qui illius obitui interfuissent, num Christianè verè & cum pœnitentia debita se erga Deum & sanctam sedem recognouisset: vt hoc comperto, excommunicatio à sanctissimo pontifice, in eum lata, ob necem Cardinalis Illustriss. Guysiani, & alia tolleretur: de quibus omnibus ad sanctissimum Pontificem relatum est. *Eadem.*

Rex Christianissimus varia accipit de Hispanis nuncia, quod scilicet molirentur in Ambianos, & iam paratæ essent induciæ, eò se confert celeriter: sed cùm illi omnia pollicerentur, fore tuta: etsi maximè decem hominum millia ingressa est insidiis, se habere paratos homines suos, qui quam iusto exercitu eos depellerent. Iis de causis cùm præsidij excusationẽ à Rege humanissimo obtinuissent, ille eorum fidelitati & præstantiæ confisus, in eam vrbem Montagorum & munitiones omnis generis contulit, cuius rei postea eos valde pœnituit. *Acta Gall.*

1596 — 5685

Instantibus apud Regem Christianissimum Caluinitis, ille respondit, sibi incumbere graues aduersarios, à finibus suis depellendos, & cùm ipse Rex in militiam iret, ipsos, si se amarent esse secuturos, quo responso pudefacti, hoc tantùm petierunt, vt sibi liceret Rhotomagi esse liberis, in suæ prætensæ

Anni mundi 5685 — Anni Christi 1560

Universidad de Deusto
Biblioteca

reformationis exercitio, sed amplissimus senatus Rhotomagensis sese ei libertati opposuit, & arresto Curiæ declarauit eos omnes fore reos, quicumque vellent intra vrbis mœnia eam religionem prætensam profiteri. Id suos omnes capitaneos & vnitates adeo irritauit, vt Regem in militiam euntem deseruerint. *Eadem.*

Arctonautæ Hollandici 4. die Nouembris solem videre sibi lucentem desierunt, & lunam noctu diúque sibi continẽter assistentem sine occasu conspexerunt, cùm interea premerentur fame, frigore, siti, morbis, fumo (Si carbones accenderent quo vertigo eos inuadebat) vrsis quandiu sol apparuit, post vulpibus eorum loco immanibus qui suæ etiam domui insultarent, nec vinum Hispanicum gelu vitare potetat, nec nisi liquatum ebibi quitum erat, cum quisque tantum decem pondo & trientem panis hebdomadatim acciperet, sine vino, nisi per interualla, & cum caseo, pro omni obsonio, nisi siquam vulpem laqueis & transtris tendiculatim cõpositis interciperent, quarum etiam pelles illis pro causiis nocturnis inseruirent, cum intus & foris, illorum domus esset glacie referta, atque ita exactus est. annus 1596.

Anni mundi. 5673

Anni Christi. 1597

ANNVS D. M. D. XCVII.

Clemente VIII. Summo Pontifice. Rodolpho Imperatore. Henrico IIII. Franciæ & Nauarræ Rege Christianissimo. Philippo II. Rege Catholico, Hispaniarum. Iisdemque aliis Regibus & Principibus.

Hic annus est velut Iubilæi Sacri, vt sic loquar cum Medicis, indicatorius, & eo sane propinatum est orbi Christiano tam excellens Pharmacum diaitines, per excellentissimum Medixm Alexandrum ἀλεξίκακον, ordinante ac dispensante, Clemente. viii. Clementissimo Pontifice, erga duos potentissimos Principes orbis Christiani, vt si isto amuleto & antitoxico vero hæresεω omnium bene vtamur, indubiè sumus futuri extra omnem noxam, totius vitæ nostræ curriculo, & post huius sæculi commutationem in melius, etiam in posteris nostris, eodem bono Pacis fruituri.

Initio anni huius Rex Christianissimum conuentum soluit Rhotomagensem, in quo de subsidio ad expellendos omnes Hispanos, & hostes illis adhærentes, ex Galliarum regni finibus necessario conclusum & compromissum est. *Acta Gall.*

Circa prætensæ religionis articulos, de eo esset porrho vlterius & maturius deliberandum ex ordinum maiorum cõsultatione, quod isti nouatores ægrè valde tulerunt, & per litetas quasdam suas, ipsum Regem multis probris & querelis incesserunt inter se: & quantum in illis fuit de eo malam existimationem concitarunt. *Literæ ipsæ. Aduers. Ministrorum.*

Matchio Illustrissimus Dupontius, coniugium Regiæ sororis appetiuit, & per Legatos ambit. *Aduers. Ministrorum.*

Arctonautæ Ianuarij singulis diebus, quibuscumque possent remediis, solem expectabant, cùm esset illis oriturus: & diu expectatum tandem 24. die & continenter sub finem mensis, sibi adesse intellexerunt, primũ ipsius clato cõspectu, item graduum ex ephemeridibus supputatione, 3. ex coniunctione Lunę & Iouis, quam etiam apertè viderunt fieri 4. ex natura loci quod scilicet sole non apparente, perpetuo versi latitassent ab illo autem 24. die Ianuarij statim instituerunt. Tandem ex eo quòd commensuratis nouæ Zemblæ limitib⁹ ex promontorio Tabinio Tartarico, vsque ad Sinum Anianum vnde constaret solis vera declinatio comparatè sumpta, ad Venetiarum eleuationem, quæ omnia ex Ephemeridibus Iosephi scalæ Mathematici Veneti examinarunt diligenter: Nec interea desierunt festum Regum, cum laganis pro omni opiparo commeatu celebrare, gratas agentes Deo, Est autem illa Zembla Noua, sub 76. gradu, & est 200. miliariorum longitudine inter duo maria. *Hollandicæ relationes.*

1560

Anni Christi. 1597

Anni mundi 5673

Hispani postquam Caletibus, Ardris, & aliis oppidis Picardiæ semel potiti essent, continenter Meldis Syluanecto, Bellouacis, & aliis maioribus vrbibus eiusdem Prouinciæ diligenter insistebant. *Acta Gall.*

Rex Christianissimus Parisios redit, vt suis rebus prouideret ad recuperãdas vrbes amissas: & multis consiliis agitatis, totus in eo erat vt essent Ambiani propugnaculum & arx totius regni sed contra accidit. *Eadem.*

Ordinis Hollandici insulpibus oppida Flandriæ sibi vicina fatigant, obsident, capiunt vi, vt coactus fuerit Archidux Albertus eò se conferre cum maioribus copiis. *Aduersar. Ministr.*

Tartati inuadunt aliquam Turciæ partem armis hostilibus & fœdus frangunt. *Relationes.*

Tempore quadragesimæ Martio quippe, cum Rex Parisiis vacaret rebus suis, astu vnius miserrimi hominis, industrius Capitaneus Hispanus Hernandus Tellus Ambianos inuadit, 400. militibus, quorum qui primi ingressi sunt portam vrbis, tantum erant 4. à quibus tanta huic genti fortissimæ consternatio animorum accidit, vt inopes consiliis aut fugere aut capi, aut etiam interfici à suis hostibus, passi sint, & tota vrbs in potestatem venit Hispanorum, magna direptione & totius commeatus Regij tam nummorum, quam alius bellici apparatus dissipatione. *Acta Gall.*

Rex tanto damno vehementer commotus iudicauit, in Ambianis sitam esse vel spem recuperandis, vel desperationem, (Si perderentur) totius sui Regni Galliarum, Itaque se animosè accingit ad illud præsidium recipiendum, quouis modo ab Hispanis. *Acta Gall.*

Interea aduenit Parisios, Magnus ille Generalis totius ordinis Franciscanorum, & Rege salutato, illi pacis conditiones proponit, ad eam amplectendam Illustrissimus D. Legatus, Regem hortatur. Ad quæ omnia Rex Respondit, se quidem cum subjici esset nescius, facile ad pacem flecti posse si semel suis viribus, Ambianos recuperet: nolle autem illam vrbem deditione, intra pacis conditiones contineri. *Eadem.*

Magis ac magis tunc bellum inter Turcas & Christianos rectudescit. *Turcicæ Relationes.*

Ex Africa Algerianus Rex, confert se Constantinopolim, & illius loco alius quidam substituitur. *Epistolæ Africanæ.*

Hoc ipso vere circiter Illustrissimus D. Legatus Illustrem virum D. Sansyum tunc potiora Regni Gallici administrantem, recipit in Ecclesiam magna cum ipsius Regis tum etiam magnatum admiratione, in eo nauauit operam D. Episcopus Ebroicensis reuerendissimus. *Acta. Gall. Aduers. Ministr*

Similem fere admirationem Regi, intulit conuersio Morlassi viri eruditi, & qui suopte ingenio fortunam sibi fecerat vt aiunt: & apud Regem etiam non paruæ esset authoritatis cùm ea conuentio illi in articulo mortis contigisset, & de ea fuisset protestatis. *Aduersaria Ministrorum.*

Regem commouerant alij, vt doctissimus Spondius, & Baro fortissimus Salignacus qui apertè ei declarauit. Se non posse credere, Deum seruasse Regem ex tot periculis: vt ipsum postea perderet, in Ecclesiam Romanam introductam. Proinde velle se etiam eandem salutem consequi. *Aduers. Ministror.*

Deinceps etiam alij magni & docti viri errore abiecto per totum Regnum Galliarum, Ecclesiam sanctam recognouerunt, quod valde ipsos pseudo-Ministros conturbauit. Multi etiam sua officia publica reliquerunt, & maluerunt tuta conscientia pauperiores & minus honorati secundũ vulgi opinionem, in Ecclesia Dei viuere: quàm inter pseudo-ministros cum animarum suarum detrimento, pro aliquibus apparere. Inter hos fuit Spondius iunior, qui cùm esset Regis consilia-

Anni mundi 5685

1569

1560

Universidad de Deusto
Biblioteca

cius & libellorum supplicum magister abdicauit se omni illo splendore, & Ecclesiæ gremium reductus est. Similiter Salettæ iunior, cùm esset procurator Regius destinatus Palij Regiæ Bearnij, ei honori salutem animæ prætulit.

Annis mundi. 5673

Nec in postremo agmine scitissimum & tersissimum Rebulsi ingenium reponi debet, qui etiam Christo nomen dedit, lepidè doctè & grauiter simul pseudo-Ministros cum suis erroribus diuerberans, & actiore stylo illorum nænias ex hominum opinione dispungens.

Eodem vere post conuersionem D. Sansij deliberatum est de instituendo conuersorum collegio, impendebat in id quotannis Rex, duodecim millia aureorum, ipse etiam D. Sanlyus semel quatuor millia aureorum pollicebatur. Item datum fuerat id munus ab Illustrissimo Domino Legato, vt hoc procuraret D. Episcopo Ebroicensi, sed tam multa & priuata negocia & publica intercíderunt, vt id non potuerit perfici, & cùm sibi ipse Ebroicensis procuraret, ob graues impensas, suæ legationes pro alijs intercessor esse non potuit

Nihilominus idem negocium contulerat Illustriss. D. Legatus. P. Texeræ solicitandum, sed interuenit obsidio necessaria Ambianorum, cui dum Rex totus intentus est, omnia eò referuntur.

Effecerat ille P. Texera, vt Illustris vir verè pius. D. Rusticellanus *Romanus* ciuis clarissimus, nunc agens Parisiis, in id mille aureos quotannis promiserit, durante, vita, ac se defuncto id etiam meditabatur, ne deesse videretur. Sed æquum erat vt fundatio a Rege & suis, institueretur. *Acta Gall.*

Ante obsidionem Ambianorum statim eò infatigabilis & inuictus Illustrissimus Dux Buronius Mareschalcus Franciæ se sponte contulerat, neque vel Albertum Archiducem etsi maiore militum numero metuebat: neque Hispanos ex Ambianis quotidie in se impetum facientes sinebat vlteriùs progredi: quin illos toto trimestri cogebat, intra mœnia se continere. Tantæ virtutis erat, vt nil contra doli Hispanorum, quibus solis in Gallos vtuntur, proficere possent. *Acta Gall.*

Hollandi Anglos fundunt, neque se coram diutius consistere possunt. *Relationes Hollandicæ.*

Sigismundus Rex Poloniæ & Sueciæ, ac Archidux Austriacus coelectus ingentes exercitus comparant. *Polonica.*

Turcæ paulatim à Transyluano & Hungaris in suos limites repelluntur. *Relationes Turcicæ.*

Obtulerat Elizabetha Regina Angliæ se suis sumptibus, recuperaturam Caletes, modò vrbs in sua potestate remaneret: cui Rex respondisse fertur, non ægrius se ferre Canis mortum, quàm Caniculæ quod est prouerbium, de damno eodem à diuersis accepto, in quo non cadit electio. *Acta Gall.*

Rex Christianissimus collectis omnibus copiis Ambianos obsidet, & tandem post quatuor menses, illos sese dedere mortuo Hernãdo tel o, ex ictu Bombardulæ, transuersis Syndonibus, quæ vallis obtegendis extensæ erant, nec quicquam proficere potuit Albertus Archidux, cum toto suo exercitu, qui ad milliaria duo prope Ambianos accessit, neque tamen ausus est in certamen cum Rege Christianissimo descendere: sed retrò in Arebates se auertit. *Acta Gall.*

5685

In Britannia agitur de reconciliatione Illustrissimi Principis Ducis Mercœurij. cum Rege: sed ille cùm multa postularet à Rege, nihil effectum est. *Eadem.*

Vrgetur Britannia valde magnis incommodis, cùm cuperent subditi, suo Duce mortuo, redire in S S. sedis subjectionem seu potius protectionem: sed contra retinebatur Cæsarea

Anni Christi. 1597

1560

Anni Christi. 1597

Anni mundi 5673

sarea aditur Majestas, quæ testamentum quantum valere potuit roborat: vt scilicet aduentus ipse Cæsar hæres potiretur: Ipse porrho Ducatus suæ origini redderetur, id est sacræ sedi. *Germanicæ & Italicæ Relationes.*

Arctonautæ singulis diebus Februarij instanter laborãtes, animi gratia interdum se cursu saltu & iactu exercebant, vt lassatas aut fatiscentes corporum vires, ocio illo & veluti carcére domus niuosæ repararent. Et 16. die, qui dicatus erat bacchanaliorum festo, cuique à Nauarcho qui patronus dicitur, data est vini hemina, vt se liberius, recrearent. 12. autem die magnum quendam vrsum suæ domui insultantem captũ & interfectum excoriarunt & illius adipe fuso pro oleo in lampadibus vsi sunt, quod maximè eos iuuit, in tanta rerum omnium penuria, interea Paxemadio & aqua tenuiter victitantes, nisi si quando vulpes obesas cepissent, quarum vulpina, vt optima ferina conuiuabantur egregiè. *Hollandicæ Relationes.*

Ordines Hollandici interea non cessabant cum Mauritio Hispanis insultare, & vice versa Hispani Mauritianis insidiabantur, nullo tamen hoc tempore, facto inter ipsos memorabili. *Hollandicæ Epistolæ.*

Toto reliquo vere, Arctonautæ eadem angustia detenti, contra vrsos vegrandes dimicauere, Martio Aprili & Mayo, cùm nihilominus semper instarent proretæ, esse inde discedendum primo quoque die, & necesse illis fuit, ne tandem à bestiis ipsis deuorarentur, quandoquidem noctu totam domum glacie & niue obtectam ipsi vrsi, magno cum periculo concuterent: neque eos quiescere paterentur, & alioqui aspertimum frigus continuum illos adeo vreret, in extrema etiam siti, cùm illis esset glacies fusa pro potu subinde, nisi si quid vini eis nauarchus concederet: vt iam omnino vires deficerent vel robustissimos quosque. Adeóque permulti ægrotarunt nouo genere morbi, cùm iecur vrsinum edissent, à capite ad pedes excoriabantur: tamen sanati sunt hoc vno remedio, vt patientiã haberent. Nauarchus coactus tantis miseriis, illos iussit scapham & nauiculam, vt melius possent aptare: quandoquidem nauim suam à glacie marina liberari erat impossibile. *Hollandicæ relationes.*

Rex Christianissimus suis Ambianis potitus, tandem concessit, post multas deliberationes vltro citrõque admissas vtrinque, & Dominus Sillerius Præses amplissimus, vir nobilitate generis, rerum experientia, & probitate vitæ supra multos commendabilis: & Regi ipsi apprimè charus & fidelis, in Flandriam abeat & ab illis hominibus conditiones suas expiscetur. *Acta Gall.*

Eodem anno ab Illustrissimo & Magnificentiss. Duce Venetorum & senatu reuocatur, Legatus Dodo Illustriss. & in illius locum, mandatur, Illustrissimus Franciscus Contarenus qui magno cũ honore, & lætitia Regis, fuit exceptus Parisiis. *Act. Gall.*

Clerus Gallicanus à Rege hoc anno rogatur, vt in se quod de Collegio spoponderat conuersorum, recipere velint: in suo consessu, & de eo Rex ore proprio, mandatum dedit Illustrissimo D. Cardinali Gondyo, qui in eo præsideret, de quo postea variè deliberatum fuit. *Eadem.*

1569

1560

Arctonautæ Zemblæ nouæ Iunio mense, cùm viderent soluta glacie, mare liberum sibi fore, tandem in illud sese dederunt, postquam suam scapham & nauiculã aptassent, quæ cùm apertæ essent, mirum est eos id ausos fuisse: & magis mirum enatare potuisse. Tãdem ergo conualatis, omnibus, in ipso articulo 14. Iunij sole Apeliotico, è noua Zembla discesserunt magna omnium lætitia, etsi Vvilelmus Bernardi filius, magn^s Gubernator & Nicolaus filius Andreæ valde ægro ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent, qui ambo excepti sunt patritim, vnus in scapha, alter in nauicula, postquam ipse Vvilelmus omnem suam peregrinationem descriptam in chattula thucæ sclopeti ad caminum domus suspendissent: vt si qui Tartari aut Moschi illuc appellerent horum omnium ne ignari essent. Ipse etiam Nauarchus, duo breuia suarum deliberationum, descripserat quæ omnes cum suis cautis & rationibus subsignarant, & vnum scaphæ alterum ipsi nauiculæ indiderat.

Cæterum quamuis ita parcè ac tenuiter se ibi sustentassent tamen superetant illis 13. dolia panibus plena, vnum caseo onustum, porcina dimidiata, duo doliola olei plena sex vini, vnum aceti, cum mercibus lanæ, lini, serici, & aliis, necnon duabus pecuniæ capsis In quo & admiranda istorum hominum prouidentia, qui mari imperant: & suorum famulorum simul obedientia, in dedecus & probrum multorum & Principum & subditorum, qui neque imperare neque imperari vnquam bene didicerunt. *Hollandicæ Relationes.*

Illustrissimus D. Legatus iussu suæ sanctitatis, necnon Regis Christianissimi rogatu, adit primum Picardiam & in vrbe S. Quintini subsistit. vt ibi responsum à D. & P. Reuerendo Generali Bonauâtura Secusio, qui tunc à Catala Girone dicebatur, acciperet: & cum D. Sillerio communicaret. Tandem in vrbeculam Veruinum secedit, vbi demum post multas concertationes, pax concluſa fuit, Regi Christianissimo reddiræ sunt vrbes illæ omnes, quæ hoc postremo bello in manus Hispanorum deuenerant, & tota simul Britannia cesserunt Hispani, metu scilicet Regis Bellicosi, qui nequaquam militia continua frangi vnquam posset. Tamen Cameracum vt neutrius Regni sed potius ciuitas Imperialis, ita relicta est vt prius in manu Episcopi & Ciuium sub amborum Regum protectione & tutela, nihilominus stante ibi præsidio Hispanico, cùm propugnaculi esset deditione potitus. *Acta Gall.*

In iis omnibus neutiquam iuuerunt Regem Caluinates, sed sibi quisque ipsorum pro maiori parte cauerunt, ne sua præsidia quicquam damni paterentur. *Eadem.*

Hoc anno missus fuerat Dux Lucemburgius Legatus Regis nomine, vt suę sanctitati gratias ageret, & iam agnitum illius nomen pro Christianissimo continuaret in sacra sede. Orationem habuit Clariss. vir D. Brescius vir, in omni scientiarum genere exercitatissimus. *Acta Gall.*

Arctonautę residuo suæ glacialis nauigationis curriculo: suos ægros ambos amiserunt magno omnium desiderio, & subinde glaciem pro terra conscendentes, vt à fluctibus glacialibus se liberarent: & labore confecti & fame pereuntes, sua etiam nauicula illisa glaciei durissimæ montibus, emenso itinere 383. millium in scapha & nauicula apertis, tandem post multam desperationem Cùm etiam glacies dolia vini, nescio qua proprietate aperiret, & compages eorum solueret, vrsi item horribiles transuerso mari illis insultantes eos magis deterrerent, & ipsa etiam glacies quasi nutu quodam, sese vicissim solueret, & constringeret sub ipsorum pedibus, magno vitæ periculo, præterea eos 200. *Rosmarij* Elephanti matini impetiêt. aut 21. Iulij die, vt neminem denique inuenire potuerint hominem, donec ad Angulum propugnaculi peruenissent, vbi Russos eosdem quos in transitu viderant, recognouerunt, & cùm stomacace laborarent qui morbus est gingiuarum, eum protinus Cochleatiæ herbæ esu facile sanarunt, certis etiam granis Ianthinis vt sunt loti arboris. Ac nisi à Russis quibusdam nauibus & Iapponicis adiuti fuissent, actum erat de illis, sed commodùm Colam portũ Vveygatzij maris famosum appulerat, Ianus filius Cornelij, qui alteram cum ipsis nauigationem susceperat, is ad eos Cola venit in scaphas & eis omnia necessaria subministrauit, donec vnà

tandem

Anni mundi. 5686

5689

Anni Christi. 1597

1600

Anni Christi. 1597

Clemente VIII. Summo Pontifice. Rodolpho Imperatore. Henrico IIII. Christianissimo Franciæ & Nauarræ Rege. Philippo II. Rege Hispaniarum Catholico. Iisdem aliis Regibus & Principibus.

1600

Anni mundi 5686

5600

tandem in Amstedamum peruenissent 1. die Nouembris magna omniũ admiratione, vbi festiuiter à Nassauuio Comite excepti cum Danię & Nordvvegiæ Cancellario, & aliis Magnatibus viris, hanc gloriam ab omnibus reportarunt, vt penetrato Septentrione, viam maris illius supra omnem cõspectum solis aperirent, & angulos cuiusque sinus Nassauiano Auriacensi & Hollandico nomine insignirent. Nullum alioqui profectum hinc retulerunt, nisi quod dentes Rosmarium pro ebore, & lapides quosdam pretiosos in Septentrione inuentos promercati sint, vndecim tantum ex tota nauigatione redierunt sub Iacobo Heemskerckio Nauarcho præstantissimo. *Hollandicæ Relationes.*

ANNVS D. M. D. XCVIII.

Hic annus faustus fœlixque Galliarum lamentabili Regno extitit, quod post tria integra lustra, non cessauit valde turbulento rerum omnium statu, bellis, stragibus, vrbium direptionibus, & aliis innumerabilibus malis conquassari fame peste, ac belluis immanibus, sed nunc Dei misericordia, sub bono & fœlici Regis Christianissimi in gratiam sacro sanctæ sedis & illius obedientiam reditu: auspiciis ductu & benedictione sacra Clementis viij. Clementia diuina Clementissimi pace potitum est, & iam nunc in pristinum splendorem nulla alia expectatione restitutum. Est enim illud huic Regno & suis veris & legitimis incolis priuatum, vt nunquam frangi vel ad extremum Spiritum nequeant: statim vero vt illis affulsit lux, pax, & trãquillitas, omnis statim mali præteriti, omnis odij omnis rancoris obliuiscantur. Et quod lilij flos nunquam flaccescat, argumento est, illud cœlitus ab Angelis fuisse nostris Regibus, ab antiquo traditum insigne liliorum, cuius candor permaneat immaculatus.

Concluditur eodem anno coniugium Augustissimi Philippi Hispaniarum Principis, cum Archiducissa Maria filia Archiducis Grassij: sed illa priusquam duceretur ab illo, mortua est. *Relationes Germanicæ.*

Iam concluſum erat alterum coniugium Infantę sereniſſimæ claræ Eugeniæ, cum Alberto Archiduce Austriaco, totius Flandriæ & Burgundiæ futuro præfecto, tunc autem apertè innotuit, nunciumque Cardinalatui remisit, ac in illius locum præest rebus Flandricis, Illustrissimus Cadinalis Andræas Austriacus. Ipse autem Albertus cogitat in Hispaniam & profectionem parat. *Flandrica*

De Rege Christianissimo actum est, vt ipse etiam vxorem duceret, sed hoc in aliud tempus dilatum est, dum dispensationem necessariam à sacra sede obtineret. *Acta Gall.*

Turcæ & Hungari magnis conflictibus sese mutuo infestant, & pergit Transsyuanus Turcæ Belligerare. *Turcicæ Relationes.*

Ferrarienſis obsessio apparatur, vt redeat in sacræ sedis obedientiam cùm sit illius feudus, & Cæsar Estensis ius suum tutari conatur. *Ital.*

Coniugium sororis Regiæ Catharinæ Illustriss. viriusque Regni Francici & Nauarrici vniæ cum Illustrissimo Principe Marchione Lotharingiæ Dupontio, bonis auguriis continuatur. *Acta Gall.*

Iauarinum Turcæ propugnaculum à Baronibus Schuartzemburgio, Palfio, & Nadasto capitur, Idque industria Galli cuiusdam Campani, cum crepitaculo quo disiecta est porta vrbis, & aditus patefactus, periere 600. Turcę in eo conflictu, cum ipso Sangeaccho & præterea trecenti se in phornice vbi pulueres pyrij asseruabantur, maluerunt cõcremare subiecto igni, quàm in manus Christianorum venire. Numerus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingens Bombardarum maiorum ibi inuentus est. Filius & duę filiæ Sangiachi abducti sunt in captiuitatem. Præsidia vicina Totis & Sammartinij Miretis, Iremque Temesuar, & alia à Turcis derelicta fuerunt id contigit 28. Martij & publicatum magna lætitia ignium festorũ Pragæ 6. Aprilis Campanus ille ingentibus honoribꝰ & donis affectus ab Imperatore qui etiam illum, equestri honore decorauit, ibidem magnus thesaurus inuentus fuit. Cecidere Christianorum octingenti ferè. *Relationes Germanicæ à Cajetano ex Germanico idiomate in Gallicum conuersæ.* §

Rex Christianissimus Nanetes proficiscitur, Britanniam recipit. Cæsarem Filiolum gubernatorem creat & instituit. Ibidem mense Aprili desponsationem compromittit eiusdẽ Cæsaris, cum Filiola Ducis illustrissimi Mercœuriani, quæ futura est ditissima, & ad quam videtur magna illa hæreditas Britannicæ Illustrissimæ domus Martiguiæ deuenire posse.

Ibidem Rex in Consilio suo, vt Catholicam religionem suam, vbi deest reponeret, Edictum facit, quo iubet eam vbique restitui Et Caluinitis libertatem suam prætensam vt superioribus prædecessorum Regum Christianissimorum Edictis obtinuerant, id autem Rex ita statuit, vt tumultuũ & seditionum ansam omnem præcidat, & omnes in officio cõtineantur. *Acta Gall.*

Rex Christianissimus è Britannia redit victor omnium qui contra se extiterant, tumultum & ouans, cum pace sibi reddita, vti iam prius Ambianis recuperatis Parisiorum vrbem ouabundus intrarat, sine tamen sumptuosiore pompa. *Eadem.* 6

Facinus accidit memorabile in Regno Neapolitano, vt quædam mulier procax & libidinis impatiens, Cancellarium Regni senem venerabilem Appianum Boyssum, virum doctissimum maritum suum veneno tollendum procurarit: per quendam Talleyssium ignobilem & è terra natum adolescentem haud frugi, cuius iam nefario concubitu potita fuerat. deinde cum maritum sibi alterum dari Talleyum, pater Dominus Alexander Buringellius illustris eques, ob vilem ipsius prosapiam, specie seruitij blandioris eundem potu inficit filia detestanda, nec eo sibi facit satis, donec sororem & ipsius duos liberos parente orbos vtróque, postquam illa mortua est pariter veneno iustulisset. Ac demum nemine contradicente, vt domina rerum Talleyssium adulterum & infectorẽ sibi ne quicquam reliquis affinibus reclamantibus, copulare ausa est. Qui genio indulgens, cum illa eo vsque simultates exercet, vt tandem ambo omni scelere suo cuiusque publicato, dignam suis meritis mortem passi sunt, iudicum sententia. *Relationes Italicæ.*

Aliud scelus etiam est relatum, tanto horribilius quanto magis intulit creatori contumeliam, tale est. Cum in Iapone multi illustres viri & zelo diuino perciti patres iam inde vsque à primo illius regni ingressu, per Patres Iesuitas, multum prædicando Euangelio insudarint & multum fauente numine profecerint, anno superiore accidit, vt sex religiosi P. P. ordiñis B. Francisci obseruantinorum, ibi iussi sint ab illo prædicandi Euangelij officio abstinere: nec tamen ei mandato præstare obedientiam voluerint. Quabacondonus quem Combachum corruptè appellamus, is est Iaponis Imperator, iussit eos crucifigi in Langazacho vrbe præcipua, & cum eis 20. Iaponenses idem martyrium subire malentes, quàm a fide Christiana deficere. Cùm ergo essent ad supplicii rapiendi à Fossambro adulatore & prætore malenolo, qui hoc Quabacondono suaserat, quia scilicet. Christiani facile Imperium Regis Hispaniarum essent in Iaponem traducturi, à quo mittebantur, vna cum ipsis è vulgo & nobilitate Iaponenses

Anni mundi. 5686 — 5689 — *Anni Christi.* 1597 — 1600

Anni Christi. 1597 — 1600

Anni mundi 5686 — 5600

quingenti martyrium vltro postulabant, ac inter eos Nobilissimus a quidam iuuenis, cuius pater cùm Quabacondono valde esset familiaris, ab illo supplicium hoc differre statuit, ea lege vt ex quingentis, quos iussit cum religiosis, per Vzacam Zahaiam & alias vrbes traduci, in Langazachum & ibi omnes crucifigi: æquum enim esse, aiebat impius tyrannus, vt qui crucifixum prædicarent tam beatum, ipsi eadem beatitudine frucrentur. Cõstantissimè animas pias, Christo Domino reddiderunt 14. Martij die, omnia in contemptum, fidei Euan gelicę, cum à 2. Ianuarij expressè in eum diem distulissent quia inquiebant, prædicassent 14. mensis primi Christũ saluatorem crucem pro salute humani generis subijsse. Accid erunt varia cœlitus signa. trabs ignea, in tres diuisa, & coruscus aer eo die sine causa, vt ipse Quabacondonus attonitus substiterit, & alij religiosi iam non desistunt vacare diuinis officiis. *Relatio Hispanica Dom. Francisci Telli Gubernatoris Philippinarum.* Ait illud 1597. cõtigisse, sed ad nos nisi hoc anno. 1598. sua relatio peruenire non potuit.

Et quia maior certitudo historiæ ex circunstantiis innitur personarum, nomina Religiosorum hæc sunt F. Petrus Baptista Commissarius & superior. F. Martinus de Aguire, F. Franciscus Biancus, F. Philippus, F. Consaluus, & F. Franciscus Desammiquel. Illius autem aulici gratiosi Quabacondono, qui vitam nuo deprecatus est, nomen fuit Gynnisin.

Mensis Iunij. 21. Parisiis Rex Christianissimus pacem inter se & Catholicum Regem factam approbauit in æde maiore Diuæ Virginis, atque ita Illustris: D. Legato, promisit sanctè, nomine Pontificis. Aderant primates Regni & Prælati ingenti numero, magna pompa, cuius ordo & ritus describitur ornate à C. Palliotto Parisino. Aderant pro rege Catholico Dux Dalcotius, Admiralius Aragonum, Comes Aremb ergæ. D. Ricardottus prætes & caput Consilij Hispaniarum in Flandria, & D. Lodoicus de Veyres Secretarius Status Hispaniarum. *Tractatulus Palliotti Gallicus.*

Aliud exemplum lamentabile cuiusdam puellæ hoc anno accidit, vt cùm illa fœtum peremisset tegendæ turpitudinis causa, postea tanta pœnitudine affecta est, vt etiam vitro pœnas de se sumi postularet, quod luctuosissimum Parij honestissimo Ciui Mediolanensi, de vnica filia, tragicum hoc vtrũque funus extulerit. *Relatio Italica.*

Irlandi iterum nobilissimam Anglorum pubem ad 3. millia perimunt, & ferè tota sua Insula extrudunt. *Anglica.*

Multa oppida Mauricius Comes Nassauuius inuadit. *Flandrica.*

De Buda & Offen relatũ est, à Christianis interceptas fuisse, vt iam Turcæ imperium valde collabefactari videatur. *Turcicæ relationes.*

Sanctissimus Dominus Papa, totam huius anni æstatem Ferrarię degit, postquam illam vrbem Illustrissimus Dominus legatus Aldobrandinus recepisset: & ità consilio amicorum Cæsar Estensis, gratiam sacro-sanctę sedis intens, suo Ducatu Mutinensi & Carpiorum contentus esset, quæ ad se ex testamento Defuncti Ducis Ferrariensis, Imperatoris iudicio pertinere dicebantur, & quorum ei inuesticuram Imperator concesserat, relicto feudo Ecclesię ipso Ducatu Ferrariensi, in manu eius. *Italicæ Relationes.*

Tartari & Persæ coniunctis viribus Turcæ insultant, silente Moscho, & de ea rebellione, sibi gratulante, quod etiam Poloni Legati vt mandatum fuerat, otiosè spectabant: sicut in Moschorum secum dissidio Turcæ spectatores ęrtiati videbantur. In quo apparet non insuka esse istorum hominum ingenia. *Turcicæ Relationes.*

Rex Christianissimus honorificè apud se Legatos Catho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lici Regis diu habet, & quod potuit cum illis placidissimè & verè Regaliter egit: apud fontem bellaquæum Regiam domum, & Sangermani Laicæ quæ alia Regia est. Cum omni Venationis, & alius nobilioris exercitationis voluptate. *Acta Gall.* — Anni mundi 5685 — Anni Christi. 1597

Illustrissimus D. Legatus cum toto suo comitatu, impetrata à Rege Christianissimo venia: discedit iussu sanctissimi Pontificis reuocatus, relicto sui loco, nomine agentis, aut tanquam Nuncij, Clarissimo viro & reuerendiss. Antistite D. Bandini Abbate, qui in Regno Galliarum remansit. Donec veniret a sua sanctitate Nuncius Apostolicus. *Eadem.*

Ille Reuerendissimus nuncius venit sequente Martio mense Pientissimus D. Mutinensis Episcopus, Regi & Regno Galliarum maximè idoneus. *Eadem.*

Cum ipso Illustrissimo D. Legato, abiit eodem itinere & salutato itidem Rege Illustrissimus & Reuerendissimus Generalis Ordinis Franciscanorum, postquam suos Conuentus Parisiis visitasset: & præcipuum munus sibi iniunctum pacis conficiendæ, inter duos Reges absoluisset, magnóque cum honore & magnifica regis Christianissimi, de suo liberali & genio & ingenio, in rebus agendis testificatione. *Acta Gall.*

Cùm è Gallia isti duo magni viri, & cum eis Dominus Illustrissimus Nuncius Apostolicus à rege Christianissimo acceptissimus. D. Gongaga Archiepiscopus Mantuanus discederent: eodem tempore, Potentissimus omnium Hispaniæ Regum, qui vnquam extiterint Philippus secundus Catholicus Rex, discedebat ex hoc sæculo 13. Septembris in Escuriali conuentu. Tanta animi sui constantia, cum ille esset septuagenarius & vltra, vt in insulas fortunatas suas, profectionem adornare videretur. Solùm tria vt aiunt filio commendasse dicitur. Primùm vt semper Catholicus esse pergeret. Secundum vt suorum esset bonus frater, & cum ipsis & suis ageret, honestè & liberaliter. Tertium vt neque d de suo Consilio statuto dimoueret, ac præcipuè pacem foueret cum Rege t. huiusmodi, neque le vnquam ab illa diuelli pateretur. *Hispanica relationes.*

Hæc omnia Septembri mense, contigerunt anno 1598. cùm biennium integrum iustissimè mense ad mensem numerato, D. Illustrissimus Legatus in Gallia permansisset: intrarat Parisios mense Augusto. Exiit eodem mense, vltimo illius mensis die. Admirallius Arrago secundo Rheno, copias suas ducens, Orsoyum vrbem capit: etsi qui prope Colonam hospitabantur, ab hostibus pulsi fuissent & Comes Mauricius illuc profectus, propè Nouenarum, exercitum fudit. Et simul commentum Hispanicum dissipauit, vnde magna orta est inter Hispanos & Morinos, qui Vallones dicuntur contentio, quam sua authoritate, ipse Admirallius compescuit.

Nouæ Relationes. Historia continuatio scripta Germanicè excepto titulo Diuersi Latinum Frollinch Gedruckt Zum Cod. Donrch Vallimum Lut Litem ebem. 1 99.

D. Illustrissimus Legatus Genuam prope, ad Illustrissimū Ducem Sabaudiæ diuertit, vbi suam benedictionem impertitur, Ducatui toti Chablaysiorum, qui ad fidem Catholicam nuperrimè, relicto errore Caluinitarum conuersi fuerant opera P. Cherubini, ex Capucinorum ordine. Idque occasione disputationis memorabilis inter eundem P. Cherubinum, & quendam Lignarium, à pseudo-Ministris, Geneuensibus submissum, in oppidum Thononem Sabaudicæ ditionis, vbi omnino ille magnus Lignarius Professor vt aiunt, ad primū quemque scripturæ locum, qua de tamen gloriati audent, cessitans concedit & succubuit, pauperi rudi, & vt iactabant ignaro Capucino: qui tamen se diuitem & scitum & doctum — 5689 — 1600

ipso facto apertè demonstrauit. *Auuglij Sabaudiæ nobilis Epistolæ.* — Anni Christi. 1597 — Anni mundi 5686

Simile est quòd Parisiis pseudoministri Thylænum submiserunt, qui cum D. Ebroicensi Reuer. Episcop. contereret manus ex scriptura, quod Ebroicensis auxit gloriam, pseudo-ministrorum fraudem vsitatam detexit, & Parisiis doctissimas conciones Ebroicensis procurauit *Act. Gall.*

Tunc etiam ità Illustrissimus & Pientissimus Princeps Sabaudiæ rem sacram promouit, vt pseudo-Ministri Geneuēses, compromiserint se disputaturos, cum bona venia Ducis Illustrissimi, de summa rerum, quæ inter Catholicos & Prostantes vt vocant, controuertuntur. Illis concessit diploma quale petierunt, salui conductus, vocant, est propriè loquendo fidei publicæ securitas propria manu subsignauit, sigillo confirmauit, & à secretario suo viro meritissimo D. Roncas, iussit publicari. *Idem Diploma.*

Archidux Austriæ suum affinem Andreæm Illustrissimi Cardinalem Austriacum in Flandria Gubernatorem suo loco constituit. *Eadem continuatio.*

Rex Christianissimus suis palatiis exædificandis incumbit, & Galliæ tam bene illi à pace fuit vt iam sibi videtur nihil mali passa. *Acta Gall.*

Lutherani ex Stiria Ferdinandi Archiducis edicto expelluntur. *Acta Gall.*

Bergam clarigat Ammirallius Arrago sed frustra. Et cùm venisset Archidux Albertus Augustā vindelicorum, Hispani Brugis domum Comitis diripuerunt, & ipsum Comitem interfecerunt. *Eadem continuatio.*

Alia multa oppida capit Ammirallius, cùm interea bellum inter Archiducem Carolum Austriacum & Regem Polonum Sigismundum, recrudescit: & post conflictum aliquo modo reconciliantur iterum. *Polonica.*

Rex Hispaniarum Philippus III. priùs Carolus Laurentius dictus nouum sibi consilium deligit. *Hispanica.*

Hispani ad Bredam funduntur. *Flandrica.*

Turci Grossuardeno iucumbunt, & ad Offenum vrbem munitissimam id est Budam dimicant cadentibus mille Turcis, Christianis verò 300. *Turcica relationes.*

Tota Italia, Philippo Regi Hispaniarum 2. iusta persoluuntur, & Philippus 3. acclamatione fausta recognoscitur. *Italica.*

Patres Iesuitę nullum non lapidē mouēt, vt Arestum Parlamenti Parisiensis de medio tollatur, quod erat contra se & contra Illustrissimum D. Tornonium sua causa aut saltem ne executioni mandetur, apud Sanctissimum Pontificem intercedunt. Et Regi Christianiss. de eo supplicant. *Acta Gallia.*

Rex Hispaniarum sororem suæ desponsatę Archiducissę defunctæ ducit vxorem, & illi obuiam mittit summus Pontifex munus verè sua sanctitate dignū, ad 100000. aureorum.

Christiani Buda discedunt. *Turcica relationes.*

Rex Hispaniarum maiores copias in Irlandiam mittit, quæ etiam Reginam Angliæ adoritentur. *Eadem continuatio.*

Arago Ammirallius & Mauricius Comes, se mutuis strategematis fatigant, obsidendo & intercipiendo, & inuicem dimicando & recedendo, cùm vterque alterum metueret. *Flandrica.* — 1600 — 5600

Rex Poloniæ Dantiscum venit, & inde in Poloniam redit. *Polonia.*

Regina Hispaniæ venit Ferrariam, vbi ingressu Regio magna celebritate à sanctissimo Pontifice recipitur *Italica.*

Eodem & Archidux Albertus Mantuam veniunt: vbi Dux Mantuę pompa magnifica eam perinde excipit. *Eadem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. Anni Christi.

Sanctissimus Pontifex confirmatis Ferrariæ priuilegiis, & tributis gabellæ quam vocãt sublatis è medio, Bononiam reuertitur mense Nouembri. *Eadem.* 5686 1597

Regina Angliæ, cùm audisset pseudo Ministrum debacchantem in Papam, qui eum vocaret Anti-Christum. Post suam declamationẽ vetat illi palàm ne id deinceps audeat: illum quem diceret Anti-Christũ, esse virum se probiorem. *Relatio verissima Anglicana.*

Hispani oppidũ vocatũ Holtz capiunt, & stragem in ordines edunt Item Dulmam & Halteraõ inuadunt. *Flandrica.*

Rex Christianissimus Sillerium mittendum deliberat Romam, vt sanctissimum Pontificem de matrimonio suo consuleret. *Acta Gall.*

Hoc mense Decembri 17. Cardinales creati sunt, inter quos duo Galli Illustrissimi D. D. Douffat Rhedonensis Episcopus, & Illustris D. D. Dessourdy Archiepiscopus Burdegalensis *Italica.*

Regina Hispaniarum proprio Sancti Andreæ die, Mediolanum venit, cum qua Illustrissimus Cardinalis Aldobrandinus, Archiducissa Reginæ mater, & Archidux Albertus Regio apparatu ingrediuntur. *Italica.*

Hispani Olffen oppidum obsident, & Bredam inuadunt, & cum Auespurgio, Alenium expugnant & Sassemburgum expilant: viceversa Mauricius Comes inuadit Seuenaram Suesden & alia Item fertur Hispanis Capientibus Calcar vrbem, simul, visum dæmonis spectrum cum ipsis militibus. *Flandrica.*

Magna inundatio Tiberis Romæ contigit, magna iactura totius vrbis, vt soli montes ab ea fuerint immunes, sanctissimo Pontifice lachrymis & precibus Deum inclamante in subsidium. Et denique omni cura & sollicitudine verè pastorali omnibus rebus prouidente. *Italica.*

Accidit miraculum memorabile, cùm iaceret Sancti Bartholomæi corpus, in Ecclesia fratrum Capucinorum in insula Transtyberina, & ipsa tota Ecclesia fluctibus mergeretur: tamen non potuit aqua, certa quantitate palmorum in locum sacrum venerandi corporis penetrare, quod est magnũ argumentum in veneratione reliquiarum sanctarum contra istos pessimos balatrones blasphemos, qui reliquiis sanctorũ venerandis, omnem dignitatem abrogant. *Italicæ relationes.*

ANNVS D. M.D. XCIX.

ORDINES Antuerpiæ insultant, & Balagnius insidiis conatur suum olim Cameracum recipere frustra. *Acta Gallia.*

Rodolphus Bannum in Ammirallium Aragonem promulgat. *Continuatio.*

Vosauia vel Ficelia Treuirorum oppidum ab Ammiralio cogitur suos prædicantes abdicare, & spirituales ac religiosos eorum loco recipere, deinde capit vrbem Gocham, & ad Colonienses de statu rerum scribit. *Eadem continuatio.*

Vltimo Ianuarij die, Cathatina Illustrissima soror Regis Christianissimi vnica, nubit Illustrissimo Principi Lotharingo Marchioni Dupontio, post multas dilationes, Regeità volente quiuis illa in suo ritu, Caluinicæ opinionis permaneret: tamen non deest spes magna illam breui Catholicam fore, faxit Dominus. *Acta Gall.* 5689

Nono Februarij Infanta Domina Flandriæ proclamatur apud Batauos, & vbique. *Flandrica.*

Ad diem Bacchanaliorum vt vocant, fuit Edictum de religione prætensa Parisiis promulgatum iubente Rege, postquã multas de eo cõsultationes Augustissimus Senatus iniuisset:

Eodem Pontifice Clemẽte VIII. Imperatore Rodolpho. Henrico IIII. Christianissimo Franciæ & Nauarræ Rege. Philippo III. Rege Hispaniarum Catholico. Iisdem aliis omnibus Regibus & Principibus. 1600

&

Anni Christi. Anni mundi.

& Regi vt assolet, quàm multa secutura essent incommoda: significasset. *Acta Gall. Edicti ipsius promulgatio.*

1597 5686 Regina Hispaniæ cum Archiduce Ianuam, deinde mari Hispaniam magna petit felicitate. *Continuatio.*

Milites tumultuati Antuerpiæ, qui mos est Hispanorum: ab ea discedunt in Galliam vbi diu manẽt Regis Christianissimi permissu. *Eadem. Acta Gall.*

Hispani ad Bredam funduntur à quodam Mauriciano Franco. *Flandrica.*

Irlandi Hispanos adnãttunt, & Anglos magna multitudine prostrata repellunt. *Anglica.*

Intercipiuntur literæ & Legati Ammirallij ad Cæsarem, ab ordinibus. *Flandrica.*

Illustrissimus Cardinalis Andræas Austriacus præsidia remisit & firmat. *Eadem.*

Hoc anno prodiit liber impius & blasphemiarum plenus, cuiusdã Mornęi Plessiaci nobilis Galli nomine inscriptus hoc titulo, Gallicè. *De l'institution vsage & doctrine du Sainct Sacrement de l'Eucharistie en l'Eglise ancienne. Ensemble comment quand & par quels degrez, la messe s'est introduite en sa place. Le tout en 4. liures.* Deinde suos ipse titulos iactat. Tale est hominis illius ingenium, vt cùm offendat aliquos latinos scriptores, qui eiusmodi aliquem librum ediderint: eum gallicum factum, & aliqua methodo sua propria variatum pro suo inuento plebi ignaræ Caluinitarum obtrudat, quode etiam apud Pseudoministros, male semper audiuit, veluti libellus de ecclesia, cùm fuisset Londini à Gallis pseudoministris præside Ferguetæo pseudoministro diuturnis disputationibus elaboratus: ipse eum libellum pro suo venditauit. Idem de hoc animaduertunt docti ab illo factum, cum libellum Herbstkerkij istius argumenti offendisset ipsum è Latino transtulit paucis mutatis. Eadem censura plærique pseudo-Ministri Beatnenses, in eum egerũt authore Bordenauio vno ex illiis, circa suum de veritate libellum. Quòd resciuerint à quodam Flandro fuisse ex Gallatino, Seboino, Pomponatio, & alis excerptum, quem Mornæus perpolierit. Aduersus hasce omnes impietates scripsere multi, contra blasphemias de Missa Sacrosancta, primus omnium D. Bulengerus Regius eleemosynarius & Ecclesiastes doctissimè. Post modum secuta prima suorum errorum detectio, per quendam Canonicum Vasatensem. Tandem inuentarium confectum est per P.P. Iesuitas Burdegalenses, qui doctorem Equitem pudefecerunt, & spes est vt aiunt ad meliorem frugem redituru. Faxit Deus. Sacratissima facultas 2. Iunij in eum censura animaduertit. Et pio zelo Tribunal Regium Castelli Parisiis librum ipsum igni damnauit etemandum, quod est etiam executioni mandatum. Quamuis in ipso articulo prouocarint nonnulli ad senatum Augustissimum mercatorum librariorum nomine. *Acta Gall.*

Magnus percrebuit rumor de Beza Geneuensi, quòd vellet in Gremium S. Matris Romanæ Ecclesiæ redire. *Relationes Lugdunenses.*

1600 5689 Hoc ipso mense Augusti 1599. dicuntur Hispani in Angliam penetrasse, portubus aliquot occupatis. *Rumores.*

Tota æstate Rex Christianissimus in eo fuit vt suum Salassiorum Marchionatum recuperaret à Duce Sabaudiæ iudice sanctissimo Pontifice qui fertur ob id, & propter matrimonium Regis Christianissimi quatuor Illustris. D.D. Cardinales designasse, qui in Franciam veniant, & de re tota inquirant diligentius. *Italicæ relationes.*

Interea rediit ob id ad Regem Generalis Reuerendiss. nunc Illustrissimus Patriarcha Constantinopolitanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni mundi. | Anni Christi.

Cùm esset Parisiis Gabriela Destree Ducissa Belfortensis, bellè se habens, ipso Iouis sancti die post tenebras, quo illa se in Sancti Anthonij ædem contulerat, subito morbo grauissimo correpta est, quo ad diem Sabbathi, animam reddidit. Nam cùm esset grauida, non potuerunt ei remedia fortiora adhiberi. Inuentus tamen fœtus mortuus, in vtero, vtrique & matri & fœtui eadem iusta peracta sunt. *Acta Gall.* — 5686 — 1597

Instabat apud sanctissimum Pontificem D. Syllerius Regis Christianissimi Legatus, de dissoluendo Regis ipsius & suæ vxoris Illustrissimæ Margaretæ Valesiæ coniugio, de quo adhuc sanctissimus Pontifex; ob difficultatem rei, cogitat regi facere satis saluo Sacramenti honore *Ital. relat.*

Indicuntur à Rege Christianissimo comitia Regni, Blæsiis vrbe Regia, vbi Rex de omnibus esset deliberaturus ex lege antiqua Regni, vbi Illustrissimus vir, Philippus Huraldus magnus Franciæ Cancellarius, cùm in Comitatú suum Chyuernium secessisset, subitanea morte, ex hoc sæculo migrat, magno totius Regni damno, cùm esset ille rerum Gallicarum consultissimus & in omnes euentus paratissimus. Id accidit mense Iulio. *Acta Gall.*

Eodem mense Parisiis celebratæ fuerunt exequiæ, defuncti Regis Philippi secundi Hispaniarum, in æde maiore Diuæ Virginis. Aderat Illustrissimus Princeps Condæus. Henricus Protoprinceps, Galliarum, & primus Franciæ par. Item Illustrissimus Princeps Dux Mompensetius sanguinis Princeps 4. aliis absentibus. *Acta Gall.*

Adfuit etiam Dux Illustrissimus Namoursius suo ordine, & alij magnates Regni, Marchio Nobilissimus Pisanicasis. Pro Rege Hispaniarum adfuit Illustrissimus Dux Mendoçæ, in idipsum expresse Legatus. *eadem.*

Omnia summa cum pompa & magnificentia peracta sunt vt decebat tantum Principem, cuius memoria, ob reductionem tot populorum Perüanæ regionis, ad fidem Catholicam præcipuè est in omne æuum commendabilis.

Cum hæc absolueremus relatum nobis à Lusitano, quandam nobilé Abbatissam in Hispania expirasse sanctitate Illustrem, quæ vixerat 100. annos. Quidam rumor aliunde, quod in Memphi apud Ægyptum sit Philosophus fere tercentenarius. Fides horum est penes suos authores.

Hoc ipso mense à sanctissimo Pontifice, indictus & publicatus est annus maximus Iubilæus in annum proxime sequentem 1560. faxit Pater omnipotens in cuius manu sunt tempora & momenta, vt hoc exacto miserrimo sæculo quod hæresesin dici potest, voluatur illud sequès ea gratia & fœlicitate, vt sæcalum conuersionum dici debeat in Christo Domino nostro Iesu, Diuæ Dei Genitricis perpetuę Virginis B. B. Petri & Pauli Apostolorum, & omnium Cœlicolarum intercessione & meritis. Amen.

Quidam Capitaneus Hispanus, ab ordinatitiis militibus interceptis trucidatur. Comes Fridericus Bergensis funditur, & Busquoyus. Itidem Comes profligatur & funditur magno istorum successu, & alij etiam apud Coloniam fugantur. *Elcadica.* — 5689 — 1600

In Regno Galliarum Paulatim vrbibus præsidiariis Caluinitarum, Sacra Missa restituitur. Rupellæ id factum à D.R. Episcopo Xantonensi mense Iulio. *Idem. Acta Gall.*

TABVLA APPENDICIS.

Litera a, denotat primam columnam & b. secundam cuiusque paginæ.

A

Alberius Medicus, & Lausanæ philosophiæ professor, rogatus à Beza tractatum edit de iustificatione, in quo pro Ecclesia Romana concludit, quare a Beza reiectus fuit. 18. a

Alexandrini Patriarchę legati ad suos redeunt oblata obedientia Romanæ Ecclesię. 77. b

Alfonsus Gongaza princeps senio cõfectus domi suæ à sicarijs interficitur. 62. a

Aloxius suæ proditionis pœnas luit. 14. a

Ambianum munitur omni genere munitionum. 89. b subdolè capitur à capitaneo Hispa. 91. b sed à rege Christianissimo recuperatur. 92. a

Annibal Capuanus Archiepiscopus in Poloniã mittitur post mortem Regis Poloniæ. 20. a

Annonæ caritas in vrbe Constãtinopolitana 22. a Romæ & in Vmbria. 52. a 53. b

Anthonius Peres magna authoritate apud regem Catholicum præditus, incarceratur sed sagacitate vxoris liber euadit. 61. b Galliam ingreditur, & à Francorum rege benignè excipitur. 63. b quidam Hispanus proditorię conatur Anthonium Perès Interficere Parisijs, sed Hispanus incarceratus proditionis pœnas luit. 83. b

D. Anthonius rex Lusitaniæ dictus Parisijs moritur, & regia pompa sepelitur apud Franciscanos. 79. b

Apologia Bellouij aduocati Regij. 5. b

Aumalius Dux Picardiam percurrit. 10. a

Amuratus Turcarum rex. 1. a

Arctonautæ Hollandiæ intolerabilem aëris intemperem patiuntur, cum vrsis albis & vulpibus conflictantur 89. b. quinto Nouembris Sole priuati fuere & eius officium præstitit Luna dum die noctuq; luxit 90. a. vigesima quarta eiusdem mensis Solem conspexeruut. ibidem

B

Babingthonus nobilis Anglus cum 24. alijs in Anglia capite truncatur. 21. b

Balthazar Serach Burgundus principem Auriacum bombardula interimit. 1. a

Beaumontius à Principis Condæi militibus capitur. 14. a

Bellarminus Cardinalis opus de Controuersijs religionis in lucem edit. 17. b

Bellicuræus cõsiliarius Regius agit partes Mariæ Stuardæ in Anglia. 23. b

Berga perdita à Principe Parmensi non potest recuperari. 36. a

Bilbilis ciuitas Bisquayę submengitur aquis desursum labentibus. 68. a

Blæsijs processio solennis instituitur. 37. b

Brissoniusprimus Parlamẽti Parisiẽsis præses edit sua commentaria 14. a. à seditiosis Parisiensibus suspenditur. 61. b

Brulardus præses legatus mittitur ad Regẽ Nauarræ. 11. b. re infecta ad Regem Christianiss. reuertitur. 12. a

Bulla Pontificis comburitur Catalauni. 55. b

C

Cajetanus Cardinalis à Sixto pontifice legatus mittitur in Franciã 46. a. in Italiam reuertitur. 51. b

Cajetanus multas rationes adfert vt missæ sactũ restitueretur Bearnensibus in conuentu ordinum presente sorore Regis 17. b. 64. a. quater disputat contra pseudo-ministros de sua in Ecclesiam catholicam propensione. 74. a. abiurat publicè suam hæresim 77. b. vere catholicus factus epistola quadam suæ conuersionis causas edit. 80. a

Caluiniei doctores in Academia Biarnensi. 3. b

Cameracum ab Hispanis obsessum & captum 76. a. causa fuit monetæ cupreæ quam milites dedignabantur excusa à Principe Balagnyo. 77. b.

Cancellarius regni Poloniæ, Maximilianum Archiducem vincit & captiuum ducit. 31. a

Catharina Medica regina mater animã deo reddit. 39. b

Carolus Borbonius Cardinalis à Parisiensibus nominatur decimus eius nominis rex. 46. a

Chopinus Parisiensis in summa curia Aduocatus sua opera prælo committit. 14. a

Clemens VIII. prius Hyppolitus dictus creatur pontifex 59. b. Multorum Regum amicitiam sibi conciliauit ibidem & 60. a

Condæus princeps illustrissimus Ecclesiæ Romanæ reconciliatur. 82. a

Condæa Principissa sectam Caluinicam abiurat. 89. b

Coniugium Philiberti Emanuelis. 4. a

Coniugium Principissæ sororis regiæ agi cœptũ est. 84. a

Constãtinopoli accidit ingens incendium. 43. b

D

Dandelotius Admiralij Coligny filius à Parisiensibus capitur. 51. b

Draco Carthagenam, & portum S. Ioannis inuadit vnde multa spolia in Angliam defert. 22. a

Duellum inter Mouglas & Contenant. 51. b

Du-Payt Cancellarius regis Nauarræ edit Anti-Sixtum. 42. a

Du-pontius Marchio illustrissimus coniugium regis sororis appetit. 30. a

Duretus Medicinæ professor Regius. 9. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Appendicis.

E

Egmondanus comes stipatus militibus suppetias fert Francis è Flandria colligatis. 49.b
Elizabetha regina Angliæ 1. a. pollicetur omnẽ opem Regi Christianiss. 10.a literis monet ne decipiatur. ibidem. queritur quod suo neglecto fœdere & consilio, consentiat cum suis proprijs hostibus 12. a. eadem Reginæ matri scribit. ibidem. mittit legatos ad Iacobum regem Scotorum vt eam excuset de ignominiosa morte matris Reginæ. 34.a
Espernonius Dux, mittitur ab Henrico Franc. & Polon. Rege post mortem sui fratris, ad Henricum Nauarræ regem, vbi in regia Palensi Bearnij honorificentissime excipitur 1.b. Sennas vrbem capit, & Caluinicos ministros suspendio necat 23. b. non multum abfuit quin ab opidanis fuerit captus & interfectus. 37.b

F

FEta Picardiæ vrbs traditur Hispanis 56. a rex Franciæ eam obsidet 80. a. deditione tandem recuperatur. 81.a
Ferdinandus Medices cardinalis galero renunciat. 37.b
Flauia neptis Sixti papæ desponsatur Duci Bracciano. 41.b
Florimundus Raymundus explodit fabulam de Ioanna papissa. 2.a
Florus pseudo-minister qua de causa exul factus. 5.b
Franciscus Iordanis Theologus Parisiensis Trinitarios Commentario oppugnat. 2.a
Fredetius Morellus professor regius. 9. b. duo Fräsciscani martyrium subeunt in regno Chinæ. 18.a
Frederici regis Daniæ mors. 33.b
Franscicanorum generalis proponit conditiones pacis regi Francorum. 91.b

G

GEneua à Duce Sabaudiæ obsidetur. 43.b
Guilielmus Partius legum doctor grauissimo supplicio in Anglia afficitur. 3.b
Guilielmus Bernardi filius nauigationis expertissimus. 1.b
Guysianorum excusatio ad crimina ipsis imposita. 8.a
Genysianus Dux Trulesem ciuitatem & alia oppida præsidijs munit 10. a. concilijs intentus est, Germanos conatur sibi conciliare. ibidem. apud Sixtum Papam accusature 34. a. interficitur in comitijs Blæsensibus. 38.
Gregorius XIII. Romanus Pontifex 1. b. eius mors. &c. 4.a b.
Gregorius XIIII. creatur pontifex quinto Decembris 52.a. obijt 15. Octobris ex strangutia. ibidem. & 57.b

H

HEdingthonius nobilis Anglus quatuor nauibus optime instructis fœliciter totum orbem peregrat. 22.a
Henricus Valesius III. Franc. & Polon. Rex 1. a. habet orationem in comitijs Blæsensibus 37.b impedit Ducis Guysij intentionem 35. b. in tumultu Parisiensi aufugit 35.b. promulgat scriptum in Ducem Guysium 36. a. comitia instituit apud Blæsios 37.b. causas edit exercitæ seueritatis in comitijs Blæsensibus 40. a. à Sixto papa excommunicatur 4. 42. a. audita excommunicationis sententia Parisinos priuilegijs priuat, Parlamentum transfert. ibidem. in periculo est apud Turonas 42. a. successorem regni statuit ante mortẽ Henricum Borbonium 45. b. defuncti corpus in vrbem Compendium dictum etiam nunc iacet. 46.a
Heluetij Regi Christia. auxilia pollicentur. 10.a
Henricus Stuardus consanguinitate iunctus reginæ Scotiæ, ad vindicãdam eius mortem parat in Anglos exercitũ 32.a. victoriam reportat. 33.b
Hernandus Tellus capitaneus Hispanus Ambianos inuadit 91.b. ex globulo sclopetario interficitur. 92.a
Hollandicæ nauigationes 1. b. aliæ vsque ad Hyperboreos vbi cete grandia medijs in fluctibus inuenerunt. 12.a
Hollandi renouant bellum religionis ergo. 12.a

I

IAcobus Clemens Dominicanus cultello nefariè regem Franciæ interfecit. 44.a
Iacobus Horest medicinæ professor scribit de quodam puero, cui nata est tota gingiua inferior ex puro auro. 67.b
Iacobus VI. Scotiæ, rex consilio reginæ Angliæ obsidetur in castro Sterlingo 23.b. post luctum matris reginæ Scotiæ, conuocat omnes magnates, & secum eos sacramento adstringit aliquando vlciscturos tam ignominiosam mortem 29. b. init fœdus cum Philippo Hispaniarum rege ad vindicandam iniustam matris mortem 32. a. petit opem à principe Parmensi, & Italiæ principibus eadem de causa 34.a ducit in vxorem Annam principissam Daniæ 47. b. 48. a. nuptiæ celebrantur in Scotia. 49.b
P. Iesuitę impediunt combustionem Palatij Neapolitani 8.a. Burdegalæ formulam abiurationis instituunt 15.b. Burdegalam relinquunt. 19. b. 2. iubentur è toto regno Franciæ exulare. 72.
Ioannes Basilius Magnus Dux Moschouiæ miserè obit. 3.b
Ioannes Castellus cultello findit labrum superius regis Christianissimi. 71.b
Ioannes Vincentius Starax apud Neapolitanos Electoratus officio fungens è plebe occiditur. 8.a
Ioannes Xonghes Anglus Scotorũ iudicio quatuor equis discerpitur. 33.b
Innocentius IX. creatur Pontifex 58.a. prius dicebatur Ioannes Fachinettus, patria erat Bononiensis. ibidem. promittit Colligatis 2000. aureorum, ibidem. moritur 30. Decembris. 58. a. & 59.b
de Insula medicus Parisiensis à rege Christianissimo ad regem Fessanum mittitur. 9.b
Ioinuillæ princeps Romæ Ducis Guysiani patris partes tuetur 20. a. post mortem patris Guysius dictus è carcere liberatur Turonensi. 56.a
Ioyosæ Dux Romam petit vt agat partes regis Christianissimi 20. a. moritur in prælio cum fratre dicto Sancto Saluatore. 27.b

Lacta-

Index Appendicis.

L

LActa-poma inter Parmenses Dux insignis moritur Bosloduci. 26. a
Laullius Comes Britannicus pro Nauarro Soubizam capit. 21. b
Lanouæus iunior propè Antuerpiam captus. 3.b
Lanouæus senior se excusat in capiundis armis in Sedami defensionem. 34.a
Le-Clerc regiam maiestatem in persona Senatus augustissimi captiuam ducit. 44.a
Legati diuersi Sixto Pontifici fidem & obedientiam suorum principum iuramẽto præstito pol licentur. 7. b
Legati Flandriæ obeunt suam Legationem apud Syluanetum. 7.b
Legati Giaponenses qua de causa Romam missi. 4. a
Lenoncurtius Episcopus adit Regem Nauarræ vt conetur ad fidem catholicam reducere. 11. b. operam perdit. 12. a
Lugdunum proditoriè quasi peruenit in manus Regis Hispaniarum. 12. a

M

MAhometes Tartarorum rex 1. a. strãgulatur. 3 b
Mansfeldius Comes in Flandria Neomagum inuadit. 23.b
Marancium ab Hugonotis capitur. 50.a
Marchio Roubaylius in Antuerpiana obsidione periit artificiali quodam genere ignis. 15.b
Marcus Bragadinus Venetus, tenuis fortunę homo, mercurium in aurum commutabat & lautissime viuebat, sed postea laqueo vitã finiuit. 51.b. 52.a
Matiæ Stuardæ Francorum & Scotorum Reginę imputatur à supremo Senatu in Anglia crimen læsæ maiestatis 23. b. animam Deo reddit sub carnificis manu. 24 a
Marius Philosophiæ professor. 9 b
Martellus Chirurgus Regis Nauarrę. 38.a
Martigonius Marescalcus Burdegalenses in Regis obsequium detinet. 13. b. quoldã Iesuitas vrbe excedere iubet. 19. b
Massilienses ab Huguonotis liberantur Duce Bonifacio Cabano. 10. a
Maubertum forum publicum Parisiense à Scholasticis occupatur in Parisiensi tumultu. 35. b
Mayennensis Dux cũ exercitu per Burgundiam & Campaniam vagatur. 10. a. Sanctę Basilię oppidum deditione capit. 16.a
Lugdunũ agit, cũ comitia apud Blæsentes agũtur 38.a Senatus Decreto præfectus generalis declaratur. 40. a. Turonũ suburbia inuadit, & rex periclitatur. 42 a. 43. b. Rhotomagum a molestia regis liberat. 46.a. apud Arques à rege vincitur. 46.a. iubet supplicio affici eos qui iniuste necarant Barnabam Brissonium. 61 b 62.a. in gratiam cum Rege Christianissimo redit. 75.b. 79.b

N

NAuarræ Rex non approbat comitia Blæsentia. 37.b. ęgrotauit pleuritide vsque ad mortem. 38.a. inuadit castrum Nyorthense. 38.a fert Regi Francorum suppetias prope Turonẽ. 43.b. à Rege Christianissimo eius successor statuitur. 45.b. apud Arques vincit Mayennenses 49. suburbia Parisiorum inuadit ipsa vigilia omnium Sanctorum. 47.b. Missam audit apud Sanctum Dionysiũ obtenta absolutione. 67.b. à curia Parlamenti legitimus Rex Franciæ statuitur. 69.b. confecratur. ibidem. fine armorum strepitu Lutetiam Parisiorum ingreditur. ibidem.
Nauigatio secunda Hollandorum & Zelandorũ per mare Vucygats. 5.b. in Hyperboreos vsque 12. a
Nuys oppidum in Flandria à Gueusęis diripitur. 14. a

O

OGlebyus à Scotorum rege ad Sixtum Pontificem & principes Italiæ mittitur. 34.a
Ossuna apud Neapolitanos prorex multos innocuos plectitur. 8.a
Oxoniensis academia Anglicana in dissidio propter liberum arbitrium. 17.b

P

PArisiis duæ puellę nolentes caluinismum abiurare comburuntur 19 b.
Fit tumultus propter cohortes introductas à Rege Christianissimo 31. b. famen multam & alia grauia incommoda patiuntur. 30 a.
Parisienses ab eorum rege obsidentur. 44. a.
Parmensis Dux obsidet Antuerpiam secundo potitur 9 b. insignia velleris aurei è collo suspendit post recuperatã Antuerpiã 15. b. moritur 17. Septembris. 22. a.
Passeratius Latinę linguæ professor Parisiis 9.b.
Paulus Iordanus Vrsinus Sixti pontificis metu exulans moritur. 16.a.
Pax facta per Reginam mattem inter Regem & Guysianos. 10. a.
Pictones primi pro Hugonotis arma capiũt 10. a.
Pietre Medicus Parisiensis. 9.b
Pestis funestissima per Galliam grassatur. 9. b. in Candia 10. millia perierunt. 62. a. 65 b
Petrus de Toledo Africam inuadens, à Mauris interficitur. 22. a.
Philippica contra Hispanorum fraudes. 41. a.
Philippus Hispaniarum rex cum rege Scotiæ fœdus init. 31. a.
Phoce equi marini, elephantum more dẽtes longissimos habent. 1.b.
Pomponius Torellus à Principe Parmensi mittitur ad regem Hispaniæ. 6.a.
Protestantes Germaniæ principes literis opem pollicentur Regi Nauarræo. 11.b
Pseudo-ministri, diuersa opinantur de mulierum ornamentis 2.a. scribunt contra abiurationem à Iesuitis factam. 13. b. magno fulmine & tonitru perterriti in Monte-Albo 2. abiurant Caluinismum. 51.b. 92.a.

Q

QVabacundus Imperator gubernatorem imperij exulare iubet eo quod factus esset Christianus 29.b. Iesuitis quasdam quæstiones proponit. Ibidẽ. consentit Amameoxanos viles homines Christianos fieri 72. a. apud Bonzios secedens damnatur morti. 80. a.

R.

RAimboglietta Cardinalis natione Gallus apud Sixtũ tuetur partes Regis Christianissimi. 20.a.
Redolphus Augustus imperator 1.a. cum fratre Ernesto & Ferdinando patruo die Ascensionis Dominicæ insignia aurei velleris, collo suspendunt in honorem Regis Hispaniarum. 15.b.
Reges tres sibi adscribentes titulum regni Poloniæ. 32.a.
Reginaldus de Beaune regis Christianissimi Eleemosynarius coram Rege & tota aula oratione funebri defleuit mortem Mariæ Stuardæ Franciæ & Scotiæ reginæ.
Rex Echebar ostendit Christianæ professionis indicia. 64.a.
Rex Persiæ flagitat à Sixto suppetias contra Turcas. 42.a.
Romæ memorabile quoddam accidit dum duo ad supplicium traherentur. 16.a.
Rostochij Saxoniæ in lapideo pulpito natus est vultus humanus ex vera carne. 67.b.
Rotanius pseudominister cum socio Perrotto Bertramo & aliis à Geneuensibus expellũtur & quare. 17.b.
Rothomagi Principissa Condæa abiurat Caluinismũ 89. b. deliberatur de exequiis Henrici III. Franc. & Polon. regis. Ibidẽ. Caluinitæ rogãt regem pro exercitio prętensæ religionis. Ibidẽ & 90. a. Rex conuentum agit in quo deliberat expellere regno Franciæ Hispanos. 90.1.

S.

SAbaudiæ Ducis primogenitus baptizatur. 24.a
Salomon Sbarouuius temeritatis pœnas dat. 3.b
Sammatthanus regius quæstor opera poëtica in lucem emittit. 18.a
Sanctaldegonda Comes Apollogiam emittit qua se excusat de deditione Antuerpiana. 22.a
Sancti Elmi castrum fulgure consumitur. 26.a
Sectæ diuersę in Africa. 39.b
Segerius à rege Nauarro Legat⁹ mittitur ad principes Germaniæ. 6.a
Sepia piscis capta fuit in Pomerania insignita duobus ensibus & totidem pugionibus. 35.b
Simon Georgianus interficitur. 3.b
Sixtus V. de Monte-Alto põtifex. 7.a.b. antea Frãciscanus. ibidem. creat octo Cardinales. 19.b. frumento prouidet timens caritatem. 23.b. ærarium nouum instituit. ibid. Triremes præparat tuendæ Ecclesiæ causa. 24.a. 32.a. Cardinales creat. ibidem. moritur sexto Augusti. 52.a
Sol obscuratur & eius loco visus est ensis nudatus in Vinaria Germaniæ vrbe. 35.b
Soles quinque visi in Merciis. 33.b
Stapletonus Duacensis Theologus scriptis Vuitakeri respondet. 17.b
Status Hollandiæ & Zelandiæ opem Elizabethæ Reginæ Anglorum implorant. 22.a

T.

TIbertus capitaneus interficitur. 14.a
Torignius Comes apud Alençonios quorundam Hugonotorum temeritatem cohibet. 13.b

V.

VEruillius edit librum de reformatione Ecclesiasticorum. 42.a
Volmenstadij nascitur puella biceps. 67.b
Vrbanus VII. Pontifex creatur 15. Octobris. 52.a
Vrsi pilis albis. 1.b
Vvitakerus Anglus respondet incautè scriptis Bellarmini. 17.b
Vulpecula pilis albis. 1.b

X.

XEngochu rex regno priuatur & in exilium mittitur à Quabacondono eo quod auxilium non tulisset vicino suo. 28.a

Z.

ZElandicæ nauigationes. 1.b. ad Hyperboreos vsque. 12.a
Zuthphania in Flandria capitur à Comite Mauritio. 56.a

FINIS.

Summa Priuilegij.

REGIA authoritate cautum est Petro Victori Palmæ Cajetano, Regio Linguarum Orientalium Anagnostæ & Professori ordinario, vt possit per quos velit impressores, in suis Regnis, quædam sua opera in illis linguis Orientalibus, & aliis etiam curare mandáda typis, ac simul vendenda: nec cuiquam alij hoc liceat, nisi quibus ab eodem Cajetano concessum fuerit, qui secus fecerit ipsorum voluminum quæ excuderit: & arbitraria multâ nouerit se castigandum, vt plenius in ipso diplomate regio continetur. Datum Parisiis die 27. Iunij Anno Gratiæ. 1596.

Per Regem in suo Consilio.

DORMY.

Ac iuxta illud suum Priuilegium, Idem Cajetanus permisit Sebastiano Nyuellio, Gulielmo Chaudiere, & Ambrosio Drouard, Bibliopolis Parisiensibus, imprimere suas emendationes additamenta & Appendicem ad Chronologiam D. Genebrardi, aut imprimendas curare & vendere, vt illis visum fuerit. Die primo Septembris A. D. 1599. Vt constat Syngrapha ipsius Cajetani scripta & subsignata. PETRVS VICTOR PALMA CAIETANVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX
RERVM ET VERBORVM,
LITERA A, PRIOREM COLVMNAM CONNOTAT: B. POSTERIOREM.

Aaron pontif. 74.b.82.a
Aaronis historia. 84.b
Aaron ben Afer, Iacob ben Nephtali fuere punctatorum principes. 449.b
Aaron Saracenorum dux multa mala Christianis infert. 510.a
Abacub prophera in Chaldæos vaticinatur. 145.b
Abacub pontifex. 152.a
Abagarus Mesopotamiæ rex. 222.a
Abailardus, Alardus, Bailardus, Britannus hæreticus, summus philosophus, &c. 601.b
Abbarus Arabum rex. 224
Abben Ezra, R. Iehuda Leuites. 604.a
Abbas Laicus monachis præfectus. 561.a
Abbas Vspergensis. 625.b
Abdastartus rex Tyri, filius Baleastarti. 123.b
Abderamen Hispaniæ Miramolinus factus est. 546 b
Abdisu filius Ioānis de domo Martia, in Tigri flumine, Romam venit vt confirmaretur. 760.a. 744.a
Abdias propheta 126.b. vaticinatur in Idumæos. 127. b
Abdon de tribu Ephraim. 100.b
Abel anno mundi trigesimo nascitur, centesimo occiditur. 8.a
Abel fuit primus pastor ouium. 15.b
Abel alendorū pecorū artem primus inuenit 8.a
Abel prima prædestinatorum forma. 9.b
Abel mortuorum primus. ibid.
Abel primus litauit Deo edoctus à patre. 8.a. 9.b
Abel, virgo, sacerdos & martyr à fratre interfici tur in agro Damasceno. ibid.
Abelis cædes secundum fuit in terris hominum scelus. 9.b
Abeloitarum hæresis. 435 b
Abellardus monasticâ vitam professus est, serò conuersus & sanctè mortuus. 604.a
Abenroes, siue Abenrois. 604.a
Abesan de tribu Inda Bethlehemita. 99 b
Abesan dicunt esse Beos, cui nupsit Ruth. 99.b
Abia rex Iudæ quartus, pius fuit. 125.a.b
Abiasaph filius Core. 74.a
Abiathar pontifex. 109.a. 111.b
Abibalus rex Tyri, pater Hiram. 123.b
Abilinæ tetrarcha. 221.b
Abimael filius Ioctan. 37.b
Abimelech Gedeonis filius spurius 40. fratres suos legitimos occidit. 95.a.b
Abimelech filius Abiathar. 111.b
Abimelech pontifex. 125.a. 126.a
Abisue pontifex. 93.a. 94.b
Abominatio, sunt idola, & impij cultus. 223.
Aborigines in Italia, 100.a
Aborigines appellati sunt qui primi Europam habitarunt. 85.b
Aborigines Britanni. 441.b
Abortiui senatores. 343.b
Abram & Adakana Æthiopiæ reges. 468.b
Abrahamum egredi è patria sua iubet Deus. 44.a
Abraham seruus Dei, amicus Dei, dilectus Dei, inter Chananæos inuocans nomen Dei palam, publicè sacrificans, suscipiens circuncisionem. 4.a
Abraham inuenit sacras literas, & linguam sanctam, occasionem præbuit Græcis vt haberent literas. 46.a
Abraham populi Dei sator. 12.a
Abraham initium fidei nostræ, & pater credentiū, in Vr vrbe Chaldæorum nascitur. 44.a
Abraham eiusque posteri multa obtulit edoctus è libris Henoch. 14.a
Abraham accepit repetitam promissionē de venturo semine 46.a. quinque præcipue promissa sunt.
Abraham genuit in Geraris Isaac. 42.b
Abrahā discere potuit à Noë omnem rerū diuinarum humanarúmque sapientiam, fidem, religionem, traditionem, & historiam. 16.a
Abraham diues armentis, auro & argēto, specium omnium viræ institutorū, mancipiis locuples emptitiis, vernaculis, alienigenis. 44.a
Abraham vicit quatuor reges cum suis 318. vernaculis. ibid.
Abrahamū viderunt omnes patriarchæ secundæ ætatis. 42.a
Abrahæ fratres minores fuerunt Nachor & Haram. 40.b
Abrahā repleuit omnia sacellis & altaribus. 44.a
Abrahā quinquaginta octo annis præsentia Noë fruitur. 16.a
Abrahæ tempore multa regna exorta memorantur. 42.a. 45.b. 54.a
Abraham inter idololatras numeratur. 44.a
Abraham primogenitus fuit Tharæ. 36.b
Abraham à Melchisedech benedictionē & communionem accepit. 42.b. 43.b. 44.a
Abraham descēdens in Ægyptum mathematica sacerdotib. tradit. Libros scripsisse dicitur. 45.b. 46.a
Abraham moritur, Iacob agente decimumquintum annum. 45.b
S. Abraham Æthiopiæ pret. Ioso. 449.a
Abraham & Azba fratres Æthiopiæ imperium suscipiunt, defensores Christianæ religionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

& illustratores fidei cognominantur. 449. b
Absander Athe. sextus decēnalis princeps. 146. b
Abstinentia à suffocato & sanguine. 7. b
Abstinendum carnium esu. 27. b
Abuna Marcus, summus Æthiopum patriarcha, annum agens 150. vegeto adhuc animo & corpore. 739. b
Abusus multi irrepsere in ecclesiam negligentia episcoporum. 541. b
Abydenus à Cyrillo cōtra Iulianum productus. 26. a
Abylæ fuit episcopus Priscillianus. 430. a
Abylinam Lysanias consequitur. 214. a
Abyssina lingua apud Æthiopes lib. Henoc extant. 14. a
Abyssinorum Præto- Ioannes. 28. b
Academia Lutetiana à S. Ludouico restituitur. 631. b
Academia Cantabrigensis in Anglia instituitur. 480. a
Achæus Tauri rex. 279. b
Achæorum dux primus Gerineus. 297. b. 298. a
Achaicum bellum ob legatos Corinthi violatos. 310. a
Achab Israelitarum rex. 117. a
Achab de tribu Ephraim. 154. a
Achab ductu Iezabel, idola gentium introduxit, atque nouas superstitiones inuexit. 158. a
Achaz rex Iudę 15. decēnis genuit Ezechiā. 140. a
Achaz decimo anno gignit Ezechiam. 29. b
Achaz primus regum Iuda religionē palam iurauit, & in synagogas hæresim, peregrinorúmque deorum cultum intulit. 140. a
Accessio ad Salomonis vestibulum adiuncta, vsque adeò sumptuosa, vt totius orbis miraculum videretur. 210. a
Acciniacense concilium. 537. a
Accursius. 602. a
Accursius Florētinus, primus vniuersi iuris glossator. 629. b
Acephalæorum hæresis. 443. a. 445. b
Achimaas pontifex. 124. b
Achimelec. 104. b
Achitob pontifex. ibid.
Achitob auo Heli successit. 106. a
Acrostichis versuum Sibyllæ, Ἰησοῦς, χριστὸς θεοῦ υἱὸς, σωτὴρ, σταυρός. 230. a
Acta apostolorum Lucæ. 221. a
Acteon à suis canib. discerpitur. 94. a
Actiacum vltimum bellum ciuile. 339. b
Actium Epiri promontorium. ibid.
Adad Syrorum rex. 117. b
Adam eodem die quo fuerat procreatus, transgressus est, ideo Christus sexto die conceptus est & passus, vt eius lapsum repararet. 4. a
Adam ad extremum diei sexti Deus è limo finxit, eique è nihilo mentem infundit. 4. b
Adam tanquam creaturarum omnium finis & possessor producitur. 4. a
Adam in agro Damasceno producitur. 4. a. 8. a
Adā astu satanæ peccās pœnitentiā egit. 4. a. 7. b
Adam moritur annos natus 930. 16. a
Adami patrem finxerunt profani, eum primum hominem fuisse ignorantes. 5. b
Adā humani generis fator, parens atq; origo. 5. b
Adam Hebraice hominē sonat, vnde de nomine speciei appellatus est. ibid.
Adam creationis mundi nobilissima pars. 22.
Adam posteros suos de cunctis mysteriis ad salutē necessariis probabile est imbuisse. 22.
Adam è paradiso eicitur, vt operaretur & coleret terram. 4. a
Adam diuturno mille fere annorū luctu cœlum promeruit. 7. b. 8. a
Adam sacrificasse bouem dicitur, illúmque ritum filios docuisse. 9. b
Adam agricola, & agricolorum exemplum. 8. a
Adam propheta, ab origine omnis generis scientia, virtute, iustitia, gratia donatus. ibid.
Adam psalmum 92. cecinit. 8. a
Adam genuit Seth ætatis suæ anno 130. 7. a
Adam inter vndecim libri psalmorum auctores numeratur. 5. b
Adam cum Eua vbi sepultus. 4. a. 16. a. 17. b
Adam in exilio se Dei psalmis & laudibus consolabatur. 5. b
Adam peccato suo Dei similitudinem non autē imaginem perdidit. 4. a
Adam in paradisum translatus multa de Christo & Ecclesia prophetauit. ibid.
Adam vnus & primus è septem, qui mūdi durationem comminenti serie metiuntur. 127. b
Adama, humum rubrum sonat, 8. a
Adama vrbs in cōfinio Arabiæ & Palæstinę. 47. b
Adamitæ hæretici. 614. a
Adamitarum hæresis auctor. 598. a
Adamitarum sectæ exoriuntur. 711. b
Adauge Domine dolorē, sed da patientiā. 776. a
Adelbertus quintus Italiæ rex ab Othone pellitur. 558. a
Adeodatus Romanus monachus, 79. Rom. pontif. osculando leprosum sanauit. 487. a. b. Theodatus.
Adilulphus Angliæ rex secundus. 530. a
Admiralius & reliqui fuga euadunt in conflictu Dionysiano. 770. a
Ado Viennensis historiam per sex ætates digestam, vsque ad annum 900. perduxit. 547. b
Adolescentia populi Dei, tertia ætas. 42. b
Adolphus 2. Cliuiæ comes. 716. a
Adonai pronunciandum & vertendum, sic apostoli, Sibyllæ, Septuaginta, Origenes, Epiphanius, Tertullianus, vetus interpres. 80. a
Adonibezec rex Pherezæorum & Chananæorū. 91. a. eius crudelitas
Adonidē Cinyras ex filia sua nescius genuit. 96. a
Adoram filius Ioctan. 37. a
Adorari se iussit Diocletianus 405. b. 406. a. & postea alij imperatores.
Adorari reges & magistratus, quòd inter Deos referantur, & sint Dei in terris vicarij. 370. a
Adrianus Turnebus in Græcis Genebrardi præceptor, professor regius, anno ætat 53 obiit Lutetiæ pr. idus Iunij, 1565. Catholicę, etsi hæretici contrarium spargere conati sunt. 775. b
Adrianus 1. Romanus, Rom. pont. 98. cū optimo quouis pontifice cōparari potest: diu vixit: instituit diplomata, seu literas apostolicas, bullas vocant. 508. b
Adrianus 11. doctus & optimus Romanus, 109. Rom. pont. 536. b
Adrianus 111. Rom. 112. Rom. pontif. 539. a

Adrianus 5. Genuensis, 192. Rom pontif. 681. a
Adrianus Anglus, 175. Rom. pontif. 609. a. b. tēplorum restaurator insignis.
Adrianus Batauus Traiectensis 226. Rom. pont. 741. b
Adrianus Imperator Iouis idolum in templum intulit. 223. a. 224. b
Adrianus pro Christianis rescriptū misit ad Minutium proconsulem. 232.
Adrianus tyrannidi Barcozbæ finem imposuit. 230. a
Adrianus Iudæos aggressos templum restaurare funditus perdidit. 227. b. 228. a
Adrianus Iudæos grauiter afflixit. 381. b. multa in Christum commisit nefanda, 382. a
Adriani crudelitas 379. b. crudelitatis pœnas soluit. 380. a
Adrianus miserabili omnium membrorum cruciatu confectus est. 382. a
Adrican Pænorum rex. 240. a
Aduersariorum legis & prophetarum hæresis. 435. b
Adulterium Dauidis cum Bethsabea eius felicitati plurimum nocuit. 112. a
Adulatores aulici stolidis principibus persuadēt, vt se Ecclesię dominos gerāt, & putent Ecclesiam ipsorum potentia niti, qua veriùs perditur, & inclinat ad Turcæ iugum. 186. a
Æchmalotarcha princeps exulum. 187. b
Ædificatoria, ars naturalis innocua. 15. b
Ædiles, quos vulgò vocant Scabinos, siue Echeuinos, Philippus eligendos curauit. 621. b
Ægea, Macedoniæ vrbs, Edissa antea dicta. 132. a
Ægialeus apud Sicyonios regnat. 70. a
Ægidius Burdinus regius procurator, Catholica virtute & literis præstans, ad deū migrat. 772. b
Ægrotans Asa non quærit Dominum, sed medicos, suo magno malo. 126. a
Ægyptus Danai frater. 96. a. 97. b. 98. a.
Ægyptus siue Atis Syluius Latinorum rex. 115. b
Ægyptii in suis exorcismis mentionem faciunt Dei Abraham. 47. b
Ægyptii se tredecim millium annorum historiā literis comprehensam habere finxerunt. 5. b
Ægyptiorum fator Mizraim. 32. a. 33. b
Ægyptii hodie circunciduntur. 47. b
Ægyptiorum dynastiæ sedecim ante diluuium. 18. a
Ægyptiorum dynastiæ, 6. a. eorum regnum antiquissimum, & cum primis fere hominibus natum esse videtur. ibid.
Ælius Antonius Nebrissensis. 735. b
Ælius lamprid. Ælius Sparbianus historici Romani. 409. b
P. Æmilius triumphat per triduum 306. a. eius abstinentia insignis. ibid.
Æneas tuban inuenit. 101. a
Æneas Hieropolitanus, hæreticus. 456. a
Æneas Italiæ rex. 104. a
Æneas Lauinii annos 3. regnauit per annos 7. errauit in Macedoniā, Siciliam, Lauretem agrum. 103. b
Æneas anno discessus sui à Troia 4. socero suo Latino successit in regnū 103. b. tertio post anno pugnans cōtra Mezentium cecidit. ibid.
Æolus ventorum Deus in Trinacria Siciliæ regnum obtinet. 96. a
Æquinoctia & solstitia Thales primus obseruauit. 239. b
Æquinoctium vernum ad 21. Martii affixū. 773. a
Æra cum regno Seleuci non Alexandri incipit. 295. b
Æra, siue principium rationis decem tribuum deducta est à Samaria condita. 157. b
Æras vocant, temporum illustrium initia. 134. a
Æra Alexandri magni dicitur principum imperii eius. 274. b
Æra Augusti dicta, quasi A. er. A. i. annus erat Augusti. 208. a
Æra Augusti ann. 38. ante Christi natalem. 340. a
Æra Diocletiani. 406. a
Ærarium militare institutum. 345. b
Ærarium templi pecuniis superfluis esse plenum, dicebat Simon Seleuco regi Syriæ. 195. b
Aërius Narbonēsem Galliam reges Attilæ se opposuit. 444. a. 445. b
Aerius Arianus primus damnat orationes pro mortuis. 418. b
Aeris tributum imposuit August. 340. a
Aeris Corinthij origo. 310. a
Aeschylus Athen. archon. 140. b
Aschylus tragicus. 261. b
Aesculapius Apollinis filius, medicinæ inuentor. 96. a
Aesculapius quadrigentis annis ante Hippocratem. 260. a
Aesopus fabulator. 245. a
Aetas mundi originarij 1. a
Aetas prima pauca habet monumēta, quòd inūdatione omnia ferme interciderint. 5. b
Aetas prima fuit annorum 1656. secundum Hebraicam veritatem. 21. b
Aetas prima tota refertur traductam intra orbis mediterranea. 6. a
Aetas filiorum Iacob. 65. b
Aetatis septimæ, i. vltimæ initium. 522. a
Aethiopia, terra Madiam in Arabia. 74. a
ex Aethiopia ad Aegyptios manasse literas. 67. b
Aethiopia prima gentium credidit. 366. b
Aethiopiæ imperium hodie Presbyteri Ioannis dicitur. 449. a
Aethiopiæ reges à temporibus Salomonis peculiarem curam terræ Sanctæ gesserunt. 143. b
Aethiopum pater Chus. 30. b
apud Aethiopes in regno reginæ Sabæ libri Henoch extant Abyssina lingua. 14. a
Aethiopes circunciduntur. 124. a. 125. b
Aethiopes Christiani. 5. b
Aethiopes Hebraicē sciebant, non Syriacē nec Lat. 368. a
Aeternitatem mundi nonnulli finxerunt. 5. b
Aëtius Arianam Anomœorum sectam introducit, 419. a. Atheus dictus est. ibid.
Ætna mons Siciliæ copiosos ignes vomit in Bonensi agro. 274. a
Ætoli libertatem amiserunt. 279. b
Africana lingua, Syriacæ dialectus? 186. a
Africæ historia ex Aug. libris cōfici potest. ibid.
Iulius Africanus historius. 394. a
Africanū concilium contra Monothelitas. 484. a
Agalus propheta. 224. a
Agamnestor Athen. Archon. 135. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agamemnonis votum, cuius causa Ephigeniam in Aulide mactauit. 98.a
Agapetus 11. Ennior, Romanus, 133. Rom. pontif. 555. a. b
Agapetus 1. Romanus, 59. Rom. pontif. Iustinianum Imper. ab Eutychiana hæresi reuocauit. 460. a. b
Agastus Athenienſium Archon. 115. a
Agatha virgo & martyr ſub Decio. 395. b
Agathenſe concilium. 442. b. 455. a
Agathias hiſtoriæ ſcriptor. 462. a
Agathius Guidacerius Hebraicæ linguæ doctor. 722. a
Agathocles Siciliæ tyrannus. 287. b
Agatho monachus Siculus, 81. Rom. pontif. 487. a. b. leproſum obuiũ oſculo ſanauit. ibid.
Agothocles in Sicilia regnum occupat. 276. a
Agathyrſus & Gelonus fratres Scythiam excolunt. 93. b
Aggæus propheta. 168. b. 183. a
Aggæus libro ſuo vrget templum. 183. b
Ageſilaus Agidis frater. 153. b
Ageſilaus rex Lacedæmoniorum iuſtiſſimus. 126. a. b. 128. b
Agila Hiſp. ad Corduban cæſus eſt. 463 b
Agelaus Corinthiorum rex. 115. a. 124. b. 129. a
Agilulphus Longobardorum rex. 471 a
Agis Archidami filius. 259. a
Agnes martyr. 405. b
S. Agnes nobilis mulier, natione Romana, abbatiſſa Hieroſolymæ. 563. b
Agnoëtæ hæretici, qui Chriſtum horam iudicij ignorare dicebant. 459. b
Agnus paſchalis. 75. b
Agnum paſchalem edi diei Iouis veſpera. 219. b
Agraria lex. 242. a
Agraria lex ſeminarium fuit omnium ciuilium bellorum. 312. a
Agricolas Dionyſius rex Portugalliæ appellabat neruos reip. 682. a
Agricultura ars naturalis & innocua. 9. b
Agrippa Syluius Latinorum rex. 127. a. 128. a
Agrippa iunior Paulum audiuit. 223. b
Agrippa tertius huius nominis. 224. a
M. Agrippa diagramma terrarum vniuerſale primus publicauit 365. b
Agrippiense Colonienſe concil. contra Euphratam. 421. a
Ahias Solonites prophera recẽſetur inter ſeptem annoſiſſimos. 115. a
Ahialon Zebulonites ſub quo terra quieuit, eo quòd populus nõ declinaret à Domino. 99. a. b
Ahias Siłonites de reb. geſtis à Salomone ſcripſit. 123. b. miſſus à Deo tradit decem tribus Ieroboam. ibid. recenſetur inter ſeptem annoſiſſimos. ibid.
Aimoinus ſiue Annonius monachus, & notatus monaſterij S. Germani Pariſienſis hiſtoriam Francorum conſcripſit. 529. b
Aiod Egiorẽ regem Moab interemit factúſque eſt populi iudex, & dux ambidexter. 92. b
Akibas paraphraſtes Chald. 210. b
Akibas phariſæus, magiſter Aquitæ Proſelyti. 201. b
Alamundarus Saracenorũ princeps cum populo ſuo baptizatur. 451. b
Alanus Britonum rex, decimas Deo Romam miſit. 541. b
Alaricus 2. Hiſpaniæ & Aquitaniæ rex, Amalaſuitham vxorem duxit. 456. a
Alaricus Gotthorum rex Romam diripit, eius crudelitas. 436. a. ſacris vaſis abſtinet. primus Hiſpaniarum rex. 436. b
Alba condita à Syluio. 102. a
Alba longa conditur. 108. a
Albanactus Scotorum rex. 113. b
Albæ dux ſecuri percutit Comites Egmondanũ & Horneſem, alioſque complures. 770. a
Albanus dux Belgium venit, corpore ſenex, animo iuuenis. 769. b. 770. a
Albanus epiſcopus Antiſiodorenſis. 621. b
Albanorũ reges à Syluio Poſthumio. 105. a
Albertus patriarcha Hieroſolymitanus regulam Carmelitis dedit. 625. b
Albertus Magnus Dominicanus, Ratisbonenſis epiſcopus. 634. a
Albertus Arrellanus in ſchiſmate ann. 4. ſedit. 507. a
Io. Albertus Vuidmanſtadius, Iutiſconſultus, Auſteriæ Cãcellarius, linguæ Syriacæ peritus. 754. a
Albilius Alexandriæ patriarcha. 376. b
Albigẽſes hęretici in comitatu Tholoſano. 625. b
Albinus 9. Iudææ præſes. 225. a
Alboinus Longobard. rex, voto Chriſtianos in Italia & Sicilia interimit. 465. a. b
Albo Ali Abinſeni, i. Auinſena ex poſteris Senis. 604. a
Albula flumen. 129. b
Albi per Italiam viſi cum vexillo crucis & alba veſte, per ſpeciem religionis. 710. a
Alcanes Lacedæmoniorum rex vltimus. 138. b
Alcanes, ſiue Alcamenes Lacedæmoniorum rex. 134. b
Alceus primus tragicus. 234. b
Andr. Aliatus iutiſconſultus. 742. a
Alcimus à Lyſia ſummus ſacerdos conſtitutus. 195. a. 196. a. 197. a. b
Alcimus alienus à genere ſacerdotali pontifex conſtituitur. 283. b
Alcimus rex Phæcum hortos colere docuit. 99. b
Alcmæon Athen. Archon vltimus. 140. a
Alcmæon Perinthi filius, Crotoniates medicus, qui de rerum natura primus ſcripſit. 239. b
Alcmã Lacedæmonius poeta prim⁹ Lyricus. 81. b
Alcorani ſcopus 471. a. eſt euertere chriſti gloriã. 473. b
Alcoran, ἀγραφὴ per excellentiam. 473. b
Alcium liber de ritib. eccleſiaſt. 512. a. fuit Bedæ diſcipulus.
Alcuinus, ſiue Albinus præceptor Caroli Magni, Bedę auditor. 515. b
Aldegagus Hãburgenſes poteſtatẽ à Xeone 7. in omnem ſeptentrionalẽ plagam ad epiſcopos, & eccleſias conſtituendas accipit. 551. b
Alemag, id eſt, congregationis annus. 487. b
Alemania, Suenia. 603. b
Alemannia in ducatus formam redacta. 452. a
Aleonora repudiata à Ludouico rege, in ipſius odium nupſit Normanorum duci. 608. a
Alexander Rex decimus Macedonum. 249. b
Alexander Aſtrobuli filius Saduceus Hyrcanum regno expellit. 207. b

Alexander linguam Græcã cum imperio in Aſiã maiorem & Africam intulit. 194. a
Alexander Magnus annis 12. imperauit. 271. b
Alexandri annus, quo Hieroſolymam adiit, à Iudæis celebratur. 193. b
Alexandri epiſtola ad matrem. ibid.
Alexandri Magni mors, imperia præcipue ſex in mundo peperit. 286. a
Alexander Alexandrinus patriarcha, Arii maſtix, quinque menſib. poſt conc. Nic. moritur. 417. b
Alexander Conſtantinopoli primus patriarcha. 412. a. 417. b
Alexander 1. Romanus, ſeptimus Rom. põtifex. 381. a. decreuit vt aqua miſceretur in ſacramento altaris. 581 b
Alexander 2. Mediolanenſis à Cardinalib. abſens delectus, 162. Rom. pont. 580. a. b
Alexander 3. Senenſis, 176. Rom. pont. 611. a. b
Alexander 4. Anagninus, 187. Rom. pont. pater pauperum. 635. a. b
Alexander 5. Cretenſis 212. Rom. pont. 715. a. b. doctor theologię, Franciſcanus.
Alexander 6. Valentinus Hiſpanus, 222. Rom. pont. 730. a. b
Alexander Corinthiorum rex. 134. b
Alexander Aprodiſęus philoſophus. 394. a
Alexander Syriæ rex. 199. a
Alexander Moloſſus Epirotarum rex. 268. a
Alexander annes Ariſtobuli frater hæreticus fuit, quare & crudelis. 204. a
Alexander Bales. 283. a
Alexander Seuerus piè de Chriſto ſentiebat. 393. b
Alexander Mammeæ Perſas ſibi ſubiicit. 393. b. 394. a
Alexander Mammeæ Chriſti imaginem in ſuo larario habuit. 231
Prolom. Alexander cũ matre Cleopatra. 314. a. b
Alexander de Villa Dei Minorita. 678. a
Alexander Villadeus Dolenſis, ducentis & duodecim verſib. hexametris, totius veteris & noui teſtamenti ſummam compoſuit. 632. a
Alexander Polyhiſtor. 26. a
Alexander polyhiſtor Abrahæ res perſtringit. 47. b
Alexandra regina Iudæorum. 321. a
Alexandra Alexandri vidua 205. a. Phariſæis ſtuduit. 205. b
Alexandriæ poſthabitis Athenis muſæ ſuum domicilium collocarunt. 291. b
Alexandriæ ab eccleſiæ crepundiis ſacrarum literarum doctrina, & exercitium viguit. 387. b
Alexandriæ ſedes Cairum tranſlata. 371. b
Alexandriæ bibliotheca 54. millium octingentorum librorum. 288. a
Alexandrina bibliotheca. 80. a
Alexandrinus patriarcha Silueſter hodie ſedet. 753 b
Alexandrina duo concilia. 417. a
Alexandrinum concilium. 420. a
Alexandrinum concilium contra Originem. 435. a
Alexius Comnenus Theodori Laſcaris frater. 628. a
Alexius Orientis Imperat. 586. a. 587. b. 589. b
S. Algerus ex Leodienſi canonico, monachus Cluniacenſis, ſe opponit Berengario. 576. a
Alites ſiue Alethes luctator Corinthum condidit. 108. a
Alla, primus Noxthumbriæ rex in Deira Angliæ. 456. b
Allegoria de Noë caſtrato. 21. b
Allobrox Gallos regit. 127. b
Almanſor regnabat in Hiſpania & Mauritania. 569. b
Almaritus Toſillam Clodouæi regis filiam duxit. 456. a
Almaricus, ſiue Amorricus Carnotenſis vir eruditus, ſed hæreticus. 616. a
Almeritus Hieroſolymorum rex ſextus. 612. a
Almericus Antiochenus antiſtes, Carmelitarum auctor. 614. a
Alpes Carnicæ. 445. b
Ἄλφα. ἀλφατος cur non dicatur. 89. b
Alpharabius Arabs philoſophus & aſtronomus. 565. b
Alphonſus 5. cognomento Magnus regnũ Hiſpaniæ conſequitur. 530 a. 531. b
Alphonſus Catholicus V. Pelangij gener. 503. b
Alphonſus V. Portugalliæ rex cog. Menſ. minus. 582. a
Alphonſus cognom. Caſtus, Hiſpan. rex, virtutibus omnibus ornatus. 512. a. 525. b
Alphonſus Catholicus Lucenſem ciuitatem in multis ciuitatib. epiſcopos inſtituens, Chriſtianis reſtituit. 504. b
Alphonſus VI. Hiſp. rex. 587. b. 588. b. 595. b
Alphonſus VII. Hiſp. rex. 596. a. 599. a. b
Alphonſus IX. Hiſp. rex. 600. b
Alphonſus X. cognomento ſapiens, Hiſpaniarum rex, quaterdecies vniuerſa Biblia cũ ſuis gloſſis legit. 978. a
Alphonſus XI. Hiſp. rex. 699. b
Alphonſus Portugalliæ rex I. 604. a
Alphonſus IX. Hiſpanię rex, D. Ludouici matris pater. 618. a
Alphraganus aſtronomus & mathematicus. 620. a
Alphredus Angliæ rex, horas 24. diei ac noctis in tres partes diſtribuebat. 539. b
Altada. 63. b. 69. b
concilium in Altain pago Rhetiæ. 549. b
Altare ligneum D. Petri, in Lateranenſi eccleſia, in quo ſolus ſummus pontifex celebrat. 411. a
Aluarus de planctu eccleſiæ. 9. b
Alyattes Lydorum rex. 142. a
Amalarius apud Narbonem victus à Francis. 459. b
Amalaſintha Theodorici regis Italiæ filia, ira Græcis & Latinis literis imbuta, vt cum quouis docto diſputaret. 456. a
Amadeus Sabaudiæ comes. 716. a
Amaſis Ægyptiorum rex. 76. b. 241. a
Amaſis, qui Ophræ ſucceſſit, erat Nabudonozoris ſeruus. 237. b
Amaſis penultimus Ægyptiorum rex. 243. b
Amaſis primus regnauit in Dynaſtia Politanorum. 69. b. 70. a
Amazias rex Iudæ vndecimus Idumæos vicit. 130. a. b. initio bonus, in fine impius. ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amazonum fœminæ regna condunt. 59.b
Amazones durant vsque ad tempora Alexandri magni. 59.b
Amazonum reginæ, Antiopa, Orithia, Hippolyta, Penthesilea, earum regnum durauit vsque ad Alexandrum Macedonem. 97.b
Amazones cum Hercule bellum gerunt. 97.b
Ambactos Cæsar vocat clientes. 333.b
Amber cus archiepiscopus Rhemensis. 599.b
Ambidextri septingenti in castris experti sunt, & ita lapidem inculcantes, vt capillis possent pertulere. 92.a
Ambiuius 2. Iudææ præses. 215.b
Amboesiana seditio, prætextu boni publici, &c. 761.b
Ambrosius Calepinus, auctor latini lexici. 727.b
Ambrosius episcopus Mediolanensis in annos triginta. 416.a. 427.b
Ambrosius ritum antiphonarum, hymnorum è Græca ecclesia in Latinam transtulit. 427.b. 426.a
Ambrosius moritur. 362.b
Ambrosius moritur eodem anno quo D. Martinus. 431.b
S. Amedeus Lausannensis Episcopus doctissimus. 604.a
Amelidis Platonicus. 396.a
Amenosis rex Aegypti. 90.b
America, siue Bresilia, nouus orbis, quarta terræ pars. 729.b. 731.b
America, siue India Occidentalis, pars quædam est decem tribuum perditarum. 163.a
Americani de suo diluuio. 26.a
Americus Vesputius Florentinus terras occiduas aperuit, & Americam de suo nomine appellauit. 731.b
Iac. Amotus episcopus Antissiodorensis, Ieremiæ Const. Patriarchæ epistolam ad Henricum regem vertit. 783.b
Amilcar cum exercitu in Hispaniam missus. 296.a
Amilcar Magonis filius. 263.b
Amilcar Pœnam dux Giscomi fil. 287.b
Aminadab Iudæ princeps. 65.a.b
Amon rex impius à seruis suis interficitur. 147.a.b
Amoraim, auctores Ghemara. 229.b
Amos & Oseas vaticinatur in diem tribus. 153.b
Amos regis Amaziæ frater, & Esaiæ pater. 151.b
Amphiarai oraculum. 248.a
Amphiaraus vates primus ignispicia exit. 93.b
Amphion poetæ ante Homerum. 123.b
Amphitryon Athenensium rex. 91.a
Amrannosis pater. 67.b
Amri Israelitarum rex. 127.a
Amraphel rex Sennaar. 47.b
Ammiani Marcellini historia ab anno Christi 98. vsque ad 382. prætenditur. 430.a
Ammianus Marcellinus de Donatione Constantini. 413.b
Ammonis oraculum. 248.a
Ammonitæ ex incestu Lotorti, in Arabia initium generis sumunt. 57.b
Ammonius Philosophus ad mortē vsque Christianus. 390.a
Amulus Latinorum rex. 132.a.133.b
Amurates cum 60. millib. Turcarum traiicit in Europam. 705.b
Amurates Turcorum 10. imperat. 719.b
Amurathes Deus terræ, gubernator mundi vniuersi, nuntius Dei, fidus seruus magni prophetæ Mahometis, &c. 776.a
Amylia Gallia. 129.b
Amyntas. 64.a
Amyntas nonus rex Macedonum. 242.a
Amyntas Assyriorum rex. 74.a
Anabaptistarum hæresis. 692.a
Anabaptistorum auctor variè refertur. 743.b. 744.a
Anac primus gigas de cognatione Seth. 11.b
Anacharsis Scytha. 245.b. à suis interfectus.
Anachoretæ possunt esse extra deserta & inculta loca. 400.a
Anachoretas, monachos fuisse ante D. Antonium. 383.b
Anacletus Athenienſis, quintus Rom. pont. 379.a.b
Anacletus 2. sedit contra Innocentium annos septem. 903.b
Anacreon poeta, poto insignis. 240.a
Ἀνάδοχοι baptismi proparentes. 383.b
Anael pontifex. 209.a
Anagrammatismis Lycophron clarus. 291.b
Anam filius Mizraim. 31.a
Ananel Leuita ignobilis de Babylonica accersitus, pontifex ab Herode creatus est. 210.a
Ananias, Azarias, Misael cum Daniele discunt Chaldæorum artes & linguam. 151.b. 152.a
Anani Propheta. 225.b 226.a
Ananus Annæ filius, pontifex. 225.b
Ananus Pontifex, Saducæus Paulum pugnis percuti iussit. 225.a
Anastasius 1. Romanus 41. Rom. pont. statuit vt sacerdotes curui starēt, quoad recitaretur euāgelium. 434.a.b
Anastasius 11. Romanus, 52. Rom. pont. falso recenseretur inter hæret. 452.a.b
Anastasius 3. Romanus, 124. Rom. Pont. 547.a.b
Anastasius 4. Romanus 174. Rom. Pont. 608.a.b
Anastasius presbyter cardinalis S. Marcelli, & Bibliothecarius Rom. ecclesiæ. 530.a
Anastasius Magus, & Manichæus imperium cō secutus catholicos persequitur. 451.b
Anastasius S. R. E. bibliothecarius. 415.b
Anastasius Antiochiæ episcopus Pastoralia D. Gregorij Græca fecit. 502.a
Anatolius Laodicenus. 402.a
Anatolius Cōstantino. patriarcha. 442.a. 443.a.b
Anaxagoras præceptor Archelai. 261.b
Anaxagoras Pherecydis Syri discipulus, Mens cognominatus est, & quate sic vocatus. 240.a
Anaxander Lacedæmoniorum rex. 145.a. 147.a
Anaxandrides Lacedæmoniorum rex. 242.b
Anaximāder Milesius Thaletis successor. 229.b. maris & terræ circuitum reperit, & alia multa. ibidem.
Anaximenes rhetor, alter Alexandri magni præceptor. 166.a
Anaximenes Anaximandri successor primus horologium ostendit. 248.a
Ancus Martius 145.a. salinas instituit 146.a.

Rom. rex. 145.a
Ancyranum concilium 2. in Galatia. 410.b
Ancyranum cōcilium 1. confirmatum in Trullo. 407.a
Andræas Hierosolymitanus; Creæ episcopus. 468.a
Andreas Apostolus primus Constantinopolitanus patriarcha. 773.b
Androclus Godri filius, Coloniæ rex. 124.a
Andromachus Cretensis theriacæ inuentor. 373.b
Andromachus Cretensis theoricarum inuentor. 377.b
Andronicus Aristotelem scholiis illustrauit. 322.a
Andronicus Iunior Imp. 702.a
Andronicus maior cum Michaele filio iuniore, Orientis imperator. 690.a. 691.a.b
Angelica salutatio recitanda cùm campanæ ad vesperum pulsantur. 694.a
Angelus Politianus vir eloquentissimus. 731.b
Angelus insignis iurisconsultus. 706.a
Angeli regionum præsides. 18.a
Angeli omnium primi procreantur. 3.b
Angelorum tertia pars duce Lucifero eadē hora lapsu luctuoso de sua felicitate cecidit. 3.b
Angelorum tres hierarchiæ, siue nouem substantiarum incorporearum ordines. 3.b
Anglia in quatuor regna diuisa. 470.a
Anglia an. 1554. religionem Catholicam recipit. 752.a
Anglia tota à Gallis subiugata fuit. 525.b
Anglia deficit à Rom. ecclesia. 710.a. 711.b
Anglia fit tributaria Dacis. 563.b
Angliæ regnum incipit. 525.b
Angliæ regina Puritanos aliquot ritu barbarico suspendit. 559.b
Angliæ regina excommunicatur & proscribitur à Pōtif. à quo an. 1569. hæretica fuerat denuntiata, &c. 769.a
Angliæ reginam hæretici dicunt Anglicanæ ecclesiæ esse caput. 534.a
Angliæ regnum Pius 5. proscripsit, prædæque exposuit. 768.a
Angliæ regnum à Normanis ad Francos translatum est. 603.b
Anglicanum concilium. 559.a
Anglicanum concilium. 700.b
Anglicana persecutio ingrauescit. 732.a. 785.b
Anglicanum 1 concilium 788.b. contra Monothelitas. 489.a
Anglicana concilia plurimorum sacerdotum. 679.a
Angli siue Britanni à Bruto Ascanij filio. 108.a
Angli vel Saxones. 441.b
Angli deditione ceperunt Galetum. 702.a
Angli à Saxonib. oppressi. 471.b
Anglorum & Francorum prima odij occasio. 479.b
Anglorum regnum inchoat Elia. 447.b
Anglo saxones & Borex Germaniæ patrib. adnauigantes è Britannia insula irruptiones Scotorum depulerunt. 444.a
Angues duo nigri in cella Minervę allapsi. 313.b
Anianus Alexandriæ patriarcha. 373.a
Arianus Nicomediensis philosophus, Antonini Pij præceptor. 384.a
Anicetus Syrus, 12. Rom. pontifex, clericos comam & barbam radere iussit. 385.a.b
Animalia permittuntur, quia diluuium corrupit bonitatem terræ. 27.b
Animalia munda & immunda arcam ingressa. 19.b. 20.a
Animalia, vt leones, canes, vultures non videntur carnibus vsa ante diluuium. 8.a
Anna filia Phanuel prophetissa. 214.a
Anna & Caiphas pontifices. 216.b
Anna mater septē fratrum martyrio coronatur. 281.b
Annatæ beneficiorum damnatæ. 719.a
Annatas beneficiorum indixit Bonifacius. 710.a
Annibal à Romanis victus. 279.b
Annibal per Galliam ad Alpes in Italiam transfus est. 299.b
Annibal prope Cannas L. Paulum cons. cum 40. Roman. millib. occidit. 303.b
Annibal à Scipione fugatus est 300.a. ab eodem prælio extremo in Africa victus. 301.b
Annibal, cùm à Romanis repoſceretur, veneno se necauit. 301.b
Annius Rufus 3. Iudææ præses. 215.a
Annus duplex, vulgaris & sacer. 3.b
Annus diluuij dierum fuit 365. frustrà dubitatur, an isti anni fuerint æquales nostris. 11.b
Anni integri, fracti, emergentes, vsuales. 348.a
Anni initium apud Hebræos. 2.a
Alibi omnes in scriptura sunt mensium siue lunarum duodecim. 5.b
Annorum definita & minuta circunscriptio reiicienda. 2.a
Annorum varia enumeratio secundum Hebr. Græc. & Latinos. 2.a. 3.b
Ansul rex Galliæ Christianus vicit Saracenos in Hispania. 586.a
Antarus Longobardorum rex. 268.a
Antenor Francorum dux. 370.b
Anthemius imperator à Riothimo rege Britonū opem implorat contra Enitum Visigothorum regem. 448.a
Antherus Græcus, 20. Rom. Pont. res martyrum accuratè descripsit. 394.a.b
Anthropomorphitarum hæresis. 533.b
Antichristus veteris testamenti 281.b. Antiochus Epimanes. ibid.
Antichristum esse Mahometem, aut saltē regni Antichristi conditorem. 472.a
Antignus Sochæus, cuius discipuli fuerunt Sadoc & Baitheos. 201.b
Antignus Socheus, Simonis Iusti discipulus, doctor ipsius Baithos. 195.b
Antigonus Gonatas 274.b. Antigonus Gonatus. 277.a
Antimachus Teius Lyricus. 137.b
Antiochia, quæ antea Reblata. 47.b
Antiochia diruta, & in pagum redacta. 371.b
Antiochenus Patriarcha Ioachimus hodiè feder. 773.b
Antiochenū concilium 397.a. 403.a. 463.a. 603.a
Antiochus Cyzicenus. 284.a.b
Antiochus Cyzicenus Syriæ rex. 104.b
Antiochus Euergetes, Magnus, Philopator, Epiphanes. 277.a. 278.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiochus Eupator. 282. b
Antiochus Epiphanes Syriæ rex. 195. a
Antiochus Nobilis, siue Epiphanes, Illustris. 279. a. b. veteris testamenti antichristus 280. b
Epimanes, furiosus dictus.
Antiochus Gryppus. 284. a. b
Antiochus, impius vetuit Legem Mosis publicè legi. 282. a
Antiochus Magnus Syriæ rex. 195. a. b
Antiochus Soter 276. b. Antiochus Theus. 277. a. b
Antiochus Sedetes Pius Soter. 284. b
Antiochus Sedetes Pius Syriæ rex. 200. a
Antiochus Soter Syriæ rex. 194. b
Antiochus Theus, Syriæ rex. 194 b
Antiope Amazonum regina. 97. b
Antipas Tetrarchiam Galilææ consequitur. 214. a
Antipas, qui & Herodes Tetrarcha Galilææ, Ioannem Baptistam interfecit, & Christũ comprehẽsum ocularitèr tractauit. Vulpes à Christo dictus, vnà cum Herodiade in exilium missus. 219. b. 220. a
Antipater rex 3 post Alex 273. a
Antipater Idumæus procurator Iudææ. 206. a. Herodis magni pater. 207. b. 208. a
Antiquarios Aërius vocabat Catholicos. 418. a
Antiodorense Concilium. 477. a
Antisthenes Socratis discipulus, Cynicæ philosophiæ auctor. 266. a
Antitactæ hæretici. 386. b
Antoninus philosophus, persecutus est Christianos. 385. b. 386. a. miserrimè interiit.
Antonius Ciceronis collega. 326. a
Antonius orator clarissimus. 323. a
Antonius ab Octauo superatus, se ipse interemit. 339. b
Antonius victus ab Augusto ad Actium. 209. b
Antonius Caracalla. 392. a
Antonius Bestia, Heliogabali. 393. b
Antonius Felix 7. Iudææ prætor 225. a. apud hunc Paulus accusatus, seipsum defendit. 225. b
Antonius Verus non tulit impunè quòd Christianos persecutus est. 385. b. 386. a
Antonius pius Adriani gener tantæ fuit æquitatis & gratiæ vt nationes quæ à Rom. decesserãt, sua sponte se ei subiecerint. 384. a
Antonius Pius pro Christianis literas dedit ad Asiæ populos. 232
Antonius Pius solus principum sine ciuili sanguine. 315. a. b
Antonius Magnus monachorum pater. 383. b. 417. b
Antonius Imperator. 206. b
Antonius Eremita anno vitæ 105. obiit. 421. b
Antoniũ non fuisse auctorẽ monasticæ vitæ. 383. b
Antonius Sabellicus historicus. 731. b
Antonius Musa Augusti medicus. 341. a
Antonius Floriacensis monachus. 563. b
Antonius Florentinus fusam historiam scripsit. 717. b
S. Antonius de Padua discipulus S. Francisci. 630. a
Antonius Vlissbonensis Minorita sanctorum catalogo adscriptus. 629. b
Antuerpia diripitur. 777. b
Apamiensis Episcopatus instituitur. 687. b
Apelles pictor, à quo solo pingi volebat Alexander. 273. a
Apellicontis Teii bibliotheca. 322. a
Apis filius Pharaonis 80. a. Deus putatur apud Ægyptios.
Apis, à quo Serapis, floret in Ægypto. 62. a
Apitius helluonum prodigiosissimus. 221. b
Ἀποβατήριον descensus. 26. a
Apocrisarius erat Pelagii ante põtificatum Gregorius. 469. b
Apocryphum dicitur, cuius auctor est obscurus, vel cuius ambigua & incerta est auctoritas. 185. b
Apocryphi libri præter viginti duos. 290. a. 291. b
Apollinaris Hierapolitanus episcopus. 386. a
Apollinaris Laodicenus, Antiochiæ magna cum laude docet. 434. a
Apollinarius vterque pater & filius. 422. a
Apollo citharam medicinámque reperit, & herbarum vires primus agnouit. 56. a
Apollines multi. 83. b
Apollonius Rhodius philosophus. 332. a
Apollonius Rhodius Argonautica scripsit. 295. b
Apollonius Græcus martyr. 385. b
Apollonius Senator, martyr, primus Latinorum pro Christiana religione scripsit. 385. b. 386. a
Apollonius Tyaneus 377. b. postulatur de magia. cũm Apollonio Thyaneo dæmon loquebatur per vlmum. 4. a
Apollonius sophista & astrologus, Areopagitæ amicus. 221. b
Apostatæ, qui ciurant cunctos fidei articulos. 156. a
Apostolorum diuisio ab inuicem annò à Passione septimo. 372. a
Apostoli omnes, præter Ioan. Euãgelistam martyrio vitam finierunt. 368. a
Apostoli & discipuli toto terrarũ orbe dispersi, Christianorum nomen latè in omnes prouincias propagarunt. 222. a
Apostoli duodecim. exacto septennio post mortem Christi, ascenderunt Ierosolymam. 223. b
Apostolicæ constitutiones Cleantis. 376. a
Apostolicæ cathedræ fixæ quatuor, Hierosolymis, Romæ, Antiochiæ, Alexandriæ. 371. b. 372. a
Apostolica sedes hæreticum Pontificem sustinere non potest. 424. b
Apostatici pontifices, apostatici potiùs quàm Apostolici. 544. a
Appianus Alexandrinus. 225. b. 386. a
Appion grammaticus contra Philonem & Iudæos ad Caium mittitur. 223. b
Appius Claudius consul, primus Roman. Carthagin. bellum intulit. 276. a
Apuys, Ephre, vltimus Pharao ab Amasi strangulatus. 240. a. 241. b
Apuleius magus. 384. a
Apuleius postulatur de magia. 377. b
Aqua, quã fluuius fundit, potus naturalis. 27. b
Aqua lustralis in templo, & domibus priuatis ad recolendam baptismatis memoriam, fugandos dæmones, morbósque pellẽdos seruatur. 381. b
Aquense parlamẽtum in prouincia Narbonensi. 731. b

Aquila Iudæus temporib. Adriani Cæsaris vixit. 289. b
Aquila, Onquelos filius sororis Titi imp. pentateuchum Chaldaicè repræsentat. 377 b
Aquila Ponticus, primus post 70. biblia in Græcum cõuertit 383. b. diligens & curiosus interpres, contentiosus, iure reiicitur. ibid.
Aquilegia quondam secunda Roma dicebatur. 368. a
Aquilienſe concilium. 428. b. 481. a
Aquisgranicum concilium. 525. a
Aquisgranense concilium. 528. b. 530. b. 570. b
Arabiarum concilium. 395. b. 396. a
Arabes suam Hegiram incipiunt. 472. b
Arabes hodie circunciduntur. 46. a
Arabes incipiunt inhiare Hispaniæ. 493.
Arabes suos annos numerant ab Hegira. 479. b
Arabes Mahometem volunt sexto millenario venisse. 350. b
Arac, Archad vrbes antiquissimæ. 47. b
Arac filius Chanaam. 32. b
Arad filius Chanaam. 21. b
Aragonum rex primus Ranimirus. 571. b
Aram Iudæ princeps. 65. a
Aram filius Sem. 30. b
Aram Syrorum pater. 31. a
Aram Armenię & Syrię nomen dedit. 49. b
Arameum idioma. 189. b
Arat montes Ceraunij. 24. a
Aratius Assyriorum rex. 63. a. 69. b
Arator subdiaconus poeta. 457. b
Arator subdiacon⁹ R. E. acta versi. reddit. 467. b
Aratus Sicyonius Corinthum tyrannide liberauit. 277. b
Aratus Antigoni Macedonũ regis medicus scripsit Phænomena. 292. a
Aratus ignarus astrologiæ ornatissimis atque optimis versib. de cœlo, stellisque dixit atque cõscripsit. ibid.
Arbaces, siue Arbactus dominatus est Medis & Persis. 144. a. 146. a
Arbaces Medorum rex. 233. a
Arbactus Medorum rex. 145. b
Arbestratus Argiuorum rex. 109. a
Arca tota erat mystica cuius materia & forma crucis matetiam & formam exhibebat. 20. a
Arcæ dilnuij forma & magnitudo. ibid.
Arca, in qua Deus sui copiam pontificibus faciebat. 190. a. 191. b
Arca consedit in montibus Ararat. 24. a. 25. b
Arca abscondita nunquam reperta. 19. b. 20. a
Arca tantæ fuit molis & artificij vt cętum annos Noë in ea perficienda consumpserit. 19. b
Arcæ translationes & rationes variæ. 19. b. 20. a. 214. a
Arca, mundi epitome 18. a. tanti ponderis erat, vt non potuerit attolli è terra ante quadragesi. diem. 19. b
Arcam habuisse 300. cubitos longitudinis. 50. latitudinis, 30. altitudinis, cius figura nõ perinde constat. 19. b
Arcadius & Honorius imperator. 434. b. 435. b
Arcadius & Honorius ann. Dom. 400. adeunt imperium. 362. a
Arcadium & Eudoxiam excommunicat Innocentius. 435. b
Arcesillas primus nouorum Academicorum auctor. 274. a
Arcesilaus Cyrenarum rex. 237. a
Arcesilaus nouorum Academicorum. 292. b
Arcesilaus Batti filius Cyrenarũ Rex. 153. b. 154. a
Archelaus Mesoporamiæ episc. 404. a
Archelaus rex Iudææ, apud Augustum crudelitatis accusatus. 214. a
Archelaus scelerum conuictus Viennam in exilium relegatur. 215. b
Archelaus discipulus Anaxagoræ. 261. b
Archelaus regnauit in Iudæa annis de cem. 220. a
Archelaus Lacedæmoniorum rex. 129. a
Archelaus patris testamento regnum Iudææ cõsequitur. 214. a. b
Archidamus Lacedæmoniorum rex. 249. a
Archilochi libri exterminati, quò parum essent pudici. 146. a
Archilochus iambicorum versuum auctor. 233. b
Archimedes diu prohibuit, ne Marcellus Syracusas caperet. 300. a. 302. a
Archimedes mortaliũ ingeniosissimus machinis arte geometrica excogitatis. 302. a
Archippus Athenarum Archon. 125. a
Architas Tarentinus, primus geometriam cum mechanica coniunxit. 261. b
Archontes perpetui Athenis esse decesserunt. 140. b
Arcturum magnum mirabiliora gessisse quàm Alex. Magn. Christianum fuisse. 452. a
Arcuarij pedites 720. a. Francarchiers.
Arcus cœlestis, misericordiæ Dei, & Crucis symbolum. 27. b. 28. a
Ardis Lydorum rex. 237. a
Ardisus Lydorum primus rex, Haliadis filius. 139. a. 140. b
Arduinus Imperator salutatus ab Italis interficitur. 570. a
Aretin aliquot vrbes ædificauit circa Babylonẽ. 50. a
Arelatense concilium. 525. a
Arelatense 1. & 2. concilium. 46. b
Arelatense 3. concilium. 503. a
Aremulus Syluius Latinorum rex. 129. a
Ga. Aretinus. 718. a
Areus rex Lacedæmoniorum. 196. a
Areus rex Spartorum. 196. a
Ardus Lydorum rex. 149. a
Areus Peloponensi rex, eclipsim solis indagauit. 95. b
Argento signato primùm vtũtur Romani. 293. b
Argestratus Lacedæmoniorum rex. 113. b
Argeus Macedonum rex. 146. b
Argiuorum & Lacedæmoniorum pugna. 248. a
Argis rex secundus Lacedæmoniorum. 113. b
Argo, à quo Argiui: quo regnante Græcia cœpit vti Frugib. 93. a. 94. b
Argon primus Heraclidarum, rex Lydorũ fuit. 97. b
Argonautarum in Asiam expeditio. 102. a
Argonautarum expeditio in Chalcos. 100. a
Argus Argiuorum rex. 96. a
Argunthis Scytharum rex Romanorũ fines vastat. 396. a
Ariani variis tormentorum modis Catholicos persecuti sunt. 420. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ariana hæresis scissa in varias sectas. 421.b
Arianidescensum Christi ad inferos negat. 418.a
Aridæus Macedoniæ rex. 186. b
Aridæus frater Alex. magni nothus. 273.a.b
Aries, muralis machina. 102. a
Ariminense concilium. 423.a
Ariminum in Gallia à Rom. conditur. 293.b
Ariobarzanes Cappadociæ rex. 319. b
Antioch rex Ponti. 47.b
Arion musicus à delphino è mari in portum defertur incolumis. 240.a
Aripertis Italiæ rex. 486. b
Ariphron Athenienſium Archam. 132. b. 135.b
Aristarchus Homeri rapsodiam recensuit, & in 24. partes distribuit. 239. b
Aristarchus grammaticus Euergetis præceptor. 308. a
Aristeas proneſius poeta ante Homerum. 123. b
Aristeas Philadelphi cubicularius scripsit historiam de 72. interpr. 291. b
Aristeas legis vocabulo vniuersam scripturam comprehendit. 289. b
Aristides summa integritate, Iusti cognomẽtum est adeptus. 251. b
Aristobulus insignis Hebræorum philosophus in Mosem commentarios edit. 305. b
Aristobulus pater Herodis. 219. b
Aristobulus matrẽ in carcere fame enecauit, vix annos tyrannidis exacto miserè mortuus est. 204. a
Aristobulus primus post captiuitatẽ rex. 203. a. b. 204. a
Aristobus ponrifex creatur, paulo post in Iordane submergitur. 209. b
Aristobus Agathobuli discipulus, vnus fuit è 70. interpretib. 291. b
Aristodemus ex Heraclidis primus regnat apud Lacedæmonios. 108. a
Aristemedes Corinthiorum rex. 131. a
Aristonymus comicus. 295. b
Aristonicus Eumenius nothus regnum inuasit. 312. a
Aristophanes grammaticus. 291 b
Aristophanes tetrametri & octometri carminis inuentor. 261. a
Aristoteles principia grammaticæ docuit. 271. a
Aristoteles à Clearcho Iudæus reputatus. 80. a
Aristoteles præceptor Alexandri Magni. 264. a. 265. b
Aristoteles mundum censuit ab æterno fuisse. 3 b
Aristotelis libri diu delituerunt. 274. a
Aristotelica secta aruit ante Andronicum. 322. a
Aristoxenus musicus. 146. a
Arius rex Lacedæm. 298. a
Arius Bactrianos & omnes Caspios subegit. 62. a. 63. a
Arii subita & horrenda mors. 419. b
Arii libros Constantinus iussit cremari, Arium cum suis in exilium pellit. 417. b
Arlothus generalis Minoritarum. 684. a
Armarite. 63. a. 69. b
Armeniç Arem nomen dedit. 49. b
Armeniacũ conciliũ contra Nestorianos. 442. b
Armenii ecclesiæ conciliantur. 718. a
Armenii iterum fidem Christi publicè suscipiũt. 464. a
Armenios in Missa inuocationis & intercessionis SS. meminisse. 774. a
Armorici populi. 441. b. 442. a
Arnobius Afer, Lactãtii præceptor. 441. b. 442. a
Arnobius pres byter, præceptor Lactantii. 415. b
S. Arnolphus, seu Arnaldus, S. Remigii discipulus. 459. b
Arnulphus Flandriæ comes, sacrilegus, miserè periit. 556. a
Arnulphus Romæ concionator acerrimus contra Clericorum superbiam, auaritiam, & luxuriam, noctu ab his submergitur. 598. a
Arphaxad genuit Selam. 30. b
Arphaxat rex Medorum. 233. a
Arphaxat Medorum rex. 236. a. Ecbatanę conditor Astyages.
Ars impressoria seu excussoria excogitata. 720. a
Artes longæ, experimenta difficilia. 5. b
Artes naturales & innocuæ. 9. b
Artes tam liberales, quàm mechanicas à primis hominibus fuisse repertas. 5. b
Arsaces primus Parthorum rex. 277. b. 278. a
Arses Medus Sardonapalum sustulit. 136. a
Artabanus lib. de Iudæis, Abrahæ res perstringit. 47. b
Artabanus Parthorũ rex à Caracalla victus. 392. a
Artabanus Parthorum rex. 284. b.
Artapanus historicus. 46. a
Artaxerxes tertius annis 49. regnasse dicitur. 263. a
Artaxerses penultimus Persarum rex. 192. b
Artaxerses primus Darij filius. 249. a. b
Artaxerses Persa nouum condidit imperiũ sublato Parthico. 361. a
Artaxerses, siue Assuerus imperiũ Persarum restituit sub Antonini Caracallæ posteris. 392. a
Artemon hæreticus. 389. b
Artifices statuarum & simulachrorũ omnis generis diabolus intulit. 13. b
Auernam vrbem, Claromõtem, siue Gergoniam Ecritus Romanis eripuit. 447. b
Auernense concilium. 463. a
Aruerni Bellonesо duce Galliam incolũt. 149. b
Auernorum principatus primus quondam Gallis fuit. 308. a
Aruspicinam Malotus primùm apud Hetruscos introduxit. 94. a
Asa filiam Amri regis hæretici, dedit vxorẽ filio suo: vnde prima impietatis & infelicitatis labes in regno Iuda. 126. a
Asa rex Iudæ quintus, pius fuit & religiosus. 125. a. b. ad extremum peccauit.
Asaph cũ fratribus musica nobilis & eruditione. 111. b
Assaradon, qui & Sardanapalus Assyr. rex. 141. b
Asaraddõ filius Senacherib, Sardanapalus. 143. b. 144. a
Asar-adon Phul, vnde Sardanapalus. 163. b
Asbolus centaurus poëta ante Homerum. 123. b
Asdrubal à Carthagin. contra Rom. præficitur. 304. a
Ascanius Italiæ rex. 104. b
Ascanius Latij rex. 104. a
Ascanius Latinij regnauit 30. annos ante Albam conditam. 103. b
Ascenaz filius Gomer. 31. a

Asconius Pedianus Tito Vespasiano familiaris. 375. b
Ascaffenburgense concilium prouinciale. 685. a
Ascatades. 64. b
Asclepiades medicus. 318. a
Asclepius Phidiæ ætate vixit. 286. a
Asia Romanarũ facta, cũ opibus suis vitia quoq. in vrbem transmisit. 312. a
Asiani à corpore vnitatis scissi propter diem Paschatis. 389. b
Asinius Pollio primus Romæ bibliothecam publicauit 556. a
Asir filius Core. 74. a
Assur Assyriæ nomen dedit. 49. b
Assur filius Sem. 30. b
Assur rex Assyriorum. 42. b
Assyriorum Monarchiæ initium. 135. b
Assyriorum Monarchiæ prima mentio. 160. a
Assyriorum nomen cœpisse celebrari Oziæ temporibus. 136. a
Assyrij subegere cæteros populos. 233. b
Assyriorum imperium dilaceratur, Sardanapalo ad ignem compulso. ibid.
Assyrios caracteres Scribæ retinentes, sanctum elegerunt sibi idioma. 189. b
Assuerus pater Darij 230. b. qui Astyages dicitur.
Assuerus, Xerxes, Artaxerxes. 249. a
Assuerus Persarum imperator. 190. b
Assuerus domi regnauit. 248. a
Assueti conuiuium sumptuosum vniuerso populo. 250. a
Assumptionis festum celebrari iussum. 467. b
Astarte dea apud Tyrios culta. 124. b
Astyages. 234. b
Astrologiam inuenisse Seth & Enos. 5. b
Astrologia iudiciaria, quæ geniturarum inspectionib. & natiuitatum diuinationib. vacat. 385. b
Astrologorum vanitas. 57. b
Astronomiæ inuentum Seth tribuitur. 10. a
Astronomi insignes. 569. b
Astyages rex Medorum. 233. a
Astyages Cyti auus maternus. 234. b
Astyages sororius Crœsũ Lydorum regis, Cyrum infantem exposuit, & Harpago filiũ proposuit edendum. 234. b
Asychis ægyptiorum rex. 133. a
Asyla esse reis voluit Bonifacius. 478. a
Ataulphus Hispaniæ rex. 437. b
Athalis filia Achab nupsit Ioramo Iosaphat. 127. b
Athalia regis Achab filia extinguit omnes filios filij sui Ochoziæ. 129. a. b
Athanagildus Hisp. Brunichildã filiam Sigiberto Medio matrimonium in Francia regi elocat. 463. b
Athanasius Alexandrinus episcopus ordinatur. 416. a. 417. b
Athanasius Magnus Alexandro successit 417. b. falsò accusatus. 417. a
Athanasius varia certamina pro Ecclesia sustinuit, ann. 377. moritur. 427. b
Athenæus. 386. a
Athenagoras philosophus Christianus, apologeticon pro Christianis Antonino obtulit. 386. a
Athenienſium decennales principes. 145. a
Athenodorus Arati frater, primus Zoilo pro Homero contradixit. 292. a
Athenas detulit primus Physiologiã Archelaus Milesius. 261. b
Atis Syluius Latinorum rex. 120. b
Atlas mons intersecans mediam aëris regionẽ. 25. b
Atlas, astronomiæ inuentor, fuit Henoch. 14. a
Atlas Arcadicus astrologus rex Mauritaniæ, cælũ humeris gestare quare dicatur. 96. a
Atlanticum bellum ad mare Atlanticum, i. fines Africæ. 6. a
Atrebati sedi.io contra Gueusios. 778. a
Atreus Argiuorum rex. 97. b
Atrium, siue Aula gentium. 219. a
Atrium templi interius, & exterius. 119. a
Attalus Asię rex. 279. b
Attalus Pergami bibliothecam instruxit. 274. a
Attalus reguum cędibus & venenis fœdat: testamẽto imperium Asiæ pop. Rom. reliquit. 312. a
Attalus rex primus Pergami 285. b. Bibliothecã parat Philadelphi æmulatione. 291. a
Attalicus textus, ab Attalo, qui primus aurum intexere docuit. 292. a
Atticus historiã scripsit septingentorũ ann. 332. a
Pompon. Atticus epicureus. 323. b
Atticus Ciceronis amicus moritur. 339. b
Attila, flagellum Dei, à Genserico Vandalo contra Gotthos in Hispaniam, & Italiam attractus cum 500. millib. Hunnorum omnia depopulatur. 444. a. 445. b
Audæus anthropomorphita. 425. b
Anjoenus Rhotomagensis episc. miraculis claret, scripsit libr. de anima Dagoberti. 491. b
Auentinus Syluius Latinorum rex. 131. a
Auenionem Clemens 5. sedem pontificiam transtulit, quod captiuitatẽ Babylonicam Itali appellabant. 691. b
Auenionem vrbem Clemens 6. emit à Ioanna filia Roberti Siciliæ regis. 701. b
Auinsena, ex posteris Senis. 604. a
Auitus Viennensis episcopus, Gallias ab Arriana hæresi defendit. 451. b. 452. a
Aulerci Bellonesо duce Galliam incolunt. 149. b
Ptolem. Auletes à suis pulsus Roma venit. 321. a. b
Aulus Gellius. 574. a
Augustanum concilium apud Vindelicos. 555. a
Augustanum conciliũ diœcesanum. 749. a. 752. b
Augustinus fit episcopus. 542. b
Augustinus magnus, ferè per 9. ann. Manichæus baptizatur 30. ætatis suæ ann. moritur Hipponę anno 76. ętatis suæ. 441. b
Augustinus cõtra Pelagianos gratiæ Dei hostes: hinc minister gratiæ, & admirabilis gratiæ Dei prædicator dicitur 431. b. confecit etiam Manichæos, Donatistas, & Arianos. 432. a
Augustana comita. 744. a
Augustodunum vetustissima post Massiliam bonarum artium sedes. 333. b
Augustulus imperio se abdicat, & in Campania exulat. 448. a. b
Augustinus Iustinianus, episcopus Nebiensis, octuplum vtriusq. testamenti in quinque præcipuis linguis molitus, prægustamenti loco, Psalterium emittit. 738.
Augustus solus ad Christi vsque natalem imperauit. 340. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustus cæsar 710.ann. post vrbem conditam. 135. b
Augustus post natum christum annos 15. adhuc imperat. 345.a.b
Augustus quinque bella ciuilia gessit, & alia multa. 340.a. 341.b. 342.a
Augustus nepos Iulij cæsaris, 18. ætatis anno, ciceronis opera dux aduersus Antonium destinatus est. 340.a
Augustus 10.annos natus cõsul designatur: hinc deinceps reip præfuit.56.ann. ibid.
Augustus se Dominum appellari non est passus eo anno quo Christus natus est. 344.a. Ianũ tẽplum tertiò clausit.
Augustus mensis in honorem Augusti sic dictus, qui antea Sextilis dicebatur. 343.b
Augustus cæsar moritur 215.a. an. 15.christi. 215.b
Augusti tres. 391.
Augustus vnus & tres cæsares. 419 b
Augusti duo simul regnare cœperunt. 386.a
Augustinus fit Episcopus. 362. b
Auraicus princeps irrito conatu in Brabantiam ducit exercitum. 710.a
Auraicus princeps à Ioan. Laurigne Hispano glãde in faciem per vtranq. maxillam & palatum impacto percutitur, nec tamen mortuus. 783.b
Aureliæ rex Guntrannus. 465. b
Aurelia Gallia. 119.b
Aurelianensem academiam Philippus Pulcher instituit. 693. b
Aurelianense 1.concilium. 466. b
Aurelianense 2. & 3.concilium. 463.b. 464.a
Aurelianense 4. concilium. 466 b
Aurelianense 6. concilium. 466. b
Aurelianus qui primus diadema capiti imposuit, interficitur 401.b 402 a
Aurelian' initio christ'a. fuit æquus. 402.a. 403.b
Aurelianus fulmine subito territus, persecutionem non est executus. 232
Aurelius Antoninus philosophus persecutionẽ inhibuit. 386. a
Aureus numerus, cyclus decẽnouennalis. 131.b
Aureum minerã Alphonsus 5.in Guinea aperuit. 747. b
Aureus numerus Mothonis. 161.cyclum decemnouennalem vocant. ibid.
Aureum sæculum. 7. b
Aureus ad summam 60.solidorum redactus, basis numerandi. 709. b
Aurifera regna Paruanca & Cuscana. 746.a
Aurum Tolosanum. 316.a
Aurum purissimum ex Ophir. 37. b
Ausonius Burdegalensis. 433 b
Australis terra vbra mare Æthiopicũ & Indicum reperta est, quæ quinta pars terræ appellatur. 727 b
Io. Austriacus ad Flandriam pacandam mittitur cum imperio 777.b.inuictus hæret.& Turcarũ victor. 778.a
Antotheani & Antitrinitarij. 77.a
Azael rex Syriæ Iudæos affligit. 129. 130 a
Azarias pontif. 148 Azarias summus põtif. 149 a
Azarias summus pontif. 113. b. & propheta. 125.a
Azo lucerna iuris dictus. 602. a
Azotij dysenteria perierunt. 103.b
Azymorum prima dies. 129.b

B

Babylas martyr sub Decio. 595.b. 596.a
Babylon à Medis & Persis capta est. 243.b
Babylon Chaldæarum gentium caput 235. eius magnitudo. ibidem.
Babylon Assyriæ pars erat. Assyriorum monarchia,& Chaldæorum,idem. ibid. b
Babylonis muri relati sunt inter septẽ orbis miracula. 234.a
Babylonij & Græci,maximi Idololatriæ autores. 223. b
Babylonij & Chaldæi deleuere Assyrios, subegere Ægyptum, & Syriam, & transtulere Iudæos. 223. b
Babylonica captiuitas. 2. b
Bacchon de annis Hebraicis. 5 b
Bacchus filius Semeles. 89 b
Bacchus Liber pater ex Semele natus, Indiã subiugat. 95. b
Bacolum tanquam pedum pastorale manu tenet. 219. b
Bagoas spado,natione Ægyptius Ochim interfecit. 266.a
Baiethosini hæretici. 202.a
Baiethosæi Saducæi, & Samaritani in vnum coalescebant. 202.a
Baiethusæorum secta, à baiethos. 201. b
Baiazethes 1. Turcorum imperator. 768. a. b. 712 a. 713 b
Balaam Mesopotamius vates & Ariolus. 82. a. gentium vates. 84. a
Balac filius Beor, primus rex Idumæorũ creatus. 61. b
Balduinus Orientis imperator Græcã ecclesiam Romanæ audientem & concordem reddidit. 627. b
Balduinus 2. tertius Hierosolymorũ rex. 596. a
Balduinus 3. Hierosolymorum rex quintus. 612. b
Balduinus 4. Hierosolymorum rex septimus. ibidem.
Balduinus Edessæ princeps Godefrido succedẽs feliciter pugnat contra Turcas. 595. b
Balduinus Archiepiscopus Cantuarien sis. 613 b
Balduinus Monachus,abbas Forliẽsis, episcopus Vngormiensis. 613. b
Franc. Balduinus iurisconsultus, è veneno Caluini tandem conualescens obiit. 771. b
Baldus insignis iurisconsultus. 681. b. rabie periit.
Baleus. 63.a. 69.b
Baleastartus rex Tyri,filius Hiram. 123. b
Theodorus Balsamon,Patriarcha Antiochenus. 612. a
Balsamon de Donatione Constantini. 412. a
Balsami planta. 122. a
Balsamũ vni Iudææ cõcessum, nec alibi vnquam visum quàm in Iericho, in Ægyptum translatum est 118. a. vbi crescere dicitur rigatũ fonti, qui Virgini & filio eius scaturiit.
Baltasar Babyloniorum rex. 242.a.b
Bamba Hispan. rex, habitu religionis & tonsoræ accepto signo, Etingiũ pro se regem creauit. 489. b
Bambergense concilium. 569. a
Banduinus, alter auctor librorum. 4. Sententiarum. 613. b

Ioannes Bapt. pœnitentiã prædicat, & baptizat. 216. a
Io.Baptista Ficlerus docet iurisconsultos, si qui sint heretici contra leges peccare. 775.b
Baptista Mantuanus poeta,& Carmelita. 728. a
Baptismi proparentes Telesphorus constituit. 382 a
Baptismi effectus, necessitas, aliena fides. 623.a
Barac de numero sanctorum veteris testamenti. 93.b
Barachias Dauidicę familiæ princeps. 195.a.b
Barbam & capillitium antiqui nutriebant. 381.a
Barbara martyr. 405.b
Barbarossa Turcæ pirata. 746.a
Barbari Romanos deleuere,& ex eorum imperio multa regna condiderunt, præsertim Turcæ. 233.b
Barcis Corinthiorum rex. 126.a.b
Barcozbas dux Iudæorum, christianos cruciat. 381.b
Barcosba vnus è quinque, qui se Iudæis christum in leone promissum persuaserunt. 227.a
Barcozba ann. 2. & semis regnum tenuit: compellebat exquisitis supplicijs christianos negare Iesum esse Christum. 228.a
Bardus Celtarum rex quintus, musicę studiosus. 62. a
Bardi disciplinas existimant esse nefas literis mandari. 272.a
Bardi originem referunt ad Massilienses. 335.b
Bardi apud Gallos melodiarum poëta ad lytam & organa cantant de hominum virtutibus & vitijs. ibidem
Barense concilium. 591.a
Baris mons. 26.a
Barnabas primus Romę Christi fidem prædicauit. 222.a
Bartholomeanæ matutinæ. 776.a
Bartholomęus Salicetus Bononiensis iurisconsultus. 709.b
Bartholomæus in Scythia, Matthęi euangelium in Indiam secum detulit. 368.a
Bartholus celebris Iurisconsultus, mathematum & Hebraicatum literarum peritus. 704.a
Baruch vates 147.a. Ieremiæ notarius. 148 a
Basa de tribu Iachar 153.a.b. tertius rex Israel.
Basilides Alexandrinus hæresiarcha. 383.b
Βασιλικῶν libros scripsit Leo Imp. 542.a
pro Basilij missa dati duos aureos. 774.a
Basilius cæsariensis Deo agit animam. 426.a
Basilius Ancyram mittitur. 417.a
Basilius Orientis imperator totam Bulgariam subegit. 568.a
Basilæ Romaniæ, Asiæ. 719.b
Bathaneam Philippus consequitur. 214. a
Battus, primus Cyrenarum rex. 217.a
Bauaricum contra Felicem concilium. 511.a
Baugentiacum concilium. 607.a
Beda chronica scripsit. Monachorum institutor factus,multos post se reliquit doctissi. discipulos. 494.a
Beda ob religionem & sanctitatem Venerabilis 491.b
Begnardi & Begninæ hæretici damnantur. 662.a.b
Io.Behaim tympanista & pecorum pastor deinde mas, & tributa persoluenda esse negabat. 713.b
Bela,i Segor vrbs quinta finitima Sodomę. 48.a
Belgium siue Flandria commouetur. 767.b
Bellator presbyter commentator libri Iudith. 238.a.239 b
Bellator presbyter exposuit libros Machabæorum. 204.a
Bellerophon primus equo vehi Græcos docet. 94.a
Belligius Gallorum rex. 53 b
Bellitarius fortis & industrius dux. 460.a.461.b
Franc Bellotoretus, politus politus humanis eximitur. 784.a
Belloparon rex assyriorum. 84. b
Bellopares Assyriorum rex. 92.b
Bellouacense concilium. 595.a
Bellouacum seu Dormanum collegiũ à Io. Dormano cancellario Franciæ. 711.b
Bellum, vnus è fructib. abientis & reiecti Christi pacis principis. 344 a
Bellum cum hostib. Crucis laudabile & salutare. 776.a
Bellum sacrum. 570.b.590.a
Bellum primum in sacris literis memoratum. 48.a
Bellum sacrum tertium. 606.a.607.b
Bellum Sacrum quartum. 620.a
Bella sacra. 594.a.b
Belochus. 63.a
Belochus Assyriorum rex. 74.a
Belochus Assyriorum rex,artem ariolandi, & diuinandi inuenit 81.a
Behadab rex Syrię. 116.a
Benadad rex Syriæ cum Achab bellum gerit. 158.a
Benedictina constitutio. 691.a
Benedictiones Dei nomine tetragrammato. 206.b
Benedictionem cerei Paschalis induxit. 438.a
Benedictus I.Bonosus, Romanus. 460 a.b
Benedictus 11.Tolosas 203.Rom.pontif.699.a.b. è cisterciensium ordine.
Benedictus III. Romanus,nolens & inuitus PP. creatus, 207.Rom.pont. 531.a.b. 534.a
Benedictus 4. Romanus, 120. Romanus pontif. 545. a. b
Benedictus 5.dictus 6. Roma. 137. Rom. pontif. 560.a.b
Benedictus 5. Romanus,à Romanis contra Leonem 8 electus. 558.b 560.a b
Benedictus 6. Romanus, 140. Roman. pontif. 561 a.b
Benedict' 7.Tusculanus,150.Rom.pont.569.a.b
Benedictus 8. mortuus horrenda imagine cuidã apparuit,dicens se iudicio Dei damnatũ. 573.b
Benedictus 8.Tusculanus,152 Rom.pont.573.a b
Benedictus 9. Campanus, 160. Romanus pontif. 579.a.b
Benedictus 10. Taruisinus,200.Romanus pontif. 690.a.b
Bernardinorum templum,& collegium Benedictus 11. Parisiis fundauit. 699.b
Benedictus 11.confirmauit ordinem militum Iesu Christi, & reformauit ordines benedictinorũ & Cistertiensium. 699.b
S. Benedictus Romanus, 83. Romanus pontif. 490.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Benedictus summus pontifex, mortuus in nigro equo vilus dicitur circa locum defossi thesauri eleemosynis destinati. 578.b
Benedictus Arias Montanus. 775.b
S. Benedictus Nursinus, Monasterij montis cassini abbas, ordinem Benedictinorum instituit, &c. 457.b.
Beneuentanum concilium. 584.a.595.a
Beniamini jbello ciuili deleti sunt. 102.a
Beniamin natu minimum gignit Iacob in Chananæa. 59.b
Benmerodac Babyloniorum rex. 147.a
Berengarius Italiæ rex. 540.a.541.b.545.b
Berengarius vndenam suam blasphemiam hausserit. 538.a
Berengarius Turonensis, archidiaconus Andegauensis hæreticus, præstigiator, animam agens, pœnitentia ductus, resipuit. 573.b
Beronice filia Herodis Agrippæ. 210.b
Berenicis reginæ coma in cœlum à Conone Mathematico relata. 295.b
Beritense concilium. 445.a
Bernæ fundamenta iecit Bertoldus, Burgundiæ minoris dux. 615.b
S. Bernardinus Minorita. 718.a
D. Bernardus miraculis clarus Conrado imperatori persuadet, vt expeditionem contra Turcas suscipiant, se cruce signent. 606.a
D. Bernardus Eugenij 2. præceptor, ad quem scripsit libros de consideratione. 603.b
D. Bernardus abbas clarevalensis oraculum sui ęculi, vitæ sanctimonia, & multis miraclis clarus, an ætatis 63. obiit. 611.b
Beroaldi paradoxum de Natali Domini. 207.b
Philipp. Beroaldus. 729.b
Berosus suppositicius. 24.a
Berosus suam chaldaicam historiam ad Antiochum scripsit. 776.a
Berosus Chaldæus, sacerdos & historicus: libri eius hodie non extant. 269.b
Bersabeam prope Gazan Abrahã condidit. 42.a
Bersabee antiquus terræ Sanctæ limes à meridie. 155.b
S. Berta abbatissa & martyr. 486.a
Bertoldus S. Bernam cum suis pagis Romano imperio attribuit. 623.b
Bertranni liber de corpore & sanguine Domini. 625.b
Besaleel filius Vri tredecimo ætatis, tabernaculũ admirabile confecit. 78.a
Bessarion successit Gregorio patriarchæ Cõstant. 718.a
Beza, quosnam vocet illustres. 781.b
Beza quotidie ad putres superiorum hęreticorum blasphemas aliquid noui addit. 734.a
Beza ex obscœno & impuro poëta repentinus theologię Geneuensis minister, caluini istius tabulæ & spurij successor 775.b. ab aliquot annis ratiũs scribit, siue quia ad eruditionis suæ fundũ peruenit, siue quia delictis sudoribúsq. iuuentutis fractus est. ibidem
Biblia in capita, quæ hodie habentur, distinguntur. 632.a
Bibliis SS. ab Hieronymo versis Damasus dedit auctoritatem. 425.b
Biblia sacra in Gallicum sermonem versa. 707.b
Biblia sacra sub Eleazaro in Græcum translata, Ptolomæi Philadelphi rogatu & sumptib. 190. a. videntur extitisse Græcè ante hæc tempora.
Biblici qui dicantur. 201.b
Bibliothecas instaurauit Constantinus. 410.a
Bibliotheca Alexandrię 54800. librorum 280.b
Bibliotheca Fontanablea. 287.b
Bibliothecas Christiani etiam in mediis crucibus instruebant 588.a
Bigas Phriges primi iunxere. 102.a
Bigamiam primus introduxit Lamec. 12.a
Iacobus Billius Prunæus S. Michaëlis in Eremo cœnobiarcha. 775.b
Iacobus Billius de nobili Prunæorum familia, abbas S. Michaelis in Eremo, Græcè literaturę lumen, Hebraicæ non ignatus, die Natalitio 1581. placidissimè & sanctissimè expirat. 782.a
Bis mille anni ab Adam ad Ninum ab omnib. historiographis ignorati. 46.a
Bither, vbi Barcozbas sedem regni posuit. 230.a
Biterrense concilium. 631.a
Biterrense concilium, præside Hilario. 424.b
Bituitus Aruernorum rex. 284.a
Bituitus Aruernorum rex. 308.a
Bituriges Galliam incolunt. 149.b
Blancha regina Fráciæ 608.a. mater S. Ludouici,
Blasius martyr. 405.b
Blesensis conuentus. 777.b
Fr. Blondus Eugenij secretarius. 721.b
Blondus Foroiulienſis historicus seriem temporum ab an. Christi 407. vsque ad 1400. retexit. 711.b
Bobegus pagus Normaniæ igne cælesti comburitur. 786.a
Io. Bocatius, vir amœni ingenij. 708
Bocci pontifex. 95.a.96.b
Boëmię ducatus erigitur in regnum. 585.b
Bohemorum hæreses varię. 692.a
Boëmorum chronica incipiunt. 485.b
Boëmi, cechi vocantur. 463.b
Bohemi, excocti sole, immundi veste, intenti furtis, homines falsa sua chiromantia passim decipiunt, 718. a Gentiles errores.
Bohemica hæresis multiplex, & diuersa. 711.b
Boemundus Antiochię princeps feliciter pugnat contra Turcas. 595.b
Bœotij pulsi ex Arno vrbe Bœotiam occupatunt. 108.a
Boetius mathematicus, philosophus & poeta. 455.b
Bogomilorum secta. 587.b
Boleslaus primus Poloniæ rex. 565.b
Boleslaus rex cilicium indutus, paucis hominib. stipatus ad S. Ægydij sepulchrum iter pedib. confecit. 599.b
Bombardarum vsus à Gallis agnosci cœpit. 717.b.
S. Bonauentura Franciscanus. 633.b
Bonifacius 1. Romanus, 44. Rom. pontif. ieiunia vigiliarum retinuit, vigilias sustulit. 439.a.b
Bonifacius 11 Romanus, 57. Rom. pont. 459.a.b
Bonifacius 3. Romanus, 68. Rom. pontif. 474.b 475.b
Bonifacius 4. Valerienſis, 69. Rom. pont. propriã domum in monasterium vertit, & paterna prædia ei addixit. 476.a.b

Bonifacius V. Neapolitanus, 71. Rom. pontif. iussit ecclesias esse reis asyla. 478.a.b
Bonifacius 6. Tuscus, 115. Rom. pontif. 542. a.b
Bonifacius 6. Ioanne 14. capto, & in carceres cõiecto, iterum pontificatum tenuit. 562.a.b
Bonifacius 7. Romanus, 159. Rom pont. 560. a.b
Bonifacius 8. Anagninus, 199. Rom. pont. 686. a.b instituit duplex maius in festis 12. apost. 4. euangelist. & 4. doctorum, &c.
Bonifacius 9. Neapolitanus, 209. Rom. pontif. 710 a.b. 711.b.
Bonifacius martyr. 405.b
Bonifacius primus Moguntinus archiepisc. 508.a
Bonnense concilium. 554.b
Bononiensis academia à Theodosio instituta. 442.a
Boni præceptoris mali discipuli. 201.b
valde Bona, i perfecta: valde vulia & commoda mundo: item pulchra, speciosa, decora. 4.a
Booz princeps Iuda. 93.a.96.b.67.b
Booz filius Salmon. 98. a
Booz tertius princeps Iuda, & Christi parens. 99.a
Boos, tertius fuit, cui nupsit Ruth. 93.a.b
Boos 1. & 2. principes Iuda. 94.b
Boos princeps Iuda. 94.a.b
Car. Borbonius Romam capit. 745.b
Borbonius ducatus initium habuit à Ludouico Claromontensi Comite. 698.a
Boreas Thrax, Eichthei filiam rapuit. 96.a
Boristhenes in Nistro. 148.a
Ioan. de Sacro Bosco Anglus, insignis Mathematicus. 645.b
Bracarense 1. concilium 480.b. secundum. 482.b
Bracarense 2. concilium. 466.b
Bracarense 3. concilium. 486.b.488.b
Brabantij vnde oriundi. 524.a
Brabãtiæ duces, qui antea Louanij comites. 635.b
S. Brigida, siue Brigita, siue Pyrgita, virgo Scotica, S. Patritij familiaris. 457.b
S. Brigitta regina Sueuiæ confirmationem ordinis a se instituti ab Vrbano 5. impetrat. 706.a
Brigitta, ducissa Neritię, cuius extant vaticinia & precationes. 457.b
Brigus quartus rex Hispaniæ. 70.a
Britanni à Bruto Ascanij filio. 108.a
Britannicæ gentis historiographi. 466.a
Britannicum bellum. 223.b
Britonum reges extincti. 501.b
Britonum historia vbi incipit, siue illi sint aduenæ, siue antiquiores & indigenæ. 448.b
Britones aborigines. 442.a
Britones Normanorum meta in Anglia diu fuerunt profugi. 552.a
Brunus à Prutenis capite truncatus, martyr Christi efficitur. 569.b
Brutus Philippis victus. 209.b
Brutus & Cassius sibi aliena manu mortem intulerunt. 337.b
Budęus. 742.a
Budęus an. 1539. Lutetię obiit. 749.b
Budæus, cur profani tam pauca de christianis. ibidem.
Georg. Buchananus, Minorita excullatus, Bacchicus historio & atheus poëta. 769.b
Bulla siue Decretalis. 790.a
Bulgarorum gens ignota in Illyriam & Thraciam impressionem facit: Romanos fundit ad vnũ ferè omnes. 452.a
Bullingerus calamitosus senex Brentio respondet, calamitosius moritur Tiguri. 763.b
Burchardus Lobiensis monachus, veteres ecclesiæ canones in vnum volumen congessit. 568.a
Burdegalense parlamentum in Aquitania. 731.b
Burdegalense concilium. 431.a
Burdenellus tyrannidem vsurpans à Gothis captus, & tauro æneo impositus, viuus crematus est. 452.a
Paulus Brugensis ex Iudæo Christia. factus est. 631.b
Paulus Burgensis ex Iudæo christianus. 716.a
Burgundia Ludouico 12. se dedidit. 728.a
Burgundia à Francis possidetur. 706.a
Burgundica historia incipit. 458.a
Burgundiones innotescunt, à Burgis limitum castellis. 437.b
Burgundi fidem christianam recipiunt. 440.a
Burgundorum collegium Ioanna comitis Burgundiæ filia extruit. 698.a
Busiris in Phœnicia. 70.a
Butei liber de arca Noë. 19.b
Bythina vrbs condita à Phœnice. 89.b
Byzacenum concilium. 484.b
Byzantium à Paulania rege in Thracia conditum. 146.a
Byzantium, quæ nunc Constantinopolis est Thraciæ Metropolis. 312.a

C

CAbades Persarum rex. 460.a. 461.b
Cabbala R. Abraham contra Sadducæos. 600.a
Cabbala R. Simeon legalium rerum arcana continens. 228.a
Cabbala quando senioribus fuit commissa, lex est ore tradita. 88.b
Cabbala proprie est scientia, quæ á maioribus per manum recepta fit 312. a quæ partim historica est, partim lex ore prolata. 317.b
Cabbalica historia R. Abraham Leuitis. 230. a
Cabbalistica ars stulta & vana. 317.b
Cabilonense concilium. 525.b
Cabilonense 1. concilium, in quo prohibitum est, ne vlla essent mancipia in Gallijs. 485.a
Cacus rex Hispaniæ: primus in ea ferrum & aima tractat. 98.a
Cadmea victoria. 102.a
Cadmus characteres Græcos condidit. 191.b
Cadmus Thebarum rex 86. a. קדם quasi orientalis.
Cęcilianus à Donato accusatus à Constantino absolutus. 409.b
Cæcilius comœdiarum scriptor, natione Gallus. 306.a
Cælum, tempus, materia, angelis coęua. 3.b
Cępio proc. capta Tolossa, centum millia pondo Auri & argenti quinquies decies centum millia è templo Apollinis sustulit. 316.a
Cæsaris expeditiones in Gallias. 328.a
Cęsar nouem annis subegit Gallias, in quib. ter victus fuit. 332.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsar post victum Pompeium quinque annis imperat 33. b. viginti tribus vulnerib. in senatu confoditur, alias nunquam vulneratus. ibidem
Cæsar, cum ei Theodorus caput Pompeij & anulum obtulisset, doluit & illacrymauit. 330.a
Cæsar, dictatura in perpetuum accepta, triumphũ agit. 331.b
Cęsar interfectus est à coniuratis anno 42. ante natum Christum. 207.b
Cæsarum progenies in Nerone ℑmp. deficit. 374.a
Cæsaraugustam Erricus deprædatur. 447.b
Cęsaraugustanum concilium. 457.a
Cæsaraugustanum in Hispania concilium contra Priscilianistas. 419.a
Cęsarea à Philippo in gratiam Augusti ædificata. 215.b
Cęsarea Philippi. 215.b
Cęsaream Philippi Agrippa ampliorem reddens, Neroniam appellauit. 226.a
Cęsar Philippi, à radices Libani montis. 214.a
Cęsariense conciliabulum. 427.b
Cæsarius Nazianzeni frater. 126.a
Thomas de Vio Caietanus cardinalis. 738.a
Cain anno mundi 13. nascitur 8. a. sororem eodẽ secum partu genitum duxit. 8.a
Cain concurrit cum Adamo patre, vt qui tredecim annis eo duntaxat fuerit iunior. 12.a
Cain de suo agro terræ fruges Deo obtulit edoctus à patre. 8.a
Cain agros colere, ædes ædificare, ponderum & mensurarum vsum docuit. 9.b
Cain malignus occidit fratrem suum Abelem qui iustus erat. 9.b
Cain primus reproborum exemplar. 9.b
Cain ciuitatis diaboli, & regni impiorum conditor. 10.b
Cain primus paricida, vt mundi solus cum sua posteritate esset dominus, fator, & parens 9. b. incoluit Assyriam.
Cain posteritas tota diluuio absorpta est. 20.a
Cain ne interficeretur notam habuit sibi à Deo impositam. 9.b
Cain à Lamec septimæ ætatis nepote pro fera occiditur, sub annum vitæ septingentesimum. 9.b
Cainam videtur primogenitus fuisse. 11.b
Cainam genuit Malaleel anno ætatis suæ. 7311.a.
Cainitarum, i. impiorum principes. 16 b
Cainitarum gradus gradibus Setheorum respondent. 12.a
Caiphas pontifex constitutus à Valerio Grato. 215.b
Caius, Gaius, Dalmatæus de genere Diocletiani. 29.
Rom. pontif. sacros ordines instituit. 404.a
Calanne, vrbs antiquissima. 47.b
Calarranenses milites, nigrum vestitum cum rubra gestantes cruce, oriuntur. 614.a
Calcedon conditur. 145.b
Calceos certos induit. 219.b
Calchas vates, comes expeditionis Græcorum contra Troiam. 100.a
Calcol Zarę filius. 65. a
Calcondylas Græcus auctor de gestis Turcarum. 413.b
Calendarij correctio. 772.a
Calendarium melius corrigi non potest, quàm vt vnà simul incedant menses & signa. 341.b
Caletum omnium opinione inexpugnabile Francidüce Franc. Guisiano Principe expugnatum. 759.b
Caligula Iouis idolum in templi adytum inferre decreuit. 222.a
Caligula diuinos sibi honores exhiberi mandauit. 222.a
Caligula Tiberio successit 221.a
Caliphas, Saladinus, Sultanus. 615.b
Calixtus PP. 391.b
Calixtus 1. decimus sept. Rom. pon. primus ædificauit ecclesiam in honorem B. Virginis. 392.a.b
Calixtus 2. Burgundus, 168. Rom. pontif. 597.a.b multa vtiliter constituit. 598.b
Calixtus tertius Hispanus, 217. Roma. pontif. 723.a.b
Calixtus 3. Victori in schismate succedens, sedit aliquot annos. 613.a.b
Callias sacram historicæ libertatis veritatem primus omnium prodidit. 276.a
Callimachus post phalereum bibliothecæ præfuit 291.b. octingentos libros scripsit: hymni soli superiunt. 292.a
Calmana soror & coniux Cain. 8.a
Calo Ioannes Paleologus Græcorum imperator. 704.b. 705.a
Caluinus rabula & spurius. 775.b
Caluinus ex matre pontificij sacrificuli concubina, canonicus Honiodunensis, &c. 753.b
Caluinus pro sua impudentia, vitos sanctissimos & doctissimos qui se Berengario opposuerunt, vocat imperitos, barbaros, sophistas. 576.a
Caluinus per 4. fere annos discruciatus, 9. horrẽdis morbis, petulantis & effrænatæ suæ impietatis pœnas pendens, extinctus est. 765.a
Caluini iudicium de libro Apocalypseos impium. 775. b.
Caluinianæ bestiæ infelix interitus breui expectatur: ibidem.
Caluinismus gradus est proximus ad Mahometismum. 762.a
Caluinistæ noui sacramentarij. 764 a
Caluinistæ circiter 120. Lutetiæ summo mane in ædib. cuiusdam priuati hominis via Iacobęa comprehenduntur. 758.a
Caluinistæ spectrum in Eucharistia constituentes. 763. b
Caluinitę Antichristi. 473.b
Caluinitę impij. 486.a
Caluinitæ in multis communicant cum Arianis, & aliis hæreticis. 362.a
Caluinitæ in singulis sæculis suæ perfidiæ socios habere voluerunt. 518.a
Caluinolatræ linguis barbaris & profanis barbariem in sacra solennia inducunt. 220.a
Cambyses iniustẽ iudæi pellem detraxit. 247.b
Cambyses à se lethaliter vulneratus, interiit. 249.b
Cameracum se patrocinio ducis fratris regis permittit. 780.a
Cameses inter gigantes cum Deo bellantes nominatur à poetis. 30.a
Cameses Arabum, Afrorum Mendionalium sator. 29.b
Campanas pulsari ad Eucharistiæ confectionem statuit Gregorius. 629.b
Campanus Longobardus astronomus, errorem Ptolomęi in supputatione motus lunæ animaduertit. 569.b
Candaces regina Æthiopum. 222.a
Candales Lydorum rex. 146.a. 147.b
Candelabra decem. 119.b
Petr. Canisius Iesuita. 775.b
Canon Hebræorum tertius. 202.b
Canon Hebr. secundus, editus in synodo sexta. 195.a
Canonis Missæ auctor, Gelasius. 450 a. 451.b
Canonicos regulares S. Augustini ordinis lateranensi Gelasius instituit. 4 b
Canopus, oppidum ad ostia Nili, conditum à Spartanis. 103.b
Canticum canticorum i. drama siue parabola de intima Dei vel Filij Dei cum sponsa ecclesia coniunctione. 114.a
Cantuariense concilium. 683.a
Capharnaum in finibus Zabulon & Nephthalion. 217.b
Caphtor filius Mizram. 31.a
Capis Syluius Latinorum rex. 120. 125.b
Capitolium perfectum Romæ. 242.a
Capitolium custodum negligentia exuritur. 319.b
Capitolium in saxo quadrato constructum. 266.a 267.b
Capnion linguam Græcam disseminat. 725.b
Cappadocia in prouincia redigitur. 216.a
Cappadoces, Pelistin & Caphtorin. 67.b
Cappadoces regem quàm libertatem maluerunt. 319.b
Capsarij sacrarum literarum Indæi. 167.a
Captiuitatis Babylonicæ initium. 154.b
Captiuitatis tempus fuit 70. ann. 167.a
Captiuitates tres Iudæorum. 150.a
Captiuitates tres, reditus tres. 246.a
Captiuitatis ecclesiæ ætas. 2.b
Cares mare obtinet. 143.b
Carabæ Iudæ insani. 232.b
Caranus Macedonum rex. 132.a. 135.b
Caraim, Biblici siue legistę, hæretici nulli rei fidẽ habentes, quæ non esset quinque libris Mosaicis consignata. 201.b
Carcassonem Clodouęus obsedit, in qua erat Salomonis pretiosissima supellex. 455.b
Cardinalatus multa insignia Paulus 2. excogitauit. 725.b
Cardinales Romani. 425.b. 426.a
Cardinalium nomen incipit. 573.b
Cardinales per Coryphęos videntur significari, 414.a
Cardinalium numerus, 24. non excedat. 719. a.b.
Cardinalibus pileus ruber & purpura concessa sunt, & quare. 634.b
Cardinales vt pileo vterentur roseo, & equo vectarentur Innocentius instituit. 633.b
Cardinalitium collegium 10. Monachus, Picardus ponit. 684.a
Carlinguorum, seu Caroli Magni deficit in Ludouico. 547.b
Carmelitarum ordo initium habuit in desertis Syriæ. 614.a
Carmelitarum ordo, cuius Prior in monte Carmelo erat Cyrillus. 624.a
Carmelus mons, Elię vulgatum habitaculũ. 159.b
Carmentis Nicostrata Latinis regis Italiæ mater, Latinas literas reperit. 101.b
Carneades Academicus, nihil proponebat, quod non probaret, nihil improbabant, quod non expugnaret. 291.b
Carneides Academicus ab Athenienſib. legatus Romam missus. 307.b
Carni sacerdotes instituuntur. 104.a
Carnoteñis annistes inductus carnisia interroti D. Virginis, magnam edit Normanorum stragem. 538.a
Carnutes Bellouaso duce Galliam incolunt. 328.a
Carnutes Cæsar eit adortus. Ibidem
Carnium vius ante diluuium receptus nõ fuit. 8.a
Carolomannus Austrasiæ rex, monasticæ vitæ studio adductꝰ, Socratẽ Italię monte petit. 503.b
Carolus academiam Papiensem instituit.
Carolus rex Francorum & Longobardorũ. 509.b
Carolus multi & nolentis pontificis pedes exosculatur. 508.a 509.b
Carolus Magnus Pipini iunioris filius. 501.b
Carolus Magnus triennio ante obitum testamento diuidit gazas suas in tres partes. 525.b
Carolus Magnus sibi subegit vniuersas Gallias, &c. Inter cænandum sibi historias legi curabat, &c. 515.b
Carolus Magnus Francus nouum Occidentis imperium condit. 518.b
Carolus Magnus factus est primus Imperator Occidentis. 521.a
Carolus Magnus nouum Occidentis imperium condit. 563.a
Carolus Magnus à Pipino patre in Auerniã missus, ecclesias ibi compoſuit, futuræ suæ magnitudini primum exhibens specimen, Molacenum cænebium ædificauit. 573.b
Carolus Magnus, vir honorabilis & venerandus, cultus, facundus, constans, liberalis in pauperes: tardus ad irascendum, veloxad condonandum & mitis: doctus & sapiens: cui diuinitus vitus & vox reddita fuit, cum ab aduersariis vtroque fuisset orbatus. 522.a. 523.b. 524.a
Carolus Magnus anno ætatis 72. Aquisgrani moritur. 525.b
Caroli Martelli bella cum Francis. 498.a
Carolus Martellus, Pepini secutoris è pellice filius, magister equitum, & princeps Francorum salutatur. 499.b
Carolus Martellus, palatij præfectus, Burgundiã sibi subiugat. 500.a. 501.b
Carolus 5. Franc. rex, secundum Caro Magno iussit sacra Biblia in Gallicum sermonem verti. 707.b. 709.b.
Carolus 5. regnum filio cessit, & in sacram solitudinem abiit. 757.b
Carolus 5. imperator, Hispaniarum rex. 740. 741.
Carolus 5. cognomento Sapiens, multos libros in Gallicam linguam curauit conuertendos. 706.a
Carolus 6. Franc. rex, tres flores liliorum pro insigni regum pingi instituit. 709.b. 710.a
Carolus 7. Franc. rex, regnum firmare statuit. 710.a
Carolus 7. primus tributum imposuit. 722.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carolus 9. Maximilianus Francorum rex. 760.b
Carolus 9. rex Francorum sexagesimus. 537.b
Carolus Caluus Franc. Carolomannum filium, qui abiecto habitu sacerdotali, regnare molie batur, oculis priuauit. 537.b
Carolus crassus ab optimatib. repudiatus. 543.b
Carolus Crassus Æram Christianam primus suis diplomatib sustulit. 539.b. 540.a
Carolus Pulcher fertur primus regum Francorum permisisse Papæ decimas. c 696.a
Carolus sapiens regium ærarium copiosum reliquit. 707.b.709.b
Carolus Simplex rex Franc. 544.a.b
Carolus Simplex Peronæ miseranda sorte obiit. 551. b
Carolus Simplex tulit edictum memorabile ac religione plenum contra Simoniacos. 551. b
Carolus Burgundiæ dux vltimus ad Nauciam occisus. 728.a
Carolus Lotharingus Cardinalis in cõuentu Potsiaco ministros luculenta oratione vicit, & vniuerso conuentui piaculares reddidit. 777.b
Caropes Æschyli filius, primus Athen. decẽnalis princeps 141.a
Iacobus Carpentarius, professor & medicus regius, antiquæ philosophiæ assertor, tabe trimestri ex hac vita decessit. 776.a
Carpetus Sylanus rex Latinorum. 125.a.126.b
Carpocratiani hæretici. 386.a
Carræ Mesopotamiæ Abraham discessit. 44.3
Carræ in Mesopotamia, vrbs antiquissima. 47 b
Carris Mesopotamiæ vrbs, & tasficæde nobilis 42.a
Carta vrbs, 90. medicũ, cartago, media vrbs. 130.a
Caritha vox Syriaca, vrbem sonans, vnde Carthago à Tyrio condita. 100.a
Carthaginense Arianorum concilium. 448.a
Carthaginense concilium I. 418.b
Carthaginense concilii 2. confirmatum in Trullo: item tertium & quartum 431.a.432.b
Carthaginitria concilia celebrantur. 399.a.397.a
Carthaginis vocabulum Syriacum est. 85.b
Carthago 50. annis condita ante Troiam captam. 129.b
Carthago ab Elisa Didone condita ante Romam 72. ann. 130.a
Carthago penitus excisa est in bello Punico. 310 a per decem & septem dies arsit. ibidem.
Carthusiensium ordo confirmatus ab Alexandro. 612. a
Carthusiensium ordo ann. 1084. sumit initium à S. Brunone Colonien si Theologo, canonico Rhemensi, qui propter quandam apparitionem mortus valedixerat mundo. 585.b
Cassium de genere Mizraim. 33.b
Casseli, vrbs Hyberniæ insulæ. 615.b
Cassandra Sibylla, quæ & Θεσπρωτίς. 100.a
Cassander rex 1. post Alexandr. 431.a
Cassianus & Eugrius monachi. 435.b
Cassiodorus monachus ex senatore. 451.b
Cassius Long. præses Syriæ. 224.a. 225.b
Cassius vnus ex coniuratis in Syriam veniens, quatuor auri modios à Iudæis exegit. 207.b
Petrus Castellanus Francisci regis anagnostes. 745.b
Cataphrygum hæresis. 388.a
Catharina Senensis. 706.a.707.b
Catharina ex iumore Laurentio Medice, nepus pontificis desponde tur Henrico Valesio. 746 a
Catharina regum Hispaniæ Ferdinandi filia, regi Arcturo Angliæ per verba de præsenti desponsata, eodem abeque liberis defuncto, nupsit Henrico 8. matri. tratri, ex quo Mariam genuit. 748.a
Cathalaunense concilium. 595.a
Catholica Ecclesia 371. b
Catholici cognomentum retulit Philippus Valesius. 700.a
Catharorum, siue Nouatianorum hæresis. 397.b
Cathari siue cataphryges hæretici, se mundos asserentes, cæteros immundos & hæreticos. 614.a
Catilinariæ coniurationis primordia. 326.a
Cato Maior orator, septem libros Originum scripsit. 302.a
Cato Maior obiit. 310.a
M. Porcius cato. ibid.
M. cato ex nouo homine factus consul: se virtute non genere populo commendauit. 303.b
M. Portius cato duplicis quartanæ tædio seipsum interemit. 215.a
Caucasus mons in Asia. 25 b
Caudas habere homines in locis quibusdam. 471.b
Causidici, fori tabulę, sunt litium pabula. 706.a
Cazimirus Polonorum rex Theutonicis totam Prussiam ademit. 714 a
Cechi lingua Slauonica Boëmi dicunt. 463.b
Cecrops primus Athenien sium rex. 76 a
Cecrops Ægyptius primus Athenien sium rex. 85.b.86.b
Celestinus siue celestius campanus, 45. Rom. pontif. 440.a.b
Celestinus 2. Tuscus, 171. Rom. pont. 603.a.b 604.a
Celestinus 2. in schismate à quibusdam cardinalib. eligitur. 600.b
Celestinus 3 Romanus, 181. Rom. pontif. 631.a.b
Celestinus 4. Anaguinus, 185. Rom. pontif 631.a.b
Celestinus 5. Esernien sis, 198. Rom. pontif. edixit ne deinceps pontifices & cardinales vehentur equis & mulis, sed asinis, Christi exemplo 685.a.b. persuasus est vt pontificatum resignaret.
Censorinus de die Natali. 395.b
Censores Romæ artem ludicram, & ludum talarium remouent. 315.b
Censorium nomen triste, seuerumque censorum munus. 325.b
Censu hominum Romæ habito, inuenta sunt ducenta septuaginta millia. 294.a
Centauri siue Thessali cum Lapithis bellum gerunt. 100.b
Centenariæ militum turmæ. 720.a
Centesimæ vectigal. 687.b
Centesimę onus vrbi & Italiæ impositum. 345 b
Centuriatorum antesignanus Matthias Flaccus Illyricus. 761.b
Centuriatorum impostura. 388.a
Centuriatorum impietas. 389. b
Centuriatores vident & intelligant se ab omnibus, esse damnandos. 600.a
Centuriatorum error. 477.b. 478.a
Centuriatores antiquitatis ignari. 475.b
Centuriatores scribunt Ecclesiam Romanam ab omnibus aliis pro matrice & radice catholicæ Ecclesiæ esse agnoscendam. 402.a
Cephrenes Ægyptiorum rex. 133.b
Ceraunij montes Ararat. 24.a
Κεραυνοβόλος fulminis iaculatrix, legio Christiana vocabatur. 232.a
Cerdon hæreticus. 384.a
Ceremonialia præcepta sunt duorum generum. 75.b.
Ceres cęli filia, segetum vsum monstrat Græcis, vnde alma ceres. 94. a
Cerutorum more Sardensis quidam diu vixit. 615.b
Cetura vxor Abrahę, concubina. 57 b
Cetura Abrahæ vxor vsuaria. 46. a concubina.
Chaldæorum monarchia aurea. 235. a.b
Chaldæorum disciplinæ. 6.a
Chaldæi libros sacros Ierosolymis inuctos comburunt. 238.a
Chale, in Assyria vrbs antiquissi. 47.b
Cham execuisse testiculos patri, ne deinceps liberos procrearet. 29. b
Cham destitutus est paterna benedictione. 28.a
Chanaan maledictus, non Cham. 28.a
Chanaan Sidoniorum, Hethęorum, Iebusæorum, Amorræorum, &c. fator. 32.b
Caracte Hebræus, Aratæus, Assyrius. 190 a
Chasiu filius Mizraim. 31.a
Chebron rex Ægypti. 85.a
Chebron Ægyptiorum rex. 76.b
Cheopes Ægyptiorum rex. 129.a
Cherades, strumæ, glandulæ quædam induratæ. 636.a
Chœrebus primus Athenis Figulinam inuenit. 95.b
Cheme Ægypti rex. 95.a.96.b
Childebertus Parisiorum rex. 464.a
Childericus Francorum rex in monasterium trusus. 503.b
Childericus primus rex Francię creatus est. 446. a b
Chiron Saturni filius, centaurus equiss. medicus & musicus, herbariam & medicamentariam reperit. 97.b
Chirurgi à Medicorum schola Lutetiæ desciunt. 777.b
Chodorlaomer Elamitarum rex. 47.b
Choleticum collegium à Io. Choleto instituitur. 684.a
Renatus Chopinus, summus nostræ ętatis iurisconsultus. 779.b
Chorepiscopi, siue coadiutores Petri Linus & Cletus. 374.a
Chorepiscopos sustulit Damasus, suffraganeos, episcopos portatiles vocant. 426.a
Chorus in duo diuisus. 422.a
ratio in duos Choros, diuisa, ab Ignatio orta. 377.b
Christophorus martyr. 405.b
Christum natum, circuncisum, baptizatum Paschæ tempore. 211. b
Christus sexto die conceptus est & passus. 4.a
Christus puer in templo cum sapientibus de lege Dei subtiliter disputat. 215.b
Christi natiuitatis die mandauit Augustus, ne quis dominum se vocaret. 365.b
Christum ortum esse manifestationem sui Tiberij anno decimo quinto, decimo octauo pro nobis mortuum. 217.b
Christus trigesimum annum incipiens 8. Idus Ianuarias à Ioanne baptizatus est. 216.a
Christus vix ingressus trigesimum primum prædicare cœpit 216. a. in biennium integrum & aliquot mẽses. passus est 25. Martij. Ibidem
Christus ante prædicationis munus vixit communi vita, declarans se verum esse hominem, aliis prorsus similem: fabrilia opera faciebat, vt aratra & iuga, iustitię signa docens & vitam negotiosam εὐεργετικὸν vt vitam operatiam & actuosam commendaret, otium vero taxaret. 216.a
Christus trigesimo ineunte, nihil concionatus, sed tantum baptizatus est, ieiunauit, testimoniis multis Ioannis illustratus est, sui notitiã exhibuit, & societatem primis discipulis, vt Andreæ, Petro, Philippo, Nathanaeli. Ibidem.a
Christus ineunte trigesimo primo, octauo Idus Ianuar. ad nuptias canam Galilææ adiit: inde Ierosolimam ad Pascha, vbi flagris è templo profanos eiecit: in Iudęa morans baptizauit per discipulos: è qua digressus per Samariam transit: Samaritana conuertit, in Galilęam reuertitur, filium Reguli sanat, & sic secundum signum in Galilęa fecit, &c. Ibidem
Christus trigesimo secundo ineunte, in Iudęa Paschalis secundi tẽpus traducit: posthac Hierosolyma fere abitinet, & per Galilæam concionatur: deinde relicta ciuitate Nazareth, habitauit in capharnaum: atque hic incipiunt Euangelistæ tres, Math. &c. res Christi vnius anni propriè describunt. 217.b
Christus certo die celebrauit Pascha, sub finem diei Iouis, inchoante die Veneris, quo quidem passus est, tanquam vero & solenni Paschæ festo. 221.b
Christus natus est anno 33. Herodis, post Hirtium & Pansam extremos consules, anno 42. Augusti Cęsaris, qui iam templum Iouis clauserat, & orbem pacarat. 211.b
Christus mense mattio de cruce pependit. L.a
Christus Iesus pontifex maximus & ęternus vixit ann. 32. menses tres, dies decem 364. a. b. eius Natiuitas. 364.a
Christus anno ętatis 33. ineunte, Ierosolymam ad Pascha tertium ex instituto contendit, atque honorificè à plebe obuiam currente receptus: vnde secuta est mors, resurrectio, ascensio. 217.b
Christus patitur anno vrbis 784. Olympiade 202. desinente mundi 4121. luna soli opposita, die veneris, festo paschæ 218.a. communis sententia est, passum esse 25. Martij Ibidem
Christum verum esse Regem Iudæorum & gentilium. 206.a
Christi nomen ethnicis non fuit ignotum. 232
Christi typus, Abelis sacrificia. 8.a
Christi principes ministri & vicarij visibilem Ecclesiæ vnitatem constituentes. 366.b
Christus, participis nomine, in Alcorano intelligitur. 472.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum diuinitatis consortem, participem, Dei Filium, Deum de Deo nos Christiani profitemur. ibidem
Christus pacis princeps, 18. Tiberij crucifixus est. 347.a.b.
Christi Euangelium secundum & vltimum remedium aduersus peccatum vbique regnans. ibid.
Christi imaginem fusilem Iulian. apost. euertit. 423.b
Christus pacis auctor nascitur. 214.a
Christus prophetarum numen. 222.a
Christus pacem nobis attulit. 344.a
Christus, benedictum semen, post peccatum promittitur. 7.b
Sub Christo omnia fore reuocanda ad primam simplicitatem. 8.a
Christianorum ecclesia anteuertit Iudæorum captiuitatem. 229.b
Christiani, discipuli, fratres, Galilæi, Iessæi, Nazaræi, ἱρέται, θεραπευταὶ. 224.a
Christianorum prima persecutio fæuit vsque ad Neronis mortem. 226.a
Christianarum rerum cur sit stupendum silentium apud ethnicos. 81.b
Christiani nullo vnquam maiore triumpho vicerunt, quàm cùm decem annorum stragib. vinci non potuerunt. 405.b
Christiani Romani incendij insimulati miseris mortib. Infontes conficiuntur. 367.b
Christophorus 1. Romanus, 122. Rom. pontif. 548.a.b
Christophorus martyr. 405.b
Christophorus Thuanus, primus senatus Parisiẽsis præses, doctus, diligens, plebicola cleri amans, ætatis 75 integris adhuc dentib. oculis sanis, perspicillo rũ nescius è corpore migrat. 783.b
Chrysippus discipulus Cleantis. 274.a
Chrysippus Stoicus plura scripsit, quàm cæteri possent legere. 291.b
Emanuel Chrysoloras Byzantinus Græcas literas in Italiã reduxit. 711.b
Chrysoloras primus literas Græcas Florentiam attulit. 742.a
Chrysostomus per sex annos Constantinopolitanam rexit sedem. 426.a 430.b
Chrysostomus fit episcopus. 362.b
pro Chrysost. missa dari paucos denarios. 774.a
Chus filius Cham. 30.b
Chus Æthiopum sator. ibid.
Chus Æthiopum pater. 29.b
Chus primogenitus nigerrimus. 28.a
Dauid Chytræus Lutheranus. 768.b.773.b
Cicero nascitur. 316.a
Cicero in Bruto de annis numerandis. 348.a
Cicero Gracili erat corpore & infirmo, collo procero, & tenui 311.b. nulla dona aut munera accipiens, rex fori cuasit. 316.a
Cicero consul à Catilinæ coniuratione remp. liberauit. 206.a
Cicero consul suo consilio & eloquentia efficit, ne lex agraria promulgaretur. 316.a
Cicero multos libros philosophicos edidit. 332.a
Cicero in libr. de natura deorum seipsum superauit, Deo prouidente, vt idololatria per suos cultores oppugnaretur, quæ mox per Christum expugnanda esset. 332.a
Cicero interficitur. 209.b.
Cicero exulans in Macedoniam se confert: 20. hominum millia vestem mutarunt, rostra ingemuerunt, forum obmutuit. 327.b
Ciceronis caput cum manu dextra, rostris positũ à Põpilio, quem Cicero olim è cruce eripuerat. 337.b
Ciceronis filius consul fuit. 341.b
Cimbricum bellum. 314.a.315.b.316.a
Cimbri gens vaga populabundi in Illyricum venerunt. 315.b
Cinna, Marius Sertorius, Carbo, cum suis exercitibus in vrbem recepti 320.a. eam veluti captã, cædibus & rapinis vastarunt. 320.a
Cinneret mare. 47.b
Cynyras rex Cyreriarem, musices studiosus. 96.a
Circe veneficia per incantationes & pocula, socios Vlyssis mutauit in beluas diuersas. 103.b
Circumcisio in fœdus instituitur 46.a. anteà patres erant incircuncisi.
Circumcisionis sacramentũ Abrahã suscipit. 44.a
Circumcisionem recipiunt Æthiopes & Phœnices. 125.b
Cirtense concilium contra Donatistas. 437.a
Cirtense concilium in Numidia, de absoluendis reis proditorum gentilibus SS. librorum. 409.a
Cisterciense concilium. 613.a
Cisterc. ordo excitatus in Burgundia. 587.589.b
Cittin filius Iauan. 31.b
Ciuile bellum Cæsaris. 330.b.331.a
S. Clara conciuib. D. Francisci. 628.a
Clareualense cœnobium construitur. 595.b
Claromontense concilium. 613.a.601.a
Claromontense concilium in Aruernia. 589.a
Claues soli Petro commissas. 402.a
Claues ecclesiæ, Absolutio. 623.b
Clauum annalem idibus septembris figebant. 2.a
Claudius Cæsar. 223.a.224.b.225.a
Claudius primus imperium mercatus est. 372.a
Iudæos Roma pellit. 373.b
Claudius Sanctius Ebroicensis episcopus. 755.b
Claudius Spencæus Theologus polygraphus, semper se ab hæreticorum furiis alienissimum ostendit. 748.a
Cleander Patareus Syracusanorum regni conditor. 244.b
Cleanthes discipulus Zenonis & successor. 274.a
Clemens fuit è 70. discipulis, multa scripsit. 376.a
Clemens Romanus à Petro conuersus, factus est comes peregrinationum illius. libros historiarũ scripsit. 222.a
Clementis epistola ad Iacobum fratrem Domini, Ierosolymorũ episcopum, non apostolũ. 225.b
Clemens 2. Saxo, 155. Rom. pontif. 575.a.b
Clemens 3. Romanus, 180. Rom. pont. 620.a.b
fui acer castigator.
Clemens 3. sedit 17. ann. 586.b
Cletus 3. Rom. pontif. 375.a.b
Clemens 4. Rom. pontifex. 376.a.b
Clemens 4. Narbonensis, 289. Rom. pont. vir sanctus. 639.a.b
Clemens 5. Burdegalẽsis, 201. Rom. põtif. 691.a.b
Clemẽs 6 Lemouicẽsis, 204. Rom. põtif. 700.a.b
Clemens 7. Florentinus familia Medicea, 227 Rom. pont. 742.a.b
Clemens 7. Arelatensis pseudopapa, sedit Auinione

nione contra Vrbanum. 709.a.710.b
Clemens 8. Hispanus, in Antipapam, creatus est. 718.b
Clementis constitutiones apostolicæ. 376.a
Clementinæ constitutiones. 691.b.692.a
Clemens Alexandrinus successit Panteno. 387.b
Clemens Ancyranus. 405.b
Cleomenes Lacedæmoniorum rex. 242.b.295.b
Cleopatra Ægypti regina. 209.a
Cleopatra regnum inuadit, ab Alexandro filio interficitur. 314.a
Cleopatra voluptaria morte per sibi ipsi admotas aspides interiit. 339.b
Cleopatra regina Ægypti à Cæsare constituta. 331. sibi mortem conscisuit cum Antonio
Clisthenes Athenis exulans, Sicyoniorum tyrannus efficitur. 248.a
Clodius trib. pl. Ciceronẽ vrbe pellit, domo eius incensa, area Libertati consecrata, bonis publicatis, &c. 327.b
Clodius Francorum rex. 440.a
Clodomerus Francorum dux. 370.b
Clodomerus Francorum rex. 418.a
Clodouæus primus ducum Francorum fit Christianus, baptizatur à S. Remigio 452.a. ab eodẽ inungitur oleo. 455.b. & deinceps.
Clodouæus 2. Francorum rex, aurum & argentũ à Dagoberto incrustatum tecto D. Dionysij auferens, prætextu famis, sibi quidem insaniam ac miseram mortem, posteris verò perpetuas calamitates vsque ad regni amissionem imputauit. 581.b
Clotharius Saxones domat. 464.a
Cluniacense cœnobium à Vuarino Matisconsi conditum. 529.b
Codrus Melanthi filius. 108.a
Cœmeterium consecrat vxori suæ Abraham prope Hebron. 44.a
Cœmeterium D. Innocentij Philippus extruxit 621.b
Cœmeteria Christianorum. 399.b
Cognationis gradus matrimonium non prohibebant. 5.b
Cœnam lingua Hebræa, nõ vulgari Syriaca Christus celebrauit. 210.a
Cœnam veterem non celebrauit, neque nouam instituit. 213.b
Cœnam Christus instituit pridie quàm pateretur. 219.b
Cœnaculum magnum, στρωμνὸν, stromatibus ornamentum. 219.b
Cœnus Macedonum rex. 135.a
Collatio de religione, Despina & Roserius, ministri: cum Simone Vigoreo & Claudio Sancio, Parisiensib. Theologis. 766.a
Collectæ ecclesiasticę à Gelasio cõcinnatæ. 451.b
Collegiatarum ecclesiarum auctor fuit Origines. 397.b
Collegium Quæstorum à Guilielmo de Saana ecclesiæ Rhotomagensis Thesaurario Lutetiæ conditur. 680.a
Collegia 54. Lutetiæ existunt. 778.a
Collegia septem erant in monte Sion in quibus diuinę literę legebantur præcipuè, 269.b
Colloquium Possiacum inter Catholicos & Euãgelicos institutum fuit à rege, sed sine profectu dissoluitur. 762.a
Colonia Ionica. 124.a
Colonense concilium. 537.a.597.a
Colonense concilium sub Adolpho. 639.a
Colonense concilium, prouinciale. 748.b.750.b
Colonẽsis archiepiscopus exauctoratus est. 785.b
Colophonia Sibylla cognomento λάμπτρα nepti Calchantis vatis. 100.a
S. Columbanus Scotus. 478.a
Columbus Genuensis nouas terras aperuit. 729.b
Columnæ coctiles, i. lapides coctiles. 6.a
Columnæ duę, vna ahenea, vel lapidea contra aquæ eluuiones: altera laterития ignis conflagrationes. 11.b
Comites maioris dignitatis esse quàm Duces. 484.a
Petr. Tricensis, Comestor, auctor scholasticæ historiæ, 615.b
Commodus persecutus est Christianos, ideo miserrimè periit. 385.b
Commodus improbitate sua de medio sublatus est. 388.a
Commodus hostis deorum hostis senatus. 390.a
Communio omnium fidelium atque temporum. 600.a
Communionis sacramentum Eucharistiæ symbolum. 44.a.45.b
Comneri fratres inter se partiti sunt imperium. 586.a
Conceptionis & Visitationis festa confirmata. 685.b
Conchæ decem ad lauandos sacerdotes. 120.a
Concilia quatuor ab Apostolis celebrata. 372.a
Concilij generalis supra Papam. 376.a
Concilium primum Hierosolymitanum. 371.a. celebratum anno quarto post Ascension. ibid.
Concilium secundum in Æthiopia celebratum. 372.a.b
Concilium tertium 25. anno post Ascensionem ibidem.
Concilium Hierosol. octauum de loco, in quo Christus nasceretur. 213.a
Concilium nouum generale, & primum apud Latinos æcumenicum Lateranense, 900. passum 597.a
Concilium generale vndecimum. 614.b
Concilium duodecimum œcumenicum Lateranense. 625.a
Concilium 13. vniuersale, Lugdunense. 634.b
Concilii 14. generale, Lugdunense secundũ. 681.a
Concilium decimum quintum generale, Viennense. 692.b
Concilium decimum sextum vniuersale, concilium Constantiense in Germania. 716.b
Concilium decimum septimum generale, Basiliense. 719.a
Concilium decimum octauum œcumenicum Florentinum. 720.b
Concilium 19. vniuersale, Lateranense. 736.b
Concilii vigesimũ generale, Tridentinũ. 748.b
Concilium Cæsarience, primum post Apostolos de die Paschali. 390.b
Cõcilium Cęsarienſe primũ post Apostolos. 361.a
Concilium vniuersale Lateranens. 602.b
Cõciliũ Neocæsarienſe cõfirmatũ in Trullo. 411.a
Concilium Nicenum primum vniuersale, pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinitate Christi. 414.b
Concilium Romanum 300.episcoporum contra Marcellinum. 406.b
Concordantiæ maiores opera Hugonis Cardinalis collectæ. 633.b.634.a
Concordata cum rege Francisco. 737.b. Mysterium iniquitatis,quo perditam ecclesiam Gallicanam cernimus : hinc regni pestis , pernicies &c 740.a
Concordia discors, quam Lutherani frustrà cum aliis sectariis inire conantur. 383.b
Concubinæ erant ancillæ,quæ cum viro sine legitimis ceremoniis conuenerant. 57.b
Concubinæ,i.matronæ, vxores vsuariæ , & thori consortes : non propriæ vxores, neque matres familias. 46.a
Condæus princeps in Iarnacensi conflictu interficitur. 770.a
Confessio vt diceretur in principio Missæ instituit Damasus. 425.b
Confessio publica in priuatam conuersa 430. b. Sufficit reatus solis sacerdotibus indicare, confessione secreta.
Confessio priuata primùm , post publicabatur à sacerdote. 442.a
Confirmatio & alia sacramenta. 623.a
Congius vini. 221.b
Cõiugij institutio fuit in paradiso voluptatis. 7.b
Coniuratio Catilinę Ciceronis industria oppressa. 526.a
Connubium esse incestum , quod sacerdos nũn consecrasset, aut parétes nõ approbassent. 380.a
Conon,siue Cuno, Thrax, 85. Rom. pontif. ob vitæ probitatem dictus Angelicus , sacris ędibus legauit pecuniã quã coacernauerat. 491.a.b
Conon Apostolicæ sedis legatus , tria concilia in Galliis celebrat. 595.a
Coponius procurator Iudææ primus ab Augusto missus. 215.b
Conradus primus Imperator Germanus. 549.b
Conradus 3.dux Alemaniæ in regem Romanorum eligitur. 603.b
Conradus Colonienſis archiepiscopus maioris ecclesiæ fundamenta iacit. 634.a
Constantiense concilium. 574.b
Constantini Magni conuersio. 361.b
Constantinus ann.Dom.312.se Christianum profiteretur. 410.a
Constantinus Magnus, Maxentio tincto , Christianum se apertè professus est. 412.a
Constantinus cum Licinio & Maximino imperauit annos sex,26.solus. 417.b
Constantinum baptizauit Siluester. 412.a
Constantinus Siluestro & eius successoribus dono dedit Romam, & omnia imperatoria ornamenta. 413.b.& 415.b.
Constantinum Magnum , indictionum suarum initium posuisse.23.die Septembris. 368.a
Constantinus Magnus Christum professus , tenens frænũ equi Siluestris, stratoris officio functus 369.b
Constantinus quamuis tantus esset non tamen canũ,paganorũ linguas effugere nõ potuit. 415.b
Constantinus Syrus,90. Rom.pont. 496.a.b
Constantinus 2.contra canones electus,sedit ann. 1.dies 24.inter pontifices numeratur. 517.a
Constantinus à matre Eirene oculis & imperio orbatur. 523.b
Constantius Constantini magni pater ann.Dom. 300.Cæsar est constitutus. 361.a
Constantius Constãtini Magni pater,anno Christi 300.Cæsar est institutus,ardenti Diocletiani persecutione,& Rom.sede vacante. 409.410.a
Constantinopoli Alexander primus patriarcha. 412.a
Cõstantinopoli esse 20.Christianorũ tẽpla. 774.a
Constantinopolitana ecclesia à Romana palam discedit. 535.b
Constantinopolitanum 2.generale quintum concilium. 559.a
Constantinopolitanæ synodi duæ contra Chrysostomum, 437.a
Constantinopolitanum 3. sextum generale concilium. 489.a
Constantinopolitanum concilium 1. & 2. prouinciale aduersus Anthemium,&c. 536.b
Constantinopolitanus patriarcha & Rom.pontifex contendunt de primatu sedis. 476.a
Constantinopolitanum œcumenicum concilii, cuius acta non fuerunt publicata. 462.a
Constãtinopolitanus Patriarcha vniuersalis, quòd cæteris sit dignior, primum post Papa habens locum. 543.b
Constantinopolitanum 4. octauum vniuersale concilium. 537.a
Constantinopolitanus patriarcha primus , Andreas Apostolus. 773.b
Consuetudo vetus in re ignota,neque vnquam à veteribus vsurpata,retinenda. 80.a
Consules omnia iura , omniaque regum insignia habuerunt, alter alteri per singulos menses , fasces ac secures concedebant. 241.b
Consulatum Bruti primum fuisse nouem mensiũ aiunt,alij sexdecim. 348.a
Consuendi artificium ab Adamo & Heua monstratur. 8.a
Consyngos Nicomedis vxor à canibus laceratur propter lasciuiores cum viro iocos. 292.a
Continuatio religionis & doctrinæ. 70.a
Coponius procurator Iudææ. 214.a
Corax & Tisias primi rhetoricam excitant. 248.a
Coraces Sicyoniorum rex. 105.a
Corbona,sacer thesaurus. 221.b
Corduba oppidum à Marcello conditum. 309.b
Core tres filij. 74.a
Corinthus secundò conditur. 108.a
Corinthus à Rom.incensa. 310.a
Coriolanus exilio damnatus. 243.b
Cornelius Celsus. 377.b
Cornelius Gallus Foroiulienſis poëta, qui se postea interemit. 346.a
Cornelius Romanus,22.Rom. pontif. à Decio crudelissimè necatur. 396.a.b
Cornelius Tacitꝰ Epicureus historiã scripsit.380.a
Corpora diaphana siue pellucida. 19.b
ne Corrumpas Tituli inscriptionem. 220.a
Corruptelam temporum ante diluuium indicat Christus,in diebus Noë erant comedentes & bibentes, &c. 20.a
Coruinus Ilienſis poëta, Palamedis discip. 123.b
Coruus celebriter sepelitur Romę. 231.b
Cosmas & Damianus martyres. 405.b

Cosmographus orbis terrarum, Plato Minor dictus. 295.b
Cosroe Persa grauissimè Christianos affligit. 452.a.465.b.
Costa vna mulieres vsq; hodie viros superãt. 4.b.
Cotys Getarũ rex, literis & poesi excultus. 346.a
Cozras Hebræus chronographus. 5.b
Cracouiensis academia instituta. 710.a
Cozras Hebræus chronographus. 5.b
Crassus in Syria imperans. 206.b
Crassus templum spoliat,ablatis 60 auri modus, i duo talentorum millia 207.à Parthis trucidatur, ac liquato in os eius auro , sui sacrilegij pœnas exoluit, ibid.
Crates Stoicus, Polemonis successor,Homericus dictus. 304.a
Cratip snd Stoicus. 332.a
Cremonia in Italia conditur. 268.a
Cres filius Demogorgonis 671.b. ab hoc Creta dicta est.
Crescens Viennæ. 226.a
Crescens à D.Petro ordinatus Galliæ episcopus. 375.b376.a
Crescentius Numentanus Romam occupat , in Hetruriam põtificem secedere cogit. 562.a
Cretense concilium in Francia. 600.b
Creticum bellum. 325.b
Criassus Argiuorum rex. 95.a
Crœsus Lydorum rex. 137.b
Crœsus primus Græcos Asiæ tributarios fecit 144.a.Lydorum rex. 244.b.246.a
Crotopus rex Argiuorum. 39.a
Cruciada expeditio qua à Leone 10.remissio omnium peccatorum promulgabatur iis , qui iura bona in expeditione Turcicã erogarent. 737.b
Cruciferorum ordo oritur. 621.b
Crucifixi imago a quodam lapidibus per indignationem icta emisit sanguinem. 758.a
Crux Christi præcipuum nostræ salutis instrumentum. 19.b
Crucis signum in militaria vexilla Constantinus transformat. 414.a
Crucis Dominicæ magna portio in basilica Constantiniana. 491.b
Crucem sanctam à Balduino Venetis pigneratam, D.Ludouicus redemit , & Lutetiam tanquam regni Palladinum importauit. 482.a
Crucis symbolum,arcus cælestis. 27.b
Crucis exaltatio , inuentio. 416.a
Crucis titulus in basilica S.Crucis cum triplici lingua, Iesus Nazarenus Re. cætera deficiunt inuentus. 728.a
Crucis Dominicæ partẽ cum spongia , & lancea & ferro D.Ludouicus à Venetis redimit. 632.a
Crucis exaltationis festũ 14. die Septembr.480. a
Crucis adorationem nudis pedibus feria 6. Passionis D.Gregorius ordinauit. 469.b
Crucẽ Gregoti⁹ 9.prædicat cõtra hæreticos. 630.b
Crucis Dominicæ lignum ex Caluaria in Persidẽ Cozroe transtulit. 478.a
Crucis signum Ludouicus ad Cheradum curationem primus adhibuit. 636.a
Ctesias medicus scribit de rebus Persicis. 265.b
Cubiti arcæ quomodo sumendi sunt. 19.b
Cubiti arcæ quomodo sumendi sunt. ibid.
Bubiti sacri communibus duplo maiores.
Cubiti geometrici nomen partibus vsualibus maiores. ibidem.
Cumana Sibylla nouem libros de fatis populi Rom. Tarquinio Superbo emendos contulit. 168.a
Cumæa Sibylla 100.a.mater Euandri,cuius carmina Iulianus apostata combussit. 100.a
C.Curatius tribunus pl. coss. in vincula coniecit. 311.b
Curetes vnde dicti. 69.b
Curetes & Corymbantes Gnossam condunt.92.a
Corionum sacra Romulus instituit. 137.b
Curio consul Romanus Dardanos in Macedonia vicit. 206.a
Curricula militaria,seu equestres ludi atque palestrici, Torneamenta vocant. 552.a
Cuspius Fadus 4. Iudææ prætor. 224.a
Custodia Sepulchri Christi octo Franciscanis à Sultano committitur. 699.b
Cutthæi,i. Samaritani. 193.b
Cutthæi in Samariam translati. 163.a
Cyaxares Medorum rex. 148.b.149.a
Cyaxares fortitudine & magnitudine Herculem superauit. 235.b
Cyrenæ in Libya extruuntur. 89.b
Cyrenarum regnum incipit. 239.b
Cyrenaicum regnum. 135.b
Cyprianus nouissimè martyrio coronatus. 402.a
Cyprianus truncatur capite sub Valeriano. 398.a
Cyprus à Turcis capitur. 770.a.771.b
Cyprij maris imperium consequuntur. 131.b
Cypselus Corinthiorum tyrannus. 148.a
Cyrillus Hierosolymis patriarcha. 426.b.427.b
Cyrinus,vel Quirinus præses siue proconsul Syriæ. 214.b.215.b
Cyrus gener Darij rex Persarum successit Medo vnumque è duabus imperium facit. 245.b
Cyrus Cyaxaris nepos. 152.a
Cyrus Medorum rex. 234.b
Cyrus Imperator. 187.a
Cyrus Persa à Daniele Dei notitia tinctus. 242.a. 243.b
Cyrus post Troianũ bellũ plus minus .700. ann. floruit: ante quem nihil certò tenent Græci.81.b
Cyrus optimus & pientissimus princeps, Dei ecclesiam ab Assyriis primùm deinde à Chaldæis miserè afflictam recreauit. 248.a
Cyri iunioris ἀναβασις. 264.a
Cyrus Xenophontis ad iusti & legitimi imperij imaginem scriptus 248.a. optimus & pientissimus princeps. ibidem.
Cyrus vltimus Alexandriæ patriarcha. 481.b

D

Dadan filius Reginæ. 32.a
Dædalus fabricam materiarũ inuenit. 98.a
Dæmon ad fallendum apud gentes loquebatur per statuas. 4.a
Nicolaa Dæmoniaca porrectione Eucharistiæ liberatur. 764.a
Dagobertus Iudęos regno ex pulit, vel ad fidem adegit. 480.a
Dagobertus templum S.Dionysij solido argento texit corporibꝰ sãctorũ triũ ibi collocatis.482.a
Dagon simulachrum. 103.b
Damascenus historicus. 332.a
Damascenus ager vnde dictus 9.b.quasi damme sec sanguinis mixtio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Damascus ab Abrahæ seruo conditur. 44.a
Damasus Constantinum vidit, de eius donatione scripsit. 412.a
Damasus Lusitanus, 39. Rom. pontif. 425.a.b. multa scripsit.
Damasus 2. Bauarus, 156. Rom. pontif. 575.a.b
Damianus martyr. 405.b
Damuillæum collegium, à Io. Damuille. 707.b
Danaus Mycenarum rex. 96.a
Danaus Ægypti siue Remesis frater. 100.a
Petr. Danesius Parisiensis, Græcè linguæ professor. 745.b
Petr. Danesius Parisiensis, professorũ regiorũ primus, anno ætatis 80. obdormiuit in Domino. 778.a
Dania ab ethone subiungata, & ad fidem plenius cõuersa, in tres episcopatus diuiditur. 555.b
Daniel anno 15. ætatis ductus est Babylonem, diu vixit 151.b prædixit futurum statum ecclesiæ à suo tempore ad extremum mundi. decem visiones. ibidem.
Danielis hebdomades. 350.b
Daniel quinque Monarchas Dei notitia tinxit. 243.b. 244.a
Danielis ordo & summa. 253.b
Daniel cum sociis abstinet à cibis gentilium, leguminibus contentus. 166.a
Daniel relatus in numerũ sapientũ regiorũ. 238.b
Danielem præfuisse synagogæ magnæ. 184.a
Danielem vixisse sub Romana tempora. 235.b
Dara Zaræ filius. 65.a
Daphnis grammaticus seruus trib. millib. & septingentis sestertiis venditur. 308.a
Dardanus mysteria matris Deum ostendit. 96.a
Datissus Lacedæmoniorum rex. 125.b
Darius Medus à Daniele Dei notitia tinctus. 243.b. 244.a
Darius filius Assueri de semine Medorum 234.b. Medorum rex. ibid.
Darius Hydaspis filius. 247.b
Darius omnibus modis Iudæis fauet. 259.b. 260.a
Darius foris rex, Xerxes siue Assuerus domi, Esther duxit in vxorem. 250.a
Darius Codomanus, vltimus Persarum rex. 292.b
Darius Codomanus, Arsami filius, quem vicit Alexander. 267.a.b
Darius Longimanus Artaxerxes. 258.b
Darius Longimanus, Esther filius. 258.a
Darius Longimanus Persarum imperator. 190.b 191.a
Darius Nothus. 264.a
Dauid, forma veri principis. 111.b
Dauid rex fuit liberator, qui Palæstinos demum subegit. 101.b
Dauid metu Saulis duodecies sedes mutauit. 107.b
Dauid rex vnctus fuit 109.a. multa bella gessit propere 109.b. populum recensuit.
Dauid Odas, hymnos, psalmos, & cantica omnis generis condidit vario metro. 109.a
Dauid optimus erat citharœdus 107.b. regis Saülis armiger factus. ibidem
Dauid Goliath gigantem funda interfecit. 107.b
Dauidi Saül filiam suã maiorem Merob promiserat, quam tamen alteri collocauit. ibidem
Dauid amplius se non committit. ibidem
Dauid imperauit an. 40. regum primus post Saülem. 109.b
Dauid scripsit sequentia Samuëlis vsque ad calcem. 106.a
Dauid lyricis Græcorum antiquior est. 114.a
Dauidicum regnum annis 475. stetisse. 153.b
Debir, secretior pars templi, in qua erat propitiatorium. 130.a
Debora pristinum statum reddidit. 93.b
Decem oratores. 265.b
Decem tribuum tres captiuitates fuerunt, sicut & duarum. 163.b
Decem tribuum extrema clades. perditas esse in Oriente aiunt Hebræi ex illis ortos esse Tartaros 162.a. caula tantæ cladis, cultus Dei derelictus.
December, decimus mensis. 2.a
Decemuirorum nomina. 249.a
Decennis Achaz genuit Ezechiam. 141.a
Decimæ Saladinæ. 621.a.b
Decimæ, sacrilegij species, introductę. 737.b
Decimo anno Achaz gignit Ezechiam. 39.
Decius Theodorus Paulinus vltimus consulum Rom. 463.b
Decius fax religionis sæuissima 395. b. misere periit. 396.a. 397.b
Dedicatio templi. 121.b
Dedicare templa. 411.b
Deioces Medorum rex. 147.a
Deioces rex Medorum primus. 233.a
Deiotarus Gallogræciæ tetrarcha. 324.a
Delphicum oraculum. 248.a
Demaratus rex Lacedæmoniorum apud Xerxem exulat. 257.b
Demetrius Alexandrinus episcopus. 388.a
Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus. 291.b. regius bibliothecarius. ibidem
Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus, quare aduersam valetudinem corporis & animi incurrit. 81.b
Demetrius Syrię rex. 199.a.b
Demetrius Seleuci Soter. 282.a
Demetrius D. Soteris filius. 283.a
Demogorgon. 93.a.b
Democritus ridens hominum vanitatem. 261.b
Democritus ex atomis fortuitáue aliqua concursione censuit mundum fuisse procreatum. 3.b
Demophon Athenienſium rex 12. regnabat, dum capta est Troia. 103.b
Demosthenes Alexandro Magno superuixit vsque ad Antipatrum. 266.a
Dercillus Assyriorum rex. 103.a
Desiderius quidam Burdegalensis, cuculla & tunica ex pilis caprarum amictus, Christum se simulans arte magica miracula quædam edere conatur. 471.b
Deucalionis diluuium. 84.a
Deucalion fuit Noë posterior ad minimum 800. annis. 25
Deorum ætas. 2.b
Dei nomen ineffabile & innominabile quemadmodum &c. 80.a.b. suis essentia incõprehensibilis.
Deum benedicere, naturæ præceptum. 29.b
Deus ipse nullius rei indigus, sed per se felicissimus. 3.b.
Deus è nihilo mundum sex diebus procreauit. ibid.a.
Deusdedit Cardinalis canonum volumen in ordinem redegit. 586.a
Deusdedit, Theodatus, siue Dorotheus Romanus. 7. Rom. pontif. 477.a.b
Diaboli humani generis hostes. 22.a
Diabolus ad Adam decipiendum serpente vsus est, Deo sic permittente. 4.a
Diadema aureum vnionibus & gemmis pretiosissimum ecclesiæ D. Petri offerendum Clodoueus Romam misit. 455.b
Diagramma terrarum vniuersale. 365.b
Diela filius Ioctan. 37.a
Dictatura primùm instituta. 242.a
Dido soror Pigmalionis Carthaginem condidit. 129.b
Didrachma exactum à Iudæis. 112.a
Didymus D. Hieronymi præceptor. 419.b
Dilaceratio imperij incipit 436.a. quæ fuit vtilis. 60.a
Diluuium durauit anno vno, diebus 10. 24.a
Diluuium mirabile, superauit altissimos montes quindecim cubitis, i. mediam aëris regionem multis spatiis. 25.b
Diluuio immutata est terræ facies. 7.b
Diluuium pharonicum. 100.a
Diluuiũ Enos, quo tertia hominũ pars interiit 6.a
Diluuium particulare temporibus Enos, quasi prætendium vniuersalis. 11.b
Dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. 167.b
Dina filia Iacob à Iob in vxorem ducitur. 62.a
Diocletiani persecutio nouennis. 405.b
Diocletianus solus omnium priuatus inter Deos à senatu refertur 409.b. dudum imperium deposuerat. ibid.
Diocletianus, decimus post Neronem, Christi nomen extinguere conatus est, qui die sancto Paschæ vastari ecclesias, trucidarique Christianos iubet. 405.b. adorari voluit, pedesque sibi osculari. 406.a 409.b
Diocletianus & Maximianus eodem die vltrò purpura deposita imperio se abdicant, vel ob ætatis defectum, vel perturbatione animi 410.a. vterque miserè periit. Diocl. latrans vt canis, Maximian. resti se interemit. ibid.
Diodorus Tarsensis. episc. D. Chrysostomi præceptor. 417.b
Diodorus Siculus 40. libris bibliothecã scripsit. 345.b
Dioceses episcopis distributæ. 400.a
Diogenes Laërtius. 384.a
Diogenes Stoicus ab Athenienſibus legatus Romam missus. 307.b. 308.a
Dion Platonis amicus Syracusas occupat, paulo pòst interficitur. 265.b
Dion Cassius Nicæus, infensus Ciceroni, Cassio, & omnibus bonis. 394.a
Dionysianus conflictus. 750.a
Dionysius Areopagita agens annum fere 25. dum Christus de cruce penderet, in Ægypto philosophabatur. 221.b
Dionysius Areopagita in Gallias ad Parisios proficiscitur. 375.b
Dionysius Corinthius omnium doctrinarum curiosissimus. 388.a
Dionysius Græcus, ex monacho PP. primus, 26. Rom. pont. 400.a.b. multa constituit.
Dionysius Exiguus, Abbas, Romanus, auctor Computi Ecclesiastici. 443.b
Dionysius exiguus abbas Romanus 462.a. tempora à Natiuitate Christi primus numerare docuit. 459.b
Dionysius de situ orbis poëta geographus. 345.b
Dionysius Halic. quid in Thucydide reprehẽdat. 349.b
Dionysius senior Syracusanorum tyrann. 257.b
Dionysius senior Siciliæ totius imperium occupat. 263.b
Dionysius Argiuus historicus. 59.b
Dionysius iunior Syracusi tyrannus, in exilium pulsus, Corinthi ludimagistrum egit. 265.b
Ptolom. Dionysius. 329.a.b
Dionysius Alexãdrinus Origenis discipul⁹. 399.b scripsit scholia in Dionys. Areopag. 400.a
Dionysius Rex portugalliæ vi. agricolas appellat neruos Reip. 682.a
Dissimulare qui nescit, nescit regnare. 726.a 728.a
Dissensio prima inter ecclesiam Rom. & Asiaticã propter diem Paschalis & ieiunij. 389.b
Diuersoria equis cursoribus Ludouicus 11. constituit. 726.a.728.a
Diuinatio Sathanæ inuentum. 83.b
Diuionense concilium. 615.a
Diuionense Parlamentum in Burgundia restituitur. 726.a
Docitæ hæretici. 356.a
Dodanim filius Iauan. 31.a
Dodonæi oraculum in Græcia. 82.a
Dodonæum oraculum. 248.a
in oraculo Dodonæo dæmon loquebatur per quercum. 4.a
Dominicam orationem in Missa post consecrationem recitari instituit. 469.b
Dominicus dies ad recolendum recreationis siue redemptionis mysteriũ sabbatho successit. 43.b. 60.b
Dominici obseruatio apud Hispanos incipit à sabbato. 457.b
Dominicus Michaël Venetianus magna clade Ægyptios affecit. 598.a
Dominicus sanctorũ catalogo adscriptus. 619.b
Dominicus Calaguritanus Hispanus instituit ordinem Prædicatorum 614. a. cuius ordinis feruntur fuisse. 4143. cœnobia. ibid.
Domnus Samosateno est substitutus. 402.a.b
Domus saltus Iubani, quæ puro Iubani ligno cõstarer. 120.a
Domitianus Titũ adhuc spirantẽ in loculũ misit 376.a. primus se dominũ ac deũ appellari iussit.
Donatus grammaticus cum vtroque parente martyrio fungitur. 418.a
Donatus hæresiarcha, indignatus, quòd Cæcil. in episcopatu sibi fuisset prælatus. 409.b. 410.a
Donatus monasterij Seruitani cõditor primus in Hispaniã monasticę vitæ regulã induxit. 467.b
Donnus Romanus, 80. Rom. pont. 488.a.b. Dõnus, Donnio.
Donus, siue Donnus 11. Romanus 138. Rom. pontif. 560.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dores Peloponnesum obtinent. 108.a
Dorotheus Eunuchus doctus in Hebraicis & Græcis. 402.a
Dorotheus Tyri episcopus, annos vitæ 107. martyrium passus. 422.a
Dositheus hæresiarcha Samaritanus. 163.b
Dositheus, Baiethos 262.a. Samaritanorum hæresiarcha, Pseudochristus. ibidem
Draco scribit leges Athenis sanè. 239.b
Draco & Thessalus filij Hippocratis. 560.a
Dracontius Hexaemeron componit. 564.a
Drusi tribus pleb. seditio. 319.
Druidum conflictus. 764.a
Druidæ iustissimi erant & doctissimi, sine his nihil gerebatur. 333.b.334.a
Druydes sacerdotes Gallorum. 62.a
Druyus Celtarum rex quartus, disciplinarum & præstigiorum plenus. ibid.
Dunua Pseudo-moyses crudeli tyrannide Christianos Negræ Arabiæ opprimit. 456.b
Durandus quidam hæresiarcha. 696.a
Guil. Durandus, qui dictus est Speculator. 636.a
Durense concilium. 509.a
Dux apud Venetos, vt Iudex apud Hebr. 90.a
Duces post captiuitatem appellati sunt Pontifices Iudæorum, non reges. 186.a
Dynastia Politanorum. 696
Dynastia Diapolytanorum incipit. 103.b
Dynastiæ Ægyptiorum. 7.b
Dynastiæ Ægyptiorũ sedecim ante diluuiũ. 18.a

E

Ebionitarum hæresis. 376.a.377.b
Ecatæus protagoræ discipulus. 261.b
Ecatæus abderites librum edidit de vita Abrahæ 191.b
Ecbæranæ miro opere conditæ. 236.a
Ecclesia ab Abele incipere ditur, non ab Adam. 8.a
Ecclesia Christi adeò premebatur, vt electus Pontifex adire pontificatum recusaret, priusquàm ab Imper. confirmaretur. 622.a
Ecclesia antecessit reges. Ecclesiam per se stare, nec pendere ex regum statu: sine illis iã olim viguit: illis pereuntibus, & accisis, non perit ipsa, sed floret. 186.a
Ecclesiæ locus in Palæstina collocatus vt in orbis centro. 82.a
Ecclesia Catholica, i. non alligata cunctæ familiæ. 67.b
Ecclesia quatuor duntaxat linguas ad sua mysteria & sacra transtulit. 220.a
Ecclesiæ veteris communis sententia est potior, Christum à baptismo ad Crucem prædicasse tres annos & semis. 217.b
Ecclesiæ doctrina, fides, traditiones, leges, ad Iacob peruenire potuerunt, per tres duntaxat patres, Seni, Mathusalem Adamum. 61.b
ecclesiæ sedes atq; cõmunio, articulus fidei. 156.a
Ecclesia Romana magnis multisque opibus aucta est sub Hormisda. 456.a
Ecclesia Romana felix, vbi Petrus passionis Dominicæ adequatur. 367.b
Ecclesiã super Petrum ædificatam esse. 401.a
Ecclesiam principalem esse Petri cathedrã. ibid.
Ecclesia Rom. prædia possidere cœpit sub Vrbano. 391.b
Ecclesiam super Petro esse extructam. 402. a fundatam, ibid.
Ecclesiam Romanam esse felicem, ecclesiarum Matricem. ibid.
Ecclesiastici scriptores. 613.b
Ecclesiasticorum iudicium. 695.b.696.a
Ecclesiastica successio perire non potest. 191.a
Ecclesiastici libri auctor. 291 b. παράρετος, i. de omni virtute liber canonicus. 295 b
Ecclesiasticus Hebraicè scriptus 193. b. à Græcis dicitur παράρετος epitome Bibliorum. 193.b
Ecclesiastes de mundi contemptu 115. b. ecclesiastẽ continere pœnitentiam Salomonis. 116.a
Io. Eckius fidei defensor. 738.a
Eclipsim solis Thales primus obseruauit. 239. b.
Eclipsis factæ dum Dominus de cruce penderet meminerunt multi. 221 b
Eden regio Mesopotamię, vbi erat paradisus terrestris 3.b
Eden hortus fœcundissimus & amœnissimus. 3.b
Edictum Pacificationis promulgatur. 765.b
Edictum regium. 1561. 16. cal. Febr. quo permissus est Euangelicis suos conuentus extra mœnia vrbium habere, &c. 762.a
Edictum tertium pacificationis in Francia. 771.b
Editio factorũ librorum Hierosolymitana sub Caracala. 290.b
Edom à pylis ruffis Esaũ est appellatus. 57.b
Eduardus Angliæ rex septimus. 547.a
Eduard⁹ 3. Angliæ rex, clarus fuit miraculis. 575.b
Eduardus rex Angliæ ordinem Garteriorũ equitũ D. Georgio sactum instituit. 702.a. 703.b.
Effrem eremita circiter trecentas versuum myriadas composuit. 426.a
Egbertus quatuor regna Britanniæ in Anglia in vnum redegit. 526.b
Egbertus regnum Angliæ condit. 523.b
Egemnon Corinthiorum rex. 134.b
Egesipus theologus, alius ab historicò. 454.a
Egesippus historicus. 386.a
Ehud ambidexter de tribu Beniamin. 52.b
Eirene mater Constantini. 523.a
Ela quartus rex Israël. 157.a.b
Elam filius Sem. 30.b
Elamitarum rex, i. Persarum. 47.b
Elcanà filius Core. 74.b
Eldad Danius de extrema clade decẽ tribuũ. 162.a
Eldad filius Core in deserto vaticinatur. 74.b
Eleazar Pontifex. ibid.
Eleazar Amani filius, rebellionis primus auctor 226.a
Eleazar propheta. 158.b
Eleazar filius Dodiæ. 117.b
Eleazarus senex martyrio coronatur. 281.b
Eleazarus Simonis frater, Iudæorum pontifex decimus. 194.a
Eleazaro pontifice sacra Biblia in Græcum translata. 194.a
Elementa veterum Hebræorum. 188.a
Electio pontificum cessat propter simultates in electionibus. 575.b
Electionem pessimam præstare optimæ principum nominationi. 543.a
Electores in perij septem. 568.a
Eleutherus Nicopolitanus Græcus 14. Rom. pontif. 387.b.

Eleutherius Tornacensis episcopus. 534.a
Eli etiam dicebatur pater Virginis per apocopẽ Syriacam 211. b. i. Ioachin.
Eli, pater Virginis, per apocopen Syriacam, pro Eliaki m, qui ab aliis Ioachim, Dei surrectio. 149.b
Eliakim tributarius regis Ægypti, à quo & interfectus est 149 b. surrectio Dei Ioakim.
Elias propheta 127.b.a cutrus & auriga Israël, vnus. 5. & 6.
Eliæ spiritus erat duplex, prophetiæ, & miraculorum. ei dicatum est sacellum. 159.b
Eliam seruari ad finem vsque mundi. 127.b
Elias misit literas ad Ioram, septem annis post raptum suum. 127.b
Eliam quidam Hebræorum putant in illo suo raptu laxatum corpore, & in sua solutum elementa, vbi ad ignis sphæra peruenisset. 127.b.
Elias Cretẽsis Nazanzeni doctus interpres. 187.b
Elias Leuita grammaticorum Hebraicorũ summus 740. a
Eliasib. pontifex quartus. 191. a. b.
R. Eliezer filius Hyrcani, libros scripsit de Astronomia. 230. a
S. Eligius Gallus, Flãdros religioni adiũxit. 485.b
Eligendi põtificis Rom. mos varius. 753.b. 764.a
Elisa filius Iaua. 31.a
Elisa Dido. 130.a
Elisæus propheta. 127.b
Elisæus miris, & inusitatis operibus insignis 128. a. construxit cellas prophetis in Ierichunti solitudine: vnde manauit institutum, & loci religio. 128.a
Elisæus duplicem spiritum Eliæ consecutus est: prophetiæ munere functus est plus. 60. ann. eius corpus mortuum hominẽ vitæ restituit. 160.a
Ἕλληνες Græci ab Hello Deucalionis filio. 89.b
Elmodab filius Ioctan. 37.b.
Elmodab pater Emodiorum. 37.b
Eloël baas Æthiopũ rex Dunuam pseudo-moysem Christianos opprimentem extinxit 465.b
Emanuel Orientis imperator, pontificem prensabat, Occidentis imperium ambiens. 612.a
Emanuelis regis Portugalliæ auspicijs, ann. 1500 aperta est nauigatio in Indias. 731.b
Emaus ædificiis exornata à Rom. Nicopolis dicta. 230.a
Emodij montes Alexandri rebus clari. 37. b
Empedocles heroico versu de rerum natura philosophatur. 246.a
Encæniorũ dies à Iuda Machabæo institutus. 199b
Encænia Machabæorum. 217.b
Encænia à Iuda Machabæo instituta, ἐγκαινισμὸς 252.a
Encratitarum hæresis. 388.a
Engaddi, desertum & solitudo. 128.a
Ennius poeta soluta oratione sacram historiam scripsit. 302 a
Ennius Plauto & Næuio senior. 286.a
Enoch septimus ab Adam citatur à B. Iuda. 10.a
Enon iuxta Salim 216.a. vbi Ioannes baptizabat.
Enos characteres Hebraicos excogitasse. 5.b
Enos solus in sua familia veram & auitam religionem retinens, pietatem instauravit. 10.a
Enos cœpit inuocare nomen Domini. 10.a 11. b
Enos sic a patre Seth vocatus, i. æruminosus & calamitosus. 11.b
tempore Enos cœpit idololatria 10.a
Enos magnus Dei inuocator. 21.b
Enos genuit Cainan ætatis suæ anno 90. 10 b
Enricus rex Hisp. Gotthis primus leges dedit scripto. 450.a
Epaunense concilium. 450.a
Epeus inuenit ad Troiam, ordiné exercitus. 102.a
Ephesinum concilium. 436.b
Ephesinum concilij œcumenici tertium. 441.a
Ephesinum hæreticorum concilium. 445.a
Ephesus fundata, & templum ab Ephelo & Croeso. 114.a
Ephod, erat ornamentum pontificium. 130.a
Ephorus primus Laced. 141.b
Ephorus Isocratis auditor Epitomen historiarũ Herodoti scripsit. 268.a
Ephori Lacedæmone constituuntur, ad frænandam regum licentiam. 248.a
Ephraim tribus penes quam regni summa perpetuò remansit. 154 a
Epraim regnum, vel Samariæ, vel cõmuni nomine Israel. 124.a.
Epictetus. 384.a
Epicurus Athenienſis, de quo æqualium aliquis, Cùm porci loquentur, eadem cum Epicuro dicent. 274.a
Epicureismus, Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabant, ad vsque diem, quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & omnes perdidit. 6.a
Epiduarus, quæ postea Dyrrachium. 148.a
Epimenides diutissime vixit. 239.b
Epimenides Cretensis 57. ann. dormisse creditur & altare ignoto Deo constituisse. 235.b
Epistetus Gallus Biturigensis, postquàm aliquos ægrotos sanasset, prædicat se esse Christum, & pro Christo adorandum. 471.b
Epochæ populorum non satis certò & constanter hitæ. 152.a
Epoche siue principium calculi. 136.a
Epopeus Sicyoniorum rex. 111.b
Equites primùm equis merere incipiunt. 262.a
Equites 300. Romulus constituit. 137.b
Equitum D. Michaelis ordo à Ludouico 11. institutus. 726.a
Equites hospitalarij D. Io. Hierosolymitani Rhodum insulam à Turcis recipiunt. 692.a
Equus, qui postea Asies, muralis machina. 102.a
Equus pictus Constantinopoli, media nocte bis hinniuit. 693.b
Erasistratus Seleuci medicus. 176.a
Def. Erasmus Roterodamus 735.a obiit ann. 1536 sepruagenarius.
Erasmus apud Adrianũ 6. accusatus, respondit, se non bonas literas, verùm impias hæreses odisse. 741.b
Eratosthenes grammaticus post Callimachum bibliothecæ præfectus. 295.b
Eratostratus vt nobilitaretur aliquo facinore, incendit templum Dianæ Ephesiæ. 271.b
Eratus Sicyoniorum rex. 94.a
Eremitarum origo. 400.a
Eremitarum ordo, Vuilhelmitarum, seu Guielmitarum. 613.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eremitarum S. Augustini ordo ab Honorio confirmatus. 683. b
Erichthœus Athenienſium rex. 96.a.b. 98.b
Erichthonius Athenienſium rex. 93.a. 94.b
Erichthonius quadrigas primus iunxit. 102.a
Erixias Athen. ſeptimus decennalis princeps. 146.a. 147. b
Erlingiacum vrbs in Germania. 104.a
Erphordienſe concilium. 583.a. 584.b
Erricus Viſigothorum rex initio regni Luſitaniã deprædatur. 447. b
Erythrea Sibyla, quæ prædixit Homerum mendacia ſcripturum. 245. b
Erythræus Sicyoniorum rex. 104.a. 105.b
Erythreum mare ἐρυθρέυς. 57.b
Eſaias Iudæorum princeps. 196. b
Eſaias filius Amos. 131.a
Eſaias de Chriſto vaticinatur, de vocatione gentium, potiùs Euangeliſta quàm vates videtur. 133. b. Socer fuit Manaſſis regis, à quo miſerè ſectus eſt. ibidem.
Eſaü viduam Iſmaëlis duxit ſororem. 70.a
Eſaü piloſus & hiſpidus naſcitur, cùm parentes eſſent leni cute. 56.a
Eſaü magna cum potentia dominatur. 61.a
Eſdras propheta. 168.a. 183.b
Eſdras & viri alij ſynagogæ magnæ Scripturas in verſus diſtinxerunt. 187.b. 188.a. anteà veluti vnicus erat verſus.
Eſdras nõ eſt auctor punctorũ & accẽtuum. 185.b
Eſdra Scriba putatur eſſe Malachias à Talmudicis. 184. a
Eſdras concilii fuit notarius, ſiue ſcriba 184.a. cabbalam collegit 184.a. correctio Scribarum appellatur.
Eſdras ſcripſiſſe ducentos quatuor libros 184.a. libros ſacros reſtituit. 185. b
Eſdras collegit 72. libris doctrinã Seniorũ 72.ac quartus Eſdra ex eorũ numero eſt. 189.b 190.a
Eſdræ liber quartus cõplectitur viſiones, & nocturna ſomnia. 185. b
Eſdras tertiũ & quartum librum regum ſcripſit. 106.a
Eſdræ tertius & quartus 193. a. quartus publicè nec Græcè nec Hebraicè habetur, neque tamẽ deſinit eſſe canonicus. ibidem.
Eſdræ tertius & quartus non ſunt in ptiore canone Hebr. quia nondum erant editi 184.a. at non deſinunt eſſe ſacri & canonici. 185.b
Eſſeni valde Pythagoreis affines. 199.b
Eſſeni, homines incredibilis continentiæ. 128.a
Eſſenorum ſecta & Phariſæorũ, orthodoxa erat. 202.a
Eſter liber à Mardochæo ſcriptus. 190. a
Ethan Zaræ filius. 65.a
Ethan de ſtirpe Leui, archimuſicus inſignis. 111.b
Eua in paradiſo de Adæ dormientis latere cõſtituitur. 4.a.b
Euagoras rex Cypri in furorem verſus. 268.a
Euagrius Scholaſticus ſiue Protonotarius. 474.a
Euagrius Epiphanienſis prætor, hiſtoriã ſcripſit. 467.b
Euander ex Arcadia à Fauno excipitur in Italia. 100. a
Euangelii doctrina intra viginti aut triginta annos à Chriſti morte vbique ferè audita & recepta inuenitur. 127.b
Euangelium ſecundum & vltimum generale remedium contra peccatũ vbique regnans. 365.a
Euariſtus, ſextus pontifex Rom. Bethleemites. 380. a. b. titulos preſbyteris attribuit. ibid.
Euchariſtiæ myſterium 42. a. ſymbolum. 43.b
Euchariſtiæ veritas, ſacrificium, tranſſubſtantiatio, adoratio, Miſſæ ritus. 623. a
Euchariſtia cum theca è templo ſubrepta, & cuidam Iudæo vendita, &c. 735.a
Euclides Megarenſis contentioſam dialecticam introducit. 262. a
Euclides Megarenſis iunior, auctor elementorũ geometricorum. 287. b
Eudocia Homerocentonas contexuit. 438.a
Eudoxia imperatrix à Sixto obtinuit feſtum ad vincula Petri cal. Auguſti celebrari. 441.b
Eudoxus mathematicus mechanicus, primus faſtos tradidit. 261. b
Euhemerus deorum hiſtoriam ſcripſit. 262.a
Euilmerodac Iechoniam è carcere liberauit. 240. a. b
Eulalius in ſchiſmate contra Bonifaciũ electus. 440. b
Eugenius 4. Venetus, 215. Rom. pont. 718. a. b
Eugenius 1. Romanus, 77. Rom. pont. 481. a. b. 485. a
Eugenius 11. cognom. Pater pauperũ, 102. Rom. pont. 528. a
Eugenius 3. Piſanus, 173. Rom. pont. 605. a. b. 606. a
Aug. Steuchus Eugubinus. 735. a
Eumolpus primus verſificator. 94. a
Euodius Alexandriæ patriarcha. 368. b. 371. b
Eunomiani hæretici. 419. b
Eunomius monachus, diſcipulus & notarius Aëtij. 421. a
Eupalus rex Aſſyriorum. 104. b
Euphaës filius Antiochi. 145. b
Euphemia martyr. 405. b
Euphorion præfectus bibliothecæ ab Ant. inſtructæ. 278. a
Eupolemi liber de Iudæis. 14. a
Eupolemus libro de Iudæis, Abrahæ meminit. 47. b
Euripides tragicus. 261. b
Eutriſteus per Æacidas in Attica interfectus eſt. 96. a
Europa vacua tota pene erat ante tres mille an. 85. b
Europa regis Phœnicum filia, Sarpedonis & Minois mater. 101. a
Eurycrates Lacedæmoniorum rex. 145. b. 237. b
Euryſtheus primus Lacedæmoniorum rex. 109. a
Euſebius de Gigantum fabulis 6. a. qui gigantes ſe mutuis vulneribus confecerunt.
Euſebius Græcus medicus, 32. Rom. põt. ex laico Papa factus. 409. a
Euſebius Laodiceæ epiſcopus. 399. b
Euſebius Emiſenus Arianorum ſignifer. 419. b
Euſebius Cæſarienſis epiſcopus, hiſtoriã 325. annorum complexus, à Chriſto ad Cõſtantinum Magnum 416. a. Arianiſmum redolet. ibid.
Euſebius Alexandrinus homiliarum vetus ſcriptor. 394. a

Euſebius Vercellenſis cauea concluſus, ibi crudeliſſimè cruciatur. 412.a
Euſebius Nicomedienſis Arian. 419. b
Euſtathius. 384. a
Euſtathius epiſcopus Antiochenus. 415.b
Euſtathius Theſſalonicenſis archiepiſcopus in Homerum commentarios. 608. à
Eutalius Rhodius monachus concordantias Gr. collegit. 633. b
Euthymius contemporaneus Alexij imp. 586. a
Eutropius Romanæ hiſtoriæ eccleſiaſticam immiſcui 510. a
Eutyches & Dioſcorus cum ſuis ſe in 12. ſectas diuidunt. 445. b
Eutychianus Lunenſis Tuſcus, 28. Rom. pontif. martyres Chriſti 342. ſepeliuit, martyrium patitur rex. 403. a. b
Exarchorum initium. 464. a. 466. a
Exarchatus dignitas in Italia extinguitur. 498. a
Exhedra in templo in quam ſe recipiebant pontifices. 215. b. 216. a
Exedra ſecundi templi 187. b. locus erat in quo legis doctores ad populum concionabantur. 187. b
Exodi liber totus ad primum annũ pertinet. 76. a
Exploratores in terram Chanaan mittũtur. 77. b
Extrauagantes conſtitutiones Ioannes. 22. edidit. 694. a
Ezechias coluit bonas artes. 141. b. Ænei ſerpentis abuſum ſuſtulit.
Ezechias fœdus cum Merodac iunxit, quòd ſolem decem lineis retrò egiſſet. 234. a
Ezechias rex Iudæ 15. præclari exempli, & ſingularis pietatis princeps, rem diuinã & bellicam præclarè geſſit. 141. a. b
Ezechielis acta. 166. a
Ezechiel tragœdiarum poëta Græcis carminib. exitum populi de Ægypto ſcripſit. 321. b
Ezechiel adhuc puer cum Iechonia rege in Babyloniam captiuus abducitur, ibique captiuis vaticinatur. 153. b
Ezron Iudæ princeps. 65. a

F

FAbrem Nazareni Chriſtum vocabant. 216. a
Iac. Faber Stapulenſis. 735. b
Fabianus Romanus, 21. Rom. pont. mirabili electione, martyribus cœmeteria parauit. 395. a. b
Q. Fabij 306. cæſi in bello Veientino. 249. b
Q. Fabius Max. quinquies conſ. fuit: Pater patriæ appellatus. 301. b
Fabius vicit Veientes & Hetruſcos, & triumphum agere recuſauit. 245. b
Facies Domini quid ſignificet. 7. b. 8. a
Fames ingens in Iudæa. 214. a
Fames omnib⁹ veſci cogit, & nihil eſt quod Deus ſuaue & ſalubre facere non poſſit. 20. a
Fames gemina in prima ætate. 7. b
Fames grauiſſima ſecuta eſt parricidium Cain, quæ prima fuit è decem memorabilibus. 9. b
Fames ſecunda è memorabilibus decem ſub Lamech fuit 17. b. decima & vltima expectatur ſub Meſſia.
Fames nona è memorabilibus decem. 159. b
Famoſi, ſiue magni nominis gigantes. 6. a
Faramundus Francorum dux, ab hoc reges Frãc. incipiunt. 440. a
Farina ardere cœpit, in parochia Genlacenſi cùm quidam frumentum moleret. 599. b
Faſciculus Myrræ de Henoch. 14. a
Faſciculi temporum auctor vſque ad ann. 1484. peruenit. 727. b
Faſtos ſæpius fuiſſe correctos. 349. b
Faunus Italiæ rex. 98. b
Faunus Italiæ rex. 99. a. 100. b
Felix 1. Romanus 27. Rom. pontif. martyrio coronatur. 402. a. b
Felix 11. Romanus 38. Rom. pont. per martyrium ſublatus eſt. 424. a. b
Felix III. Romanus, 50. Rom. pont. 449. a. b
Felix 4. Samius, 56. Rom. pontif. 458. a. b
Felix 5. contra Eugenium 4. ſedit. 719. a
Felſinus Thuſcorum rex, Felſinam metropolim Thuiſcorum condidit. 119. b
Feneſtra cryſtallina aræ. 19. b
S. Ferdinandus Mauros à finibus Hiſpaniæ expellit. 633. b
Petr. Ferdinandus militum D. Iacobi primus magiſter. 614. a
Ferdinãdus 5. rex verè catholicus Saracenos Hiſpania penitus exterminauit. 727. b. 729. b
Ferdinandus Corteſius poſt Columbũ Ligurem ad regna aurifera peruenit. 746. a
Ferias Latinas inſtituit Tarquinius Superbus. 168. a
Ferrum Lanceæ, quo Chriſti latus apertum eſt, Innocentius 8. dono eſt conſecutus. 718. a
Feſtum corporis Chriſti confirmatur. 692. a
Feſtum tubarum. 2. a
Feſtum Trãsfigurationis Ieſu Chriſti, Calixtus 3. inſtituit. 723. b
Feſtum ad vincula Petri inſtitutum. 441. b
Feſtum ad vincula Chriſti rogatu Conſtantini Silueſter inſtituit. 411. b
Feſtum Viſitationis D. Mariæ inſtituit Vrbanus. 709. b. 711. b
Feu Gregeois latinè ignis ardens. 489. b
Feudorũ primordia ſub Carolo Simplici. 544. a. 545. b
Fideles vocantur filij Dei. 22.
Fiduciarios ſacerdotiorum, Cuſtodi nos vocant, perpetuo anathemati ſubiecit Pius 4. põt. 760. a
Figulinam Chorebus primus inuenit. 95. b
Figuralia Moſis cœperunt eſſe pernicioſa poſt vrbis excidium, cùm ſynagoga planè ſepulta eſt. 167. b
Filij Dei, i. angeli regionum præſtites. 18. a
Filij Dei decepti pulchritudine & forma Noëmæ. 16. a
Filij Dei. i. optimates & nobiles: Filii hominum, i. plebeii & obſcuriores. 18. a
Filii Dei, & Filii hominum quinã ſunt. 9. b. 11. b
Filios & filias, innumeroſa ſobole vtriuſq. ſexus augebantur, 11. b
Filii Dei, fideles, pii, & religioſi appellantur: Filii hominum, carnales, impii, profani, alieni à religione idololatriæ. 18. a
Filii lucis vitam priuatam, quietam, religioſam, & paucis contentam traducunt, confitentes ſe peregrinos eſſe ſuper terram. 42. a
Filii belial, introducentes ritus gentium. 305. b
Flaccus prætor Ægypti, Iudæos torquet. 223. b
Flamines, 4. filamines. 219. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flamingro, à Saxonib. oriundi. 524. a
Flandria regno Castiliæ vnitur. 736. a
Flandrici tumultus Gueusiorum nomen retinuerunt. 768. a
Flagellantes hæretici, præferebant suam flagellationem martyrio. 680. a
Flagellantes se pœnis coërcentur, & extingũtur. 699. b. 700. a
Flora meretrix hæredem populum Rom. nominat: vnde Floralia festa. 277. b
Florentia Hetruriæ vrbs conditur. 323. b
Florentinum concilium. 579. a
Floroiuliense in Aquilegia concilium. 510. a
Florus monachus gratiam Dei extollebat, vt negaret liberum arbitrium. 439. b
Florus principes Iudæorum flagris verberat, & crucib. suffigit. 226. a
Florus 10. Iudææ præror, principes Iudęotũ flagris verberat, & crucibus suffigit. 226. a. b
Flumina quatuor maxima, Ganges, Tigris, Euphrates, Nilus. 7. b
Fœcundi erant primi homines. 5. b
Fœdus cum Turca agitatur. 737. b
Fœdus memorabile inter Anglos & Francos. 636. a
Fons in Eden, naturam Nili referens. 4. a
Fons olei Romæ per totum diem defluxit. 342. a
Fons aquæ in sanguiné vertitur in Lotharingia. 699. a
Fons sanguinis largissimè fluxit Genuæ. 553. a
Formosus Romanus. 114. Rom. pont. 540. a. b
Forteticum collegium à Petro Fortet Aurilacẽsi Aruerno constructur. 711. b
Fortunatus poëta clarere incipit. 464. a
Fortunatus Treuirensis librum de diuinis officiis scripsit. 515. b
Fontinus primus Lugdunensis episcopus. 385. b
Forum venale, *les Halles*, φαλαι 633. b. Campellos vocabant,
Francfordianum concilium. 569. a
Francfordiense concilium. 510. b
Francia Antarctica. 757. b
Franciscus sanctorum catalogo adscriptus. 629. b
Franciscus Assiates Italus ordiné Minorum instituit: horum 90. millia cœnobia fuisse. 614. a
Franciscus Xauier, qui primus è Societate Iesu Indis Christũ prædicauit, miraculis clarus moritur. 764. a
Franciscus Maronius Frãciscanus introduxit magnanimum illum actum Sorbonicum. 693. b
Franciscus 1. Valesius, Francorum rex. 738. b
Franciscus Valesius, dux Engolismensium, literarum instaurator, Francorum rex inauguratur ann. 1515. &c. 739. b
Franciscus Valesius Alensoniorum dux, Regis frater, morte magnum sui desiderium reliquit. 776. a
Franciscus 2. Franc. rex, 1560. per non. Decembr. non sine veneni suspicione interit. 764. a
Francicum concilium. 449. a. 477. a
Francicum concilium præside Bonifacio. 503. a
Franconiam Gotthi depopulantur. 317. b
Franconia in Germania à Francis nomẽ accepit. 315. b
Francum de genere Hectoris venisse in Pannoniam fabulantur. 104. a
Franci sunt indigenæ, sic dicti, quòd labente Rom. imperio pro libertate nomẽ illud sumpserunt, quòd vernacula lingua libertum etiam hodie significat. 104. a
Franci, natio Gallica & indigena, nõ germanica, non trucana. 335. a
Francorum gens Christianis mysteriis initiatur. 455. b
Franci accersiti à Senatore 437. b. gens non tam lata quàm valida. Germaniæ perpetua domitrix. ibid.
Francorum duces. 370. b
Franci Veteros habuere tributarios. 468. a
Franci & Burgundiones Gallias in deditionem redactas diuiserunt. 446. a
Francorum regnum in quatuor partes diuisum. 456. a
Franci magnam Galliæ & Germaniæ partem tenent. 444. a
Francorum reges 374. a. nobilitas Francorum est aboriginis. 375. b
Franci coloniam Agrippinam Romanis adimũt. 448. a
Franci & Hispani de Paschate celebrando dissentiunt. 465. b
Francorum reges à Pontifice accipiunt imperij insignia, dignitates, & titulos. 504. a
Fratricellorum secta. 694. a
Fraterculi, siue Fratricelli, seu Fratres de paupere vita, &c. hæretici à Bonifacio damnati. 687. b
Fredericus 2. impius, planè indignus nomine Cæsaris. 630. a
Fredericus in Armeniadum in flumine lauaretur, submergitur. 620. a
Fredericus imperator ad pontificis pedes procumbit petens absolutionem excõmunicationis. 612. a
Fregellanum bellum. 315. b
Friburgum vrbs ædificari cœpit. 615. b
Fronto Petragoriis. 226. a
Frontem coronamenta quodam circumuoluit. 219. b. Toraphos, phylacteriũ, appensum quid circa oculos frontale.
Io. Frossardus canonicus historiam scripsit. 711. b
Io. Fuccius Pruteanus Chronologus, de coniuratione coniuctus, laqueo vitam hæreticam finiit. 757. b
Eucherius Carnotensis in sacra expeditione capellanus, historiã breuiter, & magna fide perstrinxit. 588. a
Fulbertus Carnotensis episcopus, cõposuit hymnos & orationes quasdam. 565. b
Fulgensius Rupensis. 451. b
Fulgentius Hispalensis episcopus. 455. b
Funiculi mensorii, quibus vtebantur ad distribuendam terram, non erant externi & materiales. 87. b

G

GAlatas siue Gallogræcos Romani suæ subdunt ditioni. 279. b
Petr. Galatinus. 735. b
Galates Celtarum rex. 89. b
Galba, Otto, Vitellius de imperio contendentes se mutuò interficiunt. 227. a
Gad videns Samuelis partem scripsit. 106. a
Gad propheta, nuntiat Dauidi Deum iratum, quòd populum numerasset. 111. b
Gaiana hæresis. 391. b
Galenus Pergamenus medicus. 384. a
Galilæorum secta, quæ & Zelotarum, & Sicariorum, Romanos semotim repertos trucidantissi. 277. b
Gallia gentes 315. capiebat. 333. b
Gallia fere tota Christiana efficitur. 389. b
Galliæ partem Iustinianus concessit Germanis. 463. b
Gallia vnico anno 1562. plura mala à suis pertulit, quàm cunctis superiorib. bellis ab exteris. 765. b
Gallia Aurelia & Æmylia. 129. b
Gallicanum concilium contra Petrum Aballardum. 605. a
Gallicanum concilium apud Bituriges. 739. a
Gallicanum concilium Turonense. 735. a
Gallicana concilia duo habita Lutetiæ. 709. a
Gallicanum concilium. 490. b
Gallicanum concilium Lutetiæ habitum. 712. b
Gallicanum concilium, Lugduni celebratũ. 722. b
Gallicianã D. Iacobi ædem Carolus Mag. instituit, ditátque amplissimis prædiis & donariis. 524. a
Gallici morbi varia vocabula. 727. b
Gallica lingua nullus liber scriptus ante Philippi Augusti ætatem. 622.
Gallienus tertius claro Dei iudicio pacem ecclesiæ restituit. 398. a
Gallienus Valeriani filius, miseri filius. 399. b. edicta pro Christianis facit. 401. a. b
Gallienus claro Dei iudicio territus, pacé Christianis dedit, & publico edicto persecutionem amouit. 132. a
Gallogræci in Macedonia res magnas gerunt. 276. a
Gallorum veterum lingua non multum ab hodierna differebat. 306. a. 307. b
Galli Inalpini Romanos per arma vexant. 308. a
Gallorum secunda in Italiam expeditio. 297. b
Galli Lucenses. 62. a
Galli vsque ad Cyrum planè bardi fuerunt, barbari, agrestes, ἄμουσοι. 62. a
Gallorum pater Gomer. 31. a
Gallorum regiones à Rom. domitæ. 313. b
Galli Germanos potẽtia & imperio superabant. 333. b
Galli gloria belli ante Romanos fuerunt: virtute belli omnibus gentibus præferebantur. ibid.
Gamaliel, Mosis Ægyptij discipulus, Pauli præceptor. 205 b
Gamalielem Christianum fuisse, etsi de eo Iudæi multa mentiuntur. 221. a
Ganat, geometr. moter. temura. 317. b
Gangrense 1. concilium. 416. a
Garizim tẽplum hierosolymitano simile. 193. a. b
Garteriorum equitum ordo D. Gregorio sacer instituitur. 702. a. 703. b
Gatianus Turonis. 226. a
Gaulonitidem Philippus oõtinet. 214. a
Theodorus Gaza. 718. a. 719. b
Gazith consistorium, vbi capitales causæ discerptabantur. 216. a
Gedeon de tribu Manasse 94. b. qui & Ierobaal, 70. filios reliquit superstites. 94. a
Gedeõ reponitur in catalogo sanctorũ Hebr. ibi.
Gedeon in domum suam auertit Ephod, quod ipsi & familiæ fuit in ruinam. 95. b
Gelasius 1. Afer, 51. Rom. pont. doctissimus, Canonis missæ auctor 450. a. b. Scholasticus. 451. b
Gelasius 2. Caietanus monachus 167. Rom. põt. vir sanctissimus. 596. a. b
Gelon Syracusanorum rex. 246. b. 247. b
Gemini pari⁹ perpetuò erant primorum hominum & tergemini. 5. b
Geneſi Mosaicæ nihil certò potest adiici. 6. a
Genezareth mare. 476. b
Genua fontium receptatrix. 747. b
Genuæ nefandissimũ concilium de Francisco 2. rege Franciæ, & aliis trucidandis, &c. 761. b
Gennadius Scholarius Patriarcha. 721. a
Gennadius Constantinop. patriarcha. 447. a
Gennuense concilium. 509. a
D. Genouefæ templum dedicatur. 454. a. 455. b
Gentes 70. disseminatę in terra. 30. a
Gentium rex Tudal. 47. b
Gentiliacum concilium, præsente Pipino, contra Græcos de SS. Trinitate & imaginib. 506. b
Geometriam cum arithmetica imperite confundunt, 317. b. quando literæ expeditur numerus. ibidem.
Geonim, qui Talmud illustrarunt, q. iuris professores & interpretes. 456. a
Gheonim, Talmudicæ rhapsodiæ interpres. 598. a
Gæonim, i. iurisconsulti Talmudici deficiunt. 572. a
Georgianos in 18. episcopatus distribui. 754. a
Georgius Amboësius Cardinalis & Legatus Frãciæ, vir antiqua virtute & fide, vnico cõtentus sacerdotio, nondum conscientiis ad sacerdotiorum polygamiam prostitutis. 754. a
Georgius Cappadox martyr. 405. b
Georgius Schanderbegius, Epiroratum rex, vir bellicosus, strenuè in Græcia Turcis resistit. 725. b
Georgius Valla. 731. b
Gerardus Cameracensis episcopus doctissimus. 559. b
Gerardus à Nazareth Laodicensis episcopus, de vna Magdalena. 604. a
Gerardi Mercatoris assertio temeraria est, Christum quatuor annos prædicasse, & menses aliquot per quinque paschata. 217. b. 218. a
Germania inferior prædicationibus S. Bonifacij fidem Christi recipit. 497. b
Germaniæ meminit Cæsar primus historicorum Lat. 333. a
Germaniæ Cæsares omnia in ecclesia miscentes, & tanquam porcos feros vineam Domini depascentes. 542. a. 543. b
Germania à religione deficiens etiam Cæsaris maiestatem negligit. 750. a
Germanicus Cæsar de Germanis triũphat. 216. a
Germanicus de Germanis triumphat quarto Tiberij anno. 347. b
Germanica lingua Latinis characteribus scribi incipit. 635. b
Germanica tyrannis faustos pontifices obtrudit. 572. a
Germanicum concilium. 629. a
Germani Druydas non habent, neque sacrificiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

studeret. 334.a
Germani vsque ad tempora Cæsaris, fuerunt sine vrbibus, legib. deo. 104. a
Germani semen Chanaan & non Iuda. 49.b
Germani duo SS. alter Parisiensis episcopus, alter Capuanus. 457. a
Germanus Parisiensis episc. Heribertum Parisiorum regem ob iniustum diuortium excommunicauit. 466. a. obiit ann. 570.
Germanus Altisiodorensis episcopus. 440.a
D. Germani à prato ædes extructa à Childeberto, eiusque fratri Clothario. 462.a
Gerondense in Hisp. concilium. 457. a
Io. Gerson. 715. b
Geruasius & Prothasius martyres. 405.b
Gerundense in Hisp. concilium. 449. a
Geryon tricorpor. apud Hispanos. 96. a
Gessen, præfectura Tanitis & Heliopoleos, assignatur Iacobæis. 64. a
Ghemara, Talmud. 229. b
Ghemara, Misna, partes Talmud. 455.
Ghemaræ scriptores & auctores. 389. b
Gibborim gigantes, potentes à sæculo, epitheton heroum, & strenuorum bellatorum. 6. a
Gibellini, Columnenses & Albi dicebãtur. 687.b
Gibellinorum & Guelphorum factiones. 630.a. 631. b
Gibelinus es, & cum Gibelinis in cineré verteris. 686. a
Gigas temporum Floretum scripsit. 418.a
Gigantomachia, gigantum pugna, qui se mutuis vulneribus confecerunt. 6.a
Gigantum fabulæ. 7. b
Gigantum fortitudo tyrannica, & rerum gestarum magnitudo. 6.a
Gigantes cur dicantur Nephilim. ibid.
Gigantes erant primi homines 6. a. heroes erant & strenui bellatores.
Gigantes cœperunt esse in terra tẽporibus Enos. 11. b
Gigantes, homines magnitudinis stupendæ, ex nefando concubitu orti. 17. b. 18. a. isti fuere primi tyranni.
Gigantes humani generis terrores & mastiges flagella non ex concubitu angelorum cum mulieribus nati sunt. 17 b
Giges Lydorum rex. 146. b. 147. b
Guilbertus Magnus Anglus. 684. a
Gilbertus Remensis præsul, organa, quæ calefactæ aquæ violentia modulatos edebant sonos, fabricauit. 564. a
Gilbertus Portetanus Pictauorũ episcopus Vniuersalis dictus ob insignem eruditionem. 606.a
Gildardus Rhotomagensis episc. 464. a
Gildas Badonius cognom. Sapiẽs, de excidio patriq; suæ scribit. 466. a
Gilimer regnum Asiæ inuadit. 158. b
Girgas filius Chanaam. 31. b
Gladiatorium bellum. 324. a
Gloria Patri & Filio, &c. à Flauo Antiocheo cõpositus. 422. a
Glycerius Rauennæ imperator post Olybrium creatur. 448.a. b
Gnosimachi nõ modò profanam, sed & diuinam omnem eruditionem superuacaneam esse docent. 497. b
Godefridus Bilionius constitutus rex Hierosolymitanus, noluit coronam auream suscipere, quòd Christus ibi tulisset spineam. 588.a. 589.b
Godoliæ nex. 166.a
Gomer Gallorum pater. 31. a
Gomer filius Iaphet. 30. b
Gomer Cimmeriis, Cimbris, & Gallis nomen dedit. 49. b
Gomorrha, igne, sulphure, & sale cælitus misso, in cinerem redigitur. 47. b
Gordiani duo in Africa imp. 395. b. cæduntur à Capelliano.
Gorgias rhetoricæ illustrator. 261.b
Gorgonius martyr. 405. b
Gotthorum nomen in Italia deletur. 464. a
Gotthi sub Decio Romanis bellum inferunt. 396.a. 397. b
Gotthi ante Valentis tempora Christiani. 411.b
Gotthi in Ostrogotthos & Visegotthos diuidũtur. 437. b
Gotthicæ litteræ. Scripturæ sacræ in Gotthicam linguam translatæ. 424. a
Gotthici belli initium contra Theodatum Italiæ regem, &c. 404. a
Tib. Gracchus Trib. pl. legem agrariã tulit. 312. a. à Scipione Nasica occisus, à Lucretio in Tiberim proiectus. ibid.
C. Gracchus de agro diuidundo. 313. b
C. Gracchus occisus. 314. a
Græcia bellis scinditur, Rom. subdita efficitur. 279. b
Græcari quid sit. 94. a
Græcus sermo in Ægypto, & per totum orientem vigere cœpit Philadelphi temporib. 292. a
Græcæ literæ in Gallia vigent. 257. b
Græcam linguam Alexãder cum imperio in Asiã & Africam intulit. 194. a
Græcos antiquitatis ignorationem fabulis compensasse. 233. b
Græci iterum ad vomitum redeunt. 718. a. 719. b
Græci scriptores multa de Assyriaca monarchia fabulati sunt. 234. a
Græci præ se alios solent contemnere. 609. b
Græcorum & Romanorum memoriam idẽ tempus incidit. 135. b
Græcorum diuisio ab ecclesia. 442. a
Græcorum pater Ianan. 29. b
Græcorũ historia auspicatur, vbi Iudaica desinit. 81. b
Græcorum error de Processione Spiritussancti à solo Patre. 571. b
Granaus Athenienssium rex. 91. a
Grandimontensis ordo sub regula S. Benedicti incipit. 584. a
Granjon Parisiensis Romam euocatus, characteres, Hebraicos, Syriacos, Arabicos, Armenios iussu & sumptib. Gregorij 13. fabricat. 773. b
Grana tritici & pisciculos minutos imbribus immixtos pluisse in Gallia. 563. b
Grassinorum collegio absoluitur pecunia testamentaria Grassini senatoris. 778. a
Gratia naturam perficit. 4. a
Gratia à Deo gratis, non ex meritis hominẽ præuenit. 622. b
Gratiano olitanum parlamentum. 726. a
Gratianus episcopos à Valente electos ab exilio

reuocat 417. à Maximo interficitur.
Gratianus Bononiensis monachus, rapsodus libri decretorum. 614. a
Gratianus & Valentinianus è Cæsarib. facti sunt Augusti. 425. b
Gregorius, Turonensis 19. episcopus, patria Aruernus, historiam Francorum libris 10. mãdat. 471. b
Gregorius Magnus, Romanus vir doctissimus, & inuitò electus, 66. Rom. pont. 469. a. b. multa constituit. 470. a
Gregorius II. Romanus, 91. Rom. pont. 497. b. vtraque lingua eruditus, &c.
Gregorius III. Syrus, 92. Rom. pont. 499. a. b. Græcè & Lat. doctus, omnes psalmos memoriter tenebat. ibidem.
Gregorius IIII. Romanus, 104. Rom. pont. 599. a. b
Gregorius 5. pulso & exoculato Ioanne, pristinæ restituitur sedi ab Othone. 565. a. b
Gregorius 5. Saxo, 144. Rom. pont. 563. a. b
Gregorius 6. Romanus, 154. Rom. pont. 575. a. b
Gregorius 7. proprio nomine Hildebrandus, natione Hetruscus. 163. Rom. pontif. 582. a. b
Gregorius 8. pseudopontifex pelle vrsina indutus ad Canense cœnobium relegatur. 598. b
Gregorius 8. Bracharensis episcopus sedit in schismate annos aliquot contra Gelasium. 596. a. b
Gregorius 8. Beneuentanus, 179. Rom. pont. 619. a. b
Gregorius 9. Anagninus, 184. Rom. pont. 629. a. b
Gregorius 10. Placentinus, 190. Rom. pont. sapiens & integer. 680. a. b
Gregorius 11. Lemouicensis, 207. Rom. pont. 706. a. b
Gregorius 12. Venetus, 211. Rom. pontif. Theologiæ doctor celebris. 715. a. b
Gregorius 13. Bononiensis, 234. Rom. pontif. nũc sedet, cui det Dominus vitam diuturnam, &c. 772. a. b. 773. b
D. Gregorius de patrimonio ecclesiæ. 413. b
Gregorius Constantinopolitanus patriarcha, sentiens cum Catholica ecclesia. 718. a
Gregorius Naziãzenus purgauit Neapolitanam sedem ab Episcopis Arrianis. 424. a
Gregorius Neocæsariensis, episcopus pont. Magnus, Mirabilis seu Mirificus, Theodosius dictus. 400. a
Gratlandia in America. 162. a
Guardastallense in Longobardia concilium. 594. b
Guelphi nigri dicebantur. 165. a
Guelphorum & Gibellinorum factiones Italiam miscebant. 612. a
Guelphi auctoritatem pontificis Romani cõtra Cæsarem tuebantur. 612. a
Gueusiorum, hoc est, balatronum nomen Flandrici tumultus retinuerunt. 769. b
Gueusij sacras imagines deiiciunt, templa diripiunt, &c. 779. b
Guido Ferrarensis, auctor Margaritæ Bibliorũ. 691. b. 692. a
Guido Caroli Magni comes totam Angliam in deditionem accipit. 525. b
Guido Aretinus monachus S. Benedicti in Italia primus excogitauit nouam rationem cantus, quàm solmisationem vocant. 571. b
Guilelmus Durandus Miniacensis episcopus, auctor rationalis. 684. a
Guilielmus à Prato episcopus Glaromontensis, Iesuitarum collegium Lutetiæ condidit. 766. a
Guilielmus 2. dux Normaniæ, vir pius. 554. b
D. Guilielmus monachus, & bibliothecarius Serrensis, scripsit historiam Angl. 585. b
Gulielmus bastardus siue nothus, Normanorum dux. 581. b
Guilielmus dux Aquitaniæ, & Aruerniç comes, vir pius, Cluniacense monasterium in fundo paterno inchoauit. 549. b
S. Guilielmus Biturigensis episcopus. 621. b. 622. a
Guilielmus Aquitaniæ dux, & Pictauiensis Comes 699. b. D. Bernardi discipulus, eremiticum vitæ genus restituit apud Gallos. 609. b
Guinea ab Hispanis inuenta. 719. b
Guisius dux proditoriè à Poltroto, quem Admiralius & Beza subornarant, glande percutitur, & post aliquot dies sanctissimè expirat. 765. b
Gundebaldus Burgundionum rex, leges Burgundionibus præscribit. 455. b
Guntamundus Honorichõ Vandalo succedit, Catholicos ab exilio reuocat. 450. a
Guntranus Aureliæ rex. 465. b

H

Hæresis Sicariorum. 215. b
Hæresis, in qua omnia esse confusa, perturbata, incerta, motuum plena. 154. a
Hæresin condidit contra Dei prouidentiam. 9. b
Hæretica propago quiescere non potest. 207. b
Hæretici quinam sint. 156. a
Hæretici labefactare conantur donationẽ Constantini. 412. a
Hæretici Lutetiæ puniuntur. 746. a
Hæretici combusti in Flandria. 617. b
Hæretici regni exemplar, in quo omnia sunt perturbata, & motuum plena, donec pereat funditus. 155. b
Hæretici varij & multiplices comburuntur. 625. b
Hæretici omnes sunt impostores. 709. b
Hæretici reges Ephraim. 448. a. 451. b
Hæreticorum ingenium. 163. b. 193. b
Hæreticorum ingenium & mos contra Catholicos. 144. a
Hæreticis insita esse solet barbaries & crudelitas. 204. a
Hæreticis certum est Flandrorum terra sepulchrum. 776
Hæsitates hæretici, οἱ Διχρόνιθοι. 448. a. 449. b
R. Hai Gaon in Babylonia Geonin excellentissimus. 567. b
R. Hai Gaon, Gheonẽ nouissimus & doctiss. 598. b
R. Hakkados sub Antonino. 229. b
R. Hakados sũmi apud Hebræos nominis. 385. b
Hakkados temporib. Antonini cœperat cõscribere Talmud Babylonicum. 186. a
Halelu-iah. 80. a
Halyattes Lydorum rex. 233. a
Hamath filius Chanaam. 31. b
Hammonis oraculum in libya. 82. a
Hanani propheta. 125. a
Hanno Carthaginensis, affectatæ tyrannidis pœnas luit. 267. b
Haphrata, missa, siue missio, sectio prophetica dicitur. 283. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Haran frater Abrahæ minor. 138 b
Haram post septennium accepit vxorem, anno vitæ octauo natus est Lot. 39.b
Hasadias familiæ Dauidicæ princeps. 195.a
Hasmonis Iudæorum princeps. 196.b
Hassidei, i. Essei, sancti חסידים. 197.b
Hatsarmieth filius Ioctan. 37.a
Hauila filius Chus. 31.a.b.
Hauila filius Ioctan. 37.a
Heber genuit Phaleg 31.a.diuisio. 33.b
Heber Hebræorũ parens, secundæ ætatis patriarcha. 61.b
Hebdomadarius sacerdos Azarias, qui resistit Oziæ ne sacrificaret. 132.a
Hebdomas vna continet annos septem. 169.b
Hebdomades 69. à 70. captiuitatis anno, ad Christum patientem. 183.b
Hebdomas septuagesima cadit in Apostolos 168 a. in Christi mortem. 163.b
Hebdomadæ Danielis. 2.a
Hebdomades Danielis in tres partes distribuũtur. 167.b
Hebræus character. 189.b
Hebræi characteres nullo tempore mutati sunt. ibidem.
Hebraicos characteres Enos excogitasse. 5.b
Hebraicarum literarum forma mutata. 124.a. 125.b
Hebraicam, Chaldaicam siue Syriacam, Græcam & Latinam linguam Crucis titulo dedicauit. 210.a
Hecatæus Abderites, qui erat in comitatu Alexandri magni scripsit librum de vita Abrahami. 47.b
Hedui, in quorum fide & imperio erant Bituriges. 149.b
Hegira, fuga interpretatur, non expeditio. 479.
Heldifeldense concilium. 489.a
Helena Adiabenorum regina. 223 b. 224.a
Helena à Siluestro conuersa 416.a ligoum crucis Hierosolymis inuentum thecis argenteis exornat. ibidem.
Helena mater Cõstantini duo templa ædificat. 418.a
Heli pontifex. 101.b. 102.a
Heli de tribu Leui Iudex idémque Sacerdos. 103.b
Heli sacerdos, Iudex factus sacerdotium transtulit. 103 b. septimus fuit post Aaronem.
Helcias pontifex max. 147.a. 148 b
Heliodorus sacrilegus ab equite terribili diuinus in terram elisus, a duobus iuuenib. leth. flagellatur. 195.b
Heliopolis Ægypti, quæ hodie Damiata. 221.b
Heliopolis, quæ & Thebæ in Ægypto. 89.b
Hellanicus historiæ scriptor. 260.a
Hellus Deucalionis filius, vnde Ἕλληνες Græci. 89.b
Helueni stipendium primùm à rege accipiunt. 717.b
Heluetij, asperi montanique homines soliti aliis dissidentib. mercenaria auxilia submittere. 744.b
Heluidiani siue Antidicomarianitæ. 430.a
Heman Zaræ filius. 96.b
Heman Zaræ filius, archimusicus. 66.a
Heman nepos Samuelis, celebris musicæ & eruditionis nomine. 103.b
Henoc filius Cain. 9.b
Henoc primogenitus Cain, Cainitarum secundus 10.b
Henoch translatus, magnum est mysterium, admonendum quòd eo quoque modo translati homines fuissent in æternam vitam, si Adam non peccasset. 14.a
Henoch sepeliit atauum suum Adam, deinde translatus anno 14.a. antè Noë ortum, cùm cæteri patres adhuc essent superstites, & huius translationis spectatores, vt docerent nõ esse vanam spem immortalitatis. ibidem.
Henoch translatus, ne gustaret mortem, Eliæ sociãdus, vt duo testes idonei secundo Christi aduentui præparentur in confutationem Antichristi, & in gloriam iudicantis filij Dei. Ibidem.
Henoch oracula citat B. Iudas 5.b. istius libros Æthiopes ostentant.
Henoch scripsit de angelis desertoribus, & eorum ordine: scripsit & aduersus cultores idolorum & fabricatores. 13 b
Henoch libri erãt in 1. Ecclesia & proferebantur. 14.a
Henoch genuit Mathusalẽ anno ætatis suæ. 65. 13.a
Henoch pater Mathusale, fuit translatus, ne malitia mutaret intellectum. 15.b
Henoch æternitatis candidatus. 14.a
Henoch decessit adhuc iuuenis in ætatis flore, anno videlicet 365 quę erat huius æui iuuentus, quot sunt dies anni solaris, vt eius in rebus cælestibus peritia indicaretur 14.a. Astronomiæ inuentor, & à Græcis Atlas nominatus. ibidem.
Henoch trãslatum fuisse dicimus, Hebræi mortuum fere existimant 13. Ambulauit Henoch in timore Domini, & non ipse, quoniam nõ mori fecit Dominus. 14.a
Henoch propter iustitiam translatus à Deo vinus in paradisum, sub antichristo cum Elia passurus 13.b ambulat cũ Deo ac de eius venturo iudicio vaticinatur, translatus ne videret mortem. omnium primus videtur libros cõscripsisse aduersus hæresim Cainitarum: cuius est hoc fragmentum in Canonica Iudæ apostoli. 13.b
R. Henoch magna celebritate profitetur Talmud Cordubæ. 569.b
libri Henoch. 6.a. 7.b
Henoch vrbium prima, de nomine primogeniti Cain. 10.a
Henricus cognom. Superbus, pseudo imperator. 603.b
Henricus primus dux Brabantię. 635.b
Henricus 2. Andegauensis. Anglorum rex. 619.b
Henricus 1. Francorum rex, templum D. Martini Camporum, Parisiis struxit. 689.
Henricus 2. an. ætatis 40. hastæ fragmento per galeam adacto occubuit ex vulnere. 769.a
Henricus 2. Franc. rex, prætextu tituli quo se liberatis Germaniæ vindicem appellabat, &c. 753.b

Henricus 8. Ang. rex à Mæorum relig. defecit. 747.b
Henricus 7. Imp. pro more Mediolani Ferrea corona decoratur 694.a. veneno sublatus à Dominicano cum sacro sanctum Christi corpus sumeret.
Henricus 11. cum vxore sua S. Cumgunda castitatem vouet. 568.a
Henricus Imper. Latro ab. & sicaris veniam dabat, vt ipsis in bello vteretur. 550.a
Henricus Anglorum rex Francos vicit in Aquitania. 631 b
Henricus I. Angliæ rex totam Normaniam obtinuit. 595.b
Henricopolis, quòd Henrici 2. auspitiis & sumptibus suscepta esset nauigatio 757. b. aut nauigatio parum successit. 758.a
Her anno octauo duxit filiam hominis chananæi nono Onan. 39.b
Heth filius Chanaan. 32.b
Heraclas Origenis discipulus. 394 a. 395.b
Heraclidæ in Peloponnesum descendunt. 108.a
Heraclitus flens hominum stultitiam & vanitatem. 245.b
Heraclius Iudæos omnes baptizari iussit, aut exulare 480.a. 481.b
Heraclius vltimus è latinis Hierosolymorũ patriarcha. 617.b
Herbipolense concilium. 601.a. 683.a
Herculis labores & ærumnæ ex robore & casibus Samsonis à poëtis depinguntur. 101.b
Hercules certamen Olympicum apud Græcos instituit. 97.b
Hercules cum Amazonib. bellum gerit, eásque opprimit. 97.b. 98.a
Hercules Anteum luctã vicit 99.b. Argis regnauit, primus ex maximis piratis. igni perit. an. 52. vixit 46. an.
Heribertus Lotharij filius, Parisiorum rex, ob incestas cum duabus sororib. nuptias, à S. Germano fuit excommunicatus. 466.a
Herigerus Abbas Iobiensis, scripsit libr. de Corpore & sanguine Christi. 565.b
Hermes apostoli Pauli discipulus 375.b. qui & Pastor dicitur. ibidem
Hermes Trismegistus philosophus numinis instar apud Ægyptios cultus. 84.a
Hermodorus Ephesius, legum Roman. interpres, ac penè auctor. 257.b
Hermolaus grammaticus. 464.a
Hermolaus Barbarus, Patriarcha Aquitanensis. 732.a
Hermophilus cæcus Theopõpum geometriam sine radio docet. 268.a
Herodes Agrippa ingratus Antipam apud Caligulam accusauit. 221.b 222.a
Herodes Iudos scenicos, & gladiatorum lanienas instituit. 209.b
Herodes pontificiam dignitatem corrupit 209.b venale sacerdotium reddidit. ibidem
Herodes primus alienigena Iudæorum rex. 209.b
Herodes Ascalonita 209. a. Herodes magnus. 208.b
Herodes cõfirmatur in regno ab Augusto. 340.a
Herodes omnes cum tota posteritate intra centum annos consumpti sunt. 221.a
Herodes pueros in Syria, inter quos & filium suum necat. 230.a
Herodes primus omnium Iudæorum ducum externum militem conduxit 201. b. tria millia talentorum è Dauidis sepulchro effodit. ibid.
Herodes primùm tutor Galilææ à Cæsare, deinde Iudææ Tetrarcha ab Antonio, denique ab Trium viris rex constituitur. 208.b
Herodes populum auarè imperiosèque tractauit quadraginta Scholasticos nobiles profanationem templi non ferentes cum ipsorum præceptoribus viuos crudelissimè cremauit. 209.b
Herodes in hoc vno laudatur, quòd Pharisæos sapientesque coluerit, neque à Pharisæis, neque ab Essenis exegit sacramentum 209. b. eius crudelitas. 210.a
Herodes Samariam instaurauit, Galilæam subiecit. 201.b Hierosolymitanos muros vetustate collapsos restaurauit: principatu sacerdotio. & prophetiæ dono clarus. à Pharisæis contemptus ad Sadducæos se contulit. 201.b
Herodes Antipatri Idumæi filius, occasione belli ciuilis inter Cæsarem & Pom. ad regnum peruenit. 207.b
Herodes Agrippa rex Iudææ & Samarię D. Iacobum occidit & D. Petrum in carcerem conicit 227.b. consumptus à vermibus expirauit. ibidem
Herodes Antipas, ab Herode Agrippa accusatus, lugdunum in exilium cum Herodiade mittitur, illic vterque miserabiliter & in summa egestate moritur, pœnas luens interfecti Ioannis Bapt. & irrisi Christi. ibidem.
Herodes moriens reliquit regnum Archelao, & Antipæ Herodi Tetrarchiam. 213. b
Herodes in tanta impietate haberi voluit pius, templum à fundamentis instaurauit, ac magnificentius reddidit. 210.a
Herodes rex Calchidis, Herodes Agrippa post Philippum Tetrarcha à Caligula factus, deinde rex totius Iudææ à Claudio creatus, quem corroserunt vermes. 210.b
Herodias vxor Philippi, concubina Antipæ. 210.b
Herodianus historicus. 396.a
Herodotus suam Ægyptiorum historiã à Cheope orditur. 160.a
Herodotus pater historiæ, non historiam sed mythistoriam, historiam fabulosam scripsit. 261.b
Heroicum carmen Græcis nondebemus. 82.a
Heroica tẽpora, ante quę nihil certi extat apud Græcos, incurrunt in sæculum Samsonis 102.a
Heroum ætas. 2.a
Herudfordianum concilium in Anglia. 488.a
Hesiodus Ascræus poæta & sacerdos musarum in Helicone, centum annis post Homerum 130.a Theogoniam scripsit.
Heth filius Chanaan. 32.a
Heua mater generis humani, annis decem post Adam moritur, anno vitæ suæ & mundi conditi. 940. 17.b
Hexameron siue opificium sex primorum dierũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moles in Genesi duntaxat describere instituit. 5.b
Hexapla, i. sextuplicia propter sex interpretationes in vnum volumen coactas. 290.a
Hiarbas piscis in libya. 70.a
Hiarbas rex libyæ. 62.a
Hic si 68.b. pastores potentissimi, 70.a
Hic si populi antiquissimi. 6.a
Hiel ædificauit Iericho. 127.b
Herenias reliqua Regum edidit. 134.b
Hieron Syracusanorum rex. 249.a 257.a
Hieron rex Syracus. 176.a
D. Hieronymus multa in ecclesia instituit. 417.b
eius magna laus. 428.a
Hieronymi liber contra apostatas, qui dicebãt Christianos esse imperitos. 434.a
D. Hieronymus psalterium per ferias distinxit. 425.b presbyter Cardinalis Damaso charus. 415.b
D. Hieronymus de Origine, qui dum sacros libros emendare optaret, corrupit 289.b. 290.a
Hieronymi versio veracior in sententiis, & clarior in verbis. 415.b
Hieronymus solus vetus testam. de Hebræo in lat. conuertit de Græco, antè eum sex erant conuersiones. 438.a
D. Hieronymus non modò vereres editiones emendauit, sed etiam septimam de ipso Hebraico multò incorruptius transtulit. 290.a
Hieronymus corpore defecto, cùm è lecto sese erigere non posset, nisi apprehenso func, qui de trabe pendebat, obut in Bethleem anno Christi 422. & 92. ætatis suæ. 438.a
Hieronymus Ægiptius. 24.a
Hieronymus Burgensis, catalaunensis episcopus & Comes, de pietate & literis bene meritus. 775.b
Hierophile Sibylla Delphica. 96.a
Hieropolitanum templum Hierosolymitano simile. 196.a b.
Hierosolyma erat omnium vrbium Orientis clarissima & amplissima. 190.a
Hierosolyma capitur. vndecies centenamillia fame & gladio perierunt. 775.b
Hierosolymitanũ concilium 417.a 442.b 483.a 603.a
Hierosolymitanus patriarcha Germanus hodie sedet. 773.b
Hierusalem primarium ecclesiæ suæ thronum quare non posuit. 364.a 365.b
Higinus Athenienses, 10. Rom. pontifex, epistolas duas scripsit. 384.a.b
Hildemense concilium. 744.a
Hillelis doctoris insignis 80. discipuli. 205.b.
Hillelis minimus eruditione discipulorum, vniuersum cabbalæ & scripturarum corpus, cũctas etiam philosophiæ partes exactissimè tenebat. 209.b
Hilarius Arelatensis. 435.b
Hilarij magna laus. 414.b
Hilarius Sardus, 48. Rom. pont. 445.a b
Hilarius Pictauorum episcopus hymnum Angelorum in lat. conuertit, & in Missam includit. 420.a
S. Hildegardis miraculis & prophetiis illustrissima. 608.
Hilpericus Francor. rex à satellite confossus est. 487.b
Hilpericus Francorum rex multos Iudæos baptizari iussit. 467.b 468.a
Hipparchus astrologus. 308.a
Hipparchus Pisist..ti filius, Athenis occiditur vt tyrannus. 242.a
Hippocrates medicus in Thessalia. 190.a
Hippocrates Pythagoræ discipulos, medicinam in lucem reuocat. 260.b
Hippolytus martyr. 598.a
Hippomenes Ath. quartus decennalis princeps. 145.a
Hipponense concilium. 435.a. 442.a
Hiram rex Tyri. 123.b
Hiras Hiratres sacerdos Danidis. 111.b
Hispalense 1. concilium contra Arianos. 469.a
Hispalense 2. concilium. 478.b
Hispaniæ regum chronica incipiunt. 437.b
Hispanicum concilium. 509.a
Hispani die sabbati cessant ab omni opere sub horam vespertinam. 457.a
Hispanorum opus est, expugnare infideles & paganos. 729.b
Hispani versus occidentem sulcato mari nouum orbem adeunt. 122.a
Historiæ Græcæ scriptores. 261.b
Historia regni hæretici liquidò narrari non potest. 154.a 155.b
Histriones Italia pelluntur. 216.a
Historicum sæculum incipit. 134.a
Histrus in porro. 148.a
Hobal filius Ioctan. 37.a
Holda prophetissa. 147.a. 148.a
Holophernes contra Cilices, Syros, Iudæos, donec ei Iudith caput præscinderet. 236.a
Homerus mendaciorum scriptor. 242.a
Homeri fabulæ innumerabiles de bello Troiano 102.a
Homerus non modò cæcus fuit, sed & victum errans per omnes propè terras sibi emendicabat. 123.b
Homeri & Hesiodi animas pendentes ex arbore serpentibus illas vndique vexantibus graues dare pœnas eorum causa, quæ finxerunt de diis. 123.b
Homerus centum annis plus minus post bellum Troianum 123. b. sexcentis ante Aristotelẽ, Melesigenes ante cæcitatem appellabatur. eius ortum septem Græcorum ciuitates gloriosè sibi vendicabant: cuius poësi nullum opus apud Græcos vetustius extare in confesso est. Sibyllinos versus plurimos suis versibus inseruit. ibidem.
ante Homerum multi poetæ in Græcia extiterũt. 123.b
Homerus iunior, vnus è pleiadum numero. 291.a
Homo sibi relictus cæ post lapsum. 7.b
Homo post lapsum necessariò moritur 7.b
Hominem fecit Deus ætate, sapientia, virtute, scientia perfectum. 4.a
Homines primi longæui quia natura erat simplicior & incorruptior. 5.b

cior & incorruptior. 5.b
Homines primùm in Attica fuisse natos alij asseruerunt, alij in Arcadia, alij in Ægypto, alij in Scythia. 5.b
Homi Megalités gladiis militum confoditur. in numero duorum ponitur in Hebr. breuiariis. 207.b. 208.a.
Honoratiam pro Missis dari. 753.b
Honoricus succedit Genserico, qui multò crudelius Catholicos est persecutus. 448.a.b
Honorius 1. Gampanus, 72. Rom pontif. 479.a.b
Honorius 1. edit contra Alexandrum. 581.b
pseudopapa. 581.a
Honorius 2 Imolensis, 169. Rom. pont. 699.b
Honorius 3. Romanus, 183. Rom. pont. 628.a.b.
Honorius 4. Romanus 190. Rom. pont. 683.a.b.
vir bonus & integer.
Honorius presbiter Augustodunensis. 594.a
Horas obseruasse primus dicitur Mercurius Trismegist. 289.b
Horatius, vita incontinentissimus, sententijs grauissimus. 345.b
Horcena vrbs in Germania. 104.a
Homisda Frusinonius Campanus, 54. Rom. pontif. reliquit multas epistolas decretales. 456.a.b.
Horologium sciotericum. i. solare. 248.a
Horologium Achaz celebratur, cùm Græci & Latini trecentis annis ante Christum neque quadrantes, horologia, neque horas habebant. 137.b.
Hortensia Hortensij filia, luculentam orationem ad Augustum habuit. 545.b
Hortensius consul. 325.b
Hortensius occisus est cum Cassio & Bruto. 346.a
Hortus Eden in Mesopotamia. 7.b
Hortus voluptatis, futuræ vitæ immortalis typus. 21.
Hosius centeno maior moritur. 524.a. Hosij deliramenta.
Hosius Cordubensis. 422.a
Hospitalorum D. Ioannis ordo. 596.a
Hospitalarij D. Io. equites Rhodij. 692.a
Hostanes de Magia scripsit. 273.b
Hostiensis episcopus pallio vtitur, & pontificè Rom. consecrat. 418.a
T. Hostilius Rom. rex. 141.a
Hozai propheta. 147.a
S. Hugo monachus Cluniacensis. 573.b
Hugo D. S. Victore Parisiensis theologus. 595.b
Hugo Cardinalis S. Sabinæ scripsit in vniuersam scripturam, iuxta quadruplicem sensum. 635.b
Hugo Capetus Francorum rex. 544.a
Hugo Capetus, Comes Parisiensis. 563.b
Huguenoti vnde dicti. 761.b
Hula filius Aram. 31.a
Humanum sanguinem, non fundere. 27.b
Hundeus Normanorum rex, fidem amplexus a Carolo de baptismo suscipitur. 560.a. 561.b
Hungariæ regnum incipit. 564.a. 565.b
Hungarorum duces præcipui. 564.a. 565.b
Hus filius Aram. 31.a
Io. Hus pseudoeuangelista Bohemorum. 576.a
Hyberni siue Scoti fidem Christi recipiunt. 418.a
Hydraulica, i. organa, in Francia hoc primum incipiunt. 529.b
Hydrophobeticum, aquas extuent Paludum interisse. 706.a
Hymni ab Hilario & Ambrosio compositi. 420. a. 421.b
Hymnographi apud Græcos. 332.a
Hypapante Dominicum festum. 461.a
Hypermnestra Danai filia sacerdotio fungitur. 98.
Hyrtacus filius Alexandri pontifex. 206.a
Hyrcanus exvna camera tria talentorum millia erutt. 120.a
Hyrcanus octogenarius occiditur. 209.b

I.

IAbel filius Lamech Cainitarum septimus. 15.a
Iabel à Caino septimus, ab Adamo octauus, Pastoritiam nece Abelis, Abelis intermortuam restituit. 16.b
Iacob & Esau nepotulos suos Abraham ex Isaac suscepit. 45.b.
Iacob & Esau ex vno concubitu sibi differentibus planè naturis, astrologorum vanitatem coarguunt. 57.b
Iacob prandet domui suæ. 78.a
Iacob suscipit Benjamin, Rachelem sepelit & Deborã 58.a. viginti duos an. Isaac senem sua præsentia consolatur & curat.
Iacob, & qui & Israël cognominatus post angelicam luctam, omnium primus votum nũcupauit Deo. 59.b
Iacob vixit cum auo Abraham annos quindecim cum Sem patriarcha 50. cũ patre Isaac. 120 &c. 59.b
Iacob per annos 12. delitescit apud abauũ Heber metu fratris Esau. 59.b
Iacob ducit Liam vigesimum secundum agentẽ, inde post dies septem Rachelem Liæ gemellam, quæ & ipsa pronde agebat vigesimum secundum. 59.b
Iacob anno ætatis 63. benedictionem & prærogatiuam primogenituræ consequitur à patre. 59.b
Iacob descendit in Ægyptum, annis 130. natus 59.b
Iacob è Mesopotamia rediens, patrem Isaac in Hebron inuenit. 56.a
Iacob annos trãsegit in Mesopotamia, patri ministrauit post reditum suum à Mesopotamia 22. annos. 59.b
Iacob moritur post tot exilia & cruces, anno 17. post descensum in Ægyptum. 60.a
Iacob Iosephi viri Mariæ pater. 210.a
Iacobæi manserunt in Ægypto 430. annis. 61.a.b
Iacobini ecclesiæ conciliantur. 718.a
Iacombitæ hæretici. 478.a
Iacobitarum secta. 445.b
Iacobus frater domini, de templo præcipitatur, iussu Anani pontificis 225. b. texit ecclesiam Hierosolymitanam 30. annis. ibidem.
Iacobi tres, quorum duo Apostoli, tertius simpliciter Frater Domini episcopus Ierosolymitanus appellatur. 225.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobus Ioannis frater, decimo anno à morte Christi occisus est. 223.b
Iacobus Iustus apostolus, frater domini Hierosolymis ann. dom. 34. sedit. 372.a
Iacobus frater Domini Liturgiam siue missam promulgat, quæ Græcè habetur 221.b. primus ab Apostolis cõstitutus fuit episcopus λειτάρχης. 225.b
Iaddus sacerdos, quem Alexander summa veneratione prosecutus est. 190.a
Iaddus qui occurrit Alexandro magno. Simon Iustus appellatus est. 192.b
Iair Galaadites de tribu Manasse. 97.b
Iannes & Mamres, magi Ægyptiorum qui Mosi restiterunt 66.a. principes incantatorum.
Iair ciuitates 20. condidit. 97.b.
Iannes Mosi restitit. 67.b
Iannes vltimus princeps de domo Iechoniæ. 196.a
Ianuæ seu Ianizeri ex Christianorum filijs eliguntur. 719.b
Ianuarius vndecimus mensis. 2.a
Ianus primus in Italia regnat. 93.a.b
Ianus Noe dictus ob vini inuentum. Iam vinum dicitur. 25.b
Ioa religiosiùs prefertur, quem Iouis dæmonis nomen. 80.a
Iaphet filius Noe primus. 21.b
Iaphet ab Hesiodo Iapetus nominatur. 30.a
Iaphet se matri audacter commisit vnde, Audax, Iapeti genus. 26.a
Iapetus Europæorum & Septentrionalium pater. 28.a
Iared genuit Henoch anno ætatis suæ. 162. 12 b
Iared omnium diutissimè vixit, dempto Mathusale. 12.a
Iared propheticè appellatus, quoniam eius ætate fuit maximùs mundi descensus siue declinatio in religiones varias. 12.a
Iason Argonautarum princeps. 96.a
Iason frater Oniæ 191.b. qui Iesu, dicebatur. 197.b
Iason Cyrenæus quinque libros scripsit de reb. Machab. 312.a
Iauan filius Iaphet. 31.a
Iauan Græcorum sator. 31.a
Iberus rex Hispaniarum secundus. 59.b
Ibis poëma Callimachus condidit. 295.b
Ἰχθύς, Christiani. 115.a
Iddo propheta. 155.a
Iddo vates. 155.a
Idioma Sanctum, Aramæum. 189.b
Idiotę Hebræo charactere, & Aramæo idiomate vtebantur 185. 2. Samaritani, idiotæ.
Idololatria vetus posita erat in cultu syderum, militia cæli. 93.b
Idololatria diaboli inuentum. 13.b
Idololatria cœpit tempore Enos. 10.a
Idolomania vigebat temporib. Abrahæ. 44.a
Idolorum prima mentio. 61.b
Idola non colere, naturæ præceptum. 27.b
Idola obmutuisse cõcionãtibus Apostolis. 230.a
Idumæorum rex primus. 61.b
Idumæorum sacrificij, Christianorum. 414.a
Iechonias transmigrationis tempore regnauit. 150.b.2.151.b.
Ieduthun propheta. 109.b
Iehiel filius Zachariæ. 126.2.b
Iehoua vel Ioua nusquam exstitit in rerum natura 80.a. noua, irreligiosa, imperita, aliena & barbara pronunciatione, dicitur Iehoua.
Iehu rex Israël. 129.a.b
Iehu omnem progeniem Achab deleuit multa piè fecit 160.a.in impietate. ibidem
Iehu filius Anani vaticinatur contra regem Israël Baasan. 129.a.127.a
Ieiunare die Dominico, & die Iouis non licet. 411.b
Ieiunia quatuor temporum, in quibus ordines sacri conferuntur, instituta à Calixto. 392.a
Ieiunium in quadragesima feria quinta instituit Gregorius. 497.b
Iephte infamis quidem natalibus, fide & pietate nobilis, sanctisque veteris testamenti ascriptus. 98.a.
Iephte ad Aram filiam sacrificauit 95. b. perpetuæ duntaxat virginitati consecrauit, dicunt recentiores.
Iephte è tribu Manasse. 98.a
Iera filius Ioctan. 37.a
Ieremias vates. 147.a.148.a.152.a
Ieremias prophetiæ munere fungitur. ann. 41. à suis trahitur in Ægyptum, ibi philosophiæ incunabula posuit, secretiore sapientia hierophantes imbuens. 238.a
Ieremias hodie in patriarchatu Constantinopolitano, 142. patriarcha. 773.b
Ieremias Constantinopolitanus patriarcha ad Henricum 3. Franc. regem scribit. 784.a
Ieroboam Israëlitarum rex. 116.b
Ieroboam Israëlitas ad rebellionem inflammauit. 111.b
Ieroboam filius Nabat de tribu Ephraim hæreticus. 155.a.b.156.a
Ieroboam filius Nabat regni decem tribuum cõditor. 124.b
Iesca, quæ & Sara filia Haran 38.a. quæ pulchritudine sua excitabat homines ad sui conspectum.
Iesse, siue Iai princeps Iuda. 104.b
Iesuatorum monasticus ordo. 709.b
Iesuitarum ordo confirmatur. 747.b
Iesuitarum initium. 739.b
Iesuitarum collegium Claromontensis episcopus Lutetiæ condit. 757.b
Iesus filius Syrach auctor Ecclesiastici. 291.b
Iesus filius Syrae Ecclesiasticum Hebraicè scripsit. 193.b. è 72. interpretib. fuit.
Iesus, qui suum in Iasonis nomen transformauit. 196.b
Iesus filius Iosedec. 186.b
Iesus Gamalielis filius, pontifex. 225.a
Iesus, siue Iosue, minimus filiorum Baiazetis, Christianæ religionis initiatus. 715.b
Iesus nomẽ Paulus in epistolis quingenties vsurpat vsque adeò ei erat amabile & suaue. 367.b
Iethro socer Mosis. 88.a
Iezabel impia, filia Ethbaal regis Sidoniorum. 158.a
Ignatius Alexandrię patriarcha. 368.a
Ignatius antiphonarum & hymnorum primus auctor. 427.b

Ignatius Ioannis euangelistæ discipulus, primus instituit antiphonas & hymnos in ecclesia. 377. b 379.b
Ignatius Layola Hispanus, Societatis Iesu fratribus institium dedit. 739.b
Ignis sacer in puteum mersus 190.a
Ignis ardens à Callinico architecto Syro excogitatus. 489.a. seu gregeovs.
Ignis Latriam fugit Abrahã, quam tyrannus Nimrod vrgebat. 44.a
Ildericus Vuandalorum rex v. in vincula conjectus. 498.a
Ilerdense concilium in Hispan. 455.a
Iliadem Homeri nucis putamini inclusam fuisse. 722.a
Illyricum concilium de Trinitatis vnitate. 417.a
Imago Dei in naturalibus mẽtis facultatibus. 4.a
Imagines sacræ adorandæ. 510.b
Imagines sacræ in templis habentur, & sunt in aliqua veneratione, vt quæ imperitioribus sint loco sacrarum literarum. 489.b
Imagines Christi & Sanctorum venerandas esse. 451.b
Imarus rex Libyæ. 257.b
Immobilis Ecclesiæ sedes. 412.a
Imperatrix Maria, filia regis Aragonum, ob adulterium publicè Igne concrematur. 564.a
Imperij per barbaras notiones laceratio. 362.a
Imperator & laici dantes beneficia, nec non & clerici accipientes Simoniaci declarantur. 587 a.
Imperatoris legati adsunt Concilio Gentiliaco in Francia. 506.b
Impij astris, naturæ, casui, vel humanæ industriæ tribuum, quod à Dei gratia vel iudicio est profectum. 25.b
Impressoria ars, nouum scribendi genus, anno 1440. excogitata in vib. Argentinensi. 720.a
Imra Æthiopum rex, inter sanctos relatus: miraculis clarus, suis precib. stetit cursum Nili. 619.b
Inachus Argiuorum rex primus. 85.b
ab Incestu propinquorum, naturæ præceptũ. 28.a
Indictiones incipiunt. 41.b
Indictiones substitutæ olympiadibus. 134.a
Indictiones Constantinianę. 411.b
Indictionum Constantini Magni initium. 2.a
Indictiones incipiunt ann. Dom. 313. quæ 15. annorum spatio desiniuntur. indictio certi tributi genus. 411.b
Indorum sator fuit Ioctan. 37.a
Indi in suis Chronicis Adami patrem & præceptorem fingunt. 5.b
Indulgentias quòd primus Gregorius dederit, est error. 469.b
Ihgelheimense concilium. 555 a 556.b. 560.b
Innocentium quatuordecim millia occisa sunt. 119.b
Innocentius 1. Albanus, 42. Rom. pontif. multa instituit. 435.a.b
Innocentius 2. Romanus, 170. Rõ. pont. 600.a.b
Innocentius 3. Anagninus, 181. Rom. pont. 624.a.b.
Innocentius 4. Genuensis, 186. Rom. pont. 632. a.b. pater iuris. ibidem
Innocentius 5. Burguntius 191. Rom. pont 681.a b. Dominicanus. ibidem
Innocentius 6. Lemouicẽsis, 205. Rom. pont. 704. a.b. Canonista maximus. ibidem
Innocentius 7. Sulmonensis, 210. Rom. pont. iurisperitus comis ac blandus. 714.a.b
Innocentius 8. Genuensis, 221. Rõ. pont. 728.a.b
Iuo in Pannonia. 414.a
Inquisitionis officium instituitur. 729.b
Instrumenta musica decem generũ. 109.b 110.a
Integra vrbs in Phrygia, cuius magistratus, & ciues omnes erant Christiani, incendio cremata est. 405.b
Intercalatio Cæsariana correcta est ab Augusto. 218 a
Intrauit vt vulpes, regnauit vt leo, mortuus est vt canis. 686.a
Inuentio rerum non est ita recens, vt Græci putant. 57.b.58.a
Inuentores rerum ingeniosi fuerunt primi homines. 5.b
Io, vel Isis, artem molendi pinsendique docuit. 94.a.
Ioachas pontifex. 116.a
Ioachas rex Iudæ 19. Iosiæ filius, sanguinarius & impius. 148.a.b
Ioachim, qui & Iechonias, à populo dux constituitur. 150.a.151.b
Ioakim, Eliakim rex iudæ 20. Iosię filius, impius fuit. 149.a.b
Ioachim rex, qui & Eliachim, ob significationis ταυτότητα. 211.b
Ioachim pontificatum suscipit & administrat. 189.a.b. 190.a. librũ Iudith conscribit. ibidem
Ioachim pater fuit. B. Mariæ virginis. 211.b.
Ioachim B. Mariæ parens nascitur, Eliachim & Eli. 206.a
Ioam vates. 155.a
Ioam prænunciat Iosiam destructurum idololatriam 124. a. Iadon vocatur à Ioseph, Semeas à Tetbula.
Ioanan ben Zachai discipulorum Hilletis minimus 209. b. vniuersũ scripturæ corpus tenebat
Ioanna puella, anno ætatis circiter 20. Aureliam vibem obsidione Anglorum, qui Lutetiam postidebant liberat. 718.b
Ioannes Christi Baptista & præcursor. 214.a
Ioannes Apostolus in Pathmum insulam relegatur, 377.b. Euangelia & epistolas dictat reuersus ab exilio. ibidem.
Ioannes Euangelista moritur. 360.b
Ioannes sua morte clausit centensimum Christi nati annum. 377.b
Ioannes Damascenus Theologus multa Græcè scripsit. 500.a
Ioannes à deuicto quodam hyrcano, Hyrcanus dictus est. 200.a.b.
Ioannes Hyrcanus pontifex. 3 4.b
Ioannes Francorum rex ordinem equitum Stellæ auspicatur. 720.a
Ioannes rex. Franc. Burgundiam Galliæ regno coniunxit. 706.a.
Ioannes Cabadis dux egregius, postea mendicando victum quęsiuit. 460.a
Ioannes Storeus Anglus Londini illustri martyrio ad superos migrauit. 769 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannes Hispalensis in captiuorum solatium Scripturam in Arabicam transtulit. 500.a
Ioannes Indorum Patriarcha, vnus de maximis, Romam venit ad Calideum pontificem. 567.b
Ioannes Indiæ presbyter & rex. ibidem
Ioannes abbas Chronicon scripsit. 468.a
Ioannes de Columna, auctor libri cuius titulus est, Mater historiarum. 696.a
Ioannes à Temporibus annos 361. vixisse fertur. 603.b.
Ioannes Guttembergius Argentinensis, artem impressoriam primus excogitauit. 710.a
Ioannes I. Tuscus, 55. Rom. pontif. 457.a.b
Ioannes II. Romanus, 58. Rom. pontif. 460.a.b.
Ioannes III. Romanus, cognomẽto Catilina. 63. Rom. pontif. 465.a.b
Ioannes 4 Dalmata, 74. Rom. pont. 482.a.b
Ioannes V. Antiochenus, 84. Rom. pontif. 490. a.b. 491.a
Ioannes VI. Græcus, 87. Rom. pont. 494.a.b
Ioannes VII. Græcus. 88. Rom. pontif. 494.a.b
Ioannes VIII. Romanus, doctus, antea Cardinalis, 110. Rom. pontif. 537.a.b
Ioannes I. X. quem hæretici nugantur ementito sexu sedisse in sede pontif. esse autem fabulam multis argumentis euinci potest. 631.a. 633.b
Ioannes X. Romanus, 116. Rom. pontifex. 550.a.b
Ioannes 11. Romanus 119 Rom. pont. 551.a.b
Ioannes 12. profugus, iterum pontificatum obtinuit. 558.a.b
Ioannes 12. Romanus, 134. Rom. pont. 555.a.b hominis monstrum. 556.a
Ioannes 13. Romanus, 136 Rom. pont. 558.a.b
Ioannes 14. Papiensis, 141. Rom. pont. 561.a.b
Ioannes 15. Romanus, 142. Rom. pont. 562.a.b. malus & auariss. cleros exosus, omnia suis largitur. ibidem.
Ioannes 16. Romanus, 143. Rom. pont. ibidem
Ioannes 17. Græcus, 145 Rom. pont. 564.a.b
Ioannes cognomento Siccus, 18. Romanus, 147. Rom. pont. 567.a.b
Ioannes 19. Rom. pontif. 148. ad otium conuersus, nihil memoria dignum gessit. ibidem.
Ioannes. 10 Tusculanus, 151. Rom. pont. 571.a.b
Ioannes 21. Lusitanus, 193. Rom. pontif. 682.a.b. vir literatus, sed in rebus gerendis parum prudens. 683.b
Ioannes 22. Caducensis, 202. Rom. pontif. 694.a.b 697.b
Ioannes 23. Neapolitanus, 213. Rom. pont. 716.a.b
Ioannitarum ordo instituitur. 596.a
Ioas Ochoziæ minimus filius. 130.b
Ioas & Ieroboan Israëlitarum reges. 131.a
Ioas sex annis occultatur propter tyrannidem Athaliæ 130.a. restaurat templum, tandem deprauatus iram Dei meruit. à suis seruis interfectus est. 129.b.
Ioatham rex Iudæ 13. sanctissimus fuit, prospereque regnum administrauit. 137.a.b
Ioatham Pontifex. ibid.
Iob historia à Iosepho non nominata. 189.b
Iob Arabs Hussitarum princeps, fuit ex posteris Nachor. 67.b
Iob Dina filiam Iacob ducit vxorem. 63.a
Iobab filius Ioctan. 37.a
Ioctan Indorum pater. ibid.
Ioctan frater minor phaleg. 33.a
Iodocus Badius doctissi. 731.b
Ioël summus sacerd . . 132.b. 133.b
Ioel propheta, de duabus tribubus vaticinatur. 145.a
R. Iohannam ben Zachia, præceptor R. Eliezer. 229.b
Ioiada pontifex. 129.a
Ioiada quintus pontifex. 192.b
Ioiada pontifex solus post Mosem 120 ann. vixisse legitur. 130.a
Iones profugi Athenas se contulerunt. 108.a
Ionica & Italica philosophia est vetustissima. 239
Ionadab filius Rechab, clarus propheta. 127.a.b
Ionas prędicit euersionem Niniue regi Assyriorum. 131.b
Ionas diutissimè munus prophetiæ exercuit. ibidem
Ionas vaticinatur in Ieroboam filium Ioas. ibid. in Niuiuitas.
Ionas cocus Lutheri, se iustum Ionam prædicabat. 751.b
Ionathan propheta. 115.a
Ionathan 3. Iudæorum princeps. 199.a.b
Ionathan pontifex Annæ filius. 222.a
Ionathas filius Vziel paraphrasin Chaldaïcam fecit. 204.a
Ionathan ben Vziel, Syriacè totum vetus testamentum reddidit 209. obiit ann. 28. ante Christi Natiuitatem. Paraphrastes Chaldaïcus appellatur. ibidem.
Ioarib summus pontifex. 128.a
Ioram propheta. 125.a
Ioram Israelitarum rex. 127.a.b
Ioram frater Ochoziæ, nonus rex Israel. 159.a.b.
Ioră rex Iudæ septimus 127.a. Athalia filiæ Achalo coniux, peregrinam religionẽ secutus est. ibidem b
Ioram intestinorum doloribus per biennium inuexatus, vt egereret etiam viscera sua. ibidẽ.
Iordanis fluuius ad radices Libani montis exoritur. 214.a
Iordanes Dominicanus, theologus suis silentiũ mensæ præscribit. 630.a
Iornandes, siue Iordanus Gotthorum episcopus & historicus. 462.a
Iosaphat summus sacerdos. 128.b
Iosaphat rex Iudæ sextus, sanctissimus 116.a religionis virtutibus clarus. cum Achab affinitatem iunxit. 127.b
Iosaphat nauigationem in Ophic Indiæ à temporibus Salomonis intermissam repetit, sed infeliciter, quòd illius socios Israëlitas hæreticos adiunxisset. 127.b
Iosedec temporum captiuitatis. 186.b
Iosedec & Ielu Pontificibus. 166.b
Ioseph sexdecim annorum vendirur. eum habet seruum Putiphar, eundem habet in carcere per annos circiter tredecim. 60.a
Ioseph tricenarius stat in conspectu Pharaonis, protex Ægypti. ibid.

Ioseph somniorum intelligentiam primus condidit 61.b. venditus à fratribus per inuidiam.
Ioseph ab Ægyptæ pudentia singulari famem depulit, consecratus ab Ægyptiis, Serapis nomine. 61.b
Ioseph vixit 110. annos 65.b. minùs diu vixit quã reliqui. ibidem
Ioseph in Nilum proiectus refertur inter deos Ægyptiorum 64.a. ossa eius transtulerunt Israëlitæ.
Ioseph filius gener fuit Eli. i. Ioachim. 211 b
Ioseph cæcus paraphrastes. 209.b.
Iosephus Galilææ dux. 217.b
Iosephus Galilææ prefectus à Rom. capitur. 228.a
Iosephi testimonium de Iesu, vero Messia Christo. 230.a
Iosias rex Iudæ pugnans contra Necao in prælio cecidit. ibidem
Iosias rex Iudę 18. idololatriæ labes expiauit. 147.a.b.
Iosippus Hebræus. 377.b
Iosippus & Iosephus, vterque sacerdos, doctus, nobilis, &c. vnus Hebr. alter Græcè scripsit. 228.a
Iosue pontifex. 184.a
Iosue de tribu Ephraim. 84.b
Iosue princeps synagogæ magnæ 184.a cũ fuisse edoctum à Mose. 187.b
Iosue rerum suarum commentarios scripsit, & Deuteronomij postremos versus. 83.a
Iouianus noluit habere milites nisi Christianos. 423.b
Iouianus Athanasium ab exilio reuocat, & templa Idolorum claudit, &c. 424.a
Ioumanus hæreticus. 422.a
Ionius Maximinus conuentus fieri prohibuit. 399.b
Iouianus Pontanus. 728.a
Irad Cainitarum tertius. 10.b
Irenæus Lugdun. 226.a
Irenæus Lugdunensis episcopus Fotini successor 388.a.
Irenæi error de receptaculis animarum. 694.a
Isabella Philippi Franc. regis filia. 698.a
Isaac Hebræorum pater. 45.b
Isaac genuit Iacob. 55.a
Isaac ex promissione & secundum spiritum natus. terræ sanctæ incola solus fratrum permãsit. 57.b
Isaac typus Christi, qui Polygamiam synagogæ sustulit, & monogamiam antiquam retulit. 55.b. 56.a.
Isaac caligauerunt oculi, & videre non poterat. 56.a
Ismael antichristi siue Mahometis typus. 96.b. 56.a
Isaac anno ætatis vincꝰ, vt sacrificaretur à patre. 56.a
Isaac recipit Iacob è Mesopotamia feliciter reuertentem. 55.b
Isauricus dictus Serui. 206.a
Isboses Saulis filius regnauit septem annos, & menses tex. 109.b
Isidorus Pelusiota. 441.b
Isidorus Basilidis filius. 386.a
Isidorus Hispalensis commentatus est libium Iudith. 239.b
Isidorus Iunior Hispalensis episcopus 477.b Gothorum historiam scripsit. ibidem.
Isidorus senior, episcopus Cordubensis 43.b.a
Isidorus senior Cordubensis Chronicon scripsit quod auspicatur à Ioãne Chrysostomo. 438.a
Isidorus edidit de Donatione Constantini edictum. 413.b
Isis ex Æthiopia ad Ægyptios attulit literas. 67.b
Ismaël Ismaëlitarum & Agarenorum in Arabia princeps. 46.a
Ismael primogenitus Abrahæ ex ancilla Agar, à quo Ismaëlitæ, Saraceni, & Arabes 57.b. duodecim filios principes reliquit. ibidem
Ismael ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra ipsum. ibidem
Ismaël pœnitentiam egit, & pietatem coluit, & & paternum funus cum Isaac religiosè curauit. ibid.
Ismael mortuus est anno 65. Iacob. 60.a
Ismael Sophi. 737.a.b. 704.a
Israëlitarum siue decem tribuum regni conditor Ieroboam. 124.b
Ismaelitarum reges semper in impietate Ieroboam permansisse, nisi eam aliqui auxerint. 125.a
Isthmia & Pythia primùm aguntur in Græcia.
Isthmus Ægyptiaca. 81.b
Italiæ nouum regnum exoritur. 540.a. 541.
Italię pars mero pontificis iuri subest. 106.a
Itinerarium R. Beniamin. 189.b
Iturea in Tetrarchia Philippi. 215.b
Iuba Mauorum rex doctissimus. 221.a
Iubal filius Lamech Cainitarum septimus. 13.a
Iubal, musices, & instrumentorum eius psalterij & cithariz repertor. 15.b
Iubelda terra sic Hispaniæ. 62.a
Iubilandi vocabulum à nomine Iubal fluxit. 15.b
Iubileum ad annos 25 Sixtus 4. reduxit. 726.a
Iubileum de centesimo Bonifacij ad 50. annos retulit. 701.b
Iubilens annus centesimo quolibet anno celebrandus. 636.a
Iudæ regnum, vel Hierusalem, vel duarum tribuũ, vel Dauid Roboam obtinuit. 124.a
Iudæa in prouinciam redacta. 113.b
Iudæa in potestatem Rom. venit anno 61. ante Christi ortum. 206.a
Iudæa miserè à Magis & latronib. affligitur. 223.b
Iudæis quidam imposuit Iudæis quibusdam se esse verum Messiam. 731.a
Iudæus quidam sacram hostiam cum theca emit, &c. 735.b. 736.a
Iudæi pacis Principem de medio tollentes, in dissensionis & belli præsidis Satanæ potestatem inciderunt. 221.b
Iudæi pastores, quòd eorum opes in pecoribus essent positæ. 65.b. 67.b
Iudæi cadebant super faciem, & adorabant. 406.a
Iudæi in Ægypto constantissimè retinuerunt linguam Hebraicam. 66.a
Iudęi indulgentes odio in Christianos aliter numerum annorum notant. 350.a
Iudæi Apostolorum æmuli, sacrarum literarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

captiuarij. 167.b
Iudęi plures remanserunt in captiuitate, amore possessionum & liberorum, illicque formam reip. à Persis tedemerunt. 186.a 187.b
Iudæi & Samaritæ in Palestina ecclesias incendunt, & obuios quosque Christianos interficiunt. 464.a
Iudæi externorũ dominatu plenè liberati. 200.a
Iudæi vectigales Persarum & Græcorum vsque ad Machabæos. 563.b
Iudæi libertate & religione priuati sub Antiocho. 281.b
Iudæi qua mensura mensi sunt Christo, eadem est eis repensum. 231.b
Iudæi dispersi & palabundi vagantur, per aliena hospitia iactantur. 228.b
Iudæi clausi in America. 162.a
Iudæi multi in Tartaria. 162.a
Iudæi à Saracenis expelluntur. 604.a
Iudæi Hispania pulsi. 727.b.729.b
Iudæi ex Hispania pulsi à Ferdinãdo quinto. 382.a
Iudæi è Portugallia electi. 732.a
Iudæi Francia penitus exiguntur. 622.a
Iudęi à Philippo Pulchro tota Francia iam tertiò spoliati & exacti sunt. 686.a.693.b
Iudæi multi in Gallia combusti 616. a. puerum Christianum in crucem egerunt. ibidem
Iudæi è Francia expulsi sunt, & eorum synagogæ euersæ, vel mutatæ in ecclesias. 618.a
Iudæi quarto & extremo exilio è Francia electi. 712.a
Iudæi in Aruernia vltra quingentos conuertuntur. 466.b.& deinceps.
Iudæi de Donatione Constantini. 414.a
Iudæos tumultuantes Claudius Roma expulit. 224.a
Iudæis Parisiensibus respondit Innocẽtius, Deus omnipotens auferat velamen è cordibus vestris. 601.b
Iudæorum calamitates variæ. 360.a
Iudæorum captiuitas grauissima. 198.a
Iudęorum regnum 500. explet. 154.a
Iudęorum magna strages. 382.a
Iudæorum persecutio, in Germania 605. b. in Francia fuit pecuniaria.
Iudæorum fabulæ & mendacia contra Christũ. 103.b.
Iudæorum principes à Floro flagris verberati, & crucibus affixi. 226.a
Iudaicum bellum quinque annis confectum est. 229.a
Iudaicorum doctorum successio. 598.a
Iudaicę calamitatis fontem è Christi nece profluisci. 167.b
Iudas Machabæus 2. Iudæorum princeps dominatum administrauit annis quatuor. 198.a
Iudas Hasmoneus sacerdotium & remp. cœpit administrare 197.a filius Nathatiæ primus princeps Iudæorum. ibid.a
Iudas Machabæus, belli sacri commentarios scripsit. ibid. a. eius facta præclara.
Iudas princeps. 65.a
Iudas alius Ezechiæ filius, sicariorum dux, docens tuendam libertatem. 215.b
Iudas Galilæus, conditor Sicariorum & Zelotarum ibid.
Iudices dicti sunt, quòd penes eos auctoritas esset dicendi ius, & administrandi remp. 90.a
Iudicum ætas. 2.b
Iudicium, & per antithesin, iniuria & violentia, Mispat. 106.a
Iudith liber post synodum scriptus est. 188.a
Iudith librum Ioachim scribit. 138.a
Iudith Artaxerxis tempore viguit. ibidem.
Iudith historia 238. a. ad tempora Nabub donozoris referenda. ibidem
Iugurtha corrumpit pecunia senatum. 316.a
Iulianus Cœnomanis. 226.a
Iulianus ecclesiæ hostes fouebat apostata. 423.
Iulianus à Libanio corruptus in ethnicam impietatem labitur. 422.a
Iulianus apostata hexametri nobile inuentum Hebræis inuidet. 82.a
cum Iuliano apostata dæmon loquebatur diuersis vocibus & modis. 4.a
Iulianus apostata hostis Christi, Iudæis pecunias contulit, & artifices vndique euocauit, furens, vt Domini sententiam euerteret, qui non patitur deinceps templum instaurari. 218.a
Iulianus apostata Iudæis suadet vt templum Hierosolymis restaurent, in odium Christi. 423.b
Iulianus apostata incerto ictu ad mortem sauciatus, virtutẽ Christi confessus est, Galilęæ. 232.
Iulianus apostata periit incertò ictu: annũ vnũ & menses 7. imperauit. 423.b
Iulianus Antiochenus monachos magno numero colligit. 408. a. martyrio tollitur. 409.b
Iulius 1. Romanus, 36. Rom. Pontif. cœmeteria fieri iussit. 419.b
Iulius 2. Genuensis, 224. Rom. pontif. 735 a.b.
Iulius 3. Romanus, 229. Rom. pontif. 751.a.b
Iulius Cæsar imperator. 206.b
Iulius capitolinus. 409.b
Iuo Carnotensis episcopus decreta pontificũ redegit. in vnum volumen. 593.b
Iupiter se multis stupris polluit. 93.b
Iura, periura, secretum prodere noli. 430.a
Ius Orientale. 413.b
Ius publicum seruare, naturę præceptum. 26.a
Iuris interpretes doctissimi. 602.a
Iurisconsulti insignes, Papiniani discipuli. 394.a
Iustitia originaria perdita, homo necessariò moritur. 7.b
Iustitiarius cognominatus Petrus Portugalliæ rex. 706.a
Iustinianus Magnus Agapetum adorauit. 369.b
Iustiniani codex promulgatus. 461.b
Iustinianus ex tribus codicibus nouum codicem ex suo nomine Iustinianeum fieri curauit. 459.b
Iustinianus diem festũ hypapantes Domini vbique celebrari instituit. 462.a
Iustinianus edixit, ne is ordinaretur episcopus qui vxorem haberet & filios. 459.b
Iustinianus imperator Donationem Constantini confirmauit. 412.a
Iustinianus imperator, de peccatis suis pœnitẽtiã agens, Rom. pontificem humi prostratus pro suis peccatis intercedere rogans, absolutionẽ & communionem consecutus, primus imperatorum

ratorum eius pedes exosculatur. 496.a
Iustinianus maior. 457.b
Iustinianus ex Libya & Carthagine pellit Arianos, &c. 459.c
Iustinus primus omnium imperatorum coronatur à pontifice Rom. 457.b
Iustinus Martyr. 360.a
Iustinus Martyr de carnium vsu. 8.a
Iustinus philosophus & martyr. 384.a.385.b
Iustinus Trogi epitomista. 384.a
Iustinus Trogi Pompeij epitomista. 345.b
Iuuenis quidam maleficio duarum vetularum in formam asini mutatus est. 568.a
Iuuentus populi Dei, quarta ætas. 74.a
Ixion Corinthiorum rex. 110. a.111.b
Ixion perfidus rex Lapitharum. 96.a

L

Laab filius Mizraim. 31.a
Laban idola habuit, quę Rachel filia abstulit Iacob defodit sub terebintho. 38.a
Labinitus vltimus Babyl. rex, Baltazar dicitur. 234.b
Labotes Lacedæmoniorum rex. 115.a.124.b
Labyrinthus primus in Ægypto extructus. 64.a
Lacedæmoniorum reges deficiunt. 137.b
Lacedæmonij nouũ regnum incipiunt. 108.a
Lacedæmonij ab Athenienſibus victi. 265.b
Lacedæmonios & Iudæos ex vno Abraham descendisse. 196.a
Lactantij error de receptaculis animarum. 644.a
Lactantius Firmianus Crispi Cęsaris magister, adeò pauper, vt etiam necessariis indiguerit. 416.a41 .b
Ladislaus Poloniæ & Vngariæ rex. 720.a
Laicis cuiuscunque sint ordinis, prædicare non licet. 629.b
Lamec à Caino sextus. 12.a.b
Lamec Caini abnepos bigamiã introduxit. 12.a
Lamech genuit Noë. 16.b
Lamech pater Noë & propheta. 21.b
Lamech secundam cædem fecisse dicitur, Cainũ casu inter frutices sagitta transfixit, deinde filium, qui se fefellisset, ferámque cum esse dixisset suffocauit. 13.b
Lamech vxorius & gladiator, in vtraque progenie est, & eodem sæculo 17. b. prophetica facultate valuit. ibidem
Lamprides Assyriorum rex. 90.b
Lampsacenum concilium. 429.a
Lancea Dominica pro Labaro Henricus vtebatur. 550.a
Lancea Dominica diuinitùs reperitur. 550.a
Lanarum & pellium vsus monstratur à Deo. 8.a
Landus Sabinensis. 123. Rom. pont. 549.a.b
Lanouius Gallus ab Hispanis capitur, quindecim pedum signis cæsis. 781.b
Laodicenum concilium. 425.a
Laonicus Chalcondylas Athenienſis historiam Turcorum scribit. 724.a
Laosthenes Assyriorum rex. 109.a
Io. Lapidanus, doctor theologus, Lutetiæ linguã Hebraicam Io. Reuchlinum docet. 735.a
Lapitharum & Centaurorum bellum. 96.a
Lapitharum bellum cum Centauris. 100.a
Lapsus hominis fons mortis, morborum, & cæterarum calamitatum. 7.b
T. Largius primus Romæ dictator. 249.b
Larthes Ægyptiorum vltimus. 103.b
Lascaris. 742.a
Lateranense concilium. 594.b.595.a 569.a
Lateranense concilii 4. cõtra Berengarium. 580.b
Lateranense concilium contra predeacum 630.a
Lateranense Palatium Christo sacrauit & dedit Constantinus. 413.b.415.b.
Lathyrus rex Ægypti. 286.b
Ptolom. Lathyrus à matre electus denuo recuperat regnum. 317.a.b
Latinus Italiæ rex quintus. 102.a
Latinus quintus à Saturno in Italia, ex 102.a Genus vnde Latinum. ibid.
Latinas literas reperit Carmentis Latini regis mater. 201.b
Latinus filius Carmentis Latinam linguam corrigit, & Latinos de suo nomine appellatos reliquit ibid.
Latiũ dictum, quòd hic latuisset Saturnus 10.a
Laudinense concilium. 631.a.685.a.
Lauduni Nicola dæmoniaca liberatur. 764.a
Matthæus Launæus Caluinismum curat. 774.a
Laurentius martyr. 398.a.399.b
Laurentius post abdicationem, episcopus Nucerinus. 455.a
Laurentius Iustinianus Venetus. 710.a
Laurentius Surius Carthusianus. 775.b
Lechus & Cechus fratres Polonis atque Boemis principes præfuere. 463.b
Legiense concilium. 595.a
Legio Christianorum Thebanorum duce S. Mauritio à Cæsarinis militibus propter Christum iugulata est. 405.b
Legistæ quinam sint. 201.b
Λειτϑργὸς, sacrorum solennium administrator, officiarius, missarius, hinc λειτϑργία, missa. 225.b
Leo 1. cognomento Magnus, Tuscus, 47. Rom. pont. 442.a.b
S. Leo 11. Siculus, 82. Rom. pont. Græcè & Latinè fuit peritiss. 489.a.b
Leo 111. Romanus 99. Rom. pont. 512.a.b. multa pertulit à Romanis. 522.a.b
Leo 1111. Roma. 106. Rom. pont. 531. a.b.532.a
Leo 5. Ardeatinus, 121. Rom. pont. 547.a.b
Leo 6. Romanus, 127. Rom. pont. 551.a.b
Leo 7. Romanus, 130. Rom. pont. 552.a.b
Leo 8. Romanus, 135. Rõ. pont 557.a.b.558.a.b
Leo 9. Alsatius in Germaniæ, 157. Rom pontif. 577.a.b. primus sedem apostolicam ab imperatorũ inuestitura restituit. Domus eius pauperibus & peregrinis semper patuit. ibidem.
Leo 10. Florentinus, 225. Rom. pontif. 737.a.b
Leo iconomachus odio Romanæ ecclesiæ pecuniam sacram in ærarium publicum contulit. 413.b.
Leo imperator sanctis imaginibus bellum indixit 497. a. patrimonium ecclesiæ fisci addixit. 499.b
Leo, mali corui malum ouum, etiam sacris ima-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gimbus bellum induxit. 508.a
Leo quasi bos comedet Paleas. 8.a
Leo de tribu Iuda adumbratus. 8.a
Leo Tuscus, interpres liturgiæ D. Io. Chrysostomi. 614.a
Leo philosophus imperator scripsit. libr. βασιλικῶν. 542.a.547.b
Leocrates Athen. quintus decennalis princeps. 142.b
Leodiensis episcopus Colonienſem archiep. & Cazimirum fudit. 786.a
Leon Lacedæmoniorum rex. 241.a
Leonidas Lacedæmoniorum rex. 257.b
Leonides Origenis martyrio coronatur. 391.b
Iac. Leopes, Philosophus & theologus Græc. Hebr. & Arabicè peritus. 735.b
Lepidus vrbi præfectus, triumuit. 329.b 330.a
Lepidus limina ex marmore primus in domo posuit. 323.b. legem tulit de actis Syllæ rescindendis.
Lesbia, prima plectrum excogitauit. 234.a
Lestrygones gigantes in Italia. 70.a
Leuca. 334.a
Leucippus Sicyoniorum rex. 50.b
Legis naturæ ætas. 3.a
Lex Hebræorum sapientiæ & philosophiæ fons & principium. 80.a
Lex de obedientia & temperantia. 7.b.
Lex tradita est charactere Hebræo, idiomate verò sancto. 189.b
Lex absoluitur tribus præceptorum generibus moralibus iudicialibus religiosis & ceremonialibus. 75.b
Lex, præter natiuum sensum & historicum, tota mystica est, sacramentalis & typica. 697.b
Lex sancita est aduersus idolomaniam & peccatũ 74.a.75.b
Lex remedium aduersus idololatriam, & peccatum vbique regnans. 82.a
Lex pro numero hebdomadum in 53. distributa sectiones, quarum singulæ constant, 136. versibus. 6281.a
Lex distributa est in Parsioth & Sedarim, sectiones & ordines 188.a. & in Sittoth, paragraphos.
Libanus mons. 215.b
Libri sacri distributi sunt in tres partes, legem, Prophetas, & Hagiographa. 138.a
Libri & cortices ante vsum papyri. 292.a
Liber bellorum Dominũ fertur extare apud Æthiopas. 67.b
Liberta Christi prædicatio per Africam à Saracenis concessa. 638.a
Liberum arbitrium, bona opera. 613.
Liberius Romanus, dictus Leo, 421.b. 37. Roman. pontif. 412.a
Libertatem esse tuendam, hæresis erat Sicariotũ 410.a
Licinus Christianos cogit sacrificare idolis. 411.b
Licinus occiditur. 417.b
Lidericus primus Flandriæ comes à Carolo designatur. 511.b
Liliorum insignia primùm instituta & vsurpata. 541.b
Liliorum flores tres, insigne regum Franciæ. 689.b
Lincopianum concilium in Suecia. 608.b
Linguarum confusio. 33.b.34.a.35.b
Linguæ barbaræ & profanæ, sunt linguæ vulgares, quatuor duntaxat sacrosanctæ. 220.a
Linus Thebeus, Herculis & Orphei magister. 99.b
Linus Tuscus, 2. pontif. Rom. 373.a. Acta. D. Petri scripsit. 373.a.b.374.a
Linx Scytharum rex. 95.b
Litanias trium dierum ante Ascensionem Domini induxit. 512.a
Literarum vsum extitisse ante diluuium. 6.a
Liturgia, Missa ab Apostolis disposita. 372.b
Liuius Andronicus, primus poëtarum Latinorum. 266.a
T. Liuius historiographus Patauij quarto Tiberij obiit. 370.a
T. Liuius conqueritur tantos errores tempora implicare. 349.b
Lodoicus Viues. 753.b
Petr. Lombardus, Magister sententiarum, episcopus Parisiensis, Theologiam primus Latinorum in artem redegit. 612.a
Londinense concilium. 600.b 687.a.
Londini celebre concilium celebratur. 595.a
Longæuitatem primorum hominum, opus fuisse diuinæ prouidentiæ, non naturæ. 5.b
Longinus Græcus, primus Italiæ Exarchus constituitur Rauennæ. 466.a
Longobardorum gens perfida. 509.b
Longobardorum regnum initium. 464.a
Longobardi imperium obtinent. 547.a
Longobardorum hæresis. 630.a
Lot filius Haran, minor patre octo annis. 39.b
Lotharingia tota ad Germanos à Francis concessit. 551.b
Lotharius à Paschali Papa coronam regni & nomen Imperatoris atque Augusti consequitur. 518.a
Lotharius imperator corona imperiali ab Innocentio est insignitus, & compescuit schisma. 600.a
Louaniensis academia erigitur à Ioanne 4. Brabantiæ duce. 718.a
D. Lucas primùm prædicat in Gallia, &c. 226.a
Lucense concilium. 466.b.476.b
Lucia martyr. 405.b
Lucianus apostata & ἀποστάτης. 379.b
Lucianus martyr, septimo loco vetus testam. in Græcum conuertit. 405.b
Luciano martyri tribuitur septima editio. 290.a
Lucianus diuinus in emendatione sacrorum librorum magnum pertulit laborem. 289.b.
Lucidus de emendatione temporum. 443.b
Lucifer Calaritanus. 421.b.422.a
Lucifer Sardiniæ episcopus schisma non hæresim excitauit, eius magna fuit auctoritas. 424.a
Lucifer cum tertia parte angelorum superbiẽdo, & altiorem gradum appetendo de sua felicitate cecidit. 3.b

Lucinia

Lucinia virgo potentissima, & diues admodum, Marcello omnia bona sua legat. 408.a
Lucius 1. Lucianus Romanus, 23. Rom. pontif. martyrio consumitur à Valeriano. 397.a.b
Lucius 2. Bononiensis, 172. Rom. pont. 604.a.b
Lucius 3. Lucensis, natione Tuscus, 177. Rom. pont. 616.a.b
Lucretius ædilis Vispillo dictus est. 312.a
Lucretius. Cur supra bellum Thebanum & funera Troiæ, Nil aliàs alij quicquam cecinere poëtæ? 102.a
Lucretius poëta epicureorum amatorio poculo in furorem versus, libr. quosdam per insaniæ inter ualla conscripsit, quos Cicero emendauit, se sua tandem manu confecit, ætatis quadragesimo quarto. 323.b
Lucullus proconsul cum Mithridate & Tigrane bellum gerit. 206.a
Lucullus Consul, Marcelli successor multas nationes subegit. 309.b
Lucullus aperit Pontum. 325.b.326.a
Lucullus clarissimus orator. 324.a
Lucullus primus imperator appellatur. 326.a
Lucus Celtarum rex, venationi deditus 62.a. Lucenses Galli.
Lud filius Sem. 30.b
Lud filius Mizraim. 31.a
Ludouicus in monasterium abditur 528.a Lotharium imperij consortem facit. 528.a
Ludouicus rex Franc. Rochelam expugnauit. 629.b
Ludouicus Imp. contra Normanos in Germania res gerit. 537.b
Ludouicus rex Franc. dolo circumuentus Normanis sua iura libertatémque restituit. 553.b
Ludouicus imperator renunciat iuri eligendorũ & Romanis restituit. 527.b
D. Ludouicus nolebat se immiscere collationibus sacerdotiorum. 635.b.536.a
D. Ludouicus, dignitates & officia noluit esse venalia: blasphemis cauterium in fronte inusit. ibid.
Ludouicus Iunior Francorum Rhomis ab Innocentio inungitur. 601.b
Ludouicus Pius per 40. dies pro omni cibo habuit corpus Dominicum. 526.a
Ludouicus Francorum rex, Hierosolymam voti causa abiit. 604.a
Ludouicus rex, Terram sanctam pœnitentiæ causa adiit. 604.a
S. Ludouicus Lutetiæ in regio sacello sacrorum ministros instituit. 631.a
Ludouicus 11. auxit tributum 726.a
Ludouicus 11. Francorum rex, ferox, omnium impatiens, literarum osor. 726.a.727.b.728.a
Ludouicus 12. Pater populi dictus, regnum Gallicanum iniit. 730.
Ludouicus 12. Pater populi dictus. 723.b
Ludouicus Crassus quinque pontifices Max. in in Gallia vidit. 596.a
Ludouicus Crassus bona ecclesiæ sibi vsurpans excommunicatur à pontifice Parisiensi. 598.a
D. Ludouicus Franc. rex, signatus Cruce relicta regni administratione, traiecit in Africam, secundò dimicaturus contra Saracenos: ibi ex alui profluuio obiit. 679.b
Ludouicus Hutinus Parlamentum olim vagum, sedentarium fecit. 684.a
Ludouicus de genere Francorum vltimus coronam à Pontifice non accepit. 547.b
Ludouicus Vtinus rex Nauarræ. 697.b
Ludi, ad quos inuentus conueniret, sublati 319.b. quòd his corroboretur impudentia.
Lugdunense concilium, præside Bonifacio. 687.a
Luitprandus Ticinensis diaconus historiam libris sex continuat. 555.b
Lunæ montes in Africa. 25.b
Luna oppidum est prouinciæ Aquitanicæ. 618.a
Luna annis 19. cunctas suas varietates absoluit. 261.b
Lupara regia, le Louure. 779.b
Lupercalia sacra Gelasius sustulit. 451.b
S. Lupoldus Babembergensis episcopus. 699.b
Lupus Trecassinus episcopus. 440.a
Lupi Burdegalam fugientes deuorarunt canes. 468.a
Lusitani versus Orientem Molucis præternauigatis nouũ orbem adeunt. 122.a.123.b
Lustrale anoum, siue iubileum centesimo quolibet anno celebrandum instituit Bonifacius 8. 686.a
Lustratio sacramentis, in qua corpus Christi ferculum ferri cœpit. 637.b
Lustrum spatium quatuor annorum. 134.a
Lutetia Sequanæ illuuione inundatur. 688.a
Lutetia à Francis recepta est contra Anglos. 720.a
Lutetiæ ius ciuile legi vetuit Gregorius. 629.b
Lutetia extructa paulo ante bellum Troianum. 99.b. Luteria quæ nunc dicitur nulla erat temporibus Cæsaris aut exigua. ibidem.
Lutheranorum sectæ tres præcipuæ. 746.a
Lutherani antichristi. 473.b
Lutheranorum bellum. 751.b.755.b
Lutherani impij. 485.b.486.a
Lutheranæ hæreseos incendium exoritur. 737.b. 739.b
Lutherus à dæmone semimortuus relictus. 747.b.748.a
Lutherus emergit. 737.b.738.a
Lutherus dæmonem exorcismis adiurat 748.a eius mors. ibidem.
Lycaon inducias inuenit. 102.a
Lycaon bello Troiano inducias inuenit. 97.b.
Lycophron Philadelpho charus ob anagrammatismos. 291.b
Lycurgus Lacedæmoniorum rex creatur. 295.b
Lycurgi leges, quæ 600. annis steterant, ab Achæis antiquatæ. 278.a
Lycurgus primam Olympiadem ordinauit. 134.a
Lycurgus Lacedæmoniorum legislator, vel potiùs reformator. 120.a
Lydia, sedes antiqua regnorum. 312.a
Lydorum regnum incipit. 137.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lyncæus Argiuorum rex. 102.b
Lyranus in Danielem. 274.a
Lyranus e Iudæo Christianus. 631.b
Lylander Lacedæm. dux Lycurgi conuulsit leges. 56.b
Lysanias Herodis filius. 214.a
Lysanias Abylinæ Tetrarcha. 211.b
Lysimachus à rege Getico victus. 274.b
Lysimachus ad sacerdotium grandi pecunia aspirabat. 192.a.
Lysippus statuarius, à quo solo fingi volebat Alexander. 273.b

M

Macarius Logothetes. 289.b
Macedo Euathiæ rex. 91.b
Macedonum regnum incipit. 132.a
Macedones & Græci Persas & Medos deleuere 233.b
Machabæi ad sacerdotium aliquid iuris habebant. 196.a
Machabæi sacerdotes simul & duces. 197.a.b.
Machabæorum nomen vnde fluxit 198.a. Quis sicut tu in fortibus Domine?
Machabæorum initium 281.b. quartus est vmbratica & philosophica cuiusdam Iosippi cõmentatio. ibidem.
Machabæorum glossulatis ordinarij. 204.a
Machabæorum libri auctoritati nõ obest, quod scriptor veniam precatur: Si non tam eleganter scripserim atque decuit, concedẽdum mihi est, vt Paulus, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. 203.b.
Machabæi libri inter sacros relati. 200.b
Machabæorum liber post synodum scriptus est. 188.a
Machabæorum liber quartus, apud Græcos. 200.a
Machabæorum libri nescitur auctor. 203.b. sunt tamen de canone.
Madai filius Iapher. 30.b
Macrense concilium in finibus diœcesis Rhemensis. 538.b
Macrobius de cæde infantium ab Herode facta. 389.b
Magdalena vna contra Græcos. 604.a
Magdeburgum sit Archiepiscopatus. 553.b
Magellanus trãsicum ad Moluccas reperit. 731.b
Magia ars portentosa. 257.b
Magiæ plures species. 273.b
Maginulphus Romanus successit in schismate. 596.b
Magister equitum primus Sp. Cassius. 249.b
Magistratus omnes venales prostituuntur. 717.b
Maglonius Nolensis episc. in Britannia, sanctus vir. 466.a
Magloriani monachi è vico D. Dionysij in valle Martyrum D. Iacobi de alto passu translati sunt. 775.b
Mago pater Asdrubalis. 276.a
Magog filius Iapher. 30.b
Magnus rex Danorũ ab æmulis occisus est. 603.b
Magnus Gotthorum rex Christianam fidem amplectitur. 599.b
Magi Christũ adoraturi è Persis venerũt 212.a.b
reges erant. 213.b
Magi regnum Cambysis dolo consecuti sunt. 249.b
cum Magis hodie per hircos & eiusmodi bellua dæmon loquitur. 4.a
Magi impostores omnia occupant, pœna reiecti Christi. 220.a
Mahomeres nasci ur sub Phoca 363.a. eius secta augetur. ibid.a
Mahometem sexto millenario venisse volunt. 350.a
Mahometes in suo Alcorano magnificè de Christo sentit. 232
Mahometes impius, ab Ismaële originem ducés, ann. nascitur. 363.a. & deinceps.
Mahometes primus Saracenorum rex. 479.a.b.
Mahometes tradidit suæ Mechæ templum opus esse Abrahæ. 44.a
Mahometes semen perditionis ab Ismaële trigesimus primus, prætermissis obscurioribus. 56.a.
Mahometis deum anathematizandum. 609.b
Μαομετης, Mahometes Antichristus, vel regni eius fundator. 486.a
Mahometes moritur pleuritide an. 40 ætatis. 473.b
Μαομετης, Antichristus, vel saltem regni Antichristi conditor 476.a. & deinceps.
Maiemorum sectipsit R. Mose bẽ Maiemõ. 230.a
Maildulphus Scotus, Græcæ & Latinæ linguæ scholam apud Anglos aperit. 490.a
S. Maiolus 4. abbas Cluniacensis. 561.a
Maiorianus à Patritio occiditur. 446.a.b
Maiorica insula à rege Aragonum occupatur. 631.b.
Maiorinus primus Donatistarum episcopus. 409.b. 410.a
Makeda Æthiopum regina. 121.b
Malachias propheta. 169.b. 183.b
Malachias reip. mores constituit 184.a. à Talmudicis putatur esse Esdras.
à Malachia ad Ioannem Baptistam nulli prophetæ exitere. 190.a
Malachiam vocabat se Esdras, i. Dei Angelum vel nuntium, quòd vlumi nuntij officio fungeretur. 185.b
Malachias episcopus Ardinachensis, doctissimus & sanctiss miraculorum concelarus. 606.a.
Malaleel genuit Iared. 11.a
Malaleel sub Noe excessit, cùm 895. annos explesuisset. ibid.b
Malaleel primogenitus fuit 11.b. sic Prophetice nominatus, quasi laudator Dei. 12.a
Malcha Nachoris vxor. 39.b
Io. Maldonatus Iesuita, ministros Caluinitas Sedani differendo prostrauit. 774.a
Io. Maldonatus Iesuita, Romæ ad Deum euolat 785.b
Maledinus Templarius eripit Ascalonam, & alia loca. 634.a.635.b
Malcus, cognomento Porphyrius, impius Philosophus, Plotini discipulus. 398.a
Malicontenti Gortyacum mutato habitu occupant. 781.b
Malorus siue Tages aruspicinã introduxit. 94.a

uarum studiosę quòd fide imbecilla, & curioso ingenio sint. 429.b
Mundi vixdum dispersi eadem facies, quæ nunc. 57.b. 58.a
Mundus neque æternus, neque in tempore per necessitatem vel casum factus. 3.b
Mundum sex mille annis duraturum, est Elię cuiusdam Rabbini Iudæorum Cabbatici commentum. 1.b
Munsterus aliquot annis post Pagninum, Lexicon in breuius contraxit. 741.b
à Muribus vir quidam alioqui robustus, dum esset in mensa consumitur. 581.b
Mures à Deo immissi Azotiorum fruges consumpserunt. 105.b
Musæus Orphei filius, vel æmulus, & Linus circa Troiana tempora floruerunt. 123.b
Musicam excogitauit Noëma. 16.a
Musicorum academia à senatu approbationem consequi non potuit. 772.a
Musicæ principia Pythagoras primus ad artem reduxit. 240.a
Mustapha patruus Amuratis. 719.b. 720.a
Mycenarum regnum finit. 108.a
Mycerinus Ægyptiorum rex. 133.a
Mysterium frequens occulti psallenti, mystica mensa pro defunctis. 400.a
Mythicum sæculum. 1. 134.a

N

Naason princeps Iuda. 74.b
Nabad secundus rex Israël. 156.a.b
Nabonazar Assyriorum rex. 42.a
Nabonazarus 718. ann. ante Augustum. 134.a 135.b. 136.a
Nabugd regna 166.a.b. Babylon. rex.
Nabugdonozor Babyloniorum rex. 150.a. 151.b
Nabugdonozor è regno ob insaniam pulsus, postea in regnum reducitur. 235.b
Nabugdonozor primo regni anno Niniuem subuertit, & Assyriorum imperio potitur, Ioachim regem Iuda tributarium reddit. 236.a
Nabugdonozor Sardanapalum imperio exuit, & ad incendium compulit. 145.b
Nabugdonozor primus magni Nabugdonozoris pater. 234.a
Nabuzardã princeps militiæ Nabugdonoz. 151.b
Nachor frater Abrahæ minor. 37.a
Nachor genuit Thare. 38.b
Nagas Celtarum rex secundus. 59.b
Nahum propheta 141.a. in Niniuitas. 145.b
Nais vrbs à Cain constructa. 10.a
Naphta filius Mizraim. 31.a
Narses Persamenus Italiam ex magnis calamitatibus recreauit. 464.a. 466.a
Narses dux egregius, in Venetorum vrbe de Gothorum manubiis templum posuit. 461.b
Narbono est Romanorum colonia. 99.b
Narbonensis Gallia in prouinciam redacta. 314.a
Natalius confessor. 39.b
Natham filius Dauidis. 110.a. 111.b
Nathan gammelis partem scripsit. 106.a
Nathan rates prędicit Christum venturum. 110.a
Nathan filius Dauid ex Bethsabea 153.b. eius posteritas permansit vsque ad Christum.
R. Isaac Nathan concordantias Hebr. collegit. 633.b
Nathanael vnus de primis discipulis. 216.a
Naturę septem præcepta. 27.b
Naturæ moderatione omnia fieri. 174.a. Dei prouidentia.
Nauarræ regnum sumit originem. 556.a
Nauarræ rex Rhothomagum obsidens interficitur. 764.a
Nauarrę regnum nunc Hispanos, nunc Gallos dominos habuit. 550.a
Nauarricum gymnasium Ioanna Nauarrorum regina extruit & locupletat 684.a
Io. Nauclerus Tubingensis. 731.b
Nangiacus deortu Cain. 8.a
Nauigatio ad Petu erat trium annorum. 122.a
Nauis actuaria 50 ordinum. 29.8.a
Nauis actuaria 12. ordinum ab Alexandro condita. 286.287.
Nazareni Christũ τεκτονα fabrũ appellant. 216.a
Nazareus, qui ex voto obligat se sanctimoniæ, Deo consecratus, separatus à communi hominum vita in potu, cibo, & cultu. 101.b
Nazianzenus Constantinopolim è suis episcopatu translatus est. 424.a
Nazianzenus cognomento Theologus, Constantinopolitanam ecclesiam ab Arianis purgauit. 426.a
Neapolitanum concilium in Samaria. 598.b
Neardea, i. fluuius scientiæ vrbs à Iudęis extructa in exilio. 260.a
Nebiensis episc. psaterium octaplum. 190.a
Necao Pharao apud Ægyptios. 58.a
Necao rex Ægypti. 224.a
Necao a Nabugdonozore cæsus. 147.b. 148.a. 149.b
Necaturus est, non negaturus. 167.b
Nectarius Constant. patriarcha sustulit pœnitentiarios, & publicam confessionem in priuatam vertit. 431.b
Negatores legis ore traditæ. 201.
Nehemias Artaxersis pincerna. 162.a
Nehemias bibliothecam insignem Ierosolymis inseruit. 263.b
Nehemias cum Zorobabele profectus est. 187.b
Neleus Scoptius Aristotelis & Theophrasti bibliothecæ successor. 274.a
Nemesianus Olympius poëta. 404.a
Nephilim cur dicantur legantes. 6.a
Nepotes habentur pro filiis. 187.b
Nepotiana hęresis. 399.b. 400.a
Nero Claudio successit. 222.a
Nero Cæsar. 225.a 226.b 227.a
Nero Romanorum imperator in Christianos sæuire cœpit 370.a. immanium bestiarum fœdissimus Antichristus habitus fuit. Matrem & præceptorem Senecam occidit. ibidem
Nerua primo suo edicto exules reuocauit. 377.b
Nestoriani hæretici sacramentarij. 428.a
Nestorius hęresiarcha. 440.a.b
Nicander Theriaca & Alexipharmaca scripsit. 292.a
Nicanor Asiæ & Assyriæ rex. 286.b
Nicenum concilium variè incipit. 416.a. 417.b
Nicenum 2. septimum vniuersale concilium contra Iconomachos. 509.a
Nicephorus Chartophylax. 472.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicephorus Calixtus Xanthopulus historiam scribit. 687.b
Nicephorus Grecoras historiam scribit. 702.a
Nicephorus imperator Orientis. 557.b. ob leges iniquas omnib. odiosus. 500.a
Nicetas Acominatus Choniates historię scriptor. 626.a
Nicolaus 1. magnus & pientiss. Romanus, absens & inuitus eligitur, 108. Rom.pont. 534.a.b.535.b
Nicolaus 2. Allobrox, suffragiis omnium Cardinalium electus, 611. Rom.pont. 279.a.b
Nicolaus 3. Romanus, ob vitæ integritatem, vulgo dictus Compositus, 194. Rom.pontif. 682.a.b
Nicolaus 4. Asculanus, 197. Rom.pont. è Franciscanorum ordine primus. 684.a.b.
Nicolaus 5. contra Ioannem 22. in schismate sedit. 696.b
Nicolaus 5. Saracenēsis, 216. Rom.Pont. 721.a.b
D. Nicolaus Myrensis interfuit concilio Niceno. 418.a
D. Nicolaus Tolentinus. 686.a
Nicolaus Clemangis, de corrupto ecclesiæ statu. 475.b
Nicolaus Damascenus historiam Phœnicum scribit, multis mendaciis in gratiam Herodis aspersam. 214.a
Nicolaus Maniacutius, nomina 178. pontificū centū viginti quatuor verbis scitè cōclusit. 616.a.b.
Nicolaus Clemengis doctor Parisiensis, qui de corrupto ecclesiæ statu scripsit. 716.a
Nicolaus Rentius Romæ scriba publicus, armis Capitolium occupat. 702.a
Nicomedes Nicomediam condit. 292.a
Nicopolis, quæ antea Emaus. 230.a
Nicostrata poëtria, vel Carmenta, latinum alphabetum in Italia comminiscitur. 98.a
Nigredo non, vt est hactenus existimatum, à regione, sed à stirpe. 28.a
Nili natura. 4.a
Nilus monachus. 445.b
Nilus, & mare Ægyptium rubrum papyro abundat. 292.a
Nimrod rex Babyloniorum. 42.b. tyrannus. 43.b
Nimrod potens in terra, i. tyrannus. 44.a
Nimbrod post diluuiū regni speciē constituit. 9.b
Nineas siue Ninꝰ, Nini & Semiramidis filius. 62.a
Semiramidem matrem suum concubitum appetentem interemit. ibidem
Ninive, in Assyria vrbs antiquissima. 47.b
Ninive primatia Assyriorum vrbs. 243.b
Ninive vrbs magni. 135.b
Ninive magna, itinere trium dierum. 231.b
Ninus primus Assyriorum rex. 135.b
Ninus regnum auspicatur diebus Isaac. 58.a
Ninus rex Assyriorum. 42.b.55.a
Nino vsque ad Augustū duo millia annorū. 46.a
Nisan mensis, Martio nostro respondet. 2.a
Nitocris fœmina Assyriorum impetiū administrauit. 234.b
Niuernensis dux in Druydum conflictu desideratur. 743.b
Nobertus Lotharingus Præmonstratentiū fundator. 594.a
Nod terra exilij & fugæ. 10.a
Noē, i. consolator appellatus, à נחם consolatus est, per apocopem non à נח quieuit. 17.b
Noe omnia ante diluuium vel audiuit, vel vidit. 16.b.a
Noe reparator orbis 26.a. hic primus vitem syluestrem satiuam fecit, vinique vsum monstrauit.
Noe nauigandi vsum, præceptore Deo, hominibus monstrauit. 26.a
Noe primus aruit terram cum animalibus. 26.a
Noe, plantata vinea, inebriatus & irrisus. 28.a
Noe in diluuio natus erat annos. 600. 18.a
Noe octauus præco iustitiæ dicitur 18.a. 120. annis ante diluuium Noe Dei metum & cultum prædicauit. ibidem
Noe centum annos ante diluuium in arca perficiunda consumit. 18.a
Noe interrogatus quorsum arcam pararet, respōdebat diluuium venturum, quo omnes submergerentur, nisi resipiscerent. 18.a
Noe, missis sortibus, nepotibus suis orbem distribuit: non videtur potuisse bis in Italiam transire, huic diuisioni superuixit annis duntaxat decem. 49.b
Noe hostias obtulit de animalibus mundis, non immundis, edoctus è libris Henoch. 14.a
Noei vxorem fuisse Noe, & matrem Sem, Cham, & Iaphet. 16.a
Noe fuisse continentissimum. 20.a.21.b
Noe moritur anno ætatis suæ. 950.
Noema soror Tubalcain, ingenio & inuentionis laude claruit. 26.a
Noema ingeniosa fœmina, lanificij & texturę inuentrix. 16.a
Noema à suauitate & dulcedine appellata est: oris musicam & vocum modulos excogitauit. 16.a
Nomadum auctor fuit Iabel. 16.b
Nomen mutare, non est abrenūtiare baptis. 530.a
Nomen suū mutauit Ioān. 12. in pontificatu. 555.b
Nomocanon Photij. 413.a.b
Non fore opus militib. cùm hostes deessēt. 404.a
Normani à Carolo Crasso subacti. 540.a
Northantomi in Anglia concilium. 615.a
Northusense concilium. 536.b
Notę veræ ecclesiæ. 113.b
Notarij, qui gesta martyrum scribebant. 376.a
Noteriacon, quādo litera ponitur pro integra dictione. 317.b
Nouatiensis hæresis. 692.a
Nouatianus hæresiarcha Romanus, Nouatus presbyter Carthaginensis. 396.a.397.b
Nouellius Mediolanensis tres vini congios vno haustu ebibebat. 221.b
Nouiomagense concilium in Cosmidromio. 570.b
Nouus orbis veterib. incog. exploratus est. 729.b
Nouus orbis tēporibus Salomonis apertus. 122.a
Nouum Testamentū an. 1555. lingua & charactere Syriaco Viennę Austriæ primū editū est. 754.b
Nox & amor, vinúmque nihil moderabile suadent. 758.a
Nocte Natalitiorum Christi 20. millia Christianorum in templo comburuntur. 405.b
Nubes magna in Frandria cecidit, & multa hominum millia submersit. 571.b
Nudipedalia primū Lacedęmone sunt acta. 142.a
Numa Pompilius Rom. rex. 138.a.140.a
Numantinum bellum à Scipione magna crudelitate confectum. 311.b.312.a
Numerandi consuetudo mutata. 710.a

Numitor

Numitor Latinorum rex. 132.a.133.b.
Nummum Theseus statuit, bouemque in eo incidit. 97.b
Nundinarij episcopi. 447.b
Nuptias damnabat Nouatus. 397.b
Nyssenus Basilij frater. 426.a

O

OBed & Iesse principes Iuda. 103.a.b
Obed princeps Iudæ, & Christi progenitor. 100.b
Oceanus effusus in terras multa hominum millia submersit. 615.b
Ochozias Israelitarum rex. 127.a
Ochozias octauus rex Israel. 158.a.b
Ochozias non plures vno anno regnauit. 129.b
Ochozias, qui & Ioachas, rex Iudæ octauus, impius. 128.a.b
Ocralapes rex Assyriorum. 130.a.131.b
Octaplum psalterium episc. Nebiensis. 290.a
Octauius Cæsar, Antonius & Lepidus se triumuiros reip. constituendæ in quinquennium renuntiant. 336.a.337.b
Octo animæ duntaxat seruatæ sunt. 20.a
Octo animæ tantùm per aquas conseruatæ sunt. 16.a
Octauo anno gignere non fuit infrequens in populo Hebręo. 38.a.39.b
Oddar cum 60. sociis à Slauis martyrium patitur. 569.b
Odo Francorum rex Danos ad Axonam fluuium vicit. 541.b
Odo Cameracensis in canonem Missæ. 622.b
Odoacer Rugianus Orestem Ticini obsessum capit, & spectante exercitu interficit, &c. 449.b
Ogerus Danorum dux. 509.b
Ogygius apud Atti cos. 61.a
Ogygij diluuium. 26.a
Olaus Magnus Golthus historicus. 745.b
Oleum cęlitus delatum super Clodoueum per columbam. 452.a
Olybrius Riothimo successit. 448.a
Olympias spatium quatuor annorum, quod dabatur inter duos ludos Olympicos. 134.a
Olympiadum initium. 134.a.137.b
Olympidum & Romæ conditæ idem sæculum. 136.a
Olympiadum ratio difficilis & intricata. 349.b
ante Olympiades apud Græcos nihil planè certū fuit. 332.a
Olympicum certamen constitutum. 134.a.135.b
Olympicum certamen ab Hercule institutum anno 430. ante primam Olympiadem. 97.b
Olympicos ludos Constantinus abrogauit, & rationem numerandi per olympiadas. 417.b
Olympici ludi desierunt celebrari Theodosij maioris ætate. 134.a
Olympus mons in Græcia. 25.b
Olysipponensis ecclesia Metropolis Portugalliæ. 710.a
Ὁ μηρόκεντρος Homero centones. 438.a
Onias Priscus, Iaddi frater, pōtifex octauus. 193.a
Iusti cognomen retulit.
Onias secundus, Simonis Iusti filius, pietatis nomine clarissimus. 195.a.b
Onias Simonis filius, 15. Iudæorum pontifex in Ægyptum profugit. 196.b
Onkelos Pentateuchū Chaldaice reddidit. 109.b
Onuphrius historiā pontificū persequitur. 725.b 726.a
Operatus est salutem in medio terrę. 82.b
Ophir filius Ioctan. 37.a
Ophir Perusiorum pater, vnde purissimum aurum. 37.b
Ophni & Phinees fili Heli, propter scelera sua, vita sunt exuti. 105.b
Ophrates ces Assyriorum rex. 127.a.128.b
Ophrateus Assyriorum rex. 125.a.127.a
Oppianus poëta. 384.a
Oraculum consuluit Rebeca. 56.a
Oraculum Hebræorum duplex: vnum mutum, alterum vocale. 82.a
Oracula cessant Delphis. 231.b
Oracula & responsa dabantur, ex Debir, & ex Ephod. 130.a
Oracula ad propitiatorium edebat diuina præsentia. 190.a. 191.b
Orchades insulę imperio adiectę. 123.b
Ordo Montis Oliuarum instituitur. 706.a
Ordines sacri in ieiuniis quatuor temporum conferuntur. 392.a
Ordines præcipui sunt quatuor, sanctorum patrū Basilij, Augustini, Benedicti & Francisci, quorū cæteri omnes sunt veluti appendices. 683.b
Ordo Præmonstratensis sub regula D. Augustini an. 1116. vel 1120 initium habuit à Norberto nobili Lotharinge. 594.a
Ordo Carmelitarum ortum habuit in desertis Syriæ. 614.a
Orosius multos Aristotelis libros & aliorum in Gallicum vertit. 707.b
Orestes insanus. 104.a
Organa musicæ, hydrantica. 529.b
Organa & instrumenta musica Vitalianus ecclesiis adhibuit. 485.b
Origines de libris Henoc. 14.a
Origines Clementi Alexandrino successit. 387.b
Origenis præceptores, Clemens Alexand. & Ammonius. 391.b
Origenes anno ætatis 70. moritur 397.b sena millia librorum scribit, opera eius tritariam secta.
Origenis Hexapla ex omnib. editionib. conflata. 290.a
Origenes secundus ecclesiæ magister post Apostolos 402.a. sic eum vocat antiquitas. 392.a
Oristia Amazonum regina. 97.b.99.b
Orodes Patrhorum rex Crassum obtruncauit. 209.b
Orodes, qui primus bella cum Romanis gessit, Crassumque cum filio & omni ferè Romano exercitu deleuit. 285.a.b
Orontius Finęus Mathematicus professor. 745.b
Orosius contra Iaganos imperij lacerationem Christianis tribuentes historiam scripsit. 436.b
Quod Orpheus cecinit de Chaldæo, videtur pertinere ad Abraham. 47.b
Orpheus filius Calliopes, hymnographus. 123.b
Orpheus Thrax Lini auditor. 100.a. vetustissimus poëtarum, primus deorum excogitauit mysteria. 100.a
Orthopolis Sicyoniorū rex. 91.a.96.b.97.a 98.b
Orus rex Ægypti Osyridis filius. 84.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ohias pontifex. 145.a
Oiculum pacivm Missa, institvitur. 489.b
Osee filius Ela, 19. rex Israel, minùs impius fuit quam reges superiores. 161.a
Osee vltimus Israelitarum rex. 140.141.142.
Oseas propheta. 132.a
Osiander se secundum Enoch prædicabat. 752.a
Osiris Pharaonum primus. 217.b
S. Osmundus Sarisberiensis libellum de ecclesiasticis officiis concinnat. 599 b
Osochor Ægyptiorum rex 117 b
Osia Ioseph prophetarunt, 1. miracula ediderunt. 65. b.
Ostanes primus de Maria commentatus. 257.b
Ostiensis episcopus Papam consecrat. 400.a
Ostrogothi Orientales Gotthi, in Italia regnare incipiunt. 450.a
Ostrogothi orientale imperium vastant. 447.b
Osyris gigantes opprimit. 61.a
Otherus Laicus cum aliis 15. viris & fœminis à nocte Natiuitatis Domini in integrum annum saltarunt. 571.b
Othnicarus Albus sacerdos doctrinam Christi in Zelandia propagauit. 552.a
Otho primus Paganos Saxoniam incolentes ad Christi fidê perduxit. 552.b.553.b 554.a 555.b 556.a
Otho 2. Lothario Franciæ rege armis, denuò Lotharingiam recepit. 560.a
Othonum genus. 373 b
Otho Bambergensis episcopus, Pomeranam regionem ad Christi fidem conuertit. 593. b. 597.b
Othomanus Turca de genere Scytharum, siue Magog emergit. 688.b. 690.a 691.a
Othoniel princeps de tribu Iuda. 89.a
Ouidius ad Getas in exilium relegatur. 345.b
Ouidius poeta quinto Tiberij anno moritur 371.b
Oxoniense concilium. 629.a.637.a
Ozi pontifex. 99.a.100.b
Ozi pontifex de semine Aaron. 97.b
Ozias propheta. 145.b
Ozias vates. 137.a
Ozias, qui & Azarias, clarum fuit pietatis exemplũ 132.a b. vbique felix, donec secundis rebus elatus, incensum Domino quasi sacerdos offerens, lepra percussus est. ibidem

P

PAcorus Otadis filius Asiam & Syriam vastat. 209.b
Pacuuius Ennij nepos tragicus. 308.a
Padus, vnus de quatuor Europæ maioribus fluuius è terra eleuatus in modum fornicis. 596.a
Pædagogus ad Christum lex est. 82.a
Palæstina velut orbis centrum & vmbilicus ibid
Palamedes ordinem exercitus inuenit. 102.a
Palatium Parisiense à Philippo Pulchro extructum. 684.a
Palla vibs trans Iordanem. 229.a
Palladiæ fœminæ. 62.a
Palmaris synodus, in qua Symmachus absolutus est. 454.a
Marth. Palmerius Chronicon scripsit. 721.b
Pampatius siue Phatnaces, Parthorum rex. 202.b
Pampelonem Etricus deprædatur. 447.b
Pamphilus martyr magno studio & diligentia bibliothecam Cæsareæ instruxit. 408.a
Pan magnus hodie mortuus est. 231.b
Pan primus canit fistula, rusticorum Deus. 94.a
Penelope filius.
Panætius Africani minoris præceptor. 201.a
Panætius primus in Sicilia tyrannidem exercet. 153 b
Παλάφρητος dicitur Ecclesiasticus ab omni virtute, quæ in eo continetur. 193 b
Pandion Athenienssium rex. 94.b
Pandulphus Pisanus vitas pontificum à Gregorio 7. cœpit. 582.a
Paneadem Philippus auxit. 215.b
Paniada, quam Cæsaream dicunt, Philippus consequitur. 215 b
Panum mensa decem. 119.b
Panem & vinum Melchisedech sacrificasse. 42.a
Pantaleon martyr. 405.b
Pantenus apóti Bracmanes religionem docuit. 386.a 387.b
Pantenus Stoicus à Demetrio Alexandrino Episcopo in Indiam mittitur. 389.b
Pantheon, templum omnium deorum Romæ à M. Agrippa ædificatum, vertit in ecclesiam S. Mariæ, & omnium martyrum. 476.a
Pantomimorum saltatio quando excogitata. 365.b
Panyas rex Assyriorum. 94. b. 95.a
Papæ nomen excellentius Patriarcha. 543.b
Papa ab episcopo Ostiensi consecratur. 400.a
Papias Hierapoleos episcopus. 379.b
Papiense concilium. 575.a 578.b
Papiensis Academia à Carolo instituta. 511. b 514.a
Papinianus, asylum iuris à Caracala occidi iussus. 491.
Papyrius Romæ primum solare horologium fabricat. 476 a
Papyri vsus 291 a. libri & cortices ante papirum.
Papyri vsus ad Ptolomæi ætatem refertur. 186.a
Paracelsistæ, pseudomedicorum genus, exoriuntur. 779 b
Paracelsus veterum medicinæ labefactator, & nouæ conditor. 777 b
Paradisus terrestris in Edem. 9 b
Paradisum terrestrem diluuio fuisse deletum. 14 a
Paradisus voluptatis. 7.b
Paradisus voluptatis tertio die productus. 4.a
Parasanga, 1 leuca. 87 b
Parasceue, dies veneris nominatur non paschæ. 221 b
Pares Franciæ instituuntur. 518.a
Pares Franciæ duodecim à Carolo instituti: sex ecclesiastici 514.a. sex laici. 515.b
Parisiorum rex Childebertus. 464.a. 466.a
Parisiensis academia à Carolo instituta. 511. b 514.a
Parisiensis facultatis auctoritas. 694 a
Parisienses Theologi definiunt, neminem posse duo beneficia obtinere. 630.a
Parisiense concilium. 590.b.606.b.694 b
Parisiense 1. & 2. concilium. 464.b
Parisiense concilium, in quo Decimæ regi ab

clesiasticis concessę sunt. 620.b
Parlamentum, primum fuit mobile, nunc stationarium Lutetiæ Parisiorum. 506.a
Parmẽsis dux, de quo illud Esaiæ sibi dictum perdueles interpretatur: Ne læteris Philistæa, &c. 779.b
Parmenides logicam excogitat, physica scribit carmine. 245.b
Parnassus mons Thessaliæ vel Indiæ. 26.a
Parochialia templa apud Anglos 45017. Guilielmus reperit. 581.b
Parrhasius pictor. 245.b
Patopamisus mons. 26.a
Partus gemini & tergemini primi fuere. 8.a
Paruaim, vtrumque Peru. 729.b
Pascha celebranter celebratum. 504.a
Pascha primum, & pascha anni 31. Christi: pascha secundum, est pascha anni 32. pascha tertium & vltimum, est pascha anni 33. Christi. 217.b
Paschatis vltimi duntaxat mentio à trib. prioribus Euangelistis celebrata est, vt qui vnici fere anni, in quo passus est, historiam texant. 217.b
Paschalis 1. Romanus monachus 101. Rom. pont. sanctitate conspicuus, &c. 526.a.b 527.b
Paschalis 2 Tuscus, 166. Rom. pont. 592.a.b
Paschalis 3. in schismate sedit aliquot annos. 614.b
Paschasius diaconus libro de S. Spiritu scribit. 455.b
Paterfamilias Baal Habbaiith. 219.b
Patrum ętas. 1.a
Pater, Filius & Spiritus sanctus, vnus Deus, infinitis retro seculis ante hunc mundum aspectabilem conditum. 5.b
Patriarcharum ætas. 1.a
Patriarchæ omnes sub Lamech & huius filio Noë moriuntur. 17.b
Patriarchæ decem mundi originarij 21. b. omnes viderunt Adamum excepto Noë.
Patriarchæ secundæ ætatis decem omnes viderunt Abraham. 42.a
Patriarcharum veterum antiquæ virtutis & fidei virorum finis. 61.b
Patriarchatus Constantinopolitanus situs in antiquo monte, vbi palatium erat Constantini imp. 721.b
Patricij, quasi populi patres. 137.b
S. Patricius Hybernensis anno vitæ suæ 122. obiit. 418.a. ad Christi fidem Scotos conuertit. ibid.
Patrus filius Mizraim. 31.a
Paula in Syria tria monasteria virginum, & vnum virorum condidit. 432.a
Pauliciana hæresis. 587.b
Paulinus Treuirorum in Gallia Metropolitanus, vir sanctus in primis & eruditus, Athanasij amicus. 420.a
Paulus secundo ascensionis anno conuertitur 366.a
Paulus conuertitur anno secundo à morte Christi. 221.b
Paulus in epistolis nomen Iesu quingenties vsurpat, vsque adeò ei erat amabile & suaue. 367.b
Paulus vinctus Romæ anno 2. Neronis: causam dixit coram Nerone liberatus ex ore leonis: posteà cum secundò Romam rediisset, à Nerone capite truncatus est. 226.a
Paulus Narbonæ prædicat. ibidem
Paulus Iulio centurioni à Festo traditus Romam venit, ibi per biennium mansit. 225.b
Paulus & Seneca amici, se mutuis literis sæpius salutant. 226.a
Pauli itinerarium. ibidem
Paulus 1. Romanus, Stephani 3. frater 96. Rom. pont. 905. a.b
Paulus 2. Venetus 219. Rom. pont. 725.b
Paulus 3. Romanus, 218 Rom. pontif. 746.a.b
Paulus 4. Neapolitanus, 231. Rom. pont. 757.a.b
Paulus Diaconus vitas Sanctorum conscripsit. 525.a. ei tribuunt hymnum: Vt queant laxis, &c. ibidem.
Paulus etemum colere incipit. 400.a
Paulus Samosatenus hæresiarcha. 401.a
Paulus Iouius historicus, 745.b
Pausanias Spartanorum rex. 146.a
Pausanias Lacedæm. suspectus de Xerxis amicitia, supplitio afficitur. 257.b
Pax adeò humani generis inimica, vt vel à mundi initiis exclusa sit mundo. 149.b
Pax in vniuerso mundo quando nascitur Christus. 344.a
Pecuatia, ars naturalis, innocua. 15.b
Pelagius 1. Romanus, 62. Rom. pont. septem horas canonicas instituit. 464.b
Pelagius 11. Romanus, 61. Rom. pont. 467. b.a. 468.a.
Pelagius Britannus hæreticus. 435.b.
Pelasgi à Cadmeis pulsi ad Pindum. 86.a
Pelasgi, vetustissima Græciæ gens. 74.a
Peleus rex Peloponnesi. 96.a
Peloponnesiacum bellum. 260.a
Peloponnesij & Athenienses dimicant. 108.a
Peloponoesus Egialea. 80.a
Pelops Pandianis filius. 93.b
Pelisium oppidum Ægypti. 142.a
Pentatheuchi volumina tredecim ante mortem Moses exarauit. 77.b
Pentecostes festum. 75.b
Pentesilea securim inuenit. 102.a
Pentesilea Amazonum regina, cuius in bello Troiano virtus emicuit. 99.b
Perdicas Macedonum rex. 142.b
Perennis successio Apostolicæ Cathedrę nota est veræ ecclesiæ. 600.a
Periander Corinthiorum tyrannus. 152.a
Periander Corinthius sapientes epulo excipit. 239.b
Pericles bellum Peloponnesiacum mouit, ne daret pœnas 50. talentorum, quę depeculatus fuerat. 261.b
Perillus proprio inuento periit sub Phalaride. 239.b
Perionij liber de vitis sanctarum mulierum. 245.b
Joach. Perionius Benedictinus Theologus Parisiensis, primus latinè & Ciceronianè Aristotelem vertit. 749.b. 750.a
Peripatetici veteres acroamaticis caruerunt. 322.a
Perizomata, subligacula. 8.a
Persarum monarchia secunda. 243.b
Persę ab initio Christiani fuerunt. 419.b
Persarum regem non licebat extra regnum proficisci cum exercitu, nisi primùm domi rege creato, ad vitanda bella intestina. 247.b. 248.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Persecutio prima in Christianos mota à Scribis. 366.a
Persecutio secunda in Christianos excitata à Nerone. 367.b
Persecutio tertia in Christianos. 376.a
Persecutio quarta in Christianos mota per Traianum. 379.b
Persecutio quinta sub Commodo. 385.b
Persecutio sexta sub Seuero & Aurelio. 391.b
Persecutio septima in Christian. sub Maximino. 394.a
Persecutio octaua in Christianos, 395.b. sub Decio.
Persecutio nona in Christianos sub Valeriano. 398.a
Persecutio decima sub Aureliano. 401.b
Persecutio vndecima omnium grauissima sub Diocletiano. 405.b
Persecutio duodecima per Maximianum in Oriente. 410.a
Persecutio decima tertia in Christianos in Perside. 419.b
Persecutio decima quarta in Christianos per Iulianum Apostatam. 422.a
Persecutiones vndecim numerantur. 366.a. 367.b
Persecutio Christianorum in Perside. 443.b
Perseus Erichthei frater 56.a. Mycenarum rex.
Perseus vltimus Macedonum rex. 174.b
Peru, hodie paret Hispanis. 122.a
Perusiorum patet Ophir, vnde aurum purissimum 37.b
Pedes Apostolici in veneratione fuerunt 369.b
Renatus Petchardus minister, reconciliatus ecclesiæ, recipit Franciscanorum indumentum quod per apostasiam ante annos 30. exuerat. 786.a
Fr. Petrarcha, insignis poëta. 708.a
Petronius Iudææ præfectus Caligulæ imaginem inferre in templum tentauit. 221.a
Petri & Rom. ecclesiæ primatus terribilis. 402.a 403.b
D. Petrus omnium apostolorum caput, primus Romæ in cathedra episcopali sedit. 367.b
Petrus Paulo Apostolo maior, sanctorum apostolorum dux primus, discipulorum vertex principalis, apostolorũ pontificúmque præsul, primum vniuersile membrum. 368.a
Petrum Ecclesiæ esse fundamentum, & petram solidissimam, super quam Christus fundauit Ecclesiam. 402.a
Petrum apostolorum esse principem. 402.a
Petrus Romæ Euangelium prædicat, à Claudij anno secundo, quo primùm Romam venit, ad Cathedram apostolicam illic figendam, vbi sedes Idololatriæ erat præcipua, vsque ad annum 6. eiusdem, &c. 223.b. 224.a
Petrus & Paulus Romæ eodem die occubuerũt. 367.b. 368.a. 369.b
Petrus ann. Dom. 44. Romæ sedere cœpit. 371.b
Petrus Romam primùm venit anno Christi. 44. atque ibi sepulchricem gessit. 223.b
D. Petrus Romę crucifigitur. 225.b
Petrus post Christum ann. 37. vixit. 367.b 368.a
Petri patrimonium pontificum ignauia satis iam attenuatum est. 475.b
B. Petrus multa bona consecutus est sub Hormisda. 456.a
Petrus Antiochenus episc. addebat in Trisagio, crucifixus propter nos. 458.a
Petrus de Tarentasia, doctor Theologus, primus ex ord. Prædicatorum sit summus Pontifex. 681.b
Petrus Damascenus episcopus in Syria à Saracenis martyrio coronatur. 502.a
Petrus Longobardus Theologiam in certam artem methodumque redegit. 509.b
Petrus archipresbiter Rom. ecclesiæ sedit aliquot dies in schismate contra Theodorum Papam creatum. 491.a
Petrus Cunerius aduocatus regius in Senatu Parisiensi conatus labefactare ecclesiasticorum iurisdictionem temporalem. 695.b
Petrus martyr, Bethsardensis, Galilæus, primus Ecclesiæ pontifex Ierosolymis sedit an. 5. Anthiochiæ 7. Romæ. 25. 367.b. 368.a
Petrus Portugallię rex, iutis obseruantissimus, vt litib. pabula satis duceret, causidicos, fori rabulas è regno eiecit. 706.a
Petrus Ramus Veromendanus, turbulentæ vitæ, & sui in linguas, artes, disciplinas, Theologiam denique ipsam furoris supplicium dedit. 776.a
Phaceas Israelitarum rex. 138.b. 140.b
Phacetas Israelitarũ rex. 135.a
Phacetas 17. rex Israël. 161.a.b
Phakeias Romelię 18. rex Israël. 161.a.b
Phalaris tyrannus. 152.a
Phalaris primus post Theseum Agrigenti tyrannus. 240.a
Phaleg, i. diuisio, genuit Rehu. 33.a
Phaleg moritur annorum 239. sub eius diebus extremis tria insignia contigerunt, partitio terrarum, confusio linguarum, dimidiatio annorum vitæ. 37.b
Pharamundus prædonum Franconię dux. 374.a
Pharaonum primus, Osiris rex Ægyptiorum. 237.b
Pharedus Athenienſium Archon. 132.b
Phares Iudæ princeps. 61.a
Phares anno octauo vxorem accepit, nono Hesionem genuit. 59.b
Pharetates rex Ægypti. 46.a
Pharisæorum ordo incipit. 199.b
Pharisęorum duces, Sammai & Hillet. 200.a.b
Pharisæorum septem erant sectę seu ordines. 202.a
Pharisęi fato multa tribuebant, & astrologię operam dabant 202.a. docebant traditiones religiosè seruandas.
Pharisæis plebs adhærebat. 202.a
Pharos insula Ægypti aquis obruta. 101.b
Pharus Alexandriæ secundum è septem mundi miraculis. 287.b
Phassur filius Emmer coniicit Ieremiam in carcerem. 252.a
Phcleſſenus Corinthiorum rex. 118.b
Phemonoë vates. 91.b
Phereciades Assyriorum ex. 124.b. 125.b
Pherecydes Syrus, Pythagoræ præceptor. 239.b
Pheron Ægyptiorum rex. 100.a
Pherus. 64.b
Phigalia Arcadię oppidum. 148.a
Philadelphia metropolis Arabiæ. 57.b
Philadelphię in Arabia conciliũ in Beryllũ. 395.a

Philadelphus Alexandriæ bibliothecam instruxit. 188.a. & alia multa.
Philemon primus apud Delphos, ludos & chorum instituit. 95.b
Philippicus primus imperator iconomachus 505.a.b. miserè periit. 497.b
Philippus, siue Philippicus contra Constantium à laicis & clericis electus. 507.a
D. Philippus crucifigitur Hieropoli. 367.b
Philippus Apostolus Gallis prædicauit Christum, & Gallias ad prædicandum accepit. 226.a
Philippus Valesius. 700.a
Philippus Pulcher, rex quoque fuit Nauarræ propter vxorem. 684.a
Philippus Theodatus, multa Parisiis vtiliter instituit. 621.b
Philippus D. Ludouici filius, in Africa rex salutatus 680.a. Audacem cognom. 681.b
Philippus rex Francorum, læculares clericos. S. Martini de Campis mutauit in monachos. 585.b
Philippus rex Francorum, decimam bonorum omnium ab iis exegit, qui eũ non comitarentur Hierosolymam, quæ decima Saladini dicitur. 660.a
Philippus Audax Turonum dux. 706.
Philippus Gall. rex Augustus, D. Ludouici auus. 621.a.
Philippus archidux Austriæ, Caroli 5. pater, regio Hispaniæ sceptro potitur. 736.a
Philippus Arabs, primus imperatorum Christianus. 395.b
Philippus primus imperator Christianus se Fabiano reuerenter prouoluit. 369.b
Philippus 2. Hispaniæ regnum adit. 756.a
Philippus Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis. 211.b
Philippus Longus regnum Nauarræ tenuit. 698.a
Philippus Macedonum rex. 148.b. 149.a
Philippus Amyntę filius Macedonum rex, Alexandri pater. 265.b
Philippus Armeniæ & Syriæ rex. 206.b
Philippus Cominius historiogr. 728.a
Philistim filij Casluim. 33.a
Philistim Cappadoces. 65.b
Philo Biblius. 100.a
Philo Iudæus moritur. 380.a
Philo Iudęus senior, vnus è 70. interpretib. sapiętiæ Salom. scriptor. 291.b
Philo vnus è 72. interpretibus, auctor libri Sapiętiæ censetur. 194.a. 195.b
Philonis legationem Caius non suscepit. 221.a
Philo Romam venit, locutus est cum Petro Apostolo. 224.a
Philo Alexandrinus apostolorum æqualis de vita contemplatiua scripsit. 383.b
Philogonius Antiochiæ Patriarcha. 412.b
Philolaus Corinthius legem proletariam fert. 257.b
Philometor sub tutela populi Rom. contra impium Antiochum Epiphanem 304.a. matrem suam interfecit, per antiphrasim philometor dictus.
Philopœmenes Achęorum præfectus Lacedæmonios euertit. 278.a
Philosophi frustrà aliam malorum causam quærunt præter lapsum. 7.b
Phinees pontifex. 89.a
Phinees annis amplius trecentis vixit. 91.b
Phlego Adriani Cæsaris libertus, chronographus. 221.b
Phocas imperator. 474.a
Phocas libidini dedit, miserè periit. 476.a. 477.b
Phocas Ponti episcopus miraculis clarus. 379.b
Phocenses Græci Asiatici Massiliam condiderũt. 62.a
Phocion iniusto iudicio veneno sublatus est. 273.b. 274.a
Phocylides poeta. 233.b
Phœnices literas Græcis dederunt. 89.b
Phœnix ex Ægypto in vrbem affertur. 372.a
Phœnix frater Cadmi characteres phœniceos condidit. 89.b
Phorbas Athenienſium rex. 126.b
Phorbas Argiuorum rex. 95.a. 96.b
Phoroneus Argiuorum rex. 91.a
Photius patriarcha Græcus. 412.a
Photius primus secessionem apertam fecit à Latina ecclesia. 542.a
Phraartes Parthorum rex. 284.a.b
Phraottes Medorum rex. 145.a
Phraortes à Babyloniis cæsus est. 233.a
Phreculphus historicus ab orbe condito ad annũ Christi 560. chronica digerit. 464.a
Phryminas Corinthiorum rex. 115.a. 116.b
Phul rex Assyriorum. 138.b
Phul Belochus Sardanapalo successit. 132.a. 133.b
Phul rex Assyriorum, quem ad concionem lonę pœnitentiam egisse ferunt. 160.a.b
Phurcan, sectiones & capita, legem suam, Mahometes appellauit. 473.b
Phut filius Cham, vnde Mauri. 28.a
Phut Lybum pater. ibidem
Phut filius Cham. 30.a
Phydamon Delphius, primus apud Pythiam chorum statuit. 98.a
Phylacterium brachij. 219.b
Physcon Ægypti rex. 285.a
Ptolomæus Physcon à ventris abdomine cognominatus. 311.a
Francis. Picardus Theologus, 1556. Lutetiæ moritur. 738.a
Pictoris cuiusdam manus arefacta. 445.b
Picus Italię rex. 95.b. 96.a. 67.b
Picus Mirandulanus Cabbalisticę artis patronus. 317.b
Picus Mirandulanus. 389.b. 192.a
Io. Picus Mirandulæ comes, summus philosophus. 731.b
Pilam luſoriam Pyrrus primus docuit. 98.a
Pilatus Iudææ prętor. 211.a
Pilatus noctu imagines Cæsaris in templo statuit, Christo paulo antè mortuo. 221.b
Pilatus sacrum thesaurum in aquęductum expendens, secundę seditionis præbuit seminarium. ibidem.
Pilatus apud Tiberium multis criminibus accusatus, ærumnis succumbens, se sua manu peremit. 222.a
Pilgrinus Baranensis Episcopus in Hongariam profectus, ecclesiam Christo fecit. 554.a
Pindarus Empedoclis discipulus. 261.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pipinus Rabadum Phryſiorũ ducem vicit.492.a
Pipinus à Theodotico laceſſitus, collecta Francorum exulum manu, Maior domus per totam Franc. conſtituitur. 491.b
Pipinus ſacrę muſicę erat ſtudioſus organa muſica miſit et Conſtantinus. 506.a
Pipinus creauit ſenatum, Parlamentum. 506.a
Pipinus Exarchatum 13. vrbes complectentem cum Pentapoli vrbes alias 15. comprehendente, iterum S. Petro & ſucceſſoribꝰ. eccl^e in perpetuum poſſidendum conceſſit 505.b.507.b
Pipinus Martelli filius, dictus Breuis, ex Maiore domus, concilio pontificis à procerib. Gallia rex declaratus, à S. Bonifacio Sueſſioni iungitur. 503.b.504.a
Piraticum bellum. 324.a.325.b
Piſanum concilium. 602.b.615.a.726.b
Piſcinæ probaticę ingens miraculum. 189.b
Piſiſtratus Athenis tyrannidem occupat. 239.b. 240.a
Pittacus præceptor Phetecydis. 239.b
Pittacus Mytileneus Melanchrum tyrannum ſuſtulit. 155.b
Pius 1. Aquilienſis 11. Rom. pontif. reſurrectionem Domini die Dominica celebrari iuſſit. 384.
Pius 2. Senenſis, 118. Rom pontif. 724.a.b
Pius 3. Senenſis, 123. Rom. pontif. 734.a.b
Pius 4. Mediolanenſis, 232. Rom pontif. 760.a.b
ofor diſpenſationum, &c.
Pius 5. Alexandrinus, 233. Rom. pontif. vir ſanctus, &c. 766.a.b. 767.b
Placentinum concilium. 589.a
Max. Planudes monachus. 707.b
Platina pronus ad notandas pontificum maculas. 686.a
Platina hiſtoriam pontificum in Paulo 2. à quo in carcerem truſus eſt, terminauit. 725.b.726.a
Plato, Moſes Atticus. 80.a
Plato minor, Coſmographus orbis terrarum. 295.b
Platonis opinio de mundi procreatione. 3.a
Platonis imaginatione de bello Atlantico. 6.a
Plato, apis Attica, Moſis æmulus, ſiue Moſes Atticus, diuini cognomentum eſt conſecutus. 265.b
Pleiades ſeptem puęrę. 291.b
Plebiſcita pro legib. habentur. 292.a
Plenneus Sicyoniorum rex. 95.b
Pleſſęum gymnaſium Gottofredus Pleſſæus condit. 696.a
Plinius Iunior, cuius monitu Traianus temperauit perſecutionem. 379.b
Plinius Maior, vt fuerit atheus, illud tamen diuiniſſimè puerilium prope eſſe deliramentorum, ac ſuper omnem impudentiam, adulteria inter deos fingere. 375.b
Plotinus Ammonij diſcipulus, Platonicus. 396.a
Plutarchus Cheronenſis. 375.b
Plutarchus de defectu oraculorum. 211.b
Pluto inferorum Deus. 99.b
Pœnitentium mulierum ordo. 730.a.731.b
Pœnitentium ſodalitium ab Henrico Franc. rege introducitur. 784.a.
Pœnitentia, & eius partes tres. 623.b.635.a
Pœnitentiam Adam egiſſe dicitur quando abſcondit ſe à facie Domini, meruens eius iram. 7.b
Pœnitentiarij munus erat, publicam & leuem pœnitentiam iniungere. 410.a
Pœne humanas hoſtias immolare & agnina carne veſci prohibentur. 262.a.263.b
Poetæ plures ante Homerum in Græcia exiterunt. 125.b
Poetas Adrian 36. nihil aliud præſe ferre arbitrabatur, quàm vel impietatem vel ſalſitatem. 607.b
Poetica Hebræorum hodierna initium ſumit. 572.a 573.b
Politici execrabiles. 207.b
Polybius Megalopolites conſiliarius & præceptor Scipionis 40. libris Ro. hiſtoriam complectitur. 311.b
Polycarpus ſub Troiano. 379.b
Polycarpus Ioan. diſcipulus, & Smyrnenſis epiſ. 385.b
Polycrates Samiorum rex. 68.a. 240.a
Polycrates Sardius, quem Orontes Darij præfectus cruci affixit. 141.a
Polydorus Virgilius. 731.b
Pompeius multas regiones imperio Rom. ſubiecit, 326.a.327.b
Pompeius capto Heroſolymis indigitè templum Dei ſtabuit. 327.b
Pompeius iuſſu regis Prolomæi occiſus. 330.a
Pompeius in Syria imperans. 206.b
Pompeius Hieroſolymam expugnat 206. a templum non dirupit, ingreſſus eſt in Sanctum ſanctorum deinceps infelix fuit. 207.b.206.b
Pompeius adhuc eques, ſine magiſtratu, nondum ſenator, adhuc adoleſcens triumphauit, & Magni nomen à Sylla accepit. 322.a
Pomponius Lætus. 727.b
Pontis lapidei Lutetiæ iaciuntur fundamenta. 779.b
Pontianus Romanus. 29. Rom. pont. in exilio Sardinenſi extinctus eſt. 395.b
Pontifices legis Moſaicę ſunt. 83 numero. 82.a
Pontifex Rom. ab Oſtienſi, Portuenſi, & Velitterno Epiſcopis, in eccleſia Saluatoris ad Lateranum conſecratur. 491.b
Pontifex Romanus dicitur Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum, bonus paſtor, benedictus Papa, Apoſtolicus. 364.a
Pontifices Apoſtolorum ſucceſſores. 413.b
Pontifices Rom. omnes ante Telesphorum ob Chriſti confeſſionem martyrio eſſe conſumptos. 383.b
Pontificum ordo & ſtatus poſt captiuitatẽ præſtatus eſt Regio, à quo exteà indignè habebatur. 186.a
Pontifices inter ſe contendentes de pontificatu 560.a
Pontifices peſſimi, malis artib. pontificatum adepti. ibidem.
Pontificia fides verè catholica, i. vbique recepta & agnita. 768.a
Pontificatus non iam perpetuus, ſed annuus, atque arbitrio Cæſaris & prętorum deferebatur. 215.b
Pontigonenſe concilium. 517.a
Pontius Pilatus quintus Iudææ procurator, anno Chriſti 26. an. 10. prefuit: an. ſexto Chriſtum crucifixit. 216.a.b
Pontus, mare perſicum, Pontus Euxinus. 47.b
Pontus & Bithynia vna prouincia facta. 206.a
Populus egere ſolet in regum luxu & largitionib. oppreſſus regiis exactionib. & tributis. 120.a
Porchetus Epiſcopus Gibellinus. 687.b
Porphyrius ethnicus Petrum præ licabat, vt inuidiam D. Paulo conflaret. 401.a
Porphyrius, al. Maleus, Plotini diſcipulus impius. 398.a
Porphyrogeneta Baſilius. 562.a
Porta ſpecioſa & ſublimis. 138.a
Portæ templi ſe ſponte aperuerunt velum ſciſſum. 230.a
Porticus templi. 113.b
Portius Feſtus 8. Iudææ præſes, is Paulum, cùm Cæſarem appellaſſet, Romam poſtera die miſit. 226.a.b
Portugalliæ regum origo. 587.b
Portugalliæ regnum diuulſum ab Hiſpania. 595.b
Porus Indorum rex. 27.b. cuius victus ætera, potus aqua. ibidem
Poſſidacum colloquium. 762.a
Poſſidonius Panætij diſcipulus. 302.a
Poſtas Ludouicus 12. primus conſtituit. 728.a
Gall. Poſtellus centenario maior, multarum linguarum peritus, Lutetiæ moritur 1581. menſe Septembri. 782.a
Poſthumius Regillenſis propter arrogantiam à militib. damnatus. 262.a
Potentes à ſæculo gigantes. 6.a
Potentes tyranni gigantes à ſæculo, olim, antiqui primique tyranni. 17.b
Prædeſtinatorum hæreſis. 435.b.438.a
Prędicatorum ordo ab Honorio confirmatur. 628.a
Prælleum collegium à Rodolpho Prelleo extruitur. 711.b
Præmonſtratenſis ordo ſub regula D. Auguſtini incipit. 694.a
Præſentia diuina ad propitiatorum oracula edebat & reſponſa. 190.b
Pręto Ioannes Aloyſſinorum ad Salomonem ſuam refert originem. 28.a
Petro-Ioannes Æthiopum rex potentiſſ. peculiarem curam tertæ Sanctæ hodie gerit. 143.b
Prætores Romani, Iudææ præſides poſt Archelaum. 215.b.216.a
Pragmatica ſanctio in concilio Baſilienſi edita. 718.a
Pragmatica ſanctio ſublata. 737.b.740.a
Pragmaticam ſanctionem ſenatus Pariſienſis non potuit adduci vt Rex tolleret. 724.a
Prata vorat mulier, frendens leo, &c. 740.a
Praxiteles ſculptor, primus ſpeculum fecit. 265.b
Preces pro defunctis 170. Purgatorium. 623.b
Preſbyteri Romani in Cardinales abierunt. 380.a
Preſbyteris Romanis paroecia vrbis diſtributę. 400.a
Primatus ſedis apoſtolicæ. 623.a
Primogenituræ ius non ſemper aſſequuntur primogeniti. 12.a
Primogeniti omnes ex ſtirpe Noë vſque ad Aarõ fuerunt ſacerdotes. 23.a
Primogeniti omnes à Noë vſque ad Aaron pontifices fuerunt. 43.a
Primogeniti omnes fuiſſe dicuntur ab Adam vſque ad Noe, vno Seth excepto. 13.b
Primogenito quæ Eſau fratri ſuo vendidit. 22.23
Prima ætas. 3.a
Primo die, qui dominicus, rerum creatio prima. 3.b
Primi regnarunt, & libertatem hominum oppreſſerunt, fuere ſpurij & gigantes ex infeſto concubitu nati. 17.b
Principes Athen. decennales. 141.a
Principes diſcant Eccleſiam per ſe ſtare, nec pendere ex ipſorum ſtatu & ſalute. 186.a
Principes Synagogæ magnę, Eſdras, Neemias, Mardochæus, Zorobabel, Ioſue. 180.a. Daniel. & alij. 187.b.188.a
Priſcillianiſtæ in Hiſpania, quorum auctor ſæculari gladio percuſſus eſt. 430.a
Priſcillianus in Hiſpania hęreticus, gladio ſęculari percuſſus. 430.a.431.b
Proba Falconia Virgilicentronas contexuit. 438.a
Procas Syluius latinorum rex. 131.a
Proceri erant primi homines. 6.a
Proclus ętate Ptolomęi. 287.b
Proclus philoſopus ſpecula hiſtoria fabricat. 455.b
Proconſulare concilium in Africa. 484.b
Procopius Cæſar hiſtoriarum annorum 142. pertexuit. 462.a
Procopius Gazæus ſophiſta Octoteuchum expoſuit ex variis rapſodiis. 445.b
Procurator Iudææ primus Coponius. 215.a.b
Prodigia multa, octo præcipue horrenda futuram Iudæorum cladem portendunt. 226.a
Profeſſores linguarum & matheſeos à Franciſco 1. inſtituti: cæteri ſunt aſcriptitij. 742.a. 745.b
Profugus Cain habitauit in terra Nod. 10.a
Proiectus Aruernorum epiſc. martyr. 421.b
Proletaria lex. 257.b
Prometheus filius Iapeti. 30.a
Prometheus primus hominum ſimulacha de terra finxit 93.b. primus ignem è ſilice excuſit, aſtrologiam docuit.
Promiſſio Dei prima, Chriſtus, euangelij fons. 7.b
Promiſſio Adæ facta de Chriſto, in columna cælata fuit. 11.b
Promiſſio de Chriſto, futuro ſemine in libris Henoch reperitur. 15.b
Proparentes baptiſmi conſtituit Teleph. 383.b
S. Dionyſius nominat ἀναδόχους ibidem.
Prophetas edoctos fuiſſe à Semioribus. 182.a
Prophetæ ſcriptores incipiunt. 18.a
Prophetæ in Malachia ceſſant. 271.b
Prophetæ cur à Domino mittuntur. 1/4.a
Prophetię Enos & Henoch. 21
Prophetia à Prophetis ſublata fuit poſt cuerſum templum, & data eſt Scribis. 189.b
Prophetare, i. miracula edere. 65.b
Protagoras. 221.b
Proteus Ægyptiorum rex. 103.a
Prouerbia, vbi ſunt ſanctæ vitæ præcepta. 113
Prouincialia concilia quatuor. 4
Pruſias Bithiniæ rex. 27
Pſalmorum auctores vndecim.
Pſalmorum decem auctores. 109.b. horum ſio & menſura intercidit & ignoratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalterium in quinque libros distinctum. 109.b
Psalterium in septem horas diuisum à S. Benedicto. 457.b
Psammenitus Ægyptiorum rex. 248.a
Psammeticus Ægyptiorum rex. 144.a.146.b
Pseudophilippus reguans in Macedonia interficitur. 285. b
Psychicos, catholicos Tertullianus vocabat. 592.a
Ptolomaicum concilium. 607.a
Ptolomæus primus Lagi Soter. 280.a.b
Ptolomæus Lagi, Ægypti rex. 194. b
Ptolomæus Alexandrinus Mathematicus. 364.a
Ptolomæus Auletes, Ægypti rex. 205.a
Ptolomæus Cerannus. 273.a.276.b
Ptolomæus Dionysius Ægypti rex. 206.b
Ptolomæus Epiphanes, & Philometor Ægypti reges. 198.b
Ptolomæus Euergetes Ægypti rex. 195. b. & Philopator. ibidem
Ptolomæus Euergetes secundus filius & ciuis Alexandrinus interfectis omnia luctu complet. 308 a.b
Ptolomæus Lathyrus Ægypti rex. 205.a
Ptolomæus Philadelphus Ægypti rex. 193 b
Ptolomæi Philadelphi rogatu & sumptibus, Biblia sacra in Græcum conuersa. 194.a
Ptolomæus Philometor. 282.a
Ptolomæus Philopator patrem, matrem, sororémq; extinxit, Triphon à luxu & deliciis cognominatus. 198.a
Ptolomæus Physcon, Alexandræ Ægypti reges. 201 b
Publicationem peccatorum abrogauit Leo. 442.a
Puella 9. annorum peperit filium. 700.a
Puella 8. annorum apud Lectorates anno Do. 1562. peperit filium. 700.a
Puer decennis grauidam reddit mulierculam aliquot ætate pioniectam. 39 b
Puncta inuenta sunt post Christũ passum. 472.
in Tyberiade vrbe Galilææ; hunts muneris principes fuere Aaron filius Aser, & Iacobus filius Nephtalim. 185.b.187.b
Puncta inuenta ann. 474 post mortem Hieronymi ann. 56. Iudei Tyberiadis Palæstinæ indicto concilio notulas vocalium & accentuum, ad lectionis facilitatem repererunt. 449 b
Punctatores dicuntur 21705 1258 viri Tiberiad. non sunt inuenta puncta Babylone. ibidem
Puniceus color. 89.b
Punicum bellum primum. 295.b
Punicum bellum secundum. 296 a.297.b
Punicum bellum tertium. 307.b.308 a
Purgatorium ab Hebræis assertum. 175.
Purificationis festum a Iustiniano institutũ. 462.a
Putita norum secta. 664.a
[illegible] 129.b.128.a
[illegible]tur. 104.a
[illegible]ob maximam syluarum [illegible]bonem 70.a
[illegible]in sepulchris ponendi[illegible] 200.a
[illegible]h mundi miraculis col[illegible]fogente Pharaone, ex 66.a
[illegible]rs, dubitandi de rebus 262.a
Pyrrhus Dædali cognatus, fusoriam pilam primus docuit. 98.a
Pyrrhus rex Epirotarum. 286.a.288.a
Pyseus Tyrrhenus pirata. 114.a
Pythagoræ ætate Græci nullius erant pretij in Asia & Africa. 194.a
Pythagoras Pherecydis Syri discipulus, philosophiæ Italicæ auctor. 230.a
cum Pythagora dæmon loquebatur per fluuium. 4.a

Q

Quadragesimæ initio quatuor dies præmissi Gregorius. 465.b
Quadragesimæ ieiunij iam ab apostolis traditi, nouo edicto restauratur à Telesphoro. 382.a
Quadragesimam eodem tempore fuisse à Christo peractam, quo Christi Ecclesia eius æmulatione obseruat. 216.a
Quadratus Syriæ præfectus. 225.a
Quæstio de vera Ecclesia inter Iudæos & Samaritanos. 302.a
Quæstores ex plebe creati. 282.a
Quartodecumani hæretici. 389 b
Quatta eras Iudicum. 74 a.116.
Quarta monarchia Romanorum, quæ ferrea. 340.a
Quinquagesimam Telesphorus induxit. 373.b
Quinque tribus primum templum augustum & venerabile reddebatur, quibus secundum cærebat. 190.a
Quinta ætas 119 a. virilis ætas populi Dei. 154.a
Quintilianus primus Romæ scholam publicam aperuit. 376.a
Quintinus martyr. 465 b
I. Quint. Heduus multorum librorum eruditus script. 764.a
Quirinus procurator Iudææ. 340.b
Quirinus Philippi fil. Laureacensis Episcopus, a Diocletiano submergitur. 393.b

R

Raab nupsit Iosue. 89.b. erat cauponaria.
Raba batkra, Talmudicorum liber. 8 a
Rabanus Maurus commentaria scripsit in libros Machabæorum. 303.b
Rabanus & Claudius primi posuerunt Theologiæ sedem Academia Parisiensi. 512 a
Rabanus Maurus, Fuldensis abbas, primus coadiutor Glossæ ordinariæ, natione Gallus. 528.a
Rabbenu haccados Antiocho charissimus Antonino. 178.a
Rabbinos decem Titus necauit, quos recolunt pro sanctis martyrib. 217 b
Radamanthus Lyciorum rex. 93.b
Radegunda vxor Lotharij, assensu viri in Monialem consecratur. 464.a
Radulphus in Burgundia regnum cõstituit. 541.a
Ram Hezronis secundo genitus. 65.b
Rama ædificatur à Basa.
Raphael Volaterranus. 136.a
Raphaim gens, veterrima in Arabia, ejecta à Moabitis & Ammonitis. 731.b
non Rapere, præceptum naturæ. 57.b
Ratem, in Assyria vrbs, antiquissima. 29.b
Rasocis secundus legislator apud Ægyptios. 145.b
Rates inuentæ à rege Erythræa. 101 b

Salomon multa alia adiecit præter exemplum Mosi à Deo perscriptum. 119.b.120.a
Salomonis tria millia parabolarum, quinque millia canticorum, & Physiologiam eiusdem cum libris legis combussit Nabuzardam. 237.b
Salomon in maxima regni prosperitate cõiuges ex alienigenis sibi sociauit. 121.b septingentas vxores & 300. concubinas habuit iam senex, sed resipuit. ibidem
Salomon sub finem ætatis amissum per spiritum Sanctum recepit, & scripsit Prouerbia, Cantica, & Ecclesiasten. 115.b
salomoni impiè attributi sũt libri nõnuli. 115.a.b
Salomonis pretiosissima suppellex apud Carcassonem. 455.b
Samaias propheta. 124.b
Samar filius Chanaam. 31.b
Samaria è pago vrbs conditur ab Amri. 225.b
Samaria regni Metropolis. 157.b
Samariam Herodes restaurauit 201.a.
Sebastem vocauit. Samaritanorum origo. 163.b
Samaritanæ literæ. 187.b.188.a
Samaritanæ literæ, quę antiquit° Hebraicæ. 124.a
Samaritanorum & Iudæorũ acerbissimum inter se odium. 193.b.134.a
Samaritani Saducæi erant. 102. a. in quatuor sectas diuiduntur.
Samaritani è Iudaica religione quinque libros Mosis duntaxat receperut. 163.b. gẽs sicariorũ.
Samballat Samaritanorum princeps. 193.b
Samos struitur Parthenię nomine. 125.b
Sãson de tribu Dan. Nazareus, Deo consecratus. 101.a.b. Israelẽ seruitute Philistinorũ nõ penitus liberauit ibid. a. eius præ laragesta. ibid.
Sanson Christi nostri liberatoris in multis typus fuit, præcipuè dum mortem sibi pararet, vt Israëlitas seruaret. 101.b
Samuel Propheta de tribu Leui. 104.a.b
Samuel scripsit librum Iudicum, & maximam partem libri primi Regum. 106.a
Samuel veréne ad euocationem Pythonissæ Saulis apparuerit, an specie duntaxat. 106.a
Samuel nõ fuit sacerdos, sed simplex Leuita. 105. b. dicitur Ephrat. nõ à tribu Ephraim sed à loco.
Samuel Iudæus Christum amplectitur, & contra Iudæos subtiliter disputat. 621.a.
Sanchoniatus scriptor antiquiss. historiam Phœnicum scripsit Syriacè. 100.a
Sanctandreanus Marescalus in Druydum cõflictu desideratus. 765.a
Sãctes Pagnin° Dominicanus, concionator Apostolicus, secũdus post Reuclinũ lexicõ Hebraicũ edidit, tãta eruditione refertũ, vt reliquos à præstantiore conficiendo detetruerit. 741.b
Sanctes vnus, si modò ab hæreticis non sit corruptus, vocé peregrinã Iehona 1. cõfinxit. 80.a
Sanctius 2. Portugalliæ rex, Alphonso fratri regno cedit. 635.b
Sanctorum preces, suffragia, inuocatio, imagines, reliquiæ. 623.a
Sanedrin, i. iudices capitalium causarum. 216.a.
Sanedrin, i. ordinarios iudices, septuaginta duorum seniorum senatum occidit. 209.b.210.a
Sãguis apud Tolo. tota die largissimo fluxit tuo 444.a
Sapientes nulli nominantur apud Rom. ante ætatẽ Lælij & scipionis. 307.b.308.a
Sapientia Salomonis. 291.b.295.b
Sapiẽtiæ Salomo. liber, oi° auctor incert°. 194.a
Canonicus tamen est epitome Bibliorum. ibid.
Sappho Musa Græcis decima. 234.a
Sara filia Harã. iunior patre tãtũ nouẽ annis. 39.b
Sara primaria vxor Abrahæ. 46.a
Sara minor. erat Abrahamo tãtũ annis decẽ. 39.b
Sara mater Isaac obiit anno ætatis 127. quo quidem anno ipse Isaac fuerat oblatus. 56.a
Sara prophetica facultate prædita. Quicquid tibi dixerit Sara, fac, & audi vocem eius. 39.b
Saraceni & Gothi fiunt Christiani. 428.a
Saraceni à Sara Abrahæ vxore. 472.a
Saraceni cũ Zocomo imperium suscipiũt. 464.a
Sardanapalus Tarsum & Anchialon vrbes Ciliciæ condidit. 144.a
Sardanapalus, Asar adon. Phul, quasi Sardanaphalus. 163.a
Sardanapalus Assyriorum rex. 132.a.135.b
Sardicense concilium in Trullo confirmatum. 420.a 421.a
Sargon Assyriorum rex. 131.a.132.a
Sarmatæ è Togarma orti. 49 b
Sarni Galli Alpini, occisis coniugib. ac liberis in flammas se proiecerunt, nullusque fuit qui non mallet mori quam seruire. 314.a
Sarug genuit Nachor. 36.b
Sathanę æstus & odium in Mosem & Iudæos. 81.a
Sathanas per serpentem vt per fistulam loquens hominem decepit. 7. b
Satiùs est vnum ciuem seruare, quàm mille hostes perdere. 384 a
Satron Celtarum rex doctissimus, qui publica literarum studia instituit. 59 b
Saturnum Xisuthram prænouisse de futura inundatione. 16.a.
Saturninus episcopus Tholosæ, martyr sub Decio. 395 b
Saturninus trib. pl. seditiosus. 318.a
Saturninus Italiæ rex. 93 a
Saturnus ex diis antiquioribus nõ nisi cẽtũ annis ante Troianũ bellum in Italia regnauit. 83 b
Saturnus post Ianum, Iouem filium de Græcia fugiens in Italiam, regnat in ciuitate, quæ de eius nomine Saturnia dicta est. 94.a
Satyrides insulæ. 741.b
Saul de tribu Beniamin. 104.a.b
Saul filius anni, quãtũ ad malitiã: duobus annis regnauit, in puerili innocẽtia & simplicitate. 105.b
Saul primus rex Iudæorum. 107.b
Saul filius Cis de tribu Beniamin ex oppido Gabaa, modestus animi, forma excellens & procerus. 107 b.
Saulis errata in bellis. ibidem
Saul annos. 40. regnauit. 107.b. Dei fauore destitutus, sibique relictus, spiritu melancholico, i. maligno corripitur. ibidem
Scãdalosa historia Ludouici 12. reb° gestis. 728 a
M. Æmylius Scaurus nobilis pauper cõsul. 305.b
Schisma seu æmulatio Græcorum cõtra Latinos. 621.a
Schisma primùm contra ecclesiam excitarunt Constantinopolitani. 467.b
Schisma 2. sub Vrsino. 419.a
Schisma tertium. 440.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Schisma quartum. 455.a
Schisma sextum 491.a. septimum. 492.
Schisma octauum 507.a. nonum.
Schisma decimum. 529.a
Schisma duodecimum. 541.b
Schisma decimum tertium. 558.b
Schisma decimum quartum. 571.a
Schisma decimum quintum. 581.a
Schisma decimum sextũ durat 29. ann. 586.a.b.
Schisma decimum septimum. 600.b
Schisma decimum octauum. 603.a
Schisma decimum nonum. 613.a
Schisma vigesimum. 696.b
Schisma 21. omnium grauissimum. 709.a
Schisma vigesimum tertium. 719.a
Schismatici sub Paschali. 596.b
Schola, est cœtus eorum, qui sunt ex aliquo corpore, Scholæ quæstorum, & scholasticus, nomen illius dignitatis 450. a. Scholasticus, q. protonotarius.
Scholarius dictus Gennadius. 722.a
Scholastici, & iuris canonici interpretes. 633.b
Scholasticæ theologiæ scriptores. 707.b
P. Cor. Scipio primus nomine victæ à se gentis est nobilitatus, Africanusque appellatus. 303.b
Scipio Asiaticus, qui Antigonum magnum superauit. 274.a
Scipio Africanus minor Æmilianus 310. a. crudelis fuit. 311.b
Scipio Minor missus est ad perspiciendos regum & gentium animos. 311.b
Scipio minor Africanus Panætium Polibiúmque domi militiæque secum habuit. 302.a
Scipio Nasica Dalmatas domuit. 308.a.
Scipionem Nasicã cons. in vincula coniecit. 311.b
Scipio Nasica censor primus aqua diuisit horas. 307.b.
P. Scipio tribunus militũ se Annibali oppossuit. 299.b
Scopetinorum ordo, siue S. Saluatoris. 715.b
Scotia Christum profitetur. 389.b. 390.b
Scotici tumultus. 769.b
Scotus vertit è Græco Ecclesiast. hist. 512.a
Io. Scot⁹, doctor subtilis, moritur Coloniæ 593.b
Io. Scotus Aristotelis de recto principũ regimine è Græco in Chaldaïcam, Arabicam, & Latinã linguã cõuertit, & Dionysij Hierarch. 538.a
Scoti nõ videntur Anglis multo infetiores. 113.b
Scotorum rex primus ex sacra vnctione inauguratus Edgarus 589.b
Scribarum schola. 201.b
Scribæ siue doctores de genere Cin, siue Iethronis soceri Mosis. 88.a
Scribarum origo 189. b. Legisperiti alio nomine appellantur, i. iurisperiti, eorum munus, & officium. 189.b.190.a
Scribæ & Pharisæi sederunt super cathredram Mosis. 168.b.183 a.
Scribæ viri summę auctoritatis ab Esdra instituti: eorum munus erat, vt de lege consulti ex sanctis libris & prophetarum oraculis responderent. 203 b
Scribas & Pharisæos crudeliter occidit. 227.b
Scriptura, cuiuslibet chronici regula & mensura esse debet. 350.a
Scrupuli Chronolog. 347.b. & deinceps. 348. 349.
Scythæ ad Palæstinam vsque penetrarunt. 148.a
Scythæ è Magog orti. 49.b
Sebaste Samaria vocata ab Herode instaurata. 200.a
Sebastianus martyr. 45.b
Seboim vrbs in cõfinio Arabiæ & Palestinæ. 47.b
Secundus Adam, Christus. 8.a
Secundo & tertio die, rerum dispositio. 4.a
Secunda ætas, quasi pueritia populi Dei. 24.b
Sedechias trãsmigrationis tẽpore regnauit. 130.a
Sedechias & Eliezer principes 400. testudo prophetarum. 127.b
Sedechiæ captiuitas, in qua desinit iniquitas populi Israël. 154.a
Sedechias effosis oculis in Babylonem translatus est 237.b
Sederolam de numero annorum. 350.a
Segor vrbs finitima Sodomæ. 48.a
Sedorolã, series mũdi, à Genebrardo versus 600.a
Sela genuit Heber. 31.a
Seleucense concilium. 414.b
Seleucus Cryppi filius. 285.
Seleucus Syriæ rex. 193.a
Seleucus Callinicus Syriæ rex. 194.b.195.a
Seleuc⁹ Callinicus Clarũ ꝓpidũ cõdidit. 277 a.b
Seleucus post mortem Alexandri regnum obtinuit. 275.b.276.a
Selimus Turcicum imperium suscipit. 770.a
Sellum pontifex 147. Ieremiæ. 152.a
Sellum 15. rex Israel. 160.a.b.161.b
Sellum Israëlitarum rex. 133.a
R. Selomo Iarchi 618.a.b. Lunosis.
R. Selomo Iarchi 622.a. veteris testamenti ordinarius & Talmod glossator.
R. Selomo bahal assiteni assebulim, i. magister canti. mensione certa constantium. 573.b
Sem filius Noë dignitate primus. 21.b
Sem filius Noë genuit Arphaxad ab eluuione anno secundo. 29.a
Sem cognomento Melchisedech. 42.a
Sem sexcentenarius moritur. 29.b
Sem superuixit Abrahæ 34. annis. 42.a
Sem & posteri eius habitarunt Asiam. 49.b
Sem apud homines gloriã adeptus summã. 29.b.
Sẽ Hãmephoras, nomẽ duodecim literarũ. 205.b
Semaias vates. 155.a
Semaias vir Dei dehortatur Roboam ne bellet contra decẽ tribus, quæ à se defecerant. 124.a.
Semele filia Cadmi 89. Bacchi mater.
Semiariani hæretici. 420.a
Semiramis multo post Mosem. 136.a
Semiramis regina Assyriorum. 55.a
Senacherib Assyriorum rex. 141.a
Senacherib pelusiũ oppidũ Ægypti obsedit. 141.a
Senatores centum Romulus constituit, vt negotiis publicis præessent, quorum decem præcipuos, Patritios nominat. it. 136.a.137.b
Seniores edoctos fuisse à Iosua. 184.a
Seniores populi sæpe consilium habuerunt de Christi nece. 217.b
Senones Galliam incolunt. 149.b
Senonense concilium. 602.b.618.b
Septem fratres martyrio coronantur. 281.b
Septẽ præcepta naturę obligare etiã gẽtiles 27.b
Septem homines dantur, qui mundi durationẽ continenti serie metiuntur. 127.b

Septẽ preces hotarię à Pelagio institutæ quotidiè à presbyteris priuatim recitandę. 467.b
Septem sapientes, Thales, Solon, Chilon, Periander, Cleobulus, Bias, Pittacus. 259.b
Septentrionales gentes longè tardiùs feritatem deposuerunt. 62.a
Septuaginta interpretes trecẽtis plus minus ante Christum annis floruerũt. 288 a. primi non fuerunt interpretes scripturæ. 289. b. vetustate esse corruptos.
Septuaginta interpretum memoriam colunt Iudæi Alexãdrini anniuersario festo. 8. Dec. 290.a
Septuaginta interpretum emendatio qualis, & à quibus. 289.b.290.a
Septuaginta duo interpretes, prophetæ fuerant omnes. 194.a
Septennis Haran accepit vxorem, anno vitę octauo natus est Lot. 39.b
Septimius apud Dalmatas Imperator, à suis obtruncatur. 403.b
Septima ætas siue vltima 360.a. quæ 363.a. incipit anno mundi 4089.
Septimo die cessauit Deus nouas species condere. 4.a
Sequentiam diuinissimam illam: Veni sancte spiritus, & emitte cęlitùs lucis tuæ radium. 572.a
Seraias pontifex Max. 152.b.153.b
Seraias vates. 166.b
Serapis, i. princeps boum. 61.b
Serena Diocletiani vxor Martyr. 105.b
Sergius patria Antiochen⁹, 89. Rom. põt. 492.a.b
Sergius PP. purificationis festum cereis illustrauit. 461.a
Sergius 2. Romanus, 105. Rom. pontif. 530.a.b. primus mutauit nomen suum.
Sergius 3 Electus in schismate contra Formosum. 541.a
Sergius 3. Romanus, 123. Rom. pont. 548.b
Sergius 4. Romanus, 149. Rom. pont. 569. a.b. vir sanctissimus.
Serica, ex arborum lana conficiuntur, non ex verme. 605.b
Serpentes & alia huiusmodi ad seruandam speciem in archam introire necesse non fuit. 40.a
Serpens æreus palo suspensus, & in tabernaculo fixus ad spectatum salutem. Dominũ de cruce pendentem, salutis omnis auctorem & causam repræsentabat. 74.a
Sertorianum bellum. 322.a.323.b
Seruile bellum. 312
Seruile bellum secundum. 318.a
Seruilius consul primus omniũ Rom. in Taurum montẽ iter fecit, vnde Isauricus dictus. 206.a
Seruius Tullius Rom. rex. 150.b 152.a.b
Ne sitis sicut serui, qui seruiunt domino pro mercede, sed sicut serui, qui seruiunt gratis, citra spẽ vllius mercedis. 202.a
Sesostris rex Ægypti, tertius apud Ægyptios legislator. 126.a
Sesostris Ægyptiũ regnũ latè propagauit. 100.a
Sesoncharis, siue Seuschoris Ægypti rex. 132.a
Seth quando genitus. 7.a
Seth & Enos inuenisse astrol. & alia pleraq. 5.b
Seth genuit Enos. 9.a
Seth. lit. Heb. & stellarũ nomina cõmẽtus est. 9.b
Seth positio, quoniam positus à Deo loco Abelis 10.a. vel fundamẽtum, quòd futurus esset mundi fundamentum.
Seth ad imaginem & similitudinem Adæ genitus, i. bonus vt Adam, pius, pacificus quietus. 10.a
Sethon rex Ægypti vltimus. 143.b
Seuerianus omnium sanctissimus. 394.a
Seuerinus Romanus, 73 Rom. pontif. 482.a.b
Seuerinus siue Zephyrinus, Romanus, 16. Rom. pontif. canones tulit de annua saltem laicorum communione. 391.a.b
Seuerinus Treuerensis episcopus. 455.b
Seuerus omnium dementissim. 593.b
Iulius Seuerus in Iudæos. 382.a
Seuerus Byzantium euertit. 389. eius immanitas in Christianos miserrimè periit. 391.
Sex aut septem possunt interfeti sex primis capitibus Geneseos Mosaicæ. 6.a
Sexcenta armatorum millia, & sexcenta mulierũ & paruulorum exierunt de Ægypto. 66.a
Sextum sęculum. 454.b
Sexta ætas antiquam religionem & doctrinam retinet. 169.b.183.a.b
Sexta ętas anno mundi 3568 incipit. 233.b.234.a
Sextæ & septimę editionis auctores incerti. 290.b
Sextus Anienus Ruffus poëta. 411.b
Sextus Empiricus philosophus, nepos Plutarchi. 377.b
Sibyllæ multis post Mosẽ sæculis extiterũt. 286.a
Sibyllę ante Homerum extiterunt. 123.b
Sibylla Cumana, quæ & Amalthea & Deiphobe. 241.a
Sibylla Chaldæa siue Persica. 245.b
Sibylla Delphica Hieraphile 96. a Erythræa, Sicula, Samia, Rhodia & Claria, quæ se ἀφτεμιδα nominauit. ibid.
Sibylla Erythręa annosissima temporibus Iephte 98.a Thessalica.
Sibylla Hellespontia, Persica, Libyca, Italica, & Græcę plures. 247.b
Sibylla Lybica. 97.b
Sibylla Phrygia & Tiburtia. 100.a
Sibylla Samia. 146.a
Sibylla Sambetha, Persica vel Chaldæa. 94.a
Sibyllina oracula. 230.a.231.b
Sicilia prouincia facta à Romanis. 300.
Sicilia patrimonium ecclesiæ Romanæ. 610.a
Sichem oppidum in monte Ephraim. 155.b
Sicariorum hęresis, quam gladio & sica tuebantur, & repugnantes mactabant. 215.b
Sidon filius Chanaan. 32.b
Sidon vrbs Phœnicum antiquissima. 102.a
Sidonense in Syria concilium. 455.a
Sidonia Dido. 85.b
Sidonius Apollinaris. 447.b
Sidonius Apollinaris episcopus Claromontensis in Aruernia. 449.b
Sigibertus Gallus, monachus Annales scripsit. 693.b.694.a
Sigismundus in Moscouia Christianam fidem suscipit. 563.b
Sigismundus imperator Mattinum quintum prostratus veneratur. 369.b.370.a
Sigonius in suis Fastis, de annis numerandis. 348.a
Silenus musicus. 100.a
Siluerius Liberius 2. doctissimus Campanus, 60. Rom. pont. 461.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Siluester 1. Romanus,34. Rom.pontif. primus altare lapidem erexit chrismate delibutum,&alia multa. 411.a.b
Siluester 11. Aquitanus,146.Rom.pontif. doctissimus. 565.a b
Siluester 3. Romanus in schismate ann. 3. sedit. 596.b
Siluester 3. Romanus,153.Rom.pont. 574.a.b
Simeon Priscus, pontifex. 286.b
Simeon Iustus. 214.a
Semeon Iustus primus sapientum Misnæ auctor. 389.b
Simeon Iustus,qui Christum vlnis excepit, Hillelis discipulus fuit. 205.b. 206.a
Simeon princeps & sacerdos. 200.a.b
R. Simeon Cabalicorum princeps. 228.a
Simeon Ben Giora Idumæos ad vrbem contra Rom. tuendam introducit. 226.a
Simeon Metaphrastes claret. 619.b
Similia claudicant vno pede. 211.b
Similitudo Dei in gratuitis donis,quæ Adam peccato suo amisit. 4.a
Simon templi præpositus. 195.b
Simõ Cleophas Hierosolymorũ patriarcha.373.b
Simon pontifex & dux. 284.b
Simon Ptiscus Iaddi nepos. 194.b
Simon Iustus, Iaddes dictus. 192.a
Simon Iustus successit Synagogæ magnæ. 195.a.b
Simon filius Oniæ.14. Iudæorum pontifex. 195.a
Simon Beniamites. ibidem.
Simon Magus à Claudio honoratur statua. 225.b
Simon Magus primus hæresiarcha 368.a. 360.a 367.b.368.a.373.b.
Simon Magus,hæresiarcha Samaritanus. 163.b
Simonia damnata. 604.a.605.b
Simonia tot conciliorum censuris damnata mordicus à principibus retinetur. 604.a
Simonides poëta. 146.a
Simonides Melicerta. 261.b
Simonides Lyricus, artis memoriæ inuẽtor.233.b
Simplicianus successit Ambrosio. 431.b
Simplicius, siue Sulpitius Tiburtinus, 49. Rom. pont. 447.a.b
Sin filius Chanaan. 32.b
Singula Deus fecit valde bona, i. perfecta in suo genere. 4.a
Simon specularem significationẽ inuenit. 102.a
Sinope conditur. 48.a
Sinuessanum concilium in Campania. 407.a
Sisara dux Cananæorum, quem Debora occidit. 94.a
Sisinius Antiochenus Syrus,89. Rom.pont.Sosinus, Sigenius,Zosimus. 495.a.b
Sixtus siue Xistus, 8.Roman.pontifex in ecclesia Trisagion canendum instituit. 382.a.b
Sixtus 2. Athenienſis philosophus,25.Rom.põtif. martyr sub Valeriano. 399.a.b
Sixtus 3.Romanus,46.Rom.pont.Religiosus dotator,& ditator ecclesiarum. 441.a.b
Sixtus 4.Sanonensis 220.Rom.pont. 726.a.b
Sixti Senensis mendum. 586.a
Smyrna quæ antea Naulochus ab Amazonibus ampliatur. 125.b
Sociale bellum siue Italicum. 319 b
Sociale bellum inter Achæos & Ætolos. 279.b
Socrates Nouati perfidiam olet. 440.a
Socrates ethicæ philosophiæ è statuario & lapidum sculptore magister.in carcere cicuta necatus. 262.a
Sodoma & Gomorrha primum bellum gesserunt. 47.b
Sol geminatus est Romæ. 313.b
Solmisationem cantus Guido Aretinus primus excogitauit. 571.b
Solon Areopagitas constituit. 262.b
Solon ad Crœsum peregrinatur, & ad Amasin in Ægypto. 244.a
Solymanus Turca Mustapham filium maiorem strangulari fecit. 741.b
Sophim Persarum rex. 635.b
Sophocles senior Socrate: moritur post Euripidem. 261. b
Sophocles tempotibus Themistoclis. 243.b
Sophonias vates. 147.a.148.a
Sophronius vltimus Hierosolymorum episcopus. 484.a
Sophronius multa D. Hieronymi opera Græco sermone donauit. 290.a
Sophus regnum Persicum iniit. 730.b
Sorbonæ collegium instituit Robertus Sorbona. 644.a
Sotbonicus actus magnanimus. 692.a
Sosare: Assyriorum rex. 92.b
Sosarmus Assyriorum rex. 95.a.96.b
Sosigenes Alexandrinus marthematicus. .331.b
Sostratus Pharum Alexandrię secundum è septẽ mundi miraculis construxit. 287.b
Soter,seu Sotericus,13.Rom.põtif.restituit vsum solemnis copulationis desponsatorum. 386.a.b
Spiritus sancti processio. 427.a
S.Spiritus equitum ordo à peruilegio cœptus,institutus. 779 b
Spharetus. 64.b
Sparta siue Lacedæmon, à Sparto Phoronei filio in Peloponneso ædificata. 53.b
Specula vstoria à Proclo fabricata sunt. 453.b
Stadingenses hæretici,in confinio Frisiæ & Saxoniæ populi, 630.a
Stampense concilium. 602.b
Stanislaus Cracouiensis episcopus ab Innocentio inter Sanctos relatus. 633.b
Fred.Staphylus,vt doctiss.à Luthero ad Catholicos redit. 762.a
Stataria & immobilia omnia fecit Salomon quæ Moses motoria & portatilia. 411.b
Stationes Romæ ordinauit Gregorius, & in eis septem annorũ indulgentiam imposuit. 469.b
Stelenus Argiuorum rex. 100.b
Stellæ equitum ordo incipit. 702.a
Stampense concilium. 587.a
D. Stephanus primo Ascensionis Domini anno. 366.a.
Stephanus 1.Romanus,24 Rom. pontif. primus vestes sacerdotales instituit. 398.a.b
Stephanus 2.Romanus,90.Rom.pont. 504.a b
Stephanus 3.dictus 2.Roman°,95.Rom.põt ibid.
Stephanus 4. dictus 3. Siculus monachus, 97. Rom. pont.507.a.b.vetus Petri succeſſor.
Stephanus 5.dictus 4.vir sanctus,100.Rom. pontif. 525.a b
Stephanus 6.Romanus,113.Rom.pontif. 540.a b
Stephanus 7 Romanus,116.Rom.pont. 541.a b

Stephanus 8. Romanus,128.Rom pont. 551.a.b
Stephanus 9. Germanus,131.Rom.pont. 553.a.b
Stephanus 10. Lotharingus, 159. Rom. pontif. 579.a b
Stephanus Metensis, officium de Trinitate, ex Alcuini libro exornauit. 549.a
Stephanus Polonię rex Iesuitis templum struit. 780.a
Stephanus episcopus Parisiensis excommunicat Ludouicum Crasium. 598.a
Stesichorus poëta Siculus. 233.b
Stilante ira Dei in populum,i.guttatim decidente, & sensim ipsum labefactante. 167.b
Stipẽ sperare cœpit populus Rom. tanta abundãtia pecuniæ erat. 304.a
Strabo vixit sub Augusto. 335.b
Strabo historicus & geographus. 345.b
Strabo quispiam è 130.passuum millibus peruidebat. 298.a
Strabo Tyri rex. 132.a
Strabo Lampsacenus Theophrasti successor. 274.a
Strator,qui dominum in equum attolit. 369.b
Stuarda familia. 756.a
Io.Sturmius Argentorati cõnatur sectam introducere, quam Mediam viam appellat. 774.a
Successio prophetarum & doctorum. 600.a
Successio pontificum certa & firma, regia verò secularis, caduca est & fluxa. 192.a
Sudor Anglicus exoritur, morbus ante incognitus. 745.b
Suessionense concilium. 553.a.602.b
Suetonius historiam duodecim Cesarum scripsit. 380.a
Suecię rex Iesuitis se æquum præbet. 780.a
Sugerius abbas S.Dionysij, regni Francorum negotia absente rege administrat. 606.a
Suidas ann.1018.adhuc viuebat. 703.b
Sultani Ismaëlitæ siue Saraceni. 615.b
Summa orationis Salomonis in dedicatione templi. 121.b
Summa annorum ab orbe condito ad ann.Dom. 1584. quinque mille sexcentorum septuaginta trium annorum.5673. 360.a
Superstitiones nouas Achab inuexit. 158.a
Supplicationes populosæ promiscuæ multitudinis actę. 784.a
Sutrinum concilium. 576.b.580.b
Sylla Marij legatus. 318.a
Sylla se fælicem appellari voluit. 323.b
Sylla præclaram victoriam crudelitate fœdauit, tabulam proscriptionis fixit, vrbem & vniuersam Italiam cædibus replcuit. Marium captum cruribus brachiisque fractis, auribus præfectis, oculis effosis necauit, Marium eius filium ad necem sui compulit. 320.a
Syllam nesciuisse literas,qui dictaturam deposuisset. 323 b
Sylla deposita dictatura,priuatus vixit, commentaria scripsit. 323.b
Syluius Posthumius Latinorum rex. 105.a
Symbolum Apostolorum. 372.a.b
Symbolum Nicenum. 418.a
Symbolum Constantinopolitanum cantari iussit Damasus. 425.b
Symmachus summus pontifex. 362.b.363.b
Symmachus sub Scuero vixit. 290.a
Symmachus Sardus, 53. Rom. pont. 454. a. b. in quatuor synodis ob schisma causam dixit, & absolutus est.
Synagoga siue sacellum Eliæ est dicatum in Carmelo. 159. b
Synagoga magna succedit prophetis.184.a.celebrata fuit in Babylonia. 187.b.188.a
Synagogæ,i. domus orationis& prædicationis,ad quas singuli παροικοι statis temporibus conueniebant,Ierosolymis ædificatæ sunt ad quadringentas & octoginta. 190.a
Synedrium, siue concilium è 71. senioribus de domo Dauid,ex illa familia remouit. 210.a
Synodi nullam habent firmitatem sine Rom. episcopi consensu. 427.b
Synodus,siue synagoga magna,quinta,in qua editus est canon de sactis Scripturis. 187.b.188.a
Synodus prima in Sichen,Eleazaro pontifice,Io. sue iudice. 88.b
Synodus secunda,de reformanda ecclesia. 113.a
Synodus quarta in templo. 148.b
Synodus quarta de religione iuxta cononcs Dauid regis. 142.b.144.b
Synodus sexta de vertendis in Græcum scripturis. 194. b
Synodus septima de vera Ecclesia contra Samaritanos. 199.a
Synodus sapientum septima de probandis Phariseis,& damnandis Sadduceis. 201.a
Syracusæ in Sicilia conduntur. 145.b
Syriæ regnum præstans, nec monarchiam Assyriorum agnoscens. 158.a
Syria Roman.prouincia facta est. 285.a
Syricius, alias Vrsinus Romanus, 40. Rom. pontif. 429.a
Syrmiense concil.contra Photinum. 421.a
Syri descendunt à Chamele filio Nachor fratris Abraham. 57.b
Syros Liturgię suæ auctorem D. Basilium laudare. 774.a
Syrus quidam multos Iudæorum seduxit,dum se Christum falsò assereret. 497.b

T

Tabernaculorum solennitas. 2.a
Tabulę Catholicorum census & possessionis, 600.a
Tagus Hispaniarum rex. 95.b
Talęcus, siue Telectus Lacedæmoniorum rex. 127.a
Talmud,Talmudicus contextus. 219.b
Talmud pars,quæ Misna dicitur,absoluitur. 388.a
Talmud à Rabbinis absoluitur. 391.a
Talmud Babylonicum absoluitur. 455.b
Talmud Babylonicum multa rerum cognitione plenum editum, anno Christi 467. b. Iud. in Babyl. 260.a
Talmud Hierosolymitanum à Iudæis an. 466. absolutum. 465.b
Talmud,i.doctrinale,41. ante puncta inuenta incipit: continet autem Iudęorum ius canonicum. 186.a
Talmudici dicunt libros Mosis duntaxat septuaginta conuertisse. 288.a
Tamerlanes,mundi terror,emergit.712.a b.713.b 714.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tannaim auctores Misna. 229.b
Tantalus Phrygum rex primus. 93.b
Tantanes Assyriorum rex. 97.a.98.b
Tanteus Assyriorum rex. 100.b.
Tarentinum bellum Pyrrhi ductu gestum. 276.a
Tarentum conditum à Partheniis. 146.a
Tarquinius Priscus Rom. rex. 145.a.148.a
Tarquinius Superbus moritur. 242.a
Tarquinius Superbus, rex septimus & vltimus. Rom. Latinas ferias instituit. 168.a
Tarquinius Superbus armatos circa se ad corporis custodiam primus habuit, & tamen turpiter exactus, Tusculi cum vxore priuatus, & exul consenuit. ibidem
Tarraconense concilium. 449.a.457.a
Tarraconensem regionem Ericus deprædatur. 447.b
Tarsus filius Iauan 31.a
Tartari Sagomotbarei. 685.b
Tartari regnum suum deleto Iudæorum rege cõdunt. 622.b
Tartari gens Scythica, Armeniam maiorem sibi subegerunt. 628.a
Tatari, non Tartari, Hebraicè & Syriacè sonat, derelictum. 162.a Tartaria Iudeis abundat.
Tau literæ figura antiqua nõ est ab Esdra mutata. 188.a. quæ gerebat formam crucis, hęc à Masoretis immutata est ódio crucis. ibidem.
Taurinetense concilium. 435.a
Taurus mons Ararat. 24.a
Τέθα nauigium. 26.a
Tecla prima ex mulieribus virgo & martyr apud Iconium Pauli discipula. 227.b
Telense concilium. 431.a
Telephus Gotthis in Mœsia imperat. 99.b
Telesinus Helius Bardus, philosophus, Mathematicus, primus poëtarum suorum. 452.a
Telesphorus ex anachoreta pontifex est institutus. 541.b
Telesphorus anachoreta, 9. Rom. põtifex, vt quadragesimę ieiunium proximè ante pascha obseruaretur instituit. 382.a.b.383.b
Templariorum ordinem Clemens 5. iustis de causis destruxit. 691.b.692.a
Templariis suis candidis clamydibus assuunt cruces panni rubei. 607.b
Templariorum ordo tota Gallia vno quasi momento deletus est. 693.b
Templariorum, fratrum militiæ templi, ordo instituitur. 596.a 599.b
Templum septem annis completum fuit. 121.b
Templum Salomonis tres præcipuas habuit partes. 119.b
Templum secundum à Zorobabele ędificatum. 187.b
Templum secundum 46. annis absoluitur. 190.a in multis erat primo inferius.
Templum à militibus incensum, inuito & renitente Tito. 227.b
Templum tet restaurare conati sunt Iudæi. 228.a
Templum SS. Apostolis Petro & Paulo, quod nunc D. Genouefæ, Clodoueus vouit. 455.
Temura, i. permutatio, cùm vna litera pro altera substituitur. 317.b
Tephilar Kos, Oratorium capitis, Tephillat iad Oratorium manus. 219.b
Terentius Carthaginensis, quem Afranius omnibus comicis præfert. 307.b
Terra sancta continet quadraginta parasangas. 87.b
Terræ sanctę totus decor & fertilitas vnà cum templo & gente concidit. 229.b
Terræ motus horrendus per totum propè orbem. 596.a
Terræ motus ingens in Oriente. 615.b.616.a
Terræ motus maximus die resurrectionis extitit, duodecim vrbibus Asiæ vna nocte prostratis. 230.a
Terrę motus prodigiosus fuit temporibus Oziæ regis. 136.a. virga furoris Domini appellatur.
Tertia ętas. 70.b
Tertulliani liber de idololattria. 13.b. de habitu mulebri, item de cultu fœminarum. ibidem.
Tertullianus centurionis proconsularis filius, Latinorum scriptorum princeps. 392.a. νομικὸς iurisconsultus, initio Montanista fuit.
Testimonia exteriorum de Christo. 230. 231.b
Testimonium Scripturarum, Testimonium cunctorum scriptorum, veritatis testium. 600.a
Tetragrammaton Dei nomen pronunciabatur die expiationis, & in solemnibus benedictionibus. 80.a
Teuerus Cosmographus. 162.a
Teutonicorum ordo confirmatur à Celestino, singulis diebus ac noctibus ducenties orationẽ Dominicã & Angelicam salutationem repeterent. 621.b
Thalecus Lacedæmoniorum rex. 134.b
Thales Mileti philosophię Ionicæ primus auctor, sapiens, Phœnicus, & Astrologus. 239.b
Thamar filia Melchisedech sacerdotis. 60.a
Thare genuit Abraham. 38. b. Nachor & Haran, fratres Abrahæ. ibidem.
Thare pater Abraham, & Nachor seruierunt idolis. 44.a.b
Theatinorum ordo sodalitatis diui amoris. 745.b
Theatra à censoribus excogitata. 345.b
Thebæ in Ægypto, Heliopolis. 89.b
Thebæ Ægyptiæ vsque ad solum ruptæ. 343.b
Thebani Lacedæmonios superant. 265.b
Thebanum bellum apud Græcos antiquissimum. 102.a
Thebanorum dynastia decima sexta & vltima. 6.a exactè in diluuij principium incidit. ibid.
Themistocles ad Persas fugit. 243.b
Themistocles ad Artaxerxem exul cõfugit. 261.b
Theocritus idyllia scripsit. 294.a
Theodatus Theodetici Ostrogotthi regi armiger, pietatis oblitus, Amalasœntam, cui debebat regnum, in balneo strangulari facit. 462.a
Theodectes Aristotelis discipulus. 272.a
Theodiscus Hisp. apud Hispalium obtrũcatus est. 463.b
Theodomirus Ostrogotthorum rex ad Catholicam fidem conuertitur. 449.b
Theodoricus Gothorum rex duobus magnis prœliis Odocrum vincit, & interficitur, &c. 450.a
Theodoricus rex Hispaniarum pro Rom. pugnans aduersus Attilam occubuit. 444.a
Theodorus 2. Romanus, 118. Romanus pontifex. 543.a.b

Theodorus, siue Theodosius Græcus, 75. Rom. pont. 483.a.b
Theodorus R. E. presbyter contra Paschalem R. E. archidiaconum, creatũ PP. sedit dies aliquot. 491.a
Theodora iussit SS. imagines in templis restitui. 530.a
Theodorus Balsamon iurisconsultus & Theologus. 616.a.617.b
Theodorus Pyrrhonis auditor, ἀδιαφορίαν introduxit. 268.a
Theodosius cum Gratiano imperat. 427.b
Theodosius rogauit Damasum vt officium ecclesiasticum ordinaret. 426.a
Theodosius à Gratiano imperator Oriẽtis creatus. 429. b. oprimis legibus imperium rexit. 432.a
Theodotion Ephesinus imper. Commodo floruit. 289.b
Theodotion Ponticus biblia sacra in Græcum transtulit. 388.a
Theognis Poëta. 247.b
Theologia & bonæ artes, vires recipiunt. 634.a
Theonas Alexan. Origenes iunior dictus. 404.a.
Theophilus Antiochenus. 386.a.
Theophilus Gotthorum episcopus. 411.b
Theophilus pontifex Anani frater. 222.r
Theophylactus Bulgariæ episcopus. 539.b
Theophylactus Edissenus Stephano successit. 503.b
Theophylactus Rom. contra Paulum sedit aliquot menses. 507.a
Theophylactus patriarcha Antiochenus, scriptor ecclesiasticus. 506.a
Theopompus post Xenophontem historias scripsit. 268.a
Θεραπευταὶ, Christiani. 224.a
Θεραπευταὶ, monachi. 385.b
Terpander musicus, citharæ septem chordas addidit. 253.b
Thesippus Athenarum Archon. 125.a.126.b
Theseus Athenienssium rex. 94.a ex omni Attica regione populos Athenas cogit, libertate proposita. 97.b
Thespeius Athen. Archon. 135.a
Thessalus methodicorum princeps in omnes medicos perorat. 373.b
Theudas se prophetam prædicat. 213.b
Theudas Magus, qui se prophetam dicebat, captus occiditur. 224.a
Theutonicorum ordo. 596.a
Thia insula enascitur. 216.a
Thola de tribu Isachar. 96.b
Tholosam cepit Cæpio. 316.a
Tholosa, & totus Comitatus à Francis in deditionem accipitur. 630.a
Tholosanum concilium. 558.b
Tholosanum parlamentum Britannorum gratia instituitur. 700.a
Tholosanum parlamentum à Philippo Pulchro institutum, à Carolo 7. renouatur. 720.a
S. Thomas Cantuariensis archiepiscopus, Bequetus, martyr. 614.a.
Thomas Morus eques, Anglus. 738.a
D. Thomas Aquinas obiit ætatis anno quinquagesimo. 680.a
D. Thomas Aquinas Dominicanus, discipulus Alberti Magni, scholasticæ doctrinæ princeps. 636.a
Thomitis Massagetarum regina. 247.b.248.a
Thraces maris imperium possident. 125b.
Thracicum bellum. 315.b.316.a
Thrasybulus Syracusarum tyran. 259.a
Thrasymachus sophista primus colon & periodum in oratione monstrauit. 268.a
Thucydides sub Longimano vixit. 262.a
Thuoris vltimus Ægyptiorum Larthes. 100.a
Thurimachus Sicyoniorum rex. 76.a.85.b
Tyberinus Syluius Latinorum rex. 126.b
Tiberius Christum referre voluit inter Deos. 232.
Tyberius Cæsar, genet Augusti testamẽto. 215.b
Tiberius Augusti priuignus & filius adoptatus, tribus triumphis contentus fuit, cum septem meruisset. 346.a
Tiberius Augusti priuignus, mox gener, postremò adoptione filius. 363.b
Tiberius populun. omni reip. administratione exclusit. 336.a
Tiberius Mauritium aduersus Persas mittit. 466.a.
Tiberius Alexander Alabarcha, Philonis frater S. Iudææ præses. 224.b
Ticinense concilium. 525.a
Tiernas Chrysoloræ discipulus Budæi præceptor. 719.b
Tiglath, Phalassar rex Assyriorum. 138.b 140.b
Tigranes rex Armeniæ. 205.b.285.b
Tigranes Armeniæ & Syriæ rex. 205.a.b
Timæus rex Assyriorum. 103.a
Timoleon Syracus. tyrannus. 266.a
Timotheus lyricus chordam decimam & vndecimam adiecit. 268.a
Timotheus musicus, citharæ nonam chordam adiecit. 253.b
Timotheus Constantinop. episcopus, instituit vt in singulis Liturgiis recitaretur Nicenum symb. 456.a
Tiresias vates longæuiss. 94.a
Tyro Ciceronis libertus. 332. a. notarum inuentor. ibidem.
Franc. Titelmanus Minorita Louanienss. 743.b
Tituli Cardinalibus à Marcello diuisi. 408.a
Titulum Crucis hæretici linguis barbaris & profanis corrumpere conantur. 220.a
Titus Septizonius. 229.b
Titus quadraginta propè ann. à Christi morte Ierosolymam expugnauit, ex centis hominũ millibus gladio & fame consumptis, & centum millibus publicè in mãcipia venundatis. 227.b
Titus crudeli tet occidit eos, qui erant de familia Herodis. 228.a.229.b
Titus Liuius in Gallicum sermonem conuersus. 707.b
Tizri mensis, Septembri nostro respondet. 2 a
Tob, Hebr. bonum, perfectum: vtile & commodum, pulchrum, speciosum, decorum. 4.a
Tobias apud Niniuem captiuus. 142.a
Tobias in captiuitatem ductus est. 162.a
Togarma filius Gomer. 31.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Toletanum concilium 2. sub Amalarico rege. 459.a
Toletanum concilium. 16. & 17. 491.b
Toletanum 4. concilium. 488.a. quintum. 482.b septimum. 484.b. duodecimum 489.a
Toletum à Francis expugnatum. 459.b
Tonsores primùm, è Sicilia Ticinius Romam adduxit. 265.b
Totilas voluit Romam euertere. 464.a. 466.a Nausete cæsus est.
Totilas Gotthorum dux Romam capit. 493.b.a. eius crudelitas in Rom. ibidem
Trachonitidem Philippus consequitur. 214.a
Traditiones sunt scripturis antiquiores. 22.
Traianus init imperium. 360.b
Traianus bellum gessit cõtra Iudæos in Ægypto. 227.b
Traianus temperauit persecutionem à Plinio monitus. 232.
Traianus & Adrianus miserabili & tristi morte interierunt. 380.a
Traiani primus, Christi fuit centesimus. 379.b
Transubstantiationis vocabulum auctoritate concilij in ecclesia receptum 625.a. permutatio, conuersio.
Georg. Trapezuntius Romæ gymnasio præficitur. 718.a. præ morbo, etiam sui nominis memoriam amisit.
Trasimundus Anastasio imperatori clariss. Vandalorum rex quartus, Christianos non pœnis, sed præmiis à fide abducere conatus est. 450.
Trebetas frater Nini à Semiramide expulsus, Treuerenses condidit. 58.a
Trecassinum in Gallia concilium. 595.a
Trecense concilium, 538.b
Tremellius ex Iudæo indocto, indoctus Capharnaita, cucullti Dominicani excussor, Nouum testamẽtum incredibili peruersitate & improbitate publicauit. 754.a.755.b
Tres orbis terræ partes præcipuæ quare sint. 49.b.
ex tribus Noë filiis 72. gentes, totidémque linguæ ortum duxerunt. 36.a
Tria fuere exilia Iudæorum sub Nabugdonosore. 150.a.151.b
Treuerense concilium. 555.a.749.a.752.b.753.a
Treuerenses à Trebeta Nini fratre se in Gallia Belgica conditos gloriantur. 58.a
Trentense concilium. 607.a
Tribonianus cum alijs 16. iurisconsultis Iustiniani mandato ex immensa legum multitudine, quæ in librorum duo millia excreuerat, in 50. libros pandectarum seu digestorum per articulos ordine digessit. 461.b
Tribunitia potestas instituitur. 242.a
Triburiense concilium. 542.b 572.b
Trideitatum error, quasi Trinitas fuisset crucifixa. 458.a
Tridentinum concilium. 749.a.752.b
Tridentinum concilium aliquandiu interruptũ continuatur, & eodie 4. Decembris 1564. clauditur. 762.b.765.b.767.b
Trieris prima nauigauit Corinthum. 137.b
Trinitarij siue Deitæ, qui Trinitatem vocant Cerberum tricipitem. 746.a.747.b
Triptolemus serendi, metendique munere claret. 95.b
Tritheitarum auctor. 471.b.476.a
Io. Trithemius, abbas Sphaheimensis. 709.b. 731.b
Triumuiratu Lepidus exutus. 344.a
Triumuirorum proscriptio. 337.b
Triumuiri, Augustus, Antonius, Lepidus. 209.b
Trogus Pompeius. 345.b
Troianum concilium in Apulia. 589.a
Troianum regnum à Dardano incipit in agro Mæotico. 96.a
Troianum bellum plus 300. ann. post Mosem. 81.
Troianum bellum, Græcorum in Asiam tertia fuit expeditio. 102.a
Troparium siue Modulus de Christi duabus naturis & vnica persona. 462.a
Trophas Argiuorum rex. 98.b
Trophimus Pauli discipulus apud Arelatenses prædicat. 226.a
Tubarum festum. 2.a
Tubal filius Iaphet. 30.b
Tubalcain filius Lamec, insignis gladiator, arma inuenit & fabricauit, quibus cædes fierent. 12.a
Tubalcain artem fabrilem adinuenit, non Vulcanus. 15. b. sculpturæ inuentor putatur, primus metalla effodit, & vsum ferri atque æris aperuit. ibid.
Tubingensis academia instituitur. 727.b
Tudan rex Gentium. 48.a
Tunica, siue vestis quadrangula, manicarum expers. 219.b.220.a
Tullus Hostilius tertius Rom. rex, primus fascibus & purpura gius. 144.a
Turcarũ nomẽ primùm in historia legitur. 468.a
Turcica rabies Constantinopolitanos imperat; at non potuit Patriarchas, & Hierarchiã illic euertere. 186.a
Turelupini Cynici, de nuditate pudendorum, & publico coitu. 707.b
Turonense concilium. 464.a.525.a.579.a
Turonense concilium, præside Alexandro Papa 614.b
Turpinus Remensis. archiepiscopus de expeditione Caroli Mag. Hierosolymã versus. 514.a
Turris per superbiam à nepotibus Noë ædificata. 49.b
Tusanus Giboult Rhotomagi Caluinismum eiurat, sicque ecclesiæ reconciliatur, manibus cardinalis Borbonij, &c. 781.b
Iacob. Tusanus Græcę linguæ professor. 745.b
Iac. Tusanus an. 1546. Lutetiæ obiit, eodem die & anno, sed non eadem hebdomada, quo Vatablus. 749.b
Tyberiadem ad fontes Iordanis Herodes ędificat. 215.b
Tybertinus Syluius Latinorum rex. 129.b
Tyberis ex Albula flumine dici incipit. ibid.
Tymeus Assyriorum rex. 101.a
Typhon Ægyptius Osyridis frater. 70.a
Tyranni primi fuere gigantes, oppressa libertate & pace publica. 18.a
Tyraca rex Æthiopum potentissimus. 443.b
Tyras filius Iaphet. 30.b
Tyricum concilium. 445.a
Tyrimas Macedonum rex. 139.a.140

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca